1300.



Ex vetusta admodum icone Constantinopoli olim depicta

P. F. Giffart fecit.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΙΩΑΝΝΟΥ
ΑΡΧΙΕΠ. ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ
ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ
ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS CHRYSOSTOMI
ARCHIEPISCOPI
CONSTANTINOPOLITANI
OPERA OMNIA
QUÆ EXSTANT,

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR;

Ad MSS. Codices Gallicanos, Vaticanos, Anglicanos, Germanicosque; necnon ad Savilianam & Frontonianam Editiones castigata, innumeris aucta: nova Interpretatione ubi opus erat, Præfationibus, Monitis, Notis, variis Lectionibus illustrata, nova Sancti Doctoris vita, Appendicibus, Onomastico & copiosissimis Indicibus locupletata.

Opera & studio D. BERNARDI DE MONTFAUCON, *Monachi Ordinis Sancti Benedicti e Congregatione S. Mauri, opem ferentibus aliis ex eodem Sodalitio Monachis.*

TOMUS PRIMUS.

PARISIIS,

Sumtibus
- LUDOVICI GUERIN, sub signo S. Thomæ Aquinatis.
- CAROLI ROBUSTEL, sub signo Palmæ.
- JOANNIS & JOSEPHI BARBOU, sub signo Ciconiarum.
- GUILLELMI DESPREZ Typog. Regii, & JOANNIS DESESSARTZ, sub signis S. Prosperi, & trium Virtutum.

via Jacobæâ.

M. DCC. XVIII.

CUM PRIVILEGIO REGIS.



ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO

ALEXANDRO ALBANO

EQUITI ORDINIS HIEROSOLYMITANI,

MAGNO BAJULATUS ARMENIÆ PRIORI,

Sanctissimi Domini nostri D. CLEMENTIS Papæ XI. fratris filio.

SANCTI JOANNIS CHRYSOSTOMI *opera ut tibi*, VIR PRÆSTANTISSIME, *nuncuparem, non una me causa impulit: ad hujusmodi obsequium tibi præstandum me publica movebat fama, qua totum per orbem Christianum, quasi artium & disciplinarum omnium cultor eximius celebraris. Ut enim omnes ubique prædicant, unoque ore profitentur universi, a primo juventutis flore apud te semper virtutis, quam ætatis fuit cursus celerior. Non ludis & jocis puer, non scurrilibus negotiis adolescens, non inanibus vitæ oblectamentis adolescentiam prætergressus operam dedisti. Sed eam, quam alii longo annorum curriculo adipiscuntur maturitatem atque sapien-*

tiam, & puer exhibuisti, & adolescens nova accessione decorasti, & vir mirum quantum auxisti.

Accedebat & patrui tui SS. Domini nostri Clementis Papæ XI. qui nunc Ecclesiæ clavum egregie moderatur, judicium: illo scilicet consilium nostrum approbante, nostrisque votis annuente, ad hunc tibi vicennalem consecrandum laborem animum appulimus. Ille namque te, VIR AMPLISSIME, *non minus ab indolis præstantia diligit, quam a cognatione: institutum probe juvenem sibi gratulatur, educationis fructum se cumulatissime demetere existimat; cum te videt eo studia omnia conferre, ut cunctas artes & disciplinas excolas, antiquitatis vestigia secteris, monumentorum veterum festivam copiam quotidianis curis sumptibusque, in reipublicæ literariæ emolumentum, undique colligas. Gaudet etiam te moribus integris religiosisque ornatum, comitate & beneficentia cunctorum animos tibi conciliare.*

Hujusmodi virum decebat in fronte operum Chrysostomi collocari: qui lubricum juventutis cursum inoffenso ut ille pede decurrerit, qui disciplinarum omnium studiis hoc primum ætatis stadium exornarit. Hactenus tanto Viro similis, ad reliquum vitæ spatium eo tamquam speculo & exemplari, VIR PRÆSTANTISSIME, *utaris operæ precium fuerit. Nulla sincerior vivendi norma, quam ejus vita; nullæ præceptiones ad vitam instituendam utiliores, quam*

ejus scripta cujuslibet generis, homiliæ, orationes, epistolæ. Hic edisces qualem oporteat esse in otio, in negotio, qualem in Ecclesiasticis dignitatibus & officiis administrandis; quam fortem in adversis, quam cautum in prosperis, quam imperterritum in rerum vicissitudinibus; quam prudentem in capessendis negotiis, quæ nonnisi circumspectis rebus omnibus, rationibusque subductis suscipienda esse monet ille frequenter. Nemo est qui sapientius tibi suadere possit Chrysostomo, nunquam labêre, si ipsum audias.

Alia item me res compulit, Vir Præstantissime, *ut te huic operi Mecœnatem inscriberem; quod scilicet non modo disciplinas & artes summo studio prosequaris; sed etiam quod literatos patrocinio tuo foveas & exornes. Hoc genere laudis nullum majus, nullum publicæ rei utilius. Labat certe studiosorum animus, cum e primoribus nemo opem afferre paratus adest. Etenim, ut ait quidam,*

Idcirco virtus medio jacet obruta cœno.

Est utique literatorum genus vulgo timidum, rebus gerendis non aptum: rei familiari vel curandæ vel augendæ impares ut plurimum sunt viri quique artium & disciplinarum peritia insignes: (artes cum aliis disciplinis copulamus; Est enim, *ut ait Ille*, artium studiorumque quasi finitima vicinitas). *Hos igitur fovere perge: id enim in magna laude ponendum. Hac in re fac* Cic. in Bruto.

palmam obtineas: illud vero ut aſſequare, non erit tibi tanto conatu opus; non multos enim eodem in ſtadio currentes offendes. Ad cæteras tuas laudes, aiebat quidam vir inſignis, hanc etiam addas, qua nulla meo quidem judicio major eſt, nulla præclarior, ut communi omnium populorum conſenſu LITERARUM PATER *nomineris. Te patronum ſuſpiciant omnes qui quodvis* ΜΑΘΗΣΕΩΣ *genus ſectantur, qui ad manſuetiores Muſas ſe referunt, qui mutas artes profitentur. His tibi officiis ad immortalitatem viam parabis: quam tibi,* VIR AMPLISSIME, *omni ex parte, & quacumque percipi poteſt ratione peroptat*

Obſequium tibi ſummum profeſſus

Fr. Bern. DE MONTFAUCON,
Preſbyter, Monachus Benedictinus
e Congregatione S. Mauri.

PRÆFATIO.

DIU expetitam S. Joannis Chryſoſtomi Operum omnium Editionem a multis jam annis paramus: neque enim poterat res, tam operoſa, tam ampla modico temporis curriculo concinnari. Bibliotheca ſunt, non liber, tanti Doctoris Opuſcula, Commentaria, Epiſtolæ. Ea vero non uno in loco ſimul collecta comparent in Bibliothecis Manuſcriptorum, quod in aliorum Scriptorum operibus ſæpe contingit; ſed undique diſperſa carpere & colligere eſt opus: acciditque non ſemel, ut cum omnes Europæ Bibliothecas in caſſum percurreris, in angulo tandem ea, quæ diu exquiſieras, deprehendantur. Id quantivis laboris ſit, libenter ſuſcipitur, quando de Joanne Chryſoſtomo agitur, tanto doctore, oratore ſummo, qui rem Chriſtianam plus, quam alii omnes, tum qui præceſſerunt, tum qui poſt illum floruerunt, eloquentiæ ornamentis decoravit. Is a puero divinis humaniſque literis operam dedit: a Libanioque inſtitutus tantum profecit, ut in extremis agens Libanius profeſſus ſit, ſe Joannem ſibi ſucceſſorem deſtinaturum, niſi is ſibi a Chriſtianis abreptus fuiſſet. Forum forenſeſque cauſas tantiſper ſectatus, brevi a cœpto reſiliit, ac Chriſtianæ prorſus diſciplinæ, ſeveriorique vitæ inſtituto ſe totum dedidit; ut in ejus vita ad calcem Operum accurate, quantum fas erit, adornanda, pluribus narrabitur. Juvenis adhuc eximia dedit ingenii ſpecimina; Parænеſes nempe ad Theodorum lapſum, libros ad Demetrium, ad Stelechium, ad Stagirium & ad alios: quæ opuſcula præclarum referunt oratorem: limatiores ſunt libri de Sacerdotio, in iiſque deprehendimus Chryſoſtomum Chryſoſtomo eloquentiorem. His veluti præludiis ad orandi munus ſe comparabat Joannes: qui Preſbyter Antiochiæ annis duodecim; Epiſcopus Conſtantinopoli quinque ſexve annis, a concionandi officio nunquam deſtitit, inque ſui admirationem totum rapuit Orientem. Paratus, imparatus accederet, omnia ipſi prona erant, eo ſemper dicendi genere uſus, quod majore ad perſuadendum momento futurum eſſet. Ejus orandi ratio plus habet nativæ elegantiæ, quam artificioſæ diligentiæ: ſicubi arte utitur, ita rem temperat, ut lateat ſemper artificium & quadrandæ orationis induſtria. Expedita & profluente verborum copia loquitur, concinnitatis leporiſque plena; ut mirifice ipſi competat illud Homericum,

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώττης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Perſpicuitate nemini concedit, niſi fortaſſe omnes ſuperet. Inventione, quæ ex ingenii felicitate naſcitur, univerſos quotquot hactenus fuere oratores longe retro relinquit. Inexſpectatis ille modis rem propoſitam vertit, & qua via nemo divinaſſet ad ſcopum tendit; idque ita libere expediteque, ut re perſpecta putes eum nulla alia poſſe via, nullo curſu feliciore ad deſtinatum pergere finem. Verum quia nihil natura gignit omni ex parte perfectum; nihil ars profert omnibus abſolutum partibus & numeris, unum fortaſſe erit, quod in Oratore noſtro reprehendas; troporum nempe ac ſimilitudinum frequentiam, qua ad nauſeam uſque redundat oratio. Sed id vitii ævo potius Chryſoſtomi quam Chryſoſtomo adſcribas: quandoquidem ille, tali concionandi genere uſus, omnium ſibi conciliavit exiſtimationem, gratam concionis admurmurationem, plauſus perpetuos, ac plerumque, ut ille ait, importunos; aureique oris ideo nomen ſortitus eſt. Audi Suidam: *Martyrum conciones expedita & extemporali declamatione admodum auxit. Lingua ejus Nili catadupa profluente dicendi copia ſuperabat. Nemo unquam tantis eloquentiæ & ubertatis divitiis exornatus fuit: ſolus itaque aureum divinumque nomen ſine labe ſortitus eſt.* Hæc Vete-

rum fuit omnium opinio: quamobrem si quid nævi in tanto tamque præclaro Oratore reperiamus, id ætati, ut dixi, non Chrysostomo tribuendum. Solertis oratoris fuit auditorum ingenium feliciter explorasse: per illa placuit, quæ jam multis non ita placent. Lacrymas movit ut voluit: vitia emendavit, Christianam fidem auxit, Judæos & Hæreticos profligavit. Non minorem enim in dialectica, quam in oratoria arte Joannem nostrum comperimus: idque proculdubio fatebitur, quisquis conciones ejus contra Anomœos & contra Judæos accurate perlegerit; ubi argutissime disputat, & ratiociniorum vi adversarios ita urget, ut nulla supersit ipsis elabendi via. Rem epistolarem etiam attigit Chrysostomus, maxime vero in exsilio, dum calamitas, metus, solitudo prohiberent a solito concionandi officio, & multum spatii esset ad scribendum. Pulsus itaque sede curavit, ut ne ipsum quidem otium esset otiosum.

§. I.

De variis Chrysostomi Editionibus, ac præcipue de Henrici Savilii Editione.

Nihil mirum si a primordiis usque Typographicæ artis, tanti Doctoris operibus edendis multi desudarint: innumeræ vario tempore opusculorum ejus Editiones prodiere in Italia, Gallia, Germania, Anglia. Alii quasdam operum partes Latine tantum dabant, alii Græce, nonnulli utraque lingua. Non pauci collectioni operum omnium adornandæ manum admoverunt. Si qui vero ante decimum septimum sæculum id aggressi sunt, ii Latinas tantum Chrysostomi operum collectiones emiserunt, ac multa reliquerunt intacta & inobservata. Verum de iis omnibus Editionibus, alius est nobis ad dicendum constitutus locus.

Demum paulo post initium decimi septimi sæculi duo viri summi eodem ferme tempore eam suscepere provinciam, ut omnia prorsus ejusdem S. Doctoris opera unum in corpus redigerent; Henricus nempe Savilius & Fronto Ducæus. Prior *magnis*, ut ipse ait, *sudoribus & immensis sumtibus*, undecumque si qua laterent in variis Europæ Bibliothecis perquirenda exscribendaque curavit, amicorum literatorumque pene omnium opera usus, & industria. *Quo in negotio*, inquit, *egregiam nobis & strenuam operam navarunt viri amplissimi doctissimique, quos honoris causa nomino, Jacobus Augustus Thuanus magnum lumen Galliæ, Marcus Velserus II vir Augustanus, Georg. Michaël Lingelsheimius, Andreas Schottus, Isaacus Casaubonus, Fronto Ducæus, Janus Gruterus, David Hœschelius, Sebastianus Tengnagel, & Reverendissimus Gabriel Archiepiscopus Philadelphiensis. Nefas tacere de Serenissimi Regis nostri apud exteros Principes clarissimis legatis, quibus ipse hoc in mandatis dederat, ut omni qua possent opera studium hoc meum promoverent. Itaque Librariis nostris aditus patefactus ad Bibliothecam Regiam Lutetiæ, Palatinam, Augustanam, Bavaricam, Cæsaream, cæteras: quibus freti subsidiis, illud domum attulerunt instrumentum, illam supellectilem, ex qua nobis est hæc adornata Editio.* Qua utique editione nulla ante, quod parum est dixisse, nullaque postea copiosior prodiit. Accurationem vero in castigandis Græcis dictionibus atque phrasibus vix alicubi majorem deprehendas. Nimirum summo ille studio folia quæque dispici curabat, mendaque tolli: quo factum, ut si quis longitudinem operis consideret, certe pauca errata reperiat in tot orationum homiliarumque decursu: quæ tamen errata ille in fine notarum summa diligentia colligi edique curavit, ubi vel minima quæque notantur. Notas autem ad singulos tomos, in fine octavi non suas modo edidit, sed etiam aliorum doctorum hominum Johannis Boisii, Andreæ Dounæi, Ricardi Montacuti, & Halesii; ut alios taceam, qui vel rogati, vel suopte consilio varia loca restituere conati, ab ipso afferuntur in medium. Inter illas vero notas, meo quidem judicio, cæteris omnibus præstant ipsius Henrici Savilii notæ, si sagacitatem spectes, si criticam artem, si cætera omnia. Aliorum quippe notæ, ut plurimum leves sunt, quæ conjecturis constant aliquando incertis, & nonnunquam futilibus. Saviliana porro Editio, quæ octo densissimis in folio tomis constat, opera Chrysostomi Græce tantum complectitur.

§. II.

De Frontonis Ducæi Editione & de Morelliana.

Non minorem diligentiam in colligendis Chrysostomi operibus exhibuit Fronto Du-

cæus ex Societate Jesu nostras, qui tamen paribus fortasse destitutus facultatibus & auxiliis in diuturnum tempus extractum opus fato præoccupatus absolvere non potuit. Verum magnam ille & arduam rem est aggressus, ut scilicet non modo Græca Chrysostomi perinde atque Savilius ederet, sed etiam singulis operibus homiliisque Latinam Interpretationem aptaret: qua in re strenuam ille operam navavit. Interpretationes quippe multorum operum jamdiu editas e regione Græcorum posuit, sed emendatas, & ad fidem Græcæ orationis concinnatas. Si qua vero offendit nondum Latine translata opera, erant autem hujusmodi bene multa, hæc ille de Græco convertit, & quidem tam accurate & eleganter, ut inter optimos interpretes jure numeretur. Ejusdem porro eruditæ notæ reperiuntur in fine primi, quarti & sexti tomi. Similes haud dubie notas in quintum tomum destinabat; at vita functus rem perficere nequivit. Editionem Frontonianam incepit Federicus Morellus, absolvit Claudius sex in folio tomis; qui S. Doctoris opuscula & commentarios in Vetus Testamentum complectuntur. Deinde anno 1633. idem Claudius Morellus Commentarios in Novum Testamentum sex in folio tomis ad fidem Commelinianæ editionis emisit. Anno autem 1636. integram novam Chrysostomi operum editionem duodecim in folio tomis atque undecim voluminibus publicam fecit. Hæc porro postrema Editio charta minus eleganti instructa, sed contra, quam vulgo creditur, emendatior est; usus operis melioribus Morellus menda, quantum potuit, ex hac postrema Editione sustulit; tum ea quæ Fronto Ducæus in notis primi & quarti tomi irrepsisse monuerat, tum etiam alia quæ occurrebant: expertus loquor; maxime vero de primo, quarto & quinto tomo. In hisce vero duobus postremo memoratis tomis, quædam Opuscula Chrysostomi, quæ a prima aberant, in fine addita sunt. Verum in hoc peccavit Claudius Morellus, quod notas in fine quarti tomi a Frontone Ducæo positas, & aliquot Opuscula Chrysostomi, Latine tantum quinto tomo cusa, in hac posteriori Editione sustulerit. Eodem, uti diximus, ferme tempore Henricus Savilius & Fronto Ducæus; Ethonæ ille, hic Lutetiæ Editiones operum omnium Chrysostomi parabant. Quodque observatu dignum videatur; licet eodem in stadio ambo currerent, licet tam varias sacrorum religiones ambo profiterentur, nulla invidiæ, adversi animi nulla nota comparebat: quinimmo, ut sese occasio offerebat, dabant operas mutuas, numquam sine honoris observantiæque significatione alter alterum memorabat: contra quam usu evenire solet. Nam plerique cum idem opus simul aggrediuntur, præsertim cum intervenit religionum discrimen, frequenter sese maledictis & convitiis lacerant, nihilque aliud curare videntur, quam ut auctoris adversi famæ detrahant, ac si id quod alii detrahitur existimationis, laudis propriæ foret accessio. Livorem eamdem exercentium artem, sic exprimit illud tritum Hesiodi:

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι τέκτων,
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Id vero maxime illa Frontonis & Savilii tempestate inter doctos in usu erat, qui vel levissima data occasione sese dicteriis & maledictis onerabant. Quo magis æstimandi illi duo viri, qui meritis pro talibus, & pro strenue navata in rei literariæ commodum opera, immortali certe digni laude sunt.

Ne mireris, Lector, me tamdiu eorum laudibus celebrandis insistere: nam præterquam quod de orbe literario tam bene meriti sunt; hoc ex illorum sudoribus in commodum meum redundavit, ut post tantos eorum labores minus laborandum mihi fuerit. Ecquis ille futurus erat labor, si nullam Savilius colligendis emendandisque Chrysostomi scriptis operam posuisset? Quis, si Fronto Ducæus parem aggressus operam, convertendis etiam Latine S. Doctoris operibus non incubuisset? Quanta moles collectionis, quanta interpretationis futura erat, quando etiam post emissas illas laude dignissimas Editiones tantum sudoris relictum est? Infinitæ certe est operæ, tot Codices manuscriptos evolvere, ubi innumeræ pene Chrysostomi homiliæ occurrunt, idque in omnibus Bibliothecis Græca illa supellectile instructis, ubi anecdota bene multa exstant: non minoris, nisi majoris etiam, spuria a germanis internoscere, emissa a non emissis, cum videlicet principia mutantur; sinceras lectiones deligere, quando maxime tot sunt Homiliæ, tot Commentarii, tot Opuscula; ut, quod jam dixi, Bibliotheca potius, quam liber aut opus, vocari mereantur.

§. III.

De ſuſcepto novæ parandæ Editionis conſilio.

Ut autem aliquo ordine quid in hac Editione jam præſtitum, quid in ſequentibus tomis præſtandum ſit enarremus, rem ab ovo repetere par fuerit. Ab annis plus triginta hoc Præfectorum Sodalitii noſtri conſilium fuerat, ut poſt peractam S. Auguſtini inter Doctores Latinos principis editionem; Operibus Chryſoſtomi, qui parem in Eccleſia Græca occupat dignitatem, manum admoveremus. Priſcum conſilium intercepit ad aliquot annos Athanaſii editio, quæ anno 1698. lucem vidit. Deinde vero nervos omnes induſtriæ contendimus, ut Chryſoſtomi opera demum in publicum prodirent. Apparatu maximo erat opus: luſtrandæ Bibliothecæ, omnis denique lapis movendus. Iter Italicum anno 1698. ſuſcepi, unde multa ex Romanis aliiſve Italicis Bibliothecis corraſi, ad hoc inſtitutum pertinentia: tribus exactis in hoc itinere annis, poſt reditum id a Præfectis noſtris impetravi, ut ex ſodalibus quatuor vel quinque conferendis Bibliothecarum Regiæ, Colbertinæ & Coiſlinianæ codicibus perpetuo incumberent, & ſic ope Manuſcriptorum priſco nitori reſtitui Chryſoſtomus poſſet. Ab annis igitur pluſquam tredecim id agunt, id promovent, ut Manuſcriptorum varias lectiones colligant. Ne vero rem longius quam par ſit extractam putes, Codices plus quam trecentos Chryſoſtomi Operum in hiſce Bibliothecis exſtare certum habeas, quos de verbo ad verbum conferre non ſine deuturno & multorum annorum ſudore potuerunt, qui ad id muneris delecti ſunt. Interim vero cum amicis id per literas egi, ut ſi qua in Angliæ & Germaniæ Bibliothecis ad eam rem opportuna eſſent, ea nobis tranſmitterentur: quod a viris doctis amiciſque cumulatiſſime præſtitum eſt, ut pluribus dicetur infra. His autem peractis Editionem ita aggreſſi ſumus, ut minutatim mox deſcribetur.

§. IV.

De reſtauratis quibuſdam Homiliis & Opuſculis antehac hiulcis, & magna ſui parte laceris.

Homilias non paucas, quæ in prius editis cum magnis hiatibus prodierant, ope Manuſcriptorum integras ſanaſque proferre non infelici conatu curavimus; ſiquidem Homiliam de Lazaro jam numero ſextam, quæ in Saviliana & Frontoniana Editione paginis plus quaternis mutila erat, ad priſcam integritatem quatuor Manuſcriptorum ope reduximus: nec diſſimulandum eſt, ea quæ in illa Concione deerant, a viro docto Benzelio fragmenti anecdoti more paucis hinc annis Upſaliæ publicata fuiſſe cum aliquot aliis Chryſoſtomi anecdotis. Homiliam item de Abrahamo plus quam dimidia ſui parte truncam & laceram, jam integram protulimus. Hiatus item magnos ſarſimus in Homilia de Chriſto Deo contra Gentiles, & in alia de Reſurrectione. Mitto lacunas alias minores, quas in multis Concionibus complevimus, maxime vero in iis quæ de Incomprehenſibili contra Anomœos. Una tamen Homilia ſupereſt, quæ eſt ſecunda contra Judæos, cujus initium, ἡ μὲν παράνομος καὶ ἀκάθαρτος, adhuc magna ſui parte mutila, licet omnem moverimus lapidem ut eam in priſcum ſtatum reduceremus. Opem ea de re amicorum omnium imploravimus, nulla non diligentia adhibita fuit. In omnibus certe, quæ ſe patiuntur adiri, Bibliothecis ea ſolicitudine perquiſitum eſt, ut certum nobis ſit eam vel nuſquam ſanam exſtare, vel admodum latere, ſi talis ſuperſit. In ſequentibus item Tomis multa pari modo reſtituentur: nec minor induſtria in editis reſtaurandis, quam in anecdotis eruendis adhibebitur.

§. V.

Quantus Anecdotorum numerus nunc primum efferatur.

Homilias opuſculaque alia nondum emiſſa iiſdem ex latebris eduximus, & quidem tanto numero, ut ſola amplum volumen conficere valeant. In iis vero magna cautela utendum duximus, cum ne pro legitimis ſpuria proferantur, tum etiam ne conſarcinata opera, ex multis aliarum Orationum excerptis concinnata, vel a nugacibus Græculis, vel ab aliis qui hac techna Chryſoſtomi nova opera venditabant, ne illa, inquam,

repetantur

repetantur, neu bis terve eadem prodeant, quod & apud Chryſoſtomum & apud alios Sanctos Patres non ſemel accidiſſe comperimus. Eſt etiam cum mutatis prioribus Homiliæ ſeu verbis ſeu periodis, quæ eædem omnino ſunt Conciones, pro aliis & diverſis habentur: nimirum decipit frons prima multos, & cum principia variant, de cæteris ut plurimum non quæritur an eadem an diverſa ſint. Rem ſimilem experti ſumus in Homilia de Natali Chriſti, cujus initium, *μυστήριον ξένον καὶ παράδοξον*. Illa enim in codicibus nonnullis alio principio inſtructa eſt: quid quod in aliis codicibus Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini nomen præfert, multis poſt initium commutatis & aliunde corraſis? Eam porro Savilius putat ſe legiſſe admixtam alteri concioni, nec aſſignat locum: Fronto autem Ducæus inter ſpuria ablegavit. Iis permoti, quia nobis ſuſpicio eſt eam a Librariis vel temeratam fuiſſe, vel ex locis alicunde excerptis adornatam; cum nondum quid circa illam actum ſit ſatis intelligamus, in ſequentem tomum reſervandam cenſuimus, extra proprium ſcilicet locum, ne poſteaquam illam edidiſſemus, ex aſſidua tractatione aliquid importaretur novi. Profecto quantum fucum fecerint temerarii illi aut Bibliopolæ, aut Græculi Scriptores vix quiſpiam credat, niſi expertus: Homilia verbi cauſa in Annunciationem, quæ in ſecundo tomo inter ſpuria locum habet, cujuſque initium eſt, *Πάλιν χαρᾶς εὐαγγέλια*, in non paucis codicibus Chryſoſtomi nomen præfert; in aliis Gregorio Neocæſarienſi adſcribitur, atque ideo inter Gregorii Neocæſarienſis opera edita fuit. Eadem vero, ut nuper comperimus in codice CVI. Bibliothecæ Coiſlinianæ, in Indice ſcilicet ad frontem libri poſito, Macarii Philadelphienſis eſſe dicitur. Jam tribus adſcriptam auctoribus unam invenimus Homiliam, forteque in dies quartus quintuſve ejuſdem auctor emerget. Ut igitur tuto in hac tanta ſupellectile omnia diſponantur, nonniſi poſt accuratam perquiſitionem hæc nova & recens eruta in publicum efferimus: eoque conſilio paucas Homilias *ἀνεκδότους* in duobus prioribus tomis damus; ut ex quotidiano uſu quid de aliis cenſendum ſit cautius ſtatuatur. Cæteras in ſequentibus tomis, & quidem congruenti, quantum fas erit, ordine locabimus. Sunt porro illæ magno numero, variique argumenti. Cæterum inter illas Homilias e tenebris nunc primum eductas, principem obtinent locum unus & triginta ſermones in Pſalmos, qui in ejuſdem commentariis hactenus deſiderabantur, exque Anglicanis codicibus eruti ſunt. Horum apographi partem nobis tranſmiſit vir illuſtriſſimus D. Joannes Potterus Epiſcopus Oxonienſis, non minus eruditione, quam humanitate conſpicuus, qui multis inſignibuſque operibus rem literariam exornavit; cætera brevi tranſmiſſurus, ut ſperare jubet. Hæc ſane tanta commentariis in Pſalmos acceſſio magnam rei Eccleſiaſticæ literariæque ſtudioſis lætitiam pariat oportet.

§. VI.

De ingenti Operum numero, quæ Chryſoſtomi nomen ementiuntur.

In illa vero tanta anecdotorum ſylva, ſpuria bene multa reperiuntur. Nam innumeri pene Græculi, non ingenio minus, quam ætate diſpares, cum nec fama celebrarentur, nec ſuapte opera nomen ſibi parere poſſe confiderent, mutuato Chryſoſtomi nomine, aliquam ſperabant ſcriptis ſuis adjici dignitatem; hinc accidit ut plerumque imperitorum hominum nugis male auctus ſit tam peritus artifex. Non hæc una fuit tam immanis acceſſionis cauſa: ſiquidem Bibliopolæ veteres, ut libros pluris venderent, præmiſſo ementitoque Chryſoſtomi nomine emtores hac arte alliciebant. Ex illis vero ſpuriis ea ſolum publicare animus eſt, quæ alicujus ſunt momenti: cætera autem inepta atque futilia, utpote digna tenebris, intacta manebunt. Ex iis vero ſpuriis, quæ Savilius & Fronto Ducæus jam publici juris fecerant, nullum prætermittendum duximus, ne quid in Editione noſtra deſiderari videretur. Tametſi inter illa, plurima certe ſunt luce indigna, quæ nemo ſanus ſine ſtomacho legere poſſit. Nec venit in mentem cur Savilius, qui multa hujuſmodi futilia opuſcula, quorum catalogum ipſe texuit, ſe conſulto miſſa feciſſe profitetur, tot alias hujuſmodi merces nobis obtulerit, quas ſane æternis dignas eſſe tenebris nemo non fateatur. Id haud dubie accidit, quia in tanta operum ſylva, in tanto orationum decurſu, non par ſemper eſt animus, neque idem mentis judiciique ſitus. Neque ſatis habuimus ſpuria a germanis ſegregaviſſe; ad majorem quippe diſtinctionem, illa ad finem cujuſque voluminis ablegavimus, ac minutiore

charactere edi curavimus, habita quantum licuit argumenti ratione: non enim semper ea quæ una serie ponenda videbantur, eodem in tomo locare potuimus, ne nimia foret voluminis moles. Dubia vero opera, quæ non parvo sunt numero, ad calcem γνησίων eadem characteris forma posuimus; præmissis Admonitionibus, & allatis dubitandi causis.

§. VII.

De variis Lectionibus atque Notis, deque Monitis, quæ ad singula Opera præmisimus.

Varias Lectiones ex Manuscriptis erutas in ima pagina posuimus eas solum, quæ alicujus momenti esse videbantur: nam si omnes sine delectu edidissemus, in nimiam molem nullo operæ precio crevisset opus, quod jam quemvis Scriptorem Græcum mole superat. Notas ponimus breves, ubi necesse ducimus esse: si qua vero majorem requirunt disquisitionem, ea ad trutinam examinantur in Monitis, quæ in fronte cujusque Libri vel Homiliæ præmittuntur: re tamen sic temperata, ut cum plures ejusdem argumenti continua serie ponuntur Orationes, unum pro iis omnibus & singulis Monitum in fronte prioris locetur. Quæ quidem Monita Lectori, ut spero, nec ingrata nec inutilia futura sunt. Multum enim juvat ad intelligentiam Homiliæ vel Orationis, si, qua occasione, quo tempore, a quibus inductus Orator ea de re concionem habuerit, Lector edidicerit: & si quæ legentem morari poterant, antequam lectio adeatur explicentur. Illud vero commodi in prius editis prorsus desiderabatur. In hisce Monitis non infrequenter a Tillemontii sententia deflectimus: licet enim ejus ad Historiam Ecclesiasticam illustrandam concinnatum opus magni faciamus; non pauca tamen sunt, in quibus eum a vero aberrasse putamus. Certe accuratione ille ac diligentia nemini concedit: omnia in medium affert, singula discutit, nihil omittit eorum, quæ ad rem, quade agitur, explorandam conferunt; a præjudicata opinione mirum quantum sit alienus. In judicio tamen ferendo non semper pari felicitate procedit; sed tunc etiam ob diligentiam utilis vel iis, qui adversam tuentur opinionem. Ad hæc vero, quæ de Joanne Chrysostomo ille scripserat, diu post ejus obitum sunt in lucem emissa; nec potuit ea, quæ minus accurate posita erant, posterioribus curis sarcire.

Varias Lectiones & Notas Henrici Savilii, & Frontonis Ducæi non integras damus: nam ex Savilianis Notis multæ Græca respiciunt restauranda, quæ cum ad fidem Manuscriptorum jam a nobis emendata fuerint; quorsum illæ Notæ, nisi ut jam actum agendum esse moneant? Notæ vero Frontonianæ illæ, quæ de corrigenda interpretatione latina veteri agebant; sunt autem eædem ipsæ numero multæ; jam prorsus inutiles essent, quando ea vel emendata fuit, vel rejecta novæ interpretationi locum dedit. Alias item Frontonis Ducæi Notas, in quibus varia Chrysostomi loca ad idem argumentum spectantia congerit; exempli causa cum de jejunio, de matrimonio, de humilitate agitur; illas, inquam, notas pariter prætermisimus: quantacumque enim hujusmodi simul ponantur, id nunquam tanta accuratione præstabitur, quanta in Indice generali, ubi omnia omnino loca ad idem argumentum pertinentia sub uno conspectu locabuntur. Brevitatis igitur causa Notas Savilii & Frontonis delegimus, & ad calcem cujusque tomi posuimus eas solum, quæ videbantur ad rem explicandam opportunæ. Quia vero non deerunt fortasse viri docti, qui integras illas in hac Editione exhiberi velint, ad eorum nutum eas omnes quas omisimus ad calcem postremi Tomi locabimus, simulque varias Lectiones multorum codicum, quas memoratis supra de causis ad imas paginas cum cæteris non posuimus.

§. VIII.

De Interpretatione Latina Operum Chrysostomi.

Circa interpretationem operum S. Joannis Chrysostomi diu hærebam, & inter diversa amicorum consilia animi pendebam; volebant alii novam omnium interpretationem a me adornari; alii ex pristinis paucas conservari, corrigique tamen, sicubi emendatione opus haberent. Hæc vero fuit semper omni exceptione majorum amicorumque virorum sententia Caroli Cangii, Emericique Bigotii, quibuscum senibus juvenis olim versabar, ut ne semotis laudatorum interpretum versionibus meas substi-

tuerem ; id ipſum præcipue per literas monebat Joannes Cotelerius, antequam Græcorum Patrum editionibus manum admoverem. Neque vero ſine aliqua temeritatis nota me aggreſſurum dicebant, ut laudatiſſimas illas interpretationes meis poſtponerem. Itaque non ut convertendi laborem ſubterfugerem : non enim multo minus laboris ineſt in emendandis de verbo ad verbum aliorum interpretationibus, quam in novis concinnandis ; ſed ut tantis viris morem gererem, in hoc demum propoſito ſubſtiti ; ut omnes prorſus Frontonis Ducæi interpretationes ſervarem, niſi cum variantibus codicibus, mutanda lectio eſt, & interpretatio quoque mutetur oportet ; vel cum alia commodior & Græcis congruentior vox, aut periodus etiam latina ſeſe offert ; quod infrequenter evenit : nam, ut jam diximus, inter optimos interpretes jure Fronto numeratur. Eraſmi quoque & Jacobi Billii verſiones pari modo retinendas cenſui. Aliorum autem interpretationes, aut variis in locis emendatas retinuimus, cum ſatis accurate Chryſoſtomum orantem referunt ; vel prorſus rejecimus & novas edidimus, quando illæ veteres non poterant medica manu ad bonam conditionem revocari. Alias item παραφραστικῶς adornatas, quæ longo verborum inutilium circuitu faſtidium pariunt, prorſus ablegavimus, novaſque paravimus. Hujuſmodi ſunt Godefridi Tilmanni & aliorum quorumdam interpretationes, quæ redundanti illa dictionum copia Chryſoſtomum, qui inopia dicendi nunquam laboravit, verboſiorem quam par ſit referunt. Illas omnes variorum interpretationes e regione Græcorum editas, utcumque emendaverat Fronto Ducæus : quas cum ſic etiam emendatas non omnino probaret, ſecundis curis iterum corrigere in annotationibus ſuis eſt aggreſſus. Verum, uti jam diximus, earum quædam ita concinnatæ ſunt, ut vix ac ne vix quidem poſſint corrigi. Nonnullæ vero, quales ſunt Eraſmi, Jacobi Billii, Germani Brixii, Sigiſmundi Gelenii & aliorum non infeliciter adornatæ, corrigi poſſunt, ut nos libere fecimus, ubi neceſſe viſum eſt. Libros tamen de Sacerdotio, licet a Germano Brixio latine converſi eſſent, nova interpretatione donandos cenſuimus, quia nimirum ille paraphraſin ibi fere ſemper affectavit, quod genus interpretandi viris emunctæ naris admodum diſplicet. Ea porro ſemper fuit inſtituti noſtri ratio, ut interpretando mediam ceu viam teneremus inter παραφραστικὴν, & ſtrigoſam illam aliam, quæ Græca κατὰ πόδα & nimio ſcrupulo conſectatur.

§. IX.

De ordine multarum inter ſe Homiliarum jam reſtituto.

Aliud in hac Editione præſtitimus non minus neceſſarium, nec minus ad Chryſoſtomum illuſtrandum opportunum. Cum nempe Savilius & Fronto Ducæus ubique terrarum perquiſita S. Doctoris opera confertim acciperent, non ſatis advertere potuerunt qua ſerie & ordine multæ homiliæ locandæ eſſent ; ſed illas ut fors ferebat locabant, ab iis quæ una ſerie poni debuerant, longo ſpatio disjunctas. Ea de re vero illi aliquando in notis monuerunt, ubi mutatum operum ſitum animadverterant ; ſæpius autem illum præpoſterum ordinem nullatenus ſenſerunt. Illam vero propriam ſeriem non ex argumento tantum aſſequi poſſumus, ſed etiam frequenter ex Chryſoſtomi procemiis, ubi prioris homiliæ hypotheſi ſe adhuc in poſteriore hærere teſtificatur, vel etiam cum multas enumerat certo ordine eadem de re habitas. Nam ſolet ille argumentum idem in multis homiliis pertractare ; ita ut quæ dicuntur in aliqua concione, cum ſequente cohæreant, & ſic in pleriſque poſterioribus quaſi catenam efficiant. Hæc homiliarum perturbatio apud Savilium, ſed ſæpius apud Frontonem Ducæum obſervatur. Homiliæ verbi gratia de Incomprehenſibili & contra Anomœos, priores quidem una & nativa ſerie ponuntur, ſed poſteriores diſtractæ ſunt & procul poſitæ in utroque edito. Quid autem hinc detrimenti emergat hoc exemplo comperies. Haleſius in notis Savilianis cum legiſſet Homiliam de Lazaro quatriduano & de Chriſti precibus, quæ inter illas contra Anomœos homilias jam nona numeratur, illam Chryſoſtomo abjudicavit : qui ſi mox legiſſet illam, quæ jam huic cohæret, eſtque numero decima, a tali haud dubie judicio abſtinuiſſet. In hac quippe poſteriore, quæ nulli fuit unquam ſuſpicioni obnoxia, eadem ſæpe repetit Chryſoſtomus, quæ in priori dixerat, ſeque in illa dixiſſe commemorat. Verum quia prior tomo quinto jacebat,

poſterior vero tomo ſexto poſt centenas ferme interpoſitas, non advertit Haleſius, in hac poſteriori prioris γνησιότητα aſſeri. In editione pariter Frontonis Ducæi hæ homiliæ longo intervallo disjunctæ ſunt. Vulgatum ſane eſt, quæ peregrinis in locis exſtant peregrinum olere, & quamcumque rem nonniſi ſuo loco ſuas partes implere poſſe. Parem ἀταξίαν deprehendas in homiliis contra Judæos, quarum ſecundam & tertiam quinto tomo poſuit Fronto Ducæus, ſex vero reliquas primo tomo: quod niſi advertatur quantam in chronologia pariat caliginem vide ſis in Monito noſtro ad Homilias contra Judæos. Pari modo disjunctæ fuerant Homiliæ tres de Diabolo tentatore, quas ſuo ordine in hac editione poſuimus. Hæc in primo & ſecundo tomo.

Ex tertio tomo aliud exemplum proferimus. Longam ſeriem Homiliarum habuerat Chryſoſtomus, quarum ille ordinem ita clare non ſemel enunciat, ut ne vel minimum dubii de ordine ſupereſſe poſſit: ita vero diſpoſitæ erant illæ conciones, ut poſterior prioris ſemper argumentum proſequeretur. Erantque illæ numero novem, quarum quinque priores *in principium Actorum* inſcribebantur; quatuor autem poſteriores *de mutatione nominum*, occaſione mutationis nominis Sauli in Paulum. Ex iis vero novem homiliis octo tantum in utraque editione comparent: Secunda enim exciderat, quæ jam reperta eſt. Octo autem illæ Homiliæ tomo quinto Editionis Frontonianæ exſtant, ſed ſus deque poſitæ: Prima namque pag. 556. habetur, Secunda exciderat ut diximus; Tertia p. 151. Quarta p. 582. Quinta p. 831. Sexta p. 544. Septima p. 850. Octava p. 164. Nona p. 568. Major adhuc ordinis perturbatio in Editione Saviliana deprehenditur: in qua Homiliæ iſtæ variis in tomis diſtractæ & ſeparatæ leguntur. Cave autem id vel Savilio vel Frontoni vitio vertas: nam properantibus Typographiæ operis hæ Homiliæ ſeparatim accedebant, neque fortaſſe ſpatium erat ad earum reſtaurandum ordinem. In hac vero noſtra Editione hæ novem Homiliæ; (nam ſecunda, quæ latebat, ex tenebris emerſit,) ſuo ordine duce Chryſoſtomo, in tertio tomo ponentur, cum prævio Monito, ubi idem ipſe ordo ut γνήσιος perſpicue aſſeretur. Plurima alia proferre poſſemus hujuſmodi ἀταξίας exempla; ſed hæc in præſenti ſatis erunt: cætera erudito lectori in operis decurſu obſervanda relinquimus.

§. X.

De diſtributione tomorum in Saviliana & Frontoniana Editione.

Jam ad ordinem & diſtributionem tomorum Chryſoſtomi veniamus; qua in re plus ineſt difficultatis, quam vulgo credatur. Longe diverſam diſtribuendi methodum ſequuti ſunt Savilius & Fronto Ducæus; neuter tamen potuit eam, quam ſibi præſcripſerat, normam retinere. Duas vero in partes poſſunt S. Joannis Chryſoſtomi opera generatim diſtingui; in opuſcula videlicet, & in commentarios in vetus novumque Teſtamentum. Savilius commentarios primo poſuit: ii vero quatuor primos tomos occupant; opuſcula in ſequentibus tomis locantur; in quinto nempe hoc ritu: 1°. Sermones in loca Sacræ Scripturæ. 2°. Sermones Panegyrici Sanctorum. 3°. Sermones dubiæ fidei in loca Sacræ Scripturæ. 4°. Sermones Panegyrici dubiæ fidei. In ſexto autem tomo. 1°. Tractatus varii. 2°. de ſtatuis Orationes una & viginti, quas ſequuntur alii Sermones varii argumenti. 3°. Orationes ex variis Chryſoſtomi locis conſarcinatæ, quas ἀποφθέγματα ſeu florilegia vocant. 4°. Orationes quædam ambiguæ fidei. In tomo ſeptimo. 1°. Epiſtolæ, præmiſſis duabus orationibus, quas exſilii ſui tempore Chryſoſtomus emiſit. 2°. Spuria in loca Scripturæ. 3°. Sermones Panegyrici ſpurii. 4°. Tractatus varii Spurii. 5°. Orationes quædam ambiguæ fidei. 6°. Florilegia Chryſoſtomi a Theodoro Magiſtro collecta. 7°. Orationes quædam Chryſoſtomi latine. In octavo tomo. Orationes quædam in præcedentibus tomis omiſſæ. 2°. Varii Scriptores de vita Joannis Chryſoſtomi, & initia omnium Chryſoſtomi orationum, ac poſtea Epiſtolarum. 3°. Notæ Savilii & aliorum in omnia S. Joannis Chryſoſtomi opera: quæ notæ maximam octavi tomi partem occupant.

Longe aliam diſtribuendi methodum ſequutus Fronto Ducæus, primo tomo poſuit opuſcula multa, orſus ab Homiliis ad populum Antiochenum in Statuas, quibus ſubdidit alia opuſcula varii argumenti; tum Sermones Panegyricos, Homilias de Pœnitentia, Libros de Fato, & alia pauca. Horum maxima pars Antiochiæ, nec niſi pauciſſima Conſtantinopoli

Constantinopoli emissa sunt. In secundo tomo, homilias seu commentaria in Genesim; & postea aliquot homilias in vetus Testamentum, in varia scilicet hinc & inde sumta loca. In tertio tomo homilias seu commentaria in Psalmos, postea commentarium in octo capita Hesaïæ: sub hæc homilias in varios Psalmos seu Psalmorum partes. In quarto tomo libros de Sacerdotio, quos sequuntur quidam libri Ascetici adversus oppugnatores vitæ Monasticæ, ad Demetrium, ad Stelechium, ad Stagirium, de Subintroductis, tum alia quædam opera permixtim edita, liturgia Chrysostomi nomine, Epistolæ, demum alii quidam libelli extra locum positi, quia tardius accesserant. In quinto tomo homilias edidit in varia novi Testamenti loca, tum panegyricos sermones in solemnitates Christi, & in divum Paulum, demum orationes & opuscula plurima extra locum posita, quia tardius allata sunt. In sexto tomo homilias spurias locavit, quas sequuntur Florilegia seu ἀποφθέγματα ex variis Chrysostomi orationibus. Eo autem consilio Ducæus homilias in varia novi Testamenti loca in quintum tomum rejecisse videtur, ut quæ ad novum Testamentum pertinebant, post commentarios in vetus Testamentum locum haberent: quasi vero tantam affinitatem cum commentariis habeant homiliæ illæ, quæ a quapiam Scripturæ sacræ clausula argumentum mutuantur. Certe si hujusmodi homilias pro commentariis habeamus, non paucæ reperientur in primo tomo homiliæ hujusmodi, ex novi Testamenti clausulis ὑπόθεσιν mutuantes, quæ ante commentaria in Genesim & in vetus Testamentum ab ipso Frontone positæ fuerunt. Ex dictis liquet summos viros Savilium & Ducæum in concinnanda operum & tomorum distributione non parum laboravisse: etsi quippe id ex arbitrio ut plurimum pendere putetur, non ita facile est ad aliorum placitum tantam supellectilem ordinare. Jam monuimus nec Savilium nec Ducæum quem sibi præstituerant ordinem servare potuisse: quia post editas cujuspiam argumenti homilias, inexspectatæ aliæ ejusdem argumenti accesserunt. Hinc est, quod apud Savilium multa in septimo & octavo tomo reperiantur, quæ ad quinti & sexti seriem pertinebant. Pariterque Fronto Ducæus aliqua in quarto, quæ primi tomi sunt; multa similiter in quinto, quæ vel ad primum vel ad quartum spectabant, reposuit.

§. XI.

De distributione tomorum in nostra Editione.

Ordo Savilii, qui primo loco commentaria in Scripturam posuit, quantumvis placuisset, non poterat a nobis usurpari hac de causa: commentarius in Psalmos plus, quam dimidia homiliarum parte mutilus, ad nostram pervenit ætatem. Spes autem erat, nos ex homiliis illis deperditis non paucas ex tenebris educturos esse: resque jam cessit ex voto: nam, ut ante narrabam, una & triginta homiliæ sinceræ in Anglia repertæ sunt, quarum alteram partem jam exscriptam teneo, alteram exspecto. Neque postrema fortassis erit illa accessio; nam reliquas amissas pari studio perquirimus, & fugax ævum sæpe quid importat novi. Si vero a commentariis cœpissemus, quidquid in Psalmos novi accessurum erat, extra ordinem & locum proprium, magno scilicet cum dispendio, jacuisset. Hunc ergo operum tomorumque ordinem, re accurate perpensa, nobis præstituimus: opuscula primum omnia, cujusvis generis sint, in tribus tomis prioribus locamus, commentaria cum veteris tum novi Testamenti septem posteriores occupabunt. Opuscula vero hoc ritu dividuntur, primo ponimus ea, quæ ob varietatem argumenti non possunt in unam & certam redigi classem; illaque secundum ordinem temporis, quantum licet, constituimus. Agmen ducunt Paræneses ad Theodorum lapsum, hinc sequuntur libri adversus oppugnatores vitæ Monasticæ, libri ad Demetrium, ad Stelechium, ad Stagirium, de Subintroductis, de Virginitate, ad viduam juniorem: secundum temporis seriem accedunt libri de Sacerdotio, homilia cum presbyter fuit ordinatus; de Incomprehensibili & contra Anomœos homiliæ XII. contra Judæos VIII. Homiliæ de Kalendis & de Lazaro jam octo. Hæ vero primum tomum absolvunt. Ex hac prima classe in secundo tomo homiliæ XXI. in Statuas, Catecheses duæ, tres de Diabolo tentatore homiliæ, & novem de Pœnitentia. Huc desinit prima classis, quæ ad medium ferme secundi tomi pertingit. Secunda classis est concionum panegyricarum de festis Domini nostri Jesu Christi. Homiliæ in Paulum & in reliquos Sanctos: hæ

ſecundum claudunt tomum. Tertia claſſis eſt homiliarum quæ ex variis Scripturæ clauſulis argumentum mutuantur; hæ vero occupabunt priorem partem tomi tertii. Quarta claſſis eſt opuſculorum ad motus Conſtantinopolitanos, & ad utrumque S. Joannis Chryſoſtomi exſilium pertinentium. Quinta claſſis Epiſtolarum omnium: quarta & quinta, quæ magnam habent inter ſe affinitatem, poſtremam tertii tomi partem complebunt. Septem vero poſteriores tomi, omnes omnino commentarios, qui ſuperſunt, complectentur. Atque in fine poſtremi fragmenta varia afferentur tum ex Photio, tum ex aliis ſcriptoribus atque ex Manuſcriptis excerpta. Dubia vero & ſpuria opera ita diſtribuere conati ſumus, ut habita argumenti ratione in finem cujuſque tomi ablegentur. Fatemur tamen non potuiſſe nos id ubique præſtare: ſi enim, exempli cauſa, omnes panegyricos ſpurios ſermones, in fine ſecundi tomi, qui locus eorum proprius erat, poſuiſſemus, in nimiam molem creviſſet ille tomus: quamobrem plurimos hujuſmodi ad ſequentes tomos rejicere coacti ſumus. Sed id leviſſimum eſt, ni fallor, incommodum: ſpuria quippe tam inepta plerumque ſunt, ut lucem non mereantur. In decem igitur tomos omnia S. Joannis Chryſoſtomi opera diſtribuentur: undecimum appendici, de qua mox agetur, deſtinamus. Sed erunt fortaſſe qui quærant; Frontonis Ducæi editio duodecim tomis, ſive undecim amplæ molis voluminibus abſolvitur: quo pacto igitur tot auctam Anecdotis, totque Monitis editionem decem in voluminibus includas? Id quî fieri potuerit facile intelligas ſi perpendas, longe majori charta & pagina uſos typographos noſtros, tomis novem & dimidio ea omnia concludere poſſe, quæ in undecim Frontonis voluminibus continentur, quod jam experimento didicimus. Ad hæc vero ſpuria quæ in Frontonis editione amplum volumen conficiebant, in noſtra editione cum ex ſupra memorata chartæ magnitudine, tum etiam ex minuta typorum forma ad dimidium voluminis reducuntur: jam habes undecim volumina in novem redacta. Inſuper, ſublatis illis παραφραστικῶς adornatis latinis interpretationibus, quæ verborum copia redundabant, quæ illis ſubſtitutæ ſunt, longe minus ſpatii occupabunt, hincque nonnihil etiam ex memoratis novem voluminibus deciditur. Quibus perſpectis facile intelligas, in decem illis editionis noſtræ voluminibus, tum ea quæ ex tenebris eruimus Chryſoſtomi opera, tum etiam Monita, plus, quam unum volumen, occupare.

§. XII.

De Appendice perquam neceſſaria operibus S. Joannis Chryſoſtomi ſubjungenda.

Inter ea quæ ad Chryſoſtomum illuſtrandum conferre poſſunt, nihil opportunius, meo quidem judicio, appendice illa ad calcem operum adjicienda, quæ undecimum & ultimum tomum conſtituet. Ubi præmiſſis veterum de Joanne Chryſoſtomo teſtimoniis, Diatribæ quinque edentur. In earum prima agetur de fortuna operum tanti Doctoris, deque variis manuſcriptis codicibus ejuſdem, qui in plurimis Europæ Bibliothecis ingenti numero feruntur: ſi qua vero in iis notatu digna & ſingularia obſerventur, ea non pigebit annotare. Tum de innumeris pene editis tractabitur, qui vel partes operum, vel opera omnia complectuntur, annotatis anno, loco, & editionis auctore: Præfationes etiam ſingularum editionum minutiore caractere cudentur. In ſecunda Diatriba de re admodum operoſa diſputabitur, nimirum de amiſſis ejus libris operibuſque variis, quæ teſte Suida omnem numerum ſuperabant: ibi de commentariis in Marcum & in Lucam diſputabitur, quos alii edidiſſe Chryſoſtomum narrant, alii nunquam exſtitiſſe contendunt: de Chryſoſtomi item orationibus contra Arabas, qui dicebant animam mori cum corpore, quas orationes aliqui inter Chryſoſtomi opera recenſent: deque aliis hujuſmodi bene multis diſſeretur. In tertia Diatriba de doctrina S. Joannis Chryſoſtomi circa fidei dogmata tractabitur, ubi ipſius prolatis S. Doctoris dictis atque ſententiis omnia recenſebuntur; idque non diſceptandi animo, ſed ex uno veri ſtudio. In quarta Diatriba de diſciplina tempore Chryſoſtomi ex ipſius maxime ſcriptis agetur. Ubi ſingularia certe, ſive quod ad liturgiam & ſacrificii celebrationem, ſive quod ad alios ritus, obſervabuntur, nempe de variis officiis Diaconi aliorumque Miniſtrorum; de ornamentis Eccleſiarum, de ſigni Crucis vario uſu; de oleo ex SS. Martyrum ſepulcris deſumto; quo utebantur ad dæmones fugandos morboſque pellendos; ſimiliterque de oleo ſanctæ

Crucis, de quo in vita S. Sabæ; deque aliis innumeris veteris Ecclesiæ Orientalis ritibus: quos ritus sæpius quam quivis alius commemorat S. Joannes Chrysostomus. In quinta Diatriba de variis & miscellaneis rebus tractabitur, si quid omissum fuerit, id afferetur, si quid erratum, aut minus recte positum, emendabitur: nam usus & tractatio diuturna accuratiorem afferunt rerum notitiam.

Sequetur vita S. Joannis Chrysostomi, tum ex ejus maxime scriptis, tum ex aliorum sive æqualium, sive supparium, sive posteriorum scriptorum narratu, accuratissime quantum licebit concinnata. Huic subjicientur ejus vitæ scriptores veteres, Palladius, Georgius, aliique Anonymi, quorum nonnulli lucem nondum viderant. Sub hæc indicem dabimus locorum Scripturæ sacræ, quem sequetur index rerum generalis in omnia ejus opera. Erit porro index ille locupletissimus, & summo labore accurationeque singulari concinnatus. Quantæ porro utilitatis sint indices hujusmodi, pauci experiri volunt. At enim non modo sunt ad loca perquirenda utiles; sed etiam quando accurate cogitateque scripti sunt, sine tædio & cum fructu maximo leguntur, omissis videlicet numeris, qui ad seriem minime pertinent. Ex hujusmodi vero lectione is fructus decerpitur, quem in ipsa auctoris lectione vix reperias. In auctore quippe omnia sparsim posita sunt; si, quid de Deo, verbi gratia, senserit Chrysostomus ediscere cupias, si, quid de baptismo, de gratia &c. tota decem volumina perlegas oportet, periculumque semper est ne in tam diuturno lectionis decursu, quod primo perceptum fuerat, ante quam ad finem devenias, elabatur: periculum item ne assiduæ tantæque lectionis tædio bene multa inobservata prætereas. Contra vero in istiusmodi indice, quæcumque de Deo, quæcumque de Baptismo, deve aliis quibuslibet in auctore reperiri possunt, unum sub aspectum subjiciuntur. Quamobrem vel iisdem ipsis qui tot volumina legunt, indicis lectionem ne prætermittant auctor sum. Post indicem Onomasticon amplissimum dabitur vocum omnium singularium, quæ in edito Chrysostomi reperiuntur, cum earum interpretatione latina: idiotismi, qui plurimi apud illum occurrunt, notabuntur. Agmen claudet catalogus alphabeticus operum omnium Chrysostomi, & Epistolarum a primis cujusque operis verbis ductus, longeque amplior, quam Savilianus, in octavo tomo illius editionis positus.

§. XIII.

De viris insignibus, quorum ope in hac editione usi sumus.

Restat ut in grati animi testimonium lectori significemus, quarum Bibliothecarum codicibus, quorum ope virorum ad hanc editionem usi simus. Primus celebrandus nobis est Excellentissimus Dom. HENRICUS CAROLUS DU CAMBOUT DE COISLIN, Dux & Par Franciæ, Episcopus Metensis, qui Bibliothecam suam omni manuscriptorum, præsertim Græcorum, genere refertam, hoc in Cœnobio deposuit, & pro innata beneficentia tam lautæ supellectilis nobis usum concessit; unde multa Chrysostomum spectantia mutuati sumus. Ex Bibliotheca Regia semper codices nobis ad arbitrium suppeditati sunt humanitate & munificentia Illustriss. ABBATIS D. DE LOUVOIS, Bibliothecæ Regiæ Præfecti, sub cujus auspiciis ejusdem Bibliothecæ Custodes D. de TARGNIS, præsertimque Vir Cl. JOANNES BOIVINIUS, non minus comitate quam eruditione toto orbe literario notissimus, solitis officiis nos prosequuti sunt. Haud multo minores nobis suppetiæ accessere ex Bibliotheca Illustrissimi COMITIS DE SEIGNELAY, quæ Colbertinæ nomine insignita ingenti Græcorum copia instructa est. Horum nobis ad nutum copiam fecit humanissimus ille Vir, ad literarum commodum natus.

In Bibliotheca Vaticana dum Romæ versarer, innumera exscripsi, collegi, contuli. Post reditum autem ex quo Illustrissimus Vir D. CAROLUS MAYELLA, in Bibliothecarium cooptatus est, omnia pro voto suppeditata fuere. Est enim vir ille, ut omnigena eruditione ornatus, ita literatis admodum opportunus. Ex ista vero Bibliotheca multa nobis apographa transmisit, vir amicissimus & doctissimus BERNARDUS ANDREAS LAMA, qui jam Lutetiæ agit. Ex Bibliotheca item Ottoboniana favente Eminentissimo Cardinali PETRO OTTOBONO, non pauca mutuati sumus.

In Anglia nulla non officiorum genera nobis præstita sunt, fateorque me nusquam majorem expertum humanitatem, quam apud Anglorum gentem. Præit hoc in munere

Vir Cl. & Illustrissimus JOANNES POTTERUS Episcopus Oxoniensis, eruditione cum primis numerandus, qui eximiis operibus rem literariam locupletavit: is nobis apographa rerum ad institutum nostrum pertinentium rogatus non rogatus in dies mittit; & ingentem illam commentariis in Psalmos, ut jam diximus, accessionem procuravit, cujus jam partem tenemus, partem exspectamus. Neque tacendus vir amicissimus & eruditissimus TIMOTHEUS GODVVINUS Episcopus Kilmoriensis, qui mihi & opem & benevolentiam Illustrissimi Potteri conciliavit, neque cessat commodis meis advigilare. Cantabrigiæ officiis suis nos certatim prosequuti sunt Vir Cl. BENTLEIUS, reipublicæ literariæ decus & ornamentum, & vir doctissimus amicissimusque PETRUS NEEDHAM, multis insignibus editis operibus clarus.

In Germania, nobis semper præsto fuit, & ad nutum beneficia contulit Vir Clarissimus JOANNES BENEDICTUS GENTILOTTUS AB ENGELSBRUN, Bibliothecæ Cæsareæ Præfectus, vir eruditione conspicuus, humanitate cum primis celebrandus, denique omnium numerorum. Viennæ quoque & manu & ope & amicorum ministerio ad nostri commodum usus semper est JOANNES CHRISTOPHORUS BARTENSTEINIUS meus Argentoratensis, Sacræ Cæsareæ Majestati a Consiliis. Hamburgi etiam pari nos benevolentia prosequutus est Vir Insignissimus & Eruditissimus JOANNES ALBERTUS FABRITIUS, quem ob præclara in rempublicam literariam collata beneficia, ignorat nemo qui literas norit. Is Manuscriptum Epistolarum S. Joannis Chrysostomi, nec rogatus Hamburgo Lutetiam misit, ut oculis ipse meis varias inde lectiones excipere possem. Neque silentio prætermittendus V. Cl. CONRADUS VVIDOVV, qui nullum lapidem non movit, ut nostris faveret studiis & operibus. En habes, candide Lector, festivam præclarorum hominum enumerationem, quorum commemoratio nemini literas amanti non grata potest esse.

Neque tacendi sunt carissimi sodales mei viri docti, qui mecum in hoc edendo opere desudarunt; D. CAROLUS DE LA RUE, D. MARTINUS BOUQUET, & D. JOSEPHUS DOUSSOT. Cæteri autem qui variis lectionibus excipiendis operam bene multi dederunt, & dant hodieque, in aliquo tomorum sequentium commemorabuntur: nam in dies novi ad id muneris se conferunt, &

——————— *uno avulso non deficit alter.*

INDEX

INDEX
OPERUM S. JOANNIS CHRYSOSTOMI,
QUÆ IN PRIMO TOMO CONTINENTUR.

† *Hæc nota ea indicat Opera, quæ vel inedita hactenus, vel peregrinis in locis edita, in hanc editionem accesserunt.*

* *Hæc vero illa, quæ a Savilio edita, in Morelli editione non exstabant.*

INDEX
OPERUM S. JOANNIS CHRYSOSTOMI,
QUÆ IN SECUNDO TOMO CONTINENTUR.

† *Hæc nota ea indicat opera, quæ vel inedita hactenus, vel peregrinis in locis edita, in hanc editionem accesserunt.*

*. *Hæc vero illa, quæ a Savilio edita, in Morelli editione non exstabant.*

DUBIA OPERA.

SPURIA.

IN

IN DUAS

JOANNIS CHRYSOSTOMI AD THEODORUM LAPSUM PARÆNESES SEU EPISTOLAS,

MONITUM.

IN *editione Saviliana hæ duæ Parænefes sive, ut Savilius vocat, Orationes transpositæ sunt; ita ut quæ prior esse debuerat, sit posterior. Ipsam porro Savilii notam, observatu certe dignam, huc partim afferre operæ precium fuerit.* In hac editione errore nescio quo transpositæ sunt istæ duæ πρὸς Θεόδωρον ἐκπεσόντα orationes, & quæ prior esse debuit, posteriore loco collocatur, & quæ posterior, priore: correctore nostro auctoritatem, ut puto, sequuto editionis Moguntinæ, τῶν ἀπηρτισμάτων, ubi sic citantur. Porro hujus orationis, quæ in nostra editione octava est, meminit magnificis cum præconiis Sozomenus lib. 8. cap. 2. cujus verba a me qua a Codd. Mss. qua a conjecturis emendatiora facta visum est adscribere. Οὐ μόνος δὲ (Chrysostomus) παρὰ τούτοις (Carterio & Diodoro) ἐφοίτα· ἔπεισε δὲ τῆς αὐτοῦ (al. αὐτῆς) γνώμης εἶναι ἑταίρους αὐτοῦ γενομένους ἐκ τῆς Λιβανίου διατριβῆς, Θεόδωρόν τινα καὶ Μάξιμον. ὧν ὁ μὲν (Maximus) ὕστερον ἐπίσκοπος ἐγένετο Σελευκείας τῆς Ἰσαύρων, Μόψου δὲ ἑστίας τῆς Κιλικίας Θεόδωρος· [πρὸς ὃν πεσόντα γράφει ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐπιστολὴν δευτέραν,] &c. *Hæc postrema verba uncinis inclusa, in editione Roberti Stephani, & Christophorsoni habentur: horum vero sensus est; Divum Chrysostomum secundam epistolam scripsisse ad Theodorum lapsum: quæ clausula si vere Sozomeni esset, alicujus in re quam tractamus momenti foret. Verum eam a librario quopiam inductam fuisse putat Henricus Valesius, hac permotus ratione, quam & nos probamus; videlicet Joannem nostrum Sozomeni ævo nondum Chrysostomi nomen adeptum fuisse; cum autem in codice Fuketiano hæc clausula non exstaret, illam expunxit Valesius. Savilius etiam qui illam uncinis inclusit, suspectam habuisse videtur. Sozomeni ergo locus sic habet; græca vero brevitatis causa præterimus:* Neque solus (*Joannes*) hos magistros adibat (*Carterium & Diodorum,*) sed etiam suos ex Libanii schola sodales ad idipsum agendum induxit, Theodorum nempe & Maximum: quorum hic quidem Seleuciæ in Isauria episcopus deinceps fuit, Theodorus episcopus Mopsuestiæ in Cilicia, vir in sacris Scripturis, & in reliquis disciplinis Rhetorum & Philosophorum apprime eruditus. Atque hic quidem cum divinis legibus initio daret operam, & cum sanctis viris versaretur, hoc vivendi institutum probabat, civilemque vitam damnabat. Verum in proposito non perseveravit; mutataque sententia, ad pristinam vitam abreptus est. Cumque, ut in more est, propositum suum ex veterum exemplis defenderet; eruditione namque præditus erat, in urbem rediit, hoc consilium pristino anteponens. Cumque comperisset Joannes eum in sæcularibus negotiis versari, & de uxore ducenda cogitare, divinam & tum verbis, tum sententiis humanam facultatem excedentem epistolam ad ipsum misit. Qua perlecta ille, pœnitentia ductus rursus facultatibus & nuptiis renunciavit: Joannisque consilio servatus, ad philosophicam vitam regressus est. *Videtur sane Sozomenus de secunda epistola sive parænesi verba facere, ubi Chrysostomus Theodorum a connubio avertere conatur. Ita censent Savilius, Valesius & Tillemontius; cui sententiæ ego non repugno, licet hæc oscitanter a Sozomeno narrari compertum habeam. Jure autem ab omnibus exploditur Valesius, qui unam putans haberi Chrysostomi ad Theodorum parænesin, nempe secundam, ausus est circa prioris* γνησιότητα *dubitare. Certe Chrysostomum ne vel primoribus quidem labris attigerit oportet, qui primam parænesin non inter elegantissimos ejus fetus recenseat.*

Unam igitur epistolam ad Theodorum Mopsuestenum hic memorat Sozomenus, & quidem, ut videtur, secundam. Unam item ad eumdem Hesychius in Synodo Constantinop. Collat. V. p. 470. Unam pariter Theodorus Cæsareæ ibid. p. 490. sed multorum versuum πολύστιχον, *id est, admodum longam: quod sane videatur ad primam potius quam ad secundam referri: nam secunda non* πολύστιχος *dici posse videtur; maxime vero si comparetur cum aliis Chrysostomi operibus. Leontius tamen Byzantinus duas ad Theodorum Mopsuestenum epistolas sive paræneses commemorat; pariterque Isidorus Hispalensis in Chronico. His perspectis Tillemontius, in eam omnino propendet sententiam, ut putet unam tantum ad Theodorum Mopsuestenum haberi parænesin*

nempe secundam: primam vero ad alium cognominem a Chrysostomo missam arbitretur. Præter auctoritatem vero quam profert Sozomeni, Hesychii & Theodori Cæsariensis, qui unam ut vidimus ad Theodorum Mopsuestenum commemorant epistolam, his rationibus & argumentis nititur Tillemontius. Quî fieri possit ut in neutra parænesi nulla alterius parænescos mentio occurrat, etiam ubi Chrysostomus iisdem rationibus utitur & exemplis? Cur in primæ decursu nusquam compellatur Theodorus, cujus nomen in titulo solum comparet; in secunda vero non infrequenter Theodori nomen profertur? Quod autem gravius existimandum est: Theodorus in secunda memoratus, nondum vigesimum, teste Chrysostomo, attigerat annum; contra vero, eodem auctore Chrysostomo, is ad quem prior parænesis mittitur, annos vitæ reliquos non plus quinquaginta sperare poterat, etiam si ad extremam proveheretur senectutem, quod de viro tantum fere quadragenario dici possit. Ad hæc vero is, quem in priore parænesi alloquitur Chrysostomus, in aperta vitia & crimina proruperat, ut ex variis orationis locis colligitur. At non eousque perniciei devenerat Theodorus Mopsuestenus, qui si jam baptizatus in ea crimina lapsus esset, nequaquam potuisset secundum canones in episcopum postea cooptari.

Hæc Tillemontius, qui sane non animadvertit se cum Chrysostomo ipso pugnare. Siquidem in fine secundæ epistolæ, quam ad Theodorum Mopsuestenum missam Tillemontius ipse fatetur; se non unam, sed multas etiam epistolas ad eumdem misisse S. Doctor testificatur his verbis: Οἶδα τὸ μέτρον ἐξελθὼν τῆς ἐπιστολῆς· οὐ γὰρ ἑκὼν τοῦτο ἔπαθον, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἀγάπης καὶ λύπης ἀναγκασθεὶς, δι' ἣν καὶ ταύτην ἐβιασάμην ἐμαυτὸν γράψαι τὴν ἐπιστολὴν, πολλῶν κωλυόντων, παῦσαι ματαιοπονῶν, καὶ κατὰ πετρῶν σπείρων, ἔλεγόν μοι πολλοί· ἐγὼ δὲ οὐδενὸς ἤκουσα. ἐλπὶς γὰρ, ἔφην πρὸς ἐμαυτὸν, Θεοῦ θέλοντος ἀνύσειν τι τὰ γράμματα. i. Scio me justos epistolæ limites excessisse: verum ignosce; non enim lubens hoc egi, sed amoris dolorisque vi compulsus: quo motus affectu mihi vim intuli ut etiam hanc scriberem epistolam; vetantibus licet multis ac dicentibus: Finem fac vane laborandi, ac in petris serendi. Ego autem nemini aurem præbui: spes enim est dicebam apud me, Dei auxilio literas aliquid profuturas esse. *Ex quibus liquet multas a Chrysostomo ad Theodorum lapsum missas epistolas fuisse: quod indicatur his verbis:* vim mihi intuli ut etiam hanc scriberem epistolam; *quod declarant etiam hæc amicorum Chrysostomi dicta:* Finem fac vane laborandi, atque in petris serendi. *Quibus certe innuitur non unam alteramve, sed multas epistolas a Chrysostomo ad Theodorum lapsum missas fuisse: quarum prima, quæ est parænesis illa longior, & postrema supersunt. Ruit itaque illud ex Sozomeni, Hesychii & Theodori Cæsariensis testimonio desumtum argumentum, qui unam tantum ad Theodorum Mopsuestenum lapsum memorant epistolam, quorum etiam postremus potius primam, quam secundam parænesin indicare videtur, uti jam diximus. Ruit etiam illud quod adjicit Tillemontius, in neutra alteram jam datam indicari; (unde tamen non video quid inferri possit,) in secunda namque, aliæ antea datæ memorantur, & in iis haud dubie illa, quæ prima prodiit.*

Circa illum autem superius allatum Chrysostomi locum quædam observanda sunt. Nimirum cum in priore illa parænesi longiore Chrysostomus omnia, quæ ad Theodorum ad stationem, ut ait ille, reducendum opportuna erant, exhausisset; in sequentibus epistolis ad idem propositum pertinentibus, dictorum memoriam breviter refricabat, paucisque verbis epistolas texebat: indeque est quod in postrema Theodorum rogat, ignoscat sibi si epistolæ limites excesserit; non enim hæc de posteriore parænesi, si priori comparetur, dici possunt; nam hæc posterior, licet epistolis præcedentibus, ut verisimile est, longior, nonnisi compendium prioris videtur esse.

Pergit Tillemontius, cur in prioris decursu Theodorum numquam compellat Chrysostomus: in sequentis vero decursu eumdem sæpe suo nomine compellat? Cui ego nullo negotio reponam: cur in epistolarum ad Olympiadem una vel altera, ipsam suo nomine compellat Chrysostomus, in aliis vero & præsertim in aliqua earum, quæ cæteris longior est, eamdem numquam compellat? Sed quorsum aliunde exempla repetamus? Licet Tillemontio concederemus Theodorum illum, ad quem prior mittitur parænesis, alium esse a Mopsuesteno, cui secunda dirigitur: annon eadem semper quæstio moveri posset, cur scilicet in posteriore sæpe Theodorum compellet, in priore nunquam. Hic compellandi modus ex uno pendet arbitrio. Unus Chrysostomus dicere posset, cur modo compellaverit, modo a compellando abstinuerit. Si tamen consilio illud egerit, non vero casu, prout is vel alius dicendi modus sese menti offerebat.

Jam ad validissimum, ut putat Tillemontius, depellendum telum properemus. Theodorus in secunda epistola memoratus nondum vigesimum attigerat annum; contra vero, ipso auctore Chrysostomo, is ad quem prior parænesis mittitur, annos vitæ reliquos non plus quinquaginta sperare poterat,

etiam si ad extremam proveheretur senectutem, quod de viro tantum fere quadragenario dici possit. Vere quidem ait Chrysostomus in secunda epistola Theodorum nondum vigesimum attigisse annum: in prima vero locus paulo secus habet quam Tillemontius extulerit. Græca sic leguntur: p. 13. a. Πόσον βούλει σοι παρεκταθῆναι τοῦ παρόντος βίου τὴν ἀπόλαυσιν χρόνον; ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶμαί σοι πλέον ἢ πεντήκοντα ἔτη λείπεσθαι, ὥστε πρὸς ἔσχατον γῆρας ἐλθεῖν. i. Quanto tempore vis tibi præsentis vitæ usuram, *sive, ut ita loquar, fruitionem,* extendi? Equidem non puto tibi plus quinquaginta annis vitæ superesse, ut ad extremam senectutem venias. *Id est, si annos adhuc quinquaginta vixeris, tantæ senectutis eris, ut vitæ fructum & voluptatem capere non possis. Quis neget hæc vicenario juveni apposite dici posse? Sane vix capere possim quomodo ex tali dicto potuerit Tillemontius statuere virum cui hæc dicantur, pene quadragenarium esse: si ex hujusmodi verbis chronologiam statuamus, magnam in temporum ratione perturbationem afferemus. Quid exempli causa de ætate Anthusæ Chrysostomi matris quispiam dixerit, si illam in libris de Sacerdotio sic loquentem audiat,* οἱ δὲ γεγηρακότες ἡμεῖς οὐδὲν ἕτερον ἢ θάνατον ἀναμένομεν: *i.* Nos vero senes, nihil aliud, quam mortem exspectamus. *Annon illam fere septuagenariam pronunciaverit? Atqui illa, ut certum est, & fatetur ipse Tillemontius, nondum quadragesimum septimum ætatis annum emensa erat cum hæc diceret: usque adeo verum est non posse ex ejusmodi dictis certam temporis notam deduci. Neque nos moveat vox* πρὸς ἔσχατον γῆρας, ad extremam senectutem, *illam quippe usurpare solet Chrysostomus, non pro decrepita senectute; cum quis verbi gratia ita annorum mole obrutus est, ut jam sensuum usu pene destitutus, mox in sepulcrum sit inferendus, ut sunt octogenario majores & nonagenarii; sed pro viris qui adhuc negotia administrare, & magna possunt officia capessere. Sic de Sacerdotio lib. 3. p. 393. ubi dicit eos qui cum laude in ministeriis minoribus vitam egerunt, ubi ad senectutem devenere, non esse semper, præ aliis junioribus, in Episcopatum evehendos, nisi aliunde idonei fuerint; ibi utitur eadem voce* εἰς ἔσχατον ἥκοι τε γῆρας, in extremam senectutem pervenit, *& infra de iisdem,* εἰς μακρὸν γῆρας, in provectam senectutem. *Quibus sane & septuagenarios, & forte septuagenariis minores intelligit, ut nemo cordatus non videat; nam qui omnino decrepiti sunt, eo ipso non sunt idonei. Similiter hom. 3. de statuis initio, cum Flavianus episcopus Theodosium imperatorem placatum adiit, de illo ait Chrysostomus,* ἡ ἡλικία πρὸς ἔσχατον ἐλάσασα γῆρας: ætas ad ultimam provecta senectutem. *Atqui secundum Chrysostomum ipsum elapso etiam quodam ab illa Flaviani legatione ad Theodosium tempore, Flavianus nondum pervenerat ad ætatem S. Petri Apostoli. Siquidem in homil. 3. in principium Actorum orationem claudens Chrysostomus Flaviano annos ætatis S. Petri Apostoli apprecatur, postquam illum ante unum saltem annum jam ad extremam senectutem,* εἰς ἔσχατον γῆρας *pervenisse dixerat, qui Flavianus etiam, post illam ad Theodosium legationem annis septemdecim Antiochenæ præfuit ecclesiæ: tot enim numerantur anni ab anno 387. quo ille Theodosium adiit, ad annum 404. quo mortuus, vacantem sedem reliquit. De ætate porro ejus cum diem clausit extremum pluribus agetur in vita Chrysostomi. Et homil. 2. de pœnitentia n. 2. de Davide loquens Chrysostomus ait illum, quando in adulterium lapsus est, in extrema canitie fuisse,* ἐν ἐσχάτῃ πολιᾷ, *illud vero de Davide nolim pro asserto accipi; sed ut nemo spero negabit, id probatum certumque esse arbitror, Chrysostomum* ἔσχατον γῆρας *passim intelligere de septuagenariis & forte nonnunquam de septuagenario minoribus.*

Instat Tillemontius: is quem in priore parænesi alloquitur Chrysostomus, in aperta vitia & crimina proruperat, ut ex variis orationis locis colligitur: at non eousque perniciei devenisse videtur Theodorus Mopsuestenus, ad quem secunda mittitur epistola, qui si jam baptizatus in ea crimina lapsus esset, nequaquam potuisset secundum canones in episcopum postea cooptari. Hæc nullo negotio depelluntur. Theodorus, qui sacrum cœtum deseruerat, negotia sæcularia tractabat, voluptatibus deditus erat, Hermiones puellæ cujusdam amore flagrabat. Non aliud de Theodoro crimen refert Chrysostomus: id tamen ille magni criminis loco habere videtur in priore parænesi, ubi hæc recensentur. Secundum hæc autem, cum vel aliis referentibus, vel per ipsius Theodori literas accepisset, Theodorum ideo in negotia sæcularia se immisisse, ut paternarum rerum solicitudinem gereret, Hermionem amare, ut eam duceret uxorem; non tantis quidem, quantis antea, implicatum malis Theodorum esse putavit; sed non a culpa liberum duxit, ut per totam secundam epistolam indicat, cujus exordium est hujusmodi: Si fletus possent & gemitus per literas exhiberi, his repletam epistolam ad te misissem. Equidem fleo non quod paternarum rerum solicitudinem geras, sed quod ex fratrum te catalogo deleveris, quod pacta cum Christo inita calcaveris. *De connubio autem hæc habet p. 38.* Legitima res est conjugium,

id ego fateor. . . . sed tibi jam non est integrum jura connubii servare. Eum enim, qui semel cælesti sponso junctus est, si ab eo divellatur & uxorem ducat, adulterium admittere certum est. *Puto autem Theodorum acceptis prioribus Chrysostomi epistolis, quibus de sæcularibus susceptis negotiis, & de Hermiones amore redarguebatur: ad sui excusationem per epistolas & paternarum rerum curam, & conjugium cum Hermione incundum in medium attulisse. Certe in epistolæ postremæ calce rogat Theodorum Chrysostomus, ut sibi rescribere dignetur; si tot literis antea missis nihil respondisset, objurgaturus eum haud dubie erat Chrysostomus de tanto silentio.*

His ego de causis Savilii & Frontonis vestigiis insistens unum fuisse Theodorum puto, ad quem utraque parænesis missa fuit. Utraque certe ad eumdem Theodorum inscribitur in omnibus manuscriptis, quorum quidam remotissimæ vetustatis sunt: πρὸς τὸν αὐτὸν Θεόδωρον, ad eumdem Theodorum *habent omnes: duos autem Theodoros comminisci, quorum uterque cum Chrysostomo societate junctus sacro cuidam cœtui se addixerit, uterque resilierit, uterque revocatus fuerit a Chrysostomo; idque nullo auctore exque levibus conjecturis, id mirum quantum abhorreat ab instituto meo.*

Circa annum, quo hæ duæ scriptæ sunt homiliæ non modica est difficultas. Ait Baronius utramque parænesin a Chrysostomo, dum in montibus degeret solitarius, ad Theodorum missam fuisse. Tillemontius vero ex præjudicata opinione loquens, de prima ad alium, ut putat ille, quam Mopsuestenum missa id concedi posse putat; de secunda minime. Qui si animadvertisset illud quod in fine primæ dicitur, perinde de prima atque de secunda non posse concedi dicturus erat. Sic enim primam parænesin claudit: μόνον μὴ ἀπογνῷς, μηδὲ ἀναπέσῃς· τοῦτο γάρ σοι καὶ παρὰ πάντα τὸν λόγον, καὶ ὅπου δ᾽ ἂν ἴδω, καὶ δι᾽ ἑτέρων οὐ παύσομαι ἐπιλέγων· κἂν τούτου ἀκούσῃς, οὐκέτι δεήσῃ φαρμάκων ἑτέρων. *i.* Tantum ne desperes, neque concidas. Hoc enim tibi in omnis sermonis congressu, ubicumque te videro, & aliorum etiam ore repetere non cessabo: quod si audieris, aliis amplius remediis non egebis. *In loco igitur erat Chrysostomus, ubi cum Theodoro negotiis & voluptatibus immerso congredi, ipsumque casu offendere & videre poterat, atque adeo Antiochiæ. Idque de secunda pariter oratione dicendum: quam a Chrysostomo editam & missam fuisse opinatur Tillemontius anno circiter 369. Hunc vero annum pro utraque parænesi libenter & ego statuerim, maxime quia non videtur alius commodior annus indicari. Etsi non modica difficultas exsurgat circa illum sacrum cœtum, cui nomen dederant Joannes Chrysostomus, & Theodorus: sed illud accurate, quantum fas erit, excutietur in vita Chrysostomi ad calcem hujus editionis adornanda.*

Monitum lectorem velim, paulo ante finem primæ parænesis p. 29. b. ubi agitur de quodam juvene Phœnice Urbani filio divite, qui postquam ad montes cum Monachis secessisset; relictis postea Monachis, voluptati & libidini in urbe deditus erat; id quod adjicitur de sanctis viris qui illum ad pristinam vitam reducere tentabant, & ut græca habent, εἴποτε εἶδον φανέντα ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, καὶ προσιήεσαν καὶ ἠσπάζοντο. *Quod nos vertimus*, si quando viderent in foro, accedebant & amplectebantur eum: *illud, inquam, commodius verti posse*, accedebant & salutabant eum. *Prior interpretatio optime quadraret, nisi ea quæ mox sequuntur, posteriori magis faverent.* Et principio quidem ille equo vectus insequentes illos oblique alloquebatur: *equo vectum salutare facilius est, quam amplecti:* ἀσπάζομαι *autem utrumque significat.*

Interpretationem utriusque homiliæ ab incerto interprete factam, utpote non accuratam rejecimus, novamque paravimus.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ



ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

ᵃΛΟΓΟΣ ΠΑΡΑΙΝΕΤΙΚΟΣ

εἰς Θεόδωρον ἐκπεσόντα.

A ΤΙΣ δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου πηγὴν δακρύων; εὔκαιρον καὶ ἐμοὶ νῦν εἰπεῖν, καὶ πολλῷ μᾶλλον ἢ τῷ προφήτῃ τότε ἐκείνῳ. εἰ γὰρ καὶ μὴ πόλεις πολλὰς, μηδὲ ὁλόκληρα ἔθνη μέλλοιμι πενθεῖν, ἀλλὰ πολλῶν τοιούτων ἐθνῶν ψυχὴν [b] ἀνταξίαν, μᾶλλον δὲ καὶ τιμιωτέραν. B καὶ γὰρ εἰ κρείττων εἷς ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, ἢ μυρίοι παράνομοι, κρείττων ἄρα καὶ σὺ πρότερον ἦσθα τῶν μυριάδων τῶν Ἰουδαϊκῶν. ὥστε οὐδεὶς ἄν μοι μέμψαιτο νῦν, εἰ καὶ θρήνους τῶν ἐν τῷ προφήτῃ κειμένων πλείονας ἀναγράψαιμι, καὶ σφοδροτέρους ἐπιδείξαιμι ὀδυρμούς. οὐ γὰρ πόλεως πενθῶ [c] κατασκαφὴν, οὐδὲ παρανόμων αἰχμαλωσίαν ἀνδρῶν, ἀλλὰ ψυχῆς ἐρήμωσιν ἱερᾶς, καὶ ναοῦ χριστοφόρου καθαίρεσιν καὶ ἀφανισμόν. τὸν γὰρ κόσμον τῆς διανοίας τῆς σῆς, ὃν κατέφλεξεν ὁ διάβολος νῦν, εἴ τις ὅτε ἔλαμπεν ᾔδει καλῶς, οὐκ ἂν ἐστέναξε τοὺς θρήνους ἐπερχόμενος τοῦ προφήτου, καὶ ἀκούων, ὅτι χεῖρες βαρβαρικαὶ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ἐμόλυναν, C καὶ πῦρ ἐπαφεῖσαι πάντα κατέκαυσαν, τὰ [d] Χερουβὶμ, τὴν κιβωτὸν, τὸ ἱλαστήριον, τὰς πλάκας τὰς λιθίνας, τὴν στάμνον τὴν χρυσῆν; αὕτη γὰρ αὕτη ἡ συμφορὰ πικροτέρα ἐκείνης, ὅσῳ καὶ πολλῷ τιμιώτερα ἐκείνων

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS

CHRYSOSTOMI

Archiepiſcopi Conſtantinopolitani,

PARÆNESIS *ſive* ADHORTATIO

ad Theodorum lapſum.

QUIS dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? Jer. 9. 1. Id longe opportunius nunc dicam, quam ille quondam Propheta. Licet enim non urbes plurimæ, non gentes integræ deplorandæ mihi ſint; at animam deſleo hujuſmodi nationibus dignitate parem, imo etiam precioſiorem. Nam ſi vel unus qui voluntatem Dei faciat, ſexcentis impiis melior eſt, ſane tu melior antea eras innumeris illis Judæorum millibus. Quamobrem nemo mihi vitio vertat, quod fletum aſſumam longe majorem, luctumque acerbiorem, quam ille Propheta litteris dederit. Non enim urbem everſam lugeo, non improborum hominum captivitatem; ſed animæ ſacræ vaſtitatem, ac Chriſtiferi templi excidium atque ruinam. Si quis enim ornatum mentis tuæ, quem nunc exuſſit diabolus, cum ſplendore fulgeret probe noverit, annon ingemiſcat & Prophetæ luctus uſurpet; ſi nempe audierit barbaras manus ſancta ſanctorum polluiſſe, & ſubjectis ignibus omnia combuſſiſſe, Cherubim, arcam, propitiatorium, lapideas tabulas, urnam auream? Hæc ſiquidem, hæc calamitas tanto illa acerbior eſt, quanto precioſiora illis

a In hac emendanda Parænesi uſi ſumus quatuor Codicibus Regiis & quatuor Colbertinis. Unus Regius & duo Colbertini habent, λόγος παραινετικὸς ἐν εἴδει ἐπιστολῆς εἰς Θεόδ. &c. Alius Colbertinus, εἰς Θεόδωρον ἀσκητὴν ἐκπεσόντα πρὸς μετάνοιαν. Alii ut in textu. Savilius, πρὸς Θεόδωρον ἐκπεσόντα τοῦ ἑταιρεῖου βίου λόγος β΄. Quod autem hæc Parænesis ſecunda ponatur in Edit. Saviliana, errore accidiſſe monetur in notis ejuſdem Editionis. Vide in Monito ſupra.

b Savil. & Colb. unus, ἀντάξιον. Sed omnes alii MSS. & Edit. Morel. ἀνταξίαν: lectio tamen ἀντάξιον non ſpernenda. Paucis ante verbis Savil. & duo MSS. post πενθεῖν habent ὡς ἐκεῖνος. Sed hæc in aliis deſiderantur.

c Colb. unus, κατασκαφὴν καλῶ οὐδὲ παρ-

d Unus habet, χερουβὶμ λέγω. Mox unus cum Editione Savil. τὴν χρυσῆν ἱερατικὸν ἅγιον ἔχουσαν τὸ μάννα, αὐτη γάρ. Alius, τὴν χρυσῆν, οὐκ ἂν ἀξίως δακρύειν δυνατὸς. Cæteri conſentiunt cum Editione Morelliana, cujus lectionem retinemus. Mox Editio Morelliana, τιμιωτέρα συμβολα. Editio Savil. & unus Codex, τιμιώτερα τύπων σύμβολα. Quinque alii ut in textu.

symbola in anima tua residebant. Hoc templum illo sanctius erat: neque enim auro vel argento, sed Spiritus gratia fulgebat, ac pro arca & Cherubim, Christum ejusque Patrem atque Paracletum habuit inhabitantem. At nunc non ita se habet; sed desertum quidem est, nudatumque pulcritudine illa atque decore, divino ineffabilique ornatu spoliatum; vacuum autem omni securitate atque custodia; ita ut neque janua neque vectis adsit, sed pateat omnibus animæ exitiosis fœdisque cogitationibus. Sive arrogantiæ, sive fornicationis, sive avaritiæ spiritus, sive illis deteriores intrare voluerint, nemo prohibebit. Prius vero, quemadmodum cælum his omnibus inaccessum est, ita & puritas mentis tuæ. Et fortasse incredibilia dixisse videbor iis, qui nunc vident vastitatem subversionemque tuam: quapropter nunc doleo lugeoque, neque finem lugendi faciam donec in pristino te splendore videro. Licet enim id hominum facultatem superare videatur, Deo tamen omnia facilia sunt. Ipse enim est qui suscitat de terra inopem, & de stercore erigit pauperem; ut eum sedere faciat cum principibus, cum principibus populi sui. Ipse est qui habitare facit sterilem in domo, matrem de filiis lætantem. Itaque ne desperes te ad optima immutandum esse. Si enim diabolus tantum potuit, ut te a vertice illo & fastigio virtutis in extremum malitiæ detruderet; multo magis te Deus poterit in pristinam reducere libertatem: nec talem modo, sed multo feliciorem te reddere, quam prius fueras. Tantum ne concidas, nec spem bonam præscindas, neu impiorum statum subeas. Neque enim peccatorum multitudo in desperationem conjicere solet, sed anima ex se impia. Quapropter Salomon non dixit simpliciter: Quisquis venit in profundum malorum, contemnit; sed *impius* tantum. Impiorum enim dumtaxat est ille morbus, quando in profundum malorum venerint. Et hoc ipsis ne respiciendi quidem facultatem relinquit, neque eo revertendi, unde exciderant. Nam flagitiosa illa cogitatio tamquam jugum quoddam ligneum animæ cervici impositum & compellens oculos in terram demittere, prohibet ne ad Dominum suum respiciat. At viri est generosi & admirandi, hujusmodi lignum conterere, & lictorem qui id imposuerat excutere, ac Prophetæ verba proferre: nam *sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. Miserere nostri, Domine, miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione.* Hæc vere divinæ sunt disciplinæ, & supremæ philosophiæ dogmata. Repleti sumus, inquit, despectione, & infinitis ærumnis afflicti: attamen ad Deum respicere non cessabimus, nec finem precandi faciemus, donec

Animæ lapsæ status.

Psal. 112. 7.

Peccatori spes numquam amittenda.

Prov. 18. 3.

Psal. 122. 2.

A σύμβολα εἰς τὴν σὴν ἐναπέκειτο ψυχήν. Σεμνότερος ἐκείνου ὁ ναός· οὐδὲ γὰρ χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ, ἀλλὰ τῇ τοῦ πνεύματος ἀπέστιλβε χάριτι, [a] καὶ ἀντὶ τῆς κιβωτοῦ καὶ τῶν Χερουβὶμ, τὸν Χριστὸν, καὶ τὸν τούτου πατέρα, καὶ τὸν παράκλητον εἶχεν ἱδρυμένον ἐν ἑαυτῷ. Ἀλλὰ νῦν οὐκέτι· ἀλλ' ἔρημος μὲν καὶ γυμνὸς τοῦ κάλλους ἐκείνου καὶ τῆς εὐπρεπείας ἐστὶ, τὸν θεῖον καὶ ἄῤῥητον κόσμον ἀποκοσμηθεὶς, ἔρημος δὲ ἀσφαλείας ἁπάσης καὶ φυλακῆς· καὶ οὔτε θύρα οὔτε μοχλὸς, ἀλλὰ πᾶσιν ἀνέῳκται τοῖς ψυχοφθόροις καὶ αἰσχροῖς λογισμοῖς. κἂν ὁ τῆς ἀλαζονείας, κἂν ὁ τῆς πορνείας, κἂν ὁ τῆς φιλαργυρίας, κἂν οἱ τούτων μιαρώτεροι βουληθῶσιν ἐπεισελθεῖν, ὁ κωλύσων οὐδείς.
B πρότερον δὲ καθάπερ ὁ οὐρανὸς τούτοις ἐστὶν ἄβατος ἅπασιν, οὕτω καὶ ἡ καθαρότης τῆς διανοίας τῆς σῆς. καὶ τάχα ἄπιστα δόξω λέγειν τισὶ τοῖς νῦν τὴν ἐρημίαν καὶ τὴν καταστροφὴν ὁρῶσι τὴν σήν· διὰ γὰρ τοῦτο κόπτομαι, καὶ πενθῶ καὶ τοῦτο ποιῶν οὐ παύσομαι, ἕως ἄν σε πάλιν ἐπὶ τῆς προτέρας ἴδω φαιδρότητος. Εἰ γὰρ καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀδύνατον εἶναι τοῦτο δοκεῖ, [b] ἀλλὰ τῷ θεῷ πάντα δυνατά. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐγείρων ἀπὸ γῆς πτωχὸν, καὶ ἀπὸ κοπρίας ἀνυψῶν πένητα, τοῦ καθίσαι αὐτὸν μετὰ ἀρχόντων μετὰ ἀρχόντων λαοῦ αὐτοῦ. αὐτός ἐστιν ὁ κατοικίζων στεῖραν
C ἐν οἴκῳ, μητέρα ἐπὶ τέκνοις εὐφραινομένην. μὴ τοίνυν ἀπογνῷς τὴν ἀρίστην μεταβολήν. Εἰ γὰρ ὁ διάβολος τοσοῦτον ἴσχυσεν, ὡς ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐκείνης καὶ τοῦ ὕψους τῆς ἀρετῆς εἰς ἔσχατόν σε κακίας κατενεγκεῖν· πολλῷ μᾶλλον ὁ θεὸς ἰσχύσει πρὸς ἐκείνην σε [c] πάλιν ἀνελκύσαι τὴν παῤῥησίαν· καὶ οὐ τοιοῦτον μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλῷ μακαριώτερον ἐργάσασθαι τοῦ προτέρου. μόνον μὴ καταπέσῃς, μηδὲ τὰς χρηστὰς ἐλπίδας ἐκκόψῃς, μηδὲ πάθῃς τὰ τῶν ἀσεβῶν. οὐ γὰρ τὸ τῶν ἁμαρτημάτων πλῆθος εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβάλλειν εἴωθεν, ἀλλὰ τὸ ψυχὴν ἔχειν ἀσεβῆ. Διὰ τοῦτο ὁ Σολομὼν οὐχ ἁπλῶς εἶπε,
D [d] πᾶς τις ἐλθὼν εἰς βάθος κακῶν καταφρονεῖ, ἀλλ' ὁ ἀσεβὴς [e] μόνος. ἐκείνων γὰρ μόνων τοῦτο τὸ πάθος ἐστὶν, ἐπειδὰν εἰς τὸ βάθος ἔλθωσι τῶν κακῶν. καὶ τοῦτο ἐστὶν ὅπερ αὐτοὺς οὐκ ἀφίησιν ἀναβλέψαι, καὶ ἐπανελθεῖν ὅθεν ἐξέπεσον. ὁ γὰρ μιαρὸς οὗτος λογισμὸς καθάπερ τις κύφων ἐπικείμενος ἐπὶ τὸν αὐχένα τῆς ψυχῆς, καὶ κάτω νεύειν καταναγκάζων αὐτὴν, κωλύει πρὸς τὸν δεσπότην ἀναβλέψαι τὸν αὐτῆς. ἀνδρὸς δέ ἐστι γενναίου καὶ θαυμαστοῦ συντρίψαι τοῦτο τὸ ξύλον, καὶ τὸν [f] ἐπιτιθέντα αὐτὸ δήμιον ἀποκρούσασθαι, καὶ τὰ τοῦ προφήτου φθέγξασθαι ῥήματα· ὡς γὰρ ὀφθαλμοὶ παιδίσκης εἰς χεῖρας τῆς κυρίας αὐτῆς, οὕτως οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν πρὸς κύριον τὸν θεὸν ἡμῶν, ἕως οὗ
E οἰκτειρήσαι ἡμᾶς. ἐλέησον ἡμᾶς κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς, ὅτι ἐπιπολὺ ἐπλήσθημεν ἐξουδενώσεως. θεῖα ἀληθῶς ταῦτα τὰ παιδεύματα, καὶ τῆς ἀνωτάτω φιλοσοφίας δόγματα. ἐνεπλήσθημεν, φησὶν, ἐξουδενώσεως, καὶ μυρία ὑπέστημεν χαλεπά· [g] ἀλλ' ὅμως τοῦ πρὸς τὸν θεὸν ἀναβλέπειν οὐκ ἀποστησόμεθα, οὐδὲ πρὶν ἢ λαβεῖν τὴν

a Sic Morel. & quatuor MSS. Duo autem alii & Savil. καὶ ἀντὶ τῶν χερουβὶμ καὶ τῆς κιβ. Ibid. paulo ante Savil. & unus Codex ἐναπέστιλβε: alii omnes, ἀπέστιλβε.

b Savil. & unus Codex, ἵνα θεῷ.

c Unus, πάλιν ἑλκύσαι.

d Sic Savil. & omnes fere MSS. Morel. vero πᾶς τις ὁ ἐλθ-

e Sic omnes præter unum Cod. qui habet, μόνον.

f Savil. & aliquot Manuscripti habent ἐπιθέντα. Morel. & alius ἐπιτιθέντα, quam lectionem retinere visum est. Ibid. unus habet [illegible] paulo post Colb. unus, [illegible].

g Savil. & unus Reg. ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτω διακείμενοι τοῦ πρὸς, cæteri omnes ut in textu.

αἴτησιν, παυσώμεθα αἰτοῦντες αὐτόν. τοῦτο γὰρ γενναίας ψυχῆς, μὴ καταπίπτειν, μηδὲ ἀπαγορεύειν πρὸς τὸ πλῆθος τῶν κατεχόντων δεινῶν, μηδὲ πολλάκις αἰτοῦντας καὶ ἀποτυγχάνοντας ἀναχωρεῖν· ἀλλ' ἐπιμένειν, ἕως οὗ οἰκτειρήσῃ ἡμᾶς, καθὼς καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ φησι.

Διὰ γὰρ τοῦτο ὁ διάβολος ἡμᾶς εἰς τοὺς τῆς ἀπογνώσεως ἐμβάλλει λογισμούς· ἵνα ἐκκόψῃ τὴν ἐλπίδα τὴν πρὸς τὸν θεόν, τὴν ἄγκυραν τὴν ἀσφαλῆ, τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἡμετέρας ζωῆς, τὴν χειραγωγὸν τῆς πρὸς τὸν οὐρανὸν φερούσης ὁδοῦ, τὴν σωτηρίαν τῶν ἀπολλυμένων ψυχῶν. τῇ γὰρ ἐλπίδι, φησίν, ἐσώθημεν. αὕτη γὰρ αὕτη, καθάπερ [a] σειρά τις ἱερὰ τῶν οὐρανῶν ἐξαρτηθεῖσα, τὰς ἡμετέρας διαβαστάζει ψυχάς, κατὰ μικρὸν πρὸς τὸ ὕψος ἐκεῖνο ἀνέλκουσα τοὺς σφόδρα ἐχομένους αὐτῆς, καὶ τοῦ κλύδωνος ἡμᾶς τῶν βιωτικῶν κακῶν ὑπεραίρουσα. ἂν οὖν [b] τις μαλακισθῇ καὶ ἀφῇ τὴν ἄγκυραν ταύτην τὴν ἱεράν, κατέπεσέ τε εὐθέως καὶ ἀπεπνίγη, εἰς τὴν ἄβυσσον τῆς κακίας ἐλθών. [c] ὅπερ εἰδὼς ὁ πονηρός, ἐπειδὰν ἡμᾶς αὐτοὺς τῷ τῶν πονηρῶν πράξεων βαρυνομένους συνειδότι αἴσθηται, ἐπελθὼν καὶ αὐτὸς τὸν ἐκ τῆς ἀπογνώσεως λογισμὸν ὄντα μολύβδου βαρύτερον ἐπιτίθησι· κἂν αὐτὸν παραδεξώμεθα, ἀνάγκη λοιπὸν κατασπασθέντας εὐθέως τῷ βάρει, καὶ τῆς σειρᾶς ἀπορραγέντας ἐκείνης κατελθεῖν εἰς τὸ βάθος τῶν κακῶν, ἔνθα καὶ αὐτὸς γέγονας νῦν· τοῦ μὲν πράου καὶ ταπεινοῦ δεσπότου τὰ προστάγματα ἀφείς, τοῦ δὲ ὠμοῦ [d] καὶ τυράννου καὶ ἀσπόνδου τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐχθροῦ τὰ ἐπιτάγματα ἐξανύων ἅπαντα, καὶ τὸν χρηστὸν διαρρήξας ζυγόν, καὶ τὸ φορτίον ῥίψας τὸ ἐλαφρόν, καὶ τοὺς σιδηροῦς ἀντ' ἐκείνων κλοιοὺς [e] περιθείς, ἔτι καὶ τὸν μύλον ἐξαρτήσας τὸν ὀνικὸν τοῦ τραχήλου τοῦ σοῦ. ποῦ οὖν στήσῃ λοιπὸν καταποντίζων τὴν ἀθλίαν ψυχήν, τοῦ κάτω φέρεσθαι διηνεκῶς τοιαύτην σαυτῷ τὴν ἀνάγκην ἐπιθείς; ἡ μὲν οὖν τὴν μίαν δραχμὴν εὑροῦσα γυνή, τὰς γείτονας ἐκάλει τῆς εὐφροσύνης κοινωνούς, συγχάρητέ μοι, λέγουσα. ἐγὼ δὲ τοὺς φίλους ἅπαντας τούς τε ἐμοὺς καὶ τοὺς σούς, ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις παρακαλέσω νῦν, οὐ, συγχάρητέ μοι, λέγων, [f] ἀλλά, συμπενθήσατε, καὶ θρῆνον ἀναλάβετε τὸν αὐτόν, καὶ πικρὸν σὺν ἡμῖν ἀνακράξατε. ζημία γὰρ ἡμᾶς ἐσχάτη κατείληφεν, οὐχ ὅτι χρυσίου τάλαντα τόσα καὶ τόσα τῆς ἐμῆς ἐξέπεσε χειρός, οὐδ' ὅτι λίθων τιμίων πολὺς ἀριθμός· ἀλλ' ὅτι τούτων ἁπάντων ὁ τιμιώτερος συμπλέων ἡμῖν ταύτην τὴν θάλασσαν τὴν μεγάλην καὶ εὐρύχωρον, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐξολισθήσας πρὸς αὐτὸν τῆς ἀπωλείας τὸν πυθμένα κατέπεσεν.

Εἰ δέ τινές με τοῦ θρήνου ἀπάγειν πειρῶνται, τὰ τοῦ προφήτου πρὸς αὐτοὺς φθέγξομαι λέγων· ἄφετέ με, πικρῶς κλαύσομαι· μὴ κατισχύσητε παρακαλεῖν με. οὐ γὰρ τοιοῦτον πένθος πενθῶ νῦν, ὡς καὶ κατάγνωσιν φέρειν ἡμῖν τὴν ἀμετρίαν τῶν ὀδυρμῶν· ἀλλ' ὑπὲρ οὗ [g] κἂν εἰ Παῦλος, κἂν εἰ Πέτρος ἦν, οὐκ ἂν ᾐσχύνθησαν κλαίοντες καὶ πενθοῦντες, καὶ πᾶσαν παράκλησιν διωθούμενοι.

A postulata nacti fuerimus. Hoc est enim animi generosi non consternari, nec a spe deturbari propter vim calamitatum, neque discedere etiamsi repetitis subinde precibus nihil impetrarit; sed insistere donec misereatur nostri, quemadmodum ait beatus David.

2. Propterea enim diabolus nos in desperatas cogitationes injicit, ut spem erga Deum præcidat; anchoram nempe tutam vitæque nostræ sustentaculum, ducem in via ad cælum nostra, salutem perditarum animarum. *Spe enim*, inquit, *salvi facti sumus*. Rom. 8. 24. Hæc, inquam, hæc velut catena fortis de cælo pendens, animas sustinet nostras,
B & ad cacumem illud paulatim trahit eos, qui hanc firmiter tenent, & a procellis malorum præsentis vitæ abripit. Si quis igitur præ mollitie hanc sacram anchoram dimittat, statim decidit & suffocatur, in abyssum malitiæ demersus. Quod cum sciat malignus ille, postquam nos malorum operum conscientia oneratos sensit, irruens & ipse desperationis cogitationem plumbo graviorem immittit; quam si susceperimus, necesse est pondere statim avulsos & a catena illa abstractos, in profundum malorum deprimi, in quo tu nunc versaris: quandoquidem rejecto mitis & humilis Domini mandato,
C crudelis illius atque tyranni implacabilisque salutis nostræ inimici præcepta exsequeris omnia, suavi jugo dirupto, levi abjecto onere, circumpositis in vicem illorum vectibus ferreis; insuperque molam asinariam a collo tuo suspendisti. Ubi nunc steteris, postquam infelicem animam tuam demersisti, ac tibi eam necessitatem induxisti, ut deorsum semper tendas? Mulier itaque illa quæ drachmam unam invenerat, vicinas advocabat lætitiæ suæ participes, dicens, *congratulamini mihi*. Luc. 15. 8. Ego vero amicos omnes & meos & tuos ad rem plane contrariam nunc convocabo: nec
D dicam, *congratulamini mihi*; sed lugete mecum, eumdemque luctum assumite, & lamentabili nobiscum voce clamate. Extremam quippe jacturam fecimus; non quod tot & tot auri talenta e manibus exciderint, nec quod magna vis lapidum preciosorum; sed quod vir his omnibus preciosior, qui in hoc magno & vastissimo mari nobiscum navigabat, nescio quo pacto excussus, in ipsum perniciei profundum deciderit.

3. Quod si qui me a luctu abducere tentaverint, eos hisce Prophetæ verbis allo-
E quar: *Dimittite me, amare flebo, ne vim faciatis ad consolandum me*. Isai. 22. 4. Neque enim tali luctu nunc afficior, qui mihi, quod immoderatus sit, vitio verti possit; sed qualem nec Paulum, nec Petrum, omni consolatione rejecta, assumere puduisset.

a Aliquot MSS. habent σειρά τις χρυσῆ; Savil. τις χρυσῆ σειρά. Quatuor MSS. ut in textu. Mox duo MSS. ἐξαρτηθεῖσα.
b Colbert. unus, τις μεταξὺ ἀφῇ.
c Reg. unus, ἅπερ εἰδώς. Idem mox. ἡμᾶς ἑαυτοὺς . . . . βαρυνομένους συνειδότι, ἐπελθὼν . . . τὸν ἀπὸ τῆς.
d Sic omnes fere MSS. Edit. Morel. ὠμοῦ τυράννου.

e Colb. unus, ἐπιθείς.
f Reg. unus, ἀλλὰ συμπαθήσατε, καὶ θρῆνον ἀναλάβεσθε τὸν αὐτόν.
g Sic Savil. & omnes MSS. uno excepto, Morel. vero, καὶ εἰ Παῦλος, καὶ εἰ Πέτρος. Ibid. Colb. unus post πενθοῦντες, addit, καὶ θρηνοῦντες.

Deplorandi qui in peccatis versantur.

Siquidem eos, qui hanc communem mortem deplorant, jure quis pusilli animi arguerit: quando autem vice corporis anima prostrata jacet mortua, innumeris confossa vulneribus, & in ipsa etiam morte, pristinæ indolis optimæ, valetudinis præteritæ, exstinctæque pulcritudinis signa præfert, quis tam immanis & sensus expers, qui pro gemitibus & lacrymis consolationis verba proferat? Quemadmodum enim illic non lugere, ita hic lugere philosophicum est. Qui ad cælum pervenerat, qui vitæ vanitatem deridebat, qui formam corporum perinde atque lapidea simulacra respiciebat, qui aurum quasi lutum, delicias omnes quasi cœnum contemnebat; hic derepente febri correptus insulsæ concupiscentiæ, valetudinem, robur & speciem omnem perdidit, voluptatumque servus effectus est. Annon hunc deplorabimus, dic mihi, annon lugebimus, donec eum recuperemus? An id humani esset animi? Etenim mortis corporeæ destructio hîc inveniri nequit, neque tamen id lugentes a fletu cohibet. Animæ vero mors hîc tantum destrui potest: *In inferno* enim *quis*, inquit, *confitebitur tibi?* Quo pacto igitur non summæ stoliditatis fuerit, cum ii qui corporis mortem lugent, tam vehementer id faciant, licet sciant se defunctum ad vitam lacrymis non revocaturos esse; nos nihil hujusmodi exhibere, qui scimus spem esse de anima mortua in pristinam vitam reducenda? Siquidem multi & hoc tempore & majorum nostrorum ævo, a recta statione subversi & ab angusta via præcipites dati, ita surrexere denuo, ut posteriore vita priorem obtegerent, palmam acciperent, corona redimirentur, cum victoribus prædicarentur, & sanctorum choro annumerarentur. Quamdiu tamen quis in fornace voluptatum consistit, etiamsi innumera hujusmodi exempla proposita habeat, ipsi res esse supra vires apparet: at si vel tantillum cœperit illinc egredi, ad ulteriora semper procedens; statum illum diligentius quam ignem a tergo relinquet, ea vero quæ ante se posita sunt roris facilitatisque plena conspiciet: tantum ne desperemus, neve de reditu dubitemus. Nam qui sic affectus est, ingenti licet fortitudine & alacritate præditus sit, eam frustra possidet. Cum enim januam sibi pœnitentiæ semel occluserit, & ad stadium intercluserit aditum, quomodo extra positus poterit vel magnum vel modicum quidpiam boni operari? Quapropter malignus ille nihil non machinatur, quo nobis hanc cogitationem altius defigat: nam postea non sudandum ei, nec laborandum erit ut nos oppugnet; nimirum jam lapsos & jacentes, atque ei obsistere nolentes. Qui enim ab hoc vinculo se expedire poterit, pristinam fortitudinem re-

A τοῖς μὲν γὰρ τὸν κοινὸν τοῦτον θάνατον ὀδυρομένοις, εἰκότως ἄν τις ἐγκαλέσειε μικροψυχίαν πολλήν· ὅταν δὲ ἀντὶ σώματος ψυχὴ πρόκειται νεκρὰ, μυρίας ἔχουσα τὰς ὠτειλὰς, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ νεκρότητι [a] τὴν εὐφυΐαν [a] ἑαυτῆς ἐμφαίνουσα τὴν προτέραν, καὶ τὴν εὐεξίαν, καὶ τὸ κάλλος τὸ ἀποσβεσθὲν, τίς οὕτως ὠμὸς καὶ ἀσυμπαθὴς, ὡς ἀντὶ θρήνων καὶ ὀδυρμῶν παραμυθητικοὺς λόγους προσάγειν; ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ τὸ μὴ πενθεῖν φιλοσοφίας ἐστὶν, οὕτως ἐνταῦθα τὸ πενθεῖν. ὁ πρὸς τὸν οὐρανὸν φθάσας, ὁ τῆς τοῦ βίου ματαιότητος καταγελῶν, ὁ τὰ κάλλη τῶν σωμάτων ὡς τὰ ἐν λίθοις ὁρῶν, ὁ χρυσοῦ μὲν ὡς πηλοῦ, τρυφῆς δὲ ἁπάσης ὡς βορβόρου [b] καταφρονῶν, B [b] οὗτος ἡμῖν ἐξαίφνης πυρετῷ καταληφθεὶς ἐπιθυμίας ἀτόπου, καὶ τὴν ὑγίειαν καὶ τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν ὥραν ἅπασαν διέφθειρε, καὶ δοῦλος γέγονε τῶν ἡδονῶν. τοῦτον οὖν οὐ [c] δακρύσομεν, εἰπέ μοι, καὶ κοψόμεθα, ἕως ἀνακτησώμεθα πάλιν αὐτόν; καὶ ποῦ ταῦτα ἀνθρωπίνης ψυχῆς; τῆς μὲν γὰρ τοῦ σώματος νεκρώσεως τὴν λύσιν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἐνταῦθα, καὶ ὅμως οὐδὲ τοῦτο τοὺς πενθοῦντας τῶν θρήνων ἀφίστησι· ψυχῆς δὲ νέκρωσιν ἐνταῦθα μόνον ἐστὶν ἀφανίσαι δυνατόν· ἐν γὰρ τῷ ᾅδῃ, φησὶ, τίς ἐξομολογήσεταί σοι; πῶς οὖν οὐ πολλῆς βλακείας, τοὺς μὲν τὸν τοῦ σώματος θάνατον πενθοῦντας οὕτω [d] σφοC [d] δρῶς τοῦτο ποιεῖν, καὶ ταῦτα εἰδότας ὅτι οὐκ ἀναστήσουσι τὸν κείμενον τοῖς ὀδυρμοῖς· ἡμᾶς δὲ μηδὲν τοιοῦτον ἐπιδείκνυσθαι, καὶ ταῦτα ἐπισταμένους, ὅτι πολλάκις ἐστὶν ἐλπὶς τὴν ἀπολωλυῖαν ψυχὴν εἰς τὴν προτέραν ζωὴν ἐπαναγαγεῖν; πολλοὶ γὰρ καὶ νῦν καὶ [e] ἐπὶ τῶν [e] προγόνων τῶν ἡμετέρων ἐκ τῆς ὀρθῆς περιτραπέντες στάσεως καὶ ἐκ τῆς ἐστενοχωρημένης κατακρημνισθέντες ὁδοῦ, οὕτω διανέστησαν πάλιν, ὡς ἀποκρύψαι τοῖς δευτέροις τὰ πρότερα, καὶ τὸ βραβεῖον λαβεῖν, καὶ τὸν στέφανον ἀναδήσασθαι, καὶ μετὰ τῶν νικώντων ἀνακηρυχθῆναι, καὶ εἰς τὸν τῶν ἁγίων ἀριθμηθῆναι χορόν. ἕως μὲν γὰρ ἐν D τῇ καμίνῳ τις ἕστηκε τῶν ἡδονῶν, κἂν μυρία τοιαῦτα ὑποδείγματα ἔχῃ, ἀδύνατον αὐτῷ τὸ πρᾶγμα εἶναι δοκεῖ· [f] ἂν δὲ ἀρχὴν βραχεῖαν μόνον λάβῃ τῆς ἐκεῖθεν [f] ἐξόδου, προϊὼν ἀεὶ τὸ μὲν σφοδρότερον τοῦ πυρὸς κατόπιν ἀφίησι, τὰ δὲ ἔμπροσθεν καὶ πρὸ τῶν ποδῶν δρόσου καὶ πολλῆς γέμοντα τῆς εὐκολίας ὄψεται· μόνον μὴ ἀπογνῶμεν, μηδὲ ἀπαγορεύσωμεν τὴν ἐπάνοδον. ὁ γὰρ τοῦτο παθὼν, κἂν μυρίαν ἰσχὺν καὶ προθυμίαν κεκτημένος ᾖ, μάτην κέκτηται. τὴν γὰρ θύραν ἀποκλείσας ἅπαξ ἑαυτῷ τῆς μετανοίας, καὶ τὴν εἰς τὸ στάδιον εἴσοδον ἀποτειχίσας, πῶς δυνήσεται ἔξω μένων ἢ μικρὸν ἢ E μέγα ἐργάσασθαι [g] ἀγαθόν; διὰ τοῦτο πάντα μηχανᾶται ὁ πονηρὸς, ἵνα τοῦτον ἐν ἡμῖν φυτεύσῃ τὸν λογισμόν. οὐκ ἔτι γὰρ αὐτῷ ἱδρώτων δεήσει καὶ πόνων πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀντίστασιν· πῶς γὰρ τῶν κειμένων καὶ πεπτωκότων, καὶ ἀνταίρειν οὐκ ἐθελόντων αὐτῷ. ὁ μὲν γὰρ τοῦτον δυνηθεὶς διαδῦναι τὸν δεσμὸν, καὶ τὴν ἰσχὺν ἀνακ-

a Colb. unus, τὴν εὐμορφίαν αὐτῆς τὴν προτέραν καὶ τὴν εὐεξίαν. Savil. in margine notat εὐμορφίαν pro εὐφυΐαν. Infra Savil. in marg. παρακλητικοὺς pro παραμυθητικούς. Ibid. alii, προσάγειν, alii προσαγαγεῖν habent.

b καταφρονῶν, sic Savil. & quatuor MSS. Morel. καταγελῶν minus recte.

c Duo MSS. habent δακρύσωμεν... κοψώμεθα.

d Unus habet σφοδροτέρως, ut & Savil.

e Ita Savil. & tres Manuscripti, melius quam Morel. & alii, καὶ ἐκ τῶν προγόνων. Mox aliquot MSS. τραπέντες.

f Unus Cod. & Savil. ἐὰν δέ.

g ἀγαθόν, deest in quibusdam MSS.

τήσεται τὴν αὐτοῦ, καὶ εἰς ἐσχάτας οὐ παύσεται αὐτῷ παλαίων ἀναπνοάς· κἂν εἰς μυρία ἄλλα πέσῃ πτώματα, ἀναστήσεται πάλιν, καὶ συγκόψει τὸν ἐχθρόν· ὁ δὲ τοῖς τῆς ἀπογνώσεως δεθεὶς λογισμοῖς, καὶ τὴν ἰσχὺν παραλύσας τὴν αὐτοῦ, πῶς δυνήσεται περιγενέσθαι καὶ ἀντιστῆναι, ἐξ ἐναντίας φυγών;

Καὶ μή μοι τοὺς ὀλίγα ἡμαρτηκότας εἴπῃς, ἀλλ' ἔστω τις πάσης κακίας ἀνάμεστος, καὶ πάντα πραττέτω τὰ ἀποκλείοντα τῆς βασιλείας αὐτόν, καὶ ἔστω μὴ τῶν ἐξ ἀρχῆς ἀπίστων, ἀλλὰ τῶν πιστῶν, καὶ εὐηρεστηκότων τῷ Θεῷ πρότερον ὤν, ὕστερον γινέσθω πόρνος, μοιχός, μαλακός, κλέπτης, μέθυσος, ἀρσενοκοίτης, λοίδορος, B [a] καὶ ἄλλα τὰ τούτοις ὅμοια, οὐδὲ γὰρ τοῦτον ἐγὼ ἀποδέξομαι ἀπογινώσκοντα [b] ἑαυτοῦ, κἂν εἰς ἔσχατον γῆρας ἐλάσῃ μετὰ τῆς ἀφάτου καὶ τηλικαύτης κακίας. Εἰ μὲν γὰρ πάθος ἦν ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ, καλῶς ἄν τις ἀπέγνω, ὡς οὐ δυνάμενος σβέσαι τὴν φλόγα, ἣν διὰ τῶν τοσούτων ἀνῆψε κακῶν· ἐπειδὴ δὲ ἀπαθὲς τὸ θεῖόν ἐστι, κἂν κολάζῃ, κἂν τιμωρῆται, οὐ μετ' ὀργῆς τοῦτο ποιεῖ· ἀλλὰ μετὰ κηδεμονίας καὶ φιλανθρωπίας πολλῆς. [c] Διὸ σφόδρα θαρρεῖν χρή, καὶ πεποιθέναι τῇ τῆς μετανοίας δυνάμει. Καὶ γὰρ τοὺς εἰς αὐτὸν ἡμαρτηκόσιν οὐ δι' ἑαυτὸν εἴωθεν ἐπεξέρχεσθαι· οὐδεμία γὰρ εἰς τὴν φύσιν ἐκείνην διαβαίνει βλάβη· C ἀλλὰ πρὸς τὸ συμφέρον ἡμῖν σκοπῶν, καὶ ὑπὲρ τοῦ μὴ χείρονα γενέσθαι τὴν διαστροφὴν τὴν ἡμετέραν μελετώντων αὐτοῦ καταφρονεῖν καὶ ὑπερορᾶν. Καθάπερ γὰρ ὁ τοῦ φωτὸς ἐκτὸς ποιῶν ἑαυτόν, ἐκεῖνο μὲν ἐζημίωσεν οὐδέν, ἑαυτὸν δὲ τὰ μέγιστα [d] σκότῳ κατακλεισθείς, οὕτω καὶ ὁ τῆς παναλκοῦς ἐκείνης δυνάμεως καταφρονεῖν ἐθισθείς, ἐκείνην [e] μὲν ἔβλαψεν οὐδέν, ἑαυτὸν δὲ τὴν ἐσχάτην ἔβλαψε βλάβην. Καὶ διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς τὰς τιμωρίας ἡμῖν ἀπειλεῖ, καὶ ἐπάγει πολλάκις, οὐχ ὡς ἑαυτὸν ἐκδικῶν, ἀλλ' ἡμᾶς ἕλκων πρὸς ἑαυτόν. Καὶ γὰρ καὶ ἰατρὸς ἐπὶ ταῖς τῶν παραπαιόντων D ὕβρεσιν οὐκ ἀλγεῖ μέν, οὐδὲ δάκνεται· ὅμως δὲ πάντα πράττει καὶ πραγματεύεται ὑπὲρ τοῦ παῦσαι ἀσχημονοῦντας ἐκείνους, [f] οὐ τὰ ἑαυτοῦ σκοπῶν, ἀλλὰ τὴν ἐκείνων ὠφέλειαν· κἂν ἐπιδείξωνται μικρόν τι σωφροσύνης καὶ νήψεως, χαίρει καὶ εὐφραίνεται, καὶ πολλῷ [g] σφοδρότερον τὰ φάρμακα ἐπιτίθησιν, οὐχ ὑπὲρ τῶν προτέρων αὐτοὺς ἀμυνόμενος, ἀλλὰ τὴν ὠφέλειαν αὐξῆσαι θέλων, καὶ πρὸς καθαρὰν ὑγίειαν ἐπαναγαγεῖν· οὕτω καὶ ὁ Θεός, ὅταν εἰς τὴν ἐσχάτην μανίαν ἐκπέσωμεν, οὐκ ἀμυνόμενος ὑπὲρ τῶν προτέρων, ἀλλ' ἀπαλλάξαι τῆς νόσου βουλόμενος, ἅπαντα καὶ λέγει, καὶ E ποιεῖ· καὶ τοῦτο ἱκανὸν μὲν καὶ ἀπὸ τῶν ὀρθῶν λογισμῶν συνιδεῖν.

Εἰ δέ τις ἡμῖν ἀμφισβητοίη τούτων ἕνεκεν, καὶ ἀπὸ τῶν θείων [h] ταῦτα πιστωσόμεθα λογίων. Τίς γάρ, εἰπέ

A cuperabit, nec cessabit ad extremum usque halitum cum illo pugnare : etiamsi vero in sexcentos lapsus proruat, surget iterum, & hostem conficiet. Contra vero qui desperationis cogitatione ligatur, fractus viribus, quomodo superare poterit vel obsistere, cum ex adverso fugiat?

4. Nec dicas hæc ad eos qui modice deliquerunt pertinere : sed pone quempiam omni flagitio plenum, qui nihil non egerit, quod a regno illo excludat, qui a principio, non ex infidelium, sed ex fidelium, eorumque qui Deo placuerant numero fuerit; deinde vero, scortator, mœchus, B mollis, fur, ebriosus, pæderastes, calumniator evaserit, & alia id genus crimina admiserit : ne hunc quidem si desperet approbaturus sum, etiamsi ad extremam usque senectam in nefariis illis atrocibusque flagitiis perseveraverit. Nam si ira Dei animi ægritudo esset; jure quis desperaret, utpote qui non posset flammam tot sceleribus excitatam exstinguere; quia vero divinum numen ægritudine animi vacuum est, ac licet puniat, licet vindictam sumat, non ira commotus id agit; sed curam & amorem nostri semper gerit : ideo bono C esse animo par est, & vi pœnitentiæ confidere. Siquidem eos, qui in se peccaverunt, non sui causa solet ulcisci : nihil enim potest in hujusmodi naturam damni induci; id vero agit ad nostram spectans utilitatem, ne in deteriorem statum perversitas nostra decidat, dum ipsum rem contemnere ac despicere putamus. Quemadmodum enim is qui a luce recedit, nihil luci sed sibi multum damni infert, dum in tenebras se conjicit; sic qui omnipotentem illam virtutem contemnere solitus est, ipsam quidem nihil lædit, extremam vero sibi perniciem adfert. Hac de causa Deus vindictam D nobis comminatur, sæpeque immittit, non ut se ulciscatur, sed ut nos ad se pertrahat. At enim medicus de contumeliis delirantium non dolet, neque offenditur; sed tamen nihil non agit, ut eos turpiter se gerentes compescat, non suam spectans, sed illorum utilitatem : si autem ægri vel tantillum sanæ mentis ostendant, gaudet & lætatur, multoque vehementius remedia admovet, non quod pœnas contumeliæ expetat, sed ut majorem utilitatem, imo & perfectam sanitatem inducat. Eodem modo Deus, postquam nos in extremam decidimus amentiam, non ut præterita ulciscatur, sed ut nos a E morbo liberet, nihil non dicit & facit : quod sane quivis recto usus ratiocinio perspicere valet.

Quævis scelera pœnitentia delentur.

5. Si vero quispiam hæc in dubium vocaverit, ex divinis scripturis ea ipsa confirmare in promtu est. Nam quis, quæso,

a Unus, καὶ τὰ ἄλλα πάντα τά.
b Sic Savil. & aliquot Mss. Morel. ἀπογινώσκοντα τὰ ἑαυτοῦ. Mox Colb. unus, μετὰ τῆς ἀφράστου ταύτης κακίας. Paulo post idem & Savil. δυνάμενος λοιπὸν σβέσαι.
c διὸ deest in quibusdam Mss.
d Savil. ἐν σκότει. Colb. 1. ἐν σκότῳ.
e Duo Mss. μὲν οὐδέν, hic omisso ἔβλαψεν. Paulo post Colbert. unus. ἡμῖν καὶ ἀπειλεῖ. & sic etiam Savil.
f Duo Mss., οὐ τὸ ἑαυτοῦ, & sic etiam Savil. Morel. autem & alii οὐ τὰ ἑαυτοῦ.
g Colbert. unus σφοδρότερα. Paulo post idem, ἀλλὰ τὴν καλὴν ταύτην ἀρχὴν αὐξῆσαι.
h Savil. & aliquot Mss. τούτων. Alii & Morel. ταῦτα: Infra vero μαναὰ est vox Hebraïca מנחה, Græce expressa, quæ significat munus aut donum. Vox sequens θεῖον vulgo sulphur; sed hic suffimentum & odores exprimere videtur. In Bibliis legitur εὐωδίας.

ſolum tempus declarare poteſt. Multa quippe illic variaque tormenta, cruciatuumque ingens procella undique immittitur in animam. Quod ſi quis dixerit: Quomodo tantam vim cruciatuum ferre poſſit anima, & infinitis ſæculis in ſupplicio perdurare? is cogitet ea quæ in hac vita contingunt, quomodo ſcilicet multi diuturnum gravemque morbum toleraverint. Si autem mortem obierint, id accidit non quod anima conſumta ſit, ſed quod corpus defecerit, ſi non ceſſiſſet illud, numquam anima cruciari deſiiſſet. Quare poſtquam corpus hoc incorruptibile & indiſſolubile acceperit, nihil impediet quominus pœna in æternum protrahatur. Hîc autem non poteſt utrumque ſimul contingere, vehementia nempe ſupplicii & diuturnitas: ſed alterum cum altero pugnat, eo quod corporis natura corruptioni obnoxia earum concurſum non ferat: immortalitate autem ſuccedente, ſolvetur hæc pugna, & magna cum violentia in æternum nos utraque mala tenebunt. Ne itaque, ac ſi cruciatuum vehementia animam noſtram conſumi oporteat, eo modo nunc affecti ſimus: neque enim corpus tunc conſumi poterit ut in præſenti; ſed cum anima æternum in ſuppliciis manebit, nec finis ullus erit. Quantas igitur delicias & quantum temporis illis ſuppliciis vis comparari? Viſne centum annos, aut duplo amplius? Quid hoc erit ſi comparetur cum ſæculis infinitis? quod enim eſt ſomnium unius diei ad totam vitam collatum, idipſum eſt rerum præſentium uſura, futurorum ſtatui comparata. Num aliquis eſt, qui ſuave ſomnium optet, ea conditione ut per totam vitam crucietur? Ecquis ita ſtultus eſt, ut ad talem retributionem accedat? Nihildum dicam contra delicias, nec quanta illic reſideat amaritudo nunc aperiam. Neque enim jam tempus eſt hæc enarrandi, ſed cum primum eas effugere potueris. Nunc etenim quia morbo illo detineris, nugari tibi videamur, ſi voluptatem amaram dicamus: cum autem per Dei gratiam ab ægritudine liberatus fueris, tunc ejus miſeriam probe cognoſces. Quare iis in aliam opportunitatem tranſmiſſis, hoc nunc dicemus. Ponamus delicias eſſe vere delicias, & voluptatem vere voluptatem, nihilque habere ingratum vel vituperio dignum: quid de ſupplicio deſtinato dicemus? Quid vero tunc faciemus, qui in præſenti vita his quaſi in umbra & imagine potiti ſumus; re autem ipſa illic æternum ſupplicium luemus: idque cum breviſſimo tempore prædictos cruciatus effugere, & repoſita bona adipiſci licuiſſet? Hoc eſt enim opus clementiæ divinæ, quod nobis certamina non in longum tempus protrahantur; ſed cum brevi & in ictu oculi, (momentanea enim eſt præſens vita illi comparata,) decertaverimus, infinitis in ſæculis coronemur. Idque tunc dam-

A μένος παραστῆσαι ὁ καιρὸς ἱκανός. πολλὰ γὰρ δὲ ποικίλα ἐκεῖ τὰ βασανιστήρια, καὶ νιφάδες πάντοθεν κολάσεων ἐπάγονται τῇ ψυχῇ. εἰ δὲ λέγοι τις, καὶ πῶς ἀρκέσαι δυνήσαιτ' ἂν ἡ ψυχὴ πρὸς τοσοῦτον πλῆθος τιμωριῶν, καὶ ἀτελευτήτους αἰῶνας διαμεῖναι κολαζομένη· ἐννοησάτω τὰ ἐνταῦθα γινόμενα, πῶς πολλοὶ πολλάκις πρὸς νόσον μακρὰν καὶ χαλεπὴν ἤρκεσαν. εἰ δὲ καὶ ἐτελεύτησαν, οὐ τῆς ψυχῆς ἀναλωθείσης, ἀλλὰ τοῦ σώματος ἀπαγορεύσαντος, ὡς εἴ γε ἐκεῖνο μὴ ἐνεδίδου, οὐκ ἂν ἐπαύσατο βασανιζομένη ἡ ψυχή. ὅταν οὖν ἄφθαρτον τοῦτο λάβῃ, καὶ ἀνάλωτον, οὐδὲν τὸ κωλῦον εἰς ἄπειρον ἐκταθῆναι τὴν κό-B λασιν. ἐνταῦθα μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ὁμοῦ ταῦτα ἀμφότερα συνελθεῖν, σφοδρότητα λέγω [a] κολάσεων καὶ παραμονήν· ἀλλὰ θάτερον θατέρῳ μάχεται, διὰ τὸ τὴν τοῦ σώματος φύσιν εἶναι φθαρτήν, καὶ μὴ φέρειν ἀμφοτέρων τὴν σύνοδον· τῆς ἀφθαρσίας δὲ [b] ἐπελθούσης λοιπὸν, τῆς μάχης ταύτης διάλυσις γένοιτ' ἂν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἐξουσίας εἰς ἄπειρον ἡμᾶς ἀμφότερα καθέξει τὰ δεινά. μὴ τοίνυν ὡς τῆς ὑπερβολῆς τῶν βασανιστηρίων ἀναλισκούσης [c] ἡμῶν τὴν ψυχὴν, οὕτω διακείμεθα C νῦν· οὐδὲ γὰρ τὸ σῶμα δυνήσεται τοῦτο ἐν ἐκείνῳ παθεῖν τῷ καιρῷ· ἀλλὰ μενεῖ μετὰ τῆς ψυχῆς αἰωνίως κολαζόμενον, καὶ πέρας ἕτερον ἔσται οὐδέν. πόσην οὖν βούλει τρυφὴν, καὶ πόσον καιρὸν ἀντιθεῖναι τῇ κολάσει ταύτῃ, καὶ τῇ τιμωρίᾳ; βούλει χρόνον ἐτῶν ἑκατὸν καὶ δὶς τοσοῦτον; καὶ τί τοῦτο πρὸς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας; ὅπερ γὰρ ὄναρ ἡμέρας μιᾶς ἐν τῷ βίῳ παντὶ, τοῦτο ἡ τῶν ἐνθάδε ἀπόλαυσις ἐστὶ πρὸς τὴν τῶν μελλόντων κατάστασιν· ἔστιν οὖν ὅστις ὑπὲρ τοῦ χρηστὸν ὄναρ ἰδεῖν, διαπαντὸς κολάζεσθαι ἕλοιτ' ἄν; καὶ τίς οὕτως ἀνόητος, ὡς ἐπὶ ταύτην D ἐλθεῖν τὴν ἀντίδοσιν; οὔπω γὰρ διαβάλλω τὴν τρυφὴν, οὐδὲ τὴν ἐν αὐτῇ κειμένην πικρίαν ἀποκαλύπτω νῦν. οὐ γὰρ ἔστι τῶν λόγων τούτων ὁ καιρὸς, ἀλλ' ὅταν αὐτὴν ἐκφυγεῖν δυνηθῇς. νῦν γὰρ ἐνεχόμενος τῷ πάθει, καὶ ληρεῖν ἡμᾶς ὑποπτεύσεις, εἰ τὴν ἡδονὴν [d] καλοίημεν πικράν· ὅταν δὲ ἀπαλλαγῇς τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι τοῦ νοσήματος, τότε εἴσῃ καὶ τὴν κακίαν αὐτῆς καλῶς. διὸ τούτοις ἐν ἑτέρῳ [e] καιρῷ τοὺς λόγους ταμιευσάμενοι, ἐκεῖνο ἐροῦμεν νῦν. ἔστω εἶναι τρυφὴν τὴν τρυφὴν, καὶ ἡδονὴν τὴν ἡδονὴν, καὶ μηδὲν ἔχειν ἀνιαρὸν μηδὲ ἐπονείδιστον, τί E πρὸς τὴν ἀποκειμένην κόλασιν ἐροῦμεν; τί δὲ τότε πράξομεν, ἡσθέντες μὲν ὡς ἐν σκιᾷ καὶ εἰκόνι νῦν, [f] ἔργῳ δὲ τὴν βάσανον αἰωνίαν τιννύοντες ἐκεῖ, καὶ ταῦτα ἐξὸν ἐν βραχεῖ χρόνῳ τά τε εἰρημένα στρεβλωτήρια διαφυγεῖν, καὶ τῶν ἀποκειμένων ἀπολαῦσαι καλῶν; καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας ἔργον, τὸ μὴ εἰς μῆκος ἡμῖν ἐκταθῆναι τοὺς ἀγῶνας, ἀλλ' ἐν βραχεῖ καὶ ἀκαριαίῳ καὶ ὀφθαλμοῦ ῥιπῇ· τοῦτο γὰρ ἡ παροῦσα ζωὴ πρὸς ἐκείνην· ἀγωνισαμένους ἐν τοῖς ἀπείροις [g] στεφανωθῆναι αἰῶσιν· οὐχ ὡς ἔτυχε δὲ καὶ τοῦτο τότε τὰς τῶν κο-

[a] Sic Savil. & tres Mſſ. Morel. vero κολάσεως. Unus Reg. totum locum ſic habet, σφοδρότητα λέγω κόλασιν καὶ [illegible], ἀλλὰ πάσχειν [illegible] θατέρῳ.

[b] Savil. & unus Reg. ἐπεισελθούσης.

[c] Savil. & unus Reg. ἡμῶν.

[d] Savil. & unus Reg. ἀποκαλοίημεν.

[e] Sic Savil. & quatuor Mſſ. Morel. autem & alii ἐν ἑτέρῳ τούς. Infra unus Reg. ἀνιαρὸν καὶ ἐπίπονον, τί πρὸς τήν.

[f] Savil. ἔργῳ δὲ αἰωνίαν τὴν κόλασιν τιννύντες. In quatuor Mſſ. αἰωνίαν deeſt.

[g] Savil. in textu στεφανοῦσθαι, in marg. στεφανωθῆναι.

λαζομένων ἀνιάσει ψυχάς, ὅταν ἐννοήσωσιν, ὅτι παρὸν ἐν ταῖς ὀλίγαις ἡμέραις ταύταις κατορθῶσαι τὸ πᾶν, ἀμελήσαντες ἀθανάτοις ἑαυτοὺς παρέδωκαν κακοῖς. ὅπερ ἵνα μὴ πάθωμεν, διαναστῶμεν ἕως καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἕως ἡμέρα σωτηρίας, ἕως πολλὴ τῆς μετανοίας ἡ ἰσχύς. οὐδὲ γὰρ τὰ εἰρημένα μόνον ἡμᾶς ἐκδέξεται ῥαθυμήσαντας κακὰ, ἀλλὰ καὶ ἕτερα πολλῷ τούτων χαλεπώτερα. ταῦτα μὲν γὰρ ἐν τῇ γεέννῃ, καὶ τούτων πικρότερα. ἡ δὲ τῶν ἀγαθῶν ἀπόπτωσις τοσαύτην ἔχει τὴν ὀδύνην, τοσαύτην τὴν θλίψιν καὶ τὴν στενοχωρίαν, ὡς εἰ καὶ μηδεμία τιμωρία τοῖς ἐνταῦθα ἁμαρτάνουσιν ἔκειτο, αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν ἀρκέσαι τῶν ἐν τῇ γεέννῃ βασανιστηρίων πικρότερον [a] δακεῖν, καὶ συνταράξαι τὰς ἡμετέρας ψυχάς.

Ἐννόησον γάρ μοι τῆς ζωῆς τὴν κατάστασιν ἐκείνης, καθ' ὅσον ἐννοῆσαι δυνατόν· πρὸς γὰρ τὴν ἀξίαν οὐδεὶς ἡμῖν ἀρκέσει λόγος· ἀλλ' ἐξ ὧν ἀκούομεν ὥσπερ διά τινων αἰνιγμάτων λάβωμεν τινὰ φαντασίαν αὐτῆς ἀμυδράν· ἀπέδρα, φησὶν, ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμός. τί οὖν ταύτης μακαριώτερον γένοιτ' ἂν τῆς ζωῆς; οὐκ ἔστιν ἐκεῖ πενίαν δεῖσαι καὶ νόσον· οὐκ ἔστιν ἀδικοῦντα οὐδὲ ἀδικούμενον ἰδεῖν, οὐ παροξύνοντα καὶ παροξυνόμενον, οὐκ ὀργιζόμενον, οὐ βασκαίνοντα, οὐκ ἐπιθυμίᾳ ἀτόπῳ φλεγόμενον, οὐχ ὑπὸ τῆς τῶν ἀναγκαίων ἀλύοντα χορηγίας, οὐχ ὑπὸ ἀρχῆς καὶ δυναστείας κοπτόμενον. πᾶσα γὰρ ἡ ζάλη τῶν ἐν ἡμῖν παθῶν σβεσθεῖσα ἀπόλλυται, καὶ [b] πάντα ἐν εἰρήνῃ καὶ εὐφροσύνῃ ἔσται καὶ χαρᾷ· πάντα εὔδια καὶ γαληνὰ, πάντα ἡμέρα καὶ λαμπρότης καὶ φῶς, καὶ οὐ τοῦτο τὸ νῦν, ἀλλ' ἕτερον τούτου τοσούτῳ λαμπρότερον, ὅσον λυχνίας τοῦτο φαιδρότερον. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖ νὺξ, οὐδὲ συνδρομῇ [c] κρύπτεται νεφελῶν, οὐ καίει καὶ φλέγει τὰ σώματα· οὔτε γὰρ νὺξ, οὔτε ἑσπέρα ἐκεῖ, οὐ κρύος, οὐ θάλπος, οὐκ ἄλλη τις τρόπων μεταβολή· ἀλλ' ἑτέρα τις κατάστασις τοιαύτη, ἣν οἱ καταξιωθέντες εἴσονται μόνοι· οὐκ ἔστι γῆρας ἐκεῖ, [d] οὔτε τὰ τοῦ γήρως κακὰ, ἀλλὰ πάντα ἐκποδὼν γίνεται τὰ τῆς φθορᾶς, τῆς ἀφθάρτου δόξης κρατούσης πανταχοῦ. τὸ δὲ τούτων ἁπάντων μεῖζον, τὸ τῆς πρὸς τὸν Χριστὸν ὁμιλίας ἀπολαύειν διηνεκῶς, μετὰ ἀγγέλων, μετὰ ἀρχαγγέλων, μετὰ τῶν ἀνωτέρω δυνάμεων. ἴδε τὸν οὐρανὸν νῦν, καὶ [e] διάβηθι τῷ λογισμῷ τὰ ὑπὲρ τὸν οὐρανόν· λόγισαι τῆς κτίσεως ἁπάσης τὸν μετασχηματισμόν. οὐ γὰρ τοιαύτη μενεῖ, ἀλλὰ πολλῷ καλλίων ἔσται καὶ φαιδροτέρα, καὶ ὅσῳ μᾶλλον μολύβδου πρὸς χρυσὸν ἀποστίλβοντα τὸ μέσον, τοσούτῳ τῆς κατασκευῆς ταύτης ἔσται βελτίων ἡ τότε, καθὼς καὶ ὁ μακάριος Παῦλος φησίν· ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς. νῦν μὲν γὰρ ἅτε φθορᾶς μετέχουσα, πολλὰ πάσχει οἷα τὰ τοιαῦτα σώματα πάσχειν εἰκός· τότε δὲ ταῦτα ἀποδυσαμένη πάντα, [f] ἄφθαρτον ἡμῖν ἐπιδείξεται τὴν εὐπρέπειαν. ἐπεὶ γὰρ ἄφθαρτα μέλλει δέχεσθαι σώματα, καὶ αὐτὴ λοιπὸν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μετασχηματισθήσεται. οὐδαμοῦ τότε στάσις καὶ μάχη· πολλὴ γὰρ

A natorum animas excruciabit, quando cogitabunt, se cum possent per paucos istos dies omnia emendare, negligentia usos immortalibus sese malis tradidisse. Quod ne patiamur, surgamus, donec tempus acceptabile, donec dies salutis adest, donec vis magna est pœnitentiæ. Neque enim prædicta solum mala nos segniter agentes excipient, imo & alia illis multo graviora. Ea enim quæ in gehenna parantur, iis longe sunt acerbiora. A tantis autem excidisse bonis tantum infert doloris, afflictionis, angustiæ; ut etiamsi nullum aliud esset supplicium peccatoribus destinatum, illud solum posset graviorem B aliis gehennæ cruciatibus inferre pœnam animæque perturbationem.

10. Animo tecum reputa vitæ illius statum & conditionem, quantum scilicet capere potes: nam pro rei dignitate nullo sermone declarari valet: sed ex iis quæ audivimus quasi per ænigmata, obscuram quamdam ejus rei conjecturam faciamus: *Aufugit*, inquit, *dolor, tristitia & gemitus*. Quid igitur ea vita felicius est? Non est ibi metuenda paupertas & ægritudo, nullus ibi lædit, nullus læditur, nullus irritat nec irritatur, nullus irascitur, aut invidet, aut absurda concupiscentia exardescit; nemo de C necessariorum commeatu anxius est, nemo super magistratu aut principatu dolet. Omnis enim affectuum procella, sedata exstinguitur: omnia in pace, lætitia & gaudio; omnia tranquilla & serena; omnia dies, splendor, lux: non lux hodierna; sed alia tanto hac splendidior, quanto lucerna lux dici. Nulla ibi nox: neque lux illa nubium concursu obscuratur, nec ardet, nec corpora adurit. Nulla nox, neque vespera, non frigus nec æstus, non alia tempestatum mutatio. Sed alius adest status talisque, qualem ii solum intelligent, qui adepti fuerint. Non illic senectus, nec senectutis incommoda, sed omnia, quæ ad corruptionem D spectant, de medio tolluntur, quia incorruptibilis gloria ubique dominatur. Quodque omnium optimum est, Christi consortio fruentur cum Angelis, cum Archangelis, cum superioribus Potestatibus. Contemplare nunc cælum, ea quæ super cælos sunt cogitatu transcende: cogita totius creaturæ transmutationem; non enim ut nunc est manebit, sed multo pulcrior erit & clarior; & quantum plumbo fulgidius est aurum, tantum hac rerum præsentium conditione præstantior erit illa, quemadmodum ait beatus Paulus: *Quia & ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis*. Nunc enim, E utpote corruptionis particeps, multa patitur, quæ corpori conveniunt; tunc vero his omnibus exuta, incorruptibilem nobis decorem exhibebit. Quoniam enim natura incorruptibilia corpora acceptura est, ipsa quoque demum in melius commutabitur. Nulla tunc erit seditio aut pugna: magna quippe

Æternæ vitæ felicitas.

Rom. 8. 21.

[a] Duo MSS. δάκνειν. Ibid. unus συνταράττειν.
[b] Savil. & unus Cod. πάντα εἰρήνη ἔσται καὶ εὐφροσύνη, καὶ χαρά.
[c] Savil. & unus Cod. καλύπτεται. Paulo post Savil. [illegible], unus Cod. κρυμός, Morel. & alii κρύος.
[d] Sic Savil. & aliquot MSS. Alii, καὶ τὰ τοῦ.
[e] Savil. & unus, [illegible] πρὸς τὰ.
[f] Savil. & unus [illegible]. Morel. & alii, [illegible]. Vetus Interpres legit [illegible].

erit in choro sanctorum concordia, omnibus semper inter se consentientibus. Non illic diabolus timendus, non dæmonum insidiæ, non gehennæ comminatio, non mors, neque humana hæc, neque illa alia multo gravior: sed omnis hujuscemodi metus solutus est. Ac sicut puer regius, primum simplici modo educatur, timoribus atque minis coercetur, ne per indulgentiam pejor evadat, seque paterna indignum reddat hæreditate; postquam autem regiam dignitatem adeptus est, his omnibus confestim depositis, purpura diademateque ornatus, ac numeroso satellitio stipatus, magna cum libertate præsidet, abjecto ab anima sua statu illo humili atque demisso, aliaque substituta rerum conditione; ita tunc continget sanctis omnibus. Ne putes autem hæc ceu quadam verborum pompa jactari, ad montem pergamus ubi Christus transfiguratus est: contemplemur illum splendore magno fulgentem, licet tamen ipse non totum futuri sæculi splendorem exhibuerit. Nam quod attemperatione quadam, non accurata rerum demonstratione, talis apparuerit, ex ipsis Evangelistæ verbis ostenditur. Quid enim ait? *Resplenduit sicut sol.* (Matth. 17. 2.) Incorruptibilium autem corporum gloria non tantam emittit lucem, quantam corpus hoc corruptibile, neque talem ut a mortalibus oculis videri possit; sed incorruptibilibus & immortalibus oculis est opus ad ejus contemplationem. In monte autem tantam ipsis aperuit, quantam sine oculorum læsione ferre poterant: neque tamen sustinere potuerunt, sed ceciderunt in faciem suam. Dic mihi, quæso, si quis te in locum quemdam splendidum induceret, ubi omnes sederent aureis induti vestibus, & in medio cœtu alium ostenderet, qui & vestem & capitis coronam haberet ex lapidibus tantum preciosis compactas, deindeque polliceretur te in numerum hujus populi adscripturum esse; annon quidvis faceres, ut tale promissum consequerere. Aperi nunc oculos, & illud respice theatrum, non hujusmodi viris frequentatum, sed iis, qui & auro & lapidibus preciosis, & radiis solaribus, & omni, qui sub aspectum cadit, splendore, longe digniores sunt; non hominibus modo, sed etiam iis qui homines multo spatio antecellunt, Angelis nempe, Archangelis, Thronis, Dominationibus, Principatibus, Potestatibus. De Rege namque, qualis sit ne dicere quidem possumus; adeo sermonem & mentem omnem excedit ejus pulcritudo, species, splendor, gloria, majestas, magnificentia. Totne bonis, dic mihi, nos privabimus, ut declinemus exigui temporis laborem? Nam si millies quotidie moriendum esset, si gehenna ipsa sustinenda foret, ut Christum in gloria sua venientem conspiceremus, &

A ἡ συμφωνία τοῦ χοροῦ τῶν ἁγίων, πάντων ὁμογνωμονούντων ἀλλήλοις ἀεί· οὐκ ἔστιν ἐκεῖ διάβολον δεῖσαι, καὶ δαιμόνων ἐπιβουλάς, οὐ γεέννης ἀπειλήν, οὐ θάνατον, οὐ τοῦτον τὸν νῦν, οὐ τὸν πολλῷ τούτου χαλεπώτερον ἐκεῖνον· ἀλλὰ πᾶς ὁ τοιοῦτος λέλυται φόβος. Καὶ καθάπερ παιδίον βασιλικὸν πρότερον ἐν εὐτελεῖ τρεφόμενον σχήματι, καὶ ὑπὸ φόβοις ὂν καὶ ἀπειλαῖς, ὥστε μὴ τῇ ἀνέσει γίνεσθαι χεῖρον, καὶ τῆς πατρικῆς ἀνάξιον κληρονομίας· ἐπειδὰν εἰς τὸ βασιλικὸν [a] ἐλθεῖν ἀξίωμα δέῃ, πάντα ἀθρόως ἐκεῖνα μεταμφιασάμενον ἐξαίφνης μετὰ τῆς ἁλουργίδος, καὶ τοῦ διαδήματος, καὶ τοῦ πλήθους τῶν B δορυφόρων μετὰ πολλῆς προκάθηται τῆς παῤῥησίας, τὰ ταπεινὰ καὶ κατηφῆ [b] ῥίψας ἀπὸ τῆς ψυχῆς, καὶ ἕτερα ἀντ' ἐκείνων λαβών· οὕτω καὶ τότε συμβήσεται τοῖς ἁγίοις πᾶσι. Καὶ ὅτι οὐ κόμπος τὰ ῥήματα, πορευθῶμεν ἐπὶ τὸ ὄρος τῷ λόγῳ, ἔνθα μετεμορφώθη Χριστός· ἴδωμεν αὐτὸν λάμποντα ὥσπερ ἔλαμψε· καίτοι γε οὐδὲ οὕτω πᾶσαν ἡμῖν [c] ἔδειξε τὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος λαμπρότητα. ὅτι γὰρ συγκατάβασις τὸ φαινόμενον ἦν, ἀλλ' οὐκ ἐπίδειξις τοῦ πράγματος ἀκριβής, ἀπ' αὐτῶν δῆλον τῶν ῥημάτων τοῦ εὐαγγελιστοῦ. τί γάρ φησιν; ἔλαμψεν ὡς ὁ ἥλιος. ἡ δὲ τῶν ἀφθάρτων σωμάτων δόξα, C οὐ τοσοῦτον ἀφίησι τὸ φῶς, ὅσον τοῦτο τὸ σῶμα τὸ φθαρτόν· οὐδὲ τοιοῦτον οἷον καὶ θνητοῖς ὄμμασι γίνεσθαι χωρητόν, ἀλλ' ἀφθάρτων καὶ ἀθανάτων δεόμενον ὀφθαλμῶν πρὸς τὴν θέαν αὐτοῦ. τότε δὲ ἐπὶ τοῦ ὄρους τοσοῦτον αὐτοῖς ἀπεκάλυψεν, ὅσον ἰδεῖν δυνατὸν ἦν, καὶ μὴ [d] βλάψαι τὰς τῶν ὁρώντων ὄψεις, καὶ οὐδὲ οὕτως ἤνεγκαν· ἀλλ' ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν. Εἰπέ μοι, εἴ τίς σε εἰς τόπον τινὰ φαιδρὸν ἤγαγεν, ἔνθα πάντες ἐκάθηντο χρυσᾶς ἀναβεβλημένοι στολάς, καὶ ἐν μέσῳ τῷ πλήθει ἕτερόν τινα ἐπέδειξεν ἀπὸ λίθων τιμίων μόνον καὶ τὰ ἱμάτια καὶ τὸν στέφανον ἔχοντα τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς· εἶτά D σε ἐπηγγέλλετο εἰς ἐκεῖνον κατατάξειν τὸν δῆμον, ἆρ' οὐκ ἂν πάντα ἔπραξας, ὥστε τῆς ἐπαγγελίας ταύτης τυχεῖν; ἀναπέτασον οὖν καὶ νῦν τῷ νῷ τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ βλέψον εἰς ἐκεῖνο τὸ θέατρον, οὐκ ἀπὸ τοιούτων συγκείμενον ἀνδρῶν, ἀλλ' ἀπ' ἐκείνων οἳ καὶ τοῦ χρυσοῦ καὶ τῶν λίθων τῶν τιμίων καὶ τῶν ἀκτίνων τῶν ἡλιακῶν, καὶ πάσης ὁρωμένης φαιδρότητός εἰσι τιμιώτεροι· καὶ οὐκ ἐξ ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν [e] πολλῷ τούτων τιμιωτέρων, ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων, θρόνων, κυριοτήτων, ἀρχῶν, ἐξουσιῶν. περὶ γὰρ τοῦ βασιλέως οὐδὲ ἔνι εἰπεῖν, οἷός E ἐστιν, οὕτως ἅπαντα λόγον καὶ νοῦν ἐκεῖνο διαφεύγει τὸ κάλλος, ἡ ὡραιότης, ἡ λαμπρότης, ἡ δόξα, ἡ μεγαλωσύνη, ἡ μεγαλοπρέπεια. τοσούτων οὖν ἀγαθῶν [f] ἀποστερήσομεν ἑαυτούς, εἰπέ μοι, ἵνα μὴ μικρὸν κακοπαθήσωμεν χρόνον; εἰ γὰρ μυρίους καθ' ἑκάστην ἡμέραν θανάτους ὑπομένειν ἔδει· εἰ γὰρ καὶ τὴν γέενναν αὐτήν, ὑπὲρ τοῦ τὸν Χριστὸν ἐρχόμενον ἰδεῖν ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ

a Savil. & unus Cod. περιελθεῖν.
b Savil. ῥίψαν & postea λαβὸν, referendo ad παιδίον. Alii ῥίψας & λαβὼν, non infrequens est hujusmodi commutatio generum.
c Savil. ad marg. & unus Cod. ὑπέδειξε.
d Savil. & unus, βλαβῆναι. Paulo post quidam MSS. ἐπῆσαν. Ibid. αὐτῶν deest in uno Cod. Ibid. Savil. unus Cod. εἰπέ μοι δὲ εἴ τίς σε εἰς θέατρον ἤγαγεν, al. εἰσήγαγεν in Codice.
e Sic Savil. & Colb. unus. Morel. vero & alii πολύ.
f Savil. & unus post ἀγαθῶν addunt, καὶ τηλικούτων. Mox Savil. & quidam MSS. μικρὸν πονήσωμεν χρόνον. Morel. & alii, μικρὸν κακοπαθήσωμεν χρόνον. Paulo post duo MSS. ὑπομένειν χρή.

εἰς

A εἰς τὸν τῶν ἁγίων καταλεχθῆναι χορὸν, οὐκ ἐχρῆν ἅπαντα ὑπομεῖναι ἐκεῖνα; ἄκουσον τί φησιν ὁ μακάριος Πέτρος· καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι. εἰ δὲ ἀμυδράν τινα τῶν μελλόντων εἰκόνα ἰδὼν πάντα ἐξαίφνης ἐῤῥίψεν ἀπὸ τῆς ψυχῆς διὰ τὴν ἀπὸ τῆς ὄψεως ἐκείνης ἡδονὴν αὐτοῦ ἐντεθεῖσαν τῇ ψυχῇ, τί ἄν τις εἴποι, ὅταν αὐτὴ τῶν πραγμάτων ἡ ἀλήθεια παραγένηται, ὅταν τῶν βασιλείων ἀνοιχθέντων κατοπτεύειν ἐξῇ τὸν βασιλέα αὐτὸν, μηκέτι ἐν αἰνίγματι, μηδὲ [a] δι' ἐσόπτρου, ἀλλὰ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, μηκέτι διὰ πίστεως, ἀλλὰ διὰ εἴδους;

Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ τῶν ἀλογωτέρως διακειμένων τὸ τῆς γεέννης ἀπαλλαγῆναι ἀγαπητὸν τίθενται μόνον· ἐγὼ δὲ τῆς γεέννης πολλῷ χαλεπωτέραν κόλασιν εἶναί φημι τὸ μὴ γενέσθαι ἐν ἐκείνῃ τῇ δόξῃ, καὶ τὸν ἐκπεσόντα ἐκεῖθεν, οὐχ οὕτως οἶμαι δεῖν πενθεῖν τὰ ἐν τῇ γεέννῃ κακὰ, ὡς τὴν ἀπόπτωσιν τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν. τοῦτο γὰρ μόνον πάντων χαλεπώτερον εἰς κολάσεως λόγον ἐστί. νῦν δὲ βασιλέα [b] μὲν πολλάκις ὁρῶντες μετὰ πολλῶν τῶν δορυφόρων εἰς τὰ βασίλεια εἰσελαύνοντα, τοὺς πλησίον ὄντας αὐτοῦ, καὶ λόγου καὶ γνώμης κοινωνοῦντας, καὶ δόξης μετέχοντας τῆς λοιπῆς, μακαρίζομεν· κἂν μυρία ἔχωμεν ἀγαθὰ, ταλανίζομεν ἑαυτοὺς, καὶ οὐδενὸς ἐκείνων λαμβάνομεν αἴσθησιν, εἰς τὴν δόξαν ἀφορῶντες τὴν περὶ αὐτόν, καί τοι C γε εἰδότες ὅτι σφαλερὰ [c] καὶ οὐ βεβαία τὴν τοιαύτην λαμπρότητα καὶ διὰ τοὺς πολέμους, καὶ διὰ τὰς ἐπιβουλὰς, καὶ διὰ τὰς βασκανίας, καὶ διὰ τὸ χωρὶς τούτων αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν οὐδενὸς ἀξίαν εἶναι λόγου· ἐπὶ δὲ τοῦ πάντων βασιλέως τοῦ κατέχοντος οὐ μέρος ἀλλὰ πάντα γῦρον τῆς γῆς, μᾶλλον δὲ τοῦ πᾶσαν αὐτὴν περιλαμβάνοντος δρακὶ, καὶ τοὺς οὐρανοὺς σπιθαμῇ, τοῦ πάντα φέροντος τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, ᾧ πάντα τὰ ἔθνη ὡς οὐδὲν, καὶ ὡς σίελος ἐλογίσθησαν, ἐπὶ τούτου οὐχ ἡγησόμεθα ἐσχάτην εἶναι κόλασιν, τὸ μὴ [d] καταταχθῆναι εἰς τὸν χορὸν ἐκεῖνον τὸν περὶ αὐτὸν, ἀλλὰ στερξόμεθα ἂν τῆς γεέννης ἀπαλλαγῶμεν μόνον· καὶ τί ταύτης ἐλεεινότερον γένοιτ' ἂν τῆς ψυ- D χῆς; οὐ γὰρ ὁ βασιλεὺς οὐ ζεῦγος ἔχων ἡμιόνων λευκῶν, οὐδὲ ὄχημα χρυσοῦν, οὐδὲ ἁλουργίδα καὶ διάδημα περικείμενος, οὕτως ἔρχεται κρῖναι τὴν γῆν. ἀλλὰ πῶς; ἄκουσον τῶν προφητῶν βοώντων καὶ λεγόντων, ὡς ἀνθρώποις εἰπεῖν δυνατόν. [e] ὁ μὲν γάρ φησιν· ὁ θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ θεὸς ἡμῶν καὶ οὐ παρασιωπήσεται· πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφοδρά· προσκαλέσεται τὸν οὐρανὸν ἄνω, καὶ τὴν γῆν τοῦ διακρῖναι τὸν λαὸν αὐτοῦ· ὁ δὲ Ἡσαΐας καὶ τὴν κόλασιν ἡμῖν προτίθησιν οὕτω λέγων· ἰδοὺ ἡμέρα κυρίου ἔρχεται ἀνίατος θυμοῦ καὶ ὀργῆς, θεῖναι τὴν οἰκουμένην ὅλην ἔρημον, καὶ τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἀπο- E λέσαι ἐξ αὐτῆς. οἱ γὰρ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὁ Ὠρίων, καὶ πᾶς ὁ κόσμος τοῦ οὐρανοῦ, τὸ φῶς αὐτῶν οὐ δώσουσι, καὶ σκοτισθήσεται ὁ ἥλιος ἐν τῇ ἐξόδῳ αὐτοῦ, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ ἐντελοῦμαι ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ κακὰ, καὶ τοῖς ἀσεβέσι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. καὶ ἀπολῶ ὕβριν ἀνόμων, καὶ ὕβριν ὑπερηφάνων ταπεινώσω, καὶ ἔσονται οἱ

Sanctorum choro annumeraremur, nonne omnia illa ferenda essent? Audi quid dicat beatus Petrus: *Bonum est nos hic esse.* Quod si ille obscura quadam conspecta futurorum imagine, omnia statim rejecit ab animo, ob inditam a tali visione voluptatem: quid dicetur quando ipsa rerum veritas aderit, quando apertis regiis ædibus, ipsum Regem conspicere licebit, non ultra in ænigmate, neque per speculum, sed facie ad faciem; non ultra per fidem, sed per speciem? *Matth. 17. 4.*

Amissio regni cælestis gravior æternis cruciatibus.

II. Multi sane sunt, qui absurdo judicio usi, a gehenna solum liberari peroptant; ego vero gehenna multo graviorem esse pœnam puto, non assequutum esse gloriam illam, indeque excidisse: nec opinor adeo lugendum esse de gehennæ malis, ut de amisso cælorum regno: hic enim est cruciatus omnium acerbissimus. Nunc certe cum Regem videmus frequenti cum satellitio regiam adeuntem, clientes ejus, sermonis, consilii & gloriæ participes, beatos prædicamus, nosque miseros, etsi infinitis bonis abundemus, quorum sensum non percipimus, eorum gloriam intuentes; etiamsi compertum sit nobis, hunc splendorem fallacem esse, minimeque certum, tum ob bella, tum ob insidias, invidiamque, tum etiam, quod iis omnibus sepositis, ipse per se pro nihilo habendus sit: ac ubi agitur de rege universorum, qui non partem, sed gyrum totum terræ possidet, imo qui totam illam pugno complectitur, & palmo cælos, qui portat omnia verbo virtutis suæ, cui omnes gentes, quasi nihil, & quasi saliva computantur, annon putabimus extremum esse supplicium, si in choro ipsi circumposito non constituamur? An sat nobis esse credemus, si gehennam effugerimus? Quid anima sic affecta miserius? Rex enim ille non jugo alborum mulorum, non aureo curru vectus, non purpura nec corona ornatus, non sic, inquam, judicaturus terram veniet? Quomodo igitur? Audi Prophetas clamantes & dicentes, quantum hominibus dicere fas est: alius quidem ait: *Deus manifeste veniet, Deus noster, & non silebit: ignis in conspectu ejus exardescet, & in circuitu ejus tempestas valida. Advocabit cælum desursum, & terram discernere populum suum.* Hesaias vero supplicium nobis proponit his verbis: *Ecce dies Domini venit insanabilis furoris & iræ, ad ponendum totum orbem terrarum desertum, & ad perdendum peccatores ex eo. Nam stellæ cæli, & Orion, & omnis ornatus cæli, lucem suam non dabunt: & obtenebrescet sol in exortu suo, & luna non dabit lumen suum. Et mandabo universo orbi mala, & impiis peccata sua. Et perdam contumeliam iniquorum, & contumeliam superborum humiliabo: & erunt, qui*

Psal. 49. 3. *Testimonia de futuro judicio.*

Isai. 13. 9.

[a] Duo MSS. ἐν ἐσόπτρῳ.
[b] Sic Savil. & quidam MSS. recte. In aliis μὲν deest.
[c] Savil. καὶ ἀβέβαιον. Unus Codex, καὶ ἀβέβαιον Infra omnes pene, ἀξίαν εἶναι λόγου. In Morel. εἶναι deest. Infra Savil. & aliquot MSS. ἐν δρακί. Paulo post unus, ἐλογίσθησαν, καὶ ὡσεὶ σταγὼν ἀπὸ κάδου, ἐπὶ τούτου.
[d] Aliquot MSS. καταλεχθῆναι habent. Alius, καταταχθῆναι.
[e] Unus Cod. ὁ μὲν γὰρ Δαυῒδ, ὁ θεὸς ἐμφανῶς ἥξει φησί.

relicti fuerint, pretiosiores, quam aurum incoctum, & homo pretiosior erit, quam lapis ex Suphir. Etenim cælum concutietur, & terra commovebitur a fundamentis suis, propter furorem iræ Domini Sabaoth in die, qua superveniet furor ejus. Et rursum, *Fenestræ*, inquit, *de cælo aperientur, & commovebuntur fundamenta terræ: turbatione turbabitur terra, egestate egebit, agitatione agitabitur sicut ebrius & crapulans: concutietur sicut tugurium pomarium. Terra cadet nec poterit resurgere: invaluit enim super eam iniquitas. Et inducet Deus super ornatum cæli in alto manum suam in die illa, & super regna terræ: & congregabunt congregationem ejus in carcerem, & occludent in munitionem.* Malachias item his consona loquutus est: *Ecce venit Dominus omnipotens, & quis sustinebit diem ingressus ejus? aut quis subsistet in visione ejus? Quia ipse ingreditur sicut ignis conflatorii, & sicut herba lavantium: & sedebit conflans & purgans quasi argentum & aurum*: & rursum, *Ecce*, inquit, *dies Domini venit accensa ut fornax, & inflammabit eos. Et erunt omnes alienigenæ, & omnes operantes iniqua, arundo: & accendet eos dies ventura, dicit Dominus omnipotens. Nec relinquetur radix, neque palmes.* Vir autem ille desideriorum: *Videbam*, inquit, *donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedebat, & vestimentum ejus sicut nix album, capillus capitis ejus quasi lana munda. Thronus ejus flamma ignis, & rotæ ejus ignis inflammans. Fluvius ignis trahebat progrediens ante eum. Mille millia ministrabant ei, & decies millies dena millia adstabant in conspectu ejus. Judicium sedit, & libri aperti sunt.* Et paucis interpositis, *Videbam*, inquit, *in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniens erat, & usque ad antiquum dierum pervenit, & coram eo oblatus est, & ipsi datum est imperium, honor & regnum: & omnes populi, tribus & linguæ ipsi serviunt. Potestas ejus, potestas sempiterna, quæ non præteribit; & regnum ejus non destruetur. Inhorruit spiritus meus, ego Daniel in habitu meo, & visiones capitis mei conturbabant me.* Tunc aperientur omnes cælestium fornicum portæ; imo & ipsum cælum e medio subducetur. *Volvetur* enim, inquit, *cælum quasi liber*: veluti cujusdam tabernaculi pellis atque velum e medio contrahitur, ita ut in melius commutetur. Tum omnia stupore, horrore atque tremore completa erunt. Tum etiam metus ingens Angelos ipsos occupabit; neque Angelos tantum, sed etiam Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, & Potestates. *Virtutes* enim, ait, *cælorum commovebuntur*, quia ipsorum conservi pœnas daturi sunt de

Marginal references: Isai. 24. 19. — Malach. 3. 2. — Malach. 4. 1. — Dan. 7. 9. — Isai. 34. 4. — Matth. 24. 29.

A ἐγκαταλελειμμένοι ἔντιμοι μᾶλλον, ἢ τὸ χρυσίον τὸ ἄπυρον, καὶ ἄνθρωπος ἔντιμος ἔσται μᾶλλον, ἢ ὁ λίθος ὁ ἐκ Σουφείρ. καὶ γὰρ ὁ οὐρανὸς σαλευθήσεται, καὶ ἡ γῆ σεισθήσεται ἐκ τῶν θεμελίων αὐτῆς, διὰ θυμὸν ὀργῆς κυρίου Σαβαὼθ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ἂν ἐπέλθῃ ὁ θυμὸς αὐτοῦ. καὶ πάλιν, θυρίδες, φησὶν, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀνοιχθήσονται, καὶ τὰ σεισθήσονται θεμέλια τῆς γῆς· ταραχῇ ταραχθήσεται ἡ γῆ, κλινομένη κλιθήσεται ἡ γῆ, ἀπορίᾳ ἀπορηθήσεται, σάλῳ σαλευθήσεται ἡ γῆ ὡς ὁ μεθύων, καὶ ὁ κραιπαλῶν· σεισθήσεται ὡς ὀπωροφυλάκιον· ἡ γῆ πεσεῖται, καὶ οὐ μὴ δύνηται ἀναστῆναι· κατίσχυσε γὰρ ἐπ᾽ αὐτὴν ἡ ἀνομία· καὶ ἐπάξει ὁ θεὸς ἐπὶ τὸν κόσμον
B τοῦ οὐρανοῦ ἐν τῷ ὕψει τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἐπὶ τὰς βασιλείας τῆς γῆς· καὶ συνάξουσι συναγωγὴν αὐτῆς εἰς δεσμωτήριον, καὶ ἀποκλείσουσιν εἰς ὀχύρωμα. καὶ ὁ Μαλαχίας συνῳδὰ τούτοις φθεγγόμενος ἔλεγεν· ἰδοὺ ἔρχεται κύριος παντοκράτωρ, καὶ τίς ὑπομενεῖ ἡμέραν εἰσόδου αὐτοῦ, ἢ τίς ὑποστήσεται ἐν τῇ ὀπτασίᾳ αὐτοῦ; διότι αὐτὸς εἰσπορεύεται ὡς πῦρ χωνευτηρίου, καὶ ὡς πόα πλυνόντων, καὶ καθιεῖται χωνεύων καὶ καθαρίζων ὡς τὸ ἀργύριον καὶ ὡς τὸ χρυσίον. καὶ πάλιν ἰδοὺ, φησὶν, ἡμέρα ἔρχεται κυρίου καιομένη ὡς κλίβανος, καὶ καταφλέξει αὐτούς, καὶ ἔσονται πάντες οἱ ἀλλογενεῖς, καὶ πάντες οἱ ποιοῦντες τὰ ἄνομα [a] καλάμη, καὶ ἀνάψει αὐτοὺς ἡ ἡμέρα ἡ ἐρχομένη, λέγει κύριος παντοκράτωρ.
C καὶ οὐ μὴ ὑπολειφθῇ ῥίζα οὐδὲ κλῆμα. ὁ δὲ ἀνὴρ τῶν ἐπιθυμιῶν, ἐθεώρουν, φησὶν, ἕως οὗ θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ ὁ παλαιὸς τῶν ἡμερῶν ἐκάθητο, καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ὡσεὶ χιὼν λευκὸν, ἡ θρὶξ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον καθαρόν· ὁ θρόνος αὐτοῦ φλὸξ πυρὸς, οἱ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ φλέγον· ποταμὸς πυρὸς εἷλκε πορευόμενος ἔμπροσθεν αὐτοῦ· χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες [b] παρειστήκεισαν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. κριτήριον ἐκάθισε, καὶ βίβλοι ἠνεῴχθησαν. εἶτα μετὰ μικρόν· ἐθεώρουν, φησὶν, ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος ἦν, καὶ ἕως τοῦ πα-
D λαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε, καὶ ἐνώπιον αὐτοῦ προσηνέχθη [c] αὐτῷ, καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ βασιλεία, καὶ πάντες λαοὶ, φυλαὶ, γλῶσσαι αὐτῷ δουλεύουσιν. ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ παρελεύσεται, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται. ἔφριξε τὸ πνεῦμά μου ἐγὼ Δανιὴλ ἐν τῇ ἕξει μου, καὶ αἱ ὁράσεις τῆς κεφαλῆς μου συνετάρασσόν με. τότε ἀναπετάννυνται πᾶσαι τῶν οὐρανίων ἁψίδων αἱ πύλαι, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὸς λαμβάνεται ἐκ μέσου ὁ οὐρανός. [d] εἱλιγήσεται γάρ φησιν, ὡς βιβλίον ὁ οὐρανὸς, καθάπερ τινὸς σκηνῆς διφθέρα καὶ παραπέτασμα συστελλόμενος ἐκ τοῦ μέσου, ὥστε μετασχηματισθῆναι ἐπὶ τὸ βέλτιον. τότε πάντα ἐκστάσεως
E γέμει, καὶ φρίκης, καὶ τρόμου· τότε καὶ αὐτοῖς πολὺς ἔσται τοῖς ἀγγέλοις φόβος, οὐκ ἀγγέλοις δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀρχαγγέλοις, καὶ θρόνοις καὶ κυριότητας, καὶ ἀρχαὶ, καὶ ἐξουσίαις, σαλευθήσονται γάρ φησιν αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν, διὰ τὸ τοὺς ὁμοδούλους τὰς εὐθύνας ἀπαιτεῖσθαι

a Savil. & aliquot MSS. ὡς καλάμη.
b Savil. παρειστήκεισαν ἐνώπιον αὐτοῦ. Unus Codex, παρειστήκεισαν αὐτῷ.
c Sic Savil. & tres MSS. Morel. & alii, προσηνέχθη, καὶ αὐτῷ.

d Ita omnes pene MSS. & Savil. transmutatis paululum vocibus, sed Savil. & duo MSS. habent εἰλιχθήσεται. Unus, εἰλίσσεται. Hic Hesaïæ locus 34. 4. sic habet in Editione Rom. ἑλιγήσεται ὁ οὐρανὸς ὡς βιβλίον. Hæc porro desunt in Morel. Mox aliquot MSS. cum Savil. habent συστελλόμενον.

a τῆς ἐνθάδε ζωῆς. εἰ γὰρ πόλεως [a] μιᾶς κρινομένης, ἐπὶ A τούτων τῶν ἀρχόντων πεφρίκασιν ἅπαντες, καὶ οἱ κινδύνων ὄντες ἐκτὸς, τῆς οἰκουμένης ἁπάσης δικαζομένης ἐπὶ τοιούτου κριτοῦ οὐ μαρτύρων δεομένου, οὐκ ἐλέγχων, ἀλλὰ χωρὶς τούτων ἁπάντων καὶ πράξεις καὶ ῥήματα καὶ ἐνθυμήματα παριστῶντος εἰς μέσον, καὶ πάντα ὥσπερ ἐν εἰκόνι τινὶ τοῖς τε ἡμαρτηκόσιν αὐτὰ, καὶ τοῖς ἀγνοοῦσιν ἐπιδεικνύντος, πῶς οὐκ εἰκὸς πᾶσαν κλονεῖσθαι δύναμιν καὶ σαλεύεσθαι; εἰ γὰρ μὴ ποταμὸς εἵλκετο πυρὸς, μηδὲ ἄγγελοι παρειστήκεισαν φοβεροὶ, μόνον δὲ καλούμενοι τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν ἐπῃνοῦντο καὶ ἐθαυμάζοντο, οἱ δὲ παρεπέμποντο ἄτιμοι, ἵνα μὴ ἴδωσι τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ· B
b [b] ἀρθήτω γάρ φησιν, ὁ ἀσεβὴς, ἵνα μὴ ἴδῃ δόξαν κυρίου. καὶ τοῦτο μόνον ἡ κόλασις ἦν, οὐκ ἂν πάσης γεέννης πικρότερον ἡ τῶν τοιούτων ἔκπτωσις ἀγαθῶν, τὰς τῶν ἀπεστερημένων ἔδακνε ψυχάς; τοῦτο γὰρ ὅσον κακὸν, νῦν μὲν οὐ δυνατὸν παραστῆσαι τῷ λόγῳ· τότε δὲ ἐπὶ τῶν πραγμάτων εἰσόμεθα σαφῶς. σὺ δέ μοι πρόσθες νῦν καὶ τὴν κόλασιν, καὶ μὴ μόνον αἰσχυνομένους, μηδὲ ἐγκαλυπτομένους, καὶ κάτω νεύοντας, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπὶ τὸ πῦρ ἑλκομένους ὁδὸν, καὶ πρὸς αὐτὰ συρομένους τὰ βασανιστήρια, καὶ ταῖς ἀποτόμοις παραδιδομένους δυνάμεσι, καὶ ταῦτα πάσχοντας κατὰ τὸν καιρὸν, καθ' ὃν στεφανοῦνται, καὶ C ἀνακηρύττονται, καὶ τῷ θρόνῳ παρίστανται τῷ βασιλικῷ οἱ τὰ ἀγαθὰ πράξαντες πάντες, καὶ ἄξια τῆς αἰωνίου ζωῆς ποιήσαντες.

Καὶ ταῦτα μὲν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, τὰ δὲ ἑξῆς τίς ἡμῖν παραστήσει λόγος; τὴν μετὰ Χριστοῦ συνουσίας τὴν
c ἡδονὴν, τὴν ὠφέλειαν, τὴν χαράν [c]; ψυχὴ γὰρ εἰς τὴν οἰκείαν εὐγένειαν ἐπανελθοῦσα, καὶ μετὰ παρρησίας λοιπὸν δυνηθεῖσα τὸν ἑαυτῆς δεσπότην ὁρᾶν, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅσην καρποῦται τὴν ἡδονὴν, ὅσον τὸ κέρδος, οὐ τοῖς ἐν χερσὶ μόνον χαίρουσα ἀγαθοῖς, ἀλλὰ καὶ τῷ πεπεῖσθαι λοιπὸν, ὅτι οὐδαμοῦ ταῦτα τελευτήσει τὰ καλά. πᾶσαν
d μὲν οὖν τὴν εὐφροσύνην ἐκείνην, οὔτε λόγῳ [d] παραστῆσαι, οὔτε νῷ διαλαβεῖν ἐστιν. ἀμυδρῶς δὲ καὶ ὡς ἄν τις διὰ μικρῶν μεγάλα δεικνύῃ, πειράσομαι ποιῆσαι φανερόν. ἐξετάσωμεν γὰρ τοὺς ἐν τῷ παρόντι βίῳ τῶν τοῦ κόσμου καλῶν ἀπολαύοντας, πλούτου λέγω, καὶ δυναστείας, καὶ δόξης· πῶς ὑπὸ τῆς εὐθυμίας γαυρούμενοι, οὐδὲ ἐπὶ τῆς γῆς εἶναι νομίζουσι, καὶ ταῦτα οὔτε ὁμολογουμένων ἀπολαύοντες καλῶν, οὔτε παραμενόντων αὐτοῖς, ἀλλ' ἀφιπταμένων ὀνείρου ταχύτερον· εἰ δέ ποτε καὶ σταίη μικρὸν, μέχρι τῆς παρούσης ζωῆς τὴν εὔνοιαν ἐπιδεικνυμένων, περαιτέρω δὲ οὐκ ἰσχυόντων συνεξελθεῖν. εἰ δὲ ταῦτα εἰς τοσαύτην αἴρει τοὺς ἔχοντας χαρὰν, τί E οἴει γίνεσθαι ἐκείνας τὰς ψυχὰς, τὰς καλουμένας ἐπὶ τὰ μυρία ἀγαθὰ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τὰ πεπηγότα καὶ ἑστῶτα βεβαίως διαπαντός; οὐδὲ γὰρ τούτῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ ποσότητι καὶ τῇ ποιότητι τοσούτῳ κρείττω τῶν παρόντων

A peracta in mundo vita. Nam si cum de una civitate judicium instituitur, his Magistratibus, inhorrescunt omnes etiam ii, qui extra periculum sunt, cum de universo orbe judicabitur a tali judice, qui neque testibus, neque probationibus indiget, sed absque his omnibus, & opera & verba & cogitationes in medium adducit, omniaque ceu in imagine & peccantibus, & ignorantibus demonstrat, quomodo fieri potest, ut quælibet virtus non tremat & concutiatur? Licet enim fluvius igneus non traheretur, neque Angeli adstarent formidabiles; soli autem homines convocati, alii laudibus & B præconiis celebrarentur; alii cum ignominia abjicerentur, ne viderent gloriam Dei; *Tollatur*, inquit, *impius, ne videat gloriam Domini*, nonne quavis gehenna acerbius, vel id solum quod a tantis excidissent bonis, abjectorum animas excruciaret? Illud vero quantum sit malum, nunc quidem sermone declarari nequit: tunc vero ex re ipsa manifeste cognoscemus. Tu vero nunc his adde, supplicium illud, neque tantum homines pudore suffusos, vel operto capite, & oculis in terram defixis, sed etiam tractos per viam quæ tendit ad ignem, & ad tormenta abreptos, traditosque immanibus potestatibus: idque eo tempore, quo coro- C nantur, celebrantur thronoque regio sistuntur ii, qui bona egerunt, & gestis suis æterna vita digni sunt.

12. Et hæc quidem illa die: quæ vero post futura sunt quis sermo nobis exprimat, voluptatem nempe ex Christi consortio, utilitatem, gaudium? Anima quippe ad propriam reducta nobilitatem, quæ deinde Dominum suum cum libertate conspicere valet, quanta voluptate afficiatur & quantum lucri referat, enarrari nequit: læta scilicet, non tantum quod bonis præsentibus fruatur, sed quod certa sit ea numquam desi- D tura esse. Hanc certe lætitiam nec verbis exprimere, nec mente capere possumus: obscure tamen, quatenus possunt magna parvis declarari, eam describere tentabo. Perpendamus eos qui in præsenti vita hujus mundi commodis fruuntur, divitiis, inquam, magistratu, gloria: quo pacto scilicet de bona fortuna superbientes, neque se in terra positos arbitrantur; tametsi iis bonis fruantur, quæ neque bona esse creduntur, neque in eorum possessione permanent, sed somnio velocius avolant: quod si paulisper aliquando consistant, in præsenti solum vita usui esse possunt, nec ulterius una E progredi valent. Si autem hujusmodi bona dominos tanto gaudio extollunt, quid futurum putas de animabus illis, accersitis ad infinita illa, quæ in cælis sunt bona, quæ firma semper & immota manent? Neque ea re solum antecellunt, sed etiam magnitudine & conditione sua ita præsentibus

Cælestis felicitatis imago.

a Quinque MSS. μικρᾶς. Morel. Savil. & alii, μιᾶς. Infra Savil. & aliquot MSS. δικαζομένης ἐπὶ τούτου παρὰ κριτῇ, οὐ μαρτύρων δεομένῳ, & postea consequenter, παριστῶντι . . . ἐπιδεικνύντι.
b Sic cum Savil. duo MSS. In Morel. & reliquis hæc desunt.
c Post χαρὰν aliqui addunt τὴν περιότητα.

d Sic duo MSS. & quidem melius, quam alii, qui sic habent, παραστῆσαί ἐστιν, οὔτε νῷ, ἀμυδρῶς. Mox unus, μεγάλα ἰσχύσει, πειράσομαι ποιῆσαι φανερόν· ἐξετάσωμεν εἰ δοκεῖ τούς. Eodem modo Savil. qui tamen ἰσχύσει in margine, δεικνύῃ in textu ponit, & post ἐξετάσωμεν adjicit γάρ.

præstantiora sunt, ut neque in cor hominis id ascendere possit. Nunc etenim quemadmodum in utero infans, sic in hoc mundo angustiis conclusi degimus, nec possumus futuri sæculi splendorem & libertatem contueri: at ubi partûs tempus advenerit, omnesque homines, quos susceperat, hic mundus ad diem Judicii protulerit; abortivi quidem e tenebris in tenebras ingredientur, & ex angustiis in angustias graviores; maturi autem fetus, qui regiæ imaginis formam & notas servarunt, Regi sistentur, illudque ministerium capessent, quod Angeli & Archangeli universorum Deo perhibent. Ne itaque hos characteres, o amice, usque in finem delere velis, sed eos quamprimum instauratos in meliorem formam reducas. Nam pulcritudinem quidem corpoream intra naturæ limites conclusit Deus: animæ vero decor illica necessitate servitutis libeberatur, utpote corporeâ formâ longe præstantior: atque in nobis & in Dei nutu situs est totus. Siquidem Dominus noster beneficus cum sit, hoc maxime dono genus nostrum exornavit, ut quæ minora sunt, nec magni intersunt, nec refert quidpiam si intercidant, ea naturæ necessitati addixerit; verorum autem bonorum nos opifices esse concesserit. Atenim si pulcritudinis corporeæ nos dominos reddidisset, superfluam solicitudinem suscepissemus, atque in rebus infructuosis totum tempus impendissemus, animæ cura prorsus neglecta. Cum enim negata nobis hujusmodi facultate nunc omnia faciamus, omnia moliamur, ac cum veram assequi speciem nequeamus, pigmentis illam nobis vindicemus, ac coloribus, picturis, capillorum concinnitate, vestium amictu, oculorum lubricitate; aliisque multis machinis falsam pulcritudinem ementiamur, quodnam studium animæ & rebus honestis poneremus, si corpus in pulcram formam mutare possemus? Nullam fortasse aliam operam susciperemus, si hæc nostræ facultatis esset, sed totum consumeremus tempus ut servam infinitis ornamentis decoraremus, dum domina plus, quam vile mancipium, in deformitate & segnitie jaceret. Qua de causa Deus, ademta infelici cura, melioris rei artem nobis indidit; ita ut qui corpus ex deformi elegans reddere non potest, is possit animam, etiamsi in extremam deformitatem deciderit, in summam pulcritudinem reducere, adeoque amabilem jucundamque reddere, ut non probi tantum viri, sed etiam omnium rex & Deus in ejus concupiscentiam veniat: quemadmodum & Psalmista de illa pulcritudine loquitur: *Et concupiscet rex decorem tuum.* Annon vides in lupanaribus, deformes & impudentes mulieres ne a gladiatoribus quidem, fugitivis, & iis qui cum bestiis de-

Corporis pulcritudo augeri non potest, animæ semper potest.

Psal. 44. 13.

A ἐστὶν [a], ὡς μηδὲ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀναβῆναί ποτε. νῦν μὲν γὰρ καθάπερ ἐν μήτρᾳ παιδίον, οὕτως ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ διάγομεν στενοχωρούμενοι, καὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος τὴν λαμπρότητα καὶ τὴν ἐλευθερίαν οὐ δυνάμενοι συνιδεῖν· ὅταν δὲ ὁ καιρὸς ἐπιστῇ τῶν ὠδίνων, καὶ ἀποτέκῃ κατὰ τὴν τῆς κρίσεως ἡμέραν οὓς ὑπεδέξατο πάντας ἀνθρώπους ὁ παρὼν βίος, τὰ μὲν ἐξαμβλωθέντα ἀπὸ σκότους εἰς σκότος ἔρχεται, καὶ ἀπὸ θλίψεως εἰς θλῖψιν χαλεπωτέραν· [b] τὰ δὲ ἄρτια καὶ τῆς βασιλικῆς εἰκόνος τοὺς χαρακτῆρας διαφυλάξαντα παραστήσονται τῷ βασιλεῖ, καὶ τὴν λειτουργίαν ἀναδέξονται ἐκείνην, ἣν ἄγγελοι καὶ ἀρχάγγελοι τῷ πάντων διακονοῦνται B θεῷ. μὴ τοίνυν εἰς τέλος τούτους ἡμῖν ἀφανίσῃς τοὺς χαρακτῆρας, ὦ φίλος· ἀλλὰ ταχέως αὐτοὺς ἀνακτησάμενος ἐπὶ τὸ βέλτιον διατύπωσον. τὸ μὲν γὰρ κάλλος τὸ σωματικὸν εἴσω τῶν τῆς φύσεως ὅρων συνέκλεισεν ὁ θεὸς, ἡ δὲ τῆς ψυχῆς ὥρα τῆς μὲν ἐκεῖθεν [c] ἀνάγκης τῆς δουλείας ἀπήλλακται, ἅτε δὴ πολλῷ βελτίων οὖσα τῆς σωματικῆς εὐμορφίας· ἐφ' ἡμῖν δὲ ἅπασα κεῖται καὶ τῇ ῥοπῇ τοῦ θεοῦ. φιλάνθρωπος γὰρ ὢν ὁ δεσπότης ἡμῶν, καὶ τούτῳ μάλιστα τὸ ἡμέτερον ἐτίμησε γένος, τὰ μὲν ἐλάττονα καὶ οὐδὲν μέγα συντελοῦντα ἡμῖν, ἀλλ' ὅπως ἂν πέσῃ ἀδιάφορα ὄντα, τῇ τῆς φύσεως ἐπιτρέψας ἀνάγκῃ· C τῶν δὲ ὄντως καλῶν ἡμᾶς ποιήσας εἶναι δημιουργούς. εἰ μὲν γὰρ καὶ σωματικοῦ κάλλους ἡμᾶς ἐποίησεν εἶναι κυρίους, καὶ φροντίδα περιττὴν [d] ἐδεξάμεθα ἄν, καὶ ἐν τοῖς οὐδὲν ὠφελοῦσι τὸν ἅπαντα ἂν ἀπηναλώσαμεν χρόνον, καὶ τῆς ψυχῆς σφόδρα ἂν ἠμελήσαμεν. ὅπου γὰρ νῦν οὐκ οὔσης ἐν ἡμῖν τῆς ἐξουσίας ταύτης ἅπαντα πράττομεν καὶ βιαζόμεθα, καὶ [e] σκιαγραφίαις τοῦτο ἐκδικοῦμεν ἑαυτοῖς, ἐπειδὴ τῇ ἀληθείᾳ μὴ δυνάμεθα, καὶ χρώμασι καὶ βαφαῖς, καὶ συνθέσει τριχῶν, καὶ ἱματίων περιβολαῖς, καὶ στροφαῖς ὀφθαλμῶν, καὶ πολλοῖς ἑτέροις [f] μηχανήμασι τὰ τοιαῦτα σοφιζόμεθα κάλλη, τίνα ἂν τῇ ψυχῇ καὶ τοῖς σπουδαίοις σχολὴν ἀπενείμαμεν, εἰ πρὸς τὴν ὄντως αὐτὸ εὐμορφίαν D μεταθεῖναι εἴχομεν; τάχα γὰρ οὐδ' ἂν ἐμέλετο ἡμῖν ἔργον [g] ἕτερον, εἰ τοῦτο ἔργον ἡμέτερον ἦν, ἀλλὰ πάντα τὸν χρόνον ἀνηλώσαμεν· τὴν μὲν δούλην καλλωπίζοντες μυρίοις καλλωπισμοῖς, τὴν δὲ ταύτης κυρίαν πάντως ἀνδραπόδου μᾶλλον ἐν ἀμορφίᾳ καὶ ῥαθυμίᾳ ἐῶντες κεῖσθαι διαπαντός. διὰ τοῦτο ταύτης ἡμᾶς τῆς κακοσχολίας ἀπαλλάξας ὁ θεὸς τοῦ βελτίονος ἡμῖν τὴν τέχνην ἐνέθηκε, καὶ ὁ τὸ σῶμα μὴ δυνάμενος εὔμορφον ποιῆσαι ἐξ εἰδεχθοῦς, οὗτος τὴν ψυχὴν, κἂν εἰς ἐσχάτην δυσειδίαν κατενεχθῇ, εἰς αὐτὴν τὴν τῆς ὥρας ἀναγαγεῖν δυνήσεται κορυφὴν, καὶ οὕτως ἐπέραστον ποιῆσαι καὶ ποθεινὴν, ὥστε μὴ μόνον τοὺς E ἄνδρας τοὺς ἀγαθοὺς εἰς ἐπιθυμίαν αὐτῆς ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν τῶν ἁπάντων βασιλέα καὶ θεὸν, καθὼς καὶ ὁ ψαλμῳδὸς περὶ τούτου τοῦ κάλλους διαλεγόμενος ἔλεγε. καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. οὐχ ὁρᾷς καὶ ἐν τοῖς χαμαιτυπείοις τῶν γυναικῶν, ὅτι τὰς μὲν εἰδεχθεῖς καὶ ἀναισχύντους μονομάχοι καὶ δραπέται καὶ θηριομάχοι μόλις

a Savil. & duo MSS. addunt ἐκεῖνα post ἐστίν.
b Unus Codex habet, τὰ δὲ ἀπηρτισμένα ἄρτια. Alius, τὰ δὲ ἀρτίως.
c Savil. & aliquot MSS. ἀνάγκης καὶ δουλείας.
d Savil. & duo ἀνεδεξάμεθα.
e Aliquot MSS. καὶ σκιαγραφίαις τοῦτο ἐκδιδόαμεν ἑαυτοῖς. Savil. & unus, καὶ σκιαγραφίαις ἐκδιδόαμεν ἑαυτοῖς. Morel. & unus ut in textu.
f μηχανήμασι deest in quibusdam MSS.
g Savil. & quidam MSS. ἕτερόν τι ἐν τῷ βίῳ, εἰ τοῦτο τό.

τῶν προσόντων· εἰ δέ που τις εὔμορφος καὶ εὐγενὴς καὶ αἰσχυντηρὰ κατά τινα περίστασιν εἰς ταύτην ἔλθῃ τὴν ἀνάγκην, οὐδὲ τῶν σφόδρα λαμπρῶν καὶ μεγάλων ἀνδρῶν, τὸν ἐκείνης τις γάμον ἐρυθριάσειεν; εἰ δὲ παρὰ ἀνθρώποις τοσοῦτος ἔλεος, καὶ τοσαύτη δόξης ὑπεροψία, ὥστε τὰς
a πολλάκις καταισχυνθείσας ἐπὶ τοῦ [a] τέγους ἀπαλλάξαι τῆς δουλείας ἐκείνης, καὶ ἐν τάξει ἔχειν γυναικῶν, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ θεοῦ τοῦτό ἐστι, καὶ τὴν ψυχὴν τὴν ἀπὸ τῆς ἄνωθεν εὐγενείας κατὰ τὴν τοῦ διαβόλου τυραννίδα εἰς τὸ τοῦ
b παρόντος βίου χαμαιτυπεῖον [b] καταπεσοῦσαν; καὶ τούτων εὑρήσεις τῶν παραδειγμάτων τοὺς προφήτας πεπληρωμένους, ὅταν διαλέγωνται τῇ Ἱερουσαλὴμ, καὶ γὰρ ἐκείνην εἰς B πορνείαν ἐμπεσοῦσαν, πορνείαν τινὰ καινοτέραν, καθὼς καὶ ὁ Ἰεζεκιὴλ φησι· πάσαις πόρναις δίδοται μισθώματα, σὺ δὲ προσεδίδως μισθώματα, καὶ ἐγένετο ἐν σοὶ διεστραμμένον παρὰ τὰς λοιπάς. Καὶ πάλιν ἕτερος· ἐκάθισας προσδο-
c κῶσα αὐτοὺς [c] ὡσεὶ κορώνη ἠρημωμένη. Ταύτην οὖν τὴν οὕτω πορνεύσασαν, ἀνακαλεῖται πάλιν ὁ θεός. καὶ γὰρ ἡ αἰχμαλωσία ἡ γινομένη, οὐ τιμωρίας τοσοῦτον ἦν, ὅσον ἐπιστροφῆς καὶ διορθώσεως· ἐπεὶ εἰ κολάσαι αὐτοὺς καθάπαξ ἐβούλετο ὁ θεὸς, οὐκ ἂν πάλιν ἐπανήγαγεν οἴκαδε, οὐκ ἂν μείζονα καὶ λαμπροτέραν τὴν πόλιν καὶ τὸν ναὸν κατεσκεύαζεν· ἔσται γάρ φησιν ἡ δόξα τοῦ οἴκου τούτου ἡ ἐσχάτη C ὑπὲρ τὴν ἔμπροσθεν. εἰ δὲ τὴν πολλάκις ἐκπορνεύσασαν οὐκ ἀπέκλεισε τῆς μετανοίας ὁ θεὸς, πολλῷ μᾶλλον τῆς σῆς ἀνθέξεται ψυχῆς, τοῦτο πρῶτον πεσούσης τὸ πτῶμα. οὐδεὶς γὰρ οὐδεὶς σωμάτων ἐραστὴς, κἂν σφόδρα ᾖ μανικὸς,
d οὕτω τῆς ἐρωμένης [d] τῆς αὐτοῦ περικαίεται, ὡς ὁ θεὸς τῆς σωτηρίας ἐφίεται τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. καὶ τοῦτο ἔνεστι μὲν καὶ ἐκ τῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν γινομένων ἰδεῖν, ἔνεστι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν. ὅρα γοῦν καὶ ἐν τοῖς προοιμίοις τοῦ Ἱερεμίου, καὶ πολλαχοῦ τῶν προφητῶν καταφρονούμενον αὐτὸν, καὶ ὑπερορώμενον, καὶ πάλιν ἐπιτρέχοντα καὶ διώκοντα τὴν φιλίαν τῶν ἀποστρεφομένων αὐτόν· ὅπερ καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἐδήλου λέγων· Ἱερουσαλὴμ, Ἱε- D
e ρουσαλὴμ, ἡ [e] ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτὴν, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία αὐτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας αὐτῆς, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; καὶ ὁ Παῦλος δὲ Κορινθίοις ἐπιστέλλων ἔλεγεν· ὅτι θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ, μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν, καὶ θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς. ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν, δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ θεῷ. τοῦτο καὶ E πρὸς ἡμᾶς εἰρῆσθαι νόμιζε νῦν. οὐ γὰρ ἀπιστία μόνον, ἀλλὰ καὶ βίος ἀκάθαρτος τὴν ἀπεχθῆ ταύτην ἱκανὸς ἔχθραν ἐργάσασθαι. τὸ γὰρ φρόνημα, φησὶ, τῆς σαρκὸς, ἔχθρα εἰς θεόν. καταλύσωμεν οὖν τοῦτο τὸ διάφραγμα, καὶ διέλωμεν, καὶ θῶμεν νεκρὸν, ἵνα τῆς μακαρίας τύχωμεν κα-
f ταλλαγῆς, ἵνα γινώμεθα [f] πάλιν ἐπέραστοι καὶ ποθεινοὶ τῷ θεῷ.

A pugnant admitti; si qua vero sit formosa, ingenua & pudibunda, quæ calamitate quadam in talem inciderit necessitatem, eam uxorem ducere ne viros quidem magnos & splendidæ fortunæ erubescere? Quod si tanta est apud homines misericordia, & tantus gloriæ contemtus, ut sæpe illas quæ in fornice ignominia sunt affectæ, ab illa servitute liberent, & pro conjugibus habeant, quanto major apud Deum erit erga animas, quæ per tyrannidem diaboli a prisca illa nobilitate in præsentis vitæ lupanar reductæ sunt? Hujusmodi exempla passim apud Prophetas reperias, cum Jerusalem alloquuntur, quæ utique in fornica- B tionem inciderat; imo fornicationem novi generis, quemadmodum ait Ezechiel: *Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu vero mercedes dabas, & apud te diverso modo agitur, quam apud cæteras*: Et alius, *sedisti exspectans eos tamquam cornix deserta.* Hanc itaque sic fornicatam rursum evocat Deus. Etenim captivitas non tam ad vindictam acciderat, quam ad conversionem & emendationem. Siquidem si eos prorsus ulcisci voluisset Deus, non reduxisset domum, nec urbem majorem & splendidiorem, nec templum itidem denuo excitasset: *Erit enim*, C ait, *gloria domus hujus novissima præstantior priore.* Quod si Deus sæpe conspurcatam libidine a poenitentia non exclusit, multo magis animam tuam amplexabitur, quæ nunc primum lapsa est. Nemo enim, nemo corporeæ amator formæ, quantumlibet insanus, tanta amicæ suæ ardet concupiscentia, quanto studio Deus animarum nostrarum appetit salutem: quod tum ex iis quæ quotidie accidunt, tum ex divinarum Scripturarum dictis videre licet. Observa tam in ipso Jeremiæ exordio, quam alibi passim apud Prophetas, quomodo despectus & contemtui habitus, rursum instet D & amicitiam eorum, qui ab se aversi fuerant, exquirat: quod etiam ipse in Evangeliis declarat his verbis: *Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluistis?* Et Paulus in Epistola ad Corinthios dicebat: *Quoniam Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.* E Hæc ad nos nunc dicta putato: non enim incredulitas tantum, sed etiam vita immunda odiosam hanc inimicitiam excitare potest: *nam sapientia carnis*, inquit, *inimicitia est Deo.* Destruamus igitur hoc septum, ac diruamus, mortuumque ponamus, ut beatam reconciliationem adipiscamur, ut reddamur iterum amabiles & desiderabiles Deo.

Ezech. 16. 33.
Jer. 3. 2.
Agg. 2. 10.
Matth. 23. 37.
2. Cor. 5. 19.
Rom. 8. 7.

a Duo MSS. στέγους. Infra Savil. & unus Cod. εὐγενείας καὶ εὐπρεπείας.
b Savil. & unus Cod. κατενεχθεῖσαν. Paulo infra idem ἐκπεσοῦσαν.
c Savil. & quatuor MSS. ὡς ἡ κορώνη ἐν ἐρήμῳ μόνη.
d τῆς αὐτοῦ deest in aliquot MSS.
e Aliquot MSS. [illegible]
f Savil. & unus Cod. πάλιν ἐράσμιοι ἐπέραστοι καὶ

Theodorus Hermiones amore captus.

13. Scio te nunc Hermiones formam mirari, nihilque in terris ejus pulcritudini par esse putare. Verum si velis, ô amice, tanto illa elegantior & pulcrior eris, quanto luteis aureæ statuæ. Nam si in corpore pulcritudo multorum animos ita percellit & excitat, quando ea in anima refulserit, quid hujusmodi speciei ac pulcritudini simile fuerit? Siquidem hujus pulcritudinis substantia nihil aliud est, quam phlegma, sanguis, humor, bilis, & cibi mansi succus. His quippe rebus oculi, genæ & reliqua membra irrigantur: quod si irrigationem hujusmodi a ventre & a jecore promanantem non quotidie accipiant, cute indecore marcescente, oculisque depressis, oris species tota continuo avolat; ita ut si consideres, quæ pulcritudo insit oculis, quæ recte compositis naribus, quæ corpori & genis, nihil aliud esse corporis pulcritudinem dicas, quam sepulcrum dealbatum, tanta nempe intus sorde plenum est. Deinde pannum si videris intinctum hujusmodi rebus, pituita videlicet aut fluore, ne extremis quidem digitis contingere, imo nec respicere audes: & tamen hujusmodi rerum conclavia & apothecas plurimi facis. At pulcritudo tua non hujusmodi erat, sed ita præstantior illa, ut cæli terram antecellunt; imo cælis ipsis multo splendidior & melior. Animam quippe nudatam corpore nemo hactenus vidit: aliunde tamen ejus tibi pulcritudinem demonstrare tentabo, a potentiis nimirum majoribus. Audi igitur quomodo virum desideriorum illarum decor perculserit: cum vellet enim earum pulcritudinem declarare, nec posset corpus his simile reperire, ad metallicam materiam confugit, neque his contentus, fulguris splendorem in exemplum adtulit. Etsi autem illæ non puram nudamque substantiam suam ostenderint, sed obscure admodum, ac velut in umbris; ita tamen resplenduerunt, ut eas apparere verisimile est cum omne velamentum remotum fuerit. Tale quidpiam de pulcritudine animæ cogitare oportet. *Erunt*, inquit, *sicut Angeli*. In corporibus quoque ea, quæ leviora & tenuiora sunt, quæque per viam feruntur ad incorporea tendentem, longe præstantiora & mirabiliora cæteris habentur. Cælum igitur terris, ignis aquis, stellæ lapidibus preciosis, longe speciosiora sunt: Iridem multo magis, quam violas, rosas cæterosque omnes terræ flores admiramur. In summa si posses animæ pulcritudinem oculis corporeis intueri, corporea hæc exempla derideres, usque adeo tenuiter nobis animæ formam decoremque delineant. Ne, quæso, talem possessionem, & hujusmodi felicitatem negligamus: cum maxime faci-

Pulcritudinis corporeæ fallax species.

Animæ decor.

Luc. 20. 36.

Καὶ ὁ μακάριος δὲ Παῦλος τὸν Ὀνήσιμον, τὸν ἄχρηστον, τὸν δραπέτην, τὸν κλέπτην, τοῦτον οὐ μόνον αὐτὸς περιπλέκεται, ἐπειδὴ μετεβάλλετο· ἀλλὰ καὶ τὸν δεσπότην ἀξιοῖ ἐν ἴσῃ τοῦ διδασκάλου τὸν μετανοήσαντα ἀγαγεῖν τιμῇ, οὑτωσὶ λέγων· Παρακαλῶ σε, φησὶ, περὶ τοῦ ἐμοῦ τέκνου, ὃν ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου Ὀνήσιμον, τόν ποτέ σοι ἄχρηστον, [c] νυνὶ δέ σοι καὶ ἐμοὶ εὔχρηστον, ὃν ἀνέπεμψα. σὺ δὲ αὐτὸν τουτέστι τὰ ἐμὰ σπλάγχνα προσλαβοῦ, ὃν ἐγὼ ἐβουλόμην πρὸς ἐμαυτὸν κατέχειν, ἵνα ὑπὲρ σοῦ διακονῇ μοι ἐν τοῖς δεσμοῖς τοῦ εὐαγγελίου. χωρὶς δὲ τῆς σῆς γνώμης οὐδὲν ἠθέλησα ποιῆσαι, ἵνα μὴ ὡς κατ' ἀνάγκην τὸ ἀγαθόν σου ᾖ, ἀλλὰ κατὰ ἑκούσιον. τάχα γὰρ διὰ τοῦτο ἐχωρίσθη πρὸς ὥραν, ἵνα αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχῃς οὐκέτι ὡς δοῦλον, ἀλλ' ὑπὲρ δοῦλον [d] ἀδελφὸν ἀγαπητὸν μάλιστα ἐμοί· πόσῳ δὲ μᾶλλόν σοι, καὶ ἐν σαρκὶ καὶ ἐν κυρίῳ; εἰ οὖν με ἔχεις κοινωνὸν, προσλαβοῦ αὐτὸν ὡς ἐμέ. καὶ Κορινθίοις δὲ ἐπιστέλλων ὁ αὐτὸς ἔλεγε· μήπως ἐλθὼν πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων. καὶ πάλιν· ὡς προείρηκα, [e] καὶ πάλιν προλέγω, ὅτι ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, οὐ φείσομαι. ὁρᾷς τίνας πενθεῖ, τίνων οὐ φείδεται; οὐ τῶν ἡμαρτηκότων, ἀλλὰ τῶν μὴ μετανοησάντων, καὶ οὐχ ἁπλῶς τῶν μὴ μετανοησάντων, ἀλλὰ τῶν καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον ἐπὶ τούτῳ παρακληθέντων καὶ πεισθῆναι μὴ βουληθέντων. τὸ γὰρ προείρηκα καὶ προλέγω ὡς παρὼν, τὸ δεύτερον καὶ ἀπὼν γράφω, οὐδὲν ἕτερον ἢ τοῦτο αἰνίττεται, ὅπερ δέος μὴ καὶ ἐφ' ἡμῶν γένηται νῦν. εἰ γὰρ καὶ μὴ Παῦλος πάρεστιν, ὁ τότε Κορινθίοις ἀπειλῶν, ἀλλ' ὁ Χριστὸς πάρεστιν, ὁ καὶ τότε δι' ἐκείνου λαλῶν. κἂν ἐπιμείνωμεν ἀνενδότως ἔχοντες, οὐ φείσεται ἡμῶν, ἀλλὰ πατάξει [f] πληγῇ μεγάλῃ καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐκεῖ. προφθάσωμεν οὖν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει, ἐκχέωμεν ἐνώπιον αὐτοῦ τὰς καρδίας ἡμῶν. ἥμαρτες γὰρ, φησὶ, μὴ προσθῇς μηκέτι, καὶ περὶ τῶν προτέρων σου δεήθητι· καὶ πάλιν, δίκαιος ἑαυτοῦ κατήγορος ἐν πρωτολογίᾳ. μὴ τοίνυν περιμείνωμεν τὸν κατήγορον, ἀλλὰ τὴν ἐκείνου προαρπάσωμεν τάξιν, καὶ οὕτως ἡμερώτερον διὰ τῆς εὐγνωμοσύνης καταστήσωμεν τὸν κριτήν. σὺ δὲ ὅτι μὲν ὁμολογεῖς τὰ ἁμαρτήματα, καὶ ταλανίζεις ἑαυτὸν ὑπὲρ τὸ μέτρον, οἶδα σαφῶς. ἀλλ' οὐ τοῦτο βούλομαι μόνον,

A vero pertinent ad juvenem illum, qui antea discipulus Joannis filii Zebedæi fuerat, postea autem longo tempore latronum dux fuit, deinde sacris beati viri manibus captus, a recessibus & speluncis latronum ad pristinam virtutem rediit, ipse non ignoras, sed non minus quam nos hæc omnia probe nosti: teque sæpius audivi admirantem illius mansuetudinem, quod cruentam antea dexteram exosculatus sit hærens in amplexu adolescentis, sicque illum ad priora reduxerit.

17. Beatus item Paulus Onesimum, inutilem, transfugam & furem, illum inquam non modo amplectitur, quando mutatus est; B sed etiam herum ejus rogat, illum resipiscentem pari habeat honore atque præceptorem ipsius, his verbis usus: *Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi utilis, quem remisi tibi. Tu autem illum id est mea viscera suscipe, quem ego volueram mecum detinere, ut pro te mihi ministraret in vinculis Evangelii. Sine consilio autem tuo nihil volui facere, uti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Forsitan enim ideo discessit ad tempus, ut æternum illum reciperes non jam* C *ut servum, sed pro servo carissimum fratrem, maxime mihi: quanto autem magis tibi, & in carne & in Domino? Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me.* Ad Corinthios item scribens ait: *Ne iterum cum venero lugeam multos ex iis qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam.* Et rursum: *Sicut prædixi, iterum prædico, quod si venero iterum, non parcam.* Viden' quos lugeat, quibus non parcat? Non iis qui peccaverunt, sed iis qui pœnitentiam non egerunt, neque simpliciter iis qui pœnitentiam non D egerunt, sed iis qui semel & iterum moniti obtemperare noluerunt. Illud enim, *prædixi, & prædico ut præsens, secundo & absens* scribo, nihil aliud indicat, quam id quod ne jam inter nos eveniat pertimescendum est. Etiamsi enim Paulus qui tunc Corinthiis comminabatur, non adsit, sed adest Christus, qui tunc per ipsum loquebatur. Ac si obstinate perseveremus, non parcet nobis, sed percutiet plagâ magnâ & hîc & in futuro sæculo. *Præoccupemus* igitur *faciem ejus in confessione*, effundamus in conspectu ejus corda nostra. *Peccasti*, inquit, *ne addas* E *iterum, & de prioribus tuis supplica.* Et rursum, *Justus accusator sui est in principio sermonis.* Ne exspectemus igitur accusatorem, sed ejus partes prævertamus, eoque officio judicem nobis pacatiorem reddamus. Te quidem peccata confiteri tua, teque miserum admodum arbitrari compertum habeo. Verum non id tantum requiro,

Philem. 10.

2. Cor. 12. 21.

2. Cor. 13. 2.

a Savilius & unus manuscriptus ἀπὸ τῶν καταδύσεων καὶ σπηλαίων τῶν λῃστρικῶν.

b Savilius καὶ σοῦ θαυμάζοντος ἤκουσα πολλάκις τοῦ μακαρίου τὴν συγκατάβασιν τὴν πολλὴν, τήν τε ἄλλην, καὶ ὅτι. Aliquot item Mss. habent τοῦ μακαρίου, & infra τὴν συγκατάβασιν τήν τε ἄλλην, καὶ ὅτι.

c Savil. νυνὶ δὲ καὶ ἐμοὶ καὶ σοὶ εὔχρηστον ὄντα. σὺ δὲ· & sic etiam quidam Mss. qui addunt post ὄντα, ὃν ἀνέπεμψα.

d Savil. in margine & unus Codex, υἱὸν ἀγαπητόν.

e Savil. & duo Mss. καὶ πάλιν λέγω. Tres alii Mss. καὶ προλέγω. Morel. & alii, καὶ πάλιν προλέγω. Infra Savil. & duo Mss. πενθεῖ. καὶ τίνων.

f Savil. & alii pene omnes Mss. πληγῇ μεγάλῃ. Morel. & duo Mss. πληγὴν μεγάλην.

cupio autem ut persuasum habeas, te hac ratione posse justitiam assequi. Quamdiu enim inutilem talem confessionem edideris, etiamsi teipsum accuses, non poteris umquam in posterum a peccatis discedere. Nemo enim quidquam faciet cum alacritate & ritu congruenti, nisi prius persuasum habeat, rem utilitati sibi fore. Siquidem is qui seminat, postquam semen sparsit, nisi messem exspectet, numquam metet. Quis enim umquam laborare frustra velit, nihil ex labore boni consequuturus? Sic ergo qui seminat verba, lacrymas, confessionem, nisi bona spe fultus id faciat, a peccatis desistere non poterit, ut pote desperationis malo cohibitus. Sed quemadmodum agricola ille qui de proventu fructuum desperat, non curabit ea removere quæ frugibus noxia sunt: ita & ille qui per lacrymas confessionem seminat, nihil exspectans inde lucri, neutiquam poterit ea removere quæ pœnitentiæ exitiosa sunt. Pœnitentiam vero destruit iisdem in peccatis perseverantia. *Unus*, inquit, *ædificans & unus destruens, quid lucrati sunt præter laborem? Qui baptizatur a mortuo,* (*i.* a tactu mortui) *& rursus tangit illum, quid emolumenti habet ex lavacro suo?* Sic homo qui jejunat a peccatis suis, & iterum progressus eadem admittit: quis ejus preces exaudiet? Et rursum, *Qui revertitur,* inquit, *a justitia in peccatum, eum Dominus præparat ad gladium. Et sicut canis cum reversus fuerit ad vomitum, odiosus efficitur; sic & insipiens malitia sua reversus ad peccatum suum.*

Eccli. 34. 30.

Prov. 26. 11.

Quæ sit confessio veræ pœnitentiæ.

18. Ne itaque peccatum quasi accusator tui tantum annuncies, sed tamquam qui per pœnitentiæ modum justificari debeas; sic enim poteris animam confitentem pudore afficere, ne ultra in eadem relabatur. Nam vehementer se damnare profiterique peccatorem, etiam cum infidelibus commune est. Multi namque a scena viri & mulieres, qui maxime turpitudinem suam secum reputant, sese miseros prædicant: at non collimant ad verum scopum. Quare illud non vocarim confessionem: neque enim cum animæ compunctione, cum amaritudine lacrymarum, cum vitæ mutatione peccata sua enunciant; sed alii quidem eo nomine id agunt, ut ejusmodi candore sermonis gloriam aucupentur. Peccatorum enim gravitas longe alia apparet cum alter ea denunciat, quam cum is ipse qui peccavit. Alii autem vi desperationis in stuporem & segnitiem lapsi, & gloriam hominum despicientes, cum impudentia magna peccata sua perinde atque aliena omnibus proclamant.

A ἀλλ' ὅτι σε καὶ δικαιῶσαι τὸ πρᾶγμα δύναται, πεισθῆναι ἐπιθυμῶ. ἕως γὰρ μὴ [a] ἐπικερδῆ ποιῇς τὴν ἐξομολόγησιν ταύτην, κἂν κατηγορῇς σεαυτοῦ, οὐδὲ ἀποστῆναι δυνήσῃ τῶν ἁμαρτημάτων τῶν ἑξῆς. οὐδὲν γὰρ οὐδεὶς μετὰ προθυμίας καὶ τοῦ προσήκοντος θεσμοῦ δυνήσεται ποιεῖν, ὅταν μὴ πρότερον πεπεικὼς ἑαυτὸν ᾖ, ὅτι ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦτο ποιεῖ. καὶ γὰρ ὁ σπείρων μετὰ τὸ ῥίψαι τὰ σπέρματα, ἂν μὴ προσδέχηται τὸν ἀμητὸν, οὐκ ἀμήσει ποτέ. τίς γὰρ ἂν ἕλοιτο μάτην κόπτεσθαι, μηδὲν ἀπὸ τῶν πόνων κερδαίνων ἀγαθόν; οὕτως οὖν καὶ ὁ ῥήματα σπείρων καὶ δάκρυα καὶ ἐξομολόγησιν, ἂν μὴ μετ' ἐλπίδος B ποιῇ τοῦτο χρηστῆς, οὐδὲ ἀποστῆναι τοῦ ἁμαρτάνειν δυνήσεται, ἔτι τῷ τῆς ἀπογνώσεως κατεχόμενος κακῷ. ἀλλ' ὥσπερ ὁ γεωργὸς ἐκεῖνος ὁ τὰς τῶν καρπῶν φορὰς ἀπογνοὺς, οὐδὲν τῶν λυμαινομένων τοῖς σπέρμασι κωλύσει λοιπόν· οὕτω καὶ οὗτος ὁ σπείρων μὲν τὴν διὰ τῶν δακρύων ἐξομολόγησιν, οὐδὲν δὲ ἀπὸ ταύτης προσδεχόμενος κέρδος, οὐδὲ ἀνατρέψαι δυνήσεται τὰ διαφθείροντα τὴν μετάνοιαν. διαφθείρει δὲ τὴν μετάνοιαν τὸ πάλιν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι κακοῖς. Εἷς γὰρ, φησὶν, οἰκοδομῶν καὶ εἷς καθαιρῶν, τί ὠφέλησαν πλέον ἢ [b] κόπον; βαπτιζόμενος ἀπὸ νεκροῦ, καὶ πάλιν ἁπτόμενος αὐτοῦ, τί ὠφέλησεν ἐν τῷ λουτρῷ αὐτοῦ; οὕτως ἄνθρωπος C νηστεύων ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ, καὶ πάλιν πορευόμενος, καὶ τὰ αὐτὰ ποιῶν· τῆς προσευχῆς αὐτοῦ τίς εἰσακούσεται; καὶ πάλιν, ἐπανάγων, φησὶν, ἀπὸ δικαιοσύνης ἐπὶ ἁμαρτίαν, ὁ κύριος [c] ἑτοιμάσει εἰς ῥομφαίαν αὐτόν. καὶ ὥσπερ κύων ὅταν ἐπανέλθῃ ἐπὶ τὸν ἑαυτοῦ ἔμετον, καὶ μισητὸς γένηται· οὕτως ἄφρων τῇ ἑαυτοῦ κακίᾳ ἀναστρέψας ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ ἁμαρτίαν.

Μὴ τοίνυν ὡς κατηγορῶν σαυτοῦ μόνον τὴν ἁμαρτίαν ἐκπόμπευε, ἀλλὰ καὶ ὡς δικαιωθῆναι ὀφείλων διὰ τοῦ τρόπου τῆς μετανοίας· οὕτω γὰρ δυνήσῃ καὶ τὴν ἐξομολογουμένην ψυχὴν ἐντρέψαι, μηκέτι τοῖς αὐτοῖς [d] περιπίπτειν. D τὸ μὲν οὖν σφόδρα καταδικάζειν ἑαυτοὺς, καὶ ἁμαρτωλοὺς καλεῖν, κοινὸν ὡς εἰπεῖν καὶ τοῖς ἀπίστοις ἐστί. πολλοὶ γοῦν καὶ τῶν ἀπὸ τῆς σκηνῆς καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες, οἱ μάλιστα ἀναισχυντίαν μελετῶντες, ταλανίζουσιν ἑαυτούς. ἀλλ' οὐ μετὰ σκοποῦ τοῦ προσήκοντος. διόπερ οὐδ' ἂν εἴποιμι τοῦτο ἐξομολόγησιν ἐγώ· οὐ γὰρ μετὰ τοῦ κατανύξαι τὴν ψυχὴν, οὐδὲ μετὰ τοῦ δακρῦσαι πικρὸν, οὐδὲ μετὰ τοῦ μεταβαλέσθαι, τὰς ἁμαρτίας οὕτως ἐξαγγέλλουσι τὰς αὐτῶν· ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο οἱ μὲν δόξαν παρὰ τῶν ἀκουόντων ἐπὶ τῇ τῶν λόγων εὐγνωμοσύνῃ θηρώμενοι. οὐδὲ γὰρ ὁμοίως φαίνεται τὰ ἁμαρτήματα χαλεπὰ, ὅταν ἕτερος E τις αὐτὰ [e] ἀπαγγέλλῃ, καὶ ὅταν αὐτὸς ὁ τετολμηκώς. οἱ δὲ ὑπὸ τῆς σφοδρᾶς ἀπογνώσεως εἰς ἀναλγησίαν ἐκπεσόντες, καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων δόξης καταφρονήσαντες, μετὰ πολλῆς τῆς ἀδείας λοιπὸν ὥσπερ τὰ ἀλλότρια, τὰ οἰκεῖα ἅπασιν ἐξαγορεύουσι κακά.

a ἐπικερδῆ sic tres Mss. & quidem recte ut series docet. Morel. Savil. & alii ἀπὸ καρδίας. Nimirum librarii quidam vocem minus frequentem ἐπικερδῆ, in frequentissimam ἀπὸ καρδίας commutarunt.

b Omnes Mss. κόπους. Savil. & Morel. κόποι. Ibid. consequenter Savil. καὶ μετ' ὀλίγον, βαπτ- Unus Cod. καὶ μετ' ὀλίγα βαπτ-. Paulo post aliquot Mss. οὕτως αὐτὸς ἄνθρωπος.

c Aliquot Mss. ἑτοιμάσει ῥομφαίαν αὐτῷ. Savil. & unus ἑτοιμάσει εἰς ῥομφαίαν αὐτόν. Morel. ἑτοιμάζει εἰς &c. Paulo post ἑαυτοῦ ἐμ- Mss. & mox quidam ἐπιστρέψας pro ἀναστρέψας.

d Savil. & aliquot Mss. περιπίπτειν.

e Sic Savil. & quidam Mss. Morel. & alii ἀπαγγέλλει.

ἀλλά

A ἀλλά σε τούτων οὐδένα εἶναι βούλομαι, οὐδὲ ἐξ ἀπογνώσεως ἐπὶ τὴν ἐξομολόγησιν ἔρχεσθαι· ἀλλὰ μετὰ προσδοκίας ἀγαθῆς, καὶ τὴν ἀπογνώσεως τὴν ῥίζαν ἐκκόψαντα πᾶσαν, τὴν ἐναντίαν ἐπιδείκνυσθαι σπουδήν. τίς δὲ ἡ ταύτης ῥίζα καὶ μήτηρ ἐστί; ῥαθυμία· μᾶλλον δὲ οὐκ ἄν τις ῥίζαν καλέσειεν αὐτὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ τροφὸν καὶ μητέρα. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἐρίων τίκτει μὲν τοὺς σῆτας ἡ φθορά, αὔξεται δὲ πάλιν ὑπ' αὐτῶν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, τίκτει μὲν ἡ ῥαθυμία τὴν ἀπόγνωσιν, τρέφεται δὲ πάλιν [a] ὑπὸ τῆς ἀπογνώσεως αὐτή, καὶ ἀλλήλαις τὴν ἐπάξιον ταύτην παρέχουσαι ἀντίδοσιν δύναμιν οὐ μικρὰν προσλαμβάνουσιν. B ἂν οὖν τὴν ἑτέραν τις ἀποτέμῃ καὶ διακόψῃ, δυνήσεται καὶ τῆς λειπομένης περιγενέσθαι εὐκόλως. οὔτε γὰρ ὁ μὴ ῥαθυμῶν [b] εἰς ἀπόγνωσιν ἄν ἐμπέσοι ποτέ, οὔτε ὁ τρεφόμενος ἐλπίσι χρησταῖς, καὶ μὴ ἀπογινώσκων ἑαυτοῦ, εἰς ῥαθυμίαν δυνήσεται ἐμπεσεῖν. ταύτην οὖν μοι τὴν ξυνωρίδα διάσπασον, καὶ τὸν ζυγὸν σύγκλασον, τὸν λογισμὸν λέγω τὸν ποικίλον καὶ βαρύν. οὐ γὰρ μονοειδὴς ὁ ταῦτα συνέχων ἐστίν, ἀλλὰ πολυειδὴς καὶ παντοδαπός. τίς δὲ οὗτός ἐστι; C συμβαίνει τινὰ μεταγνόντα κατορθῶσαι πολλὰ καὶ μεγάλα, μεταξὺ δὲ καὶ ἁμαρτεῖν πάλιν τῶν κατορθωμάτων ἐκείνων ἁμαρτίαν ἀντίρροπον· καὶ τοῦτο μάλιστα ἱκανὸν εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβαλεῖν, ὡς τῶν οἰκοδομηθέντων καθαιρεθέντων, καὶ πάντων ἐκείνων μάτην καὶ [c] εἰς κενὸν πονηθέντων αὐτῷ. δεῖ δὲ ἐκεῖνο λογίζεσθαι, καὶ τοῦτον ἐκκρούειν τὸν λογισμόν, ὅτι εἰ μὴ φθάσαντες κατορθωμάτων μέτρον ἀντίρροπον τοῖς μετὰ ταῦτα γινομένοις ἁμαρτήμασιν ἀπεθέμεθα, οὐδὲν ἂν ἡμᾶς σφόδρα καὶ ὁλοσχερῶς καταδῦναι ἐκώλυσε. [d] νυνὶ δὲ καθάπερ τις θώραξ ἰσχυρὸς βέλος ὀξὺ καὶ πικρὸν οὐκ ἀφῆκεν ἐργάσασθαι τὸ ἑαυτοῦ, ἀλλ' αὐτὸς διαιρεθεὶς τὸν πολὺν ἤμυνε τῷ σώματι κίνδυνον. D ὁ μὲν γὰρ μετὰ πολλῶν ἔργων καὶ ἀγαθῶν καὶ πονηρῶν ἀπερχόμενος ἐκεῖ, ἕξει τινὰ παραμυθίαν ἐπὶ τῇ κολάσει, καὶ τοῖς βασανιστηρίοις ἐκείνοις· ὁ δὲ τούτων μὲν ἔρημος, ἐκεῖνα δὲ μόνον ἐπάγων, οὐδὲ ἔνεστιν εἰπεῖν ὅσα πείσεται πρὸς τὴν ἀθάνατον παραπεμπόμενος κόλασιν. καὶ γὰρ ἀντίστασις ἔσται καὶ τῶν πονηρῶν πράξεων, καὶ τῶν οὐ τοιούτων· κἂν μὲν αὗται καθελκύσωσι τὸν ζυγόν, ἔσωσαν οὐ μικρῶς τὸν ἐργάτην τὸν ἑαυτῶν· καὶ οὐ τοσοῦτον ἴσχυσεν ἡ τῶν πονηρῶν πράξεων τῆς ἐργασίας βλάβη, ὅσον καταστῆσαι τῆς προτέρας χώρας αὐτόν· E ἂν δὲ ἐκεῖναι περιγένωνται, εἰς τὸ τῆς γεέννης ἀπάγουσι πῦρ, διὰ τὸ μὴ τοσοῦτον εἶναι τὸ πλῆθος τῶν κατορθωμάτων, ὡς καὶ δυνηθῆναι στῆναι πρὸς τὸν βίαιον ἐκεῖνον ὠθισμόν. καὶ ταῦτα οὐχ ὁ ἡμέτερος μόνον ὑποβάλλει λογισμός, ἀλλὰ καὶ τὰ θεῖα λόγια, αὐτὸς γάρ φησιν, ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· καὶ οὐκ ἐν τῇ γεέννῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ πολλὰς ἂν εὕροι τις τὰς [e] διαφοράς· μοναὶ γάρ, φησι, πολλαί εἰσι παρὰ τῷ πατρί μου· καί, ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης.

Nolim sane te ex illorum numero esse, vel ex desperatione confessionem edere, sed cum bona spe, omnique resecta desperationis radice contrarium huic studium exhibere. Quænam mater & radix desperationis est? Ignavia. Imo non radix modo vocetur, sed etiam nutrix & mater. Quemadmodum enim in lana tineas gignit corruptio, quæ postea ab illis augetur: sic etiam hic ignavia desperationem parit, & postea a desperatione alitur: & ambæ mutuo execrandum sibi procurant incrementum, nec modicam accessionem capiunt. Si quis igitur alteram præscindat, residuam alteram facile poterit superare. Numquam enim qui non torpescit in desperationem labetur, neque qui alitur spe bona, nec animum despondet, umquam poterit in segnitiem cadere. Par itaque illud divelle, & jugum confringe, variam dico illam & gravem cogitationem: neque enim illa quæ utramque complectitur, unius est formæ, sed variam & omnimodam speciem præfert. Quænam est illa? Contingit aliquando pœnitentem multa recte & præclare agere: interimque a bonis operibus labi per peccata ipsis recte factis gravitate paria: & hoc maxime in desperationem injicere valet; ac si ea quæ constructa fuerant diruta sint, & frustra cesserit labor in illis agendis. Oportet autem hoc mente reputare, & hanc cogitationem depellere: quoniam si recte factorum mensuram, æqualem peccatis, quæ postea commissa sunt, non depositam habeamus, nihil prohibebit quo minus penitus deprimamur. At recte facta illa sunt veluti thorax fortis, qui acutum acerbumque telum reprimit ne opus suum perficiat, sed ipse discissus multum periculi removet a corpore. Nam qui cum multis tum bonis tum malis operibus illuc abscedit, habebit aliquid solatii in supplicio, & in cruciatibus; qui autem bonorum operum expers, mala tantum secum defert, dici nequit quanta passurus sit, ad æternum supplicium ablegatus. Etenim illic appendentur opera mala, cum aliis non talibus, & si hæc postrema lancem deprimant, non modicam salutem afferent auctori: neque tantam vim habebit malorum operum noxa, ut eum de loco suo deturbare possit; si autem mala opera prævaleant, in gehennæ ignem deprimunt; eo quod bonorum operum numerus non is sit, qui possit vehementiori impulsui contrario resistere. Hoc porro non ratiocinium modo nostrum suggerit, sed etiam divina oracula; *ipse*, enim inquit, *reddet unicuique secundum opera ejus*: ac non in gehenna solum, sed etiam in regno discrimina plurima reperias: *Mansiones*, inquit, *multæ sunt apud Patrem meum*; &, *alia gloria solis, alia lunæ.*

Rom. 2. 6.
Joan. 12. 2.
1. Cor. 15. 41.

[a] Aliquot Mss. ὑπὸ τῆς ῥαθυμίας αὐτή. Minus recte ni fallor. Infra Savil. ἀποτέμῃ καὶ ἀποκόψῃ. Unus Cod. ἀποκόψῃ καὶ διατέμῃ. Morel. & alii ut in textu.

[b] Unus Cod. εἰς ἀπόγνωσιν ἐμπέσοι. Savil. εἰς ἀπόγνωσιν ἂν πέσοι. Morel. & cæteri ut in textu.

[c] Quatuor Mss. εἰς κενά. Savil. Morel. & alii, εἰς κενόν. Infra Savil. & unus Cod. ἁμαρτήμασι περιπιπτόμεθα.

[d] Savil. & aliquot alii Mss. νῦν δέ. Mox Savil. & unus Cod. καὶ πικρὸν δεχόμενος οὐκ.

[e] Reg. unus, διαφοράς. καὶ ἄκουε αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ἐν εὐαγγελίοις εἰπόντος, ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσι. καὶ αὐτοῦ τοῦ ἀποστόλου Κορινθίοις γράφοντος ἔστιν ἀκοῦσαι. ἄλλη δόξα.

A Et quid mirum ſi hæc tam accurate diſtinxerit, quando ſtellam quoque a ſtella ibi differre ait. Horum itaque gnari, numquam ab exercitio bonorum operum abſiſtamus, neque labori cedamus: neu quia ad ſolis lunæque ordinem aſcendere non poſſumus, ſtellarum ſtatum deſpiciamus. Nam ſi talem ſaltem virtutem exhibuerimus, in cælo eſſe poterimus. Et ſi non aurum, non lapis preciοſus fuerimus, argenti ſaltem gradum habentes in fundamento manebimus. Id unum caveamus, ne ad illam revertamur materiam, quam facile ignis incendit, neve cum egregia facinora edere non valemus, a minimis etiam abſiſtamus: id enim extremæ dementiæ eſt: quod abſit a nobis. Quemadmodum enim divitiæ corporeæ augentur cum earum amatores ne minima quidem lucra negligunt; ſic & ſpirituales divitiæ. Siquidem abſurdum eſt, ubi judex ne frigido quidem poculo mercedem negat, nos niſi eximia opera edamus, minora non curare: qui enim minora non ſpernit, erga maxima magnam diligentiam exhibebit: qui vero hæc deſpicit, etiam ab illis demum abſcedet: quod ne fieret etiam his mercedem ampliſſimam aſſignavit Chriſtus. Quid enim facilius eſt, quam morbo laborantes viſitare? Huic tamen rei magnum tribuit præmium. Vitam itaque ſempiternam apprehende, delectare in Domino, & ſupplica illi, jugum illud ſuave iterum ſuſcipe, ſubi leve onus, dignum principio finem ſuperadde: ne divitias tantas diffluere patiaris: nam ſi Deum provocare pergas, eas omnes per geſta tua perdes; contra vero ſi antequam multum damni accedat, & ſegetes inundentur, nequitiæ canales obſtruxeris, quæ perdita ſunt recuperare poteris, iiſque non modicam acceſſionem facere. Quæ omnia tecum reputans excute pulverem, de terra ſurge, & eris adverſario formidabilis. Ipſe quippe te proſtravit, quaſi non ſurrecturum umquam: ſi autem te rurſum viderit erectis contra manibus, inexſpectata re perculſus, ſegnior erit ad te denuo ſupplantandum: tu vero firmior evades, ut ne plagam hujuſmodi denuo accipias. Etenim ſi aliorum calamitates nos erudire poſſunt, multo magis illæ, quas ſuſtinuimus, nos erudient. Quod in ipſo capite tuo propediem me viſurum exſpecto, & te Dei nutu ſplendidiorem futurum, & tantam virtutem exhibiturum, ut etiam aliis illic patrocinari valeas. Tantum ne deſperes, neque concidas. Hoc enim tibi in omni ſermonis congreſſu, ubicumque te videro, & aliorum etiam ore repetere non ceſſabo: quod ſi audieris, aliis amplius remediis non egebis.

A καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ μέχρι τούτων ἠκριβολογήσατο, ὅπου γε καὶ τὸν ἀστέρος πρὸς ἀστέρα διαφορὰν εἶναί φησιν ἐκεῖ; Ταῦτα οὖν ἅπαντα εἰδότες, μηδέποτε τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐργασίας ἀποστῶμεν, μηδὲ ἀποκάμνωμεν· μηδὲ ἐπειδὰν εἰς τὴν τοῦ ἡλίου τάξιν ἢ τὴν σελήνης ἐλθεῖν μὴ δυνηθῶμεν, καὶ τὴν τῶν ἀστέρων καταφρονήσωμεν. [a] ὡς γὰρ ἂν τοσαύτην γοῦν ἀρετὴν ἐπιδειξώμεθα, δυνησόμεθα εἶναι ἐν τῷ οὐρανῷ. κἂν χρυσὸς, κἂν λίθος τίμιος μὴ γενώμεθα, τὴν γοῦν τοῦ ἀργύρου τάξιν ἐπέχοντες ἐν τῷ θεμελίῳ μενοῦμεν. B μόνον μὴ πρὸς ἐκείνην τὴν ὕλην παλινδρομήσωμεν, ἣν εὐκόλως καταφλέγει τὸ πῦρ, μηδὲ ὅταν μεγάλα κατορθῶσαι μὴ δυνηθῶμεν, καὶ τῶν μικρῶν ἀποσχώμεθα· ἐσχάτης γὰρ ταῦτα ἀνοίας ἐστὶν, ὅπερ μὴ πάθωμεν. ὥσπερ γὰρ ὁ πλοῦτος ὁ σωματικὸς αὔξεται τῷ μηδὲ τῶν ἐλαχίστων κερδῶν καταφρονεῖν τοὺς ἐραστὰς τοὺς ἐκείνου· οὕτω καὶ ὁ πνευματικός. καὶ γὰρ ἄτοπον τὸν μὲν κριτὴν μηδὲ ψυχροῦ ποτηρίου μισθὸν περιορᾷν, ἡμᾶς δὲ [b] εἰ μὴ πάνυ μεγάλα εἴη τὰ κατορθώματα, καὶ τῆς τῶν μικρῶν ἐργασίας ἀμελεῖν· ὁ μὲν γὰρ τῶν ἐλαττόνων μὴ καταφρονῶν, C πολλῇ καὶ περὶ τὰ μέγιστα χρήσεται σπουδῇ· ὁ δὲ ταῦτα περιορῶν, καὶ ἐκείνων ἀποστήσεταί ποτε. ὅπερ ἵνα μὴ γένηται, καὶ τούτων μεγάλους τοὺς μισθοὺς ὥρισεν ὁ Χριστός. τί γὰρ τοῦ ἐπισκέπτεσθαι τοὺς κάμνοντας εὐκολώτερον; ἀλλ᾿ ὅμως καὶ τούτου [c] μεγάλην ἀποδίδωσι τὴν ἀμοιβήν. ἐπιλαβοῦ τοίνυν τῆς αἰωνίου ζωῆς, κατατρύφησον τοῦ κυρίου, καὶ ἱκέτευσον αὐτὸν, πάλιν τὸν ζυγὸν ἀναδέξαι τὸν χρηστὸν, ὕπελθε τὸ φορτίον τὸ ἐλαφρὸν, ἐπίθες ἄξιον τῆς ἀρχῆς τὸ τέλος· μὴ δὴ [d] περιίδῃς τοσοῦτον διαῤῥυέντα πλοῦτον. ἂν μὲν γὰρ ἐπιμένῃς παροξύνων τὸν θεὸν, D δι᾿ ὧν ποιεῖς, σαυτὸν ἀπολεῖς. ἂν δὲ πρὶν ἢ πολλὴν γενέσθαι τὴν ζημίαν, καὶ πᾶν ἐπικλυσθῆναι τὸ γεώργιον, ἀποφράξῃς τῆς κακίας τοὺς ὀχετοὺς, καὶ τὰ διαφθαρέντα ἀνακτήσασθαι δυνήσῃ πάλιν, καὶ ἑτέραν αὖθις προσθεῖναι φορὰν οὐ μικράν. ἅπερ ἅπαντα λογισάμενος [e] ἀποτίναξον τὴν κόνιν, ἀνάστηθι ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ φοβερὸς ἔσῃ τῷ ἀνταγωνιστῇ· αὐτὸς μὲν γάρ σε κατέβαλεν, ὡς οὐκ ἀναστησόμενον λοιπόν· ἂν δὲ ἴδῃ πάλιν τὰς χεῖρας ἀνταίροντα, τῷ ἀπροσδοκήτῳ πληγεὶς, ὀκνηρότερος ἔσται πρὸς τὸ ὑποσκελίσαι σε πάλιν· αὐτὸς δὲ ἀσφαλέστερος ἔσῃ πρὸς τὸ E μηκέτι τραῦμα τοιοῦτον λαβεῖν. εἰ γὰρ αἱ τῶν ἄλλων ἡμᾶς ἱκαναὶ παιδεῦσαι συμφοραὶ, πολλῷ μᾶλλον ἃς [f] ὑπεμείναμεν. ὅπερ καὶ ἐπὶ τῆς σῆς προσδοκῶ ταχέως ὄψεσθαι κεφαλῆς, καὶ πάλιν τῇ τοῦ θεοῦ ῥοπῇ φαιδρότερόν σε γενέσθαι, καὶ τοσαύτην ἐπιδείξασθαι τὴν ἀρετὴν, ὡς καὶ ἑτέρων προστῆναι ἐκεῖ· μόνον μὴ ἀπογνῷς, μηδὲ ἀναπέσῃς· τοῦτο γάρ σοι καὶ παρὰ πάντα τὸν λόγον, καὶ ὅπου δ᾿ ἂν ἴδω, καὶ δι᾿ ἑτέρων οὐ παύσομαι ἐπιλέγων· κἂν τούτου ἀκούσῃς, οὐκέτι δεήσῃ φαρμάκων ἑτέρων.

a Sic manuſcripti omnes, uno excepto. Savil. ἕως γὰρ... ἐπιδείξωμεν, δυν- Morel. ἕως γὰρ ἂν τοσαύτην γοῦν ἀρετὴν ἐπιδεῖξαι δυνησόμεθα, ἐν τῷ οὐρανῷ πάντως ἐσόμεθα. Unus Codex, ὡς γὰρ τοσαύτην γοῦν ἀρετὴν ἐπιδείξασθαι δυνηθῶμεν, &c. ut Morel.

b Sic Savil. & omnes pene Mſſ. In Morel. πάνυ deeſt. Paulopoſt unus καταφρονεῖν pro ἀμελεῖν. Mox Savil. ἐπὶ τὰ μέγιστα.

c Savil. & tres Mſſ. μεγάλην ἡμῖν ἀποδ-

d Sic quatuor Mſſ. Savil. & Morel. περιίδῃς. Infra omnes Mſſ. & Savil. ποιεῖς, σαυτὸν ἀπολεῖς. Morel. vero, ποιεῖς ἅπαντα αὐτὸν ἀπολεῖς. Ibid. aliquot Mſſ. καὶ παντελῆ κλυσθῆναι.

e Savil. & unus, ἀποτίναξαι.

f Quidam Mſſ. ὑπομείνωμεν. Unus, ὑπομένομεν.

A

a ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΘΕΟΔΩΡΟΝ,

λόγος β´.

Εἰ δάκρυα καὶ στεναγμοὺς ἦν διὰ γραμμάτων δηλῶσαι, τούτων ἄν σοι τὴν ἐπιστολὴν ἐμπλήσας ἀπέστειλα. δακρύω δὲ οὐχ ὅτι φροντίζεις πραγμάτων πατρῴων, ἀλλ' ὅτι τοῦ καταλόγου τῶν ἀδελφῶν σεαυτὸν ἐξήλειψας, ὅτι τὰς πρὸς τὸν Χριστὸν συνθήκας ἐπάτησας. ταῦτα φρίττω, ἐπὶ τούτοις ἀλγῶ, διὰ ταῦτα φοβοῦμαι, B
b καὶ τρέμω. [b Εἰδὼς ὡς ἡ τούτων ἀθέτησις μεγάλην ἐπάξει τὴν καταδίκην τοῖς εἰς τὴν καλὴν ἀπογεγραμμένοις στρατείαν, καὶ διὰ ῥᾳθυμίαν τὴν οἰκείαν τάξιν ἀπολιποῦσιν. ὅτι δὲ τοῖς τοιούτοις ἡ κόλασις βαρυτέρα, δῆλον ἐν-
c τεῦθεν.] ἰδιώτην μὲν γὰρ c ἀστρατείας οὐδεὶς ἄν ποτε γράψαιτο· ὁ δὲ στρατιώτης ἅπαξ γενόμενος, ἂν ἁλῷ λειποταξίου, περὶ τῶν ἐσχάτων ὁ κίνδυνος. οὐ δεινὸν ὦ φίλε Θεόδωρε, τὸ παλαίοντα πεσεῖν, ἀλλὰ τὸ μεῖναι ἐν τῷ πτώματι· οὐδὲ χαλεπὸν τὸ πολεμοῦντα τρωθῆναι, ἀλλὰ τὸ
d μετὰ τὴν πληγὴν d ἀπογνῶναι, καὶ ἀμελῆσαι τοῦ τραύματος. C
οὐδεὶς ἔμπορος ἅπαξ ναυαγίῳ περιπεσὼν, καὶ τὸν φόρτον ἀπολέσας ἀπέστη τοῦ πλεῖν, ἀλλὰ πάλιν τὴν θάλασσαν καὶ τὰ κύματα καὶ τὰ μακρὰ διαβαίνει πελάγη, καὶ τὸν πρότερον ἀνακτᾶται πλοῦτον. καὶ ἀθλητὰς δὲ ὁρῶμεν μετὰ πολλὰ πτώματα στεφανίτας γενομένους, ἤδη δὲ καὶ στρατιώτης
e e πολλάκις φυγὼν, ἔσχατον ἀριστεὺς ἀπεδείχθη, καὶ τῶν πολεμίων ἐπεκράτησε. πολλοὶ δὲ καὶ τὸν Χριστὸν ἀρνησάμενοι, διὰ τὴν τῶν βασάνων ἀνάγκην, ἀνεμαχέσαντο πάλιν, καὶ τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀπῆλθον ἀναδησάμενοι. εἰ δὲ τούτων ἕκαστος ἐκ τῆς προτέρας πληγῆς ἀπέγνω, D
οὐκ ἂν τῶν δευτέρων ἀπήλαυσεν ἀγαθῶν. οὕτω καὶ νῦν, ὦ φίλε Θεόδωρε, μὴ διότι μικρόν σε τῆς στάσεως παρεσάλευσεν ὁ ἐχθρὸς, ἤδη καὶ σεαυτὸν ὤσῃς ἐπὶ τὸ βάραθρον· ἀλλὰ στῆθι γενναίως, καὶ ἐπάνελθε ταχέως, ὅθεν ἐξῆλθες,
f f μηδὲ ὄνειδός τι νομίσῃς, τὸ πρὸς ὀλίγον εἰληφέναι ταύτην πληγήν. οὐδὲ γὰρ στρατιώτην ἰδὼν ἐπανιόντα μετὰ τραύματος ἀπὸ πολέμου ὠνείδισας ἄν· ὄνειδος γὰρ ὅπλα ῥῖ-
g ψαι, καὶ τῶν πολεμίων ἔξω γενέσθαι. ἕως δὲ ἂν g στήκηταί τις μαχόμενος, κἂν βάλληται, κἂν ὑποχωρῇ πρὸς βραχὺ, οὐδεὶς οὕτως ἀγνώμων οὐδὲ τῶν πολεμικῶν ἄπειρος, E
h h ὡς ἐγκαλέσαι ποτὲ ἐκείνῳ. τῶν μὴ μαχομένων ἐστὶ τὸ μὴ τιτρώσκεσθαι, τοὺς δὲ πολλῷ τῷ θυμῷ κατὰ τῶν πολεμίων χωροῦντας ἔστι καὶ βληθῆναί ποτε, καὶ καταπεσεῖν· οἷον ἐπὶ σοῦ γέγονε νῦν, ἀθρόως γὰρ τὸν ὄφιν ἀνελεῖν ἐπιχειρήσας, ἐδήχθης. ἀλλὰ θάρσει, μικρᾶς σοι χρεία νήψεως, καὶ οὐδὲ ἴχνος λελείψεται τοῦ τραύματος ἐκείνου· μᾶλλον δὲ Θεοῦ χάριτι καὶ αὐτοῦ τοῦ πονηροῦ συντρίψεις τὴν κεφαλὴν,

EJUSDEM AD EUMDEM THEODORUM

LIBER SECUNDUS.

1. Si fletus possent & gemitus per literas exhiberi, his repletam Epistolam ad te misissem. Equidem fleo, non quod paternarum rerum solicitudinem geras, sed quod ex fratrum te catalogo deleveris, quod pacta cum Christo inita calcaveris. Ad hæc horreo, super his angor, propterea timeo & tremo; gnarus horum contemtum magnam afferre condemnationem iis, qui in sacram hanc militiam adscripti, per segnitiem ordinem suum deseruerunt. Quod autem supplicium iis destinatum gravius sit, vel ex re ipsa planum est. Privatum enim hominem nemo desertæ militiæ accusaverit; sed qui semel miles effectus est, si in desertione deprehendatur, extremo periculo subjacet. Non est grave, Theodore carissime, certantem cadere, sed in lapsu manere: non est perniciosum pugnantem vulnerari; sed post inflictum vulnus desperare & plagam negligere. Nullus mercator naufragium passus, amissoque onere, navigare desiit: sed rursum mare, fluctus, vastumque pelagus permeat, amissasque pecunias recuperat. Athletas quoque videmus post frequentes lapsus coronari: miles etiam sæpe post fugam, bellator strenuus evasit, hostesque profligavit. Multi autem qui vi tormentorum fracti Christum negaverant, redintegrato certamine martyrii coronam reportarunt. Quod si eorum quilibet ob priorem plagam desperasset, numquam sequentium bonorum fructum percepisset. Ita & nunc, amice Theodore, ne quia inimicus te a statione paulum deturbavit, te ipsum in præcipitium decutias, sed strenue consiste; & ad locum unde exiisti cito remigra. Ne probro tibi fore putes talem post plagam acceptam reditum: neque enim reprehendas militem, cum de prælio revertitur vulneratus. Opprobrium sane est arma projicere & procul ab hostibus removeri: quamdiu autem quispiam in conflictu manet, etiamsi feriatur & paulisper cedat, nemo ita durus ac bellicæ disciplinæ expers est, ut hoc illi vitio vertat. Non pugnantium quippe est non vulnerari: qui autem magno animo hostes adoriuntur, sæpe feriuntur & concidunt, ut tibi nunc contigit, qui dum serpentem occidere nitebaris, morsu vulneratus es. Sed confide, sobrietate paululum utaris oportet, nullumque vulneris vestigium remanebit: imo vero per Dei gratiam ipsius maligni caput confringes.

a Sic Morel. & unus codex Colbertinus. Alius item Colbertinus, τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν ἐπιστολὴ β´. Tertius Colb. τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν Θεόδωρον παραινετικὸς ἐν εἴδει ἐπιστολῆς λόγος β´. Cur autem hæc Epistola ad Theodorum, quæ vere secunda est, prima locetur in edit. Savil. in Monito dictum fuit. Savil. & unus sic initio habent, εἰ καὶ δάκρυα, &c. Paulopost duo MSS. δακρύω δὲ ἐγώ.

b Hæc quæ uncinis includuntur in edit. Morel. & in omnibus MSS. nostris desiderantur. Sed ea sic uncinis inclusa refert editio Saviliana: optimeque quadrant ad sensum; ita ut hisce demtis imperfecta sententia videatur.

c Unus Codex λειποστρατείας. Duo alii, στρατείας male. Savil. & Morel. ἀστρατείας.

d Unus Cod. ἀπογνῶναι καταμελῆσαι. Alius, ἀπογνῶναι ἀμελῆσαι. Savil. & Morel. ut in textu.

e Sic Savil. & omnes MSS. In Morel. deest πολλάκις. Infra Savil. in margine & unus Codex, ἀνεμαχέσαντο πάλιν τὴν στάσιν καὶ τ. Infra. Θεόδωρε deest in duobus MSS.

f Tres MSS. & Savil. in textu, μηδὲ ὄνειδόν τινα. Cætera ut in textu nostro. Savil. in marg. μηδὲ ὄνειδός τι νομίσῃς τὴν ἀπὸ τῆς πληγῆς ἐπάνοδον.

g Savil. ἵσταται. Duo codices ἑστήκει. Unus εἱστήκει. Morel. στήκηται.

h Savil. ὃς ἐγκαλέσει ποτὲ ἐκείνῳ. In tribus MSS. ἐκείνῳ deest. Infra duo MSS. ἔνεστι καὶ βληθῆναί ποτε, οἷον ἐπὶ σοῦ γέγονεν. ἀθρόως.

Neque te conturbet, quod cito & ab ipso principio compeditus fueris. Vidit enim, & celeriter vidit malignus ille animi tui virtutem, & ex multis signis, ut strenuus sibi adversarius vires augeret futurum præsensit. Eum enim qui tali tantoque studio contra se vel ab initio uteretur, si perseveraret facile se debellaturum esse existimavit. Ideoque festinavit, excubavit, totusque contra te, imo potius contra caput suum insurrexit, si tamen volueris strenue obsistere. Quis enim celerem illam tuam, sinceram atque ferventem ad bona mutationem non miratus est? Epularum enim oblectatio contemtui erat, luxus vestium vilipendebatur, calcabatur fastus omnis: tota illa externæ philosophiæ cura, confertim in divina eloquia translata fuerat: lectioni dies solidi, orationi noctes integræ deputabantur: paternæ dignitatis nulla mentio, divitiarum nulla recordatio: fratrum autem genua complecti, eorumque pedibus accurrere, omni nobilitate sublimius judicabas. Hæc malevolum illum cruciabant, hæc ad acriorem pugnam conserendam incitarunt: attamen non lethale vulnus inflixit. Nam si post diuturnum tempus, post jejunia multa, humi cubationes aliasque exercitationes te dejecisset, neque tunc desperandum esset, licet maximum damnum putaretur post multos sudores, labores & victorias ita prosterni. Verum quia in ipso procinctu certaminis te supplantavit, id solum effecit, ut fortiorem te redderet ad pugnam cum ipso ineundam. Modo enim te e portu solventem, non ex negotiatione revertentem, nec onustam mercibus navem reducentem, ferus ille pirata adortus est. Ac quemadmodum si quis generosum leonem aggressus pellem ejus solum raserit, illum quidem nihil lædit, sed contra seipsum excitat eum, ac firmiorem & captu difficiliorem reddit; sic & communis omnium inimicus cum altam infligere plagam conatus esset, a scopo quidem aberravit, sed ad vigilias & jejunia promtiorem reddidit.

Lubrica est humana natura, cito cadit, cito resurgit.

2. Lubrica est humana natura, cito decipitur, sed cito a fraude se expedit; & sicut confestim cadit, ita confestim erigitur. Siquidem beatus ille vir, Davidem dico, qui electus fuit in regem & prophetam, cum multa præclare fecisset, hominem se esse monstravit: & alienæ uxoris amore captus est: nec ibi solum constitit, sed propter concupiscentiam adulterium, propter adulterium homicidium patravit: sed quia duo tanta vulnera acceperat, non ideo tertium addidit; sed statim ad medicum accurrit, & medicamina apposuit, jejunium, lacrymas, fletus, orationes frequentes, sæpius adhibitam peccati confessionem,

A μηδέ σε ταραττέτω, τὸ ταχέως καὶ παρ' αὐτὴν ἐμποδισθῆναι τὴν ἀρχήν. εἶδε γὰρ εἶδεν ὀξέως ὁ πονηρὸς τῆς σῆς ψυχῆς τὴν ἀρετήν, καὶ γενναῖον αὐτῷ πολέμιον αὐξηθήσεσθαι ἐκ πολλῶν ἐστοχάσατο. τὸν γὰρ εὐθέως τοσαύτῃ [a] καὶ τηλικαύτῃ χρησάμενον κατ' αὐτοῦ σπουδῇ, τοῦτον, εἰ παραμείνειε, ῥᾳδίως αὐτὸν καταπολεμήσειν προσεδόκησε· διὰ τοῦτο ἔσπευσεν, ἐγρηγόρησεν, ἠγέρθη πολὺς κατὰ σοῦ, μᾶλλον δὲ κατὰ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς, ἐὰν θελήσῃς στῆναι γενναίως. τίς γὰρ οὐ τὴν ὀξεῖαν, καὶ εἰλικρινῆ, καὶ ζέουσαν ἐπὶ τὰ ἀγαθὰ [b] μετάθεσιν οὐκ ἐθαύμασεν; ἐδεσμάτων μὲν γὰρ τρυφὴ παρεωρᾶτο, πολυτέλεια δὲ ἐσθῆτος
B καταπεφρόνητο, πᾶς τῦφος καταπεπάτητο· πᾶσα ἡ περὶ τὴν ἔξωθεν σοφίαν σπουδὴ ἀθρόως ἐπὶ τὰ θεῖα μετενήνεκτο λόγια· ὅλαι μὲν εἰς ἀνάγνωσιν ἡμέραι, ὅλαι δὲ εἰς εὐχὰς ἀνηλίσκοντο νύκτες· οὐκ ἀξίας ἦν μνησθῆναι πατρικῆς, οὐ πλοῦτον ἐν νῷ λαβεῖν· τὸ δὲ γονάτων ἅπτεσθαι, καὶ ποσὶ περιτρέχειν ἀδελφῶν, [c] τοῦτο πάσης εὐγενείας ἀνώτερον ἡγοῦ. ταῦτα ἔθλιψε τὸν πονηρόν, ταῦτα εἰς μάχην ἐξήγειρε σφοδροτέραν· ἀλλ' οὐ καιρίαν ἔδωκε τὴν πληγήν. εἰ μὲν γὰρ μετὰ χρόνον πολύν, νηστείας τε συνεχεῖς, καὶ χαμευνίας, καὶ τὴν ἄλλην ἄσκη-
C σιν κατέβαλεν, ἦν μὲν οὐδὲ τότε ἀπογνῶναι, πλὴν πολλὴν ἄν τις ἔφη τὴν ζημίαν γεγενῆσθαι, μετὰ πολλοὺς ἱδρῶτας, καὶ πόνους, καὶ νίκας τῆς ἥττης [d] γενομένης. ἀλλ' ἐπειδὴ ἅμα τῷ πρὸς αὐτὸν ἀποδύσασθαι, ὑπεσκέλισε, τοσοῦτον ἴσχυσε μόνον, ὅσον σπουδαιότερον εἰς τὴν κατ' αὐτοῦ μάχην ἐργάσασθαι. ἄρτι γάρ σοι ἐκπλέοντι, καὶ οὐκ ἐκ τῆς ἐμπορείας ἐπανήκοντι, οὐδὲ πλήρη τὸν φόρτον ἐπιφερομένῳ, ὁ δεινὸς ἐπέθετο πειρατής. καὶ καθάπερ λέοντα γενναῖόν τις νύξειν ἐπιχειρήσας, ἐπειδὴ τὴν δορὰν [e] ἐπιξύσειε μόνον, ἐκεῖνον μὲν ἔβλαψεν οὐδέν, ἤγειρε δὲ καθ' ἑαυτοῦ μᾶλλον, καὶ ἀσφαλέστερον καὶ δυσαλωτότερον τοῦ λοιποῦ πε-
D ποίηκεν· οὕτω δὴ καὶ ὁ κοινὸς ἁπάντων ἐχθρὸς βαθεῖαν ἐπιχειρήσας πλῆξαι πληγήν, τούτου μὲν ἀπέτυχεν, ἐγρηγορέναι δὲ καὶ νήφειν τοῦ λοιποῦ παρεσκεύασε μᾶλλον.

Ὀλισθηρὸν γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, καὶ ὀξὺ μὲν κλαπῆναι, ὀξὺ δὲ ἀνενεγκεῖν ἐκ τῆς ἀπάτης, καὶ ὥσπερ πίπτει ταχέως, οὕτω καὶ θᾶττον ἀνίσταται. [f] καὶ γὰρ ὁ μακάριος ἐκεῖνος ἀνήρ, τὸν Δαυὶδ λέγω τὸν ἐκλεκτὸν βασιλέα καὶ προφήτην, ἡνίκα πολλὰ κατώρθωσεν, οὐκ ἔλαθεν ἄνθρωπος ὤν· ἀλλ' ἠράσθη ποτὲ γυναικὸς ἀλλοτρίας, καὶ οὐκ ἔστη μέχρι τούτου, ἀλλ' εἰργάσατο μὲν μοιχείαν διὰ τὴν ἐπιθυμίαν,
E εἰργάσατο δὲ καὶ φόνον διὰ τὴν μοιχείαν· ἀλλ' οὐκ ἐπειδὴ τηλικαύτας ἔλαβε δύο πληγάς, ἤδη καὶ τρίτην ἑαυτῷ δοῦναι ἐπεχείρησεν· ἀλλ' εὐθέως πρὸς τὸν ἰατρὸν ἔτρεχε, καὶ τὰ φάρμακα ἐπετίθει, νηστείαν, δάκρυα, θρήνους, εὐχὰς συνεχεῖς, τὸ τὴν ἁμαρτίαν πολλάκις ἀναγγέλλειν.

a In nullo codice est, καὶ τηλικαύτῃ. Sed in Savil. & Morel. habetur. Mox duo codices, ῥᾳδίως αὐτὸν καταπαλαίσαι (sic) ἤλπισε, διὰ τοῦτο ἐγρηγόρησεν, ἔσπευσεν. Alius similiter: sed habet καταπαλαίσειν & postea ἔσπευσεν pro ἔσπευσε. Savil. in margine. ῥᾳδίως αὐτὸν καταπαλαίσαι, εἰ παραμείνειε προσεδόκησε. Savil. in textu & Morel. ut nos edimus.

b Sic Savil. & omnes MSS. Morel. vero. μετάστασιν. Mox πολυτέλεια δὲ ἐσθῆτος, &c. Hic Savil. & codices omnes sequimur. Infra omnes MSS. εἰς ἀναγνώσεις. Savil. & Morel. εἰς ἀνάγνωσιν.

c τοῦτο deest in omnibus MSS. Sed in Savil. & Morel. habetur. Mox εἰς μάχην ἐξήγειρε σφοδροτέραν. Sic omnes MSS. & Savil. Morel. vero εἰς μάχην σφοδροτέραν ἤγαγεν. Infra καὶ χαμευνίας, sic omnes MSS. Morel. vero & Savil. καὶ τὴν χαμευνίαν.

d Tres MSS. γενομένης. ἐπειδὴ δὲ ἅμα. Savil. & Morel. ut in textu. Infra κατ' αὐτοῦ μάχην. Sic Savil. duo MSS. ἑαυτοῦ μάχην habent, Morel. κατ' αὐτοῦ νίκην.

e Savil. νύξει, & in marg. ἐπιξύσειε.

f Savil. in textu, καὶ γὰρ ὁ μακάριος, ὁ ἐκλεκτὸς βασιλεὺς καὶ προφήτης ἡνίκα πολλοὶ, &c. ut supra. In margine vero, τὸν μακάριον Δαυὶδ τὸν ἐκλεκτὸν βασιλέα, καὶ προφήτην, ἡνίκα πολλὰ κατώρθωσεν, οὐκ ἔλαθεν ἄνθρωπος ὤν.

καὶ οὕτω διὰ τούτων ἵλεω κατέστησε τὸν Θεὸν, ὡς ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανελθεῖν ἀξίαν, ὡς μετὰ μοιχείαν καὶ φόνον, πάλιν ἐπισκιάσαι δυνηθῆναι τὴν τοῦ παιδὸς εἰδωλολατρείαν τῇ τοῦ πατρὸς μνήμῃ. ὁ γὰρ τούτου υἱὸς, Σολομὼν τὸ ὄνομα αὐτῷ, διὰ τῆς αὐτῆς ἑάλω παγίδος, ἧσπερ καὶ ὁ πατὴρ, καὶ γυναιξὶ χαριζόμενος ἀπέστη τοῦ πατρῴου Θεοῦ. ὁρᾷς πόσον κακὸν μὴ κρατεῖν ἡδονῆς, ἀλλὰ τὴν τῆς φύσεως ἀνατρέπειν ἀρχὴν, [a] καὶ ἄνδρα ὄντα γυναικῶν εἶναι δοῦλον. αὐτὸν δὴ οὖν τοῦτον τὸν Σολομῶντα, δίκαιον πρότερον ὄντα καὶ σοφὸν, δι' ἁμαρτίαν πᾶσαν ἀφαιρεθῆναι τὴν βασιλείαν κινδυνεύοντα, διὰ τὴν τοῦ πατρὸς εὐδοκίμησιν τὸ τῆς ἀρχῆς ἕκτον μέρος ἀφῆκεν ἔχειν ὁ Θεός. εἰ μὲν οὖν ἡ σπουδή σοι περὶ τοὺς ἔξωθεν λόγους ἦν, εἶτα ἀπεῤῥαθύμησας, δικαστηρίων καὶ βήματος καὶ τῶν ἐκεῖθεν στεφάνων, καὶ παῤῥησίας ἀναμιμνήσκων, παρεκάλεσα ἂν ἐπανελθεῖν εἰς τοὺς ὑπὲρ ἐκείνων πόνους. ἐπειδὴ δὲ, ὑπὲρ τῶν ἐν οὐρανοῖς τρέχομεν, καὶ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς λόγος ἡμῖν οὐδεὶς, ἑτέρου σε ἀναμιμνήσκω δικαστηρίου, καὶ βήματος φοβεροῦ καὶ φρικώδους. πάντας γὰρ ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ. [b] κριτὴς δὲ κάθηται, ὁ νῦν ἀθετούμενος παρὰ σοῦ. τί οὖν ἐροῦμεν εἰπέ μοι τότε; τί δὲ ἀπολογησόμεθα, ἐὰν ἐπιμένωμεν ἀθετοῦντες; τί οὖν ἐροῦμεν; πραγμάτων φροντίδας σκηψόμεθα; ἀλλὰ προλαβὼν εἶπε· τί ὠφελήσει ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; ἀλλὰ τὸ ὑφ' ἑτέρων ἠπατῆσθαι; ἀλλ' οὐδὲ τὸν Ἀδὰμ πρὸς ἀπολογίαν ὤνησε τὸ προβαλέσθαι τὴν γυναῖκα, καὶ εἰπεῖν, ἡ γυνὴ ἣν ἔδωκας μετ' ἐμοῦ αὕτη με ἠπάτησεν. ὥσπερ οὐδὲ τὴν γυναῖκα ὁ ὄφις. φοβερὸν, [c] ὦ φίλε Θεόδωρε, τὸ δικαστήριον ἐκεῖνο, οὐ κατηγόρων δεόμενον, οὐ μάρτυρας περιμένον. πάντα γὰρ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα αὐτῷ δικάζοντι, καὶ οὐ πράξεων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐννοιῶν εὐθύνας ὑπέχειν δεῖ· κριτικὸς γάρ ἐστιν ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας ὁ δικαστὴς ἐκεῖνος. ἀλλ' ἴσως ἀσθένειαν φύσεως ἐρεῖς, καὶ τὸ μὴ δυνηθῆναι ἐνεγκεῖν τὸν ζυγόν. καὶ ποία αὕτη ἀπολογία, ζυγὸν μὴ ἰσχῦσαι τὸν χρηστὸν ἐνεγκεῖν; [d] φορτίον μὴ δυνηθῆναι βαστάσαι τὸ ἐλαφρόν; βαρὺ πρᾶγμα καὶ φορτικὸν ἡ τῶν κόπων ἀνάκτησις; ἐπὶ ταῦτα γὰρ πάντα καλεῖ ὁ Χριστὸς λέγων· δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω [e] ὑμᾶς· ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν. τί γὰρ ἐλαφρότερον εἰπέ μοι, τοῦ φροντίδων, καὶ πραγμάτων, καὶ φόβων, καὶ πόνων ἀπηλλάχθαι, ἔξωθεν δὲ τῶν τοῦ βίου κυμάτων ἑστάναι, καὶ ἐν εὐδίῳ διάγειν λιμένι;

Τί σοι δοκεῖ τῶν ἐν κόσμῳ μακαριστὸν εἶναι καὶ ζηλωτόν; ἀρχὴν πάντως ἐρεῖς καὶ πλοῦτον, καὶ τὸ παρὰ ἀνθρώποις εὐδοκιμεῖν. καὶ τί τούτων ἀθλιώτερον, ὅταν πρὸς τὴν χριστιανῶν ἐλευθερίαν συγκρίνηται; ὁ μὲν γὰρ ἄρχων,

A iisque modis Deum placavit, ita ut ad pristinam dignitatem rediret, adeo ut etiam post adulterium & cædem, patris memoria filii idololatriam posset obtegere. Filius quippe ejus nomine Salomon eodem, quo pater, laqueo captus est, & in mulierum gratiam a paterno Deo recessit. Vides quantum malum sit voluptatem non cohibere, & naturæ principatum pervertere, ita ut vir sit mulierum servus. Hunc itaque Salomonem, qui prius justus & sapiens fuerat, cum periculum esset ne peccati causa regnum totum amitteret, ob paternum meritum Deus sextam regni portionem habere permisit. Si B tibi curæ fuisset externa illa eloquentia, eamque postea admodum negligeres, ego sane revocata tibi, fori, tribunalis, coronarum inde consequentium, ac pristinæ in loquendo fiduciæ memoria, auctor essem ut ad præteritos labores redires: quandoquidem autem pro cælestibus currimus, terrenarumque rerum nullam rationem habemus, alterius tibi judicii, horrendique tribunalis mentionem facio: *Nos quippe omnes apparere oportet ante tribunal Christi.* 2. Cor. 5. 10. Ille vero tunc Judex sedebit, qui nunc a te despicitur. Quid ergo tunc dicemus, dic mihi, quam excusationem afferemus, si in tali prævarica- C tione perseveremus? Quid, quæso dicemus? Negotiorum-ne solicitudinem prætendemus? Sed nos ipse prævertit dicens: *Quid proderit homini si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur?* Matth. 16. 26. An dicemus nos ab aliis seductos fuisse? At nihil Adamo in defensionem profuit, quod uxorem incusaret dicens, *Mulier, quam dedisti mecum, ipsa me decepit*: Gen. 3. 12. Sicut nec mulieri quod serpentem auctorem diceret. Horrendum sane est, o dilecte Theodore, tribunal illud, quod nec accusatoribus egeat, nec testes exspectet. Judicanti enim illi omnia nuda & aperta sunt, nec factorum tantum, D sed etiam cogitationum pœnas dabimus: nam Judex ille scrutator cogitationum & consiliorum cordis est. At fortasse naturæ infirmitatem obtendes, dicesque te jugum ferre non posse. Sed quænam hæc defensio, suave illud jugum ferri non posse, nec onus leve portari? An gravis onerosaque res est recreatio a laboribus? Ad hæc quippe nos vocat Christus his verbis: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego requiescere faciam vos: tollite jugum meum super vos, & discite a me quia mitis sum & humilis corde. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve.* Matth. 11. 28. E Quid enim levius, dic mihi, quam curis, negotiis, timoribus atque laboribus eximi, ab hujus vitæ fluctibus segregari, & in tranquillo portu degere?

3. Quid in hoc mundo felicius tibi videtur & optabilius? principatum haud dubie dices, & divitias, bonamque apud homines famam. Sed quid his miserabilius est, si Christianorum libertati comparentur? Nam prin- Quid in hac vita sit optabile.

a Duo MSS. καὶ ἄνθρωποι ὄντα σοφὸν γυν- Mox omnes alii δίκαιον ὄντα omisso πρότερον.

b Pergit in margine Savil. ἵνα ἕκαστος κομίσηται τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν. Mox omnes habent ἀθετούμενος ὑπὸ σοῦ. Morel. ἀθετούμενος παρὰ σοῦ. Infra Savil. φροντίδας πραγμάτων.

c Sic Savil. & unus Cod. Alter vero, φοβερὸν ὦ Θεόδωρε. Morel. φοβερὸν οὖν Θεόδωρε. Infra Savil. τετραχηλισμένα ἐστὶ τῷ δικάζοντι. Duo MSS. τετραχηλισμένα τῷ δικ. Morel. & unus Cod. τετραχηλισμένα αὐτῷ δικ-

d MSS. καὶ φορτίον. In Savil. & Morel. καὶ deest.

e Savil. & duo MSS. ὑμᾶς, καὶ πάλιν, ἄρατε. Infra unus, φροντίδων βιωτικῶν, καὶ πραγμάτων, καὶ φόβων καθημερινῶν, Savil. item habet καθημερινῶν, post φόβων.

ceps furori populorum subjacet, brutoque multitudinis impetui, majorum principum timori, solicitudini erga subditos: ac qui heri princeps erat, hodie privatus efficitur: hæc quippe vita nihil a scena differt. Nam ut ibi hic Imperatoris, ille ducis, alter militis implet officium: vesperi autem nec Imperator, qui Imperator erat, nec dux qui dux, nec miles qui miles erat remanet; sic & in die illa, non a persona, sed ab operibus dignam quisque mercedem accipiet. At gloria fortassis in precio habenda, quæ cadit tamquam flos fœni? At divitiæ, quas qui possident miseri
Luc. 6. 24. prædicantur? *Væ*, inquit, *divitibus*; & ite-
Psalm. 48. 6. rum, *væ qui confidunt in virtute sua, & in multitudine divitiarum suarum gloriantur.* Christianus numquam ex principe privatus efficitur, nec pauper ex divite, nec ex glorioso inglorius: sed in divitiis manet etiam cum mendicat, & erigitur cum sese deprimere satagit, & eum, quem obtinet, principatum, non hominum, sed principum, qui sunt sub potestate rectoris tenebrarum, nullus ipsi potest auferre. Legitima res est conjugium, id
Heb. 3. 4. ego confiteor. *Honorabile* enim *est connubium, & torus immaculatus. Fornicatores autem & adulteros judicabit Deus.* Sed tibi jam non est integrum jura connubii servare. Eum enim, qui semel cælesti sponso junctus est, si ab eo divellatur & uxorem ducat, adulterium admittere certum est, quamvis millies hoc ipsum nuptias voces; imo id tanto gravius adulterio est, quanto præstantior Deus homine. Ne quis te decipiat dicens: uxorem ducere non vetat Deus. Id ego quoque novi. Sed adulterium prohibuit, & tu admittere volebas, quod absit, ut nimirum connubio jungaris umquam. Ecquid miraris si nuptiæ pro adulterio reputantur, quando contemnitur Deus? Cædes ad justitiam reputata est, & humanitas plus quam homicidium damnata fuit; quoniam illa ex sententia Dei, hæc vero illo prohibente exhibita est. Et Phineæ quidem reputatum est ad justitiam, quod fornicantem mulierem cum scortatore confodisset; Saülem vero Sanctus Dei Samuel, in fletu, luctu & precibus sæpe pernoctans, non potuit a damnatione, quam Deus adversus ipsum pronunciaverat, eripere; quia regem alienigenarum, quem occisum oportuerat, præter Dei sententiam salute donavit. Si ergo humanitas majorem, quam cædes, damnationem infert, quia Deo non obtemperatur: quid mirum si nuptiæ graviorem quam adulterium damnationem inferant, quando despicitur Christus? Nam ut initio dicebam: si privatus esses, nemo te desertæ militiæ accusaret. Nunc autem tui juris non es amplius, qui tanto Imperatori militare cœpisti.
1. Cor. 7. 4. Etenim si mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir; multo magis qui vivunt in Christo sui corporis potestatem non habeant. Qui nunc contemnitur, ipse est qui tunc judicabit. Hunc semper cogita, necnon flu-
Dan. 7. 10. vium illum igneum: *Fluvius*, inquit, *igneus trahebat in conspectu ejus*: qui enim semel

A δήμων ὑπόκειται θυμῷ, καὶ πλήθους ὁρμαῖς ἀλόγοις, φόβῳ τε ἀρχόντων μειζόνων, καὶ τῇ ὑπὲρ τῶν ἀρχομένων φροντίσι, καὶ ὁ χθὲς ἄρχων σήμερον ἰδιώτης. σκηνῆς γὰρ οὐδὲν ὁ παρὼν διενήνοχε βίος· ἀλλὰ καθάπερ ἐκεῖ βασιλέως μὲν οὗτος, στρατηγοῦ δὲ ἐκεῖνος, ἕτερος δὲ στρατιώτου τάξιν πληροῖ· τῆς δὲ ἑσπέρας καταλαβούσης, [a] οὔτε βασιλεὺς ὁ βασιλεὺς, οὔτε ἄρχων ὁ ἄρχων, οὔτε ὁ στρατηγὸς στρατηγός· οὕτω καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, οὐκ ἀπὸ τοῦ προσώπου, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔργων ἕκαστος λήψεται τὴν ἀξίαν ἀμοιβήν. ἀλλὰ δόξα τίμιον, τὸ καταπίπτον ὡς ἄνθος χόρτου; ἀλλὰ πλοῦτος, ὃν οἱ κεκτημένοι ταλανίζονται; οὐαὶ γάρ, φησι, τοῖς πλουσίοις· καὶ πάλιν· οὐαὶ
B οἱ πεποιθότες ἐπὶ τῇ δυνάμει αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τῷ πλήθει τοῦ πλούτου αὐτῶν καυχώμενοι. ὁ χριστιανὸς οὐδέποτε ἐξ ἄρχοντος ἰδιώτης γίνεται, οὐδὲ ἀπὸ πλουσίου πένης, οὐδὲ ἄδοξος ἀπὸ ἐνδόξου· ἀλλὰ μένει πλουτῶν, ὅταν πτωχεύῃ, καὶ ὑψοῦται ὅταν ταπεινοῦν ἑαυτὸν σπουδάζῃ· καὶ τὴν ἀρχὴν ἧς ἄρχει, οὐκ ἀνθρώπων, ἀλλὰ τῶν ἀρχόντων τῆς ἐξουσίας, τοῦ κοσμοκράτορος τοῦ σκότους, οὐδεὶς αὐτὸν παραλῦσαι δύναται. δίκαιος ὁ γάμος, σύμφημι κἀγώ· τίμιος γάρ φησιν ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος· πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ θεός. σοὶ δὲ οὐκέτι δυνατὸν τὰ δίκαια τοῦ γάμου φυλάξαι· τὸν γὰρ ἐπουρανίῳ
C συναφθέντα νυμφίῳ, τοῦτον μὲν ἀφεῖναι, γυναικὶ δὲ ἑαυτὸν συνάψαι, μοιχεία τὸ πρᾶγμα, κἂν μυριάκις αὐτὸ γάμον καλῇς· μᾶλλον δὲ καὶ μοιχείας τοσούτῳ δεινότερον, ὅσῳ κρείττων ἀνθρώπων θεός. μηδέ τίς σε ἀπατάτω, λέγων· γαμεῖν οὐκ ἐκώλυσεν ὁ θεός. οἶδα τοῦτο κἀγώ· [b] γαμεῖν οὐκ ἐκώλυσεν, ἀλλὰ μοιχεύειν ἐκώλυσεν, ὃ σὺ ποιεῖν ἐθέλεις, ὃ μὴ γένοιτο, σὲ ὁμιλῆσαι γάμῳ ποτέ. καὶ τί θαυμάζεις εἰ γάμος ὥσπερ μοιχεία κρίνεται, ὅταν ἀθετῆται θεός; φόνος δικαιοσύνην ἤνεγκε, καὶ φιλανθρωπία φόνου μᾶλλον κατέκρινεν· ἐπειδὴ τὸ μὲν κατὰ γνώμην, τὸ δὲ κωλύοντος ἐγένετο θεοῦ. καὶ γὰρ ὁ μὲν Φινεὲς
D ἐλογίσθη εἰς δικαιοσύνην, τὸ τὴν πορνευομένην γυναῖκα μετὰ τοῦ πορνεύοντος ἐκκεντῆσαι· τὸν δὲ Σαοὺλ ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ Σαμουὴλ ἐκεῖνος ὅλας νύκτας δακρύων, καὶ πενθῶν, καὶ παρακαλῶν, οὐκ ἴσχυσεν ἐξελέσθαι τῆς καταδίκης, [c] ἧς ἐξήνεγκε κατ' αὐτοῦ ὁ θεὸς, ἐπειδὴ τὸν τῶν ἀλλοφύλων βασιλέα, ὃν δέον ἀνελεῖν, ἔσωσε παρὰ γνώμην θεοῦ. εἰ τοίνυν φιλανθρωπία μᾶλλον φόνου κατέκρινε διὰ τὸ παρακουσθῆναι θεόν· τί θαυμαστὸν εἰ γάμος μοιχείας καταδικάζει μᾶλλον, διὰ τὸ ἀθετηθῆναι τὸν Χριστόν; ὅπερ γὰρ τὴν ἀρχὴν ἔφην· εἰ μὲν ἰδιώτης ἦς, οὐδεὶς ἄν σε [d]
E ἀστρατείας ἐγράψατο· νυνὶ δὲ οὐκέτι κύριος εἶ σαυτοῦ, βασιλεῖ τοιούτῳ στρατευόμενος. εἰ γὰρ ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ ἀνήρ· πολλῷ μᾶλλον οἱ ἐν Χριστῷ ζῶντες οὐκ ἂν εἶεν αὐτοὶ τοῦ σώματος αὐτῶν κύριοι. ὁ καταφρονηθεὶς νῦν, αὐτός ἐστιν ὁ τότε δικάζων· τοῦτον ἐννόει δι' ὅλου, καὶ τὸν ποταμὸν τοῦ πυρός. ποταμὸς γάρ, φησιν, εἷλκε πυρὸς πρὸ προσώπου αὐτοῦ· οὐκ ἔστι γὰρ

a Savil. & unus Codex, οὔτε ὁ βασιλεὺς βασιλεὺς, οὔτε ὁ ἄρχων ἄρχων.
b Savil. in marg. γαμεῖν νομίμως οὐκ. Unus Codex, γαμεῖν μὲν νομίμως.
c Savil. & MSS. ἧς ἐξήνεγκε. Morel. ἣν ἐξην-
d Savil. in marg. λειποταξίου εἰς ἐγράψατο. νυνὶ δὲ βασιλεῖ τηλικούτῳ στρατευόμενος τοῦτον καταλιπὼν, καὶ τῷ ἐχθρῷ αὐτομολήσας, πῶς σε λειποταξίου οὐ γράψεται οὐκ ἔτι κύριος εἶ.

παρ' ἐκείνου παραδοθέντα τῷ πυρὶ προσδοκῆσαι κολάσεως τέλος. ἀλλ' αἱ μὲν ἄτοποι τοῦ βίου ἡδοναὶ τῶν σκιῶν καὶ ὀνειράτων διαφέρουσιν οὐδέν· πρὶν ἢ γὰρ τελεσθῆναι τὰ τῆς ἁμαρτίας, σβέννυται τὰ τῆς ἡδονῆς. αἱ δὲ ὑπὲρ τούτων κολάσεις πέρας οὐκ ἔχουσιν. καὶ τὸ μὲν ἡδύ, πρὸς ὀλίγον, τὸ δὲ ἀνιαρόν, αἰώνιον. τί βέβαιον τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, εἰπέ μοι; πλοῦτος ὁ μηδὲ μέχρι τῆς ἑσπέρας μείνας πολλάκις; ἀλλὰ δόξα; ἀλλ' ἄκουε τινὸς λέγοντος δικαίου· ὁ βίος μου ἐστὶν ἐλαφρότερος δρομέων· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι πρὶν ἢ στῆναι μεταπηδῶσιν, οὕτω καὶ αὕτη πρὶν ἢ παραγενέσθαι ἀφίπταται. οὐδὲν ψυχῆς τιμιώτερον· καὶ οὐδὲ οἱ μωρίας εἰς ἔσχατον ἐλάσαντες ἠγνόησαν τοῦτο. [a] ψυχῆς γὰρ οὐδὲν ἀντάξιον, τῶν ἔξωθέν τις ποιητικῶς ἔφη. οἶδα ὅτι πολὺ πρὸς τὴν τοῦ πονηροῦ πάλην ἀσθενέστερος γέγονας· οἶδα ὅτι ἐν μέσῃ τῶν ἡδονῶν ἕστηκας τῇ φλογί· ἀλλ' ἐὰν εἴπῃς πρὸς τὸν ἐχθρόν, ὅτι ταῖς ἡδοναῖς σου οὐ λατρεύομεν, καὶ τῇ ῥίζῃ πάντων τῶν κακῶν σου οὐ προσκυνοῦμεν· ἂν τείνῃς ἄνω τὸ ὄμμα, [b] τινάξει καὶ νῦν τὴν φλόγα ὁ σωτήρ, καὶ τοὺς μὲν ἐμβαλόντας σε εἰς τὸ πῦρ κατακαύσει· σοὶ δὲ ἐν μέσῃ καμίνῳ νεφέλην καὶ δρόσον καὶ πνεῦμα διασυρίζον ἀποστελεῖ, ὡς μηδὲ τῶν λογισμῶν σου καὶ τῆς συνειδήσεώς σου ἅψασθαι τὸ πῦρ. μόνον σεαυτὸν μὴ κατακαύσῃς. καὶ γὰρ τὰς ὀχυρὰς τῶν πόλεων ὅπλα μὲν πολλάκις καὶ μηχανήματα τῶν ἔξωθεν οὐκ ἴσχυσε καθελεῖν, προδοσία δὲ ἑνὸς, ἢ δύο τῶν ἔνδον οἰκούντων πολιτῶν, ἀπονητὶ παρέδωκε τοῖς ἐχθροῖς· καὶ νῦν, εἰ μηδείς σε τῶν ἔνδον προδῷ λογισμῶν, κἂν μυρία προσαγάγῃ μηχανήματα ἔξωθεν ὁ πονηρὸς, προσάξει μάτην.

Πολλοὺς ἔχεις θεοῦ χάριτι καὶ μεγάλους τοὺς συναλγοῦντας, τοὺς ἀλείφοντας, τοὺς ὑπὲρ τῆς σῆς τρέμοντας ψυχῆς, τὸν ἅγιον τοῦ θεοῦ [c] Βαλέριον, τὸν πάντα αὐτοῦ ἀδελφὸν Φλωρέντιον, τὸν τὴν τοῦ Χριστοῦ σοφίαν σοφὸν Πορφύριον, καὶ ἑτέρους πολλούς· οὗτοι καθ' ἑκάστην ὀλοφύρονται ἡμέραν, καὶ εὐχόμενοι οὐκ ἐπαύσαντο· καὶ ἔτυχον ἂν ὧν ἐδέοντο πάλαι, εἰ μικρὸν γοῦν ἀποστῆσαι σαυτὸν ἠθέλησας τῶν τοῦ πολεμίου χειρῶν. πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον ἑτέρους μὲν μηδὲ νῦν ἀπογνῶναί σου τὴν σωτηρίαν, ἀλλὰ δι' ὅλου τὸ μέλος αὐτῶν ἀπολαβεῖν εὔχεσθαι· σὲ δὲ ἅπαξ πεσόντα μὴ θέλειν ἀναστῆναι, ἀλλὰ κεῖσθαι, μονονουχὶ βοῶντα πρὸς τὸν ἐχθρόν· σφάττε, παῖε, μὴ φείσῃ. μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται; ὁ θεῖος ἔφη χρησμός· σὺ δὲ μάχῃ τούτῳ καὶ ἀντιλέγεις. τὸ γὰρ πεσόντα ἀπογνῶναι, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν εἰπεῖν, ἢ ὅτι ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται· μὴ, παρακαλῶ· μὴ τοσοῦτον ἀδικήσῃς σαυτόν· μὴ τοσαύτην ἡμῶν καταχέῃς ὀδύνην. οὐ λέγω νῦν, ὅτε οὔπω εἰκοστὸν ἄγεις ἔτος· ἀλλ' εἰ πολλὰ ποιήσας, καὶ τὸν ἅπαντα βίον ἐν Χριστῷ ζήσας, ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ ταύτην ἔπαθες τὴν ἐπήρειαν, οὐδὲ τότε ἀπογνῶναι καλόν· ἀλλὰ ἐν νῷ λαβεῖν τὸν ἐν τῷ σταυρῷ δικαιωθέντα λῃστὴν, τοὺς περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν ἐργασαμένους, καὶ τῆς ὅλης ἡμέρας ἀπειληφότας τὸν μισθόν.

A igni traditus ab illo fuerit, nullum potest supplicii sperare finem. Et absurdæ quidem vitæ voluptates nihil ab umbris & somniis differunt; priusquam enim peccata ad finem deducantur, delectatio voluptatis exstinguitur; supplicia vero iis destinata nullum habent terminum. Suavitas illa brevissima est, cruciatus æternus. Dic mihi, quid in hoc mundo stabile est? An divitiæ, quæ sæpe ne quidem ad vesperam usque manent? Num gloria? Sed audi justum quemdam virum dicentem: *Vita mea velocior est cursoribus.* Sicut enim illi prius, quam steterint exsiliunt, ita & hæc evolat antequam veniat. Nihil anima B preciosius est: quod ne ii quidem ignorant, qui ad extremum insipientiæ devenerunt. *Animæ nihil æquandum*, ait quidam exterorum Poeta. Novi te longe infirmiorem ad certamen contra malignum evasisse: novi te in media voluptatum flamma versari. Sed si inimico dixeris: voluptatibus tuis non servimus, omnium malorum tuorum radicem non adoramus, si sursum oculos extuleris, flammam nunc Salvator excutiet, eosque qui te in ignem conjecerunt comburet: tibi autem in medio fornacis, nubem, rorem & sibilantem auram mittet; ita ut nec cogitationes nec conscientiam tuam ignis attingat: C tantum ne teipsum incendas. At enim urbes munitas, quas nec tela nec machinæ obsidentium expugnare potuerant, sæpe unius duorumve civium intus habitantium proditione nullo negotio in manus hostium devenerunt. Et nunc si nulla te intus posita cogitatio prodat, etiamsi sexcentas foris machinas malignus ille admoverit, id frustra tentabit.

Nihil in mundo stabile.

Job. 9. 25.

4. Multos per Dei gratiam magnosque viros habes, qui vicem tuam dolent, qui te cohortantur, & pro anima tua formidant; sanctum nempe Dei Valerium, ipsius omnimode fratrem Florentium, sapientem, & quidem Christi sapientia Porphyrium, mul- D tosque alios. Hi quotidie lugentes, nullum precandi finem faciunt, & jamdiu optata consequuti essent, si vel paululum te inimici manibus subtrahere voluisses. Quomodo igitur non absurdum fuerit, dum alii de salute tua non desperant, & ut membrum recipiant suum assidue precantur, te semel lapsum nolle resurgere, sed jacere, ac propemodum hostem his vocibus cohortari, occide, percute, ne parcas? *Numquid qui cadit, non resurget*, inquit divinum oraculum. Tu vero huic repugnas & contradicis. Nam lapsum desperare nihil aliud est quam dicere, qui cadit non resurget. Ne, quæso, ne usque E adeo teipsum lædas, ne tantum nobis dolorem infundas. Non dico nunc, quando annum vicesimum necdum agis: sed etiam si multos annos emensus esses, & post exactam in Christo totam vitam, in extrema senectute hanc passus esses calamitatem, ne tunc quidem desperandum, sed cogitandum esset de latrone, qui in cruce justificatus est, deque iis, qui undecima hora aggressi sunt opus, & totius diei mercedem acceperunt.

Multi Theodori vicem dolebant.

Hier. 8. 4.

a Savil. ψυχῆς γὰρ ἀντάξιον οὐδέν. Deinde a linea καὶ τῶν ἔξωθεν ποιητής τις ἔφη.

b Savil. τινάξει κάτω καὶ νῦν τὴν φλόγα ὁ σωτήρ· καὶ τοὺς μέν. Duo MSS. τινάξεις καὶ νῦν τὴν φλόγα καὶ τοὺς μέν. Morel. & unus ut in textu. Ibid... Duo MSS. κατακαύσεις. Alii omnes, κατακαύσει.

c Savil. Φαλλέριον. Duo MSS. Φαλέριον. Paulopost, Savil. & unus, ὀλοφύρονται μέχρι ὑπὲρ σοῦ, καὶ εὐχ-

Ut autem bonum non est eos, qui in extremo vitæ lapsi sunt, desperare; si tamen resipiscant, ita non tutum est hac spe teneri ac dicere: Hîc quidem interea vitæ voluptatibus fruar, postremo autem brevi labore, totius temporis mercedem accipiam. Memini namque te sæpe dixisse, cùm multi te hortarentur ut Muséa frequentares: Quid vero si brevi tempore male vitam obeam? Quomodo adibo illum qui dixit: *Ne tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem?* Hanc cogitationem repete, & furem alliga; ita enim Christus exitum ex hac vita nostrum vocat, eo quod ignorantibus accidat. Tecum reputa hujus vitæ solicitudines, tum singulis proprias, tum pluribus communes, principum metum, civium invidiam, de summa rerum frequens periculum, miserias, adulationes serviles, imo ipsis servis, si probi quidem sint, indignas, cogita laborum fructum hic interire, quo quid miserabilius fuerit? Multi etiam laborum fructum percipere non potuerunt: sed postquam primam ætatem sudoribus & periculis insumserant, cùm se mercedem accepturos sperarent, abscesserunt nihil secum referentes. Nam si terrenum Imperatorem, etiam post multa pericula, post plurima bella confecta, vix audet quispiam cum fiducia respicere, quomodo cælestem illum poterit quis intueri, qui toto tempore alteri vixerit, alteri militarit? An vis de domesticis curis, uxoris, liberorum, famulorum agamus? Grave est pauperem uxorem duxisse, grave opulentiorem. Alterum enim facultates, alterum viri auctoritatem libertatemque lædit. Molestum est liberos suscepisse, molestius non suscepisse: illud enim est frustra duxisse conjugem, hoc amaræ servituti subjectum esse. Ægrotat puer, hinc non levis formido: immaturus decessit, hinc non consolabilis dolor: ad singulos ætatis gradus, curæ de ipsis, solicitudines & labores. Quid de domesticorum improbitate dicamus? Hæccine vita est, Theodore, ubi anima una in tot curas distrahitur, tot servit, tot vivit hominibus, sibi numquam? Nihil apud nos hujusmodi reperitur, dilecte, te testem appello. Brevi quippe illo tempore, quo ex fluctibus emergere voluisti, nosti quanta lætitia quanto gaudio fruebaris. Nemo quippe liber est, nisi qui Christo vivit: hic omnibus molestiis superior est: ac nisi seipsum lædere velit, nullus alius id umquam poterit. Nullo capi & superari potest, non pecuniarum jacturâ cruciatur, quippe qui didicerit nos nihil in hunc mundum attulisse, neque inde quidpiam auferre posse; non ambitione & gloriæ cupidine tenetur, gnarus conversationem nostram in cælo esse: non convitiis vexatur, non plagis movetur. Una

Nemo liber est, nisi qui Christo vivit.

A ὥσπερ δὲ οὐ καλὸν τοὺς ἐν ἐσχάτῳ τέρματι πεσόντας ἀπελπίζειν, ἐὰν σωφρονῶσιν· οὕτως οὐκ ἀσφαλὲς ταύτῃ τρέφεσθαι τῇ ἐλπίδι, καὶ λέγειν, ὅτι ἐνταῦθα τέως μὲν ἀπολαύσω τῶν ἡδέων τοῦ βίου, ὕστερον δὲ ὀλίγον πονέσας χρόνον, τοῦ παντὸς ἀπολήψομαι χρόνου τοὺς μισθούς. καὶ γὰρ μέμνημαί σου πολλάκις εἰρηκότος, ἡνίκα σοι [a] πολλοὶ παρῄνουν εἰς μουσεῖα φοιτᾶν· τί δὲ ἐὰν ἐν τῷ βραχεῖ χρόνῳ κακῶς καταλύσω τὸν βίον, πῶς ἀπελεύσομαι πρὸς τὸν εἰρηκότα, μὴ ἀνάμενε ἐπιστρέψαι πρὸς κύριον, μηδὲ ἀναβάλλου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας; τοῦτον ἀνάκτησαι τὸν λογισμὸν, καὶ δῆσον τὸν κλέπτην· οὕτω γὰρ ὁ Χριστὸς τὴν ἐντεῦθεν ἡμῶν ἔξοδον καλεῖ, διὰ τὸ ἀγνοοῦσιν ἐφίστασθαι. B ἐννόησον τὰς τοῦ βίου φροντίδας τὰς ἰδίᾳ καὶ κοινῇ γινομένας, τοὺς τῶν ἀρχόντων φόβους, τὸν τῶν πολιτῶν φθόνον, τὸν μέχρι τῶν ἐσχάτων πολλάκις ἐπαρτηθέντα κίνδυνον, τοὺς πόνους, τὰς ταλαιπωρίας, τὰς κολακείας τὰς δουλοπρεπεῖς, καὶ οὐδὲ τῶν ἀνδραπόδων τοῖς σπουδαίοις προσηκούσας, τὸ τῶν πόνων τὸν καρπὸν ἐνταῦθα τελευτᾶν, οὗ τί ἂν γένοιτο ἀλγεινότερον; πολλοῖς δὲ οὐδὲ ἀπολαῦσαι ὑπὲρ ὧν ἐπόνεσαν συνέβη· ἀλλὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν πόνοις καὶ κινδύνοις ἀναλώσαντες, ἡνίκα ἤλπισαν ἀπολήψεσθαι τοὺς μισθοὺς, ἀπῆλθον μηδὲν ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν. εἰ γὰρ τὸν ἐπὶ γῆς βασιλέα μετὰ τὸ C πολλοὺς μὲν ὑπομεῖναι κινδύνους, πολλοὺς δὲ ἀνύσαι πολέμους, μόλις τις ὄψεται μετὰ παρρησίας, πῶς τὸν οὐράνιον ἰδεῖν δυνήσεταί τις, τὸν ἅπαντα χρόνον ἑτέρῳ ζήσας καὶ στρατευσάμενος; εἴπω βούλει καὶ τὰς οἴκοι φροντίδας τῆς γυναικὸς, τὰς τῶν παίδων, τὰς τῶν οἰκετῶν; δεινὸν πενιχροτέραν λαβεῖν γυναῖκα, δεινὸν εὐπορωτέραν· τὸ μὲν γὰρ εἰς τὴν οὐσίαν ἔβλαψε, τὸ δὲ εἰς αὐθεντίαν καὶ ἐλευθερίαν τὸν ἄνδρα. [b] ἀλγεινὸν κτήσασθαι παῖδας, ἀλγεινότερον μὴ κτήσασθαι· τὸ μὲν γὰρ μάτην ἐστὶ γεγαμηκέναι, τὸ δὲ πικρὰν ὑπομένειν δουλείαν. ἠρρώστησε τὸ παιδίον, φόβος οὐ μικρός· ἀπῆλθεν ἄωρον, [c] πένθος ἀπα- D ραμύθητον· καὶ καθ' ἑκάστην ἡλικίαν διάφοροι φροντίδες ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ φόβοι, καὶ πόνοι. τί δεῖ λέγειν τὰς τῶν οἰκετῶν μοχθηρίας; βίος οὖν ἄρα ἐστὶ, Θεόδωρε, εἰς τοσαῦτα μερίζεσθαι ψυχὴν μίαν, τοσούτοις δουλεύειν, [d] τοσούτοις ζῆν, ἑαυτῷ δὲ μηδέποτε; οὐδὲν τούτων ἐστὶ παρ' ἡμῖν ὦ φίλε, καὶ αὐτόν σε μάρτυρα καλῶ. ὅτε γὰρ τὸν βραχὺν ἐκεῖνον χρόνον ἀνακύψαι τῶν κυμάτων ἠθέλησας, οἶσθα πόσης εὐφροσύνης ἀπέλαυες καὶ χαρᾶς· οὐ γάρ ἐστιν ἐλεύθερος, ἀλλ' ἢ μόνος ὁ Χριστῷ ζῶν· οὗτος ἀνώτερος ἁπάντων ἕστηκε τῶν δεινῶν. κἂν αὐτὸς ἑαυτὸν ἀδικῆσαι μὴ βούληται, ἕτερος τοῦτο οὐκ ἰσχύσει ποτὲ, ἀλλ' E ἔστιν ἀνάλωτος, οὐ ζημίᾳ χρημάτων δακνόμενος· ἔμαθε γὰρ ὅτι οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον [e] τοῦτον, οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα· οὐ πόθῳ φιλοτιμίας ἢ δόξης ἁλισκόμενος· ἔμαθε γὰρ ὅτι ἐν οὐρανῷ ἡμῶν τὸ πολίτευμα. οὐ λοιδορῶν αὐτὸν τις λυπεῖ, οὐ τύπτων παροξύνει. μία

a Savil. πολλὰ παρῄνουν εἰς μουσεῖα φοιτᾶν. Colbertinus unus, πολλὰ παρῄνουν εἰς μουσεῖα μὴ φοιτᾶν. Duo alii item πολλὰ παρῄνουν. Præstare videtur lectio Morelliana, quam sequimur.

b Savil. ἀλγεινὸν κτήσασθαι παῖδας, ἀλγεινὸν μὴ κτήσασθαι. Duo MSS. ἀλγεινὸν μὴ κτήσασθαι παῖδας, ἀλγεινὸν καὶ κτήσασθαι.

c Sic Savil. & Morel. duo MSS. πένθος ἀπαραίτητον.

d Unus Codex τοσούτοις ζῆν ἑαυτῷ δέ. Mox Savil. ὦ φίλε Θεόδωρε. Ibid. unus Cod. καὶ αὐτόν σε περὶ τούτων μάρτυρα καλῶ. Mox idem. χρόνον ἠθέλησας τῶν κυμάτων ἀπαλλάξαι σαυτὸν, οἶσθα. Ibid. Savil. ἀπέλαυσας καὶ χαρᾶς. οὐ γάρ ἐστιν οὐκ ἔστιν, ἐλεύθερος &c. Unus Cod. ἀπέλαυσας καὶ χαρᾶς. οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν ἐλεύθερος, ἀλλ' ἢ μόνος ὁ μὴ γάμῳ προσομιλήσας, ὁ Χριστῷ ζῶν. οὗτος γὰρ ἀνώτερος. Postea idem, οὐκ ἰσχύσει βλάψαι ποτέ.

e τοῦτον deest in Savil. & in uno Codice. Infra post λοιδορῶν, αὐτὸν deest in duobus MSS. Paulopost iidem, μία γὰρ συμφορά.

συμφορὰ

συμφορὰ Χριστιανῷ μόνη, τὸ προσκροῦσαι Θεῷ. τὰ δὲ ἄλλα, οἷον χρημάτων ἀποβολὴν, πατρίδος στέρησιν, τὸν ὑπὲρ τῶν ἐσχάτων κίνδυνον, οὐδὲ εἶναί τι νομίζει δεινόν· ὃ πάντες πεφρίκασι, τὸ ἐντεῦθεν ἐκεῖ ἀπελθεῖν, τοῦτο ἐκείνῳ τοῦ ζῆν ἥδιον. ὥσπερ γὰρ ἄν τις εἰς ἄκρον σκόπελον ἀναβὰς θεωρῇ τὴν θάλατταν, καὶ τοὺς αὐτὴν πλέοντας, τοὺς μὲν ὑπὸ κυμάτων βαπτιζομένους, τοὺς δὲ ὑφάλοις προσπταίοντας, ἄλλους δὲ ἑτέρωσε μὲν σπεύδοντας, ἑτέρωσε δὲ ἀγομένους, ὥσπερ δεσμίους, τῇ τοῦ πνεύματος ῥύμῃ, καὶ πολλοὺς μὲν ὑποβρυχίους [a] γινομένους, καὶ τοὺς μὲν ἀντὶ πλοίου καὶ πηδαλίου τῇ χειρὶ χρωμένους μόναις· πολλοὺς δὲ ἐπὶ σανίδος μιᾶς ἢ ἀπό τινος τῶν τοῦ πλοίου φερομένους, ἄλλους νεκροὺς ἐπιπλέοντας, πολυειδῆ τινα καὶ πολυπρόσωπον συμφοράν. οὕτω δὴ καὶ ὁ Χριστῷ στρατευόμενος, τῆς ταραχῆς τοῦ βίου καὶ τῶν κυμάτων ἔξω ὑπεξαγαγὼν, κάθηται ἐν ἀσφαλεῖ καὶ ὑψηλῷ χωρίῳ. τί γὰρ ἀσφαλέστερον καὶ ὑψηλότερον, τοῦ μίαν ἔχειν φροντίδα, πῶς ἀρέσαι δεῖ Θεῷ; εἶδες Θεόδωρε τὰ ναυάγια τῶν ταύτην τὴν θάλατταν πλεόντων· διὸ παρακαλῶ, φύγε τὸ πέλαγος, [b] φύγε τὰ κύματα, καὶ ὑψηλὸν κατάλαβε χωρίον, ὅθεν οὐκ ἔστιν ἁλῶναι· ἀνάστασίς ἐστι, κρίσις ἐστὶ, κριτήριον ἡμᾶς φοβερὸν ἔνθεν ἐξελθόντας μένει· πάντας παραστῆναι δεῖ τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ. οὐ μάτην ἠπείληται γέεννα, οὐκ εἰκῇ τοσαῦτα ἡτοίμασται ἀγαθά. σκιὰ, καὶ σκιᾶς οὐδαμινέστερα τὰ τοῦ βίου πράγματα, πολλῶν μὲν γέμοντα φόβων, πολλῶν δὲ κινδύνων, ἐσχάτης δὲ δουλείας. μὴ δὴ ζημιωθῇς κἀκεῖνον καὶ τοῦτον τὸν αἰῶνα, ἐξὸν ἀμφοτέρους κερδῆσαι εἰ βούλοιο. ὅτι δὲ καὶ τὰ ἐνθάδε κερδαίνουσιν οἱ ἐν Χριστῷ ζῶντες, διδάσκει Παῦλος λέγων. ἐγὼ δὲ ὑμῶν φείδομαι, καὶ πάλιν, [c] τοῦτο δὲ λέγω πρὸς τὸ ὑμῶν συμφέρον· ὁρᾷς ὅτι καὶ ἐνταῦθα τοῦ γεγαμηκότος ἀνώτερος, ὁ τὰ τοῦ κυρίου μεριμνῶν; οὐκ ἔστιν ἀπελθόντα ἐκεῖ μετανοῆσαι· οὐδεὶς ἀθλητὴς ἐπειδὰν ἐξέλθῃ τὸ στάδιον, καὶ [d] λυθῇ τὸ θέατρον, παλαίειν δύναται. ταῦτα ἀεὶ λογίζου, καὶ τὴν ὀξεῖαν τοῦ πονηροῦ μάχαιραν σύντριψον, δι' ἧς πολλοὺς ἀναιρεῖ. αὕτη δέ ἐστιν ἀπόγνωσις, ἡ τοὺς καταβληθέντας ἐκκόπτει τῆς ἐλπίδος. ἰσχυρὸν τοῦτο τοῦ ἐχθροῦ τὸ ὅπλον, καὶ τοὺς ἁλόντας ἑτέρως οὐ κατέχει, ἀλλ' ἢ τούτῳ δεσμεύων τῷ δεσμῷ, ὃν ἐὰν ἐθέλωμεν, Θεοῦ χάριτι διαῤῥῆξαι δυνησόμεθα ταχέως. οἶδα τὸ μέτρον ἐξελθὼν τῆς ἐπιστολῆς, ἀλλὰ [e] σύγγνωθι· οὐ γὰρ ἑκὼν τοῦτο ἔπαθον, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἀγάπης καὶ λύπης ἀναγκασθεὶς, δι' ἣν καὶ ταύτην ἐβιασάμην ἐμαυτὸν γράψαι τὴν ἐπιστολὴν, πολλῶν κωλυόντων· παῦσαι ματαιοπονῶν, καὶ κατὰ πετρῶν σπείρων, ἔλεγόν μοι πολλοί. ἐγὼ δὲ οὐδενὸς [f] ἤκουσα. ἐλπὶς γὰρ, ἔφασκον πρὸς ἐμαυτὸν, Θεοῦ θέλοντος ἀνύσειν τι τὰ γράμματα. εἰ δὲ ὅπερ ἀπευχόμεθα συμβαίνῃ, [g] τό γοῦν ἑαυτοῖς σιγὴν μὴ δύνασθαι ἐγκαλεῖν κερδαίνομεν, καὶ οὐκ ἐσόμεθα τῶν τὴν θάλατταν πλεόντων χείρους, οἳ τοὺς ὁμοτέχνους ὑπὸ

A Christiano calamitas Deum offendere: cætera vero, ut pecuniarum jacturam, patriæ amissionem, extremum periculum, ne inter gravia quidem reputat. Quod omnes horrent, nempe exitum ex hac vita in aliam, id ei ipsa vita dulcius est. Quemadmodum enim si quis in alto scopulo positus, contempletur mare, & navigantium alios a fluctibus demergi videat, alios in latentia saxa allidi; alios alio quidem contendentes, alio autem ut vinctos vi ventorum abduci, multos undis obrui: alios pro navigio & gubernaculo manibus solum uti, alios vel tabula una vel fragmento navis ferri, alios mortuos supernatare, B multiplicem scilicet & variam calamitatem; ita & qui Christo militat, tumultui & fluctibus vitæ se subducens, in tuto, & excelso loco sedet. Quid enim tutius, quid sublimius fuerit, quam unicam habere solicitudinem, *Quomodo oporteat placere Deo?* Vidisti, Theodore, naufragia eorum qui in hoc mari navigabant: quamobrem fuge pelagus, fluctus declina, editumque locum occupa, ubi intercipi nequeas; resurrectio futura est, judicium aderit, horrendum nos hinc egressos tribunal exspectat: *Omnes adstare oportet ante tribunal Christi.* Non frustra cum minis denunciatur gehen- C na: non in cassum tanta nobis parata sunt bona. Umbra, imo umbrâ inaniores sunt res hujusce vitæ, timoribus plurimis, multis periculis, extremaque servitute plenæ. Ne, quæso, & præsentis & futuri sæculi jacturam facias, cum liceat utrumque lucrari si velis. Quod autem ii, qui in Christo vivunt, etiam hujus vitæ bona lucrentur, docet Paulus his verbis: *Ego autem vobis parco*: & iterum: *hoc autem dico ad vestram utilitatem.* Viden' eum qui cogitat ea quæ Domini sunt, etiam in hoc mundo superiorem ei esse, qui uxorem ducit? Postquam illuc transgressi fuerimus, nullus pœnitentiæ locus. Nullus athleta e stadio egressus, D postquam theatrum solutum fuit, certare amplius potest. Hæc semper cogita, & acutum maligni gladium contere, quo ipse multos interficit. Hæc est desperatio, quæ dejectis spem præcidit: hoc validum est inimici telum, & semel captos non alio quam hoc vinculo constrictos detinet: quod si voluerimus, cito per Dei gratiam confringere poterimus. Scio me justos epistolæ limites excessisse: sed ignosce, non enim lubens hoc egi, sed amoris dolorisque vi compulsus: hic me affectus ad hanc etiam scribendam episto- E lam necessario induxit, vetantibus licet multis ac dicentibus: Finem fac vane laborandi, ac in petris serendi. Ego autem nemini aurem præbui: spes enim est, dicebam apud me, Dei ope literas aliquid profuturas esse, quod si id, quod ne fiat deprecamur, acciderit, id saltem lucrabimur, ut ne silentium nobis vitio verti possit: neque deteriores navigantibus

Una Christiano calamitas, Deum offendere.

1. Thess. 4. 1.

Rom. 2. 14

1. Cor. 7. 28.

a Savil. tres Mss. γινομένους, πολλοὺς δὲ ἐπὶ σανίδος μιᾶς, ἢ ἀπὸ (al. ἐπὶ) τινὸς τῶν ἀπὸ τοῦ πλοίου φερομένους, καὶ τοὺς μὲν ἀντὶ πλοίου καὶ πηδαλίου ταῖς χερσὶ χρωμένους δὲ νεκροὺς, quæ situ verborum tantum differunt ab edit. Morel.

b Savil. & unus Cod. φεῦγε bis.

c Savil. τοῦτο δὲ λέγω πρὸς τὸ ὑμῶν συμφ- Morel. non habet δὲ, sed ὑμῶν legit ut habetur in Bibliis.

d Tres Mss. διαλυθῇ, Savil. & Morel. λυθῇ. Ibid. unus Cod. τὸ θέατρον, πάλιν δύναται ἀναπαλαίειν, καὶ ἀγωνίζεσθαι, ταῦτα. Paulopost duo Mss. αὕτη δέ ἐστι τὸ τοὺς καταβληθέντας ἐκκόπτειν τῆς ἐλπίδος.

e Unus Codex, σύγγνωθι· οὐχ ἑκὼν εἰς τοῦτο προῆλθον ἀλλ' ὑπὸ τῆς λύπης καὶ τῆς ἀγάπης ἀναγκασθεὶς, δι' ἧς καὶ ταύτην.

f Savil. & unus Cod. ἤκουον.

g Sic Morel. & unus Codex. Savil. vero, τὸ γοῦν ἑαυτοῖς μὴ ἐγκαλεῖν κερδαίνομεν. Alius Cod. τὸ γοῦν ἐκεῖ ἐγκαλεῖσθαι κερδαίνομεν. Alius, τὸ γοῦν ἑαυτοῖς ἐγκαλεῖν κερδαίνομεν.

erimus, qui cum suæ sortis homines viderint, quassata vi ventorum navi, tabulæ hærentes, demissis velis, jacta anchora, & conscensa scapha, homines ignotos, ac ex præsenti solum calamitate sibi cognitos servare nituntur. Quod si illi noluerint, nemo culpaverit eos, quod pereuntes servare conati sint. Hæc nostræ facultatis sunt: speramus autem te per Dei gratiam, quæ in tua potestate sunt præstiturum esse, foreque ut te rursum videamus in grege Christi florentem, valentemque vera valetudine, teque citius orationibus sanctorum recipiamus, o dilectum caput. Si quam nostri rationem habeas, neque penitus nos e memoria tua ejeceris, nobis rescribere digneris, hoc enim modo magna nos lætitia afficies.

A ἴδωσι, τῆς νηὸς ὑπὸ τῶν πνευμάτων καὶ τῶν κυμάτων διαλυθείσης, ἐπὶ σανίδος φερομένους, ἱστία καθελόντες, καὶ ἀγκύρας χαλάσαντες, καὶ καὶ εἰς ἀκάτιον ἐμβάντες, ἀνθρώπους ἀγνώστους, ἀπὸ δὲ τῆς συμφορᾶς γινωσκομένους μόνον, διασώζειν ἐπιχειροῦσιν· εἰ δὲ μὴ βούλοιντο ἐκεῖνοι, [a] οὐδεὶς ἂν τοὺς ἀπωλείας αὐτοὺς ἐπιχειρήσαντας σῶσαι αἰτιάσαιτο. Ταῦτα τὰ παρ' ἡμῶν· πιστεύομεν δὲ ὅτι Θεοῦ χάριτι, ὑπάρξει καὶ τὰ παρὰ σοῦ, καὶ πάλιν σε διαπρέποντα [b] κατὰ τὴν ἀγέλην ὀψόμεθα τοῦ Χριστοῦ, ὑγιαίνοντά σε τὴν ἀληθῆ ὑγίειαν, θᾶττον ἀπολάβοιμεν εὐχαῖς ἁγίων, ὦ φίλη κεφαλή. Εἴ τις σοι λόγος ἡμῶν ἐστι, καὶ μὴ πάντη τῆς μνήμης ἡμᾶς ἐξέβαλες τῆς σῆς, ἀντιγράψαι ἀξίωσον ἡμῖν· πάνυ γὰρ ἡμᾶς εὐφρανεῖς ἐν τούτῳ.

a Sic duo Mss. Savil. autem & Morel. οὐδεὶς ἂν αὐτῶν τῆς ἀπωλείας ἐπιχειρήσαντας σῶσαι.

b Savil. in marg. & unus Codex, κατὰ τὴν τιμίαν ἀγέλην. Infra κεφαλή, καὶ εἴ τις. Sic Morel. In reliquis omnibus καὶ deest.

IN TRIA SEQUENTIA OPUSCULA MONITUM.

Res est explorata hæc tria, de quibus jam quæstio est, Opuscula, inter priores Chrysostomi nostri fetus locanda esse, neque minus conspicuum videtur edita fuisse prius, quam ille in Presbyterum cooptaretur. Annum vero statuere jam oportet. Certum quidem est ad id muneris præstandum ab amico inductum fuisse Chrysostomum, cum publica Magistratuum auctoritate Monachi extrema paterentur, ex sedibus & cellulis suis violenter abducti, in forum raptati, verberati, in carcerem trusi. Hæc porro dira Monachorum vexatio tam aperta, principis decreto facta, nonnisi ad tempus Valentis Imperatoris reduci posse videtur, qui cum in Arianorum hæresin descivisset, in Catholicos omnes grassabatur. Defuncto autem Valentiniano fratre, pio catholicoque principe, cum nihil ulterius infestum ejus in sanctos viros animum retardaret; eo processit amentiæ ut Monachos omnes sedibus pelli & in militiam conscribi jusserit. Obiit Valentinianus anno Domini 374. atque adeo ad annum 375. vel 376. quadrare possunt hi tres sancti Doctoris libri.

Hanc tamen chronologiæ rationem aliquot argumentis impeti posse putat Vir Cl. Tillemontius. Etenim, inquit ille, tunc editus fuit liber primus cum adhuc dæmonibus sacrificare liceret: at postremis Valentiniani & Valentis annis sacrificia hujusmodi ab iisdem Imperatoribus prohibita sunt, unde sequitur ante annum 374. quo mortuus est Valentinianus, vel ad summum anno ipso 374. hæc scripsisse Chrysostomum. Alia item difficultas emergit, inquit, ex Chrysostomi verbis, qui dicit hanc Monachorum vexationem inductam esse sub piis Imperatoribus εὐσεβῶν, *quæ sane laus ad Valentem Imperatorem Arianum Catholicisque infensum quadrare non posse videtur. Demum, quæ longe gravior, ait, difficultas videtur; cum Chrysostomus de curandis*
Ephes. 6. 4. *filiorum moribus Paulum inducit parentes monentem his verbis:* Patres educate filios vestros in disciplina & correptione Domini, *ita prosequitur:* Si enim nos jubemur vigilare pro animabus eorum tamquam rationem reddituri, multo magis pater, qui genuit, qui educavit, qui cum illo domi semper manet; *si enim hic Chrysostomus ex se & ex persona sua loquatur, Presbyterum saltem fuisse oportuit qui rationi pro animabus reddendæ obnoxius esset; sin dicatur hic Chrysostomum loqui in persona Pauli, magna vis seriei inferatur necesse est: quantacumque tamen sit illa vis, mavult Tillemontius illam admittere, quam Chrysostomum tunc Presbyterum fuisse putare.*

Mihi vero hæc argumenta prorsus levia esse videntur: nam quod primo affertur librum primum scriptum fuisse, cum adhuc dæmonibus sacrificare liceret, hoc uno loco nititur num. 2. ubi de Monachorum exagitatoribus hæc leguntur: Quid vero si his quoque mirabiliora didiceris, quod scilicet horum auctores pii videri velint, & Christianos se nuncupent, plurimi autem ex illis etiam initiati sint: imo eorum quidam, diabolo vehementer afflante exsecranda lingua sua dicere ausus sit, se a fide recessurum & dæmonibus

immolaturum: suffocari enim se videndo homines liberos, nobiles, vitamque deliciis plenam agere valentes, ad hanc duram vitæ rationem adduci. *Non video autem quid ex hujusmodi hominis furiosi dicto inferri possit, qui ut ex serie arguitur, interminantis solum more ea, quæ minime facturus erat, se facturum jactitat: nisi fortasse cum desperatos quosdam homines se dæmonibus devoventes audimus, hinc arguamus id per leges publicas licitum esse. Alioquin autem cum Imperatores leges quaspiam emitterent, non statim ubique in omnibusque Imperii finibus eæ obtinebant: sæpeque necesse erat ut nova lege prioris legis firmitati prospiceretur, ut sæpe videas in Codice Theodosiano.*

Circa illud autem quod dicitur Valenti Imperatori palam Ariano non competere vocem εὐσεβὴς *pius, quam tamen Imperatoribus illius temporis tribuit Chrysostomus: nempe libro primo num. 2. ubi ait:* Nostri vero (Imperatores) contraria penitus, ut mihi ipse persuadeo & cupiunt & optant. Quapropter magno stupore plenus sum, quod Imperatoribus piam religionem sectantibus, ἐν εὐσεβείᾳ ζώντων, hæc in mediis urbibus impune fieri dicas. *Et libro secundo num. 9.* Neve putes hæc ideo contingere, quod Imperatores piam religionem colant βασιλέων ὄντων εὐσεβῶν, etiamsi enim imperium decidat, & imperantes in infidelitatem labantur. *Notes velim hic & alibi frequenter apud Chrysostomum,* εὐσεβῶν & ἐν εὐσεβείᾳ ζώντων, *pro christianis tantum accipi: quod maxime liquet in his duobus locis, in primo namque* ἐν εὐσεβείᾳ ζῶντας, *piam religionem sectantes opponit regibus Persarum, qui infideles erant, in secundo autem* ὄντων εὐσεβῶν piam religionem colentibus, *palam opponit principibus infidelibus. Imperatores igitur simul Valentem, Gratianum, & Valentinianum secundum,* εὐσεβεῖς *seu piæ religionis cultores, sive Christianos vocat. Sic etiam Gregorius Nazianzenus Orat. contra Julianum, Constantium Imperatorem* εὐσεβῆ *vocat, scilicet Christianum, etsi probe sciret Arianum semper fuisse. Cum autem in primo loco dicit Chrysostomus Imperatores contraria iis, quæ gerebantur optare, adjicit,* ὡς ἐμαυτὸν πείθω, ut mihi ipse persuadeo, *qua certe cautione se adversum suspicari testificatur. Itaque cum hoc in negotio de Ariana hæresi non ageretur, atque tres Imperatores, tametsi Valens Arianus erat, Christiani tamen essent, stupere se ait Chrysostomus, Imperatoribus Christianis hujusmodi facinora in Monachos admitti. Nam Constantius Arianus nihil simile aggressus fuerat.*

Aliud denique argumentum, quod sibi Tillemontius objicit, quodque putat validissimum esse, prorsus nullum videtur. Nam cum Chrysostomus postquam Paulum sic loquentem induxerat, Patres educate filios vestros in disciplina & correptione Domini, *ita prosequitur,* si enim nos jubemur vigilare pro animabus eorum tamquam rationem reddituri, multo magis pater, qui genuit, qui educavit, qui cum illo domi semper manet. *Pauli haud dubie, necnon eorum quibus incumbit aliorum saluti advigilare, personam agit. Nihil quippe familiarius illi in his maxime libris, quam eorum, quos in medium adducit, personam assumere. Sic libro 3. num. 14. Postquam probaverat iisdem officiis obnoxios sæculares esse, quibus Monachi erant, hæc adjicit:* Itaque quoniam, ut a nobis clare demonstratum est, iisdem sumus officiis obnoxii, quibus Monachi, faciliorem percurramus viam, ad eamque filios attrahamus. *An hinc inferri possit Chrysostomum, qui tunc in montibus & in secessu vivebat, sæcularem fuisse filiosque suscepisse? Et num. 17.* Ergo nec filios nostros a deserti commoratione ante tempus abducamus: sed sinamus disciplinas altius imprimi, & plantas radicibus firmari. *Nihil sane frequentius est, quam Chrysostomum videre modo monentium, mox eorum, quibus monita diriguntur, personam agere.*

Itaque Chrysostomus, qui anno 374. ad montes secesserat, cum auctoritate publica exagitari Monachos & e sedibus pelli didicisset anno 375. vel sequenti, amici rogatu hos libros scripsit; in quorum primo, docet quantum sibi periculi attrahant, qui sanctos & Dei amicos oppugnant, ostendit eos non piis viris, sed sibimetipsis nocere: idque confirmat exemplo Judæorum, qui quoniam Christum morte affecerant Apostolosque vexaverant, in eas calamitates inciderunt, quas Josephus commemorat. Hujus porro scriptoris insigne fragmentum refert, & postquam ostendit quantis se periculis eximant qui ex mundi consortio secedunt, sic librum primum claudit.

In secundo libro Patrem infidelem, sive nondum credentem in Christum, cujus filium christianam religionem amplexatum, in montem recessisse Monachorumque vitam suscepisse fingit, alloquitur: humanisque ratiociniis atque exemplis veterum Græcorum probat eum, qui omnia despicit, vere divitem esse, virtuteque clariorem effici, quam opibus efficeretur, atque a nemine lædi posse. Licet autem illud fingentis more proponat, in fine tamen libri ait, amicum sibi fuisse

Ethnici viri filium, qui cum Christianam Philosophiam amplexus esset, patrem se minis, vinculis, aliisque ærumnis ad priorem vitam revocare conantem, demum constantia sua eo adduxerit, ut demum palinodiam caneret, atque filium illum cæteris anteferret: imo patris loco haberet.

In tertio longe prolixiori oratione patrem fidelem alloquitur, monetque ne filium secedere volentem a sententia deducat, tum parentum incuriam circa filiorum salutem insectatur: quanta morum corruptio civitatem invaserit παθητικῶς *describit: vix posse ait salutem curari in tanta vitiorum colluvie. Laudat Monachorum vitam: historiamque affert juvenis a Solitario in urbe educati, remque notatu dignam docet, nempe Antiochenos, filios suos adolescentes ad Monasteria mittere consuevisse; ut postquam in virtute pietateque probe exercitati fuissent, domum repeterent.*

Hos porro libros Latine fecerat Ambrosius Camaldulensis. Verum quia interpretatio ejus plerumque paraphrasin sapit, novam ideo parandam esse putavi.

ADVERSUS OPPUGNATORES eorum, qui ad Monasticam vitam inducunt.

1. CUM templum illud Jerosolymitanum, quod multis annis solo æquatum jacuerat, a diuturna captivitate reversi (2. Esdræ. 4.) Hebræi instaurare cuperent, tum barbari quidam & immanes homines, neque Deum reveriti, cui templum illi erexerant, neque fracti illa hominum calamitate, a qua sero tandem vix se receperant, neque supplicii hujusmodi facinoribus a Deo deputati metu cohibiti; primo quidem per se eos a structura coercere nitebantur. Cum autem nihil proficerent, missis ad regem suum litteris, quibus eam urbem defectionis novarumque rerum studiosam, ac belli cupidam appellabant, suadent ei, ut sibi ejusdem prohibendi ædificii facultas detur. Qua accepta potestate, magna equitum manu viros adorsi, opus illud ad tempus intermitti coegerunt: * & elati eâ victoriâ, de qua lugere debuerant, gloriabantur; putabantque hunc esse insidiarum suarum terminum. At erat illud exordium initiumque eorum, quæ se mox invasura erant, malorum: opus enim illud perficiebatur, ac denique præclarum nactum est finem. Tum illi didicerunt, ac per illos universi, non cum hominibus bella gerere Mithridatem illum, vel alium quempiam, qui boni aliquid agere instituentes homines oppugnet; sed potius cum ipso Deo, qui per illos honoratur. Qui autem Deo bellum movet, numquam potest bonum belli exitum habere: sed is quidem initio facinoris nihil fortasse patietur mali; si tamen non patiatur, Deo illum vocante ad pœnitentiam, atque concedente ut quasi ex ebrietate quadam resipiscat; sin autem in amentia sua perstiterit, nihil ex hujusmodi Dei clementia & patientia lucratus, cæteros saltem admodum juvabit, supplicio suo admonens, ne contra Deum umquam bellum gerant, quod invictam illam manum nemo effugere valeat. Tantæ igitur illos statim invasere

A ## ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΠΟΛΕΜΟΥΝΤΑΣ τοῖς ἐπὶ τὸ μονάζειν εἰσάγουσιν.

ΟΤΕ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼν πολλῶν ἐτῶν χαμαὶ κείμενον, ἀπὸ τῆς μακρᾶς ἐπανελθόντες αἰχμαλωσίας ἐγείρειν ἤθελον τῶν Ἑβραίων οἱ παῖδες, τότε δὴ βάρβαροί τινες, καὶ ἀνήμεροι ἄνθρωποι, μήτε τὸν θεὸν αἰδεσθέντες, ᾧ τὸν νεὼν ἤγειρεν [a] ἐκεῖνοι, μήτε πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων κατακλασθέντες συμφορὰν, ἀφ' ἧς ὀψέ ποτε καὶ μόλις ἀνήνεγκαν, μήτε τὴν παρὰ θεοῦ τοῖς (a)
B τὰ τοιαῦτα τολμῶσιν ἑπομένην φοβηθέντες δίκην, τὸ μὲν πρῶτον δι' ἑαυτῶν ἐπεχείρουν κωλύειν οἰκοδομοῦντας αὐτούς· ὡς δὲ οὐδὲν ἤνυον, γράμματα πέμψαντες ὡς βασιλέα τὸν αὐτῶν, ἐν οἷς ἀποστάτιν, καὶ νεωτεροποιὸν, καὶ φιλοπόλεμον τὴν πόλιν ἐκάλουν ἐκείνην, ἔπεισαν ἐπιτρέψαι κωλῦσαι σφίσι τὴν οἰκοδομήν. καὶ λαβόντες ταύτην παρ' ἐκείνου τὴν ἐξουσίαν, καὶ μετὰ πολλῶν αὐτοῖς ἐπιθέμενοι τῶν ἱππέων, διέκοψάν τε τὸ ἔργον τέως. καὶ ἐφρόνουν ἐπὶ τῇ νίκῃ μέγα, ἐφ' ᾗ κατακόπτεσθαι ἔδει, καὶ πέρας αὐτοῖς ἔχειν ᾤοντο τὴν ἐπιβουλήν· τόδε ἦν ἄρα προοίμιον, καὶ ἀρχὴ τῶν αὐτίκα δὴ μάλα αὐτοὺς κατα-
C ληψομένων κακῶν. τό τε γὰρ ἔργον ἤνυετο, καὶ λαμπρὸν ἀπελάμβανε τέλος, ἐκεῖνοί τε ἐμάνθανον καὶ δι' ἐκείνων ἅπαντες, ὅτι οὐκ ἄρα ἀνθρώποις ἐπολέμουν, οὔτε Μιθριδάτης τότε, [b] οὐδὲ ἄλλος οὐδεὶς, ὃς ἂν ἀνθρώποις (b) ἕληται πολεμεῖν ἀγαθόν τι προαιρουμένοις ποιεῖν, ἀλλ' αὐτῷ παρ' ἐκείνων καὶ δι' ἐκείνων τιμωμένῳ θεῷ. τὸν δὲ θεῷ πολεμοῦντα, οὐκ ἔνι ποτὲ εἰς χρηστὸν καταστρέψαι τέλος. ἀλλ' ὁ τοιοῦτος ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς τόλμης οὐδὲν ἴσως πείσεται δεινόν· ἂν δ' ἄρα μὴ πάθοι, τοῦ θεοῦ καλοῦντος
D αὐτὸν εἰς μετάνοιαν, καὶ διδόντος ὥσπερ ἔκ τινος μέθης ἀνενεγκεῖν, [c] ἂν δὲ ἐπιμένῃ τῇ παροινίᾳ, μηδὲν ἀπὸ τῆς (c) τοσαύτης ἀνεξικακίας κερδαίνων, ἑτέρους γοῦν ὀνήσει τὰ μέγιστα, διὰ τῆς εἰς αὐτὸν τιμωρίας παιδεύων, μηδέποτε τῆς πρὸς τὸν θεὸν ἅπτεσθαι μάχης, ὡς οὐκ ἐνὸν τὴν ἄληπτον ἐκείνην χεῖρα διαφυγεῖν. τοιαῦται γοῦν εὐθέως

Libri adversus oppugnatores vitæ Monasticæ collati sunt cum Cod. Colbert. 974. & cum alio cujus numerus excidit.

In titulo MSS. & edit. Savil. ἐνάγουσιν.

a Sic MSS. duo & Sav. ad marg. editi ἐκεῖνον minus recte.

b Colb. unus, οὔτε ἄλλος. Tota periodus tantillum habere videtur difficultatis, quam ut declinaret Ambrosius, seriem paululum immutavit, neque tamen aberravit a sensu.

c Sic MSS. atque ita legit Ambrosius. Editi vero, εἶτα ἐπιμένῃ. Paulo post duo MSS. τὰ μέγιστα ἀπὸ τῆς.

* Aliud omnino legisse videtur Ambrosius Camald. qui vertit: *Et elati ea victoria gloriabantur: qui si quid ipsis cordis fuisset, ingemiscere ac lugere debuerant, nihil post hac ejusmodi moliri.* Sed Græca in omnibus tum editis tum Manuscriptis aliud exprimunt, ut nos edimus.

αὐτοὺς κατελάμβανον συμφοραί, ὡς ἀποκρύψαι [a] τῷ μεγέθει τῆς τραγῳδίας πάσας τὰς ἄλλας συμφοράς. μετὰ γὰρ τοὺς φόνους, καὶ τὰς μυρίας σφαγὰς, ἃς αἱ τῶν τότε πολιορκουμένων Ἰουδαίων εἰς αὐτοὺς εἰργάσαντο χεῖρες, ἐβρέχετο μὲν τῷ τῶν ἀνῃρημένων αἵματι διὰ πολλοῦ τοῦ βάθους ἡ γῆ, καὶ πολὺς ἀπὸ τούτου τοῦ αἵματος ἐγίνετο πηλός· τῶν δὲ σωμάτων, τῶν τε ἱππείων, τῶν τε ἀνθρωπίνων περὶ ἀλλήλοις πεφυρμένων, ἐκ τούτων, καὶ τῶν ἐν τούτοις ἀναδιδομένων ἰχώρων τοσοῦτον σκωλήκων ἐτίκτετο πλῆθος, ὡς τὴν μὲν γῆν τῷ πλήθει κρύπτεσθαι τῶν νεκρῶν, τούτους δὲ αὐτοὺς πάλιν τῷ τῶν σκωλήκων. εἶπεν ἄν τις ἐκεῖνο τὸ πεδίον ἰδὼν οὐ σώματα κάτωθεν ὑποκεῖσθαι νεκρῶν, ἀλλὰ πηγὰς εἶναι πολλὰς καὶ πολλαχόθεν ἐκεῖνο φερούσας τῶν ζώων τὸ γένος· οὕτω πάσης ἐπιρροῆς σφοδρότερον ἀπὸ τῆς σηπεδόνος ἐκείνης ἀνέβλυζεν ἡ τῶν σκωλήκων φορά. τοῦτο δὲ οὐκ ἐπὶ δέκα καὶ εἴκοσιν ἡμέραις ἐγίνετο μόνον, ἀλλ' ἐπὶ πολὺ τοῦ χρόνου. καὶ τὰ μὲν ἐνταῦθα τοιαῦτα· τὰ δὲ ἐκεῖ διαδεξόμενα αὐτοὺς, πολλῷ τούτων ἐστὶ χαλεπώτερα. οὐ γὰρ εἰς χίλια ἔτη, οὐδὲ εἰς μύρια μόνον, οὐδὲ εἰς δὶς τοσαῦτα, καὶ τρὶς, ἀλλ' εἰς ἀπείρους αἰῶνας ψυχωθέντα τὰ σώματα τότε δέξεται τὰς βασάνους, καὶ τὰς ἀρρήτους ἀλγηδόνας ἐκείνας. καὶ ταῦτα ἀμφότερα οἶδε μὲν ὁ μακάριος Ἡσαΐας· οἶδε δὲ ὁ τῶν παραδόξων ὄψεων θεωρὸς Ἰεζεκιὴλ, οἳ καὶ τῶν ἀνθρώπων τούτων διανειμάμενοι τὴν κόλασιν, ὁ μὲν τὴν ἐνταῦθα, ὁ δὲ τὴν ἐκεῖ [b] διηγήσατο.

Ἐγὼ δὲ αὐτῶν οὐχ ἁπλῶς ἐμνημόνευσα νῦν· ἀλλ' ἐπειδή τις ἐλθὼν ἡμῖν ἀπήγγειλεν ἀγγελίαν πικρὰν τινα, καὶ χαλεπὴν, καὶ πολλὴν εἰς τὸν θεὸν τὴν ὕβριν ἔχουσαν. εἶναι γάρ τινας ἀνθρώπους καὶ νῦν, τὰ αὐτὰ τοῖς βαρβάροις τολμῶντας ἐκείνοις· μᾶλλον δὲ καὶ παρανομώτερα ἐκείνων πολλῷ. τοὺς γὰρ [c] εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς φιλοσοφίαν ἄγοντας πανταχόθεν ἐλαύνειν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἀπειλῆς ἀπαγορεύειν καθόλου μὴ φθέγγεσθαι, μηδὲ διδάσκειν μηδένα ποτὲ ἀνθρώπων τοιοῦτον μηδέν. ἐγὼ μὲν [d] οὖν ἀνέκραξά τε εὐθέως ἀκούσας, καὶ τὸν εἰπόντα συνεχῶς ἀνηρώτων, εἰ μὴ παίζοι ταῦτα λέγων. ὁ δὲ, ἄπαγε, ἔφη. μὴ γὰρ ἄν ποτε παίξαιμι ταῦτα, μηδ' ἂν εἰπεῖν, καὶ πλάσαι τοιαῦτα τῷ λόγῳ, ἃ πολλοῦ ἂν ἐτιμησάμην, καὶ πολλάκις ηὐξάμην μηδὲ νῦν, ὅτε γέγονεν, ἐν ἀκοῇ γοῦν δέξασθαι μόνῃ· τότε δὴ, καὶ πικρότερον ἀνοιμώξας, ὄντως ἔφην τῶν παρὰ Μιθριδάτῃ, καὶ πᾶσιν ἐκείνοις τολμηθέντων τοσούτῳ ταῦτα ἀνοσιώτερα, ὅσῳ καὶ σεμνότερος πολλῷ, καὶ ἁγιώτερος ὁ ναὸς οὗτος ἐκείνου. ἀλλὰ τίνες εἰπέ μοι, καὶ πόθεν οἱ ταῦτα τολμήσαντες; καὶ διὰ τί; καὶ ἐκ ποίας αἰτίας; καὶ πρὸς τί βλέποντες τοὺς λίθους εἰς τὸ ὕψος βάλλουσι, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀκοντίζουσι τὰ βέλη, καὶ τῷ τῆς εἰρήνης πολεμοῦσι θεῷ; Σαμέας μὲν γὰρ, καὶ οἱ [e] Φαραθαῖοι, καὶ οἱ ἄρχοντες Ἀσσυρίων, καὶ πάντες ἐκεῖνοι βάρβαροί τε ἦσαν, καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν ὀνομάτων ἔστιν ἰδεῖν, καὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς μακρὰν ᾤκηντο πολιτείας, καὶ οὐκ ἐβούλοντο προσοικοῦντας

A clades, ut magnitudine calamitatis omnes alias calamitates obtegerent. Post cædes enim & infinitas strages, quas olim ab se coercitorum Judæorum manus perpetrarunt, cæsorum sanguine terra ad multam usque profunditatem madefacta erat, lutique plurimum ex eo cruore gignebatur: ex corporibus autem equorum & hominum simul mixtis, atque ex vulneribus se invicem tangentibus, tanta vis vermium ebullivit, ut cum terra multitudine cadaverum operiretur, hæc cadavera rursus vermibus obtegerentur. Dixisset profecto qui campum illum vidisset, non substrata corpora, sed B fontes esse quamplurimos, hoc insectorum genus largissime fundentes: adeo omni inundatione vehementius ex putredine illa scaturiebat ingens illa vermium copia. Atque id non per decem dies, aut viginti, sed per plurimum temporis factum est. Et ea quidem quæ hic istis acciderunt, ejusmodi fuere; quæ vero illos in futuro manent, longe sunt his acerbiora. Neque enim mille annis, aut decem millibus, aut bis ter ve totidem, sed infinitis sæculis animata tunc corpora cruciabuntur, inexplicabilesque dolores sustinebunt. Et hæc utraque novit beatus Hesaias, novit & mirabilium visionum specu- C lator Ezechiel, qui hujusmodi hominum pœnas inter se distribuentes; alter præsentis, alter futuri sæculi supplicia enarrarunt.

2. Ego vero hæc non sine causa memoravi: sed quia accedens quidam nuncium attulit plenum amaritudinis, molestiæ, ingentisque adversus Deum contumeliæ. Quosdam enim esse homines ait, qui hodieque eadem, quæ illi olim Barbari, admittere auderent; imo longe iniquiora: eos quippe qui philosophiæ nostræ capessendæ auctores sunt, undique expellere, multisque additis minis vetare, ne quidpiam hu- D jusmodi ullum umquam hominem doceant. His auditis ego, statim clamavi, & narrantem sæpe percontatus sum, ludensne hæc loqueretur. Apage, inquit ille, numquam enim in re tam seria jocarer, neque dicerem, vel confingerem ea quæ plurimi redemissem, ac plurimis votis expetiissem, ut ne nunc quidem, quando facta sunt, vel aure perciperem. Tunc porro acerbius ingemiscens: Vere, dixi, hæc tanto sceleratiora sunt iis, quæ Mithridates omnesque alii admiserunt, quanto templum hoc est illo honorabilius & sanctius. Sed quinam isti, quæso, aut unde sunt qui talia præsu- E munt? Quare, & qua de causa, quem respicientes finem, lapides in sublime jaciunt, telaque in cælum jaculantur, ac cum Deo pacis bellum gerunt? Sameas enim, Pharathæi & Assyriorum principes, omnesque cæteri, barbari, quod ex ipsis nominibus videre est, longeque a Judæorum moribus remoti erant, nolebantque finitimos sibi

Quidam Monachos & Ascetas vexant.

a Duo Mss. & Savil. in marg. τῷ μεγέθει τῆς τραγῳδίας· μετὰ γάρ. Ibid. duo Mss. τῶν φόνων ... ale ut videtur.
b Duo Mss. habent διηγήσαντο.
c Duo Mss. εἰς φιλοσοφίαν omisso τὴν καθ' ἡμᾶς. Edit. Savil. & Morel. ut supra, recte. Nihil apud istius ævi scriptores frequentius, quam vitam Monasticam, philosophiam appellari; Gregorium Nazianz. Isidorum Pelus. & alios.
d Sic Mss. & edit. Sav. In editione autem Mor. οὖν deest.
e Duo Mss. Φαραθθεοὶ καὶ οἱ ἄρχοι. Hæc nomina corrupta sunt vide Esdræ 4. 9.

homines multiplicari: nam illorum vires fore ut potentiam suam obscurarent arbitrabantur. Hi autem quanam sibi imminuta libertate, qua sublata licentia, quo principum auxilio hæc ausi sunt? Illi enim Persarum reges hæc volentes habuere, nostri vero contraria penitus, ut mihi ipse persuadeo, & cupiunt & optant. Quapropter magno stupore plenus sum, quod Imperatoribus piam religionem sectantibus, hæc in mediis urbibus impune fieri dicas. Quid vero, inquit ille, si his quoque mirabiliora didiceris, quod scilicet horum auctores pii videri velint, & Christianos se nuncupent, plurimi autem ex illis etiam initiati sint: B imo eorum quidam, diabolo vehementer afflante, execranda lingua sua dicere ausus sit, se a fide recessurum & dæmonibus immolaturum: suffocari enim se videndo homines liberos, nobiles, vitamque deliciis plenam agere valentes, ad hanc duram vitæ rationem abduci. His auditis ego, acerbiori vulnere percussus sum, & mala inde futura conjiciens, orbem simul flebam universum, Deumque compellabam his verbis: Tolle animam meam a me, & e necessitatibus meis erue me, atque ex hac mortali vita libera me, & ad locum illum transfer, ubi C nullus hujusmodi quidpiam proferet, neque ipse audiam. Novi equidem, quod hinc excedentem exteriores excipient tenebræ, ubi fletus ingens, & stridor dentium. Verum jucundius mihi est dentes audire stridentes, quam ejusmodi verba jactantes homines. Videns autem me ille admodum lugentem: Non id, inquit, tempus postulat: neque enim his lacrymis eos, qui jam perierunt & quotidie pereunt, recuperare umquam poteris: neque malum hic finem habiturum puto. Sed providendum est, ut rogum istum exstinguamus, hancque pestem D cohibeamus. Ac si mihi morem gesseris, his missis fletibus librum edes, quo ægris hujusmodi ac seditiosis monita dabis ad suam omniumque hominum salutem. Hoc ego assumto libro, medicaminis cujusdam vice illum ægrotantium in manu ponam. Sunt enim ex horum numero plerique mihi amicitia juncti, qui patientur me ipsos adire semel & bis & pluries, novique illos cito ab hac peste liberandos esse. Tu quidem, respondi ego, ex caritate tua vires metiris nostras: mihi vero nulla inest vis dicendi, & ea, quæ inesse videtur, in hoc argumento uti pudet me: nec alium quemquam ita vereor, ut Gentiles omnes, tum eos qui modo sunt, E tum eos qui post futuri sunt, quos ego non minus pro vitæ segnitie, quam pro doctrinæ ratione semper carpere solitus sum, ne jam ipsos mala nostra doceam. Nam si qui ex illis senserint apud Christianos esse homines adeo virtuti & philosophiæ inimicos, ut non

A αὐτοῖς ἀνθρώποις αὐξομένοις ὁρᾶν· τὴν γὰρ δύναμιν τὴν ἐκείνων, [a] τῇ σφῶν αὐτῶν ἐξουσίᾳ λοιπὸν ἐπισκοτήσειν ᾤοντο· οὗτοι δὲ ποίας αὐτοῖς ἐλευθερίας ἐλαττουμένης, ποίας ἐκκοπτομένης ἀδείας, τίνας τῶν κρατούντων συμπράττοντας ἔχοντες, ταῦτα ἐτόλμησαν; ἐκεῖνοι μὲν γὰρ δὲ τοὺς Περσῶν βασιλεῖς ταῦτα βουλομένους αὐτοὺς ἐπι- ἡμέτεροι τἀναντία τούτων, ὡς ἐμαυτὸν πείσομαι τῆς θυμοῦσι, καὶ εὔχονται. ὅθεν καὶ πολλῆς ἐμπτων, τοιαῦ- ἀπορίας, ὅτι τῶν βασιλέων ἐν εὐσεβείλεσιν. ὁ δέ φη- τα σὺ λέγεις ἐν μέσαις τολμᾶσθαι μάθης, ὅτι καὶ οἱ σιν, ἂν καὶ τὸ τούτου παραδοξόονται, καὶ χριστιανοὺς B ταῦτα δρῶντες εὐσεβεῖς τε εἶ, καὶ τῶν ἤδη μεμυημέ- καλοῦσιν αὐτούς· πολλοὶ δὲ ωτων πολλοῦ τοῦ διαβό- νων εἰσί· καί τις αὐτῶν ὸν, διὰ τῆς μιαρᾶς γλώττης λου πνεύσαντος [b] εἰς ν, ὅτι καὶ τῆς πίστεως ἀποστήσεται, ἐκείνης ἐτόλμησεν ε ἀποπνίγεσθαι γὰρ ὁρῶν ἀνθρώπους καὶ θύσεται δαίμοσι ἐλευθέρους, καὶ λεῖς, καὶ δυναμένους ἐν τρυφῇ ζῆν, ἐπὶ τὸν σκληρ τοῦτον ἀγομένους βίον. Ταῦτα ἀκούσας ἐγὼ, ἐπλήγην τ πληγὴν χαλεπωτέραν, καὶ ἔσω ἀπὸ τούτου καικὰ στοχαζόμενος, τήν τε οἰκουμένην ἐθρήνουν ἅπασαν, καὶ πρὸς τὸν θεὸν ἔλεγον· ἆρον τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν μου ἐξάγαγέ με, καὶ ἀπάλλαξον τῆς C ἐπικήρου ταύτης ζωῆς, καὶ πρὸς τὸν χῶρον μετάστησον ἐκεῖνον, ἔνθα τοιοῦτον οὐδὲν οὔτε ἕτερος ἐρεῖ τις, οὔτε ἀκούσομαι ἐγώ. οἶδα μὲν γὰρ, ὅτι ἀπελθόντα ἐντεῦθεν τὸ σκότος διαδέξεται τὸ ἐξώτερον, ἔνθα πολὺς ὁ κλαυθμὸς, καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. ἀλλ' ἥδιον ἐμοὶ βρυχόντων ἀκούειν ὀδόντων, ἢ τοιαῦτα ἠχούντων ῥήματα. ἰδὼν δέ με πενθοῦντα ἐκεῖνος σφοδρῶς, ἀλλ' οὐ τούτων φησὶν ὁ καιρὸς νῦν. οὐδὲ γὰρ δὴ τοὺς ἀπολωλότας, καὶ ἀπολλυμένους τοῖς δάκρυσι τούτοις ἀνακτήσασθαι δυνήσῃ ποτέ· καὶ γὰρ οἶμαι μὴ στήσεσθαι τὸ δεινόν. χρὴ δὲ ὁρᾶν, ὅπως σβέσωμεν τὴν πυρὰν, καὶ στήσωμεν τὸν λοιμὸν, D τό γε ἡμέτερον μέρος. καὶ εἴ γέ μοί τι πείθοιο, τῶν ὀδυρμῶν τούτων ἀφέμενος, ἐργάσαι λόγον παραίνεσιν ἔχοντα τοῖς νοσοῦσι, καὶ στασιάζουσι, πρός τε τὴν ἑαυτῶν, πρός τε τὴν κοινὴν ἁπάντων σωτηρίαν ἀνθρώπων. καὶ τὸ βιβλίον ἐγὼ τοῦτο λαβὼν ἀντ' ἄλλου τινὸς φαρμάκου, ταῖς τῶν [c] καμνόντων ἐνθήσω χερσί· καὶ γάρ εἰσί μοι τῶν τὰ τοιαῦτα νοσούντων φίλοι πολλοὶ, καὶ ἀνέξονται ἐπελθεῖν, καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, καὶ πολλάκις, καὶ οἶδα ὅτι ταχέως ἀπαλλάξονται τοῦ λοιμοῦ. σὺ μὲν ἔφην, πρὸς τὸ μέτρον τῆς ἀγάπης, καὶ τὰ τῆς δυνάμεως τῆς ἡμετέρας μετρεῖς· ἐμοὶ δὲ οὔτε πάρεστί τις λόγων ἰσχύς· τῇ τε εἶναι δοκούσῃ, χρήσασθαι εἰς ὑπόθεσιν τοιαύτην αἰσχύνομαι. δέδοικα μὲν οὐδένα τοσοῦτον, Ἕλληνας E δὲ ἅπαντας τούς τε ὄντας, τούς τε ἐπιγινομένους, οὓς [d] ἀεὶ τῶν δογμάτων οὐχ ἧττον ἐπὶ τῇ τοῦ βίου διασύρων ῥᾳθυμίᾳ, νῦν τὰ ἡμέτερα ἀναγκάζομαι διδάξαι κακά. εἰ γὰρ αἴσθοιντό τινες ἐκείνων, ὅτι παρὰ χριστιανοῖς εἰσί τινες ἄνθρωποι οὕτω πρὸς ἀρετὴν καὶ φιλοσοφίαν ἐκπεπολεμωμένοι, ὡς

[a] Sic Savil. & Morel. Duo autem MSS. τὴν σφῶν αὐτῶν ἐξουσίαν. Paulo post unus, ποίας αὐτοῖς, quæ vera lectio est. Edit. Savil. Morel. & alius codex, ποίας αὐτῆς male. Infra unus, ταῦτα βουλευομένους.

[b] Sic Savil. & Morel. sed εἰς αὐτῶν deest in duobus MSS. Paulopost duo MSS. & Savil. in marg. θύσει δαίμοσι.

[c] Savil. & unus, καμνόντων φέρων ἐνθήσω. Morel. autem & alius ut supra.

[d] Sic Savil. & MSS. recte, Morel. vero ὡς οὐχ ἧττον, omissis intermediis.

A μὴ μόνον τῶν ὑπὲρ ταύτης ἀφίστασθαι πόνων, ἀλλὰ μηδὲ τοὺς ὑπὲρ τούτων ἀνέχεσθαι λόγους. καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα στῆναι τῆς μανίας ἀνέχονται· ἀλλὰ κἂν ἕτερός τις ταῦτα συμβουλεύῃ, καὶ διαλέγηται, καὶ τοῦτον πάντοθεν ἐλαύνουσιν· ἂν ταῦτα αἴσθωνται, δέδοικα μή ποτε οὔτε ἀνθρώπους ἡμᾶς εἶναι νομίσωσιν, ἀλλὰ θηρία, καὶ τέρατα ἀνθρωπόμορφα, καὶ δαίμονάς τινας ἀλάστορας, καὶ τῆς κοινῆς φύσεως ἐχθρούς, καὶ ταύτην οὐ περὶ τῶν ὑπευθύνων μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ παντὸς ἡμῶν τοῦ ἔθνους τὴν ψῆφον ἐνέγκωσι. καὶ γελάσας ἐκεῖνος· παίζεις, ἔφη, ταῦτα λέγων. ἐγὼ γὰρ νῦν τούτου σοι εὐκαιρότερον ἐρῶ, εἴγε δέδοικας μὴ παρὰ τῶν σῶν λόγων μάθωσιν, ἃ διὰ τῶν ἔργων ἔμαθον B ἅπαντες πάλαι; ὥσπερ γάρ τινος πονηροῦ πνεύματος τὰς ἁπάντων πεπληρωκότος ψυχάς, οὕτω τὰ πάντων στόματα τούτων γέμει τῶν λόγων· κἂν εἰς ἀγορὰν ἐμβάλῃς, οὐδέ, κἂν ἐν τοῖς ἰατρείοις, κἂν ἐν παντὶ μέρει τῆς πόλεως, ἔνθα συνεδρεύειν εἰώθασιν οἱ πράττειν οὐδὲν ἐθέλοντες, πολὺν ὄψει τὸν γέλωτα παρὰ πάντων κινούμενον. ἡ δὲ τοῦ γέλωτος τούτου καὶ τῆς κωμῳδίας ὑπόθεσις τῶν εἰς τοὺς ἁγίους ἄνδρας εἰργασμένων ἐστὶ [a] τὰ διηγήματα. καθάπερ γάρ τινες πολεμισταὶ πολλὰς νενικηκότες μάχας, καὶ τρόπαια στήσαντες, τὰς ἑαυτῶν ἀριστείας διηγούμενοι χαίρουσιν, οὕτω δὴ καὶ οὗτοι καλλύνονται ἐπὶ τοῖς τολμήμασι τοῖς C ἑαυτῶν, καὶ ἀκούσῃ τοῦ μὲν λέγοντος· ὅτι ἐγὼ πρῶτος καὶ χεῖρας ἐπέβαλον ἐπὶ τὸν δεῖνα τὸν μοναχόν, καὶ πληγὰς ἐνέτεινα· ἑτέρου δέ, ὅτι τὸ καταγώγιον πρὸ τῶν ἄλλων εὗρον αὐτοῦ· ἀλλὰ τὸν δικαστὴν ἐγὼ [b] μᾶλλον τῶν ἄλλων παρώξυνα, φησὶν ἕτερος, ἄλλος τὸ δεσμωτήριον, καὶ τὰ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ δεινά, καὶ τὸ διὰ τῆς ἀγορᾶς ἑλκύσαι τοὺς ἁγίους ἐκείνους ἐν ἐγκωμίου τίθεται μέρει, καὶ ἄλλος ἄλλο. εἶτα πάντες ἀνακαγχάζουσιν ἐπὶ τούτοις. καὶ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς τῶν Χριστιανῶν συνεδρίοις· οἱ δὲ Ἕλληνες καὶ τούτους γελῶσι, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῶν γελωμένους. τοὺς μέν, ἐφ' οἷς ἔδρασαν, τοὺς δέ, ἐφ' οἷς ἔπαθον, καὶ πολέμου τινὸς ἐμφυλίου τὰ πάντα ἐμπέπλησται· μᾶλλον δὲ ταῦτα ἐκείνου D πολλῷ χαλεπώτερα. ἐκεῖνον μὲν γὰρ οἱ πολεμήσαντες τὸν πόλεμον, ὅταν ποτὲ ὕστερον ἀναμνησθῶσιν αὐτοῦ, τοῖς τε κεκινηκόσιν αὐτὸν ἐπαρῶνται πολλά, καὶ δαίμονί τινι πονηρῷ τὰ ἐν αὐτῷ γενόμενα ἅπαντα ἀνατιθέασι. κἀκεῖνοι μὲν πλέον τι τῶν ἄλλων αἰσχύνονται, ὅσαπερ ἂν ἐν αὐτῷ πλέον τι τῶν ἄλλων ἐργάσωνται· οὗτοι δὲ καὶ ἐγκαλλωπίζονται τοῖς τολμήμασι. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ὅτι ἐναγέστερος ἐστὶν ἐκείνου ὁ πόλεμος, οὐδὲ ὅτι πρὸς ἁγίους καὶ οὐδὲν ἠδικηκότας γὰρ μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ πρὸς ἀνθρώπους ποιεῖν μὲν οὐδένα εἰδότας κακῶς, πάσχειν δὲ παρεσκευασμένους μόνον.

E [c] Ἐπίσχες ἔφην, ἐπίσχες. καὶ γὰρ καὶ τούτων ἡμῖν [c] ἅλις τῶν διηγημάτων, εἴγε μὴ παντελῶς με ἐκπνεῦσαι δέοι· [d] ἀλλὰ μικρὰν γοῦν τινα ἔχοντα ἰσχὺν ἀπελθεῖν [d] ποίησον. σὺ μὲν γὰρ πάντως ὅπερ ἐπέταξας, γενήσεται· μόνον μηδὲν ἕτερον ἡμῖν προσθῇς διήγημα, ἀλλ' ἀπελθὼν εὔχου σκεδασθῆναί μοι τῆς ἀθυμίας τὸ νέφος, καὶ λαβεῖν τινα παρὰ τοῦ πολεμουμένου Θεοῦ ῥοπήν, εἰς τὴν ἰατρείαν τῆς

A modo labores ad eam adipiscendam refugiant; sed ne de illa quidem verba facere sinant; imo ne hac tanta quidem insania contenti, si quem hanc consulentem, deque illa disserentem videant, hunc undique expellant; si hæc, inquam, illi senserint, timeo ne nos existiment non homines, sed feras; & monstra hominis formâ, dæmonasque quosdam noxios, ac communis naturæ inimicos, nec de sontibus modo, sed de tota simul gente talem sententiam ferant. At ille ridens, Ludis, inquit, hæc dicens: ego enim opportuniora jam loquar: num vereris ne ex verbis tuis id ediscant, quæ B illi jam dudum ex ipsis operibus edidicerunt? Nam ac si nequissimus aliquis spiritus omnium animos occuparit, per cunctorum ora hi sermones vertuntur; sive in forum te contuleris; sive in tabernas medicorum; sive in quamlibet urbis partem, ubi sedere solent ii, qui nihil operari volunt, videbis ingentem risum ab omnibus moveri. Risûs autem ejus & comœdiæ argumentum est, eorum quæ adversus sanctos viros acta sunt festiva narratio. Quemadmodum enim bellatores, qui multas pugnas confecerint ac tropæa erexerint, gesta sua fortia narrare gaudent; sic & isti in facinoribus suis læ- C tantur. Hunc sane audias dicentem, Primus ego manus in illum Monachum injeci, & plagas intuli; alium vero, At ego cellulam ejus ante alios inveni; alium, Ego judicem plusquam omnes adversus illum concitavi. Jactat alius carcerem, carcerisque miserias: quodque per forum sanctos traxerit, id laudis in parte constituit; alius item aliud: deinde omnes profusis cachinnis hæc prosequuntur. Et hæc quidem in Christianorum consessibus. Gentiles vero & hos irrident, & eos qui ab illis irridentur; illos quod hæc perpetrarint; hos quod talia passi sint: omniaque civili quodam bello repleta sunt; imo hujusmodi bello longe atrociora isthæc D sunt. Nam qui bellum illud gesserint, cum postea illius reminiscuntur, auctores ejus maledictis insectantur, ac dæmoni cuidam malo cuncta, quæ in illo gesta fuerint, accepta referunt: & ii ampliore afficiuntur pudore, qui plura quam alii perpetrarint; hi autem de suis ausibus gloriantur. Neque ideo tantum hoc sceleratius illo bellum est, quod adversus sanctos, qui neminem læserint excitetur; sed etiam quod adversus homines, qui nemini malum facere noverunt, & ad patiendum solummodo parati sunt.

E 3. Siste gradum, dixi ego, siste, satis jam hujusmodi narrationum, nisi me exspirare velis: sed modicum mihi hoc virium relinquens, missum me facito. Quod jussisti penitus exequemur: tantum nihil aliud jam dictis adjicias; sed digressus precare, ut excussâ mihi mœroris nebulâ, quamdam a Deo, qui impugnatur, opem consequar ad

Joannes Chrys. ad librum edendum se comparat.

[a] Duo MSS. τὰ διηγήματα ταῦτα.
[b] Sic omnes MSS. & Savil. In edito Morel. τῶν ἄλλων deest,
[c] Unus habet, ἅλις ἀρκούντως.

[d] Sic MSS. & Savil. in marg. In edit. Morel. ποίησον deest. Iidem, σὺ μὲν γάρ, Morel. σὺ μὲν οὖν.

medelam inimicorum ejus. Id vero dabit haud dubie, clemens cum sit, ac mortem peccatoris nolit, sed ut convertatur & vivat. Sic illo a me dimisso, hæc scribere sum aggressus. Atenim si hoc tantum mali adesset, quod sancti Dei & admirabiles viri raptarentur, laniarenturque ad tribunalia pertracti, verberati & alia passi, quæ supra narravimus, nullumque hinc damnum in eorum converteretur caput, qui talia perpetrarunt; tantum abest ut de gestis dolerem, ut etiam de iisdem riderem perquam suavissime. Nam & infantes quoties sine suo periculo percutiunt matres, risum illis movent copiosissimum, tantoque majorem voluptatem pariunt, quanto vehementiore cum iracundia id fecerint; ita ut effundantur peneque dirumpantur risu: sin vero dum id jugiter infans ac validius facit, vulneretur aliquando, sive acu circa zonam tunicæ matris affixa, sive radio maternis pectoribus appenso ferientis manum excipiente; tunc certe tunc, misso risu, majore, quam is qui percussus est, illa dolore afficitur: & interim curat vulnus, de cætero autem ingentibus minis vetat ne talia agat, ne forte simile quidpiam patiatur. Nos itaque paria fecissemus, si puerilem hujusmodi iracundiam conspiceremus, aut esse hanc infantium plagam, quæ non magnam ipsis perniciem inferret. Quoniam vero post modicum elapsum tempus, quamvis nunc furore correpti id non sentiant, flebunt, ejulabunt, lamentabuntur, non tali fletu quali infantes; sed in tenebris exterioribus & in igne inexstinguibili: idipsum jam faciamus quod matres, hoc tantum discrimine, quod non cum minis & contumeliis ut illæ, sed blande & cum lenitate multa infantes hujusmodi alloquamur. Quandoquidem nihil hinc damni sanctis viris, sed merces copiosior majorque fiducia accedit. Si quidem futura bona commemoremus, admodum forte ridebitis, quippe qui hujusmodi risu semper ridere soleatis: at præsentibus, etiamsi millies risui addicti fueritis, fidem non negabitis; nec si volueritis quidem poteritis; rebus nempe ipsis contra clamantibus. Neronem prorsus audistis, virum nempe ex lascivia famosum, qui primus & solus in tanto imperio novos quosdam impudicitiæ & turpitudinis modos excogitavit. Hic itaque Nero beatum Paulum, cujus tempore regnabat, de iisdem accusans, de quibus vos ipsi sanctos viros insimulatis: pellicem enim ejus, quam ille deperibat, cum ad fidei doctrinam amplectendam induxisset, ab impuro ejus consortio monitis suis abduxit; hæc, inquam, illi crimina objicens, ac corruptorem, seductorem, & his similibus nominibus, quæ vos modo profertis, Paulum appellans, primo ipsum in vincula conjecit; cum autem ut puellæ monita dare desineret, ipsi persuadere non posset, necavit tandem. Quid igitur hinc damni fuit male affecto, quidve

Persequutores non sanctis sed sibi nocent. Exemplum Neronis & Pauli.

A πολεμούντων αὐτόν. δώσει δὲ πάντως φιλάνθρωπός τε ὤν, καὶ τὸν θάνατον μὴ βουλόμενος τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι αὐτὸν, καὶ ζῆν. οὕτως ἀποπέμψας ἐκεῖνον, τῶν λόγων ἡπτόμην τούτων. καὶ γὰρ εἰ μὲν τοῦτο μόνον ἦν τὸ δεινὸν, τὸ τοὺς ἁγίους τοῦ θεοῦ, καὶ θαυμαστοὺς ἄνδρας ἐκείνους ἕλκεσθαι, καὶ σπαράττεσθαι συρομένους εἰς δικαστήρια, καὶ τυπτομένους, καὶ τὰ ἄλλα πάσχοντας, ἅπερ διηγησάμην ἄρτι, μηδεμία δὲ ἀπὸ τούτων εἰς τὴν τῶν ταῦτα τολμώντων κεφαλὴν ἐτρέπετο βλάβη, τοσοῦτον ἀπέχον ἀλγῆσαι τοῖς γινομένοις, ὅτι κἂν ἐγέλασα σφόδρα ἡδὺ, καὶ δαψιλὲς ἐπ' αὐτοῖς. ἐπεὶ καὶ τὰ παιδία τὰ B μικρὰ, ὅταν μὲν ἀκινδύνως πλήττῃ τὰς μητέρας, πολὺν κινεῖ τὸν γέλωτα ταῖς πληττομέναις αὐταῖς, καὶ ὅσῳ περ ἂν ἐκ πλείονος τοῦτο ἐργάζηται τοῦ θυμοῦ, τοσοῦτον μᾶλλον αὐταῖς ἐπιτείνει τὴν ἡδονὴν, ὡς καὶ διαχεῖσθαι, καὶ ἀνακλᾶσθαι τῷ γέλωτι· εἰ δὲ τῷ συνεχῶς, καὶ ῥαγδαίως τοῦτο ποιεῖν τρωθείη ποτὲ, ἢ βελόνης τῷ χιτωνίσκῳ τῆς μητρὸς περὶ τὴν ζώνην ἐμπεπερονημένης, ἢ τῆς κερκίδος περὶ τῶν στέρνων τῆς μητρικῶν τὴν χεῖρα τοῦ παιδὸς δεξαμένης, τότε δὴ τότε, τὸν γέλωτα ἀφεῖσα ἡ μήτηρ, μείζονι τοῦ πληγέντος περιωδυνίᾳ κατέχεται. καὶ τέως μὲν θεραπεύει τὸ τραῦμα, τοῦ λοιποῦ δὲ μετὰ σφοδρᾶς ἀπαγορεύει τῆς ἀπειλῆς, τὰ τοιαῦτα μὴ ποιεῖν, ὡς μηκέτι παθεῖν τὰ αὐ- C τά. καὶ ἡμεῖς τοίνυν τὰ αὐτὰ ἂν ἐδράσαμεν, εἰ τὸν παιδικὸν τοῦτον ἑωρῶμεν θυμὸν, καὶ τὴν τῶν νηπίων πληγὴν, μὴ μεγάλην αὐτοῖς τὸν ὄλεθρον φέρουσαν. ἐπειδὴ δὲ μικρὸν ὕστερον, κἂν μὴ νῦν αἴσθωνται τῷ θυμῷ κατεχόμενοι, κλαύσουσι, καὶ οἰμώξουσι, καὶ ὀδυροῦνται, οὐ τοιοῦτον ὀδυρμὸν, οἷον τὰ παιδία τὰ μικρὰ, ἀλλὰ τὸν ἐν τῷ σκότει τῷ ἐξωτέρῳ, τὸν ἐν τῷ πυρὶ τῷ ἀσβέστῳ· τὸ αὐτὸ πάλιν ταῖς μητράσι ποιήσωμεν, τοσοῦτον αὐτῶν διαλλάττοντες, ὅσον οὐ μετὰ ἀπειλῆς, καὶ ὕβρεως καθάπερ ἐκεῖναι, ἀλλὰ μετὰ κολακείας καὶ προσηνείας πολλῆς πρὸς τὰ παιδία ταῦτα διαλεξόμεθα. ἐπεὶ ὅτι γε τοῖς ἁγίοις οὐδεμία ἀπὸ τού- D των ἡ βλάβη, ἀλλὰ καὶ μείζων ὁ μισθὸς, καὶ πλείων ἡ παῤῥησία. ἂν μὲν τὰ μέλλοντα εἴπωμεν ἀγαθὰ, τάχα καὶ γελάσεσθε μέγα, ἅτε τοιοῦτον ἀεὶ γέλωτα μελετῶντες γελᾶν· τοῖς δὲ παροῦσι, κἂν μυριάκις ἦτε φιλογέλωτες, οὐκ ἀπιστήσετε. οὐδὲ γὰρ ἂν ἐθέλητε, δυνήσεσθε, τῶν πραγμάτων ὑμῖν οὕτως ἀντιφθεγγομένων αὐτῶν. τὸν Νέρωνα πάντως ἀκούετε· καὶ γὰρ ἐπίσημος ὁ ἀνὴρ ἀπὸ τῆς ἀσελγείας [a] ἐγένετο, πρῶτος καὶ μόνος εὑρὼν ἐν ἀρχῇ τοιαύτῃ καινούς τινας ἀκολασίας καὶ ἀσχημοσύνης τρόπους. οὗτος ὁ Νέρων τὸν μακάριον Παῦλον· καὶ γὰρ ἔτυχε κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἐκείνῳ γενόμενος χρόνους· τοιαῦτα ἐγκαλῶν, [b] οἷάπερ E ὑμεῖς τοῖς ἁγίοις τούτοις ἀνδράσι· παλλακίδα γὰρ αὐτοῦ σφόδρα ἐπέραστον πείσας τὸν περὶ τῆς πίστεως δέξασθαι λόγον, ἔπειθεν ὁμοῦ καὶ τῆς ἀκαθάρτου συνουσίας ἀπαλλαγῆναι ἐκείνης· τοιαῦτα γοῦν ἐγκαλῶν ἐκεῖνος, καὶ λυμεῶνα, καὶ πλάνον, καὶ τὰ αὐτὰ, ἅπερ ὑμεῖς φθέγγεσθε, τὸν Παῦλον ἀποκαλῶν, τὸ μὲν πρῶτον ἔδησεν, ὡς δὲ οὐκ ἔπειθε τῆς πρὸς τὴν κόρην ἀποσχέσθαι συμβολῆς, τέλος ἀπέκτεινε. τί οὖν ἀπὸ τούτου γέγονε βλάβος

a Unus habet, ἐγίνετο.

b Alius, οἷάπερ ὑμεῖς νῦν. Mox in alio codice γὰρ deest.

τῷ

τῷ παθόντι κακῶς; τί δὲ ὄφελος τῷ δράσαντι κακῶς; A τί μὲν οὐκ ὄφελος τῷ τότε ἀναιρεθέντι Παύλῳ; τί δὲ οὐ βλάβος τῷ ἀνελόντι Νέρωνι; οὐχ ὁ μὲν ὥσπερ ἄγγελος πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ᾄδεται; τὰ γὰρ παρόντα τέως ἐρῶ· ὁ δὲ, ὥσπερ ὄντως λυμεὼν καὶ δαίμων ἄγριος, παρὰ πάντας διαβέβληται.

a [a] Τὰ δὲ ἐκεῖ, κἂν ὑμεῖς ἀπιστήσητε, διὰ τοὺς πιστεύοντας ἀναγκαῖον εἰπεῖν. καίτοι ὑμᾶς ἀπὸ τῶν παρόντων κἀκείνοις πιστεύειν ἐχρῆν. πλὴν ἀλλ' ὅπως ἂν πρὸς αὐτὰ διάκεισθε, εἰρήσεται παρ' ἡμῶν, καὶ οὐ κεκρύψεται. τίνα οὖν ἔσται τὰ ἐκεῖ; ὁ μὲν ἄθλιος, καὶ ταλαίπωρος ἐκεῖνος, αὐχμῶν, καὶ κατηφὴς, αἰσχύνης γέμων, καὶ ζόφου, B καὶ κάτω νεύων, ἀπαχθήσεται, ἔνθα ὁ σκώληξ ὁ ἀτελεύτητος, καὶ τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον· ὁ δὲ μακάριος Παῦλος μετὰ πολλῆς στήσεται τῆς παῤῥησίας παρ' αὐτὸν τοῦ βασιλέως τὸν θρόνον λαμπρότερος ἀποστίλβων, καὶ δόξαν ἠμφιεσμένος τοσαύτην, ὡς μηδὲν τῶν ἀγγέλων, καὶ ἀρχαγγέλων ἀποδεῖν, καὶ τοσοῦτον λήψεται τὸν μισθὸν, ὅσον εἰκὸς ἄνθρω-
b πον [b] σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν τῶν τῷ θεῷ δοκούντων ἕνεκεν ἐπιδόντα. καὶ γὰρ οὕτως ἔχει· κεῖται μὲν πολλὴ τοῖς τὰ ἀγαθὰ ἐργαζομένοις ἀντίδοσις, μείζων δὲ αὕτη, καὶ πλείων γίνεται, ὅταν καὶ διὰ κινδύνων ἴωσι, καὶ ἀτιμίας πολλῆς οἱ ταῦτα ἐργαζόμενοι τὰ ἀγαθά. κἂν τὸ κατόρθωμα ἴσον ᾖ τῷ τε C ἀπονητὶ, καὶ τῷ μετὰ πόνων αὐτὸ κατωρθωκότι, τὰ τῆς τιμῆς οὐκ ἔσται ἴσα, καὶ τὰ τῶν στεφάνων. ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς πολέμοις στεφανοῦται μὲν ὁ τρόπαιον στήσας, πολλῷ δὲ ἔτι μειζόνως ὁ καὶ τὰ τραύματα ἐπιδεῖξαι ἔχων, δι' ὧν τὸ τρόπαιον ἔστησε. καὶ τί λέγω περὶ τῶν ζώντων, ὅπου γε καὶ οἱ τοῦτο μόνον ἐπιδειξάμενοι τὸ καλῶς ἀποθανεῖν ἐν πολέμῳ, μηδὲν δὲ πλέον τοὺς αὐτῶν ὠφελήσαντες, καθάπερ σωτῆρες, καὶ προστάται πανταχοῦ τῆς Ἑλλάδος ᾄδονται; εἰ καὶ ταῦτα ὑμεῖς ἀγνοεῖτε, τῷ γέλωτι, καὶ τῇ τρυφῇ διαπαν-
c τὸς [c] προσέχοντες. εἰ δὲ Ἕλληνες ἄνθρωποι, καὶ μηδὲν ὅλως ὑγιὲς ἐννοοῦντες, τοῦτο ἠδυνήθησαν συνιδεῖν, καὶ πολλῇ τετιμήκασι τῇ τιμῇ τοὺς ἀποθανόντας μόνον D ὑπὲρ αὐτῶν, μηδὲν δὲ ἐργασαμένους πλέον, πόσῳ μᾶλλον ὁ Χριστὸς τοῦτο ἐργάσεται, ὁ πανταχοῦ τοὺς δι' αὐτὸν κινδυνεύοντας ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος τῇ τῶν δωρεῶν νικῶν ἀντιδόσει; οὐ γὰρ διωγμῶν μόνον, οὐδὲ πληγῶν, οὐδὲ δεσμωτηρίων, καὶ φόνων, καὶ σφαγῆς, ἀλλὰ καὶ ὕβρεως μόνης, καὶ ῥημάτων ὀνειδιστικῶν, πολὺν ἔθηκε τὸν μισθόν. μακάριοι γάρ, φησιν, ἐστὲ, ὅταν μισήσωσιν ὑμᾶς οἱ ἄνθρωποι· καὶ ὅταν ἀφορίσωσιν ὑμᾶς, καὶ ὀνειδίσωσι, καὶ ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρὸν, ἕνεκεν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. χαίρετε ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, καὶ σκιρτήσατε· ἰδοὺ γὰρ ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τῷ οὐρανῷ. E εἰ τοίνυν τὸ κακῶς παθεῖν, καὶ τὸ κακῶς ἀκοῦσαι ἐπιτείνει τὸν μισθὸν καὶ τοῖς πάσχουσι, καὶ τοῖς ἀκούουσι κακῶς· ὁ κωλύων αὐτοὺς παθεῖν, καὶ ἀκοῦσαι κακῶς, οὐχὶ τούτους, ἀλλὰ τοὺς λέγοντας, καὶ τοὺς ποιοῦντας
d ὠφέλησε. τούτους [d] γὰρ ἔβλαψε τοῦ μισθοῦ τὸ πλέον

A emolumenti facinoris auctori? Imo vero, quid non emolumenti occiso Paulo, quid non damni necanti Neroni? Nonne ille quidem ut Angelus ubique terrarum celebratur; de præsentibus enim tantum loquor; ille vero tamquam corruptor, dæmonque ferox apud omnes male audit?

4. Ea vero quæ ad futuram vitam pertinent, etiamsi vos non credatis, propter credentes tamen memorare necesse est; quamquam ex iis, quæ coram sunt, vos etiam illis credere debueratis: verum quoquo animo ipsa acceperitis, dicentur a nobis, nec oc- B cultabuntur. Quænam igitur illa erunt? Miser ille, squallidus, tristis, ignominia obrutus & caligine, demissis oculis abducetur eo, ubi vermis qui non moritur, & ignis qui non exstinguitur: beatus vero Paulus magna cum fiducia ad ipsum adstabit Imperatoris thronum, splendore fulgens, tantaque amictus gloria, ut nec Angelis nec Archangelis inferior sit, tantamque mercedem recipiet, quantam recipere par est hominem qui pro Deo ejusque placitis corpus atque animam suam tradiderit. Ita enim se res habet: parata quidem est iis, qui bona egerint, ingens retributio, major autem ea est atque auctior, quoties ii, qui C bona operantur, pericula ignominiamque multam adierint. Etiamsi bonum opus æquale sit in eo qui sine labore, & in eo qui cum labore id perfecerit, honores tamen & coronæ pares non erunt. Nam & in bello coronatur quidem is qui tropæum erexit; multo magis tamen is qui vulnera præ se fert, per quæ tropæum erectum est. Quid autem de viventibus loquor, quando & ii qui hoc tantùm dederunt virtutis indicium, ut in bello fortiter occumberent, nihilque plus emolumenti suis præstiterunt; tamquam servatores & patroni per totam Græciam celebrantur? Tametsi vos hæc igno- D ratis, risui & deliciis semper dediti. Quod si Gentiles homines, nihilque sanum sentientes, id conspicari potuerunt, summisque honoribus prosequuti sunt eos, qui pro se obierunt, nihilque præstiterunt amplius; quanto magis Christus hoc faciet, qui semper & ubique eos, qui propter se pericula adeunt, largissimis donis ac præmiis superat? Neque enim persequutionibus tantum, aut verberibus, aut carceribus, cædibusque; sed etiam contumeliis convitiosisque verbis, præmia posuit maxima. *Beati* enim, Luc. 6. 22. inquit, *eritis cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, &* E *ejecerint nomen vestrum tamquam malum, propter filium hominis: gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cælis.* Si igitur & pati & audire male, patientibus maleque audientibus mercedem auget, qui impedit quominus patiantur & male audiant, non hos, sed eos qui male faciunt & dicunt, juvat. Eos enim potius

[a] Savil. τὰ δὲ ἐκεῖ, κἂν ὑμεῖς. Duo MSS. τὰ δὲ ἐκεῖ, κἂν γὰρ ὑμεῖς. Morel. τὰ γὰρ ἐκεῖ, κἂν ὑμεῖς.
[b] σῶμα deest in duobus MSS.
[c] Duo MSS. προσαχθέντες. Infra Savil. & unus Codex, μηδὲν δὲ ἐργασαμένους. In edit. Morel. δὲ deest.
[d] Sic MSS. Savil. autem & Morel. τούτους δὲ ἔβλ. Paulo post iidem MSS. τῶν καλῶν κτημάτων. Alii, πολλῶν.

nocumento affecit, quando majorem illam mercedem præcîdit, & gaudii exsultationisque materiam ipsis abstulit. Quocirca horum quidem causa hæc etiam silere & omittere satius fortasse fuerat; quæ scilicet ipsis magnas bonorum divitias majoremque fiduciam procurabant. Verum quia sumus invicem membra; etsi ipsi gratiam abnegent, non convenit ita affectis, ut nos sumus, unius membri curam habere, alterum negligere. Namque illis alia meritorum occasio suppetet, etiamsi nunc malis non afficiantur; istis vero nisi ab hac pugna destiterint, nulla jam salutis spes relinquitur. Itaque illis omissis, vestris rebus insisto, rogoque & obsecro nobis hortantibus obtemperetis, nec contra vos ipsos gladium impellatis, nec contra stimulos calcitretis; ne dum putatis homines mœrore afficere, Spiritum sanctum Dei contristetis. Scio enim ac persuasum habeo, vos sententiam hanc nostram, etsi non modo, certe postea probaturos esse. Hoc autem volo vos nunc præstare, ne postmodum frustra faciatis. Siquidem dives ille cum in hac vita esset, Prophetas, legem, eorumque monita, pro fabulis & deliramentis reputabat: cum autem eo abscessisset, adeo in admiratione atque honore ea monita habuit, ut cum plane intelligeret nihil se commodi ex ejus laudibus consequi posse, Patriarcham rogaret, ut aliquem mitteret ex inferis in terram, qui isthæc annunciaret, veritus scilicet ne idipsum illi paterentur, atque Scripturas divinas irridentes, tunc eas admirarentur, cum ex ea admiratione nihil emolumenti consequi valerent. Et tamen ille nihil tale egerat, quale vos agitis: etsi enim ille nihil ex suis Lazaro impertivit, non tamen eos, qui id agere vellent, prohibuit, aut repulit, ut modo vos facitis. Neque hinc modo illum crudelitate superatis, sed aliunde quoque. Sicut enim non æquale facinus est nihil agere boni, & alios qui id velint, impedire; sic non pari in gradu ponitur cibo corporeo indigere, & eum qui in ingenti Philosophiæ penuria jacet, prohibere ne ab aliis pascatur. Quamobrem duabus ex partibus immanem illum divitem superatis, quod nempe alios prohibeatis famem exstinguere, quodque cum animam præfocari videatis, tantam exhibeatis inhumanitatem. Hoc & Judæi olim fecerunt: nam Apostolos prohibebant ne hominibus salutaria loquerentur. At vos illis etiam deteriores estis. Illi enim cum se inimicos profiterentur, sic omnia illa faciebant: vos autem ementita amicorum persona, inimicos vos exhibetis. Illi sanctos Apostolos verberibus, contumeliis, ignominia affecerunt, præstigiatores eos atque seductores appellantes. Verum illos tanta ultio corripuit, ut nulla calamitas possit eorum cladibus comparari. Nam primi & soli ex omni hominum genere ea passi sunt, quæ nullus alius. Atque horum fide dignus testis est Christus; qui sic

A ἐκκόπτων αὐτοῖς, καὶ τῆς χαρᾶς καὶ τῶν πολλῶν σκιρτημάτων ἀναιρῶν τὴν ὑπόθεσιν. ὥστε τούτων μὲν ἕνεκεν καὶ σιγῆσαι ἐχρῆν, καὶ ἀφεῖναι γίνεσθαι ταῦτα τὰ πολλὴν αὐτοῖς τὸν πλοῦτον ποιοῦντα τῶν ἀγαθῶν, καὶ μείζω τὴν παῤῥησίαν κατασκευάζοντα. ἐπειδὴ δὲ ἀλλήλων ἐσμὲν μέλη, κἂν αὐτοὶ πάλιν ἀρνῶνται τὴν χάριν, οὐ χρὴ τοὺς οὕτω διακειμένους, ἑνὸς μὲν προνοεῖν μέρους, ἑτέρου δὲ περιορᾶν. ἐκείνοις μὲν γὰρ ἔσται καὶ [a] ἑτέρας εὐδοκιμήσεως ὑπόθεσις, κἂν μὴ νῦν πάθωσι κακῶς. οὗτοι δὲ ἂν μὴ τῆς μάχης ἀπόσχωνται ταύτης, οὐκέτι σωθῆναι δυνήσονται. τούτου δὴ χάριν παριδὼν τὸ ἐκείνων, πρὸς τὸ ὑμέτερον ἵσταμαι, καὶ δέομαι, B καὶ ἀντιβολῶ [b] πεισθῆναί τε ἡμῖν παρακαλοῦσι, καὶ μηκέτι καθ' ἑαυτῶν ξίφος ὠθεῖν, μηδὲ πρὸς κέντρα λακτίζειν, μηδὲ νομίζοντας ἀνθρώποις ἀνιᾶν, λυπεῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ θεοῦ. ὅτι μὲν γὰρ ἐπαινέσεσθε ταύτην ἡμῶν τὴν γνώμην, κἂν μὴ νῦν, ἀλλ' αὖθις, οἶδα, καὶ πέπεισμαι. βούλομαι δὲ ὑμᾶς τοῦτο ποιῆσαι νῦν, ἵνα μὴ μάτην αὐτὸ μετὰ ταῦτα ποιῆτε. ἐπεὶ καὶ ὁ πλούσιος ἐκεῖνος, ὅτε μὲν ἦν ἐνταῦθα, τοὺς προφήτας, καὶ τὸν νόμον, καὶ [c] τὴν ἐκ τούτων παράκλησιν, μῦθόν τινα ἡγεῖτο, καὶ λῆρον. ἐπειδὴ δὲ ἀπῆλθεν ἐκεῖ, οὕτως ἐθαύμασεν αὐτῶν τὴν παραίνεσιν, ὡς ἐπειδὴ συνεῖδε μηδὲν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἐπαίνων ὠφεληθῆναι δυνάμενον, παρακαλέσαι τὸν πατριάρχην C πέμψαι τινὰ τῶν ἐν ᾅδου τοῖς ὑπὲρ γῆς ἀπαγγέλλοντα, ἐκεῖνο δεδοικὼς, μή ποτε καὶ [d] αὐτοὶ τὸ αὐτὸ πάθωσι, καὶ καταγελάσαντες τῶν θείων γραφῶν, τότε αὐτὰς θαυμάσωσι, ὅτε μὴ αὐτοῖς ὄφελος οὐδὲν ἀπὸ τοῦ θαύματος. καίτοιγε οὐδὲν ἐκεῖνος τοιοῦτον εἰργάσατο οἷον ὑμεῖς. ἐκεῖνος γὰρ τῶν μὲν αὐτοῦ οὐ μετέδωκε τῷ Λαζάρῳ, οὐ μὴν καὶ ἑτέρους βουληθέντας μεταδοῦναι ἐκώλυσεν, ἢ ἀπήλασε καθάπερ ὑμεῖς νῦν. καὶ οὐ ταύτῃ μόνον αὐτὸν ἀπεκρύψατε τῇ ὠμότητι, ἀλλὰ καὶ [e] ἑτέρῳ. ὥσπερ γὰρ οὐκ ἔστιν ἴσον αὐτὸν μηδὲν ποιεῖν ἀγαθὸν, καὶ ἑτέρους βουλομένους κωλύειν ποιεῖν· οὕτως οὐκ ἔστιν ἴσον τροφῆς τε ἀπορεῖν σωματικῆς, D καὶ ἐν πολλῷ τῷ τῆς φιλοσοφίας λιμῷ κείμενον κωλύειν τρέφεσθαι παρ' ἑτέρων. ὥστε διπλῇ παρηλάσατε τὸν ὠμὸν πλούσιον ἐκεῖνον, τῷ τε ἑτέρους κωλῦσαι σβέσαι τὸν λιμὸν, καὶ τῷ τῆς ψυχῆς ἀγχομένης τὴν ἀπανθρωπίαν ἐπιδείκνυσθαι ταύτην. τοῦτο καὶ Ἰουδαῖοί [f] ποτε ἐποίησαν, καὶ ἐκώλυον τοὺς ἀποστόλους τοῖς ἀνθρώποις τὰ πρὸς σωτηρίαν λαλεῖν· πλὴν ἀλλὰ καὶ τούτων χείρονες ὑμεῖς. οἱ μὲν γὰρ δὴ τὴν τῶν ἐχθρῶν ἀναδεξάμενοι τάξιν οὕτως ἅπαντα ἔπραττον ἐκεῖνα· ὑμεῖς δὲ τὸ τῶν φίλων ὑποδύντες προσωπεῖον, τὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπιδείκνυσθε. ἐμάστιξαν, καὶ ὕβρισαν, καὶ πονηρᾷ περιέβαλον δόξῃ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους τότε ἐκεῖνοι, γόητας, καὶ πλάνους καλοῦντες αὐ- E τούς· ἀλλὰ τοιαύτη κατέλαβεν αὐτοὺς δίκη, ὡς [g] μηδεμίαν λοιπὸν δυνηθῆναι τοῖς ἐκείνων ἔθνοις παρισωθῆναι τὴν συμφοράν. πρῶτοι γὰρ οὗτοι, καὶ μόνοι τῶν ὑφ' ἡλίῳ πάντων ἀνθρώπων τοιαῦτα ἔπαθον, οἷα οὐδεὶς ἕτερος· καὶ τούτων μάρτυς ἀξιόπιστος ὁ Χριστὸς, οὕτω

a Unus habet ἑτέρα.
b Duo MSS. πείθεσθε ἡμῖν.
c Unus, καὶ τὴν ἐν τούτῳ παράκ- Infra duo MSS. ὡς ἐπειδὴ οὖν συνεῖδεν.
d Sic Savil. & MSS. Edit. vero, αὐτοὶ τοῦτο πάθ-
e Unus Cod. & Savil. in marg. ἑτέρα. Infra duo MSS. τροφῆς τε ἀποστερεῖν.
f Unus Cod. & Savil. in marg. ποτε ἐτόλμησαν.
g Duo MSS. μηδεμία... συμφορά. Iidem infra hæc omittunt, οἷα οὐδεὶς ἕτερος.

λέγων· ἔσται θλίψις μεγάλη, οἵα οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς κόσμου ἕως τοῦ νῦν, οὐδὲ μὴ γένηται. πάντα μὲν οὖν αὐτῶν τὰ πάθη διεξελθεῖν οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ· [a] ὀλίγα δὲ ἐκ πολλῶν ἀναγκαῖον εἰπεῖν. ἐρῶ δὲ οὐκ ἐμὸν λόγον, ἀλλ' ἀνδρὸς Ἰουδαίου τοῦ τὰ ἐκείνων ἱστορηκότος ἀκριβῶς. τί ποτε οὖν οὗτός φησιν; ἐπειδὴ τὸν ἐμπρησμὸν διηγήσατο τοῦ ἱεροῦ, καὶ τὰς κοινὰς ἀπήγγειλε συμφοράς.

Τὰ μὲν περὶ τὸ ἱερόν φησιν, ἐν τούτοις ἦν· τῶν δὲ ὑπὸ τοῦ λιμοῦ φθειρομένων κατὰ τὴν πόλιν, ἄπειρον μὲν ἔπιπτε τὸ πλῆθος, ἀδιήγητα δὲ συνέβαινε τὰ πάθη. καθ' ἑκάστην γὰρ οἰκίαν, εἴ που τροφῆς παραφανείη σκιὰ, πόλεμος ἦν, καὶ διὰ χειρῶν ἐχώρουν οἱ φίλτατοι πρὸς ἀλλήλους, ἐξαρπάζοντες τὰ ταλαίπωρα τῆς ψυχῆς ἐφόδια. πίστις δὲ ἀπορίας οὐδὲ τοῖς θνήσκουσιν ἦν· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκπνέοντας οἱ λῃσταὶ διηρεύνων, μή τις ὑπὸ τὸν κόλπον ἔχων τροφὴν, σκήπτοιτο τὸν θάνατον [b] ἑαυτοῦ. οἱ δὲ ὑπ' ἐνδείας κεχηνότες ὥσπερ λυσσῶντες κύνες ἐσφάλλοντο, καὶ περιεφέροντο, ταῖς τε θύραις ἐνσειόμενοι μεθυόντων τρόπον, [c] ὑπὸ ἀμηχανίας δὲ εἰς τοὺς αὐτοὺς οἴκους εἰσεπήδων δὶς, ἢ τρὶς ὥρᾳ μιᾷ. πάντα δὲ ὑπ' ὀδόντας ἦγεν ἡ ἀνάγκη, καὶ τὰ μηδὲ τοῖς ῥυπαρωτάτοις τῶν ἀλόγων ζώων πρόσφορα συλλέγοντες, ἐσθίειν ὑπέφερον. ζωστήρων γοῦν καὶ ὑποδημάτων τὸ τελευταῖον οὐκ ἀπείχοντο, καὶ τὰ δέρματα τῶν θυρεῶν ἀποδέροντες ἐμασῶντο. τροφὴ δὲ [d] ἦν καὶ χόρτου τισὶ παλαιοῦ σπαράγματα· τὰς γὰρ ἶνας ἔνιοι συλλέγοντες, ἐλάχιστον σταθμὸν ἐπώλουν ἀττικῶν τεσσάρων. καὶ τί δεῖ τὴν ἐπ' ἀψύχοις ἀναίδειαν τοῦ λιμοῦ λέγειν; εἶμι γὰρ αὐτοῦ δηλώσων ἔργον, [e] οἷον μήτε παρ' Ἕλλησι, μήτε παρὰ βαρβάροις ἱστόρηται, φρικτὸν μὲν εἰπεῖν, ἄπιστον δὲ ἀκοῦσαι. καὶ ἔγωγε μὴ δόξαιμι τερατεύεσθαι τοῖς αὖθις ἀνθρώποις, κἂν παρέλιπον τὴν συμφορὰν ἡδέως, εἰ μὴ τῶν κατ' ἐμαυτὸν εἶχον ἀπείρους μάρτυρας. ἄλλως τε, [f] καὶ ψυχρὰν καταθείμην τῇ πατρίδι χάριν καθυφέμενος τὸν λόγον, οὗ πέπονθε τὰ ἔργα. γυνή τις τῶν ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην κατοικούντων, Μαρία τοὔνομα, πατρὸς Ἐλεαζάρου, κώμης Βηθεζὼ, σημαίνει δὲ τοῦτο οἶκος ὑσσώπου, διὰ γένος καὶ πλοῦτον ἐπίσημος, μετὰ τοῦ λοιποῦ πλήθους εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα καταφυγοῦσα συνεπολιορκεῖτο. ταύτης τὴν μὲν ἄλλην κτῆσιν οἱ τύραννοι διήρπασαν, ὅσην ἐκ τῆς περαίας [g] ἀνασκευασαμένη μετήνεγκεν εἰς τὴν πόλιν. τὰ δὲ λείψανα τῶν κειμηλίων, κἂν εἴ τι τροφῆς [h] ἐπινοηθείη, καθ' ἡμέρας εἰσπηδῶντες ἥρπαζον οἱ δορυφόροι. δεινὴ δὲ τὸ γύναιον ἀγανάκτησις εἰσῄει, καὶ πολλάκις λοιδοροῦσα, καὶ καταρωμένη τοὺς ἅρπαγας, ἐφ' ἑαυτὴν ἠρέθιζεν. ὡς δὲ οὔτε παροξυνόμενός τις, οὔτ' ἐλεῶν αὐτὴν ἀνῄρει, καὶ τὸ μὲν εὑρεῖν τι σιτίον ἄλλοις ἐκοπία, πανταχόθεν δὲ ἄπορον ἦν ἤδη καὶ τὸ εὑρεῖν, ὁ λιμὸς δὲ διὰ σπλάγχνων καὶ μυελῶν ἐχώρει, καὶ τοῦ λιμοῦ μᾶλλον ἐξέκαιον οἱ θυμοὶ, σύμβουλον λαβοῦσα τὴν ὀργὴν μετὰ τῆς ἀνάγκης,

ait: *Erit tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque nunc, neque postea erit.* Matth. 24. 21. Ea quidem omnia, quæ illi passi sunt, prosequi non hujus est temporis: pauca tamen ex multis necessario dicenda sunt. Verbis autem utar non meis, sed (Josephi) Judæi, qui eam historiam scripsit diligenter. Quid ergo ait ille? Cum enarrasset incensum templum, communesque calamitates enunciasset, sic pergit:

5. *Et templum quidem hoc in statu erat, eorum vero qui per civitatem fame occumbebant, infinita pene cadebat multitudo, atque inenarrabiles contingebant clades. Nam per singulas domos, sicubi ciborum vel umbra esset, bellum aderat, ac vel amicissimi mutuo manus conserebant, ac misera illa animæ viatica diripiebant: ne morientibus quidem quod cibo indigerent fides habebatur: sed eos quoque qui exspirabant, latrones perscrutabantur, ne quis forte simulata morte cibum sinu occultaret. Alii vero fame hiantes, tamquam rabidi canes mente destituti, insaniaque correpti, ebriorum more in ostia impingebant: ac desperatione ducti, hora una bis terve in eamdem domum irrumpebant. Omnia vero dentibus subigebat penuria, & ea quæ ne sordidissimis quidem brutorum animantium usui erant colligentes, edere non dubitabant. A cingulis igitur & a calceamentis postremo non abstinebant, scutisque detracta coria mandebant. Esca autem quibusdam erant fœni laceri reliquiæ. Purgamenta item nonnulli colligentes, minimum eorum pondus quatuor Atticis vendebant. Et quid opus est famis improbitatem in rebus inanimis persequi? Rem narraturus sum, qualem nec apud Græcos nec apud Barbaros contigisse memoratur usquam, dictu horrendam, atque incredibilem auditu. Sane ego ne viderer portenta confingere futuris hominibus, hujusmodi calamitatem libenter tacuissem, nisi innumeros ejus rei testes haberem. Prætereaque patriæ levissimam gratiam referrem, si quæ reipsa passa est, ea narrando supprimerem. Mulier quædam ex iis, quæ ultra Jordanem incolebant, Maria nomine, patre Eleazaro, vico Bethezo, quod significat domum hyssopi, genere & divitiis insignis, cum reliqua multitudine Jerosolymam confugerat, simulque obsidebatur. Hujus omnem aliam substantiam tyranni diripuerant, quantam ex Peræa in Urbem transportaverat. Reliquias autem reconditarum rerum, & si quid in cibum præpararetur, quotidie irrumpentes satellites diripiebant. Dira autem indignatio mulierculam subiit, ac prædones sæpe convitiis & maledictis insectans, in seipsam concitabat. Cum vero nullus aut ira correptus aut ejus misertus, ipsam interficeret, ipsaque cibos alios invenire laboraret, ac penitus difficile esset jam quidpiam invenire, famesque per viscera & medullas serperet, fameque vehementiore ira æstuaret, consilium dictante indignatione*

Joseph. de bello judaico lib. 7. c. 7. & 8.

a Sic Savil. & Mss. In Morel. autem, οἷα δὲ ἐκ male.
b Sic Savil. Unus Codex ἑαυτοῦ, Morel. αὐτῷ.
c Sic Sav. & Mss. Mor. vero, καὶ ὑπ' ἀμηχανίας εἰς. Mox duo Mss. ὥρα μία.
d Sav. ἦν ποτε καὶ χόρτου. Duo Mss. ἦν φησὶ καὶ χόρτου. Mox duo Mss. τὰς γὰρ ἴνας.
e Savil. & duo Mss. ὃ
f Sic Savil. & Mss. duo, qui tamen habent, καταθέμην & καταφερόμενος. Morel. vero sic; καὶ ψυχρὰν καταθείμην τῇ πατρίδι χάριν καθυφέμενος τῶν λόγων, ὧν πέπονθε τὰ ἔργα. Edit. Josephi τὸν λόγον, οὗ.
g Savil. μετασκευασμένη male, duo Mss. μετασκευασαμένη.
h Sic Morel. & Savil. Duo manuscripti ἐπινοηθῇ.

cum necessitate conjuncta, in naturam ipsam vertitur, & filium, erat quippe illi parvulus lactens, arripiens: miser, inquit, puerule in bello, in fame & seditione, cui te servabo? a Romanis, si vixerimus, servitus nos manet; servitutem antevertit fames, & utrisque sæviores seditiosi. Perge, mihi cibus esto, seditiosis Erinnys, mundo fabula, quæ sola deest calamitatibus Judæorum. His dictis filium necat, coquit postea, ejusque dimidium comedit, reliquias vero occultatas servabat. Adsunt continuo seditiosi, nefario nidore pertracti, minanturque mortem, nisi quod paraverat proferret. At illa cum partem illis bonam servasse se diceret, nati reliquias aperuit. Tum illos statim horror mentisque stupor occupavit, & ad talem aspectum quasi ænei defixi steterunt. Illa vero, meus, inquit, est filius genuinus, opusque meum. Comedite, nam & ipsa comedi: ne sitis vel muliere molliores, vel matre misericordiores. Quod si vos pietatem colitis, hostiamque meam aversamini: ego quidem dimidium manducavi, quodque reliquum est mihi maneat. Post hæc illi quidem trementes exierunt, hac una tantum in re timidiores, eamque vix escam matri concedentes. Tanti statim facinoris fama urbs tota repleta est, ac præ oculis singuli eam calamitatem ponentes, non secus ac si ipsi fecissent exhorrescebant. Qui fame cruciabantur mortem expetebant, beatosque prædicabant eos, qui hac re nondum audita, hisque non conspectis malis decessérant. Cito ad Romanos perlata est hæc calamitas: ex iis alii non credebant, alii miserabantur, plurimi vero in majus gentis odium exarserunt.

6. Hæc multoque his atrociora patiebantur, non modo quia Christum cruci affixerant, sed quia post hæc Apostolos ea loqui prohibebant, quæ ad salutem nostram pertinerent. Quod sane beatus Paulus crimini dans, hæc illis mala prænunciavit, *pervenit enim super eos ira in finem.* Et quid hæc, dicent, ad nos? Non enim illos a fide abducimus, neque a prædicatione. At quid, quæso, fides conferet emolumenti, si vita pura non fuerit? Verum hæc vos forte ignoratis, quibus nostra omnia ignota sunt. Ego autem vobis Christi sententias enumerabo: observetis velim numquamne de vita requiratur, sed pro fide tantum & dogmatibus supplicia constituta sint. Cum enim in montem ascendisset, videns innumeram circumfluentem multitudinem, præmissis aliis monitis dicebat: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem Patris mei.* Item, *Multi dicent mihi in die illa, Nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: Recedite a me qui operamini iniquitatem: non novi vos.* Eum vero qui audit sermones ipsius, & non facit, similem esse dixit

A ἐπὶ τὴν φύσιν ἐχώρει, καὶ τὸ τέκνον· ἦν δὲ αὐτῇ παῖς ὑπομάζιος· [a] ἁρπασαμένη, βρέφος, εἶπεν, ἄθλιον ἐν πολέμῳ, καὶ λιμῷ, καὶ στάσει, τίνι σε τηρήσω; τὰ μὲν παρὰ Ῥωμαίοις, δουλεία, κἂν ζήσωμεν ἐπ' αὐτοῖς· φθάνει δὲ καὶ δουλείαν ὁ λιμὸς, οἱ στασιασταὶ δὲ ἀμφοτέρων χαλεπώτεροι. ἴθι γενοῦ μοι τροφὴ, καὶ τοῖς στασιασταῖς ἐριννὺς, καὶ τῷ βίῳ μῦθος, ὁ μόνος ἐλλείπων τῆς Ἰουδαίων συμφοραῖς. καὶ ταῦθ' ἅμα λέγουσα κτείνει τὸν υἱὸν, ἔπειτ' ὀπτήσασα, τὸ μὲν ἥμισυ κατεσθίει, τὸ δὲ λοιπὸν κατακαλύψασα ἐφύλαττεν. εὐθέως δὲ οἱ στασιασταὶ παρῆσαν, καὶ τῆς ἀθεμίτου κνίσσης * σπάσαντες, ἠπείλουν, εἰ μὴ δείξειε τὸ παρασκευασθὲν, ἀποσφάξειν αὐτὴν εὐθέως. ἡ δὲ καὶ

B μοῖραν αὐτοῖς εἰποῦσα καλὴν τετηρηκέναι, τὰ λείψανα τοῦ τέκνου διεκάλυψε. τοὺς δὲ εὐθέως φρίκη, καὶ φρενῶν ἔκστασις ᾕρει, [b] καὶ παρὰ τὴν ὄψιν ἐπεπήγεσαν. ἡ δὲ, ἐμὸν ἔφη b
τοῦτο τὸ τέκνον γνήσιον, καὶ τὸ ἔργον ἐμόν. φάγετε, καὶ γὰρ ἐγὼ βέβρωκα. μὴ γένησθε μήτε μαλακώτεροι γυναικὸς, μήτε συμπαθέστεροι μητρός. εἰ δὲ ὑμεῖς εὐσεβεῖς, καὶ τὴν ἐμὴν ἀποστρέφεσθε θυσίαν, [c] ἐγὼ μὲν ἥμισυ βέβρωκα, c
καὶ τὸ λοιπὸν δὲ ἐμοὶ μενέτω. μετὰ ταῦτα οἱ μὲν τρέμοντες ἐξῄεσαν πρὸς ἓν τοῦτο δειλοὶ, καὶ μόλις ταύτης τῆς τροφῆς τῇ μητρὶ παραχωρήσαντες. ἀνεπλήσθη δὲ εὐθέως ὅλη τοῦ μύσους ἡ πόλις, καὶ πρὸ ὀμμάτων ἕκαστος τὸ πάθος

C λαμβάνων, [d] ὥσπερ αὐτῷ τολμηθὲν ἔφριττεν. σπουδὴ δὲ τῶν d
λιμωττόντων ἐπὶ τὸν θάνατον ἦν, καὶ μακαρισμὸς τῶν φθασάντων, πρὶν ἀκοῦσαι, καὶ θεάσασθαι τηλικαῦτα κακά. ταχέως δὲ καὶ Ῥωμαίοις διηγγέλθη τὸ πάθος. τῶν δὲ οἱ μὲν ἠπίστουν, οἱ δὲ ᾤκτειρον, τοῖς δὲ πολλοῖς εἰς μῖσος τοῦ ἔθνους σφοδρότερον συνέβη προελθεῖν.

Ταῦτα δὲ ἔπαθον, καὶ πολλῷ τούτων χαλεπώτερα, οὐκ ἐπειδὴ τὸν Χριστὸν ἐσταύρωσαν μόνον, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ μετὰ ταῦτα τοὺς ἀποστόλους ἐκώλυον τὰ πρὸς σωτηρίαν λαλεῖν τὴν ἡμετέραν. ὅπερ οὖν καὶ ὁ μακάριος Παῦλος αὐτῶν κατηγορήσας, ταῦτα αὐτοῖς προεφήτευσε

D τὰ κακὰ εἰπών· ὅτι ἔφθασεν ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος. καὶ τί ταῦτα πρὸς ἡμᾶς φησιν; οὐ γὰρ δὴ τῆς πίστεως ἀπάγομεν, οὐδὲ τοῦ κηρύγματος. καὶ τί τῆς πίστεως ὄφελος, εἰπέ μοι, βίου μὴ ὄντος καθαροῦ; ἀλλ' ὑμεῖς μὲν ἴσως ἀγνοεῖτε καὶ ταῦτα, ἅτε καὶ τῶν ἡμετέρων ὄντες ἀνήκοοι πάντων· ἐγὼ δὲ ὑμῖν ἀπαριθμήσομαι τοῦ Χριστοῦ τὰς ἀποφάσεις. καὶ παρατηρεῖτε ὑμεῖς εἰ μηδαμοῦ βίος ἐγκαλεῖται ποτε, ἀλλ' ὑπὲρ πίστεως μόνης, καὶ δογμάτων τὰ τῆς κολάσεων ὥρισται. ἐπειδὴ γὰρ εἰς τὸ ὄρος ἀνῆλθε, πολὺν

E ἰδὼν ὄχλον περιῤῥέοντα αὐτὸν, μετὰ τὰς ἄλλας παραινέσεις ἔλεγεν· οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι κύριε, κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου· καὶ, πολλοὶ ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· [e] οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν; καὶ τότε ὁμολογήσω αὐτοῖς, ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. καὶ τὸν ἀκούοντα μὲν, οὐ ποιοῦντα δὲ τοὺς λόγους e

1. Thess. 2. 16.

Non fides modo, sed vita bona requiritur.

Matth. 7. 21.

a Sic Savil. & MSS. In Morel. autem, ἐν ἁρπασαμένη, male. Infra Savil. ζήσωμεν ἐπ' αὐτοῖς, unus Cod. ζήσωμαι ἐπ' αὐτοῖς.

b Savil. καὶ πρὸς τὴν ὄψιν, & sic legisse videtur Ambrosius. Morel. & alii καὶ παρὰ τήν.

c Savil. & unus, ἐγὼ οὖν βέβρωκα. Infra Savil. & duo MSS. καὶ μόνης ταύτης τῆς τροφῆς. Morel. & Savil. in marg. καὶ μόλις ταύτης.

d Sic Savil. & MSS. editio autem Morel. ex edito Josephi, ὡς παρ' αὐτῇ καινοτομηθὲν. Ibidem, σπουδὴ δὲ ὅλων λιμωττόν- Sic duo MSS.

e Duo MSS. κύριε, κύριε, οὐ τῷ σῷ.

* f. σπασάσης.

αὐτῷ, ὅμοιον ἔφησεν ἀνδρὶ μωρῷ εἶναι, τῷ οἰκίαν ἐπὶ τῆς ψάμμον οἰκοδομοῦντι, καὶ ποταμοῖς, καὶ ὑετοῖς, καὶ ἀνέμοις εὐχείρωτον αὐτὴν κατασκευάζοντι. Καὶ ἐν ἄλλῳ δὲ τόπῳ δημηγορῶν· καθάπερ οἱ ἁλιεῖς, φησὶν, ὅταν τὴν σαγήνην ἑλκύσωσι, τοὺς φαύλους ἀποκρίνουσι τῶν ἰχθύων, οὕτω κατ' ἐκείνην ἔσται τὴν ἡμέραν, τῶν ἀγγέλων εἰς τὴν κάμινον ἐκβαλλόντων τοὺς ἡμαρτηκότας ἅπαντας. Καὶ περὶ τῶν ἀσελγῶν δὲ καὶ ἀκαθάρτων ἀνθρώπων διαλεγόμενος ἔλεγεν, ὅτι ἀπελεύσονται, ὅπου ὁ σκώληξ ὁ ἀτελεύτητος, καὶ τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον. Καὶ πάλιν· βασιλεὺς φησὶν, ἐποίησε γάμους τῷ υἱῷ αὐτοῦ, καὶ ἰδὼν ἄνθρωπον ἐνδεδυμένον [a] ἱμάτια ῥυπαρὰ, πρὸς αὐτὸν εἶπεν· ἑταῖρε, πῶς εἰσῆλθες ὧδε μὴ ἔχων ἔνδυμα γάμου; ὁ δὲ ἐφιμώθη. Τότε λέγει τοῖς διακόνοις αὐτοῦ, δήσαντες αὐτοῦ χεῖρας, καὶ πόδας, [b] βάλετε αὐτὸν εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, τοῖς ἀκολάστοις, καὶ ἀσελγέσι ταῦτα ἀπειλῶν. Καὶ παρθένοι δὲ αἱ τοῦ νυμφῶνος ἀποκλεισθεῖσαι, δι' ὠμότητα καὶ ἀπανθρωπίαν ταῦτα ἔπαθον· καὶ ἕτεροι δὲ πάλιν διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν πορεύονται εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Καὶ οἱ ἁπλῶς, καὶ εἰκῆ φθεγγόμενοι καταδικάζονται. Ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου φησὶ δικαιωθήσῃ, καὶ ἐκ τῶν λόγων σου [c] καταδικασθήσῃ. Ἆρά σοι δοκοῦμεν μάτην ὑπὲρ βίου πεφοβῆσθαι, καὶ πολλὴν τοῦ ἠθικωτέρου μέρους τῆς φιλοσοφίας ποιεῖσθαι σπουδήν; οὐκ ἔγωγε οἶμαι. Πλὴν εἰ καὶ τὸν Χριστὸν ταῦτα πάντα εἰκῆ εἰρηκέναι φαίης, καὶ τὰ τούτων πλείονα· οὐδὲ γὰρ ἅπαντα εἴρηται. Εἰ δὲ μὴ ὤκνουν μακρὸν ποιῆσαι τὸν λόγον, καὶ ἀπὸ τῶν προφητῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ μακαρίου Παύλου, καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἀποστόλων ἐδίδαξα ἂν, ὅσην ὑπὲρ τούτου τοῦ μέρους πεποίηται σπουδὴν ὁ θεός. Πλὴν ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἀποχρῆν οἶμαι· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ μικρὸν τῶν εἰρημένων μέρος. Ὅταν γὰρ ὁ θεὸς ἀποφαίνηται, κἂν ἅπαξ εἴπῃ, ὡς πολλάκις εἰρημένον, οὕτω δέχεσθαι χρὴ τὸ λεχθέν.

Τί οὖν, οἱ οἴκοι μένοντες, φησὶν, οὐ δυνήσονται ταῦτα κατορθοῦν, ἃ μὴ κατορθούμενα τοσαύτην [d] φέρει τὴν κόλασιν; ἐβουλόμην καὶ αὐτὸς οὐχ ἧττον ὑμῶν, ἀλλὰ πολὺ πλέον, καὶ πολλάκις ηὐξάμην τὴν τῶν μοναστηρίων ἀναιρεθῆναι χρείαν, καὶ τοσαύτην ἐν ταῖς πόλεσι γενέσθαι τὴν εὐνομίαν, ὡς μηδένα δεηθῆναί ποτε τῆς εἰς τὴν ἔρημον καταφυγῆς· ἐπειδὴ δὲ τὰ ἄνω κάτω γέγονε, καὶ αἱ μὲν πόλεις ἔνθα δικαστήρια, καὶ νόμοι πολλῆς γέμουσι παρανομίας καὶ ἀδικίας· ἡ δὲ ἐρημία πολλῷ βρύει τῷ τῆς φιλοσοφίας καρπῷ· οὐχ οἱ τῆς ζάλης ταύτης καὶ τῆς ταραχῆς τοὺς σωθῆναι βουλομένους ἐξάγοντες, καὶ πρὸς τὸν τῆς ἡσυχίας ὁδηγοῦντες λιμένα, δικαίως ἂν ἐγκαλοῖντο παρ' ὑμῶν, ἀλλ' οἱ πόλιν ἑκάστην οὕτως ἄβατον ἐργαζόμενοι, καὶ πρὸς φιλοσοφίαν ἀνεπιτήδειον ὡς ἀναγκάζεσθαι τοὺς σωθῆναι βουλομένους, τὰς ἐρημίας [e] μεταδιώκειν. Εἰπὲ γάρ μοι, εἴ τις μεσονύκτιον λαμπάδα λαβὼν οἰκίαν ἐνέπρησε μεγάλην, καὶ πολυάνθρωπον, τοῖς ἔνδον καθεύδουσιν ἐπιβουλεύων, τίνα ἂν ἔφαμεν εἶναι κακὸν, τὸν

A homini fatuo, domum suam super arenam ædificanti, qui eam fluminibus, pluviis & ventis facile diruendam parat. Item cum in alio loco concionaretur: sicut, inquit, piscatores, cum sagenam traxerint, malos pisces abjiciunt; ita erit in illa die, Angelis eos omnes qui peccaverint, in fornacem jacientibus. De flagitiosis quoque & impuris hominibus loquens dicebat: *Et illuc abibunt, ubi vermis qui non moritur, & ignis qui non exstinguitur.* Et rursum, *Rex*, inquit, *fecit nuptias filio suo, & cum vidisset hominem vestitum vestibus sordidis, ait ad eum: Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem* B *nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit ministris suis, Ligatis manibus & pedibus ejus, ejicite illum in tenebras exteriores.* Impudicis, ut dictum est, & flagitiosis hæc comminatur. Virgines item, quæ a sponsi thalamo exclusæ fuerunt, ob crudelitatem & inhumanitatem hæc passæ sunt. Alii rursus eadem de causa eunt in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis ejus. Et ii quoque, qui temere & sine causa loquuntur, condemnabuntur. Ex verbis quippe tuis, ait, justificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Ergone tibi videmur frustra de vita timere, magnamque ejus Philoso- C phiæ partis, quæ mores instituit, rationem habere? Id certe non puto: nisi fortasse Christum hæc omnia hisque plura temere dixisse jactites. Non enim hic omnia complectimur: quod nisi pigeret orationem prolixius extendere, & ex Prophetis, & ex beato Paulo, & ex aliis Apostolis docuissem quantam hac in parte curam posuerit Deus. Verum hæc arbitror satis esse; imo nec illa solum omnia, sed vel exiguam eorum partem. Cum enim Deus aliquid profert, etiamsi semel dicat, ita id quod dicitur accipiendum est ac si sæpe dixisset.

D 7. Quid igitur, inquies; qui domi manent non poterunt ea perficere, quæ nisi perficiantur, tantum supplicii pariunt? Vellem equidem ipse, nec minus quam vos, imo multo magis, ac frequenter optavi Monasteriorum necessitatem tolli, ac tantum leges & jura optima in civitatibus valere, ut nemini jam opus sit ad solitudinem confugere: quoniam vero omnia sus deque jam versa, ipsæque civitates, in quibus tribunalia & leges, ingenti iniquitate & scelere impletæ sunt; solitudo autem uberrimos philosophiæ fructus emittit; profecto non illi jure a vobis in crimen vo- E centur, qui alios ab hac procella & turbine liberari cupientes eripiunt, & ad tranquillum portum deducunt; sed potius illi, qui civitates singulas philosophiæ sic invias & parum idoneas fecerunt; ut qui salutem consequi volunt, solitudines sectari cogantur. Dic enim mihi, si quis in nocte media arrepta face domum incendisset magnam hominibusque repletam, ut intus dormientibus insidiaretur; utrum diceremus improbum esse,

Math. 13. 47.

Marc. 9. 42.

Math. 22. 2.

Math. 12. 37.

a Sic Savil. & MSS. in Morel. autem ἱματίῳ ῥυπαρῷ.
b Duo MSS. ἐκβάλετε.
c Savil. & duo MSS. κατακριθήσῃ.

d Savil. in marg. & duo MSS. ἐπισφέρει. Paulo post iidem MSS. ἀλλὰ καὶ πλέον καὶ μυριάκις ηὐξ-
e Iidem, διώκειν.

eumne qui dormientes excitaret, ædibusque illis educeret; an eum qui ab initio incendium excitasset, & in tantam necessitatem tum eos, tum educentem illos redegisset? Quid igitur? Si quis tyrannide oppressam civitatem, ægritudine laborantem, & seditionibus agitatam videns, iis quibus posset persuaderet, ut relicta civitate reciperent se ad montium vertices, iisque ad secessum adjumenta conferret, quem in crimen vocares? Eumne qui ab hujusmodi tumultu in tranquillitatem homines tempestate jactatos transtulisset, an eum qui naufragia ista præparasset? Cave enim putes meliore in statu res humanas jam esse, quam civitatem tyrannide oppressam; verum in longe deteriori. Non enim homo, sed dæmon quidam nequissimus, tamquam tyrannus immanis, cum tota sua phalange universum orbem occupans, in humanas animas grassatur: inde vero quasi ex arce quadam, exsecranda & scelerata quotidie præcepta hominibus emittit, non matrimonia dirimens solum, non pecunias mittens ferensve, non cædes perpetrans iniquas, verum his longe graviora, nempe conjunctam semel Deo animam ab ejus consortio abducens, tradensque impuris suis satellitibus, illisque ipsam substerni cogens, qui postquam eam semel apprehenderint, ita turpiter cum illa congrediuntur, ita contumeliose, ut par est facere nequissimos dæmonas vehementer ac cum furore perniciem ignominiamque nostram expetentes. Nudatam quippe illam omnibus virtutum indumentis, vitiorumque pannis amictam, sordidis, conscissis ac fœtidis, ipsa nuditate turpiorem constitutam, omnique propria sibi immunditia repletam non cessant contumeliis onerare. Neque enim ullam norunt exsecrandi & iniqui hujusmodi concubitus satietatem: sed ebriorum instar, qui cum se mero ingurgitaverint, tunc magis exardescunt; sic & hi quoque tunc maxime insaniunt, eique & vehementius & ferocius insultant, cùm illa abusi sunt, confodientes eam semper ac mordentes, suumque in eam virus effundentes, nec prius desinentes, quam eam in suum statum transtulerint, vel corpore solutam viderint. Qua igitur tyrannide, qua captivitate, qua vastitate, qua servitute, quo bello, quo naufragio, qua fame hæc non graviora fuerint? Quis tam crudelis, quis tam ferus, quis adeo stultus, quis adeo inhumanus atque immisericors, qui tot contumeliis & damnis affectam animam nolit ab exsecrando illo furore & ignominia, pro virili sua liberare; sed illam tam male affectam negligat? Quod si id est immanis atque lapidei animi, quo in loco, dic mihi, statuemus eos, qui præter illam negligentiam, aliud quiddam longe deterius agunt, cum eos qui ad peri-

A διεγείροντι τοὺς καθεύδοντας, καὶ τῆς οἰκίας ἐξάγοντι ἐκείνης, ἢ τῷ ἀνάψαντι τὸ πῦρ ἐξ ἀρχῆς, καὶ τοσαύτην ἀνάγκην αὐτοῖς τε ἐκείνοις, καὶ τῷ τούτους ἐξαγαγόντι περιστήσαντι; τί δαί; εἴ τις τυραννουμένην πόλιν ἰδὼν, καὶ νοσοῦσαν, καὶ στασιάζουσαν, ἔπεισεν οἷς ἠδύνατο τοὺς τὴν πόλιν [a] ταύτην οἰκοῦντας ἀναδραμεῖν πρὸς τὰς τῶν ὀρῶν κορυφὰς, καὶ πείσας ὁμοῦ, καὶ συνέπραξε πρὸς ταύτην αὐτοῖς τὴν ἀναχώρησιν· τίνος ἂν κατηγόρησας; τοῦ μεταθέντος ἀπὸ ταύτης τῆς ταραχῆς πρὸς τὴν γαλήνην ἐκείνην τοὺς ἐν μέσῳ χειμαζομένους ἀνθρώπους, ἢ τοῦ ταῦτα ἐργασαμένου τὰ ναυάγια; μὴ γάρ τοι νομίσῃς B ἄμεινον τυραννουμένης πόλεως, τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα διακεῖσθαι νῦν, ἀλλὰ καὶ πολλῷ [b] χαλεπώτερον. οὐ γὰρ ἄνθρωπος, ἀλλά τις πονηρὸς δαίμων καθάπερ τύραννος ἄγριος τὴν οἰκουμένην ἅπασαν καταλαβὼν, μετὰ πάσης αὐτοῦ τῆς φάλαγγος εἰς τὰς τῶν ἀνθρώπων εἰσεκώμασε ψυχάς· εἶτα ἐκεῖθεν, ὥσπερ ἔκ τινος ἀκροπόλεως, τὰ μιαρὰ καὶ ἐναγῆ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιτάγματα καταπέμπει πᾶσιν, οὐ γάμους διασπῶν, οὐδὲ χρήματα πέμπων, καὶ φέρων μόνον, οὐδὲ σφαγὰς ἐργαζόμενος ἀδίκους, ἀλλὰ τὰ πολλῷ τούτων χαλεπώτερα, [c] τὴν ἅπαξ C ἁρμοσθεῖσαν τῷ Θεῷ ψυχὴν, τῆς μὲν πρὸς ἐκεῖνον ὁμιλίας ἀπάγων, ἐκδιδοὺς δὲ τοῖς ἀκαθάρτοις αὐτοῦ δορυφόροις, καὶ συγκατακλίνεσθαι καταναγκάζων αὐτοῖς· οἵπερ ἐπειδὰν ἅπαξ αὐτὴν παραλάβωσιν, οὕτως αὐτῇ συγγίνονται αἰσχρῶς, καὶ ὑβριστικῶς, ὡς εἰκὸς δαίμονας πονηροὺς σφοδρῶς καὶ μανικῶς τῆς τε ἀπωλείας, καὶ τῆς ἀσχημοσύνης ἐρῶντας τῆς ἡμετέρας. ἀποδύσαντες γὰρ αὐτὴν πάντων τῶν τῆς ἀρετῆς ἱματίων, καὶ τὰ τῆς κακίας ῥάκια [d] πάθη περιθέντες τὰ ῥυπῶντα, καὶ διερρηγμένα, καὶ δυσώδη, καὶ τῆς γυμνότητος αἰσχροτέραν αὐτὴν ἀποφαίνοντα, καὶ πάσης τῆς οἰκείας προσαναπλήσαντες ἀκαθαρσίας, οὐ παύονται τὰ εἰς αὐτὴν ἐμπομπεύοντες ὕβρεσιν. οὐδὲ γὰρ D ἴσασί τινα κόρον τῆς μιαρᾶς ταύτης, καὶ παρανόμου μίξεως, ἀλλ' ὥσπερ οἱ μεθύοντες, ὅταν ἐμφορηθῶσι πολλοῦ τοῦ πόματος, τότε μᾶλλον ἐκκαίονται· οὕτω καὶ οὗτοι τότε μάλιστα μαίνονται, σφοδρότερόν τε αὐτῇ καὶ ἀγριώτερον ἐναλλόμενοι, ὅταν μάλιστα αὐτῇ παραχρήσωνται, κατακεντοῦντες πάντοθεν, καὶ δάκνοντες, καὶ τὸν οἰκεῖον εἰς αὐτὴν ἐκχέοντες ἰὸν, καὶ οὐ πρότερον διαλιμπάνοντες, ἕως ἂν εἰς τὴν οἰκείαν μεταστήσωσιν ἕξιν, ἢ τοῦ σώματος ἴδωσιν ἀποδυθεῖσαν αὐτήν. ποίας οὖν τυραννίδος; ποίας αἰχμαλωσίας; ποίας ἀναστατώσεως; τίνος ἀνδραποδισμοῦ; E ποίου πολέμου; τίνος ναυαγίου; ποίου λιμοῦ ταῦτα οὐ χαλεπώτερα; τίς οὕτως ὠμὸς, καὶ ἀνήμερος; τίς οὕτως ἠλίθιος, καὶ ἀπάνθρωπος, καὶ ἀσυμπαθὴς, καὶ ἀνάλγητος, ὡς τὴν τὰ τοιαῦτα ὑβριζομένην, καὶ ἐπηρεαζομένην ψυχὴν μὴ θελῆσαι, τό γε εἰς αὐτὸν ἧκον, τῆς ἐναγοῦς ἐκείνης ἀπαλλάξαι μανίας, καὶ ὕβρεως, ἀλλὰ τοιαῦτα πάσχουσαν περιορᾶν; εἰ δὲ τοῦτο ἀπηνοῦς, καὶ λιθίνης ψυχῆς, ποῦ θήσομεν, εἰπέ μοι τούτους, οἳ πρὸς τὸ περιορᾶν, καὶ ἕτερον πολλῷ μεῖζον τούτου ἐργάζονται κακὸν, τοὺς προθυμουμένους εἰς

a ταύτην deest in duobus MSS.
b Sic Savil. & duo MSS. Edit. vero Morel. χαλεπώτερα.
c Savil. & duo MSS. τὰς ἅπαξ ἁρμοσθείσας τῷ Θεῷ ψυχάς. Morel. ut in textu, atque sic legit Ambrosius. Infra duo MSS. καταναγκάζων αὐτούς.
d Sic Savil. & Morel. ῥάκια πάθη περι-. Sed πάθη deest in MSS. Infra Savil. in textu & Morel. οἰκείας προσαναπλήσαντες, Savil. in marg. προσαναχέσαντες, duo MSS. προσαναχέσαντες.

μέσοις πηδῆσαι τοὺς κινδύνους, καὶ μὴ παραιτουμένους εἰς αὐτὸν τοῦ θηρίου τὸν λαιμὸν καθεῖναι τὰς χεῖρας, ἀλλὰ καὶ δυσωδίας, καὶ κινδύνων ἀνεχομένους, ἵνα τὰς ἤδη καταποθείσας ψυχὰς ἐξ αὐτῆς τοῦ δαίμονος τῆς φάρυγγος ἀνασπάσωσιν, οὐ μόνον οὐκ ἐπαινοῦντες, οὐδὲ ἀποδεχόμενοι, ἀλλὰ καὶ ἐλαύνοντες πάντοθεν, καὶ πολεμοῦντες;

Τί οὖν, φησί, πάντες οἱ τὰς πόλεις οἰκοῦντες ἀπολώλασι, καὶ χειμάζονται, καὶ δεῖ τὰς πόλεις ἀφέντας, καὶ ἐρημώσαντας πρὸς τὴν ἔρημον μεταστῆναι, καὶ τῶν ὀρῶν τὰς κορυφὰς οἰκίζειν; καὶ σὺ ταῦτα κελεύεις, καὶ νομοθετεῖς; ἄπαγε· τοὐναντίον γὰρ, καθάπερ καὶ ἔφθην εἰπὼν, καὶ ἐβουλόμην, καὶ εὔχομαι τοσαύτης ἡμᾶς ἀπολαύειν εἰρήνης, καὶ τὴν τυραννίδα τὴν κακῶν τούτων εἰς τοσοῦτον καταλυθῆναι, ὡς μὴ μόνον τοῖς ἐν ταῖς πόλεσιν ἀνάγκην μὴ γίνεσθαι τὰ ὄρη καταλαβεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὺς τὰς ἐρημίας οἰκοῦντας καθάπερ τινὰς φυγάδας, διὰ μακροῦ τοῦ χρόνου πρὸς τὴν αὐτῶν πόλιν καταγαγεῖν. ἀλλὰ τί πάθω; δέδοικα μὴ τῇ πατρίδι σπουδάζων αὐτοὺς ἀποδοῦναι, ἀντὶ ταύτης ταῖς τῶν πονηρῶν δαιμόνων χερσὶ παραδῶ· καὶ βουλόμενος ἀπαλλάξαι ἐρημίας, καὶ φυγῆς φιλοσοφίας, καὶ ἡσυχίας παρασκευάσω πάσης ἐκπεσεῖν. Εἰ δέ [a] με τὸ πλῆθος τῶν ἐν τῇ πόλει προφέρων ταύτῃ δυσωπήσειν οἴει, καὶ δεδίξεσθαι, ὡς οὐκ ἀνεξόμενον καταδικάσαι τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, τοῦ Χριστοῦ τὴν ἀπόφασιν λαβὼν, μετ' αὐτῆς στήσομαι πρὸς ταύτην σου τὴν ἀντίθεσιν. [b] οὐδὲ γὰρ ἀνέξῃ πρᾶγμα τοσαύτης γέμον τόλμης, ὡς πρὸς τὴν ψῆφον ἀντιβλέψαι τοῦ τότε μέλλοντος κρίνειν ἡμᾶς. Τί οὖν ἐστί φησι; [c] ὅτι, στενὴ ἡ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν, καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν. Εἰ δὲ οἱ εὑρίσκοντες ὀλίγοι, πολλῷ μᾶλλον οἱ πρὸς τὸ τέλος αὐτῆς φθάσαι δυνάμενοι. οὐ γὰρ δὴ πάντες ὅσοι τῆς ἀρχῆς ἐπέβησαν, καὶ πρὸς τὸ πέρας αὐτῆς ἴσχυσαν στῆναι· ἀλλ' οἱ μὲν ἐν τοῖς προοιμίοις· οἱ δὲ, ἐν τῷ μέσῳ, πολλοὶ δὲ καὶ πρὸς αὐτῷ τῷ λιμένι κατεποντίσθησαν. καὶ πάλιν, πολλοὺς μὲν εἶναί φησι τοὺς κλητοὺς, ὀλίγους δὲ τοὺς ἐκλεκτούς. ὅταν οὖν ὁ Χριστὸς τὸ μὲν πλέον εἶναι τῆς ἀπωλείας, ἐν δὲ τοῖς ὀλίγοις ἀφωρίσθαι τὴν σωτηρίαν [d] ἀποφαίνηται, τί πρὸς ἐμὲ μάχῃ; ταυτὸν γὰρ ποιεῖς, ὥσπερ ἂν εἰ καὶ περὶ τῶν κατὰ τὸν Νῶε συμβεβηκότων λόγων γινομένων ἡμῖν, ἐθαύμαζες, εἰ πάντες μὲν ἀπολώλασι, δύο δὲ, καὶ τρεῖς ἄνθρωποι μόνοι τὴν τοσαύτην διέφυγον κόλασιν, ταύτῃ προσδοκῶν ἐμφράξαι ἡμῶν τὸ στόμα, ὡς οὐ τολμώντων καταδικάσαι τὸ πλῆθος. ἀλλ' οὐ πεισόμεθα τοῦτο, οὐδὲ τῆς ἀληθείας τοὺς πολλοὺς προτιμήσομεν. οὐδὲ γὰρ τῶν τότε συμβεβηκότων ἐλάττω τὰ νῦν, ἀλλὰ καὶ πολλῷ μιαρώτερα, ὅσῳ καὶ γέεννα τούτοις ἠπείληται, καὶ τὰ τῆς κακίας οὐδὲ οὕτως ἐκκόπτεται. τίς γὰρ εἰπέ μοι μωρὸν οὐ καλεῖ τὸν ἀδελφόν; τοῦτο δὲ ὑπεύθυνον ποιεῖ τῷ τῆς γεέννης πυρί. τίς οὐκ εἶδεν ἀκολάστοις ὀφθαλμοῖς εἰς γυναῖκα; καὶ τοῦτο δὲ μοιχεία ἀπηρτισμένη· [e] τὸν δὲ μοιχὸν πάλιν εἰς τὴν αὐτὴν ἀνάγκη ἐμπίπ-

A cula alacriter insilire parati sunt, quique non renuunt in ipsum belluæ guttur manus immittere, quinimo fætorem & pericula subeunt, ut jam devoratas animas ex ipsis dæmonis faucibus extrahant; non modo non laudant, neque approbant, sed etiam expellunt undique & oppugnant?

8. Quid igitur, dicet quispiam, cunctine, qui urbes incolunt periere, an fluctibus jactantur, an oportet urbibus relictis & in deserta conversis, in solitudinem se transferant, & in cacuminibus montium sedes ponant? Et tu hæc jubes & hanc legem statuis? Apage, nam contrarium penitus, ut B prius dicebam, volo, votisque omnibus exopto nos tanta frui pace, & malorum hujusmodi tyrannidem ita destrui, ut non modo iis, qui in urbibus degunt, non sit ad montes confugiendi necessitas; sed ut iis qui solitudines incolunt, quasi quibusdam longo tempore fugitivis, ad suam urbem se recipere opus sit. Sed quid faciam? vereor ne dum illos patriæ restituere studeo, nequissimorum dæmonum manibus tradam, neu dum illos a solitudine & fuga reducere cupio, a philosophia & tranquillitate omni excidere faciam. Quod si multitudinem civium proferens, illâ tu mihi C pudorem & metum incutere putes, ne totum orbem damnari patiar, assumtâ Christi sententiâ, cum illa adversus hanc tuam objectionem stabo. Neque enim tam audax facinus admittes, ut etiam ejus, qui nos judicaturus est, sententiæ obsistas. Quid igitur ille dicit? *Angusta est*, inquit, *janua, & arcta via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inveniunt eam.* Matth. 7. 14. Si vero pauci sunt qui inveniunt, sane longe pauciores, qui ad finem ejus pervenire poterunt. Neque enim omnes qui principium adierunt, ad finem ejus pertingere potuerunt; sed alii ipso statim initio; alii in medio, alii in ipso D fere portu naufragium fecerunt. Rursumque multos ait esse vocatos, paucosque electos. Matth. 20. 16. Cum itaque Christus majorem esse pereuntium partem dicat, in paucis vero salutem præfinitam esse asseveret, quid adversum me pugnas? Idipsum enim facis ac si de Noe ac de diluvio verba facientibus nobis admirareris, si omnes perierint, duo autem tantum tresve homines supplicium effugerint; cum hac ratione nobis os obstruere posse putas, ut non ausuri simus damnare multitudinem. Id sane nobis non persuadebitur, neque multitudinem illam veritati præferemus. Neque enim iis, quæ E tunc contigerunt, minora sunt hodierna; sed multo deteriora, eoque magis, quo gehennæ comminatio intentatur, & ne sic quidem vitia exciduntur. Quis enim, quæso, fatuum non appellat fratrem? Illud autem gehennæ ignis facit obnoxium. Quis non impudicis oculis mulierem respicit? Hoc autem est consummatum adulterium: mœchum vero in camdem gehennam inci-

[a] Duo MSS. μοι, qui postea με ponunt post ταύτῃ.
[b] Savil. οὐδὲ γὰρ ἂν ἐξῇ πρᾶγμα τοσαύτης γέμον ὑπομεῖναι τόλμης. Duo MSS. similiter ὑπομεῖναι τόλμης. Morel. οὐδὲ γὰρ ἀνέξῃ πρᾶγμα τοσαύτης γέμον τόλμης.
[c] Unus Codex τί στενή. Savil. ὅτι στενὴ, Morel. τὸ στενή.

[d] Sic Morel. & unus Codex, Savil. vero & alius, ἀποφαίνεται.
[e] Hæc, τὸν δὲ μοιχὸν.... γέενναν desunt in edit. Morel. Sed in Savil. & in codicibus MSS. habentur, & ab Ambrosio lecta sunt.

dere certum est. Quis non juravit? Hoc autem ex malo prorsus est: at quod ex malo est, supplicio haud dubie obnoxium. Quis non amico invidit umquam? Id vero ethnicis & publicanis pejores facit: eos autem qui illis deteriores sunt, non posse supplicium effugere nemini non notum est. Quis iracundiam omnem ex corde ejecit, & omnium, qui in se deliquerunt, peccata remisit? Eum autem qui non dimiserit, tormentis necessario tradendum esse, nullus eorum, qui Christum audierit, negaturus est. Quis non servivit Mamonæ? Eum vero qui ipsi servierit, Christi servitutem abjecisse certum est, at qui Christi servitutem abjecit, propriam salutem haud dubie abnegavit. Quis non occulte maledixit? Hos autem vetus quoque lex interfici jubet, & jugulari. Sed quæ consolatio in propriis malis? Quod omnes, ceu ex condicto, in nequitiæ barathrum decidant, quod ipsum ejus, qui nunc obtinet, morbi argumentum est maximum; cum scilicet id in malis solatium nobis affert, quod majoris doloris materia esse deberet. Neque enim multitudo in peccando sociorum, nos a criminibus & suppliciis eripit. Quod si quis ex iis, quæ supra diximus, in desperationem incidat, paulisper exspectet, & tunc magis desperabit, cum his multo graviora dixerimus, qualia sunt perjuria: nam si jurare diabolicum est, juramenta conculcare quod nobis afferet supplicium? Si fatuum appellare, gehennam attrahit; sexcentis convitiis dehonestare fratrem, qui sæpe nihil nos læsit, quod non adducet supplicium? Si injuriarum meminisse tantum, punitione dignum est; etiam ulcisci, quantos cruciatus promeretur? Sed nondum de his agendum, hæc enim suo loco reservanda sunt. Ut enim alia omittam, hoc ipsum quod nos ad hæc scribenda impulit, nonne vel solum sufficit ad præsentis morbi pestem indicandam? Si enim propriorum sensu peccatorum non affici, sed sine ullo dolore scelera perpetrare, extremus malitiæ terminus est, ubi tandem novos istos legislatores, recentis hujus absurdissimæque legis auctores statuemus, qui majori cum fiducia virtutis magistros, quam alii malitiæ repellunt, eosque multo acrius oppugnant qui peccata emendare volunt, quam eos, qui ipsi peccaverunt? Imo potius eos, nec illibenter ferunt, nec criminantur; hos autem vix ferre possunt, quodammodo & verbis & operibus clamantes, nequitiæ mordicus inhærendum esse, atque ad virtutem numquam redeundum; ita ut non modo eos, qui ipsi operam dant, verum etiam eos, qui vocem pro illa emittere audent, ulcisci oporteat.

B 10. Sed de his nondum loquamur: interim quid sit voluptas disquiramus, annon plane frigida & vilis sit: atque illam, si placet, primum inspiciamus, quæ jucundior videtur, nempe gulam. Dic, quæso, illius tempus, quotaque diei parte nos illa occupare possit; tanta certe, ut vix perspici possit. Nam simul ac quisque impletus fuerit, voluptatem exstinxit: & ante satietatem, fluento citius transit, in ipsisque faucibus deficit, nec una cum cibis potest ingredi: statim enim atque linguam pertransivit, vim etiam amisit. Taceo reliqua mala, & quanta ex ista voluptate gignatur tempestas. C Non modo enim jucundior qui ab illa abstinet, sed etiam levior, faciliusque recumbet, quam is qui satietate distenditur: *Somnus* enim, inquit, *sanitatis in viscere moderato*. Quid memoremus morbos, nauseas, calamitates inanesque sumtus? Quæ ex his conviviis lites, quæ insidiæ, quæ damna pullulant? Verum suave est cum meretricibus congredi. Ecqua potest esse voluptas in tanta turpitudine? Sed hæc interim indagare omittamus, nec de amatorum pugnis loquamur, nec de rivalium contentionibus vel accusationibus: sed sit aliquis qui cum libertate obscœna illa libidine fruatur, neque rivalem habeat, neque D ab amasia contemnatur, pecunias velut ex fontibus haustas impendat, etiamsi fieri nequeat ut hæc omnia simul conveniant. At ei qui rivalem non habiturus est, omnes facultates exhauriendæ sunt, ut largitate munerum alios omnes superet; rursumque eum qui inopiam devitat, a meretrice spernatur & respuatur oportet. Verum concedamus nihil ejusmodi fore, sed omnia ipsi ex sententia eventura esse, quam in his voluptatem nobis potes ostendere? Non enim in ipso congressus tempore apparet; sed qui coitum explevit, voluptatem exstinxit; qui E autem adhuc in congressu est, non in voluptate egit, sed motu, aculeo & furore & fervore vehementi agitatur. Atqui nostra voluptas non hujusmodi est, absit. Sed animum omni perturbatione vacuum servat, nullamque agitationem inducit; sed puram quamdam servat integramque lætitiam, eamque gloriosam, quæ finem non habeat, longeque potentiorem ac vividio-

Voluptatis brevitas.

Eccli. 31.

a Savil. νεότητα μὲν ἀεὶ, duo MSS. νεότητα ἀεὶ, Morel. νεότητα μὲν ἔχων ἀεί. Mox Morel. τοιαύτῃ τρυφῇ, alii omnes, τοιαύτην τρυφήν. Paulopost duo MSS. μετενόησεν μυριάκις.

b Duo MSS. προτέραν.

c Sic Morel. & quidem recte ut videtur. At reliqui omnes, ὅσαι αἱ ἀπὸ.

d Duo MSS. πάντα ἔτι & sic Savil. in marg.

e Iidem, ἐπ' αὐτῷ. Infra iidem ψυχὴν ἢ φύσει ἡδέα, οὐδὲ

rem, quam vestra sit. Quod enim nostra sit jucundior, quam vestra, liquet: nam vestram metus abjicere potest: si enim Imperator literis mortem comminetur, ab ea voluptate maxima pars hominum absistet; nostram vero etiamsi quis sexcenties mortem inferat, non modo non persuadebit ut ea spernatur, verum irridebitur; adeo nostra violentior simul & dulcior, quam vestra est, nullaque prorsus est inter utramque comparatio. Ne itaque invideas filio, cum a fluxis bonis, quæ ne quidem exsistunt, ad ea quæ sunt & manent se confert; neque lugeas eum, qui beatissimus prædicandus B est; sed is lugendus, qui non talis est, quique in præsenti vita quasi in Euripo circumfertur. Atque ut ad summam veniamus: etsi enim tu Gentilis es, hanc tamen nostram orationem suscipies. Audis sæpe Cocytos, & Pyriphlegethontas fluvios, & Stygis undam, & Tartarum tantum a terra distantem, quantum hæc ipsa distat a cælo, plurimosque suppliciorum modos. Etsi enim hæc ut erant enarrare non potuerunt Græci, utpote propriis moti ratiociniis, necnon traditionibus nostrorum male acceptis; attamen imaginem quamdam judicii acceperunt. Itemque invenies & Poëtas & Philosophos, & Oratores atque omne Scriptorum C genus hac de re philosophantes. Audis autem & Elysium campum, & beatorum Insulas, & prata & myrtos, & auram tenuem, odoremque suavissimum; choros item ibi commorantes, amictos stola candida, choreas agentes, atque hymnos quosdam canentes: ac universim malis & bonis post obitum repositam pro meritis retributionem. Quo putas igitur animi affectu vivere eos qui ejusmodi cogitationes versant, sive bonos, sive malos? Nonne alii quidem, etsi in præsenti vita degant sine mœrore, summaque cum voluptate, quasi quodam conscientiæ flagello, futurorum- D que malorum exspectatione semper stimulantur; boni vero etiamsi malis innumeris vexentur, secundum Pindarum, spem habent, qua recreentur, quæ mala præsentia ipsos nec sentire sinit? Itaque in hoc quoque major hæc voluptas est. Multo enim melius est a temporaneis laboribus incipere, atque in infinitam requiem desinere, quam iis, quæ jucundissima videntur esse, breviter gustatis, in acerbissima & gravissima mala decidere. Cum autem ad hæc in confesso sit, hic etiam vitam illam esse jucundiorem, nonne, ut initio dicebam, miserandi sunt ii, qui de talibus bonis lacrymantur? Sane E luctu dignus non est filius tuus, sed plausu & coronis, qui ad tranquillam vitam tutumque portum se recepit. At exprobrant tibi patres plurimi, quorum filii in præsenti sæculo versantur; & alii cum vident, tuam vicem dolent, irrident alii. Cur tu non eos magis irrides & deploras? Neque enim id attendendum est si nobis illudunt; sed si

A ραν τῆς παρ' ὑμῖν. ὅτι γὰρ ἡδίων αὕτη ἡ ἡδονὴ, τὴν μὲν ὑμετέραν ἱκανὸς ἀποστῆσαι φόβος. κἂν γὰρ βασιλεὺς γράμματα καταπέμψῃ θάνατον ἀπειλοῦντα, ὁ πλέον τῶν ἀνθρώπων ἐκστήσεται ταύτης τῆς ἡδονῆς· [a] ἐκείνης δὲ, κἂν μυρίους θανάτους τις ἐπιφέρῃ, οὐ πείσει καταφρονεῖν, ἀλλὰ γελασθήσεται μᾶλλον, οὕτω τυραννικωτέρα τε αὕτη ἐστὶν ἐκείνης, καὶ ἡδίων, καὶ οὐδ' ἂν σύγκρισιν [b] δέξεται πρὸς ἐκείνην. μὴ δὴ βασκήνῃς τῷ παιδὶ, ἀπὸ τῶν ῥεόντων ἀγαθῶν, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ὄντων, ἐπὶ τὰ ὄντα καὶ μένοντα διαβαίνοντι, μηδὲ θρήνει τὸν μακαρίζεσθαι ἄξιον· ἀλλ' εἴ τις μὴ τοιοῦτος καθάπερ ἐν εὐρίπῳ τῷ B παρόντι βίῳ φερόμενος. καὶ ὃ δὴ κεφάλαιον· εἰ γὰρ καὶ ἄπιστος σὺ καὶ Ἕλλην, ὅμως κἂν τοῦτον παραδέξῃ τὸν λόγον. ἀκούεις Κωκυτοὺς πάντως, καὶ Πυριφλεγέθοντας ποταμοὺς, καὶ Στυγὸς ὕδωρ, καὶ Τάρταρον τοσοῦτον ἀπέχοντα τῆς γῆς, ὅσον αὕτη τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πολλοὺς κολάσεων τρόπους. εἰ γὰρ καὶ μετὰ ἀληθείας, ὡς ἔχει, ταῦτα εἰπεῖν οὐκ ἠδυνήθησαν Ἕλληνες, ἅτε ἀπὸ λογισμῶν κινηθέντες καὶ παρακουσμάτων τῶν παρ' ἡμῖν, ἀλλ' ὅμως εἰκόνα τινὰ κρίσεως ἔλαβον, καὶ ποιητὰς, καὶ φιλοσόφους, καὶ λογοποιοὺς, καὶ πάντας εὑρήσεις ὑπὲρ τούτων φιλοσοφοῦντας τῶν δογμάτων. ἀκούεις δὲ καὶ Ἠλύσιον πεδίον, καὶ μακάρων νήσους, καὶ λειμῶνας, καὶ μυρσίνας, καὶ λεπτὴν C αὔραν, καὶ εὐωδίαν πολλὴν, καὶ χοροὺς ἐκεῖ διατρίβοντας, καὶ λευκὴν περιβεβλημένους στολὴν, χορεύοντάς τε, καὶ ᾄδοντας ὕμνους τινὰς, καὶ ὅλως καὶ πονηροῖς, καὶ ἀγαθοῖς ἀποκειμένην ἀντίδοσιν μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν. πῶς οὖν οἴει [c] μετὰ τοιούτων βιοῦν τῶν λογισμῶν τούς τε ἀγαθοὺς, τούς τε οὐ τοιούτους; οὐχ οἱ μὲν ταῦτα στρέφοντες, κἂν ἀλύπως αὐτοῖς, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἡδονῆς τὰ τοῦ παρόντος προχωρῇ βίου, καθάπερ ὑπό τινος ἐλαύνονται μάστιγος τοῦ συνειδότος καὶ τῆς προσδοκίας τῶν δεξομένων αὐτοὺς δεινῶν; οἱ δὲ ἀγαθοὶ κἂν μυρία πάσχωσι κακὰ, κατὰ Πίνδαρον, ἐλπίδα κουροτρόφον D ἔχουσιν οὐκ ἀφιεῖσαν τῶν παρόντων κακῶν αἴσθησιν λαβεῖν; ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο μείζων ἐκείνη ἡ ἡδονή. πολλῷ γὰρ βέλτιον, ἀπὸ πόνων προσκαίρων ἀρξάμενον, πρὸς ἀνάπαυσιν ἄπειρον τελευτᾶν, ἢ τῶν δοκούντων εἶναι ἡδίστων ἐν βραχεῖ γευσάμενον, ἐπὶ τὰ πικρότερα, καὶ φορτικώτερα λῆξαι κακά. ὅταν δὲ πρὸς τούτῳ καὶ ὡμολογημένον ᾖ, ὅτι καὶ ἐντεῦθεν ἐστὶν ὁ βίος ἡδίων, οὐχὶ τοῦτο ὅπερ ἀρχόμενος ἔφην, ἀνάγκη νῦν ποιεῖν, ἐλεεῖν τοὺς τὰ τοιαῦτα δακρύοντας ἀγαθά; οὐ δὴ θρήνων ἄξιος ὁ παῖς ὁ σὸς, ἀλλὰ κρότων, καὶ στεφάνων, ἐπὶ τὴν ἀκύ- E μαντον ζωὴν, καὶ τὸν εὔδιον λιμένα ἐλθών. ἀλλ' ὀνειδίζουσί σε πατέρες πολλοὶ υἱοὺς ἔχοντες ἐν τῷ παρόντι [d] στρεφομένους βίῳ, καὶ δακρύουσί σε ὅταν ἴδωσιν ἕτεροι, καὶ γελῶσιν ἄλλοι. διατί δὲ μὴ τούτους σὺ μᾶλλον καταγελᾷς, καὶ πενθεῖς; μὴ γὰρ δὴ τοῦτο σκοπῶμεν, εἰ σκώπτουσιν ἡμᾶς, ἀλλ' εἰ καλῶς καὶ

a Iidem, ἐκείνην δέ.
b Morel. δέξεται, alii, δέξαιτο.
c Unus Cod. οἴει ζῆν μετὰ τοιούτων τῶν λογ-, alius, οἴει ζῆν μετὰ τούτων τῶν λ- Locum Pindari nusquam reperio.

d Duo MSS. & Savil. in marg. στρεφομένους βίῳ. Savil. in textu & Morel. στρεφομένους. Ibid. Savil. in marg. καὶ δακτυλοδεικτοῦσί σε ὅταν. Mox unus τούτους σὺ γελᾷς.

δικαίως. κἂν μὲν τοῦτο ᾖ, καὶ μὴ γελώντων ἐκείνων ἡμεῖς δακρύωμεν· ἐὰν δὲ ἀδίκως τοῦτο πράττωσι, κἂν ἅπαντες γελῶσιν, ἡμεῖς μὲν ἑαυτοὺς μακαρίζωμεν, ἐκείνους δὲ θρηνῶμεν, ἅτε πάντων ἀθλιωτέρους ὄντας, καὶ τῶν μαινομένων οὐδὲν διαφέροντας. Τὸ γὰρ γελᾷν τὰ πολλῶν ἐπαίνων ἄξια, καὶ στεφάνων, μαινομένων ἐστὶ, καὶ τῶν τὰ αὐτὰ νοσούντων αὐτοῖς. Εἰπὲ γάρ μοι, εἰ περὶ τὴν τῶν ὀρχουμένων καὶ τὴν τῶν ἡνιόχων μανίαν ἐπτοημένου τοῦ παιδὸς ἐπῄνουν σε, καὶ ἐθαύμαζον ἅπαντες, καὶ μακαριστὸν εἶναι ἔλεγον· οὐχὶ χλεύην εἶναι τὸ πρᾶγμα ἐνόμισας; τί δέ; εἰ γενναῖόν τι, καὶ ἐπαίνων ἄξιον πράττοντος ἐγέλων ἐκεῖνοι, καὶ ὠνείδιζον, οὐχὶ παραπαίειν αὐτοὺς ἂν ἔφης; τοῦτο δὴ ποιῶμεν καὶ νῦν, μὴ τῇ τῶν πολλῶν ὑπονοίᾳ, ἀλλ' ἀκριβεῖ λογισμῶν ἐξετάσει τὴν περὶ τοῦ παιδὸς ἐπιτρέποντες ψῆφον, καὶ ὄψει τοὺς γελῶντας τούτους ἀνδραπόδων μᾶλλον, ἢ ἐλευθέρων ὄντας παίδων πατέρας, ὅταν πρὸς τὸν υἱὸν ἐξετάζωνται ἐκεῖνοι τὸν σόν. Νῦν μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ πάθους σκοτούμενος, οὐδὲ διαβλέψαι πρὸς ταῦτα δυνήσῃ· ὅταν δὲ μικρὸν ἀναπαύσῃ, καὶ ὁ υἱὸς πολλὴν ἐπιδείξηται τὴν ἀρετὴν, οὐκέτι σοι λόγων δεήσει, ἀλλὰ ταῦτα σὺ πρὸς ἑτέρους ἐρεῖς καὶ πλείονα τούτων. Καὶ οὐχ ἁπλῶς σοι [a] ταῦτα μαντεύομαι, ἀλλ' ἀπὸ τῆς πείρας αὐτῆς. Καὶ γὰρ ἐμοὶ γέγονεν ἑταῖρος, πατέρα ἄπιστον ἔχων πλουτοῦντα, καὶ εὐδόκιμον, καὶ πάντοθεν λαμπρόν· καὶ τοῦτον ὁ πατὴρ τὸ μὲν πρῶτον καὶ ἄρχοντας ἐκίνησε, καὶ δεσμὰ ἠπείλησε, καὶ πάντων αὐτὸν ἀποδύσας, ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας εἴασε γῆς, καὶ τῆς ἀναγκαίας δεόμενον τροφῆς, ὡς ταύτῃ πείσων πρὸς τὴν βιωτικωτέραν ζωὴν ἐπανελθεῖν. Ἐπεὶ δὲ εἶδε πρὸς οὐδὲν τούτων ἐνδόντα, ἡττηθεὶς παλινῳδίαν ᾖσε, καὶ νῦν τιμᾷ τὸν υἱὸν, καὶ αἰδεῖται μᾶλλον πατρός· καὶ πολλοὺς ἔχων ἑτέρους παῖδας εὐδοκιμοῦντας, οὐδὲ δούλους ἐκείνους τούτου φησὶν εἶναι ἐπιτηδείους· καὶ αὐτὸς δὲ πολλῷ λαμπρότερός ἐστι διὰ τὸν υἱόν. Ταῦτα καὶ ἐπὶ τοῦ παιδὸς ὀψόμεθα τοῦ σοῦ, καὶ ὅτι οὐ ψεύδομαι, διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν εἴσῃ καλῶς. Διὸ σιγήσομαι λοιπὸν, τοσοῦτόν σου δεηθεὶς, ἐνιαυτὸν ἀνάμεινον μόνον, ἢ καὶ ἐλάττονα χρόνον· οὐδὲ γὰρ δεῖται πολλῶν ἡμερῶν ἡ παρ' ἡμῖν ἀρετὴ, ἅτε δὴ θείᾳ βλαστάνουσα χάριτι, καὶ ὄψει πάντα τὰ εἰρημένα ἐπὶ τῶν πραγμάτων αὐτῶν δεικνύμενα. Καὶ οὐ μόνον ἐπαινέσεις τὰ γεγενημένα, ἀλλὰ κἂν μικρὸν διαναστῆναι θελήσῃς, ταχέως καὶ πρὸς τὸν αὐτὸν ἥξεις ζῆλον ἐκείνῳ, διδάσκαλον ἔχων τῆς ἀρετῆς τὸν υἱόν.

a ταῦτα προφητεύω, ἀλλ', sic duo Mss.

A jure ac merito: & si ita res se habeat, etiamsi illi non rideant, nos lugeamus; sin vero injuria id faciant, etiamsi omnes rideant, nos tamen beatos censeamus, illos vero lugeamus, utpote qui omnium infelicissimi sint, & nihilo insanis meliores. Insanorum quippe est, & ejusmodi morbo laborantium, illa ridere, quæ plurimis laudibus & coronis digna sunt. Dic enim, quæso, si de filio tuo saltatorum & aurigarum insaniam admirante, te omnes laudarent, ac beatum prædicarent, nonne id derisionis loco haberes? Quid igitur? Si te strenuum facinus laudeque dignum edente illi riderent, tibique B exprobrarent, nonne amentes illos esse diceres? Atqui hoc nunc faciamus, non multitudinis opinioni, sed diligenti rerum examini calculum de filio tuo ferendum permittamus: & videbis irrisores illos mancipiorum potius quam liberorum parentes esse, si eorum nati filio tuo comparentur. Nunc porro mœrore obtenebratus ne respicere quidem ista poteris, cum autem animum sedaveris, filiusque tuus magnam virtutem exhibuerit, non ultra tibi aliorum sermone opus erit, sed tu hæc & his plura aliis dices. Et hæc ego non tibi temere vaticinor, sed quæ loquor expertus sum. C Amicus enim mihi fuit, qui patrem habebat infidelem, divitem, spectatum, & undequaque clarum. Is primum concitavit principes, minatus est vincula, ipsumque omnibus exutum in aliena terra reliquit, necessariis etiam alimentis egentem, hoc modo putans se illum ad sæculi vitam reducturum. Postquam autem illum in nullo sibi cedere vidit, victus tandem palinodiam cecinit, ac nunc in honore filium habet, eumque magis quam si pater suus esset, veneratur: cumque alios habeat filios, spectatos viros, eos ne dignos quidem qui servi hujus sint arbitratur: ipse quoque propter filium longe clarior est. Hæc in tuo quoque D filio videbimus. Quod vero non mentiar, ex rebus ipsis videbis. Quare finem loquendi faciam, id tantum rogans, ut anno uno exspectes, aut minus etiam. Nostra quippe virtus non multis opus habet diebus, utpote quæ divinâ gratiâ pullulet: videbisque ea omnia quæ dicta sunt, rebus ipsis impleta. Neque modo ea quæ facta sunt laudabis; verum si te tantillum excitare volueris, cito ipsius æmulus eris, magistrum habens in virtute filium.

Historia cujusdam solitarii cujus pater Gentilis erat.

[b] ΠΡΟΣ ΠΙΣΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ, [b]

Λόγος τρίτος.

ΦΕΡΕ δὴ λοιπὸν καὶ τὸν πιστὸν πατέρα διδάξωμεν, ὅτι τοῖς ἐνάγουσιν αὐτοῦ τὸν υἱὸν πρὸς τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν πολεμεῖν οὐ χρή. Καί τοι γε κινδυνεύει λοιπὸν καὶ τοῦτο ἡμῖν ἐκ περιουσίας ὁ λόγος γίνεσθαι, καὶ τοὐναντίον ἐκβαίνειν, ὅπερ ἔμπροσθεν ἔλεγον. Τότε μὲν γὰρ

E AD PATREM FIDELEM

LIBER TERTIUS.

1. AGe, jam fidelem quoque patrem doceamus, quod non debeat eos oppugnare, qui filium suum ad Dei placita sequenda hortantur. Quamquam periculum est, ne sermo iste superfluus sit, neve contrarium accidat, ut superius dicebam. Tunc

b Titulus sic habet in duobus Mss. & sic legit Interpres. In Editis vero λόγος τρίτος deest. Initio item λοιπὸν desideratur in duobus Mss. Infra καὶ ante τοῦτο deest in uno Cod. & paulo post uterque ἐκβαίνει habet.

enim dixi hujus certaminis legem me non cogere cum Gentili manus conserere, sed cum jusserit Paulus eos tantum qui intus sunt judicare, a pugna cum iis, qui foris sunt, nos liberos sinit. Nunc autem, ut videtur, ne has quidem dimicationes inire tenemur. Nam si prius de his Christiano verba facere turpe videbatur esse, multo magis nunc. Quomodo enim non erubescet fidelis, si de iis admoneri opus habeat, super quibus ne infidelis quidem nobis contradicere possit? Quid igitur? Ideone tacebimus, nihilque loquemur? Minime vero. Si quis enim sponsor accederet, nobisque perspicuum faceret fore post hac neminem qui rem hujusmodi ausurus sit; nos quoque quiescere opus esset, & iis qui præterierunt, ut laterent concedere. Quando autem nullum habemus super hac re fidejussorem idoneum, necessaria prorsus videtur verborum admonitio. Si enim ea aliquos invenerit hoc morbo laborantes, operabitur quod suum est; sin nemo in ægritudinem incidat, actum est ut cupimus. Siquidem medicis postquam medicamenta paraverint, optandum est ne iis ægroti opus habeant: nosque similiter optamus neminem ex fratribus nostris hac egere adhortatione. Si vero egere contingat, quod absit, secunda navigatio, ut proverbio dicitur, non illis deerit. Fingatur ergo fidelis talis, qualis infidelis, ipsique per cuncta similis, excepta religione: similiter lugeat, provolvatur omnium pedibus, canos ostendat, senectutem, solitudinem, omnia ejusmodi proferat, & quantum vult iracundiæ judicibus moveat. Imo potius adversus hunc non jam coram hominibus nobis lis est: audivit enim ea quæ viri apud nos divino Spiritu repleti de horrendo terribilique tribunali, ad quod post obitum sistemur, philosophati sunt. Ante omnia vero commemorandus ille dies est, nec non ignis fluminis instar decurrens, flamma numquam exstinguenda, radii solis sublati, luna occultata, stellæ decidentes, cæli convoluti, virtutes commotæ, concussa undique & æstuans terra, terribilis & alternus tubarum clangor, Angeli per orbem universum discurrentes, millia millium adstantium, myriades ministrantes, exercitus cum ipso judice adventantes, signum in conspectu ejus fulgens, appositus thronus, aperti libri, inaccessa gloria, terribilis & horrenda judicantis vox, qui alios quidem mittit in ignem paratum diabolo & angelis ejus; virgines autem, post ingentes virginitatis labores, clausis foribus arcet; qui ex ministris suis alios jubet zizania colligare, & in fornacem immittere; alios compedes quibusdam inducere, & manibus post terga vinctis eosdem abjicere in tenebras exteriores, atque horrendo dentium stridori tra-

A ἔφην, ὅτι με τοῦ ἀγῶνος τούτου ὁ νόμος οὐκ ἀναγκάζει πρὸς τὸν Ἕλληνα ἀποδύσασθαι, ἀλλὰ τοὺς ἔσω κρίνειν μόνον κελεύσας ὁ ἀπόστολος Παῦλος, τῆς πρὸς τοὺς ἔξωθεν μάχης ἀφῆκεν ἐλευθέρους ἡμᾶς. νυνὶ δὲ, ὡς ἔοικεν, οὐδὲ τούτων [a] ἐσμὲν ὑπεύθυνοι τῶν παλαισμάτων. εἰ γὰρ καὶ πρὸ τούτου πρὸς τὸν Χριστιανὸν ὑπὲρ τούτων διαλέγεσθαι αἰσχρὸν εἶναι ἐδόκει, πολλῷ μᾶλλον νῦν. πῶς γὰρ οὐ καταδύσεται ὁ πιστὸς ὑπὲρ τούτων δεόμενος παραινέσεως, ὑπὲρ ὧν οὐδὲν ἂν ἡμῖν ἀντειπεῖν ὁ ἄπιστος ἔχοι; τί οὖν; σιγήσομεν διὰ τοῦτο, καὶ οὐδὲν ἐροῦμεν; οὐδαμῶς. εἰ γὰρ ἦν τις ὁ τὸ μέλλον ἐγγυησόμενος, καὶ καταστήσων δῆλον ἡμῖν, ὡς οὐδεὶς ἔσται λοιπὸν ὁ τὰ τοιαῦτα [b] τολμήσων,
B καὶ ἡμᾶς ἔδει τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ τοῖς παρελθοῦσι χαρίσασθαι τὸ λαθεῖν· ἐπεὶ δὲ οὐδένα τούτων ἀξιόπιστον ἔχομεν ἐγγυητὴν, ἀναγκαία λοιπὸν ἡ τῶν λόγων παραίνεσις. ἂν μὲν γὰρ εὕρῃ τοὺς ταύτην νοσοῦντας τὴν νόσον, ἐργάσεται τὸ αὐτῆς· ἂν δὲ μηδεὶς τῇ ἀρρωστίᾳ περιπέσῃ, ὅπερ εὐχόμεθα γέγονε. καὶ γὰρ τοῖς ἰατροῖς μετὰ τὸ [c] παρασκευάσαι τοῖς ἀρρωστοῦσι τὰ φάρμακα, εὐχῆς ἔργον ἐστὶ μηδὲ εἰς χρείαν αὐτῶν καταστῆναι τὸν κάμνοντα· καὶ ἡμεῖς τοίνυν εὐχόμεθα μὲν μηδενὶ τῶν ἀδελφῶν τῶν ἡμετέρων χρείαν ταύτης γενέσθαι τῆς παραινέσεως· εἰ δὲ ἄρα γένοιτο, ὃ μὴ
C γένοιτο, ὁ δεύτερος κατὰ τὴν παροιμίαν αὐτοὺς οὐ διαφεύξεται πλοῦς. διαπλαττέσθω τοίνυν καὶ ὁ πιστὸς ἡμῖν ἤδη τοιοῦτος, οἷος ὁ ἄπιστος, καὶ πάντα ἐκείνῳ προσεοικέτω, πλὴν τῆς περὶ τὸ θεῖον δόξης, καὶ θρηνείτω ὁμοίως, καὶ προκυλινδείσθω τῶν ποδῶν τῶν ἁπάντων, καὶ τὴν πολιὰν προβαλλέσθω, καὶ τὸ γῆρας, καὶ τὴν ἐρημίαν, καὶ πάντα ἐκεῖνα λεγέτω, καὶ κινείτω πρὸς ὅσον βούλεται ὀργῆς τοὺς δικάζοντας· μᾶλλον δὲ καὶ πρὸς τοῦτον οὐκέτι ἡμῖν ἐπ' ἀνθρώπων ἐστὶν ἡ δίκη. [d] ἤκουσε γὰρ ὅσα ἐφιλοσόφησαν πρὸ ἡμῶν οἱ τοῦ θείου πληρωθέντες πνεύματος ἄνθρωποι περὶ τοῦ φρικτοῦ, καὶ φοβεροῦ δικαστηρίου, τοῦ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν. καὶ δεῖ πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐκείνης αὐ-
D τὸν ἀναμνῆσαι τῆς ἡμέρας, καὶ τοῦ ποταμηδὸν ῥέοντος πυρὸς, τῆς οὐδέποτε σβεννυμένης φλογὸς, τῆς ἀφανιζομένης ἀκτῖνος, τῆς κρυπτομένης σελήνης, τῶν πιπτόντων ἄστρων, τῶν ἑλισσομένων οὐρανῶν, τῶν κλονουμένων δυνάμεων, τῆς τινασσομένης πανταχόθεν καὶ ἀναβρασσομένης γῆς, τῆς φοβερᾶς καὶ ἐπαλλήλου τῶν σαλπίγγων ἠχῆς, τῶν διατρεχόντων τὴν οἰκουμένην ἀγγέλων, τῶν παρεστηκυιῶν χιλιάδων, τῶν λειτουργουσῶν μυριάδων, τῶν μετ' αὐτοῦ τοῦ κριτοῦ [e] παραγινομένων τῶν στρατοπέδων, τοῦ ἔμπροσθεν λάμ-
E ποντος σημείου, τοῦ τιθεμένου θρόνου, τῶν ἀνοιγομένων βίβλων, τῆς ἀπροσίτου δόξης, τῆς φοβερᾶς καὶ φρικτῆς τοῦ δικάζοντος φωνῆς, τοὺς μὲν εἰς τὸ πῦρ πέμποντος τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, τὰς δὲ τῶν θυρῶν ἀποκλείοντος, μετὰ τὸν πολὺν τῆς παρθενίας πόνον, καὶ τῶν διακόνων αὐτοῦ τοῖς μὲν ἐπιτάττοντος τὰ ζιζάνια δῆσαι, καὶ εἰς τὴν κάμινον ἐμβαλεῖν, τοῖς δὲ, ἄλλους τινὰς συμποδίσαι, καὶ τὼ χεῖρε στρεβλῶσαι, καὶ ἀπαγαγεῖν εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, καὶ τῷ [f] ἀνηκέστῳ παραδοῦναι τῷ ὀδόν-

a Savil. in textu & duo Mss. ἐσμὲν ὑπεύθυνοι, Savil. in marg. & Morel. ἐσμὲν ἐλεύθεροι.
b Savil. & Morel. τολμήσας, duo Mss. τολμήσων.
c Iidem Mss. παρασκευάσαι, Sav. & Mor. παρασκευάσασθαι.
d Savil. & Morel. ἤκουσε, & sic legit Interpres. Duo Mss. ἤκουσαν. Mox unus Cod. περὶ τὰ τοῦ φρικτοῦ.
e Duo Mss. & Savil. in marg. παραγινομέναι δυνάμεις τῶν στρατο-
f Duo Mss. ἀνηκεστάτῳ.

τῶν βρυγμῶν, καὶ τὸν μὲν ὑπὲρ ἀκολάστων ὀφθαλμῶν μόνον, τὸν δὲ ὑπὲρ ἀκαίρου γέλωτος, τὸν δέ, ὅτι τὸν πλησίον κατεδίκαζεν ἀνεξετάστως· τὸν δέ, ὅτι μόνον [a] ἐκακηγόρησε, σφοδροτάτῃ καὶ χαλεπωτάτῃ μετιόντος κολάσει, ὅτι γὰρ καὶ τούτων κεῖται τιμωρία, αὐτοῦ τοῦ μέλλοντος ἐπάγειν τὰ βασανιστήριά ἐστιν ἀκοῦσαι λέγοντος, καὶ ἀπειλοῦντος. πρὸς τοῦτον πάντας ἡμᾶς ἐντεῦθεν ἀπελθεῖν ἀνάγκη τὸν δικαστήν, καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἰδεῖν, καθ' ἣν γυμνά, καὶ τετραχηλισμένα πάντα, οὐ τὰ πράγματα λέγω, οὐδὲ τὰ ῥήματα μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ νοήματα.

Καὶ γὰρ τῶν δοκούντων εἶναι μικρῶν νῦν, τότε φοβερὰς ὑφέξομεν τὰς εὐθύνας. οὕτως ὁ κριτὴς μετὰ τῆς αὐτῆς ἀκριβείας, τήν τε ἡμετέραν, [b] καὶ τὴν τῶν πλησίον ὑμῶν ἀπαιτεῖ σωτηρίαν. διὰ τοῦτο ὁ Παῦλος πανταχοῦ παραινεῖ, μὴ τὸ ἑαυτοῦ ζητεῖν, ἀλλὰ τὸ τοῦ πλησίον ἕκαστον. διὰ τοῦτο καὶ Κορινθίοις σφόδρα ἐπιτιμᾷ, ὅτι μὴ προενόησαν, μηδὲ ἐπεμελήσαντο τοῦ πεπορνευκότος, ἀλλ' ὑπερεῖδον αὐτοῦ τὸ τραῦμα ἐπιτεινόμενον. καὶ Γαλάταις δὲ ἐπιστέλλων, ἔλεγεν· ἀδελφοί, ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον. καὶ Θεσσαλονικεῦσι δὲ περὶ τούτων τὰ αὐτὰ ταῦτα παραινεῖ λέγων, ὥστε παρακαλεῖτε εἷς τὸν ἕνα, καθὼς καὶ ποιεῖτε. καὶ πάλιν· νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους, παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους, ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν. ἵνα γὰρ μή τις λέγῃ· τί μοι μέλει τῆς τῶν ἄλλων προνοίας; ὁ ἀπολλύμενος ἀπολλύσθω, καὶ ὁ σωζόμενος σωζέσθω· οὐδὲν τούτων πρὸς ἐμέ, τὰ ἐμαυτοῦ σκοπεῖν ἐπιτέταγμαι. ἵνα μή τις ταῦτα λέγῃ, τὴν θηριώδη ταύτην καὶ ἀπάνθρωπον ἔννοιαν ἀναιρῶν, ἐπετείχισεν αὐτῇ τούτους τοὺς νόμους, πολλὰ τῶν οἰκείων κελεύων παρορᾶν, ὥστε τὰ τῶν πλησίον ἱστᾶν, καὶ βίου ταύτην ἀκρίβειαν πανταχοῦ εἶναι διορίζεται. καὶ Ῥωμαίοις δὲ γράφων, πολλὴν τοῦ μέρους τούτου κελεύει ποιεῖσθαι πρόνοιαν, τοὺς ἰσχυροὺς τοῖς ἀσθενέσιν ὥσπερ πατέρας ἐφιστάς, καὶ μεριμνᾶν ἀναπείθων τῆς σωτηρίας αὐτῶν. ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν ἐν παραινέσεως τάξει, καὶ συμβουλῆς ταῦτά φησιν· ἑτέρωθι δὲ καὶ μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος τὰς τῶν ἀκουόντων κατασείει ψυχάς. τοὺς γὰρ ἀμελοῦντας τῆς τῶν ἀδελφῶν σωτηρίας, εἰς αὐτὸν ἁμαρτάνειν φησὶ τὸν Χριστόν, καὶ τοῦ Θεοῦ κατασκάπτειν τὴν οἰκοδομήν. καὶ ταῦτα οὐ παρ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ παρὰ τοῦ διδασκάλου μαθὼν ἔλεγε. καὶ γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς διδάξαι βουλόμενος, ὡς ἀναγκαῖον τοῦτό ἐστι τὸ ὄφλημα, καὶ τοὺς μὴ βουλομένους αὐτὸ καταβαλεῖν μεγάλα ἐκδέξεται κακά, ἔλεγεν· ὃς ἐὰν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων, συμφέρει αὐτῷ, ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης. καὶ ὁ τὸ τάλαντον δὲ προσενεγκών, οὐχ ὅτι τῶν οἰκείων τι παρεῖδεν, ἀλλ' ὅτι τῆς τῶν πλησίον σωτηρίας ἠμέλησεν, ἐκείνῃ τῇ τιμωρίᾳ κολάζεται. ὥστε κἂν ἅπαντα ἡμῖν καλῶς ᾖ διηκριβωμένα τὰ κατὰ τὸν ἡμέτερον βίον, οὐδὲν ὄφελος ἡμῖν, ταύτης τῆς ἁμαρτίας ἱκανῆς οὔσης ἡμᾶς εἰς τὸ τῆς γεέννης καταποντίσαι πέλαγος. εἰ γὰρ τοὺς ἐν τοῖς σωματικοῖς μὴ βουληθέντας βοηθεῖν τῷ πλησίον, οὐδεὶς ἐξαιρήσεται λόγος,

A dere; illum quidem ob impudicos aspectus tantum, illum vero ob risum intempestivum; alium, quod proximum sine examine damnaverit; alium, quod maledixerit dumtaxat, vehementissimo gravissimoque supplicio plectet: nam quod istos quoque pœna maneat, eum ipsum qui hæc supplicia illaturus est dicentem & comminantem audire licet. Ad hunc nobis omnibus judicem hinc eundum est, diesque illa videnda nobis, in qua omnia nuda & patefacta erunt, non opera & verba modo, sed ipsæ quoque cogitationes.

Proximi saluti advigilandum.

2. Nam eorum etiam, quæ nunc levia B videntur, tunc terribiles luemus pœnas; adeo judex ille pari accuratione & nostram & proximorum salutem requirit a nobis. Ideo Paulus ubique hortatur singulos, non quæ sua sunt quærere, sed quæ proximi: quapropter in Corinthios vehementer invehitur, quia nullam providentiam & curam habuerant ejus, qui in fornicationem inciderat, sed ejus vulnus tumens despexerant. Galatis quoque scribens dicebat: *Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, hujusmodi instruite.* Thessalonicensibus item antea eadem monita dederat, dicens: *Itaque exhortamini invicem sicut & facitis.* C Itemque, *corripite inquietos, consolamini pusillanimes, sustinete infirmos.* Ne quis enim diceret, quid mea interest etiam aliorum curare salutem? Qui perit, pereat; & qui servatur, servetur; id nihil ad me pertinet, rebus meis prospicere jubeor. Ne quis, inquam, hæc diceret, feralem illam & inhumanam cogitationem auferens, legibus istis illam sepivit, plurima jubens commoda negligere, ut proximis nostris consulamus, atque hanc vitæ diligentiam ubique habendam esse definit. Romanis quoque scribens, ingentem illis curam D ejusmodi officii imposuit, fortes imbecillis patrum loco esse jubens, utque eorum salus curæ illis sit admonens. Sed hic quidem adhortationis & consilii formam servat; alio autem in loco summa cum vehementia auditorum animos percellit: eos enim, qui fratrum salutem negligunt, in ipsum Christum peccare dicit, deique ædificium diruere: idque non a seipso, sed a magistro edoctus loquitur. Namque unigenitus Dei filius, ut doceret hoc officium esse necessarium, atque eos, qui illud reddere negligunt, summis malis excipiendos esse, dicebat: *Quicumque scandalizaverit unum ex* E *pusillis istis, expedit ei ut suspendatur mola asinaria circa collum ejus, & demergatur in profundum maris.* Atque is, qui talentum obtulerat, non quod aliquid ex suis contemsisset, sed quod proximorum salutem neglexisset, illo supplicio afficitur. Itaque etsi vitam nostram recte instituamus, nihil id prodest nobis, cum peccatum illud possit nos in gehennæ profundum immergere. Si enim nulla ratio possit eos, qui proximis corpoream opem ferre noluerint, liberare;

1. Cor. 10. 24.

Galat. 6. 1.

1. Thess. 5. 11. & 14.

Rom. 15. 1.

1. Cor. 8. 12.

Matth. 18. 6.

a Unus Cod. ἐκακηγόρησε, Morel. κακηγόρησε, Savil. κατηγόρησε. Infra post κολάσει hæc verba, ὅτι γὰρ καὶ τούτων κεῖται τιμωρία, in solo Morel. absunt: sed genuina sunt. Infra unus Cod. & Savil. in marg. πάντας ἡμᾶς ἐντ-

b Morel. & Savil. in marg. πλησίον ὑμῶν. Savil. autem in textu & duo MSS. πλησίον ἡμᾶς, quam sequitur lectionem Interpres.

verum etsi virginitatem servaverint, tamen extra sponsi thalamum abjiciendi sint, is qui quod multo majus est omiserit; multo quippe major est animarum cura, cur non mala omnia merito patiatur? Hominem enim non ut sibi tantum prodesset creavit Deus, sed ut aliis etiam multis. Idcirco Paulus fideles, luminaria appellat, hinc ostendens eos cæteris etiam usui esse oportere: luminare quippe, quamdiu seipsum tantum illuminat, luminare profecto non est. Propterea Gentilibus quoque ipsis deteriores esse ait, qui proximorum salutem negligerent, his verbis: *Si quis autem suorum, & maxime domesticorum providentiam non gerit, fidem negavit, & est infideli deterior.* Quid enim hoc loco providentiæ nomine vis intelligi? An fortasse necessariorum largitionem? Equidem puto ipsum curam animæ significare. Sin vero tu contradicas, sic quoque mea sententia firmior manebit. Nam si de corpore hæc dicit, cumque qui quotidianum hunc cibum non præbet, tanto supplicio addixit, gentilibusque deteriorem esse ait, quo tandem in loco statuetur is, qui quod majus magisque necessarium est, contemnit?

Philip. 2. 15.

1. Tim. 5. 8.

Quantum sit malum liberorum neglectus.

3. Age itaque, ratiocinemur de peccati nostri magnitudine, ac paulatim ascendentes ostendamus, maximum omnium peccatum esse liberorum neglectum, & ad ipsum malitiæ apicem pertingere. Est igitur primus malitiæ, iniquitatis & crudelitatis gradus, amicos aspernari: quin ut ad inferiora sermonem reducamus; id enim nescio quomodo me pene fugerat; prior illa lex Judæis data, ne jumenta quidem inimicorum negligere permittit, sive deciderint, sive erraverint; sed hæc quidem reducere, illa vero erigere jubet. Est itaque primus, ab infimis ascendendo, malitiæ & crudelitatis gradus, inimicorum jumenta & pecora malum perpessa negligere: secundus illo superior, inimicos ipsos negligentius curare: quanto enim homo brutis præstat, tanto peccatum hoc majus illo. Tertius est, fratres aspernari, licet ignoti fuerint: quartus, familiares quoque despicere: quintus, cum non solum corpore, sed etiam anima eorum pereunte, contemnimus. Sextus, cum non solum familiaribus, verum ipsis quoque liberis pereuntibus, negligimus. Septimus, cum nec alios, qui illorum curam habere possint, quærimus. Octavus, cum & eos, qui id a seipsis facere instituunt, arcemus, atque prohibemus. Nonus, cum non tantum illos prohibemus, sed oppugnamus quoque. Itaque si primum, secundum & tertium malitiæ hujus gradum, tanta sequitur pœna; ei qui illos omnes superat, in quo vos estis, nempe nono, quantus ignis destinatus est? Quinimo, non tantum nonum, nec decimum, sed etiam undecimum jure ac merito eum appellaveris. Cur hoc?

A ἀλλὰ κἂν παρθενίαν ἠσκηκότες ὦσιν, ἔξω που ῥιφήσονται τοῦ νυμφῶνος, [a] ὁ δὲ πολλῷ μεῖζον ἐκλελοιπώς· πολλῷ γὰρ μεῖζον ἡ τῆς ψυχῆς προστασία· πῶς οὐκ εἰκότως ἅπαντα πείσεται τὰ δεινά; τὸν γὰρ ἄνθρωπον οὐχ ἑαυτῷ μόνον αὐταρκεῖν κατεσκεύασεν ὁ θεὸς, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις πολλοῖς. διὰ τοῦτο καὶ φωστῆρας ὁ Παῦλος καλεῖ τοὺς πιστοὺς, ἐνδεικνύμενος, ὅτι καὶ ἑτέροις χρησίμους [b] εἶναι δεῖ αὐτούς. ὁ γὰρ φωστὴρ, ἕως ἂν ἑαυτὸν φωτίζῃ μόνον, οὐκ ἂν εἴη φωστήρ. διὰ τοῦτο, καὶ Ἑλλήνων εἶναι χείρους φησὶ, τοὺς τῶν πλησίον ἀμελοῦντας οὑτωσὶ λέγων· εἰ δέ τις τῶν ἰδίων, καὶ μάλιστα τῶν
B οἰκείων οὐ προνοεῖ, τὴν πίστιν ἤρνηται, καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων. τί γὰρ βούλει τὴν πρόνοιαν ἐνταῦθα δηλοῦσθαι; ἆρα τὴν τῶν ἀναγκαίων χορηγίαν; ἐγὼ μὲν γὰρ αὐτὸν οἶμαι τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν λέγειν. εἰ δὲ φιλονεικοίης, καὶ οὕτω τὸ ἐμὸν στήσεται μᾶλλον. εἰ γὰρ περὶ σώματος ταῦτά φησι, καὶ τὸν μὴ παρέχοντα τὴν ἐφήμερον ταύτην τροφὴν, τοσαύτῃ κολάσει παρέδωκε, καὶ τῶν Ἑλλήνων ἔφησεν εἶναι χείρω, ποῦ κείσεται ὁ τὸ μεῖζον καὶ ἀναγκαιότερον παρορῶν;

Φέρε οὖν συλλογισώμεθα λοιπὸν τῆς ἁμαρτίας ἡμῶν τὸ
C μέγεθος, καὶ κατὰ μικρὸν ἀναβαίνοντες, δείξωμεν, ὅτι πάντων ἐπέκεινα τῶν ἁμαρτημάτων ἐστὶν ἡ περὶ τοὺς παῖδας ὀλιγωρία, καὶ πρὸς αὐτὴν ἥκει τῆς πονηρίας τὴν κορυφήν. ἔστι τοίνυν πρῶτος κακίας καὶ πονηρίας βαθμὸς καὶ ὠμότητος, τὸ τοὺς φίλους περιορᾶν· μᾶλλον δὲ κατωτέρω τὸν λόγον ἀγάγωμεν· τοῦτο γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως μικροῦ δεῖν με παρέλαθεν, ὅτι ὁ πρότερος νόμος, ὁ τοῖς Ἰουδαίοις δοθεὶς, οὐδὲ τὰ ὑποζύγια τῶν ἐχθρῶν ἀφίησι παρορᾶν, οὔτε πεπτωκότα, οὔτε πλανώμενα. ἀλλὰ τὰ μὲν ὁδηγῆσαι, τὰ δὲ συνδιαναστῆσαι κελεύει· ἔστιν οὖν πρῶτος μὲν κάτωθεν ἀναβαίνων κακίας καὶ ὠμότητος βαθμὸς, τὸ, τὰ τῶν ἐχθρῶν κτήνη καὶ θρέμματα κακῶς πάσχον-
D τα περιορᾶν. δεύτερος δὲ μετ' ἐκεῖνον ἀνώτερος, τὸ τῶν ἐχθρῶν ἀμελεῖν. ὅσῳ γὰρ ἄνθρωπος ἀλόγου τιμιώτερος, τοσούτῳ μείζων ἐκείνης αὕτη ἡ ἁμαρτία. τρίτος δὲ μετὰ τοῦτον, τὸ τῶν ἀδελφῶν καταφρονεῖν, κἂν ἀγνῶτες ὄντες τυγχάνωσι. τέταρτος, τὸ τοὺς οἰκείους περιορᾶν. πέμπτος, ὅταν μὴ σώματος αὐτοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ψυχῆς ἀπολλυμένης καταφρονῶμεν. ἕκτος, ὅταν μὴ τῶν οἰκείων, ἀλλὰ καὶ τῶν παίδων ἡμῶν διαφθειρομένων ὀλιγωρῶμεν. ἕβδομος, ὅταν μηδὲ ἑτέρους τοὺς [c] ἐπιμελουμένους ζητῶμεν. ὄγδοος, ὅταν καὶ ἀφ' ἑαυτῶν τοῦτο βουλομένους ποιεῖν κωλύωμεν, καὶ ἀπείργωμεν. ἔννατος, ὅταν μὴ κω-
E λύωμεν μόνον, ἀλλὰ καὶ πολεμῶμεν. ὥστε εἰ τῷ πρώτῳ, καὶ τῷ δευτέρῳ, καὶ τρίτῳ τῆς κακίας ταύτης βαθμῷ τοσαύτη κόλασις ἔπεται, τῷ πάντας ἀναβεβηκότι τούτους, τούτῳ δὴ τῷ ὑμετέρῳ, πόσον ἕψεται πῦρ [d] ἐννάτῳ μετ' ἐκεῖνον τυγχάνοντι; μᾶλλον δὲ οὐκ ἔννατον μόνον, οὐδὲ δέκατον, ἀλλὰ καὶ ἑνδέκατον οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι τοῦτον προσειπών. τί δή ποτε;

a Duo MSS. ὁ τὸ πολλῷ μείζων ἡ τῆς ψυχῆς προστασία, lapsu graphico omissis interpositis δι' ὁμοιοτέλευτον.
b Iidem εἶναι δεῖ τοὺς πιστοὺς, minus recte.
c Savil. in textu ἐπιμελουμένους ζητῶμεν, in marg. σκοπῶμεν. Morel. ἐπιμελουμένους ζητῶμεν. Unus Cod. ἐπιμελουμένους σκοπῶμεν. Alius ἐπιμελουμένους σκοπῶμεν.
d Duo MSS. ἔνατον.

ὅτι οὐ τῇ φύσει πολλῷ μεῖζον τὸ ἁμάρτημα τῶν προειρημένων ἐστὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ [a] χρόνου χαλεπώτερον. τί δὲ τοῦτό ἐστι τὸ ἀπὸ τοῦ χρόνου; ὅτι τὰ αὐτὰ ἁμαρτάνουσιν ἡμῖν νῦν τοῖς ἐν τῷ νόμῳ οὐ τὰ αὐτὰ κείσεται βασανιστήρια, ἀλλὰ πολλῷ χαλεπώτερα, ὅσῳ καὶ μείζονος ἀπηλαύσαμεν δωρεᾶς, καὶ τελειοτέρας διδασκαλίας μετέσχομεν, καὶ πλείονι τετιμήμεθα τιμῇ. ὅταν οὖν καὶ τῇ φύσει, καὶ τῷ χρόνῳ σφοδρὸν οὕτω τὸ ἁμάρτημα γίνηται τοῦτο, ἐννόησον, ὅσην οἴσει τὴν φλόγα ἐπὶ τὴν τῶν τολμώντων αὐτὸ κεφαλήν. [b] καὶ ὅτι οὐχ ἁπλῶς ταῦτα συλλογίζομαι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἐπιδείξω τοῦτο συμβάν· ἵν' εἰδῆτε, ὅτι κἂν τὰ ἡμέτερα ἡμῖν ἅπαντα ᾖ διῳκημένα, τῆς δὲ τῶν παίδων ἀμελοῦντες σωτηρίας, τὴν ἐσχάτην τισόμεθα δίκην. ἐρῶ δὲ ὑμῖν τινα λόγον οὐκ ἐμὸν, ἀλλ' ἐν ταῖς θείαις κείμενον γραφαῖς. ἱερεύς τις ἦν παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις, μέτριος ἄνθρωπος καὶ ἐπιεικής, Ἠλεὶ τούτῳ ὄνομα ἦν. οὗτος ὁ Ἠλεὶ γίνεται δύο παίδων πατήρ· καὶ ὁρῶν αὐτοὺς ἐπὶ κακίαν βαδίζοντας, οὐ κατεῖχεν, οὐδὲ ἐκώλυε· μᾶλλον δὲ κατεῖχε μὲν, καὶ ἐκώλυε, οὐ μετὰ πάσης δὲ τοῦτο ἐποίει σπουδῆς· τὰ ἐγκλήματα δὲ τῶν παίδων τούτων ἦν, πορνεία τε καὶ γαστριμαργία. ἤσθιον γάρ, φησι, πρὸ τοῦ καθαγιασθῆναι τὰ κρέα τὰ ἱερὰ, καὶ τὴν θυσίαν ἀνενεχθῆναι τῷ θεῷ. ταῦτα δὲ ἀκούων ὁ πατὴρ τιμωρίαν μὲν οὐκ ἐπέθηκε, λόγῳ δὲ καὶ πραΰνσει ἐπειρᾶτο τῆς πονηρίας ταύτης ἀπάγειν αὐτοὺς, καὶ τοιαῦτα συνεχῶς πρὸς αὐτοὺς ἔλεγε ῥήματα· μὴ τέκνα, μὴ ποιεῖτε οὕτως, ὅτι οὐκ ἀγαθὴ ἡ ἀκοὴ, ἣν ἐγὼ ἀκούω περὶ ὑμῶν τοῦ ποιεῖν τὸν λαὸν μὴ λατρεύειν τῷ κυρίῳ. ἐὰν ἁμαρτάνων ἁμάρτῃ ἀνὴρ εἰς ἄνδρα, προσεύξονται περὶ αὐτοῦ πρὸς κύριον· ἐὰν δὲ τῷ κυρίῳ ἁμάρτῃ ἄνθρωπος, τίς προσεύξεται περὶ αὐτοῦ; καίτοι πολλὴ ἡ τῶν ῥημάτων βαρύτης, καὶ ἡ ἐντροπὴ, καὶ τὸν νοῦν ἔχοντα ἱκανὴ ἀνακτήσασθαι. τό τε γὰρ ἁμάρτημα ἐπῆρε, καὶ φοβερὸν ἔδειξε, τήν τε ἐπικειμένην δίκην ἀφόρητον ἀπέφηνε, καὶ φρικτήν. ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ μὴ πᾶν ὅσον ἐχρῆν ἐπεδείξατο, καὶ αὐτὸς μετ' ἐκείνων ἀπώλετο. καὶ γὰρ ἀπειλὰς προσθεῖναι ἐχρῆν, καὶ ἐξ ὄψεως ποιῆσαι τῆς ἑαυτοῦ, καὶ μάστιγας ἐπιθεῖναι, καὶ βαρύτερον πολλῷ γενέσθαι, καὶ χαλεπώτερον. ἐπειδὴ οὖν τούτων οὐδὲν ἐποίησεν, ἑαυτῷ τε κἀκείνοις ἐξεπολέμωσε τὸν θεόν, καὶ φεισάμενος αὐτοῦ τῶν παίδων ἀκαίρως, μετὰ τῶν παίδων καὶ τὴν ἑαυτοῦ προσαπώλεσε σωτηρίαν. ἄκουσον γοῦν τί φησι πρὸς αὐτὸν ὁ θεός, μᾶλλον δὲ πρὸς αὐτὸν μὲν οὐκέτι· οὐδὲ γὰρ ἀποκρίσεως αὐτὸν ἄξιον ἔκρινεν εἶναι λοιπόν· ἀλλ' ὥσπερ τινὰ οἰκέτην τὰ μέγιστα προσκεκρουκότα, δι' ἑτέρου ποιεῖ μαθεῖν τὰ καταληψόμενα αὐτὸν κακά. τοσαύτη ἦν ἡ τοῦ θεοῦ τότε ὀργή. ἄκουσον γοῦν τί φησι πρὸς τὸν ἐκείνου μαθητὴν περὶ τοῦ διδασκάλου· καὶ γὰρ καὶ τῷ μαθητῇ, καὶ ἑτέρῳ προφήτῃ, καὶ πᾶσιν ὑπὲρ τῶν ἐκείνου μᾶλλον διελέγετο κακῶν, ἢ ἐκείνῳ. οὕτως αὐτὸν εἰς τέλος ἀπεστρέφετο. τί δὴ οὖν φησι τῷ Σαμουήλ; ἔγνω ὅτι κακολογοῦντες θεὸν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐνουθέτει αὐτούς· καὶ οὐχ οὕτως, καὶ μὴν [c] ἐνουθέτησεν. ἀλλ' οὐδὲ νουθεσίαν εἶναι τοῦτό φησιν ὁ θεός· οὕτως αὐτῆς κατέγνω, ἐπειδὴ τὸ σφοδρὸν οὐκ εἶχε.

A Quia non naturâ solùm hoc peccatum supra memoratis majus est, sed ratione temporis gravius. Quid sibi vult illud, ratione temporis? Quia nobis eadem peccantibus, quæ ii, qui sub lege erant, non paria supplicia debentur, sed longe graviora, quanto scilicet majori dono potiti, perfectiori doctrina imbuti, majori honore affecti sumus. Cum igitur naturâ & ratione temporis hoc scelus gravissimum sit, considera quantam flammam in eorum capita, qui id perpetrare audent, inducet. Quod autem non temere ita ratiociner, ex re ipsa exemplum afferam, B ut sciatis, tametsi res nostras omnes recte instituamus, si filiorum salutem negligamus, nos extremas daturos esse pœnas. Quod vobis allaturus sum, non ex meipso profero, sed in divinis Scripturis jacet. Sacerdos quidam apud Judæos erat, vir moderatus ac probus, Heli nomine. Huic duo erant liberi: quos cum videret ad vitia declinare non cohibuit, non coercuit; imo potius cohibuit & coercuit, sed non quanta diligentia & cura par erat. Horum autem hæc erant crimina, fornicatio & gula. *Edebant* enim, inquit, *antequam sanctificarentur sacræ carnes, & priusquam offerretur Deo sacrificium.* His compertis pater, non illos pœna mulctavit, sed verbis & monitis ab hac nequitia ipsos revocare conatus est, atque his frequenter verbis eos alloquebatur: *Nolite filii, nolite sic facere: non bona fama est, quam ego audio de vobis, ut faciatis populum non servire Domino. Si delinquens peccaverit vir in virum, orabunt pro illo Dominum; sin autem Domino peccaverit homo, quis pro illo orabit?* Multa certe est gravitas ac reverentia verborum, quæ virum mente præditum ad meliorem frugem D revocare possent. Nam crimen affert; ac tremendum esse demonstrat, ingruentes vero pœnas intolerabiles & horrendas denunciat. Attamen quia quidquid agendum erat non exhibuit, ipse cum illis unà periit. Namque minas addere debuerat, a conspectu suo amovere, verberibus castigare, multoque illis gravius & durius instare. Quia igitur nihil horum egit, Deum & sibi & illis inimicum fecit; utque filiis intempestive parceret, & ipsorum & suam salutem E amisit. Audi ergo quid dicat illi Deus; imo vero non jam illi, neque enim illum responso dignum amplius judicavit; sed tamquam famulum qui se graviter offendisset, per alium eventura ipsi mala significavit. Tanta tunc erat Dei ira. Audi itaque quid ad discipulum de magistro loquatur; siquidem & discipulo & alteri prophetæ, & omnibus potius, quam illi, de futura calamitate ejus loquebatur: adeo illum ad extremum aversabatur. Quid ergo inquit Samueli? Noverat quod maledicerent filii ejus Deo, & non monebat eos; non sic tamen, nam certe monuerat; sed hanc Deus pro admonitione non accepit; adeo illam improbabat,

1. Reg. 2. 16.

1. Reg. 2. 24.

a Iidem, χρόνου γίνεται χαλεπώτερον.
b Unus Cod. καὶ οὐχ ἁπλῶς ταῦτα. Infra unus, ἅπαντα καλῶς ᾖ διωκ-
c Sic omnes præter Morel. qui habet ἐνουθέτει. Infra, hæc, μὴ τοσοῦτον δὲ ὅσον χρὴ desunt in Morel. solo.

quod vehementia caruisset. Itaque si filiis providcamus, sed non quantum oportet, non ea certe providentia dicenda est, sicut nec illa admonitio Heli. Cum vero crimen narrasset; tum pœnam ingenti cum iracundia induxit: *Juravi* enim, inquit, *domui Heli, si peccatum istud domui Heli expiabitur, sive thymiamate sive sacrificiis usque in æternum.* (1 Reg. 3. 14.) Vidistine ingentem indignationem, pœnamque omni spe veniæ carentem? Prorsus, inquit, illum perire oportet, nec ipsum modo & ejus filios, sed cum ipso domum universam: nullumque medicamentum erit, quod vulnus istud curare possit: licet seni illi præter filiorum neglectum, nihil quod crimini daret habuerit Deus. Erat enim in cæteris omnibus admirandus, ejusque philosophiam omnem, non ex aliis modo, sed ex iis, quæ in calamitate contigerunt, videre est. Primum enim cum hæc omnia audisset, seque ad supremam pœnam pervenisse conspiceret, non graviter, non indignanter tulit; non id dixit, quod plurimi dixissent: Num ego aliorum voluntatis dominus sum? Peccatorum meorum pœnas luere debeo: filii ætatem habent, ipsique soli supplicium merentur. Horum nihil dixit vel cogitavit. Sed ut servus bene affectus, cui id unum cordi erat, ut a domino omnia facile patienterque ferret, quantumlibet illa acerba essent; sic ille verba philosophiæ plena protulit. *Dominus* enim, inquit, *est, quod gratum est in conspectu suo faciet.* (1. Reg. 3. 18.) Non solum autem hinc, sed aliunde quoque ejus virtus deprehendi potest. Nam cum bello premerentur Judæi, accedensque quidam belli clades annunciasset, utque turpiter & misere ejus filii in prælio cecidissent: hæc quiete audivit; at ubi ille præter cædem hujusmodi, arcam ab hostibus captam fuisse adjecisset; tunc mœrore obtenebratus senex, cecidit de sella retro juxta januam, & contritum est dorsum ejus: senex enim erat, & gravis & honorabilis, & ipse judicavit Israël viginti annis. Quod si sacerdotem senem, honorabilem, qui sine querela Hebræorum gentem viginti annis rexerat, qui iis temporibus vixit, quæ non tantam vitæ diligentiam requirebant, nihil horum excusare potuit; sed is quia filiorum curam non sat diligenter habuerat, misere & infeliciter periit; ac negligentiæ illius crimen instar fluctus ingentis illa omnia transcendit, & recte facta omnia obruit; quæ nos ultio excipiet, qui his temporibus vivimus, in quibus major philosophia requiritur, & tamen illi virtute inferiores sumus: ac non modo filiis non prospicimus, sed etiam alios id facere nitentes insidiis appetimus & oppugnamus, ac barbaris immaniores erga natos nostros sumus? Illorum quippe feritas usque ad servitutem tantum & vastitatem, ac captivitatem patriæ, corporeaque mala sævit; vos autem ipsam animam in servitutem redigitis, eamque velut captivum alligatam, ita malignis ferisque dæmonibus eorumque affectibus traditis. Cum enim neque ipsi

A τὸ ἐπιτεταγμένον. ὥστε κἂν προνοῶμεν τῶν παίδων, μὴ τοσοῦτον δὲ ὅσον χρὴ, οὐδὲ πρόνοια τοῦτό ἐστιν, ὥσπερ οὖν οὐδ᾽ ἡ τοῦ Ἡλεὶ νουθεσία. εἰπὼν δὲ τὸ ἔγκλημα, καὶ τὴν κόλασιν ἐπάγει μετὰ πολλῆς τῆς ὀργῆς. ὤμοσα γάρ φησι τῷ οἴκῳ Ἡλεὶ, εἰ ἐξιλάσεται ἁμαρτία τῷ οἴκῳ Ἡλεὶ ἢ ἐν θυμιάμασι, ἢ ἐν θυσίαις ἕως τοῦ αἰῶνος. εἶδες ἀγανάκτησιν ἐπιτεταμένην, καὶ ἀσύγγνωστον κόλασιν; πάντως αὐτόν φησιν ἀπολέσθαι χρή· καὶ οὐκ αὐτὸν μόνον οὐδὲ τοὺς παῖδας, ἀλλὰ καὶ τὴν οἰκίαν ἅπασαν μετ᾽ ἐκείνου· καὶ οὐδὲν ἔσται φάρμακον, ὃ τὴν πληγὴν ταύτην ἰάσεται. καίτοι πλὴν τῆς εἰς τοὺς παῖδας ῥᾳθυμίας, οὐδὲν ἕτερον εἶχεν B ἐγκαλεῖν ὁ θεὸς τῷ πρεσβύτῃ τότε ἐκείνῳ. ἀλλ᾽ ἦν ἅπαντα τὰ ἄλλα θαυμαστὸς, καὶ τὴν φιλοσοφίαν αὐτοῦ πᾶσαν οὐκ ἐκ τῶν ἄλλων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπ᾽ αὐτῶν τῶν κατὰ τὴν συμφορὰν ταύτην ἐπισυμβάντων ἐστὶν ἰδεῖν. πρῶτον μὲν γὰρ ἐπειδὴ ταῦτα πάντα ἤκουσε, καὶ [a] πρὸς ἔσχατον τιμωρίας ἥκοντα εἶδεν ἑαυτὸν, οὐκ ἀπεδυσπέτησεν, οὐκ ἐδυσχέρανεν. οὐκ εἶπέ τι τοιοῦτον, οἷα εἰκὸς τοὺς πολλούς· μὴ γὰρ ἐγὼ τῆς ἑτέρων κύριός εἰμι γνώμης; τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων ὀφείλω δίκας· οἱ παῖδες δὲ ἡλικίαν ἔχουσι, καὶ αὐτοὶ ἂν εἶεν δίκαιοι κολάζεσθαι μόνον. τούτων οὐδὲν οὔτε εἶπεν, οὔτε ἐνενόησεν. ἀλλ᾽ ὥσπερ οἰκέτης εὐ- C γνώμων, καὶ ἓν μόνον εἰδὼς τὰ παρὰ τοῦ δεσπότου εὐκόλως φέρειν, κἂν λυπηρὰ ὄντα τύχῃ, οὕτω τὰ πολλῆς γέμοντα φιλοσοφίας ἐφθέγξατο ῥήματα. κύριος γάρ φησιν αὐτὸς, τὸ ἀρεστὸν ἐνώπιον αὐτοῦ ποιήσει. καὶ οὐκ ἐντεῦθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρωθέν ἐστιν [b] αὐτοῦ τὴν ἀρετὴν κατιδεῖν. πολέμου γὰρ καταλαβόντος τοὺς Ἰουδαίους, ἐπειδή τις ἐλθὼν ἀπήγγειλε τὰς ἐν τῷ πολέμῳ συμφορὰς, καὶ πῶς οἱ παῖδες αὐτοῦ κατεκόπησαν αἰσχρῶς, καὶ ἐλεεινῶς ἐν τῇ μάχῃ· ταῦτα μὲν οὖν ἀκούων ἡσύχαζεν. ὡς δὲ προσέθηκεν ἐκεῖνος τῇ σφαγῇ ταύτῃ τὴν κιβωτοῦ τὴν ἁρπαγὴν ὑπὸ τῶν πολεμίων γενομένην, τότε δὴ σκοτωθεὶς ὑπὸ τῆς ἀθυμίας ὁ γέρων, ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ δίφρου εἰς τὰ D ὀπίσω ἐχόμενα τῆς πύλης, καὶ συνετρίβη ὁ νῶτος αὐτοῦ, ὅτι πρεσβύτης ἦν, καὶ βαρὺς, καὶ ἔνδοξος, καὶ αὐτὸς ἔκρινε τὸν Ἰσραὴλ εἴκοσιν ἔτη. εἰ δὲ τὸν ἱερέα τὸν πρεσβύτην, τὸν ἔνδοξον, τὸν εἴκοσιν ἔτη προστάντα ἀλήπτως τοῦ τῶν Ἑβραίων γένους, τὸν ἐν χρόνοις πολιτευόμενον οὐ πολλὴν ἀπαιτοῦσιν ἀκρίβειαν, οὐδὲν τούτων ἴσχυσε παραιτήσασθαι· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τῶν παίδων οὐκ ἐπεμελήθη μετὰ ἀκριβείας, σφόδρα καὶ ἐλεεινῶς ἀπώλετο, καὶ τῆς ὀλιγωρίας ταύτης ἡ ἁμαρτία, καθάπερ κῦμα ἄγριον, καὶ μέγα πάντα ὑπερέσχεν ἐκεῖνα, καὶ τὰ κατορθώματα ἔκρυψεν ἅπαντα, τίς ἡμᾶς λήψεται δίκη τοὺς ἐν χρόνοις γενομένους πολλῷ μείζονα ἀπαιτοῦσι φιλοσοφίαν, καὶ τῆς ἀρετῆς ἀποδέον- E τας τῆς ἐκείνου, καὶ τῶν παίδων οὐ μόνον οὐ προϊσταμένους, ἀλλὰ καὶ τοῖς βουλομένοις τοῦτο ποιεῖν ἐπιβουλεύοντας καὶ πολεμοῦντας, καὶ βαρβάρων πάντων χαλεπώτερον περὶ τὰ ἔκγονα διακειμένους; ἡ μὲν γὰρ ἐκείνων ὠμότης μέχρι δουλείας, καὶ ἀναστατώσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ τῆς πατρίδος, καὶ τῶν τοῦ σώματος ἕστηκε κακῶν· ὑμεῖς δὲ αὐτὴν καταδουλοῦτε τὴν ψυχὴν, καὶ καθάπερ τινὰ αἰχμάλωτον δήσαντες, οὕτω δαίμοσι πονηροῖς, καὶ ἀγρίοις, καὶ τοῖς ἐκείνων παραδίδοτε πάθεσιν· ὅταν γὰρ μήτε αὐτοὶ

a Morel. πρὸς ἐσχάτην τιμωρίαν, Alii omnes πρὸς ἔσχατον τιμωρίας.

b Savil. ad marg. αὐτοῦ τὴν καρτερίαν.

παραινῆτέ τι πνευματικὸν, μήτε ἑτέρους βουλομένους τοῦτο ποιεῖν ἀφίητε, οὐδὲν ἕτερον ἢ τοῦτο ἐργάζεσθε. καὶ μή μοι λεγέτω τις ὅτι πολλοὶ μειζόνως τοῦ Ἠλεὶ τῶν οἰκείων ἀμελήσαντες παίδων, οὐδὲν ἔπαθον οἷα ὁ Ἠλεί. ἔπαθον μὲν γὰρ καὶ πολλοὶ πολλάκις καὶ χαλεπώτερα τούτων, καὶ διὰ ταύτην τὴν ἁμαρτίαν. πόθεν γὰρ ἄωροι θάνατοι; πόθεν νόσοι χαλεπαὶ, καὶ συνεχεῖς, καὶ ἡμῖν, καὶ τοῖς παισὶν αὐτοῖς; πόθεν ζημίαι, πόθεν περιστάσεις; πόθεν ἐπήρειαι; πόθεν τὰ μυρία κακά; οὐκ ἐκ τοῦ μοχθηροὺς ὄντας τοὺς παῖδας περιορᾷν; καὶ ὅτι οὐ στοχασμὸς τοῦτό ἐστιν, ἱκανὰ μὲν καὶ τὰ τοῦ πρεσβύτου πιστώσασθαι πάθη. ἐγὼ δὲ ὑμῖν καὶ λόγον ὑπὲρ τούτων ἐρῶ σοφοῦ τινος ἀνδρὸς τῶν παρ' ἡμῖν. περὶ γὰρ παίδων οὗτος διαλεγόμενος, οὕτω πώς φησι· μὴ εὐφραίνου ἐπὶ υἱοῖς ἀσεβέσιν. εἰ μὴ ἔστι φόβος μετ' αὐτῶν Θεοῦ, μὴ ἐμπιστεύσῃς τῇ ζωῇ αὐτῶν. στενάξεις γὰρ πένθει ἀώρῳ, καὶ ἐξάπινα αὐτῶν συντέλειαν γνώσῃ. πολλοὶ μὲν οὖν, ὅπερ ἔφην, πολλὰ τοιαῦτα πεπόνθασιν· εἰ δέ τινες καὶ διέφυγον, [a] ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος ἐκφεύξονται, ἀλλ' ἐπὶ κακῷ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς· πικροτέραν γὰρ ἀπελθόντες ἐκεῖ δώσουσι δίκην. τίνος γὰρ ἕνεκεν, φησιν, οὐκ ἐνταῦθα πάντες κολάζονται; ὅτι ὥρισεν ἡμέραν ὁ Θεὸς, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην· αὕτη δὲ οὔπω πάρεστιν ἡ ἡμέρα. καὶ ἄλλως δὲ τοῦτο εἰ ἐγίνετο, προανάλωτο ἂν καὶ προανήρπαστο ἅπαν ἀπὸ τὸ γένος. ἀλλ' ἵνα μήτε τοῦτο συμβῇ, μήτε ῥαθυμότεροι πολλοὶ γίνωνται τῇ μελλήσει τῆς κρίσεως, λαμβάνων τινὰς ὑπευθύνους ἁμαρτήμασιν ὁ Θεὸς, καὶ κολάζων ἐνταῦθα, διδάσκει τοὺς λοιποὺς δι' ἐκείνων, τὰ μέτρα τῶν κειμένων αὐτοῖς τιμωριῶν, ἵνα ἐπίστωνται ὅτι κἂν ἐνταῦθα μὴ δῶσι δίκην, ἀπελθόντες ἐκεῖ δώσουσι πάντως χαλεπωτέραν. μὴ γὰρ ἐπειδὴ προφήτην οὐ πέμπει νῦν, οὐδὲ προαγορεύει τὴν τιμωρίαν, καθάπερ ἐπὶ τοῦ Ἠλεὶ, διὰ τοῦτο ἀναισθητῶμεν. οὐ γάρ ἐστι προφητῶν καιρὸς, μᾶλλον δὲ πέμπει καὶ νῦν. πόθεν δὲ ἡμῖν τοῦτο δῆλον; [b] ἔχουσι, φησι, Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας. τὰ γὰρ πρὸς ἐκείνους εἰρημένα, οὐχ ἧττον καὶ πρὸς ἡμᾶς εἴρηται. καὶ οὐχὶ τῷ Ἠλεὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς τὰ αὐτὰ ἁμαρτάνουσιν ἐκείνῳ, δι' ἐκείνου, καὶ τῶν ἐκείνου διαλέγεται παθῶν. οὐδὲ γάρ ἐστι προσωπολήπτης ὁ Θεὸς, οὐδὲ ὁ τὸν ἐλάττονα ἁμαρτάνοντα οὕτω πανέστιον ἀνατρέψας, τοὺς χαλεπώτερα πεπλημμεληκότας ἀτιμωρήτους ἀφίησι.

Καὶ γὰρ οὐδὲ τοῦτό ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι οὐ πολὺς αὐτῷ τοῦ πράγματος ὁ λόγος· πολλὴν γὰρ ὑπὲρ τῆς τῶν παίδων ἀναστροφῆς ποιεῖται σπουδήν· ἐπιθυμίαν τε γὰρ τοσαύτην τῇ φύσει διὰ τοῦτο ἐνέσπειρεν, ἵνα ὥσπερ εἰς ἀνάγκην τινὰ ἄφυκτον τῆς περὶ τὰ τεχθέντα προνοίας καταστήσῃ τοὺς φυτεύσαντας [c] αὐτά. νόμους τε εἰσήνεγκεν ὕστερον ὑπὲρ τῆς τούτων ἐπιμελείας διαλεγόμενος ἡμῖν. καὶ ἑορτὰς δὲ τιθεὶς, κελεύει τὰ παιδία αὐτῶν διδάσκειν τὴν ὑπόθεσιν. περὶ γὰρ τοῦ πάσχα διαλεχθεὶς ἐπήγαγε· καὶ ἀπαγγελεῖς τῷ υἱῷ σου ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ λέγων· διὰ τοῦτο ἐποίησεν ὁ Θεός μοι, ὡς ἐξεπορευόμην ἐξ Αἰγύπτου. καὶ ἐπὶ τοῦ νόμου δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ. περὶ γὰρ τῶν πρωτοτόκων εἰπὼν προστίθησι πάλιν· ἐὰν δὲ ἐρωτήσῃ σε ὁ υἱός σου μετὰ ταῦτα

A quidpiam spirituale monetis, neque alios id cupientes facere permittitis, nihil profecto aliud agitis. Nec mihi dicat aliquis, multos qui plusquam Heli, filios neglexerant, nihil simile passos esse. Multi enim sæpe ob hujusmodi culpam, etiam iis graviora passi sunt. Nam unde prææmaturæ mortes? Unde gravissimi & frequentes morbi, & nobis & liberis nostris inferuntur, unde damna, unde calamitates, unde nocumenta? Unde mala innumera? Nonne quod improbos filios emendare negligamus? Quod hæc autem non conjectura sit, senis illius casus satis ostendit. Ego vero sapientis cujusdam ex B nostris hac de re dictum referam: de filiis enim disserens, ita loquitur: *Ne læteris in filiis impiis; nisi fuerit in illis Dei timor, ne confidas illorum vitæ.* Ingemisces enim præmaturo luctu, & derepente illorum consumtionem scies. Plurimi igitur, ut dixi, multa ejusmodi passi sunt. Si autem aliqui effugerint, at non in finem effugient, sed in capitis sui malum; acerbiores enim, cum excesserint e vita, pœnas luent. Cur autem, inquies, non hic omnes puniuntur? Quia Deus diem statuit, qua judicaturus est orbem universum: hæc autem dies nondum adest. Ad hæc vero si ita fieret, jam C absumtum & abreptum esset omne genus humanum. Sed ut nec hoc contingat, nec plurimi segniores fiant ex tarditate judicii, quosdam Deus peccatis obnoxios hic pœnis afficiens, horum exemplo reliquos docet, quænam sit suppliciorum ratio ac mensura, ut ediscant se, etsi in hac vita pœnas non luant, post excessum tamen longe graviores subituros esse. Neque enim quod Prophetam nunc non mittat Deus, nec pœnas denunciet ut Heli tempore, ideo desides esse debemus: non enim prophetarum hoc tempus D est; imo vero eos nunc quoque mittit: unde id nobis liquet, *Habent*, inquit, *Moysem & Prophetas.* Ea quippe quæ illius temporis viris dicta sunt, nobis quoque dicta sunt: nec modo Heli, sed omnibus simul eadem peccantibus per illum perque illius calamitates loquitur Deus. Nec enim personas accipit, nec qui minora peccantem cum domo tota funditus evertit, graviora aggressos dimittet inultos.

Eccli. 16. 3. — Luc. 16. 30.

Leges educandorum liberorum a Deo datæ.

4. Non enim dicere fas est, eum non multam hujus rei rationem habere, summam quippe educandorum liberorum sollicitudinem inducit: siquidem tantam naturæ concupiscentiam ideo indidit, utquasi necessi- E tatem quamdam inevitabilem curæ filiorum habendæ parentibus constitueret: leges item postmodum intulit de cura filiorum gerenda nos alloquens: & cum dies festos statueret, ut causas filiis suis indicarent imperavit. Nam cum de Paschate loqueretur, adjecit: *Et annunciabis filio tuo in die illa dicens: ideo fecit Deus mihi hæc, cum exirem de Ægypto.* In lege quoque idipsum facit: nam de primogenitis loquutus rursus adjicit: *Si autem interrogaverit te filius tuus,*

Exod. 13. 14.

a Hæc, ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος ἐκφεύξονται, desiderantur in Morel. tantum.
b Hæc, ἔχουσι, φησί, Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας, ab omnibus absunt excepto Morel.
c Duo MSS. αὐτά, Morel. & Savil. αὐτῶν.

dicens : Quid hoc est ? dices ad eum, Quia in manu valida eduxit nos Dominus de Ægypto ex jugo servitutis. Cum vero obduraretur Pharao, nec dimitteret nos, occidit omne primogenitum in terra Ægypti a primogenitis hominum usque ad primogenita jumentorum: idcirco ego immolo Domino omne masculinum adaperiens vulvam. Omnia ut eos ad Dei cognitionem adducant præcipiens. Sed & ipsis quoque filiis plurima circa eos, qui se genuerunt, imperat, bene affectos honorans, ingratos supplicio afficiens : hac item ratione cariores illos parentibus facit. Nam si quis cujuspiam nos constitueret dominos, honore isto summam nobis necessitatem imponeret ne illum negligeremus : etenim si nihil aliud, illud certe nos exorare posset, quod illius omnia nostris in manibus essent, nec nobis creditum ut proderemus umquam adduci possemus. Cum autem postea irasceretur, magisque, quam ipsi contumeliis læsi, indignaretur, gravesque pœnas adderet, hinc quoque multo magis ad officium pertraheret. Quod ipsum Deus præstitit. Ad hæc vero tertium naturæ vinculum adjunxit; sin mavis, primum : ac ne illius de educandis liberis monita patres aspernarentur, naturæ addidit necessitatem. Ne autem illa, filiorum injuriis imbecillior effecta, rumperetur, & suam & parentum ultionem similiter constituit, hoc modo & illos summa accuratione subditos reddens, & horum erga filios amorem excitans. Neque hoc tantum; sed alio quoque & quarto modo summa nos illis diligentia conjunxit : non tantum enim filios erga parentes ingratos pœnis afficit, bonos autem amplexatur; verum ipsis quoque parentibus idipsum facit, liberorum neglectum graviter ulciscens, eorum vero curam & solicitudinem honore & laudibus afficiens. Namque senem illum tametsi alias illustrem, ex hujusmodi tantum negligentia punivit; Patriarcham vero non minus ex hac, quam ex aliis curis, honoravit. Cum enim multa magnaque dona illa, quæ se illi daturum pollicebatur enarraret, & causam adjiceret, hanc addidit : *Noveram enim, inquit, quod constituet Abraham filiis suis, & domui suæ post eum, & custodient vias Domini Dei, ut faciant justitiam & judicium.* Hæc autem a me nunc ideo commemorantur, ut discamus Deum non æquo animo laturum esse si illi negligantur, qui tantæ ipsi curæ sunt. Neque enim idem ipse potest tanta pro illorum salute operari, atque si illi negligantur nihil curare. Non itaque negliget, sed indignabitur, sed vehementer irascetur, ut ex rebus ipsis demonstratum est. Quapropter beatus Paulus jugiter admonet dicens : *Patres, educate filios vestros in disciplina & correptione Domini.* Si enim nos jubemur vigilare pro animabus eorum tamquam rationem reddituri, multo magis pater, qui genuit, qui educavit, qui cum illo domi semper manet.

Gen. 18. 19.

Ephes. 6. 4.

λέγων, τί τοῦτο; ἐρεῖς πρὸς αὐτόν· ὅτι ἐν χειρὶ κραταιᾷ ἐξήγαγεν ἡμᾶς κύριος ἐξ Αἰγύπτου ἐξ οἴκου δουλείας. ἡνίκα δὲ ἐσκλήρυνε Φαραὼ ἐξαποστεῖλαι ἡμᾶς, ἀπέκτεινε πᾶν πρωτότοκον ἐν γῇ Αἰγύπτου ἀπὸ πρωτοτόκων ἀνθρώπων ἕως πρωτοτόκων κτηνῶν. διὰ τοῦτο ἐγὼ θύω κυρίῳ πᾶν διανοῖγον μήτραν ἀρσενικόν· διὰ πάντων εἰς θεογνωσίαν κελεύων ἄγειν αὐτούς. καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς παιδίοις πολλὰ περὶ τῶν γεγεννηκότων αὐτοὺς διατάττεται, τοὺς μὲν εὐνοϊκῶς διακειμένους τιμῶν, κολάζων δὲ τοὺς ἀγνώμονας, καὶ ταύτῃ πάλιν αὐτοὺς ποθεινοτέρους τοῖς φυτευσαμένοις ποιῶν. ὅταν γάρ τινος ποιήσῃ τις ἡμᾶς κυρίους, μεγίστην ἡμῖν ἀνάγκην τῆς περὶ αὐτοῦ προνοίας ἐπιτίθησι τῇ τιμῇ. καὶ γὰρ εἰ μηδὲν ἕτερον, τοῦτο γοῦν ἡμᾶς δυσωπῆσαι ἱκανόν, ὃ πάντα τὰ ἐκείνου ἐν ταῖς ἡμετέραις κεῖσθαι χερσί, καὶ οὐκ ἂν αἱρεσαίμεθα προδοῦναι ταχέως τὰ οὕτως ἐμπιστευθέντα ἡμῖν· ὅταν δὲ μετὰ τοῦτο, καὶ συνοργίζηται, καὶ ἀγανακτῇ πλέον τῶν ὑβρισμένων αὐτῶν, καὶ χαλεπὸς γίνηται τιμωρός, καὶ ταύτῃ πολὺ πλεῖον ἐφέλκεται. ὅπερ οὖν ἐποίησε καὶ ὁ θεός. πρὸς τούτοις, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς φύσεως τρίτον ἐπήγαγε δεσμόν· εἰ δὲ βούλει, πρῶτον. καὶ ἵνα μὴ τῶν προσταγμάτων αὐτοῦ μὴ καταφρονῶσιν οἱ πατέρες, κελευόμενοι τρέφειν τοὺς παῖδας, τὴν ἀπὸ τῆς φύσεως ἐπέθηκεν ἀνάγκην. ἵνα δὲ μή ποτε ταῖς τῶν παίδων ὕβρεσιν ἀσθενεστέρα γινομένη αὕτη διαῤῥήγνυται, τήν τε παρ' αὐτοῦ καὶ τὴν παρ' αὐτῶν τῶν γεννησαμένων ἐπετείχισε τιμωρίαν, καὶ τούτους μετ' ἀκριβείας ὑποτάττων πολλῆς, κἀκείνων ταύτῃ διεγείρων τὸν πόθον. οὐ ταύτῃ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρῳ τετάρτῳ τρόπῳ σφοδρῶς ἡμᾶς, καὶ μετ' ἀκριβείας αὐτοῖς συνέδησεν. οὐ γὰρ τοὺς παῖδας μόνον κακοὺς μὲν ὄντας περὶ τοὺς γεγεννηκότας κολάζει, γινομένους δὲ ἀγαθοὺς ἀποδέχεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν πατέρων τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο ποιεῖ, κολάζων μὲν πικρῶς τοὺς ἀμελοῦντας αὐτῶν· τιμῶν δὲ καὶ ἐπαινῶν τοὺς ἐπιμελουμένους. καὶ γὰρ τὸν πρεσβύτην τοῦτον, καίτοι τἄλλα ὄντα λαμπρὸν, ἀπὸ ταύτης τῆς ὀλιγωρίας ἐπεξῆλθε μόνης, καὶ τὸν πατριάρχην δὲ, τῶν ἄλλων οὐχ ἧττον, ἀπὸ ταύτης ἐτίμησε τῆς προνοίας. λέγων γὰρ τὰς πολλὰς, καὶ μεγάλας δωρεὰς ἐκείνας, ἃς ὑπέσχετο δώσειν αὐτῷ, καὶ τὴν αἰτίαν τιθεὶς, ταύτην ἐπήγαγεν· ᾔδειν γάρ φησιν, ὅτι συντάξει Ἀβραὰμ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ, καὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ μετ' αὐτόν, καὶ φυλάξουσι τὰς ὁδοὺς κυρίου τοῦ θεοῦ, ποιεῖν δικαιοσύνην, καὶ κρίσιν. ταῦτα δέ μοι εἴρηται νῦν, ἵνα μάθωμεν, ὅτι οὐκ οἴσει πρᾴως ὁ θεὸς ἀμελουμένων τῶν [a] οὕτω περισπουδάστων αὐτῷ. οὐδὲ γὰρ ἔστι τὸν αὐτὸν τοσαῦτα μὲν ὑπὲρ τῆς τούτων πραγματεύεσθαι σωτηρίας, καταφρονουμένων δὲ αὐτῶν τούτων περιορᾶν. οὐ τοίνυν περιόψεται, ἀλλὰ καὶ ἀγανακτήσει, καὶ ὀργιεῖται σφοδρῶς, καθάπερ ἀποδέδεικται διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν. διὰ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Παῦλος παραινεῖ συνεχῶς λέγων· οἱ πατέρες ἐκτρέφετε τὰ τέκνα ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ κυρίου. εἰ γὰρ ἡμᾶς ἀγρυπνεῖν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν αὐτῶν κελευόμεθα ὡς λόγον ἀποδώσοντες, πολλῷ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὁ γεννησάμενος, ὁ θρεψάμενος, ὁ συνοικοῦντα ἔχων διαπαντός.

a Sic duo MSS. melius quam Savil. & Morel. qui habent, τῶν οὕτω περισπ-. Mox iidem ὑπὲρ τῆς ... σωτηρίας. | Iidem, τούτων πάλιν περιορᾶν.

A ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων οὐκ ἔχει καταφυγεῖν εἰς ἀπολογίαν, καὶ συγγνώμην, οὕτως οὐδὲ ὑπὲρ τῶν τοῖς παισὶν ἁμαρτανομένων. καὶ τοῦτο πάλιν ὁ μακάριος Παῦλος κατέστησε φανερόν. νομοθετῶν γὰρ ὁποίους τινὰς εἶναι χρὴ τοὺς ἐπὶ τὴν τῶν ἄλλων ἐρχομένους ἀρχὴν, μετὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν ἀναγκαίως αὐτοῖς ὀφειλόντων προσεῖναι, καὶ τὴν τῶν παίδων ἐπιμέλειαν ἀπαιτεῖ, ὡς οὐκ οὔσης ἡμῖν συγγνώμης διαστραφέντων ἐκείνων, καὶ μάλα εἰκότως. εἰ μὲν γὰρ ἐκ φύσεως ἡ κακία τοῖς ἀνθρώποις προσῆν, εἰκότως ἄν τις πρὸς ἀπολογίαν κατέφυγεν.[a] ἐπειδὴ δὲ ἐκ προαιρέσεως καὶ φαῦλοι γινόμεθα, καὶ σπουδαῖοι, τίνα ἂν λόγον ἔχοι εὐπρόσωπον εἰπεῖν ὁ τὸν μάλιστα πάντων ποθούμενον διαστραφῆναι, καὶ γενέσθαι πονηρὸν ἀφιείς; ὅτι οὐκ ἐβούλετο ποιῆσαι χρηστόν; ἀλλ' οὐδεὶς ἂν τοῦτο εἴποι πατήρ· ἡ γὰρ φύσις ἐφέστηκε πρὸς τοῦτο αὐτὸν διεγείρουσα συνεχῶς. ἀλλ' οὐκ ἠδύνατο; ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο. καὶ γὰρ τὸ ἁπαλὸν ὄντα ἔτι λαβεῖν, καὶ τὸ πρῶτον, καὶ μόνον τὴν ἐξουσίαν ἐγχειρισθῆναι τὴν ἐκείνου, καὶ τὸ διαπαντὸς ἔχειν ἔνδον, ῥᾳδίαν αὐτῷ, καὶ σφόδρα εὔκολον ποιεῖ τὴν προστασίαν.[b] ὥστε οὐδαμόθεν τὴν διαστροφὴν γίνεσθαι τῶν παίδων, ἀλλ' ἐκ τῆς περὶ τὰ βιωτικὰ μανίας· τὸ γὰρ πρὸς ἐκεῖνα μόνον ἀποβλέπειν, καὶ μηδὲν τούτων ἐθέλειν προτιμᾶν, καὶ τῶν παίδων μετὰ τῆς αὐτῶν ψυχῆς ἀναγκάζονται ἀμελεῖν. τούτους ἐγὼ τοὺς πατέρας· καὶ μήτις θυμοῦ τὸ λεγόμενον εἶναι νομιζέτω· καὶ αὐτῶν τῶν παιδοκτόνων χείρους εἶναι φαίην ἄν. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς διιστῶσιν· οὗτοι δὲ ταύτην μετ' ἐκείνου φέροντες εἰς τὴν τῆς γεέννης ἐμβάλλουσι πυράν. κἀκεῖνον μὲν ἀνάγκη τὸν θάνατον καὶ παρὰ τῆς φύσεως δέξασθαι πάντως· τοῦτον δὲ ἐνῆν καὶ διαφυγεῖν, εἰ μὴ ἡ τῶν πατέρων αὐτὸν ἐπήγαγε ῥᾳθυμία. πρὸς τούτοις, τὴν μὲν τοῦ σώματος τελευτὴν ἀνάστασις ἐπελθοῦσα, ταχέως ἀφανίσαι δυνήσεται· τὴν δὲ τῆς ψυχῆς ἀπώλειαν, οὐδὲν ἔτι παραμυθήσεται. οὐ γὰρ σωτηρία αὐτὴν διαδέχεται λοιπὸν, ἀλλ' ἀθάνατα ἀνάγκη κολάζεσθαι. ὥστε οὐκ ἀπεικότως τῶν παιδοκτόνων τοὺς τοιούτους πατέρας χείρους ἂν εἴποιμεν εἶναι. οὐδὲ γάρ ἐστιν οὕτω δεινὸν ἀκονῆσαι ξίφος, καὶ δεξιὰν ὁπλίσαι, καὶ εἰς αὐτὸν τοῦ παιδὸς βαπτίσαι τὸν λαιμὸν, ὡς τὸ ψυχὴν ἀπολέσαι, καὶ διαφθεῖραι· ταύτης γὰρ ἡμῖν ἴσον οὐδέν.

Τί οὖν; πόλιν οἰκοῦντα, καὶ οἰκίαν καὶ γυναῖκα ἔχοντα οὐκ ἔνι σωθῆναί φησι; μάλιστα μὲν οὐχ εἷς σωτηρίας τρόπος, ἀλλὰ πολλοὶ, καὶ διάφοροι. καὶ τοῦτο λέγει μὲν ἀορίστως ὁ Χριστὸς, πολλὰς εἶναι μονὰς ἀποφαινόμενος παρὰ τῷ πατρί. λέγει δὲ μετὰ διορισμοῦ τινος ὁ Παῦλος, οὕτω γράφων· ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων· ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· οἱ μὲν ὡς ἥλιος λάμψουσιν, οἱ δὲ ὡς σελήνη, οἱ δὲ ὡς ἀστέρες. καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἔστη τῆς διαφορᾶς, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτοῖς τούτοις[c] πολλὴν δείκνυσιν εἶναι τὴν διαλλαγὴν, καὶ τοσαύτην, ὅσην ἐν ἀριθμῷ τοσούτῳ συμβαίνειν εἰκός. ἀστὴρ γάρ, φησιν, ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. ἐννόησον τοίνυν ἀπὸ τοῦ ἡλιακοῦ μεγέθους πρὸς τὸν ἔσχατον πάντων ἀστέρα ὁδεύων, πόσοις ἀξιω-

A Quemadmodum enim in suis delictis non potest ad excusationem & veniam confugere, ita nec in iis, quæ filii deliquerint. Idque rursus beatus Paulus declarat. Cum enim ille lege sanciret cujusmodi esse deberent ii qui aliorum principatum adeunt, cum aliis omnibus, quæ illis necessario inesse debebant, filiorum quoque curam exigit, quasi nulla jam reliqua spes veniæ sit, si illi perversi fuerint: & jure quidem. Nam si ex natura vitia hominibus inessent, merito quispiam ad excusationem confugeret: quoniam autem ex proposito & improbi & probi efficimur, quam tandem ille excusationem poterit obtendere, qui quem omnium B maxime diligit, perverti atque improbum fieri permisit? An quod noluerit eum probum reddere? At nemo, qui pater sit, hæc dixerit; cum natura instet ut ad hoc officium illum excitet. Sed forte non potuit? Neque hoc dici potest: nam quod eum tenerum acceperit, & quod primus & solus in sua potestate & sibi commissum habuerit, semperque domi versantem, facile ac nullo negotio ipsum moderari potuit. Itaque nulla alia de causa perversi evadunt liberi, nisi quod patres circa præsentis vitæ commoda C insaniant. Cum enim ad illa solum respiciant, nihilque illis præferendum censeant, & suam pariter & liberorum animam negligere coguntur. Hos ego patres, quod nemo tamen me ira commotum dicere existimet, filiorum occisoribus sceleratiores esse dixerim. Illi enim corpus ab anima separant, isti & animam & corpus gehennæ ignis tradunt. Illam porro mortem naturali lege subire necesse est; hanc vero effugere licebat, nisi ipsam patrum negligentia intulisset. Ad hæc, mortem corporis adveniens D resurrectio cito delere poterit; animæ vero interitum nihil solabitur: neque enim salus illam exceptura est, verum immortales ille pœnas necessario luet. Itaque non injuria patres hujusmodi, filiorum occisoribus deteriores esse dixerimus. Non ita crudele facinus est, gladium acuere & armare dexteram, inque ipsum filii guttur immergere, ut animam perimere atque corrumpere: neque enim huic facinori par quidpiam est?

Margin: 1. Tim. 3.

Margin: Ex proposito probi & improbi efficimur.

5. Quid igitur? An is qui civitatem incolit, qui domum habet & uxorem, salvus esse non poterit? Sane non unus salutis modus est, verum multi ac varii. Quod quidem Christus indefinite dicit, multas scilicet esse apud Patrem mansiones pronun- E cians: Paulus vero cum distinctione quadam ita scribit: *Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum: stella enim a stella differt in claritate.* Quod autem dicit hujusmodi est, alii quidem fulgebunt ut sol, alii ut luna, alii ut stellæ. Sed non hic stetit differentia, sed in his ipsis magnam ostendit esse varietatem, tantamque, quantam in tanto stellarum numero contingere par est. *Stella enim, inquit, a stella differt in claritate.* Perpende igitur a solis magnitudine ad ultimam stellarum decurrens, in quot dignita-

Margin: Varii salutis gradus

Margin: 1. Cor. 15. 41.

a Sic omnes præter Motel. qui habet ἀπέφυγεν.
b Duo MSS. οὐδαμόθεν ἑτέρωθεν. Ultima vox non habetur in Editis.

c Alii, πολλὴν δείκνυσιν εἶναι τὴν διαλλαγήν.

tum gradus descendas oporteat. Quomodo non absurdum id fuerit, quod si in regiam filium adducas, nihil non agas & patiaris, ipsumque ad idem faciendum inducas, ut nempe Regi a latere possit esse, nec ea de causa quidpiam subterfugias, non sumtus, non pericula, non mortem ipsam; cum autem cælestis militia nobis consideranda & expetenda proponatur, nihil doleas si extremum sortiatur locum, sitque omnium novissimus? Verum, si tibi videtur, & hoc ipsum inspiciamus, num is, qui in medio rerum versatur, possit illam sortem adipisci. Beatus quidem Paulus brevem de hoc sententiam tulit, eosque qui habent uxores, non aliter salvos esse posse declaravit, quam si eas ita haberent tamquam non habentes, & mundo non abuterentur. Nos autem, si placet, hoc disquiramus. Potesne dicere vel te monente audivisse filium, vel a seipso didicisse, eum qui jurat, etiamsi cum ratione juret, Deum tamen offendere? An item eum, qui injuriarum recordatur, salvum esse non posse? Nam, *Viæ*, inquit, *recordantium injurias, ad mortem.* (Prov. 12. 19.) An, quod maledicum ita dehonestaverit Deus, ut eum a divinæ Scripturæ lectione arceret? An, quod arrogantem & contumeliosum, de cælis exturbaverit, & gehennæ ignis tradiderit? An quod eum qui impudicis respicit oculis, quasi vere adulterum puniat? An frequens illud & omnibus facile peccatum, proximos nempe judicare & sic gravius sibi supplicium attrahere, ut fugeret monuisti, & leges a Christo hac de re positas ipsi legisti? An tu ipse, ne si exsistant quidem, nosti? Quonam ergo modo poterit ea filius perficere, quorum nec pater ipse, qui illum erudire debuerat, leges novit? Atque utinam hoc solum damni adesset, quod nihil utile patres consilii darent, non tantum utique malum esset: nunc autem eos ad contraria prorsus impellitis. Neque enim aliud patres audias cum filiis tractare, cum eos ad studia literarum hortantur, nisi verba hujusmodi: ille, inquit, humilis, humilique loco natus, eloquentiam adeptus, summos magistratus obtinuit, divitias acquisivit ingentes, uxorem duxit opulentam, splendidas construxit ædes, omnibus terrori est, & gloriâ fulget. Alius rursum: ille, inquit, Latinâ linguâ eruditus, in regia clarissimus est, cunctaque intus administrat. Et alius alium rursus ostendit, cunctique eos qui in terra insignes sunt memorant, cælestium autem nulla usquam mentio; imo si quis illa commemorare aggrediatur, ut qui cuncta pervertat ejicitur.

6. Cum igitur a principio hæc illis occinatis, nihil aliud eos, quam omnium malorum materiam, docetis: duos violentissimos amores insinuantes, pecuniarum dico, & qui longe iniquior est, vanæ inanisque gloriæ. Horum vero alteruter per se solus cuncta pervertere potest: cum autem ambo

A μάτων βαθμοὺς καταβαίνειν εἰκός. πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον, εἰ μὲν [a] εἰς βασίλεια τὸν υἱὸν ἦγες, ἅπαντα ποιεῖν τε καὶ πάσχειν, κἀκεῖνον ἀναπείθων ὁμοίως, ὥστε αὐτὸν ἐγγὺς ποιῆσαι τοῦ βασιλέως, καὶ μηδὲν ὅλως ὑπολογίζεσθαι, μὴ δαπάνην, μὴ κίνδυνον, μὴ θάνατον αὐτόν· περὶ δὲ τῆς ἐν τοῖς οὐρανοῖς στρατείας προκειμένης ἡμῖν τῆς σκέψεως, μὴ ἀλγεῖν, εἰ τὸν ἔσχατον [b] λάβοι τόπον, καὶ πάντων ὕστατος γένοιτο; πλὴν ἀλλ' εἰ δοκεῖ, καὶ αὐτὸ τοῦτο ἴδωμεν, εἰ δυνατὸν τὸν ἐν μέσῳ στρεφόμενον ταύτην γοῦν τὴν λῆξιν λαβεῖν. ὁ μὲν γὰρ μακάριος Παῦλος ἀπε- B φήνατο ἐν βραχεῖ περὶ τούτου, καὶ τοὺς τὰς γυναῖκας ἔχοντας [c] οὐκ ἔφησεν ἄλλως δύνασθαι σώζεσθαι, πλὴν εἰ μὴ οὕτως αὐτὰς ἔχοιεν ὡς οὐκ ἔχοντες, καὶ τῷ κόσμῳ μὴ παραχρῷντο. ἡμεῖς δὲ αὐτό, εἰ βούλει, καὶ τῷ λόγῳ ἐπέλθωμεν. ἔχεις οὖν εἰπεῖν, ὅτι ἢ σοῦ συμβουλεύοντος ἤκουσεν ὁ υἱὸς, ἢ ἀφ' ἑαυτοῦ συνεῖδέ ποτε, ὅτι τὸν ὀμνύντα, κἂν εὐορκῇ, [d] προσκρούειν ἔνι θεῷ; τί δὲ ὅτι τὸν μνησικακοῦντα σωθῆναι οὐκ ἔνι; ὁδοὶ γάρ, φησι, μνησικάκων εἰς θάνατον. ἀλλ' ὅτι τὸν κακήγορον οὕτως ἠτίμωσεν ὁ θεὸς, ὡς καὶ τῆς ἀναγνώσεως ἀπεῖρξαι τῶν θείων λόγων; τί δὲ ὅτι τὸν ἀλαζόνα, καὶ ὑβριστὴν ἐξέβαλε τῶν οὐρανῶν, καὶ τῷ C τῆς γεέννης παρέδωκε πυρί; τί δὲ ὅτι τὸν ἀκολάστοις ἐνορῶντα ὀφθαλμοῖς, ὡς ἀπηρτισμένον οὕτως ἐκόλασε μοιχόν; ἀλλὰ τὸ πρόχειρον τοῦτο πᾶσιν ἁμάρτημα, τὸ κρίνειν τοὺς πλησίον, καὶ χαλεπωτέραν [e] ἐπισπᾶσθαι τὴν κόλασιν, παρῄνεσάς ποτε φυγεῖν, καὶ τοὺς τοῦ Χριστοῦ περὶ τούτων κειμένους νόμους ἀνέγνως αὐτῷ; ἢ οὐδὲ οἶδας, ὅτι ποτὲ ταῦτά ἐστι; πῶς οὖν αὐτὰ δυνήσεται κατορθοῦν ὁ υἱὸς, ὧν οὐδὲ τοὺς νόμους οἶδεν ὁ μέλλων αὐτὸν διδάξειν πατήρ; καὶ εἴθε τοῦτο μόνον ἦν τὸ δεινὸν, τὸ μηδὲν τῶν χρησίμων συμβουλεύειν αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἂν τοσοῦτον ἦν· νυνὶ δὲ αὐτοὺς καὶ πρὸς τἀναντία ὠθεῖτε. οὐδὲ γὰρ ἄλλο τι τῶν πα- D τέρων ἐστὶν ἀκοῦσαι διαλεγομένων πρὸς τοὺς παῖδας, ὅταν αὐτοὺς παρακαλῶσιν ὑπὲρ τῆς τῶν λόγων σπουδῆς, ἀλλ' ἢ ταυτὶ τὰ ῥήματα· ὁ δεῖνα, φησι, ταπεινὸς, καὶ ἐκ ταπεινῶν τὴν ἀπὸ τῶν λόγων κτησάμενος δύναμιν, ἦρξε μεγίστας ἀρχὰς, πλοῦτον ἐκτήσατο πολὺν, γυναῖκα ἔλαβεν εὔπορον, οἰκίαν ᾠκοδόμησε λαμπρὰν, φοβερός ἐστιν ἅπασι, καὶ ἐπίδοξος. πάλιν ἕτερος· ὁ δεῖνα, φησι, τὴν Ἰταλῶν γλῶσσαν ἐκπαιδευθεὶς, ἐν τοῖς βασιλείοις ἐστὶ λαμπρὸς, καὶ πάντα ἄγει καὶ φέρει τὰ ἔνδον. καὶ ἕτερος ἕτερον δείκνυσι πάλιν, πάντες δὲ τοὺς ἐπὶ γῆς εὐδοκίμους, τῶν δὲ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, οὐδὲ ἅπαξ τις μέμνηται· ἀλλὰ κἂν μνησθῆναι ἕτερος ἐπιχειρήσῃ, ὡς πάντα ἀνατρέπων ἐλαύ- E νεται.

Ὅταν οὖν ἐξ ἀρχῆς αὐτοῖς ταῦτα ἐπᾴδητε, οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἢ τὴν ὑπόθεσιν αὐτοῖς πάντων διδάσκετε τῶν κακῶν, δύο τοὺς τυραννικωτάτους ἐντιθέντες ἔρωτας, τὸν τῶν χρημάτων λέγω, καὶ τὸν τούτου παρανομώτερον, τὸν τῆς δόξης τῆς κενῆς καὶ ματαίας. τούτων δὲ [f] ἕκαστος, καὶ καθ' ἑαυτὸν μὲν πάντα ἀναρρέψαι ἱκανός· ὅταν δὲ καὶ ὁμοῦ συνελθόντες εἰς

[a] Sic unus recte, atque ita legit Ambrosius; alii εἰς βασιλέα.
[b] Duo MSS. λάχοι.
[c] Idem, οὐκ ἀφῆκεν ἄλλως.
[d] Iidem προσκρούειν ἀνάγκη θεῷ. Infra κακήγορον, sic unus, & ita legit Ambrosius. Alii, κατήγορον.

[e] Duo MSS. ἐπισπάσασθαι. Alii ἐπισπᾶσθαι.
[f] Duo MSS. ἕκαστος; Morel. & Savil ἑκάτερος. Infra duo MSS. ἁπαλοί τε ἦσαν. Paulo post hæc verba, τοσαύτας ἀκοῦσαι, desunt in Morel. & Savil. sed habentur in duobus MSS & ab Interprete lecta sunt. Ibid. unus Codex ἐπισταίησαν. Paulo post unus Codex & Savil. in marg. [illegible], alii ἐκεῖνοι ἦσαν.

τῇ τοῦ νέου ψυχῇ ἁπαλῇ οὔσῃ ἐμπέσωσι, καθάπερ τινὲς χείμαῤῥοι συναφθέντες, ἅπαντα διαφθείρουσι τὰ καλὰ, τοσαύτας ἀκάνθας, τοσαύτην ἄμμον, τοσοῦτον ἐπισυνάγοντες τὸν φορυτὸν, ὡς ἄκαρπόν τε καὶ ἄγονον τῶν ἀγαθῶν πάντων ἐκείνων ἐργάσασθαι τὴν ψυχήν. καὶ μαρτυρήσαιεν ἂν ἡμῖν ὑπὲρ τούτων καὶ οἱ τῶν ἔξωθεν λόγοι. τούτων γὰρ τῶν παθῶν θάτερον, οὐχὶ συνημμένον, ἀλλὰ καὶ καθ' ἑαυτὸ, ὁ μὲν ἀκρόπολιν, ὁ δὲ κεφαλὴν προσεῖπε τῶν κακῶν. εἰ δὲ κεχωρισμένον ἀκρόπολίς ἐστι, καὶ κεφαλὴ, ὅταν δὲ χαλεπώτερον πολλῷ προσλάβῃ καὶ δυνατώτερον, τὴν δοξομανίαν λέγω, καὶ μετ' ἐκείνου φερόμενον ἐμπέσῃ, καὶ ῥιζωθῇ, καὶ περικαταλάβῃ τὴν τοῦ νέου ψυχὴν, τίς λοιπὸν ταύτην ἀναμοχλεῦσαι τὴν νόσον δυνήσεται, καὶ μάλιστα ὅταν καὶ οἱ πατέρες μὴ μόνον ὅπως διασαλευθείη, ἀλλ' ὅπως καὶ πάγια γένηται τὰ πονηρὰ ταῦτα φυτὰ, καὶ ποιῶσι πάντα, καὶ λέγωσι; τίς οὖν οὕτως ἀνόητος, ὡς μὴ ἀπογνῶναι τῆς σωτηρίας τοῦ τὰ τοιαῦτα παιδευομένου παιδός; ἀγαπητὸν γὰρ τῶν ἐναντίων [a] ἀπηλλαγμένην ψυχὴν διαφυγεῖν πονηρίαν· ὅταν δὲ πανταχοῦ χρήματα τὰ ἔπαθλα ᾖ, καὶ ἄνδρες ἐναγεῖς εἰς ζῆλον προκείμενοι, ποία σωτηρίας ἐλπίς; τοὺς γὰρ χρημάτων ἐρῶντας, καὶ βασκάνους, καὶ κακοήθεις, καὶ πολυόρκους, καὶ ἐπιόρκους, καὶ θρασεῖς, καὶ λοιδόρους, καὶ κλέπτας, καὶ ἀναισχύντους, καὶ ἰταμοὺς, καὶ ἀγνώμονας, καὶ πάντα ἀνάγκη εἶναι τὰ κακά. καὶ μάρτυς τούτων ἀξιόπιστος ὁ μακάριος Παῦλος, ῥίζαν τῶν ἐν τῷ βίῳ κακῶν τὴν φιλαργυρίαν εἰπών. καὶ πρὸ τούτου δὲ ὁ Χριστὸς αὐτὸ τοῦτο ἐδήλωσεν, ἀποφηνάμενος μὴ εἶναι δυνατὸν τῷ Θεῷ δουλεύειν, τὸν ἐκείνῳ τῷ πάθει δουλεύοντα. ὅταν οὖν ἐξ ἀρχῆς ὁ νέος ἐπὶ ταύτην ἄγηται τὴν δουλείαν, πότε δυνήσεται γενέσθαι ἐλεύθερος, πότε ἀνασχεῖν τὸν κλυδώνιον, πάντων ὠθούντων, πάντων καταδυόντων, καὶ εἰς πολλὴν τοῦ καταβαπτίζεσθαι καθιστώντων ἀνάγκην αὐτόν; εἰ γὰρ μηδενὸς ἐνοχλοῦντος, εἰ πολλῶν ὀρεγόντων χεῖρα ἀναστῆναι δυνηθείη, καὶ διαβλέψαι, καὶ τὴν ἅλμην ἀπονίψασθαι τῆς κακίας, οὐκ ἀγαπητόν; εἰ γὰρ πολλῷ τῷ χρόνῳ ταῖς θείαις ᾠδαῖς ἐπαδόμενος ἰσχύσειε τὰ [b] προσπεσόντα ἀπελάσαι νοσήματα, οὐκ ἐπαινεῖν αὐτὸν δεῖ, καὶ στεφανοῦν μυριάκις; δεινὸν γὰρ συνήθεια, δεινὸν κρατῆσαι, καὶ ἑλεῖν ψυχὴν, καὶ μάλιστα ὅταν αὕτη μὲν ἡδονὴν ἔχῃ συμπράττουσαν, ἐκείνη δὲ πρὸς ἣν ἐπειγόμεθα, καὶ μεθορμίσασθαι σπεύδομεν, πολλοὺς παρέχῃ τοὺς πόνους ἡμῖν. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς τῶν Ἑβραίων τοὺς παῖδας, ἐπειδὴ ἔδει τὴν παλαιὰν τῶν κακῶν ἀποθέσθαι συνήθειαν, τὴν ἐν Αἰγύπτῳ λέγω, λαβὼν καταμόνας αὐτοὺς ἐπὶ τῆς ἐρημίας, καὶ τῶν διαφθειρόντων ἀποστήσας, ὡς ποῤῥωτάτω καθάπερ ἐπὶ μοναστηρίου τινὸς [c] τῆς ἐρημίας διέπλαττεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς, πᾶσαν οὐδὲν ἰατρείας κινῶν, καὶ τραχυτέραν, καὶ προσηνεστέραν, καὶ οὐδὲν ὅλως παραλιμπάνων τῶν ὀφειλόντων εἰς τὴν θεραπείαν κατασκευασθῆναι τὴν ἐκείνων. καὶ οὐδὲ οὕτως διέφυγον τὴν κακίαν· ἀλλὰ μεταξὺ τοῦ μάννα, κρόμμυα, καὶ σκόρδα, καὶ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ πάντα ἐζήτουν κακά. τοσοῦτόν ἐστι συνήθεια κακόν.

A in teneram juvenis animam confluunt, quasi quidam torrentes conjuncti bona omnia corrumpunt, tantam vim spinarum & arenæ, tantam colluviem contrahentes, ut animam illam sterilem, infructuosam, bonisque omnibus vacuam efficiant. Horum testes esse possunt exteri quoque scriptores. Quorum unus alterum affectum, non cum alio junctum, sed per se solum, arcem; alius vero, caput malorum, appellat. Quod si separatum arx est & caput, cum alius longe gravior & potentior accesserit, insana nempe gloriæ cupido, & cum illo violenter irruerit, radicesque posuerit, atque juvenis B animum occupaverit, quis demum ejusmodi morbum amovere possit; cum maxime patres ipsi, non ut evellantur, sed ut firmiora sint hæc mala germina, nihil non agant & dicant? Quis igitur adeo stultus est, ut non desperet de salute pueri ad hunc modum instituti? Optandum est animam contrariis rebus imbutam a malitia se subducere: quando autem undique illiciunt pecuniarum præmia, & scelerati viri ad imitandum proponuntur, quænam salutis spes superest? Nam eos, qui pecuniarum amore tenentur, & invidos, & improbos & multum jurantes, & perjuros, contumeliosos item, fures, inverecundos, impuden- C tes, ingratos, denique omni nequitia plenos esse necesse est. Horum testis fide dignus est beatus Paulus, qui radicem omnium malorum esse avaritiam dixit: & ante ipsum Christus idipsum declaraverat, asseverans non esse possibile Deo servire eum, qui illi morbo serviret. Cum igitur initio juvenis ad hanc statim adducatur servitutem, quando liber evadere poterit, quando fluctum sustinere, omnibus pellentibus, omnibus immergentibus, & in extremæ submersionis necessitatem ipsum constituentibus? Nam si nullo perturbante, si multis manum porrigentibus emergere possit ac respicere, vitio- D rumque salsuginem abluere, annon optabile illud? Si, inquam, longo tempore divinis excantatus carminibus, incidentes morbos possit abjicere, nonne laudandus, nonne millies coronandus est? Dura quippe est consuetudo, dura & ad vincendam capiendamque animam comparata, cum præsertim hæc voluptatem adjutricem habeat; illa vero virtus, ad quam festinamus, quam attingere studemus, multos nobis pariat labores. Idcirco Deus Hebræis, quos oportebat vitiorum veterem consuetudinem deponere, quæ nempe in Ægypto didicerant, E seorsim abductis in solitudinem, & a corruptoribus procul segregatis, in deserto ceu in quodam Monasterio eorum instituebat animos, viam omnem medicinæ tentans tum asperiorem, tum dulciorem, nihilque retro relinquens eorum, quæ ad valetudinem profutura essent. Neque sic tamen a nequitia desciverunt; sed cum manna, cepas, allia, cæteraque omnia Ægypti mala requirebant. Tantum malum est consuetudo.

1.Tim.6.10.

Marc.6.24.

a Duo MSS. & Savil. in marg. ἀπαλλαγεῖσαν λέγω. In textu Savil. & Morel. λέγω non habent.
b Unus Codex & Savil. in marg. τὰ προσγινόμενα, Savil. in textu & Mor. τὰ προσπεσόντα, Alius Codex τὰ γενόμενα.
c τῆς ἐρημίας in Morel. solo deest.

Deinde Judæi tanta Dei cura fruentes, tam egregio & generoso magistro usi, & timore & minis, & beneficio & supplicio ad omnem modum instituti, tot conspectis prodigiis, non ad meliorem se frugem receperunt. Tu vero filium tuum adolescentem in media Ægypto, imo in mediis diaboli castris versantem, nullumque, qui quod utile sit consilium det, audientem, omnesque se ad contraria ducentes videntem, inprimisque parentes & eductores suos, putas posse diaboli laqueos effugere? Unde, quæso? Num ex hortamentis tuis? Atqui tu ad contraria evocas, ne per somnium quidem eum philosophiæ meminisse concedens; sed dum hanc vitam ejusque commoda ultro citroque versas, in decumanos illum majoresque fluctus conjicis. Num ex semetipso? Profecto juvenis non sibi ipsi satis est ad virtutem exercendam: sed etiamsi quid ex seipso strenuum pariat, antequam id germinet, assiduo verborum tuorum imbre suffocabitur. Quemadmodum enim corpus, quod salutaribus cibis non fruitur, sed insalubribus alitur, ne parvo quidem tempore subsistere valet; sic nec anima his instituta & imbuta, quid strenuum aut magnum cogitare poterit; sed necesse est eam & languidam & mollem, nequitia ceu quadam peste assidue detentam, sic demum in gehennam & in perniciem dejici.

7. Sin tu dicas, non ita se rem habere, posseque in medio rerum versantem virtutem exercere omnem: neque ludens sed serio ita loquaris, ne te, quæso, pigeat hanc novam nos atque inauditam docere disciplinam: neque enim velim temere tantum mihi negotii assumere, neque tot bonis frustra carere. Verum id ediscere nullatenus possum: id enim non permittitis vos: atque huic sententiæ & verbis & gestis repugnatis, & contraria docetis. Siquidem ac si dedita opera filios perdere studeatis, sic illa omnia præcipitis eis, quæ qui exsequuntur salutem consequi non possunt. Rem altius considera. *Væ*, inquit, *ridentibus*, vos autem ipsis multas præbetis ridendi occasiones: *Væ divitibus*; vos vero ut pecuniosi fiant cuncta molimini: *Væ cum benedixerint vobis omnes homines*; vos autem pro populari aura facultates sæpe omnes effunditis. Rursum is, qui fratri contumeliam infert, reus est gehennæ; vosque tamen & imbecillos & timidos esse putatis eos, qui tacite illatas sibi ab aliis contumelias ferunt. Jubet Christus pugnas & lites contemnere; vos autem illos in his semper malis versari curatis: oculum ille, si noceat, eruere sæpe jubet: at vos eos maxime vobis conciliatis amicos, qui possint pecunias præbere, etiamsi extremam nequitiam doceant. Uxorem repudiare non permittit, præterquam in sola adulterii causa; at vos dum pecunias acquirere liceat, hoc præceptum despicere doceris: jusjurandum vetat omne; vos si

Luc. 6. 24. & seqq.

Parentes sæpe contrariam Evangelicæ disciplinam filiis tradunt.

A εἶτα Ἰουδαῖοι μὲν τοσαύτης ἀπολαύοντες ἐπιμελείας, τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ δημαγωγὸν ἔχοντες οὕτως ἄριστον, καὶ γενναῖον, καὶ φόβῳ, καὶ ἀπειλῇ, καὶ εὐεργεσίᾳ, καὶ κολάσει, καὶ παντὶ τρόπῳ παιδαγωγούμενοι, καὶ τοσαῦτα ὁρῶντες θαύματα, οὐκ ἐγένοντο βελτίους· σὺ δὲ τὸν υἱὸν τὸν σὸν νέον ὄντα ἐν Αἰγύπτῳ μέσῃ, μᾶλλον δὲ ἐν μέσῃ τῇ παρατάξει τοῦ διαβόλου στρεφόμενον, οὐδενός τι χρήσιμον συμβουλεύοντος ἀκούοντα, πάντας ἐπὶ τἀναντία αὐτὸν ἄγοντας ὁρῶντα, καὶ πάντων μᾶλλον τοὺς γεννησαμένους καὶ θρεψαμένους, οἴει δυνήσεσθαι διαδῦναι τὰς τοῦ διαβόλου παγίδας; πόθεν; ἀφ' ὧν σὺ παραινεῖς; ἀλλ' ἐπὶ B τἀναντία παρακαλεῖς, φιλοσοφίας μὲν οὔτε ὄναρ μεμνῆσθαι συγχωρῶν, ἄνω δὲ καὶ κάτω τὸν παρόντα βίον καὶ τὰ τούτου στρέφων, μειζόνως κλυδωνίζεσθαι παρασκευάζεις. ἀλλ' οἴκοθεν, καὶ παρ' ἑαυτοῦ; μάλιστα μὲν οὐχ ἱκανὸς ἑαυτῷ ὁ νέος πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς κατόρθωσιν· εἰ δ' ἄρα τι καὶ τέκοι γενναῖον, ταῖς τῶν λόγων ἐπομβρίαις τῆς παρὰ σοῦ πρὶν ἢ βλαστῆσαι ταχέως ἀποπνιγήσεται. ὥσπερ γὰρ σῶμα ὑγιεινῶν μὲν οὐκ ἀπολαῦον σιτίων, τοῖς δὲ νοσώδεσιν ἐντρεφόμενον, οὐκ ἔνι πρὸς μικρὸν γοῦν ἀρκέσαι χρόνον· οὕτως οὐδὲ ψυχὴν τοιαῦτα παιδευομένην, C γενναῖόν τι, καὶ μέγα ἐννοῆσαί ποτε, ἀλλ' ἀνάγκη τὴν τοιαύτην ἀσθενοῦσαν, καὶ μαλακιζομένην, καθάπερ τινὶ φθόῃ τῇ κακίᾳ συνεχομένην διηνεκῶς, οὕτως ὕστερον εἰς τὴν γέενναν καταστρέψαι, καὶ τὴν ἀπώλειαν τὴν ἐκεῖ.

Εἰ δὲ μὴ φὴς ταῦτα οὕτως ἔχειν, ἀλλὰ δυνατὸν εἶναι καὶ ἐν μέσῳ στρεφόμενον [a] πάντα κατορθοῦντα τῆς ἀρετῆς, καὶ μὴ παίζων, ἀλλὰ σπουδάζων ἀληθῶς ταῦτα λέγεις, μὴ κατοκνήσῃς ἡμᾶς διδάξαι τὸ καινὸν τοῦτο, καὶ παράδοξον μάθημα. οὐδὲ γὰρ βούλομαι πράγματα εἰκῇ τοσαῦτα ἔχειν, [b] οὐδὲ τοσούτοις ἀπέχεσθαι μάτην. ἀλλὰ γὰρ οὐ δύναμαι τοῦτο μαθεῖν. οὐ γὰρ ἐᾶτε ὑμεῖς, καὶ δι' ὧν D λέγετε, καὶ δι' ὧν ποιεῖτε ἀντιφθεγγόμενοι ταύτῃ τῇ ψήφῳ, καὶ τἀναντία παιδεύοντες. ὥσπερ γὰρ ἐξεπίτηδες ἀπολέσθαι σπουδάζοντες τοὺς υἱεῖς, οὕτως ἅπαντα κελεύετε ποιεῖν, ἃ τοῖς ποιοῦσι σωθῆναι οὐκ ἔνι. ὅρα δὲ ἄνωθεν· οὐαί, φησι, τοῖς γελῶσιν· ὑμεῖς δὲ πολλὰς αὐτοῖς παρέχετε γέλωτος ἀφορμάς. οὐαὶ τοῖς πλουτοῦσιν· ὑμεῖς δὲ ὅπως χρηματίσωνται, πάντα πράττετε. οὐαί, ὅταν καλῶς εἴπωσιν ὑμᾶς πάντες οἱ ἄνθρωποι· ὑμεῖς δὲ καὶ οὐσίας ὁλοκλήρους ὑπὲρ τῆς τῶν δήμων εὐφημίας ἐκενώσατε πολλάκις. πάλιν δὲ ὁ τὸν ἀδελφὸν ὑβρίζων ὑπεύθυνός ἐστι E τῇ γεέννῃ. ὑμεῖς δὲ καὶ ἀδρανεῖς εἶναι νομίζετε, καὶ δειλούς, τοὺς σιγῇ τὰς παρὰ τῶν ἑτέρων φέροντας ὕβρεις. μάχης κελεύει, καὶ δίκης καταφρονεῖν ὁ Χριστός. ὑμεῖς δὲ αὐτοὺς ἐν τούτοις στρέφετε τοῖς κακοῖς διαπαντός. τὸν ὀφθαλμὸν πολλάκις ἐξορύττειν ἐκέλευσεν, ὅταν βλάπτῃ· ὑμεῖς δὲ τούτους μάλιστα ποιεῖτε φίλους, ὅσοι γὰρ ἂν [c] δύνωνται χρήματα δοῦναι, κἂν τὴν ἐσχάτην παιδεύσωσι κακίαν. ἐκβάλλειν γυναῖκα οὐκ ἀφῆκε, πλὴν ἐπ' αἰτίᾳ μόνῃ πορνείας· ὑμεῖς δὲ ὅταν δέῃ χρήματα λαβεῖν, καὶ ταύτης καταφρονεῖν κελεύετε τῆς ἐντολῆς. τὸν ὅρκον ἀπεῖρξε παντελῶς· ὑμεῖς δὲ

a Sic omnes præter Morel. qui habet, ταῦτα κατορθ-

b Morel solus, οὐδὲ τοσούτων. Savil. & alii, οὐδὲ τοσούτοις. Infra unus Codex ἀπολέσθαι. Alii ἀπόλλυσθαι.

c Duo MSS. δύνωνται, Savil. & Morel. δύνανται. Infra iidem MSS. ἐπ' αἰτίας μόνης. Savil. & Morel. ἐπ' αἰτίᾳ μόνῃ.

ἂν ἴδητε φυλαττόμενον, καὶ γελᾶτε. ὁ φιλῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, φησιν, ἀπολέσει αὐτήν. ὑμεῖς δὲ αὐτοὺς πάντοθεν εἰς ταύτην ἐμβάλλετε τὴν φιλίαν. ἐὰν μὴ ἀφῆτε φησι, τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, οὐδὲ ὑμῖν ὁ πατὴρ ὑμῶν ἀφήσει ὁ οὐράνιος· ὑμεῖς δὲ καὶ ὀνειδίζετε, ὅταν τοὺς ἠδικηκότας μὴ θέλωσιν [a] ἀμύνεσθαι, καὶ εἰς τὴν δύναμιν αὐτοὺς ταύτην ταχέως ἐπείγεσθε ἀγαγεῖν. τοὺς δόξης ἐρῶντας πάντα εἰκῆ ποιεῖν ἀπεφήνατο ὁ Χριστὸς, κἂν νηστεύωσι, κἂν εὔχωνται, κἂν ἐλεῶσιν· ὑμεῖς δὲ ὅπως ταύτης ἐπιτύχοιεν, ἅπαντα πραγματεύεσθε. καὶ τί δεῖ πάντα ἐπιέναι; ὅταν γὰρ καὶ τὰ εἰρημένα μυρίας ἱκανὰ παρασκευάσαι γεέννας ᾖ, οὐχὶ πάντα ὁμοῦ συνελθόντα μόνον, ἀλλὰ καὶ [b] καθ' ἑαυτὸ τούτων ἕκαστον· ὑμεῖς δὲ πάντα ὁμοῦ συμφορήσαντες, καὶ τὸ ἀφόρητον τῶν ἁμαρτημάτων ἐπιθέντες φορτίον, οὕτως εἰς τὸν τοῦ πυρὸς πέμπετε ποταμόν. πότε σωθῆναι δυνήσονται, τοσαύτην κομίζοντες τῷ πυρὶ τὴν τροφήν; καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ δεινὸν, ὅτι τἀναντία τοῖς τοῦ Χριστοῦ παραινεῖτε προστάγμασιν, ἀλλ' ὅτι καὶ προσηγορίαις εὐφήμοις περιστέλλετε τὴν κακίαν, τὸ μὲν ἱπποδρόμοις, καὶ [c] θεάτροις προσκεῖσθαι διαπαντὸς, ἀστειότητα καλοῦντες, τὸ δὲ πλουτεῖν, ἐλευθερίαν, τὸ δὲ δόξης ἐρᾶν, μεγαλοψυχίαν, τὴν δὲ ἀπόνοιαν, παρρησίαν, καὶ τὴν μὲν ἀσωτίαν, φιλανθρωπίαν, τὴν δὲ ἀδικίαν, ἀνδρείαν. εἶτα, ὥσπερ οὐκ ἀρκούσης ταύτης τῆς ἀπάτης, καὶ τὴν ἀρετὴν ἐναντίοις καλεῖτε ὀνόμασιν, ἀγροικίαν μὲν τὴν σωφροσύνην, δειλίαν δὲ τὴν ἐπιείκειαν, ἀνανδρείαν δὲ τὴν δικαιοσύνην ὀνομάζοντες· καὶ τὸ μὲν ἄτυφον, δουλοπρεπές· τὴν δὲ ἀνεξικακίαν, ἀσθένειαν, καθάπερ δεδοικότες μὴ παρ' ἑτέρων τὴν ἀληθῆ τούτων προσηγορίαν ἀκούσαντες, φύγωσι τὴν λύμην οἱ παῖδες. οὐδὲ γὰρ μικρὸν εἰς τὴν τῶν κακῶν ἀποτροπὴν, τὸ γυμνὰς αὐτὰς, καὶ κυρίας τῶν κακῶν προσφέρεσθαι [d] τὰς ὀνομασίας· ἀλλὰ τοσαύτην ἔχει τὴν ἰσχὺν πρὸς τὸ πλῆξαι τοὺς ἁμαρτάνοντας, ὡς πολλοὺς πολλάκις ἐπὶ τοῖς αἰσχίστοις ὄντας περιφανεῖς μὴ φέρειν πράως καλουμένους τοῦτο, ὅπερ εἰσίν, ἀλλ' ἀγριαίνειν καὶ ἐκθηριοῦσθαι, ὡς τὰ δεινότατα πάσχοντας· τὴν γοῦν ἑταιρηκυῖαν γυναῖκα, καὶ τὸν πεπορνευμένον παῖδα ἂν καλέσῃ τις ἀπὸ τῆς αἰσχίστης πράξεως ταύτης, ἀκατάλλακτος γέγονεν ἐχθρὸς, ἅτε τὰ μέγιστα ἠδικηκώς. καὶ οὐ τούτους μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν πλεονέκτην, καὶ [e] τὸν μέθυσον, καὶ τὸν ἀλαζόνα, καὶ πάντας ἁπλῶς τοὺς τὰ δεινότερα ἐργασαμένους ἴδοι τις ἂν οὐχ οὕτως ἐπὶ τῷ πράττειν αὐτὰ, καὶ τῇ παρὰ τῶν πολλῶν δόξῃ δακνομένους καὶ ἀλγοῦντας, ὡς ἐπὶ τοῖς τῶν οἰκείων ἔργων ὀνόμασι. πολλοὺς δὲ καὶ σωφρονισθέντας οἶδα τούτῳ τῷ τρόπῳ, καὶ γενομένους τοῖς ὀνείδεσιν ἐπιεικεστέρους. ἀλλ' ὑμεῖς καὶ ταύτην ἀνῃρήκατε τὴν παραμυθίαν. καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι οὐ διὰ τῶν ῥημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν πραγμάτων ταύτην αὐτοῖς ποιεῖσθε τὴν παραίνεσιν, οἰκίας οἰκοδομοῦντες λαμπρὰς, ἀγροὺς ὠνούμενοι πολυτελεῖς, τὴν ἄλλην περιβάλλοντες φαντασίαν, καὶ διὰ πάντων πυκνῷ τινι νέφει συσκιάζοντες αὐτῶν τὴν ψυχήν. πόθεν οὖν δυνήσομαι πεισθῆναι, ὅτι σωθῆναι οἷόν τε τούτους,

A quem id servare videritis, etiam ridetis. *Qui amat*, inquit, *animam suam, perdet eam*: vos ad hunc amorem illos semper inducitis. *Si non remiseritis*, inquit, *hominibus peccata, neque vobis remittet Pater vester cælestis*; vos illis exprobratis, cum eos, qui se læserint, ulcisci nolunt; utque id mature præstare possint illos instituitis. Gloriæ cupidos omnia frustra agere docuit Christus, sive illi jejunaverint, sive oraverint, sive miserti fuerint. At vos ut illam assequantur nihil non agitis. Ecquid opus omnia persequi, cum supra memorata innumeras gehennas inferre possint; nec modo omnia simul, sed seorsum singula? At vos
B omnia simul congesta, & intolerabile peccatorum onus imponentes, sic in fluvium igneum immittitis. Quando salutem nancisci poterunt tantam ferentes ignis escam? Neque id solummodo grave est, quod Christi præceptis contraria doceatis; sed quod præclaris appellationibus vitia obtegatis: Hippodromis ac theatris jugiter interesse, urbanitatem vocantes; divitias, libertatem; gloriæ amorem, magnanimitatem; arrogantiam, fiduciam; prodigalitatem, humanitatem; injustitiam, fortitudinem. Deinde, quasi hæc fallacia non sufficiat, virtutem quoque contrariis no-
C minibus vocatis, temperantiam appellantes rusticitatem; modestiam, timiditatem; justitiam, imbecillitatem; contemtum fastus, servilem animum; injuriarum tolerantiam, infirmitatem; ac si metuatis ne si ab aliis veram horum appellationem audierint filii vestri, perniciem hujusmodi fugiant. Neque enim parum confert ad vitiorum aversionem, si nudæ & propriæ eorum appellationes proferantur; sed tantum id habet roboris ad peccantium animos feriendos, ut plerique sæpe turpissimis insignes vitiis, se ita vocari non libenter ferant;
D sed adeo sæviant & indignentur, ac si acerbissima paterentur. Si quis adulteratam mulierem, & stupratum puerum ex turpissimo actu vocaverit, irreconciliabilis efficitur inimicus, utpote qui magna affecerit injuria. Neque hos tantum, sed etiam avarum, ebriosum, arrogantem, demumque omnes gravissima operatos videas, non tam de ipso opere, vulgique opinione angi & dolere, quam de facinorum nominibus. Multos porro novi hoc emendatos modo, qui op-
E probriis moderatiores evaserunt. At vos hoc solatium atque remedium sustulistis: quodque gravius est, non verbis solum, sed exemplo quoque & opere hæc illis monita datis, dum ædes splendidas construitis, agros emitis pinguissimos, reliquosque magnificos apparatus additis: prorsusque veluti quadam nebula animos eorum obtenebratis. Unde igitur mihi persuaderi poterit posse illos salutem consequi,

Joan. 12. 25.

Matth. 6. 14.

[a] Duo manuscripti ἀμύνασθαι. Infra Morel. νηστεύσωσι, alii omnes νηστεύωσι.

[b] Duo MSS. καθ' ἑαυτά. Mox unus MS. συμφορήσαντες, & mox idem ἐπιτιθέντες.

[c] Duo MSS. θεάτροις ἐγκεῖσθαι.

[d] Morel. & Savil. τὰς ὀνομασίας. MSS. τὰς προσηγορίας.

[e] Duo MSS. τὸν μεθύοντα. Iidem mox δεινότατα.

cum ad ea evocari videam, quæ qui faciunt prorsus perituros esse Christus declaravit? Cum videam vos animam eorum, quasi minoris precii aliquid negligere, illa autem quæ vere superflua sunt, quasi necessaria & præcipua curare? Namque ut servus, ut equus, ut vestimentum pulcherrimum filio sit, omnia facitis; ut autem ipse probus sit, ne cogitare quidem vultis: ac cum ad lignum, ad lapidem hoc studium extendatis, animam ne quam minima solicitudinis parte dignam judicatis. Sed ut statua quædam in ædibus admiranda erigatur, tectum sit aureum, laborem omnem suscipitis: omnium statuarum preciosissimam animam, ut aurea efficiatur nullam curam gerere vultis.

In nefarium Sodomiticum scelus invehitur, quod tunc maxime obtinebat.

7. Sed nondum malorum Colophonem dixi, nec calamitatis caput detexi; quod sæpe dicere aggressus erubui, sæpe præ pudore destiti. Ecquid illud est? Audendum enim jam & dicendum est. Magnæ quippe ignaviæ id esset, si quid mali resecare cupientes, ne mutire quidem super illo auderemus, ac si silentium ægritudinem ultro sanaturum esset. Ne taceamus igitur, etiamsi millies erubescendum sit. Neque enim medicus cum abstergenda putredo fuerit, ferrum arripere dubitabit, & ad ipsum vulneris fundum digitos immittere. Nec nos igitur de hisce verba facere recusabimus, quantumcumque molestior sit putredo. Quod ergo tandem istud malum est? Amor quidam novus ac nequissimus in nostrum sæculum irrupit: morbus irruit gravissimus & incurabilis, pestis omnium pestium teterrima. Novum & intolerandum scelus excogitatum est. Non enim scriptæ modo, sed naturales ipsæ leges evertuntur. Parva res jam est ad impudicitiæ rationem fornicatio: ac quemadmodum in doloribus, qui violentior supervenit prioris sensum obruit; sic & hujus contumeliæ magnitudo non permittit, ut quod vere intolerabile est, jam intolerabile videatur, obscœna nempe cum mulieribus libido. Optandum enim videtur posse hujusmodi retia effugere: periculumque est ne sexus muliebris jam superfluus efficiatur, adolescentibus vices ejus omnes implentibus. Quod gravissimum sane est: sed longe atrocius quod res tam execranda ingenti cum audacia perpetretur; ita ut facinus adeo illegitimum in legem transierit. Nemo jam metuit, nemo perhorrescit, nemo veretur, aut erubescit; sed quasi de re bene gesta ridetur: ipsi temperantes insanire videntur, & monitores furere: qui si imbecilliores fuerint, verberibus afficiuntur; sin potentiores, irridentur, illuduntur, ac probris resperguntur innumeris. Nihil jam tribunalia, nihil leges valent: non pædagogi, non patres, non asseclæ, non magistri: alii enim pecuniis corrupti sunt; alii id solum curant ut merces solvatur. Ex iis vero qui frugi sunt, & sibi concreditorum

A ὅταν ἴδω πρὸς ταῦτα παρακαλουμένους, ἃ τοὺς ποιοῦντας ὁ Χριστὸς ἀπεφήνατο πάντως ἀπολέσθαι; ὅταν θεάσωμαι τὴν μὲν ψυχὴν αὐτῶν, ὥσπερ τινὸς παρέργου καταφρονοῦντας ὑμᾶς, τῶν δὲ ὄντως περιττῶν, ὡς ἀναγκαίων, καὶ προηγουμένων φροντίζοντας; ὅπως μὲν γὰρ ὁ οἰκέτης ἔσται, καὶ ὅπως ἵππος, καὶ ὅπως ἱμάτιον τῷ παιδὶ κάλλιστον, πάντα ποιεῖτε. ὅπως δὲ αὐτὸς γένοιτο καλὸς οὐδὲ ἐννοῆσαί ποτε [a] ἀνέχεσθε· ἀλλὰ καὶ ξύλον, καὶ λίθον μέχρι τούτου προάγοντες τὴν σπουδὴν, τὴν ψυχὴν οὐδὲ τοῦ πολλοστοῦ τῆς ἐπιμελείας ταύτης ἀξιοῦτε μέρους. ἀλλ' ἵνα μὲν ἄγαλμα ἐπὶ τῆς οἰκίας ἑστήκοι θαυμαστὸν, καὶ ἡ στέγη γένηται χρυσῆ, πάντα B ὑπομένετε· τὸ δὲ πάντων τιμιώτερον ἄγαλμα ἡ ψυχὴ ὅπως γένηται χρυσῆ, οὐδὲ φροντίζειν ἐθέλετε.

Ἀλλ' οὔπω τὸν κολοφῶνα τῶν κακῶν εἶπον, οὐδὲ τὸ κεφάλαιον ἐξεκάλυψα τῆς συμφορᾶς· πολλάκις μὲν ἐλθὼν εἰπεῖν καὶ ἐρυθριάσας, πολλάκις δὲ καὶ αἰσχυνθείς. τί ποτ' οὖν ἐστι τοῦτο; τολμητέον γὰρ ἤδη, καὶ λεκτέον αὐτό. καὶ γὰρ ἀνανδρείας ἂν εἴη πολλῆς, μέλλοντάς τι κακὸν [b] ἐξαιρεῖν, μηδὲ φωνὴν ἀφιέναι τολμᾷν ὑπὲρ αὐτοῦ, ὡς τῆς σιγῆς αὐτομάτως ἰασομένης τὴν νόσον. οὐ τοίνυν σιγήσομεν, κἂν μυριάκις αἰσχύνεσθαι μέλλωμεν, καὶ ἐρυθριᾷν. οὐδὲ γὰρ ἰατρὸς μέλλων σηπεδόνα καθαίρειν, παραιτήσεται μεταχειρίσασθαι C σίδηρον, καὶ καθεῖναι δακτύλους εἰς αὐτὸν τοῦ τραύματος τὸν πυθμένα. οὐκοῦν οὐδὲ ἡμεῖς τὸν ὑπὲρ τούτων λόγον παραιτησόμεθα, ὅσῳ καὶ χαλεπωτέρα ἡ σηπεδών. τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ κακόν; ἔρως καινός τις, καὶ παράνομος εἰς τὸν ἡμέτερον εἰσεκώμασε βίον· νόσημα ἐπέπεσε χαλεπὸν, καὶ ἀνίατον· λοιμὸς κατέσκηψε πάντων λοιμῶν χαλεπώτερος· καινή τις παρανομία ἐπενοήθη, καὶ ἀφόρητος. οὐ γὰρ οἱ θετοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ τῆς φύσεως διαφθείρονται νόμοι. μικρὸν εἰς ἀσελγείας λόγον πορνεία λοιπόν. καὶ καθάπερ ἐν ταῖς ὀδύναις τὸ τυραννικώτερον πάθος τὸ πρότερον τὴν αἴσθησιν ἔκρυψεν ἐπελθὸν, οὕτω καὶ ἡ τῆς ὕβρεως ταύτης ὑπερβολὴ οὐκέτι ἀφόρητον ποιεῖ φαίνεσθαι τὸ ἀφόρητον, τὴν [c] περὶ τὴν D γυναῖκα ἀσέλγειαν. ἀγαπητὸν γὰρ εἶναι δοκεῖ τὸ δυνηθῆναι τὰ δίκτυα ταῦτα διαφυγεῖν, καὶ κινδυνεύει λοιπὸν περιττὸν εἶναι τὸ τῶν γυναικῶν γένος, τῶν νέων ἀντ' ἐκείνων πάντα τὰ ἐκείνων πληρούντων. καὶ οὐ τοῦτό πω δεινόν· ἀλλ' ὅτι καὶ μετὰ πολλῆς τολμᾶται τῆς ἀδείας μύσος τοσοῦτον, καὶ νόμος γέγονεν ἡ παρανομία. οὐδεὶς δέδοικεν, οὐδὲ τρέμει λοιπόν. οὐδεὶς αἰσχύνεται, οὐδὲ ἐρυθριᾷ· ἀλλὰ καὶ ἐγκαλλωπίζεται τῷ γέλωτι τούτῳ, καὶ μαίνεσθαι δοκοῦσιν οἱ σωφρονοῦντες, καὶ παραπαίειν οἱ νουθετοῦντες· E κἂν μὲν ἀσθενέστεροι τύχωσιν ὄντες, συνεκόπησαν ταῖς πληγαῖς· ἂν δὲ δυνατώτεροι, χλευάζονται, γελῶνται, μυρίοις πλύνονται σκώμμασιν. οὐδὲν ὄφελος δικαστηρίων, οὐδὲ νόμων, οὐδὲ παιδαγωγῶν, οὐ πατέρων, οὐκ ἀκολούθων, οὐ διδασκάλων. τοὺς μὲν γὰρ ἰσχύει διαφθεῖραι χρήμασιν, οἱ δ' ὅπως αὐτοῖς μισθὸς γένοιτο μόνον ὁρῶσι. τῶν δὲ ἐπιεικεστέρων, καὶ φροντιζόντων τῆς τῶν ἐμπιστευθέντων

a Savil. & Morel. ἀνέχεσθε. Duo MSS. ἀνάσχεσθε. Mox in Morel. solo deest, τὴν σπουδήν. Paulo post Morel. ἑστήκοι, Savil. ἑστίκῃ, duo MSS. ἑστήκει.

b Savil. & Morel. ἐξαιρεῖν; alii ἐξαιρεῖν.

c Savil. in textu & duo MSS. περὶ γυναῖκας. Morel. & Savil. in marg. περὶ τὴν γυναῖκα.

αὐτοῖς

αὐτοῖς σωτηρίας, οἱ μὲν κλέπτονται ῥᾳδίως, καὶ ἀπατῶνται· οἱ δὲ καὶ δεδοίκασι τὴν ἀσελγῶν τὴν δύναμιν· ῥᾷον γὰρ ἄν τις ὑποπτευθεὶς ἐπὶ τυραννίδι διασωθείη, ἢ τὴν μιαρῶν ἐκείνων ἀπάγειν πειραθεὶς, τὰς ἐκείνων διαφύγοι χεῖράς ποτε· οὕτω καθάπερ ἐπ' ἐρημίας πολλῆς, ἐν μέσαις ταῖς πόλεσιν ἄῤῥενες ἐν ἄρσεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργάζονται. Εἰ δέ τινες ταύτας [a] διέφυγον τὰς παγὰς, τὴν γοῦν πονηρὰν τὴν τὰ τοιαῦτα ὑποδεχομένων δυσκόλως διαφεύξονται δόξαν. πρῶτον μὲν, ὅτι ὀλίγοι σφόδρα εἰσὶ, καὶ ταύτῃ ῥᾳδίως ἂν ὑπὸ τοῦ τῶν πονηρῶν κρύπτοιντο πλήθους· δεύτερον, ὅτι καὶ αὐτοὶ οἱ μιαροὶ καὶ ἐναγεῖς ἐκεῖνοι δαίμονες, οὐκ ἔχοντες ἑτέρως ἀμύνασθαι τοὺς ὑπεριδόντας αὐτοὺς, ταύτῃ σπουδάζουσιν ἀδικεῖν. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἰσχύουσι καιρίαν δοῦναι πληγὴν, οὐδ' αὐτῆς καθικέσθαι τῆς ψυχῆς, τὸν γοῦν ἔξωθεν αὐτοῖς περικείμενον περιδύσαι κόσμον ἐπιχειροῦσι, καὶ τὴν εὔκλειαν ἅπασαν ἀνελεῖν. ὅθεν καὶ πολλῶν θαυμαζόντων ἤκουσα, πῶς οὐδέπω καὶ τήμερον ὄμβρος ἕτερος κατηνέχθη πυρὸς, πῶς οὐδέπω τὰ τῶν Σοδόμων ἔπαθεν ἡμῖν ἡ πόλις, τοσούτῳ χαλεπωτέρας ἀξία κολάσεως οὖσα, [b] ὅσον μηδὲ τοῖς ἐκείνων ἐσωφρονίσθη κακοῖς· ἀλλὰ καίτοι τὸ χωρίον ἐκείνης ἐν δισχιλίοις λοιπὸν ἔτεσι, φωνῆς λαμπρότερον διὰ τῆς ὄψεως πρὸς ἅπασαν βοώσης τὴν οἰκουμένην μηδὲν τοιοῦτον τολμᾷν, οὐ μόνον οὐκ ὀκνηρότεροι περὶ τὴν ἁμαρτίαν ἐγένοντο, ἀλλὰ καὶ ἰταμώτεροι, καθάπερ φιλονεικοῦντες τῷ Θεῷ, καὶ διὰ τῶν ἔργων δεῖξαι σπουδάζοντες, ὅτι τοσούτῳ τοῖς κακοῖς ἐπιθήσονται τούτοις, ὅσῳ περ ἂν αὐτοῖς μειζόνως ἀπειλῇ. πῶς οὖν οὐδὲν γέγονε τοιοῦτον· ἀλλὰ τὰ μὲν Σοδόμων ἁμαρτήματα τολμᾶται, τὰ δὲ Σοδόμων οὐ γίνεται πάθη; ὅτι πῦρ αὐτοῖς ἕτερον χαλεπώτερον μένει, καὶ κόλασις οὐκ ἔχουσα τέλος. καὶ γὰρ τῶν ὑπὸ τοῦ κατα[c]κλυσμοῦ διαφθαρέντων πολλῷ μιαρώτερα τολμησάντων ἐκείνων, τῶν μετὰ ταῦτα λέγω, οὐδεὶς ἐξ ἐκείνου γέγονεν ὄμβρος τοιοῦτος. κἀνταῦθα δὲ πάλιν ἡ αἰτία ἡ αὐτή. ἐπεὶ τίνος ἕνεκεν οἱ μὲν παρὰ τὴν ἀρχὴν γενόμενοι, ὅτε οὔτε δικαστήρια ἦν, οὐδὲ ἀρχόντων ἐπέκειτο φόβος, οὐ νόμος τῶν ἀπειλῶν, οὐ προφητῶν χορὸς ῥυθμίζων, οὐ προσδοκία γεέννης, οὐ βασιλείας ἐλπὶς, οὐκ ἄλλη φιλοσοφία, οὐ τὰ θαύματα τὰ καὶ λίθους ἀναστῆσαι δυνάμενα· πῶς οὗτοι μὲν οἱ μηδενὸς τούτων ἀπολαύσαντες, ὑπὲρ ὧν ἥμαρτον τοσαύτην ἔδωκαν δίκην· οἱ δὲ πάντων τούτων μετεσχηκότες, καὶ μεταξὺ τοσούτου ζῶντες φόβου καὶ θείων δικαστηρίων, καὶ ἀνθρωπίνων, οὐδέπω καὶ τήμερον τὰ αὐτὰ ἔπαθον ἐκείνοις, χαλεπωτέρας ὄντες ἄξιοι κολάσεως; ἆρ' οὐχὶ καὶ παιδὶ δῆλόν ἐστιν, ὅτι σφοδροτέρᾳ τηροῦνται δίκῃ; εἰ γὰρ ἡμεῖς ὀργιζόμεθα οὕτως, καὶ ἀγανακτοῦμεν, ὁ Θεὸς ὁ πάντων μάλιστα τῶν ἀνθρώπων γένος κηδόμενος, καὶ τὴν κακίαν σφόδρα ἀποστρεφόμενος καὶ μισῶν, πῶς ἀνάσχοιτο ταῦτα τολμᾶσθαι ἀτιμωρητί; οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν· ἀλλ' ἐποίσει πάντως αὐτοῖς τὴν χεῖρα τὴν κραταιὰν, καὶ τὴν πληγὴν τὴν ἀφόρητον, καὶ τῶν βασανιστηρίων τὴν ὀδύ-

A saluti prospiciunt, alii facile circumveniuntur ac decipiuntur, alii impudicorum potentiam reformidant. Facilius enim elabatur qui in affectatæ tyrannidis suspicionem venerit, quam ipsorum manus effugiat qui pueros ab execrandis illis hominibus abducere tentaverit. Sic mediis in urbibus, quasi in vasta solitudine masculi in masculos turpitudinem exercent. Quod si qui hos laqueos effugerint, malam tamen sceleratorum famam difficile vitabunt: primo quidem, quia admodum pauci cum sint, improborum multitudine facile obruuntur; secundo quia detestandi illi ac scelesti dæ-
B mones, cum contemtores suos alio modo ulcisci nequeant, hac via lædere conantur. Quia enim lethale illis vulnus infligere non possunt, neque usque ad animam pertingere, exteriorem saltem ornatum lædere, bonamque famam omnem auferre nituntur. Quamobrem multos audivi, qui se mirari dicerent, quod nondum hodieque imber alius igneus delapsus sit, quodque non paria cum Sodomis urbs nostra passa sit, quæ eo graviore supplicio digna est, quo ne illius quidem cladis exemplo emendatur. Verum etiamsi illa regio ab annis bis mille voce qualibet clariorem conspectum præferat,
C quo orbi universo clamat ne quid hujusmodi audeat, non modo segniores ad hoc facinus facti non sunt, sed etiam sunt impudentiores: ac si cum Deo contendant, atque operibus declarare studeant sese tanto magis his malis dedituros esse, quanto majores ille pœnas comminatus fuerit. Cur ergo nihil factum est hujusmodi: sed cum Sodomorum scelera admittantur, Sodomorum tamen clades non contingunt? Quia manet eos ignis longe gravior, & supplicium finem non habiturum. Nam cum multo graviora scelera, quam ii qui aquis diluvii perierunt, plurimi postea admiserint, nullus tamen
D imber ejusmodi postmodum accidit. Eadem hic quoque causa afferenda est. Cur enim ii, qui paulo post mundi initium fuerunt, cum neque tribunalia essent, neque magistratuum metus immineret, non legis comminatio, non prophetarum chorus, qui moderaretur, non exspectatio gehennæ, non regni spes, non alia philosophia, non miracula, quæ possent vel lapides excitare; cur, inquam, illi qui nullo horum potiti erant, tantas scelerum pœnas dederunt: qui autem horum omnium participes fuerunt, & inter tantos tum divinorum tum humanorum tribunalium metus versantur, nondum paria illis passi sunt, cum sint lon-
E ge graviori supplicio digni? Nonne vel puero liquet illos atrociori ultioni reservari? Nam si nos super his ita irascimur & indignamur, Deus qui genus humanum plus, quam alia omnia curat; & nequitiam admodum aversatur, quomodo hæc impune fieri patiatur? Non ita certe, non ita se res habet, sed immittet in illos plane manum illam validam, plagamque intolerandam, atque cruciatuum illorum dolo-

[a] Duo MSS. διαφύγωσι, Savil. & Morel. διέφυγον.
[b] Duo MSS. ὅσω μηδὲ τοῖς ἐκείνων σωφρονισθῆναι κακοῖς.

[c] Savil. in textu & duo MSS. τολμησάντων ἐπέκεινα. Savil. in marg. τολμησάντων ἐκείνων.

rem, ita gravem, ut Sodomorum clades illi comparata, ludus videatur esse. Quos enim illi Barbaros non superarunt? Quod ferarum genus per impudentissimum congressum non retro relinquunt? Est in quibusdam brutis ardens libido, cupidoque intolerabilis, nihil ab insania differens: quæ tamen hunc amorem non norunt, sed intra naturæ terminos manent, etsi millies libidine urantur, naturæ numquam leges evertunt. At rationabiles illi, divinâ potiti doctrinâ, qui quæ agenda vel non agenda sint aliis prædicant, scripturasque ex cælo delapsas audierunt, non ita impudenter cum meretricibus, ut cum adolescentibus congrediuntur. Nam quasi homines non sint, neque providentia præsit rebus humanis deque factis judicet; sed quasi tenebris cuncta occupantibus, nulloque hæc vidente vel audiente, sic omnia & cum tanta insania audent. Vitiatorum autem puerorum patres hæc tacite ferunt, nec secum filios terrâ obruunt, nec quodquam tanto malo remedium quærunt. Atenim si in exsilium abducendi essent filii, ut ab hac peste liberarentur, si in mare, si in insulas, si in terram desertam, si in eam quæ ultra nos est orbis partem, nonne oporteret omnia facere & perpeti, ne hujusmodi flagitia admitterentur? Certe si insalubris esset locus aliquis, nonne inde filios asportaremus, etiamsi lucra ingentia ibi consequuturi essent, etiamsi optima valetudine potirentur? Nunc autem cum tanta lues omnia occupet, non modo eos ad barathra trahimus, sed si qui illos eripere velint, eos ut corruptores pellimus. Quantâ irâ isthæc, quantis fulminibus digna non sunt? Quandoquidem linguam ipsis per externam sapientiam perpolire studemus, animam vero in ipso spurcitiæ cœno jacentem, omninoque putrescentem, non modo despicimus, sed etiam exsurgere volentem prohibemus. Num quis adhuc dicere ausit posse salutem consequi eos, qui in tantis malis versantur? Qua ratione? Namque ii, qui exoletorum vesaniam effugerunt, qui pauci sane numero sunt, amores illos violentos, qui omnia corrumpunt, pecuniæ scilicet & gloriæ, non effugiunt. Plures autem & his ipsis, & una impudicis amoribus vehementius oppressi detinentur. Deinde cum illos literarum studiis tradere volumus, non tantum ea quæ huic institutioni officere possunt auferimus, sed quæ ipsam juvare possunt apparamus; pædagogos & magistros ipsis procuramus, pecunias expendimus, atque a cæteris rebus otium præstamus, ac frequentius, quam pædotribæ in Olympicis certaminibus vociferantes, paupertatem, quam imperitia, divitias, quas eruditio affert exhibemus, nihil non agentes ac dicentes, & nostro & aliorum sermone, ut eos ad finem tantæ solicitudinis perducamus, neque sic crebro voti compotes efficimur. Morum vero probitatem, & honestæ vitæ curam ultro ipsis obventuram putabimus, cum

b Morel. τοῖς τραπεζίταις, alii omnes, ἐπὶ τοῖς τραπεζίταις. Infra duo MSS. παραλογίσασθαι δυνησόμεθα.
c Duo MSS. βουληθεῖσιν. Editi βουλομένοις.

IN SEQUENS OPUSCULUM MONITUM.

JAM supra libro 2. num. 6. Chrysostomus Monachum cum Rege vel Imperatore comparatum, illo fortunatiorem & potentiorem esse probavit: idipsum autem in hoc opusculo toto commonstrat; nempe eum qui Philosophiæ, sic enim passim Monasticam vitam appellat, det operam, rege ditiorem & potentiorem esse, in bello fortiorem, hominibus demerendis ac beneficio ornandis aptiorem, in obitu beatiorem. Cum igitur ejusdem argumenti sit hic libellus, atque tres priores, opportune post illos una serie locatur. Savilius qui inter spuria hoc opusculum incaute posuerat, in notis postea suis id incogitanter ac temere factum esse declaravit: vereque Chrysostomo dignum opus esse fassus est. Certe non modo Chrysostomi fetum, sed etiam inter elegantiores numerandum esse censemus.

Germani Brixii interpretationem, utpote satis accuratam, aliquot tamen in locis emendatam, e regione Græci textus edendam curavimus.

COMPARATIO POTENTIÆ, divitiarum & excellentiæ regis, cum Monacho in verissima & Christiana philosophia vivente.

EGo cum intuear ex hominibus complures quæ bona esse videntur, ea majori & amore, & admiratione sectari, quam quæ natura ac verissime bona sunt: necessarium esse reor, brevi oratione de utrisque hic agere, & componere inter se tum quæ vulgo neglectui sunt, tum quæ magno mortales studio sequuntur, ut utrorumque differentiam edocti, illa quidem ut seria, ac salutaria magni faciamus, hæc autem tamquam nihili æstimanda contemnere discamus. Igitur magnopere expetuntur divitiæ, principatus, imperium, gloria, ac beatos quidem vulgus eos ducit, qui gentium principes sunt, qui splendidis vehiculis feruntur, qui præconum clamorem, ac satellitium magnum assequuntur. Contra, philosophantium vita, & eorum qui Monasticum institutum delegerunt, despicabilis est: atque illi quidem dum foras prodeunt, ad sese contuendos populum ipsum convertunt: hi autem sicubi apparuerint, nullius oculos, aut certe perpaucorum ad sui spectaculum trahunt: & præterea horum nullus similis esse concupiscat; illorum vero omnes. Quamquam principatum quærere, gentis alicujus imperio potiri, arduum sane ac supra vulgarium hominum vires, ac quorum animos imperii amor incessit, iis magna pecunia opus: Monasticam vero vitam eligere, Dei cultui vitam suam mancipare, æque omnibus proclive ac facile. Adde quod principatus possessio unà cum vita hac desinit, seu verius dicam, vivos item sui amatores destituit: atque etiam multos in periculum, vel certe magnam in ignomi-

A ## ΣΥΓΚΡΙΣΙΣ ΒΑΣΙΛΙΚΗΣ δυναστείας, καὶ πλούτου, καὶ ὑπεροχῆς, πρὸς μοναχὸν συζῶντα τῇ ἀληθεστάτῃ, καὶ κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίᾳ.

ΟΡΩΝ ἐγὼ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων τὰ δοκοῦντα εἶναι καλὰ μᾶλλον ἀγαπῶντάς τε καὶ θαυμάζοντας, ἢ τὰ φύσει χρηστὰ, καὶ ὡς ἀληθῶς ἀγαθὰ,
B ἀναγκαῖον εἶναι νομίζω περὶ ἑκατέρων βραχέα ποιήσασθαι τοὺς λόγους, καὶ παραθεῖναι νῦν ἀλλήλοις τά τε καταῤῥαθυμημένα [a] παρὰ πολλοῖς, τά τε πολλῆς τυγχάνοντα [a] σπουδῆς, ἵνα μαθόντες τὴν διαφορὰν ἑκατέρων· τὰ μὲν ὡς ἄξια σπουδῆς καὶ σωτηρίας περὶ πολλοῦ ποιησώμεθα, τῶν δὲ καταφρονεῖν παιδευθῶμεν ὡς οὐδενὸς ἀξίων. Οὐκοῦν ἀγαπᾶται μὲν πλοῦτος καὶ δυναστεία, καὶ ἀρχὴ, καὶ δόξα, καὶ μακαρίζουσιν οἱ πολλοὶ τοὺς τῶν ἐθνῶν ἄρ-
C χοντας, φερομένους ἐπὶ λαμπρῶν ὀχημάτων, καὶ κηρύκων βοῆς ἀπολαύοντας, καὶ δορυφορίας πολλῆς, καταπεφρόνηται δὲ τῶν φιλοσοφούντων ὁ βίος, καὶ τῶν τὴν μονήρη δίαιταν ᾑρημένων· κἀκεῖνοι μὲν φανέντες πρὸς ἑαυτοὺς ἐπιστρέφουσι τὸν δῆμον, οὗτοι δὲ φανέντες, οὐδενὸς ὀφθαλμοὺς, ἢ κομιδῇ γε ὀλίγων, πρὸς ἑαυτοὺς ἕλκουσι. καὶ τούτων μὲν οὐδεὶς ἂν ἐπιθυμήσειε γενέσθαι ὅμοιος, ἐκείνων δὲ ἅπαντες. καί τοι γε δυναστείαν μὲν κτήσασθαι, καὶ ἀρχὴν ἔθνους λαβεῖν χαλεπόν τε καὶ
D τοῖς πολλοῖς ἀδύνατον, καὶ πολλῶν ἂν δεηθεῖεν χρημάτων οἱ τῆς ἀρχῆς ἐρασταὶ, τὸ δὲ μονήρη βίον ἑλέσθαι, καὶ τῇ τοῦ θεοῦ λατρείᾳ συζῆν, πᾶσιν ὁμοίως εὔπορόν τε καὶ ῥᾴδιον. ἔτι τῆς μὲν ἀρχῆς ἡ κτῆσις τῷ βίῳ τούτῳ συνδιαφθείρεται, μᾶλλον δὲ καὶ ζῶντας ἀπολιμπάνει τοὺς ἑαυτῆς ἐραστάς· ἤδη δέ τινας εἰς κίνδυνον μέγαν ἢ ἀδο-

Collata cum Cod. Coislin. 242.

[a] Coislin. παρὰ πολλῶν.

ξίαν καθέστησεν· ὁ δὲ μονήρης βίος νῦν τε πολλῶν ἀγαθῶν ἀναπίμπλησι τοὺς δικαίους, καὶ μετὰ τὴν τοῦ βίου τελευτὴν, λαμπροὺς καὶ χαίροντας ἐπὶ τὸ δικαστήριον ἄγει τοῦ [a] Θεοῦ καὶ πατρὸς, ὅτε τῶν ἀρξάντων οἱ πλείους μεγάλην ὀφθήσονται διδόντες τῶν βεβιωμένων τὴν δίκην. Φέρε δὴ παραθέντες ἀλλήλοις τά τε τῆς φιλοσοφίας ἀγαθὰ, τά τε δοκοῦντα εἶναι χρηστὰ τῆς ἐν τῷ παρόντι βίῳ δυναστείας καὶ δόξης, καταμάθωμεν τὸ διάφορον ἑκατέρων τῶν ἀγαθῶν. παράλληλα γὰρ ἔσται φανερώτερα· μᾶλλον δὲ εἰ δοκεῖ τὴν κορυφὴν τῶν ἀγαθῶν, τὴν βασιλείαν λέγω, τῇ φιλοσοφίᾳ παραθέντες, θεωρήσωμεν ἑκατέρας κτήσεως τοὺς καρποὺς, καταμαθόντες ἀκριβῶς τίνων μὲν ὁ βασιλεὺς, τίνων δὲ ὁ φιλόσοφος ἄρχει. Οὐκοῦν ὁ μὲν βασιλεὺς πόλεσι, καὶ χώραις, καὶ πολλοῖς ἐφέστηκεν ἔθνεσι, καὶ στρατηγοὺς, καὶ ὑπάρχους, καὶ στρατόπεδα, καὶ δήμους, καὶ βουλὰς τοῖς ἑαυτοῦ νεύμασιν ἄγων· ὁ δὲ Θεῷ δεδωκὼς ἑαυτὸν, καὶ τὸν μονήρη βίον ᾑρημένος, θυμοῦ, καὶ φθόνου, καὶ φιλαργυρίας, καὶ ἡδονῆς, καὶ τῶν ἄλλων ἄρχει κακῶν, σκοπῶν ἀεὶ καὶ φροντίζων, ὅπως ἂν μὴ συγχωρήσειε τῇ ψυχῇ ὑπὸ τοῖς αἰσχροῖς γενέσθαι πάθεσι, μηδὲ δουλωθῆναι τὸν λογισμὸν τυραννίδι πικρᾷ· ἀλλ' ἀνωτέρω πάντων ἀεὶ τὴν διάνοιαν ἔχει, τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ἐπιστήσας τοῖς πάθεσι. Τοιαύτην μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς, τοιαύτην δὲ ὁ μοναχὸς ἀρχὴν καὶ δυναστείαν κέκτηται, ὥστε δικαιότερον ἄν τις τοῦτον βασιλέα καλέσειεν, ἢ τὸν ἁλουργίδι καὶ στεφάνῳ [b] λαμπόμενον, καὶ καθήμενον ἐπὶ θρόνου χρυσοῦ.

Βασιλεὺς γὰρ ὡς ἀληθῶς ὁ θυμοῦ καὶ φθόνου καὶ ἡδονῆς κρατῶν, καὶ πάντα ὑπὸ τοὺς νόμους ἄγων τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν νοῦν ἐλεύθερον τηρῶν, καὶ οὐκ ἐῶν ἐνδυναστεῦσαι τῇ ψυχῇ τὴν δεσποτείαν τῶν ἡδονῶν. Τὸν τοιοῦτον ἡδέως ἂν εἶδον καὶ δήμων, καὶ γῆς, καὶ θαλάσσης ἄρχοντα, καὶ πόλεων, καὶ δήμων καὶ στρατοπέδων. ὁ γὰρ τοῖς πάθεσι τῆς ψυχῆς τὸν λογισμὸν ἐπιστήσας, ῥᾳδίως ἂν ἐπισταίη καὶ ἀνθρώποις μετὰ τῶν θείων νόμων, ὥστε αὐτὸν ἐν πατρὸς τάξει τοῖς ἀρχομένοις εἶναι, μετὰ πάσης ἡμερότητος ὁμιλοῦντα ταῖς πόλεσιν. ὁ δὲ ἀνθρώπων μὲν ἄρχειν δοκῶν, θυμῷ δὲ καὶ φιλαρχίᾳ, καὶ ἡδοναῖς δουλεύων, πρῶτον μὲν καταγέλαστος εἶναι δόξειεν ἂν τοῖς ἀρχομένοις, ὅτι στέφανον μὲν φορεῖ λιθοκόλλητον καὶ χρυσοῦν, σωφροσύνῃ δὲ οὐκ ἐστεφάνωται· καὶ ἁλουργίδι μὲν ὅλον τὸ σῶμα λάμπεται, τὴν δὲ ψυχὴν ἀκόσμητον ἔχει. ἔπειτα δὲ οὐδὲ ὅπως μεταχειρίσαιτο τὴν ἀρχὴν ἐπιστήσεται· ὁ γὰρ ἑαυτοῦ μὴ δυνηθεὶς ἄρχειν, πῶς ἂν ἑτέρους δυνηθείη κατευθύνειν τοῖς νόμοις; Εἰ δὲ βούλει καὶ τὸν πόλεμον ἑκατέρων ἰδεῖν, εὑρήσεις τὸν μὲν δαίμοσι μαχόμενον, καὶ κρατοῦντα, καὶ νικῶντα, καὶ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ στεφανούμενον· μετὰ γὰρ τῆς θείας ῥοπῆς ἐπὶ τὸν πόλεμον ἔρχεται, οὐρανίοις πεφραγμένος ὅπλοις, ὥστε ἀνάγκη τοῦτο γενέ-

[a] Coislin. θεοῦ καὶ σωτῆρος, ἐστ.

A niam conjecit. At Monastica vita justos hic bonis multis cum repleverit, a vitæ exitu ornatos ac hilares ad Dei & Patris tribunal ducit, quo tempore eorum qui imperio functi fuerint bonam partem, magnas peccatorum in vita admissorum pœnas luere videas. Age itaque conferentes inter se tum philosophiæ bona, tum ea quæ in hac vita principatus ac gloriæ bona esse videntur, utrorumque bonorum discrepantiam perdiscamus: sic enim collata apertiora fient: quin potius, si placet, ipsum bonorum fastigium, regnum intelligo, cum philosophia comparantes, utriusque possessionis B fructus contemplemur, diligenter edocti, quibus rex, quibus rursus philosophus imperet. Rex igitur urbium, regionum, tum multarum gentium imperium gerit, Magistros militum, Præfectos, exercitus, populos, senatus, suo unius nutu regens: at vero qui se ipse totum Deo dedit, solitariamque vitam elegit, iræ, invidiæ, avaritiæ, voluptati, cæterisque animi morbis imperat, assidue speculans, ac meditans, quemnam in modum non committat, ut suum animum obscœnis affectibus subjiciat, neu amaræ tyrannidi ratio inserviat, sed supra res humanas omnes cogitationem semper C erectam habeat, Dei timorem animi morbis præficiens. Hujusmodi igitur imperium rex, hujusmodi item principatum monachus adeptus est: ut justius quidem hunc regem voces, quam eum qui purpura indutus, ac corona ornatus splendescit, throno in aureo sedens.

2. Nam is demum vere rex est, qui iram, qui invidiam, qui voluptatem cohibens, omnia sub Dei lege agit, mentem liberam servans, neque patiens voluptatum dominationem animo suo imperitare. Talem equidem regem libens viderem, & terræ, & mari, & civitatibus, & populis, & exer- D citibus jura dantem. Quisquis enim animi affectibus rationem magistram præfecerit, is parvo admodum negotio & hominibus una cum divinis legibus præfici possit, ut eumdem patris loco subditi habeant, cum omni mansuetudine civitatibus consuetudinis suæ copiam facientem. Qui vero hominibus imperare cum videatur, iræ tamen, ambitioni, voluptatibus servit: hic primum subditis suis ridiculus videri possit hoc ipso, quod coronam quidem gestat gemmis intertextam, & auream, temperantiæ vero corona minime insignis est: & purpureo quidem vestitu toto corpore fulget, animum autem inornatum E habet. Deinde hic ne administrandi quidem imperii scientiam habiturus est. Qui enim sibi ipsi imperare nescit, hic quo tandem modo alios legibus regere poterit? Quin si id belli genus, quod uterque sibi peculiariter gerendum sumsit, spectare volueris, invenies hunc cum dæmonibus depugnantem, eumdemque & superantem, & vincentem, & a Christo coronam capientem: utpote qui ad pugnam accedat divino sustentatus auxilio, cælestibus armis communitus, ut necesse quidem sit victoriam ab ipsius parti-

Quis demum vere rex dicendus.

Comparat cum Rege monachum, in bello gerendo.

[b] Coislin. λαμπρόν.

bus stare; cum interim regem illum cum Barbaris bellantem cernas: quanto autem hominibus dæmones terribiliores sunt, tanto splendidior est qui hos superat, eo qui illos vincit. Quod si utriusque belli caussam perdiscere cupis, magnam profecto inæqualitatem reperies. Alter enim pro pietate ac Dei cultu cum dæmonibus bellum gerit, vel urbes, vel pagos ab errore eripere desiderans: alter vero cum Barbaris digladiatur pro locis, finibus, opibusve raptis, illum avaritia, vel injusti principatus ambitione ad pugnam provocante: ubi certe plerique sæpe reges majora cum appetivissent, jam parta amisere. Itaque tum principatus, tum ipsa bellorum genera arguunt, eousque inter se discrepare & regem, & eum qui vitæ suæ studium Dei cultui addixit. Sed tamen eosdem illos exacte utique pernoscas, si ad utriusque vitam, quotidianaque gesta examinanda descenderis. Revera enim hunc invenias cum Prophetis versantem, Pauli sapientia animum exornantem, assidue a Mose ad Hesaiam, ab Hesaia ad Joannem, a Joanne ad alium quempiam transeuntem: at regem assidua centurionum, præfectorum, & spiculatorum consuetudine utentem. Porro solitum esse videmus, cum quibus assidue quis versatur, horum mores similes habere. Itaque qui solitarius vivit, is animum suum ad Apostolorum & Prophetarum mores conformat: at rex ad mores ducum, satellitum, scutatorum, hominum vino servientium, voluptatibus indulgentium, bonam diei partem in potu conterentium, denique nullius rei necessariæ, aut honestæ scientiam, vino impediente, callentium. Hac ergo ratione monasticam vitam convenit ea beatiorem dicere, quæ principatu, quæ regno, quæ sceptris constat.

Nocturno tempore uter beatior.

3. Quod si & noctis tempus examinare voluerimus, monachum quidem videbimus Dei cultu ac precibus insignem, multo ante gallinaceos tempore canentem, Angelis convictoribus utentem, cum Deo colloquentem, cælestibus bonis fruentem: eum vero qui multis gentibus, multis populis, atque exercitibus præest, quique terra ac mari late imperat, in lecto distentum ac stertentem. Ille quidem cibis iis alitur, qui altum ab eo somnum minime exigant: hunc autem deliciæ consopiunt & potus, eumdem in lectulo ad ipsum usque diem detinens. Jam monacho & vestis & mensa moderata, & convictores ejusdem virtutis æmuli: at regem necesse est & lapillis & auro superbum esse, mensamque apponere splendidam, tum convictoribus uti, si quidem imprudens ille fuerit, sua stoliditate dignis; sin autem mentem habeat, temperansque sit, probis fortasse & justis, sed tamen virtute iis quos ante dixi, longe inferioribus: ita rex ut philosophiæ deditus sit, tamen ne tantillum quidem ad monachi virtutem propius accedere queat. Etenim in itineribus faciendis, subditis gravis est, præterea & urbem habitans, & pace fruens, & bello

A διὰ τὸ κράτος· τὸν δὲ βασιλέα βαρβάροις μαχόμενον. ὅσῳ δὲ τῶν ἀνθρώπων οἱ δαίμονες φοβερώτεροι, τοσούτῳ λαμπρότερος ὁ τούτων κρατῶν τοῦ νικῶντος ἐκείνους. εἰ δὲ καὶ τὴν αἰτίαν ἑκατέρου πολέμου καταμαθεῖν βουληθῇς, πολὺ [a] τὸ οὐκ ἴσον εὑρήσεις. ὁ μὲν γὰρ ὑπὲρ εὐσεβείας καὶ τῆς τοῦ θεοῦ λατρείας πολεμεῖ τοῖς δαίμοσιν, ἢ πόλεις ἢ κώμας ἐκ τῆς πλάνης ἐξαρπάσαι ποθῶν. ὁ δὲ μάχεται βαρβάροις ὑπὲρ τόπων ἢ ὅρων ἢ χρημάτων ἁρπασθέντων, ἢ πλεονεξίας καὶ ἔρωτος ἀρχῆς ἀδίκου παρακαλούσης ἐπὶ τὴν μάχην. ἔνθα δὴ πολλοὶ πολλάκις βασιλεῖς τῶν μειζόνων ἐπιθυμήσαντες, καὶ τὰ παρόντα προσαπώ-

B λεσαν. ἡ μὲν οὖν ἀρχὴ, καὶ οἱ πόλεμοι τοσοῦτον ἀλλήλων διαφέροντας ἔδειξαν, τόν τε βασιλέα, καὶ τὸν ἐσπουδακότα τῇ τοῦ θεοῦ λατρείᾳ συζῆν. γνοίη δ' ἄν τις αὐτοὺς ἀκριβῶς, τὸν βίον ἑκατέρου καὶ τὰς πράξεις τὰς καθ' ἡμέραν σκοπῶν. εὕροι γὰρ ἂν ὡς ἀληθῶς τὸν μὲν ὁμιλοῦντα προφήταις, καὶ τῇ τοῦ Παύλου σοφίᾳ τὴν ψυχὴν καλλωπίζοντα, καὶ μεταπηδῶντα συνεχῶς ἀπὸ μὲν Μωσέως πρὸς Ησαΐαν, ἀπὸ δὲ τούτου πρὸς Ἰωάννην, ἀπὸ δὲ τούτου πρὸς ἕτερον· τὸν βασιλέα δὲ συνεχῶς ὁμιλοῦντα ταξιάρχοις, καὶ ὑπάρχοις, καὶ δορυφόροις· οἷς δέ τις ὁμιλεῖ συνεχῶς, τούτοις ἀφομοιοῦται

C τὸ ἦθος. οὐκοῦν ὁ μὲν μονάζων, πρὸς τὰ τῶν ἀποστόλων, καὶ προφητῶν ἤθη ἐκτυποῦται τὴν γνώμην· ὁ δὲ βασιλεὺς πρὸς τὰ τῶν στρατηγῶν, καὶ δορυφόρων, καὶ ὑπασπιστῶν, ἀνθρώπων οἴνῳ δουλευόντων, καὶ ἡδοναῖς μεριζομένων, καὶ τὸ πλέον τῆς ἡμέρας διατριβόντων ἐν πότῳ, οὐδὲν κρεῖττον ἢ καλὸν διὰ τὸν οἶνον ἐπισταμένων. οὕτως ἄρα καὶ διὰ τοῦτο τὸν μονήρη βίον προσήκει μακαρίζειν μᾶλλον, ἢ τὸν ἐν δυναστείᾳ καὶ βασιλείᾳ, καὶ σκήπτροις.

Εἰ δὲ καὶ τὸν νυκτὸς τὸν χρόνον ἐξετάζειν βουληθείημεν, τὸν μοναχὸν μὲν ὀψόμεθα τῇ τοῦ θεοῦ λατρείᾳ, καὶ ταῖς

D εὐχαῖς κοσμούμενον, πολὺ πρότερον ᾄδοντα τῶν ὀρνίθων, ἀγγέλοις συμβιοτεύοντα, θεῷ συλλαλοῦντα, τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν ἀπολαύοντα· τὸν δὲ πολλοῖς ἔθνεσιν ἐφεστηκότα καὶ δήμοις καὶ στρατοπέδοις, καὶ πολλῆς μὲν γῆς, πολλῆς δὲ ἄρχοντα θαλάττης, ἐπὶ τῆς κλίνης ἀνατεταμένον καὶ ῥέγχοντα. ἐκεῖνος μὲν γὰρ τοσούτοις τρέφεται σιτίοις, ὅσα οὐκ ἂν ἀπαιτήσειε τὸν μοναχὸν ὕπνον βαθύν· τὸν δὲ ἡ τρυφὴ κατακοιμίζει καὶ ὁ πότος μέχρις ἡμέρας αὐτῆς ἐν τῇ κλίνῃ κατέχων. ἔστι τοίνυν τῷ μὲν μοναχῷ καὶ ἀμπεχόνη καὶ τράπεζα μετρία, καὶ σύσσιτοι τῆς αὐτῆς ἀρετῆς ἀθληταί· τὸν βασιλέα δὲ λίθοις τε ἀνάγ-

E κη καὶ χρυσῷ καλλωπίζεσθαι, τράπεζάν τε παρατίθεσθαι λαμπρὰν, καὶ χρῆσθαι συσσίτοις, εἰ μὲν ἄφρων εἴη, τῆς ἑαυτοῦ κακίας ἀξίοις, εἰ δὲ νοῦν ἔχοι καὶ σωφρονοίη, χρηστοῖς ἴσως καὶ δικαίοις, πολὺ δὲ ἀπολειπομένοις τῆς ἐκείνων ἀρετῆς. οὕτω κἂν φιλοσοφῇ βασιλεὺς, οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἐγγὺς ἐλθεῖν τῆς τοῦ μονάζοντος καλοκαγαθίας δυνήσεται. καὶ γὰρ ἐν ὁδοιπορίαις βαρύς ἐστι τοῖς ὑπηκόοις, καὶ πόλιν οἰκῶν, καὶ εἰρήνης ἀπολαύων, καὶ πολέμων

[a] Coislin. τὸ ἄνισον. Infra Coislin. δαίμοσι· καὶ πόλεις σπουδάζει καὶ κώμας καὶ χώρας, καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων ἐκ τῆς τῆς πλάνης ἐξαρπάσαι παθῶν.

ἀπτόμενος, φόρους τε εἰσπραττόμενος, καὶ στρατεύματα συγκροτῶν· καὶ αἰχμαλώτους ἄγων, καὶ νικῶν, καὶ ἡττώμενος· ἡττώμενος μὲν γὰρ τῶν οἰκείων κακῶν ἀναπίμπλησι τοὺς ἀρχομένους, νικῶν δὲ ἀφόρητος γίνεται, καλλωπιζόμενός τε τοῖς τροπαίοις, καὶ μέγα φρονῶν, καὶ τοῖς στρατιώταις παρέχων ἄδειαν ἁρπάζειν, συλᾶν, τοὺς ὁδοιπόρους ἀδικεῖν, τὰς πόλεις ἐν τῇ καθέδρᾳ πολιορκεῖν, τὰς τῶν πενήτων πορθεῖν οἰκίας, τοὺς ὑποδεξαμένους εἰσπράττεσθαι καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, ἃ μηδεὶς ἐπιτρέπει νόμος, ἐπὶ προφάσει τινὸς ἔθους ἀρχαίου, παρανόμου τε καὶ ἀδίκου. καὶ τὸν μὲν [a] πλούσιον ἔβλαψεν οὐδὲν ὁ βασιλεὺς τοῖς τοιούτοις κακοῖς, τὴν πενίαν δὲ ἐκάκωσεν, ὥσπερ ὡς ἀληθῶς αἰσχυνόμενος τοὺς εὐπόρους. οὐ μὴν γε ὁ μοναχὸς οὕτως, ἀλλ᾽ ἅμα τε ὤφθη, καὶ πλουσίων καὶ πενήτων χάριν τινὰ κομίζων ἦλθε καὶ τούτοις κἀκείνοις ὁμοίως, ἱματίῳ μὲν ἑνὶ δι᾽ ἔτους χρώμενος, ὕδωρ δὲ πίνων ἥδιον, ἢ θαυμαστὸν οἶνον ἕτεροι· ὑπὲρ ἑαυτοῦ μὲν οὔτε μίαν, οὔτε μικρὰν, οὔτε μείζω χάριν παρὰ τῶν πλουσίων αἰτῶν· ὑπὲρ δὲ τῶν ἐν ἐνδείᾳ, πολλάς τε καὶ συνεχεῖς, ἀμφοτέροις λυσιτελούσας, τοῖς τε παρέχουσι, καὶ τοῖς κομίζεσθαι μέλλουσιν. οὕτω κοινός ἐστιν ἰατρὸς καὶ πλουσίων καὶ πενήτων ὁμοίως, τοὺς μὲν ἁμαρτημάτων ἐλευθερῶν διὰ τῆς ἀγαθῆς νουθεσίας, τοὺς δὲ λύων τὴν ἔνδειαν. βασιλεὺς δὲ τάς τε εἰσφορὰς κουφοτέρας εἶναι κελεύων, τοὺς πλουσίους μᾶλλον, ἢ τὴν πενίαν ὠφέλησε· καὶ τὰ ἐναντία ποιῶν, τοὺς μικρὰ κεκτημένους ἔβλαψε. τὸν μὲν γὰρ πλούσιον ὀλίγα ἂν βλάψειεν ἡ χαλεπότης τῶν εἰσφορῶν· τὰς δὲ τῶν πενήτων οἰκίας, ὥσπερ χείμαῤῥους περισύρει, οἰμωγῆς πιμπλῶσα τὰς κώμας, καὶ οὔτε γῆρας ἐλεεινὸν τοῖς εἰσπραττομένοις τοὺς φόρους, οὔτε χηρεία γυναικῶν, οὐκ ὀρφανία παίδων, ἀλλὰ κωμάζουσι πάντα τὸν χρόνον, κοινοί τινες πολέμιοι τῆς χώρας, ἅπερ οὐκ ἐξενήνοχεν ἡ γῆ, ταῦτα τοὺς γεωργοὺς εἰσπραττόμενοι.

Φέρε δὴ κἀκεῖνο ἐξετάσωμεν, τί μὲν ὁ μοναχὸς, τί δὲ ὁ βασιλεὺς τοῖς ὑπηκόοις χαρίζεται. οὐκοῦν ὁ μὲν χρυσὸν, ὁ δὲ πνεύματος χάριν. καὶ ὁ μὲν ἔλυσε πενίαν, [b] ὅταν ᾖ χρηστὸς, ὁ δὲ ψυχὰς τυραννουμένας ὑπὸ δαιμόνων ἠλευθέρωσε ταῖς προσευχαῖς. κἂν συμβῇ τινα τοιαύταις χειμάζεσθαι συμφοραῖς, τὸν βασιλέα μὲν ὥσπερ τὰ ἄψυχα παρέρχεται, ἐπὶ δὲ τὴν τῶν μοναχῶν οἰκίαν καταφεύγει, ὥσπερ ὁ λύκον ἀποφεύγων, καταφεύγων δὲ ἐπ᾽ ἄνδρα θηρευτὴν ξίφος ἐν τῇ χειρὶ φέροντα. ὅπερ γὰρ τῷ θηρευτῇ ξίφος, τοῦτο προσευχὴ τῷ μονάζοντι. οὐ γὰρ οὕτω φοβερὸν τοῖς λύκοις τὸ ξίφος, ὡς τοῖς δαίμοσιν αἱ προσευχαὶ τῶν δικαίων. οὐ τοίνυν μόνον ἡμεῖς πρὸς τοὺς ἁγίους μοναχοὺς ἐν ταῖς χρείαις καταφεύγομεν, ἀλλὰ καὶ οἱ βασιλεῖς αὐτοὶ πρὸς τούτους καταφεύγουσιν ἐν καιροῖς φοβεροῖς, ὥσπερ οἱ πτωχεύοντες ἐν λιμῷ πρὸς τὰς τῶν πλουσίων οἰκίας. οὐκ Ἀχαὰβ ὁ τῶν Ἰουδαίων βασιλεὺς ἐν λιμῷ καὶ σιτοδείᾳ τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας εἶχεν ἐν ταῖς Ἠλίου προσευχαῖς; οὐκ

A operam dans, tum tributa exigens; tum exercitus colligens, tum captivos agens, & dum victor, & dum victus est: nam dum victus est, subditos propriis malis replet: victor autem intolerabilis est, tropæis se ornans atque altum sapiens, tum militibus præbens licentiam rapiendi, deprædandi, viatores injuria afficiendi, urbes obsidione cingendi, pauperum domos depopulandi, ab iis à quibus excepti fuerint ea quotidie exigendi, quæ nulla lex permittit, idque per caussam priscæ alicujus consuetudinis iniquæ & injustæ. Cum interim divitem per hujusmodi mala rex minime lædit, sed de B paupertate tantum male meretur: perinde quasi vere ille divites vereatur. At vero non sic Monachus, qui simul ut conspectus fuerit, statim tam divitibus quam pauperibus donum aliquod afferens, utrisque æque munificum se præstat, uno tantum amictu toto anno utens, tum aquam libentius bibens, quam generosum vinum alii; pro se quidem nullam neque parvam, neque magnam à divitibus gratiam postulans: pro indigentibus autem tum multas, tum continuas, easque utrisque conducentes, hoc est, tam iis qui largiuntur, quam iis qui accepturi sunt. Sic fit, ut communem ille agat medicum divi- C tum juxta & inopum, illos peccatis liberans per bonam admonitionem, hos ab indigentia eximens. At rex tributa dum minus gravia esse jubet, divitibus magis, quam pauperibus usui est. Idem dum contra facit, paucarum facultatum dominos lædit: nam diviti tenuem admodum jacturam attulerit tributorum acerbitas: at eadem pauperum domos tamquam torrens distrahit, fletu complens pagos: cum interim neque senectus iis miserabilis est, qui tributa exigunt, neque mulierum viduitas, neque liberorum orbitas, quinimo proterve agendi finem nullum illi faciunt, communes quidam regionis hostes, quæ tellus nequaquam tulit, ea D ab agricolis exigentes.

4. Age vero & illud insuper examinemus, quanam in parte Monachus, qua contra in parte rex subditis beneficus sit. Igitur hic quidem aurum largitur, ille vero spiritus gratiam: præterea idem hic dum bonus est, paupertatem solvit, ille autem animas dæmonum tyrannide oppressas precibus liberat: ac si quis forte hujusmodi calamitate affligetur, is regem tanquam inanime quidpiam præterit, ad Monachorum vero habitaculum confugit, quasi qui conspecti lupi timore ad venatorem gladium manu gestantem fuga contendit. Etenim quod venatori E gladius, id preces sunt Monacho: neque sane sic lupos gladius, ut dæmonas justorum preces terrent. Itaque non nos modo ad sanctos Monachos, dum rei usus postulat, confugimus, sed vel reges ipsi ad eosdem in temporibus formidandis, haud aliter quam famis tempore mendicantes ad divitum domos, confugiunt. Nonne Achab Judæorum rex per famem, & annonæ caritatem, in Heliæ precibus spem posuit suam? Nonne

Beneficentia Monachi major regiâ.

[a] Sic Coislin. recte; in Morel. vero πλούσιον deest.

[b] Coislin. ὅταν δῷ χρυσόν· ὁ δὲ,

4. Reg. 20. 1. Ezechias illud idem imperium, illum eundem principatum obtinens, æger, ac jamjam moriturus, instantem sibi mortem cum videret, ad Prophetam confugit, tamquam morte potentiorem, ac vitæ largitorem? Atqui bello erumpente, Palæstinaque in tantum adducta periculum, ut funditus excidenda esset, Judæorum reges dimisso exercitu, dimissis peditibus, sagittariis, equitibus, ducibus, centurionibus, ad Elissæi preces se receperunt: existimabant enim Dei servum sibi multarum myriadum instar fore. Itidem & Ezechias rex bello Persico instante, cum urbis excidium immineret, civibusque qui pro mœnibus starent, jam trementibus, metuentibus, ac perinde commotis, ut commoveri homines solent, quoties vel tonitruum vel terræmotum omnia quatientem exspectant, Hesaiæ preces multis Persarum millibus opposuit, neque sua illum spes fefellit. Nam simul ut Propheta manus in cælum sustulit, statim Deus sagittis è cælo missis Persicum bellum confecit: reges erudiens, eo se loco ipsius ministros habere debere, ut eos omnes communes esse terræ servatores existiment, ut hac quidem ratione edoceantur per justorum exhortationes, ad omne bonum atque humanum opus invitati, tum consilia revereri, tum bonis admonitionibus obtemperare. Proinde non ex iis solum quæ dixi, utriusque discrimen cognoscere licet; sed si usu venerit & hunc & illum deturbari: hunc quidem virtute, illum autem regno privatum; hic parvo admodum negotio ad se redit: ac statim per preces, per lacrymas, per mœrorem, per pauperum curam, peccatis abstersis, de integro facile ad pristinum principatum recurrit. At rex solio dejectus cum fuerit, tum demum multis sane sociis indiget, multis item armatis militibus, equis, pecuniis, periculis: denique salutis suæ spem in aliis sitam habet. Monachus vero salutem celeriter voluntati suæ, studio, ac sententiæ mutationi comitem habiturus est.

(3. Reg.)

Luc. 17. 21. *Regnum enim cælorum*, inquit ille, *in vobis est*. Jam mors regi terribilis est, eadem philosopho minime molesta. Eum enim qui divitias, voluptatem, delicias, quorum gratia vitam agitare multi concupiscunt, despicit, necesse est migrationem ab hoc orbe haud ægre ferre. Quod si & hunc & illum jugulari contigerit, hic quidem pro pietate pericula sibi accerset, immortalem & cælestem vitam morte sua comparans: at rex tyrannum aliquem, & eum qui imperium affectat, jugulatorem suum habiturus est, miserabile, idemque horrendum post cædem spectaculum; Monachum vero pro pietate jugulatum cernere, dulce atque salutare spectaculum est. Adde his quod monachus bonorum suorum affectatores habiturus est, æmulatores ac discipulos, bona ex parte comprecantes, ut ipsius similes evadant: at rex multos frustra in precibus sermones insumserit, Deum rogans, ut nemo existat, qui regnum affectet. Præterea illum interficere nullus

A [a] Ἐζεκίας τὴν αὐτὴν ἔχων ἀρχὴν καὶ δυναστείαν, νοσῶν καὶ μέλλων τελευτᾷν, ἐφεστηκότα τὸν θάνατον ὁρῶν, ἐπὶ τὸν προφήτην κατέφυγεν, ὡς θανάτου δυνατώτερον καὶ ζωῆς χορηγόν; καὶ μὴν καὶ πολέμου καταρραγέντος, καὶ τῆς Παλαιστίνης ἐκ βάθρων αὐτῶν ἀνασπασθῆναι κινδυνευούσης, οἱ τῶν Ἰουδαίων βασιλεῖς ἀφέντες τὴν στρατείαν, καὶ πεζοὺς, καὶ τοξότας, καὶ ἱππέας, καὶ στρατηγοὺς, καὶ ταξιάρχους ἐπὶ τὰς Ἐλισσαίου προσευχὰς κατέφυγον· ἡγοῦντο γὰρ αὐτοῖς ἀντὶ πολλῶν μυριάδων ἔσεσθαι τὸν θεράποντα τοῦ θεοῦ. διὰ δὴ αὐτὸ τοῦτο καὶ Ἐζεκίας τοῦ Περσικοῦ πολέμου συστάντος, καὶ τῆς πόλεως [b] περὶ τῶν ἐδά- B φων αὐτῶν εἰς κίνδυνον μέγιστον κατακεκλιμένης, καὶ τῶν ἐπὶ τῶν τειχῶν τρεμόντων καὶ δεδοικότων καὶ σειομένων καθάπερ ἐν προσδοκίᾳ βροντῆς, ἢ σεισμοῦ πάντα κινοῦντος, τὰς Ἠσαΐου προσευχὰς ὁ βασιλεὺς ἀντέστησε ταῖς πολλαῖς τῶν Περσῶν μυριάσι, καὶ οὐκ ἐψεύσθη τῆς ἐλπίδος. ἅμα τε γὰρ ὁ προφήτης τὰς χεῖρας ἦρεν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ τοῖς ἐξ οὐρανοῦ βέλεσιν ὁ θεὸς τὸν Περσικὸν κατέλυσε πόλεμον, παιδεύων τοὺς βασιλεῖς κοινοὺς τῆς γῆς ἡγεῖσθαι σωτῆρας τοὺς ἑαυτοῦ θεράποντας, ὅπως ἂν παιδευθεῖεν, καὶ παρακαλούμενοι παρὰ τῶν δικαίων, ἐπὶ πᾶσαν πρᾶξιν ἀγαθὴν καὶ φιλάνθρωπον αἰδεῖσθαι τὰς συμβουλίας, καὶ πείθεσθαι ταῖς ἀγαθαῖς νουθεσίαις. οὐ τοίνυν ἐκ τούτων C μόνον ἔστι τὸ διάφορον ἰδεῖν [c] ἀμφοτέρων, ἀλλὰ κἂν ἐκπεσεῖν συμβῇ καὶ τοῦτον κἀκεῖνον· τὸν μὲν τῆς ἀρετῆς, τὸν δὲ τῆς βασιλείας στερηθέντα, ὁ μὲν ῥᾳδίως ἂν ἑαυτοῦ γένοιτο, καὶ ταχέως διὰ προσευχῆς καὶ δακρύων, καὶ πένθους, καὶ θεραπείας πτωχῶν, τὰς ἁμαρτίας ἀποτριψάμενος, πάλιν ῥᾳδίως ἐπὶ τὴν προτέραν ἀρχὴν ἀνατρέχει· βασιλεὺς δὲ ἐκπεσὼν πολλῶν μὲν ἂν δεηθείη συμμάχων, πολλῶν δὲ ὁπλιτῶν καὶ ἱππέων, καὶ ἵππων, καὶ χρημάτων, καὶ κινδύνων, καὶ ὅλως ἐν ἑτέροις ἔχει τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας· ὁ δὲ τῇ βουλήσει, καὶ τῇ σπουδῇ, καὶ τῇ μετα- D βολῇ τῆς γνώμης ἑπομένην ἕξει τὴν σωτηρίαν εὐθέως. ἡ βασιλεία γάρ φησι τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ὑμῶν ἐστι. καὶ μὴν ὁ θάνατος τῷ μὲν βασιλεῖ φοβερὸς, τῷ φιλοσοφοῦντι δὲ ἄλυπος. τὸν γὰρ ὑπερορῶντα πλούτου καὶ ἡδονῆς, καὶ τρυφῆς, ὧν ἕνεκα ζῆν ἐπιθυμοῦσιν οἱ πολλοὶ, καὶ τὴν ἐνθένδε μετάστασιν ἀνάγκη ῥᾳδίως φέρειν. εἰ δὲ καὶ σφαγῆναι τοῦτον συμβαίη κἀκεῖνον, ὁ μὲν ὑπὲρ εὐσεβείας ἐπισπάσηται κινδύνους, ἀθάνατον ζωὴν καὶ οὐράνιον διὰ θανάτου πραγματευόμενος· βασιλεὺς δὲ E τύραννον ἕξει σφαγέα καὶ τῆς ἀρχῆς ἐραστὴν, ἐλεεινὸν θέαμα καὶ δεινὸν μετὰ τὴν σφαγὴν γινόμενος. μοναχὸν δὲ ἰδεῖν ὑπὲρ εὐσεβείας ἐσφαγμένον ἡδὺ καὶ σωτήριον θέαμα. καὶ ὁ μὲν τοὺς ἐραστὰς τῶν οἰκείων ἀγαθῶν καὶ μιμητὰς ἕξει καὶ μαθητὰς πολλοὺς εὐχομένους αὐτῷ φανῆναι παραπλησίους· ὁ δὲ πολλοὺς ἂν ἐν προσευχαῖς ἀναλώσειεν λόγους δεόμενος τοῦ θεοῦ, μηδένα φανῆναι τῆς βασιλείας ἐραστήν. καὶ τὸν μὲν οὐδεὶς ἂν ἀποκτεῖναι

[a] Sic Coislin. recte. Edit. vero, οὐχ Ὀζίας.
[b] Coislin. περὶ τῶν ἐδαφῶν.
[c] Coislin. ἑκατέρων.

τολμήσειεν

τολμήσειεν, εἰς τὸν Θεὸν ἀσεβεῖν ἡγούμενος, εἰ τὸν τοιοῦτον ἀνέλοι· τῷ δὲ πολλοὶ σφαγεῖς ἐφεστήκασιν ἐρασταὶ τυραννίδος. διόπερ ὁ μὲν φρουρεῖται στρατιώταις, ὁ δὲ πόλεις τειχίζει ταῖς εὐχαῖς, οὐδένα δεδοικώς· ὁ δὲ βασιλεὺς ἀεὶ φόβῳ συζῇ καὶ προσδοκίᾳ σφαγῆς· ὁ μὲν γὰρ ἐπικίνδυνον ἔχει πλεονεξίαν, ὁ δὲ ἀσφαλῆ σωτηρίαν. περὶ μὲν οὖν τῶν ἐν τῷ παρόντι βίῳ πραγμάτων ἱκανῶς εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ. Εἰ δὲ καὶ τὸν ἀγῶνα τὸν μέλλοντα βουληθείημεν ἐξετάζειν, τὸν μὲν ὀψόμεθα λαμπρὸν καὶ περίβλεπτον ἁρπαζόμενον ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα, κατὰ τὸν ἡγεμόνα καὶ παιδευτὴν τοῦ σωτηρίου τούτου βίου καὶ πάσης ἀρετῆς· ὁ δὲ βασιλεὺς, ἐὰν μὲν δικαίως φανείη καὶ φιλανθρώπως διοικήσας τὴν ἀρχήν· πολὺ δὲ τοῦτο σπάνιον· ἐλάττονος ἔσται σωτηρίας τε καὶ τιμῆς. οὐ γὰρ ἴσον, οὐκ ἴσον βασιλεύς τε χρηστὸς, καὶ μοναχὸς ἄκρως τῇ τοῦ Θεοῦ λατρείᾳ συζῶν. Εἰ δὲ φανείη πονηρὸς καὶ σκαιὸς, πολλῶν κακῶν ἐμπεπληκὼς τὴν γῆν, τίς ἂν εἰπεῖν δυνηθείη τὰς συμφορὰς, ἃς ὀφθήσεται συνεχόμενος, πυρὶ καιόμενος, μαστιγούμενος, στρεβλούμενος, τοιαῦτα πάσχων ἅπερ οὔτε λόγῳ ῥητὰ, οὐδὲ ἔργῳ φορητά; Ταῦτα πάντα δεῖ λογιζομένους καὶ μανθάνοντας, μὴ τοὺς πλουτοῦντας θαυμάζειν· ὁ γὰρ τούτων δεσπότης πεφηνὼς, οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἐγγὺς ἐλθεῖν δύναται τῆς τοῦ μοναχοῦ ἀρετῆς. ὅταν οὖν ἴδῃς πλούσιον ἐσθῆτι κεκοσμημένον, χρυσῷ καλλωπιζόμενον, ἐπ᾽ ὀχημάτων φερόμενον, ἐξόδους ἐξιόντα λαμπρὰς, μὴ μακαρίσῃς τὸν ἄνθρωπον· πρόσκαιρος γὰρ ὁ πλοῦτος, καὶ τὸ δοκοῦν εἶναι καλὸν τῷ βίῳ τούτῳ συνδιαφθείρεται. μοναχὸν δὲ ἰδὼν βαδίζοντα μόνον, ταπεινὸν καὶ πρᾷον καὶ ἡσύχιον καὶ ἥμερον, ζήλωσον τὸν ἄνδρα, φάνηθι μιμητὴς τῆς ἐκείνου φιλοσοφίας, εὖξαι γενέσθαι τῷ δικαίῳ παραπλήσιος. αἰτεῖτε γὰρ, φησὶ, καὶ δοθήσεται ὑμῖν. Ταῦτα γὰρ ὡς ἀληθῶς καλὰ καὶ σωτήρια καὶ μόνιμα, διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ φιλανθρωπίαν καὶ πρόνοιαν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

audeat, cum existimet impium se in Deum futurum, si eum sustulerit: huic vero multi jugulatores ingruunt, tyrannidis affectatores. Quamobrem alter milites adhibet corporis sui custodes, alter urbes precibus suis tamquam muro communit, neminem timens, cum rex perpetuo in timore, continua in cædis exspectatione vivat: secum enim circumfert avaritiam periculosam, pro qua monachus tutam præ se fert salutem. Proinde de rebus quæ nos in præsenti vita circumsistunt, abunde mihi dixisse videor. Quod si & certamen futurum examinare velimus, monachum quidem videbimus splendidum ac conspicuum rapi inter nubes, ad occursum Christi in aëra exemplo ducis, & institutoris hujus vitæ salutaris, omniumque virtutum. At rex, si quidem juste & humane imperium rexisse visus fuerit suum: hoc autem admodum rarum est; minorem salutem, minorem honorem sortietur: non enim idem, non, inquam, idem fuerit, bonus rex, & monachus summam in Dei cultu curam ponens. Sin autem malum & importunum vixisse eum constiterit, ac multis malis orbem replevisse: quis tandem enarrare possit calamitates eas quas sustinere eum videbis, igni exustum, flagellatum, cruciatum, denique ea patientem, quæ neque verbo exprimi, neque re ipsa tolerari possunt? Hæc omnia reputantes, atque ediscentes, oportet non divites admirari: etenim constat horum dominum ne tantillum quidem ad monachi virtutem propius accedere. Ergo ubi conspexeris divitem veste ornatum, auro superbum, curru vectum, incessu magnifico incedentem, ne hominem beatum dixeris. Temporariæ enim divitiæ, & quicquid bonum esse videtur, unà cum vita hac corrumpitur. At monachum ubi videris solum incedentem, humilem, mansuetum, quietum, pacificum, hominem æmulare, fac videare imitator philosophiæ ipsius, fac preceris esse justi similis. *Petite* enim, inquit, *& dabitur vobis.* Hæc enim vere sunt bona, salutaria, manentia, propter Christi benignitatem ac providentiam: cui gloria & imperium per sæcula sæculorum, Amen.

Comparat cum rege monachum in iis, quæ mortem sequuntur.

IN DUOS SEQUENTES DE COMPUNCTIONE LIBROS

ADMONITIO.

Quo *tempore libros hosce duos, quorum prior ad Demetrium, alter ad Stelechium inscribitur, ediderit Chrysostomus, ipse subindicat lib.* I. *num.* 6. *ubi ait:* ὅτε γὰρ πρώην ἐγὼ ἐγνώκειν τὴν πόλιν ἀφεὶς, ἐπὶ τὰς σκηνὰς τῶν μοναχῶν ἐλθεῖν *&c.* Cum nuper ego decrevissem, relicta urbe, ad tabernacula Monachorum accedere, solicite quærebam & sciscitabar, undenam necessariorum commeatus adfuturus esset *&c. Cum igitur hæc scripsit nuper ad Monasteria secesserat: secessit autem anno* 374. *vel* 375. *Unde sequitur anno* 375. *vel ad summum* 376. *primum saltem ad Demetrium librum emissum fuisse; nam si ulterius tempus consignaremus: vox* πρώην nuper, *quadrare non posse videretur.*

Tillemontius qui allato supra loco non sat animum adhibuisse videtur, quique vocem nuper *non advertit, tantam contra hunc temporis calculum difficultatem observare se putat, ut pene*

Till. Not. IX. in Chrysostomum. *abductus in aliam sententiam declinet. Ejus verba sunt :* Libros de Compunctione inter eos, quos Chrysostomus in solitudine edidit, reponimus, ut eos qui nos præcessere sequamur, nempe Baronium, Hermantium & Dupinium. Neque tamen quo argumento ducti id statuerint sat perspicimus ; imo videtur hæc scribens Chrysostomus se presbyterum profiteri, cum ait *: Nos autem præ inani gloria & absurda ambitione hoc item præceptum pessum dedimus : dum corruptores, incredulos, hominesque sexcentis vitiis onustos temere & sine examine ad mysteriorum participationem admittimus, & antequam accuratam mentis sententiæque suæ probationem dederint, omnia illis dogmata revelamus &c.* Scio utique hic generatim de iis quæ in Ecclesia passim admittebantur malis agi : verum an Lector vel Monachus ita loquatur ? Hermantius certe ideo sententiam mutavit putans hæc scripsisse sanctum virum, cum populum publice doceret ; *id est, cum jam presbyter esset.*

Hactenus Tillemontius, qui dum ait ignorare se quo argumento ducti Baronius & alii, Chrysostomum hæc scripsisse putent in secessu & solitudine, hæc Chrysostomi verba, cum nuper ego decrevissem relicta urbe ad Tabernacula Monachorum accedere, *non advertisse se arguit : nam luce clarius videtur ipsum paulo post, quam hoc decreverat, hæc scripsisse, & quidem dum in secessu degeret ut tam ex his verbis, quam ex sequentibus comprobatur. Illa vero quam ex Hermantio affert difficultas, nedum possit tam apertum testimonium evertere, nulla prorsus est. Nam cum ait,* Nos autem præ inani gloria, & absurda ambitione hoc item præceptum pessum dedimus : dum corruptores, incredulos, hominesque sexcentis vitiis onustos temere & sine examine ad mysteriorum participationem admittimus, & antequam accuratam mentis sententiæque suæ probationem dederint, omnia illis dogmata revelamus ; ac licet vestibula nondum videre potuerint, confestim eos in adyta ducimus, &c. *Cum hæc ait, inquam, neutiquam se sociosve suos presbyteros sub Flaviano quidpiam simile admisisse testificatur, ut nemo non videat ; sed familiari sibi tropo personam agit eorum qui talia admitterent : nihil enim frequentius apud Chrysostomum, quam quod eorum, de quibus vel quorum causa disserit, personam agat, sacerdotum, presbyterorum, etiamque non raro conjugatorum ; sic libro ad Patrem fidelem num. 4. postquam probavit iisdem officiis obnoxios sæculares esse, quibus Monachi erant, ita prosequitur :* Itaque quoniam, ut a nobis clare demonstratum est, iisdem sumus officiis obnoxii, quibus Monachi, faciliorem percurramus viam, ad eamque filios attrahamus ; *& ibid. num.* 17. Ergo nec filios nostros a deserti commoratione ante tempus abducamus : sed sinamus disciplinas altius imprimi, & plantas radicibus firmari. *Sic passim apud Chrysostomum personam commutari observes. Itaque supra memorato loco, non ab ipso Chrysostomo positum temporis calculum evertamus, sed illam ipsi familiarem personarum mutationem exemplo novo confirmemus oportet.*

Interpretationem porro novam edidimus, quia illa vetus Incerti scriptoris paraphrasin plerumque sapiebat, nec satis accurata erat.

AD DEMETRIUM MONACHUM, de Compunctione.

LIBER PRIMUS.

1. CUm te video, beate Demetri, assidue insistentem mihi, & multa cum vehementia de Compunctione sermones exposcentem, beatum te semper prædico, animique tui puritatem demiror. Neque enim fieri potest, quemquam in hujusmodi sermonis venire desiderium, nisi prius sese probe purgaverit, atque omnibus sæcularibus curis superior evaserit. Quod facile deprehendas ex iis, qui pari desiderio tenentur, in quibus tanta repente mutatio efficitur, ut confestim in cælum transferantur : ani-

ΠΡΟΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΝ ΜΟΝΑΖΟΝΤΑ περὶ κατανύξεως.

λόγος α'. a

ΕΓΩ σε ὁρῶν, ὦ μακάριε Δημήτριε, συνεχῶς ἐγκείμενον ἡμῖν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος τοὺς περὶ κατανύξεως ἀπαιτοῦντα λόγους, ἐμακάρισά τε ἀεὶ, καὶ ἐθαύμασα b τὴν ἐν τῇ σῇ ψυχῇ καθαρότητα. οὐδὲ γάρ ἐστι μὴ πρότερον ἐκκαθαρθέντα καλῶς, καὶ τῶν βιωτικῶν ἁπάντων ἀνώτερον γενόμενον, εἰς ταύτην τῶν λόγων τὴν ἐπιθυμίαν ἐλθεῖν. καὶ τοῦτο ῥᾴδιον συνιδεῖν ἐκ τῶν καὶ πρὸς ὀλίγον τούτῳ κατεχομένων τῷ πόθῳ, ὅτι τοσαύτην ἀθρόως δέχονται τὴν μεταβολὴν, ὡς εὐθέως πρὸς τὸν οὐρανὸν μεταστῆναι· καθάπερ γάρ τινων δεσμῶν χαλεπῶν τῶν τοῦ κόσμου φροντίδων ἀπολύσαντες τὴν ψυ-

Collati cum Cod. Colbert. 974. & cum Edit. Savil.

a. λόγος α'. deest in Edit. Savil. & in Cod. Colbert. In titulo autem post μοναχὸν, Savil. in margine addit, ἀσκητήν.

b Cod. Colbert. τὸ ἐν τῇ ψυχῇ σου καθαρότητα.

χὴν, οὕτως ἀφιᾶσι [a] πέτεσθαι πρὸς τὸν οἰκεῖον αὐτῇ τόπον, καὶ συγγενῆ. ἀλλὰ τοῖς μὲν πολλοῖς τοῦτο ὀλιγάκις τοῦ παντὸς χρόνου συμβαίνειν εἴωθε· σὲ δὲ, ὦ θεία κεφαλὴ, διαπαντὸς οἶδα τούτῳ κατεχόμενον τῷ πυρὶ τῆς κατανύξεως. καὶ μαρτυρήσαιεν ἄν μοι αἵ τε ἄϋπνοι νύκτες, καὶ αἱ τῶν δακρύων πηγαὶ, καὶ ὁ τῆς ἐρημίας ἔρως ἐνιζάνων τε ἀεὶ, καὶ ἀνακμάζων σου τῇ ψυχῇ. τί οὖν ἄν σοι γένοιτο πλέον παρὰ τῶν ἡμετέρων λόγων; καὶ γὰρ καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ πρὸς αὐτὴν μὲν ἥκειν τὴν κορυφὴν, οἴεσθαι δὲ [b] ἔτι μετὰ τῶν χαμαὶ ἐρχομένων εἶναι, καὶ τὴν ἐπτερωμένην ψυχὴν λιθίνην καλεῖν, καὶ συνεχῶς τῆς δεξιᾶς ἁπτόμενον τῆς ἐμῆς, καὶ φιλοῦντα, καὶ δακρύοντα [c] λέγειν, σύντριψόν μου τὴν καρδίαν τὴν πεπωρωμένην, πόσης μὲν εὐλαβείας, πόσης δὲ πυρώσεως ἄν τις θείη εἶναι τεκμήρια; εἰ μὲν οὖν ἡμᾶς καθεύδοντας διϋπνίσαι βουλόμενος ἐπὶ ταύτην εἵλκυσας τὴν ὑπόθεσιν, καὶ τῆς [d] φιλοσοφίας, καὶ τῆς προνοίας ἀποδέχομαι τῆς πολλῆς. εἰ δὲ ἀληθῶς τὸ σαυτοῦ σκοπῶν, καὶ τοῦ διαναστήσοντος δεῖσθαι νομίζων, οὐκ οἶδα πῶς ἂν ἑτέρως ἡμᾶς ἐδίδαξας, ὅτι σοι τῆς παρ' ἡμῶν οὐδενὸς δεῖ. πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτως εἴξομέν σοι· καὶ πεισθησόμεθα πάντων ἕνεκεν, καὶ τῆς παρρησίας τῆς πρὸς τὸν θεὸν, καὶ τῆς περὶ τὴν αἴτησιν σπουδῆς, καὶ τῆς φιλίας τῆς πρὸς ἡμᾶς. σὺ δὲ ἡμᾶς ἀντὶ τούτων ταῖς εὐχαῖς ταῖς σαῖς ἀμείβου, ὥστε [e] ἡμῖν καὶ τὸν βίον ὀρθωθῆναι τοῦ λοιποῦ, καὶ ἐν τῷ παρόντι δυνηθῆναί τι γενναῖον εἰπεῖν, καὶ ἱκανὸν τάς τε κειμένας ἀναστῆσαι, καὶ τὰς παρειμένας ἐπισφίγξαι, καὶ συγκροτῆσαι ψυχάς. πόθεν οὖν ἡμῖν, πόθεν ἀρκτέον τούτου τοῦ λόγου; τίνα αὐτῷ θεμέλιον; ποίαν κρηπῖδα θήσομεν; ἢ δῆλον ὅτι τοῦ Χριστοῦ τὰ ῥήματα, δι' ὧν ταλανίζει μὲν τοὺς γελῶντας, ἐν δὲ τοῖς μακαριζομένοις τίθησι τοὺς πενθοῦντας, οὑτωσὶ λέγων· μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται· καὶ, οὐαὶ οἱ γελῶντες νῦν, ὅτι πενθήσετε, καὶ κλαύσετε. καὶ μάλα εἰκότως· πένθους γὰρ ἀληθῶς, πένθους καὶ ὀδυρμῶν ὁ παρὼν ἅπας καιρός· τοιαύτη συμφορὰ τὴν οἰκουμένην κατείληφεν ἅπασαν· τοιαῦτα ἅπαντας ἀνθρώπους συνέχει κακά· ἀλλ' εἴ τις μετὰ ἀκριβείας ἐξετάζειν ἐθέλοι, εἴγε δυνατὸν μετὰ ἀκριβείας, οὐ παύσεται ὀδυρόμενος καὶ πενθῶν· οὕτως ἅπαντα ἀνατέτραπται, καὶ συγκέχυται· καὶ ἀρετῆς ἴχνος οὐδαμοῦ. καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι τῶν συνεχόντων ἡμᾶς δεινῶν αἴσθησιν οὔτε αὐτοὶ ἔχομεν, οὔτε ἄλλοις παρέχομεν· ἀλλ' ἐοίκαμεν σώματι ἔξωθεν μὲν ἀνθοῦντι, πολλῷ δὲ [f] ἔνδοθεν τηκομένῳ πυρί· τῆς δὲ ἀναλγησίας ἕνεκεν, οὐδὲν τῶν παραπαιόντων διενηνόχαμεν· οἳ πολλὰ μὲν ἐπικίνδυνα, καὶ αἰσχρὰ καὶ λέγουσι, καὶ πράττουσιν ἀδεῶς· αἰσχύνονται δὲ τούτων οὐδὲν, ἀλλὰ καὶ ἐναβρύνονται, καὶ τῶν καθεστηκότων μᾶλλον ὑγιαίνειν νομίζουσιν. οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς τὰ τῶν νοσούντων ἅπαντα πράττοντες, οὐδὲ αὐτὸ τοῦτο, ὅτι νοσοῦμεν, ἴσμεν. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τοῦ σώματος, κἂν τὸ [g] τυχὸν ἡμᾶς ἐνοχλήσῃ πάθος, καὶ ἰατροὺς καλοῦμεν, καὶ χρήματα ἀναλίσκομεν, καὶ καρτερίαν ἐπιδεικνύμεθα, καὶ οὐ πρότερον

A mam quippe mundanis curis, ceu vinculis gravissimis solutam, ita sinunt ad proprium naturalemque sibi locum advolare. Sed hoc multis quidem per totam vitam raro contingit: te autem, o divinum caput, hoc semper compunctionis igne flagrare novi. Cujus rei testes sunt noctes insomnes, lacrymarum fontes, solitudinis amor in anima tua perpetuo residens & accrescens. Quænam igitur ex sermone nostro tibi accessio speranda? Nam vel hoc ipsum, quod cum ad verticem jam perveneris, putes te cum humi repentibus incedere, animamque tuam alis instructam, lapideam appelles, B quodque frequenter dexteram meam contingens ac deosculans cum lacrymis dicas: contere obduratum cor meum, quantæ pietatis, quanti fervoris signum esse putandum est? Certe si ut nos dormientes excitares, ad hoc argumentum pertraxisti, magnam illam tuam sapientiam providentiamque approbo; sin autem ut tibi consuleres, ratus te excitante opus habere, nescio quo pacto nos aliunde docueris, te non nostra egere opera. Ut ut vero sit, tibi obtemperabimus & obsequemur nullis non rationibus permoti, tua nempe in Deum fiducia, studioso rogatu, amore nostri. Tu gratiam re- C pendas velim precibus tuis, ut possimus & vitam emendare nostram, & in præsenti dignum quidpiam proferre, quod possit & jacentes animas erigere, & remissas constringere, restituereque. Unde igitur nobis, unde sermonis exordium erit? Quod illi fundamentum, quam crepidinem ponemus, nisi verba Christi, qui miseros prædicat eos, qui rident, beatos autem eos qui lugent, his verbis: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*: &, *Væ qui ridetis nunc, quoniam lugebitis & flebitis*; ac jure merito quidem: luctûs enim vere, luctûs ac gemi- D tuum est totum præsentis vitæ tempus: tanta calamitas universum invasit orbem; tanta omnes homines detinent mala, ut si quis velit ea accurate perpendere, si tamen accurate possit, numquam finem lugendi & lacrymandi facturus sit: ita nempe omnia eversa & confusa sunt, ita nullum usquam virtutis vestigium. Quod autem longe infelicius est, nos occupantium malorum ne sensum quidem vel habemus, vel aliis præbemus: sed similes sumus corpori extrinsecus florenti, intrinsecus vero igne liquescenti. Omnisque sensûs expertes, nihil differimus a mente captis, qui multa pericu- E losa & turpia sine metu dicunt & faciunt, nec ullo pudore tenentur, sed gloriantur, adstantibusque se sapientiores esse putant. Ita & nos cum omnia quæ ægrotorum sunt agamus, ne hoc ipsum quidem, quod ægrotemus, scimus. Atenim quod ad corpus spectat, si vel levis infirmitas adsit, medicos advocamus, pecunias impendimus, perseverantiam exhibemus, nec prius finem om-

Matth. 5. 4. Luc 6. 25.

[a] Colb. πίπτεσθαι. Mox in eodem τὸν deest: & in eodem ipso infra τῆς κατανύξεως deest.
[b] ἔτι deest in MS. Colbert.
[c] Colb. ἐπιλέγειν. Mox μου deest in eodem. Paulopost idem, εἰ μὲν οὖν ἡμᾶς καθ-

[d] Colb. σοφίας. Ibidem Morel. τῆς προνοίας τῶν ἄλλων ἀποδ- male. In aliis τῶν ἄλλων deest.
[e] ἡμῖν deest in Colb. tantum.
[f] Colb. ἔνδον.
[g] τυχὸν καταλάβῃ πάθος sic Colb.

nia agendi facimus, quam ægritudinem deponamus; animæ vero quotidianis vulneribus confossæ, discerptæ corporeis affectionibus, adustæ, per præcipitia actæ, ac modis omnibus pereuntis, ne minimam quidem rationem habemus. Hujus autem rei causa est, quod morbus omnes occuparit. Ac quemadmodum si inter ægros corpore, nemo sanus adsit, nihil impedit quo minus omnes in extremam ruant perniciem, nemine effrænes eorum cupidines cohibente; sic & apud nos, quod nemo perfecte sanus in fide sit, sed omnes, alii plus, alii minus infirmentur, nemo est qui jacentibus opituletur. Nam si quis extrinsecus accedens, & Christi præcepta, & vitæ nostræ confusionem probe didicerit, nescio an quospiam alios Christo inimiciores, quam nos esse arbitretur; ita enim hanc viam decurrimus, ac si contrariam ejus mandatis ingredi vellemus.

2. Ne quis autem hæc per hyperbolen dicta esse existimet; demonstrationem jam afferre aggrediar, nec aliunde, quam ex ipsis Christi mandatis. Quid ergo ait Christus? *Audistis quia dictum est antiquis; Non occides. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit judicio. Qui autem dixerit fratri suo, raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennæ ignis.* Hæc quidem Christus. Nos autem plus, quam ii qui increduli sunt, hanc legem calcamus, dum innumeris quotidie fratres nostros afficimus contumeliis. Quodque magis ridiculum est, dum ab hac voce, *fatuus*, cavemus, sæpe hac graviores contumelias irrogamus; quasi vero illud solum verbum sit, cui deputata est pœna. At res non ita se habet; sed omni contumelioso hanc indicit pœnam; ut palam est ex his Pauli verbis: *Nolite errare: neque fornicarii, neque idololatræ, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt.* Quod si is, qui fatuum vocat fratrem suum, extremo dignus est supplicio; qui maleficum, invidum, temerarium, inanis gloriæ cupidum dicit, & similia innumera in eum maledicta conjicit; quantis se gehennæ flammis obnoxium reddit? Illud enim, *fatue*, & *raca* longe levius est supra dictis. Quamobrem illo omisso, hoc apposuit Christus; ut discas ex ejus verbis, si levius convitium gehennam attrahit, multo magis quæ graviora & atrociora sunt id effectura esse. Quod si qui existiment id per hyperbolen dici, nonnullos enim sic affectos novi, qui putant terrendi solum causa hasce minas intentari; restat ut adulteros, masculorum concubitores, molles, idololatras a memorato supplicio eximant.

Matth. 5. 22.

1. Cor. 6. 9.

Maledici a regno cælorum exclusi.

A ἀφιστάμεθα, ἅπαντα πράττοντες, ἕως ἂν ἀποθώμεθα τὸ λυποῦν· τῆς δὲ ψυχῆς καθ' ἑκάστην ἡμέραν κεντουμένης, σπαραττομένης τοῖς πάθεσι τοῖς σωματικοῖς, καιομένης, κρημνιζομένης, καὶ πάντα τρόπον ἀπολλυούσης ἑαυτὴν, οὐδὲ βραχὺν ἔχομεν λόγον. τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι ἅπαντας ἡ νόσος κατείληφε· καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν καμνόντων τὰ σώματα εἰ συμβαίη μηδένα παρεῖναι τῶν ὑγιαινόντων αὐτοῖς, οὐδὲν τὸ κωλῦον ἅπαντας εἰς τὴν ἐσχάτην καταπεσεῖν φθορὰν, μηδενὸς αὐτῶν τὰς ἀλόγους ἐπιθυμίας κατέχοντος· οὕτω καὶ ἐφ' ἡμῶν· διὰ τὸ μηδένα εἶναι τῶν ὑγιαινόντων καθαρῶς ἐν τῇ πίστει, ἀλλὰ πάντας ἀρρωστεῖν, τοὺς μὲν ἐκ πλείονος, τοὺς δὲ ἐξ ἐλάττονος μοίρας, οὐδεὶς ὁ τοῖς κει- B μένοις [a] ἐξαρκέσων ἐστίν. εἰ γάρ τις ἔξωθέν ποθεν ἡμῖν ἐπιστὰς, καὶ τοῦ Χριστοῦ τὰ προστάγματα, καὶ τῆς πολιτείας τῆς ἡμετέρας τὴν σύγχυσιν καταμάθοι καλῶς, οὐκ οἶδα εἴ τινας [b] ἑτέρους μᾶλλον ἡμῶν ἐχθροὺς ὑπολήψεται εἶναι τοῦ Χριστοῦ· καθάπερ γὰρ ἐσπουδακότες τὴν ἐναντίαν ἐλθεῖν τοῖς ἐπιτάγμασιν, οὕτω ταύτην ὁδεύομεν τὴν ὁδόν.

Καὶ ἵνα μή τις ὑπερβολῆς εἶναι νομίσῃ [c] τὰ ῥήματα τὰ παρ' ἡμῶν, τὴν ἀπόδειξιν ἐπαγαγεῖν ἤδη πειράσομαι· ἑτέρωθεν μὲν οὐδαμόθεν, ἀπὸ δὲ αὐτῶν τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ. τί οὖν φησιν ὁ Χριστός; ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, οὐ φονεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος C τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει· ὃς δ' ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ῥακὰ, ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ. ὃς δ' ἂν εἴπῃ μωρὲ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. ταῦτα μὲν οὖν ὁ Χριστός. ἡμεῖς δὲ τῶν ἀπιστούντων αὐτῷ μᾶλλον τὸν νόμον τοῦτον καταπατήσαμεν, καθ' ἑκάστην ἡμέραν μυρίαις τοὺς ἀδελφοὺς πλύνοντες λοιδορίαις. καὶ τὸ δὴ καταγελαστότερον, ὅτι τὸ, μωρὸς, ὄνομα παραφυλαττόμενοι, πολλάκις ἑτέρας τούτου ὕβρεις πικροτέρας ἐπάγομεν, ὡς ἐκείνου μόνου τοῦ ῥήματος τὴν κόλασιν ἔχοντος. τὸ δὲ οὐ τοιοῦτόν ἐστιν· ἀλλὰ τὸν ὑβριστὴν καθάπαξ κολάζων, τοῦτο τέθεικε τὸ ἐπιτίμιον· καὶ δῆλον, D ἐξ ὧν καὶ [d] Παῦλός φησιν οὑτωσὶ λέγων· μὴ πλανᾶσθε· οὔτε πόρνοι, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὐ μοιχοὶ, οὐ μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὐ κλέπται, οὔτε πλεονέκται, οὐ μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες, βασιλείαν θεοῦ κληρονομήσουσι. εἰ δὲ ὁ μωρὸν λέγων τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, τῆς ἐσχάτης κολάσεώς ἐστιν ἄξιος, ὁ κακοῦργον, καὶ βάσκανον, καὶ δυσχερῆ, καὶ κενόδοξον, [e] καὶ μυρία ἄλλα τοιαῦτα κατηγορῶν, πόσον ἑαυτῷ τὸ τῆς γεέννης συνάξει πῦρ; τὸ γὰρ, μωρὲ, καὶ ῥακὰ, τῶν εἰρημένων πολλῷ κουφότερον· διόπερ ἐκεῖνο παρεὶς, τοῦτο τέθεικεν ὁ Χριστός· ἵνα μάθῃς, ὅτι, εἰ τὸ φορητότερον λεχθὲν τὴν γέενναν ἐπισπᾶται κατ' αὐτοῦ τοῦ λέγοντος, πολλῷ μᾶλλον τὰ βαρύτερα, καὶ ἀφορητότερα τοῦτο ἐργάσεται. εἰ E δέ τινες ὑπερβολὴν τοῦ λόγου καταγινώσκουσι· καὶ γάρ τινας οἶδα τοῦτο παθόντας ἐγὼ, καὶ νομίζοντας ὑπὲρ τοῦ φοβῆσαι μόνον ταύτην εἰρῆσθαι τὴν ἀπειλήν· ὥρα αὐτοὺς τοὺς μοιχοὺς, [f] τοὺς ἀρσενοκοίτας, τοὺς μαλακοὺς, τοὺς εἰδωλολάτρας τῆς εἰρημένης ἀπαλλάττειν κολάσεως.

a Colb. ἀρκέσων.

b Sic omnes præter Morel. qui habet, ἑτέρους ἄλλους μᾶλλον.

c In Morel. solo τὰ ῥήματα deest.

d Sic omnes præter Morel. qui habet Παῦλος οὑτωσί φησι. Mox Savil. in textu, οὔτε πόρνοι, οὔτε εἰδωλολάτραι. In marg. πόρνοι, εἰδωλολάτραι. Ibid. Colb. οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὔτε κλέπται.

e Colb. post κενόδοξον, addit, καὶ ἀλάζονα. Mox idem κατηγορῶν minus recte. Paulo post idem πολλῷ κουφότερον· διόπερ ἐκεῖνο, omissis interpositis. Idem mox τοῦτο εἴρηκεν. Infra Savil. & Colb. ἐργάσεται, Morel. ἐργάζεται.

f Colb. καὶ τοὺς ἀρσενοκοίτας, καὶ τοὺς μαλακοὺς, καὶ τοὺς εἰδ- Mox id. φέρε [illegible]

A Εἰ γὰρ φόβου μόνον ἕνεκεν τοῖς λοιδόροις ἠπείλησε, δῆλον ὅτι κἀκείνοις· ὁμοῦ γὰρ ἅπαντας συναγαγὼν, οὕτως ἐπήγαγε τῆς βασιλείας τὴν ἔκπτωσιν. τί οὖν φησιν; ὁ λοίδορος μετὰ τοῦ μοιχοῦ, καὶ μαλακοῦ, καὶ πλεονέκτου, καὶ εἰδωλολάτρου κείσεται; εἰ μὲν τὴν αὐτὴν αὐτοῖς δώσει δίκην, ἑτέρου τοῦτο ζητῆσαι καιροῦ· ὅτι δὲ τῆς βασιλείας ὁμοίως ἐκπεσεῖται ἐκείνοις, τῷ Παύλῳ πείθομαι λέγοντι, μᾶλλον δὲ τῷ ἐνεργοῦντι [a] δι' αὐτοῦ Χριστῷ· ὅτι οὔτε οὗτοι, οὔτε ἐκεῖνοι βασιλείαν Θεοῦ κληρονομήσουσιν. οὐκ ἐπὶ τούτου δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πολλῶν ἑτέρων πολλοὶ τοῦτο πεπόνθασι. καὶ τὰ πάντως ἐκβησόμενα, ὑπερβολικῶς εἰρῆσθαι νομίζουσι· διαβολικὴ δέ ἐστιν αὕτη ἡ παγίς. B ἵνα γὰρ τὸν φόβον τῆς μελλούσης ἐκλύσῃ κολάσεως [b] τῶν κατανυγμένων ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἀγάπῃ, καὶ χαυνοτέρους ἐργάσηται περὶ τὴν ὑπακοὴν τῆς ἐντολῆς, τὴν ἀπὸ τῆς ὑπερβολῆς παραμυθίαν εἰσήγαγεν, εἰς μὲν τὸ παρὸν ἰσχύουσαν χαρίσασθαι ταῖς ῥαθυμοτέραις ψυχαῖς ἀπάτην, ἐλεγχθησομένην δὲ κατὰ τὸν τῆς κρίσεως καιρὸν, ὅτε κέρδος οὐδέν. τί γὰρ ὄφελος, εἰπέ μοι, νῦν ἀπατηθέντας, τότε συνιδεῖν τὴν ἀπάτην, ὅταν μηδὲν ᾖ ἀπὸ τῆς μετανοίας εἰς τὸν τῆς ἀναστάσεως ἀπόνασθαι λόγον; μὴ δὴ μάτην ἀπατῶμεν ἑαυτοὺς, καὶ παραλογιζώμεθα ἐπὶ κακῷ· μηδὲ ἑτέραν [c] προσκαλώμεθα C τιμωρίαν τὴν ἐκ τῆς ἀπιστίας. οὐ γὰρ μόνον τὸ μὴ εἴκειν ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπιστεῖν αὐταῖς χαλεπωτάτην ἐπάγει τὴν κόλασιν. τὸ δὲ ἀπιστεῖν γίνεται ἐκ τοῦ πρὸς τὴν ἐκπλήρωσιν ἐκλελύσθαι τῶν ἐντολῶν· ὅταν γὰρ τὴν ἐκ τῆς ὑπακοῆς ἀσφάλειαν μὴ ἐθελήσωμεν ἑαυτοῖς πορίσασθαι, μηδὲ τὰ προστεταγμένα ποιεῖν, ὥστε ἀπαλλάξαι τοῦ φόβου τῶν μελλόντων τὸν λογισμὸν, βαρυνόμενοι τῷ συνειδότι, καὶ ἀγχόμενοι, καὶ τὸν πολὺν τῶν κειμένων κολάσεων φόβον ἀπορρῖψαι σπουδάζοντες, εἰς ἕτερον ἑαυτοὺς καταβάλλομεν βάραθρον, ἀπιστοῦντες τοῖς κολαστηρίοις ἐκείνοις. D καὶ καθάπερ οἱ πολλῷ συνεχόμενοι πυρετῷ, καὶ κατὰ τῶν ψυχρῶν πηδῶντες ὑδάτων, οὐκ ἀποτινάσσονται καὶ πνῖγος, ἀλλ' ἕτερον ἑαυτοῖς προστιθέασι πῦρ· οὕτω καὶ ἡμεῖς, κεντούμενοι τῷ τῆς ἁμαρτίας συνειδότι, εἰς τὸν τῆς ὑπερβολῆς εὔριπον καταποντίζειν ἑαυτοὺς ἀναγκαζόμεθα, ἵνα πάντα ἀδεῶς ἁμαρτάνωμεν τοῦ λοιποῦ. οὐδὲ γὰρ μόνον παροῦσιν ὀργιζόμεθα τοῖς ἀδελφοῖς, ἀλλὰ καὶ ἀποῦσι πολλάκις μαχόμεθα. ὅπερ ὑπερβολὴ θηριωδίας ἐστί. καὶ τοὺς μὲν μείζους ἑαυτῶν καὶ δυνατωτέρους, καὶ ἀδικοῦντας, καὶ ὑβρίζοντας φέρομεν μετ' ἐπιεικείας πολλῆς, διὰ τὸν παρ' αὐτῶν φόβον, E πρὸς δὲ τοὺς ὁμοτίμους, καὶ ἐλάττονας, [d] οὐδὲν λελυπηκότας ἀπεχθανόμεθα. τοσοῦτον ὁ παρὰ τῶν ἀνθρώπων φόβος τοῦ παρὰ τοῦ Χριστοῦ μείζονα ἔχει τὴν ἰσχύν.

Ἔστιν οὖν ἡμῖν σωτηρίας ἐλπὶς τοσαύτην ἐνδεικνυμένοις ὀλιγωρίαν, καὶ καταφρόνησιν; πόθεν, εἰπέ μοι; τί τοίνυν φορτικὸν ἀπήτησε; τί δὲ ἐπαχθὲς παρ' ἡμῶν ὁ Χριστός; μὴ ὀργίζου, φησὶ, τῷ ἀδελφῷ σου εἰκῇ· πολὺ δὲ τοῦτο εὐκολώτερον τοῦ φέρειν ἕτερον

A Nam si terrendi solum causa maledicis comminatus est; palam est & de reliquis eamdem esse rationem: cùm enim omnes simul posuisset, sic regni amissionem intulit. Quid igitur, inquies, maledicusne cum adultero, & molle & avaro & idololatra ponetur? Utrum easdem, quas illi, pœnas daturus sit, alterius est temporis inquirere: quod autem a regno cælorum similiter excidat, Paulo credo dicenti; imo potius Christo per illum operanti; quod nempe neque hi neque illi regnum Dei possessuri sint. Neque hac solum in re, sed etiam in aliis multis plurimi ita affecti sunt, ut quæ omnino B eventura sunt, hyperbolice dicta putent. Diabolicus autem est hic laqueus. Ut enim futuri supplicii metum solveret iis, qui in caritate Dei compuncti erant, eosque ad obsequendum mandatis remissiores efficeret, hyperboles consolationem induxit, quæ in præsenti quidem segniores animos inescare potest; sed in die judicii redarguetur, quando nihil inde lucri accedere poterit. Quid enim, quæso, utilitatis iis, qui nunc decepti sunt, si tunc fallaciam agnoscant, cum nihil ex pœnitentia poterunt in resurrectione juvari? Ne itaque nos- C metipsos decipiamus, neque circumveniamur in perniciem nostram, neque aliud nobis supplicium procuremus, nempe ex incredulitate. Non enim solum mandatis Christi non obtemperare, sed etiam iis non credere, gravissimum inducit supplicium. Illa porro incredulitas paritur ex segnitie in exsequendis mandatis. Cum enim obsequentiæ securitatem nobis comparare nolumus, neque ea facere quæ præcepta sunt, ut animum futurorum metu liberemus: conscientiæ onere gravati & præfocati, ingentem parati supplicii metum abjicere stu- D dentes, in aliud nos barathrum præcipites agimus, dum tormentis illis fidem abrogamus. At quemadmodum ii, qui ardente febri tenentur, etiamsi in aquas se frigidas conjecerint, præfocationem illam non amittunt, sed novum adjiciunt ignis ardorem; sic & nos conscientiæ stimulis agitati, in hyperboles euripum nos præcipitare cogimur, ut omnia in posterum sine metu peccata admittamus. Non solum enim præsentibus irascimur fratribus, sed etiam cum absentibus sæpe litigamus: quod sane feritatis excessus est. Et majores quidem potentioresque nobis, etiamsi injuriis nos & contu- E meliis afficiant cum moderatione magna toleramus eorum metu cohibiti, æquales autem inferioresve, ne læsi quidem, aversamur tamen, tantum hominum metus Christi timori prævalet.

3. Ecqua tandem nobis salutis spes, tantam segnitiem, tantum contemtum exhibentibus? Undenam, dic mihi? Quid grave, quid onerosum a nobis exigit Christus? Ne irascaris, inquit, fratri tuo sine causa: id porro longe facilius est, quam alterum ferre

a Colb. ἐν αὐτῷ Χριστῷ. Infra Colb. ἐπὶ πολλῶν ἕτεροι πολλοὶ, Savil. ἐπὶ πολλῶν πολλοὶ, Morel. ἐπὶ ἑτέρων πολλοί.
b Hæc, τῶν κατανυγέντων ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἀγάπῃ, desunt in Colb. & in Sav. inque Morel. tantum habentur.

c Colb. προσκαλώμεθα.
d Colb. οὐδὲ λελυπηκότας. Mox idem, παρὰ τοῦ Θεοῦ μείζονα & paulo post idem, ἐπιδεικνυμένοις. Paulo post idem, τί γὰρ φορτικὸν ἀπήτησε, τί δὲ καὶ ἐπαχ.

sine causa iratum. Ibi enim jam congregata est ignis materia; hic vero cum nihil causæ subsit, tu ipse flammam accendis. Neque enim par res est, alio facem admovente id tolerare, neque accendi, ac nullo concitante, quiescere. Siquidem qui illud superare potuit, summæ philosophiæ documentum exhibuit: qui autem hoc præstitit, nihil admiratione dignum egit. Cum ergo quod majus est propter metum hominum perficimus, quod autem minus, propter Dei timorem præstare nolumus, perpende quanto supplicio, quanto cruciatui nos obnoxios constituamus. Fratrem porro non æqualem, non liberum tantum esse putes, sed etiam

Gal. 3. 28. famulum: *Nam in Christo Jesu neque servus neque liber*, secundum Apostolum; ita ut si vel contra famulos sine causa ferociamus, easdem pœnas daturi simus. Nam ille quoque frater est, & vera libertate donatus, cum unum eumdemque habeat Spiritum. Quis itaque vitam omni convitio puram, ira irrationabili aut inani vacuam exhibere potest? Nec mihi quempiam alleges cui hæc raro contigerint, sed qui in ea numquam inciderit. Donec enim id nobis ostenderis, non ideo sane minas solvere poteris, quod hoc non frequenter acciderit. Etenim qui furatur, vel qui fornicatur, etsi semel in hoc peccatum incidant, non ideo a supplicio liberantur, quod non frequenter id perpetrarint, sed quia vel semel ausi sunt, haud dubie puniuntur. Quod autem postea sequitur, quis non, etsi infidelis sit, fabulam esse reputet, cum videat a nobis cum tanta vehementia violari? Nam cum Deus

Matth. 5. 23. dicat: *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offer munus tuum*; nos bella mutuo gerentes, & exulcerati animo, ad altaria accedimus. Ac cum Deus tantam reconciliationis nostræ curam habeat, ut patiatur sacrificium suum imperfectum manere, & ministerium interrumpi, donec inimicitia & ira deponatur; nos rem ita flocci facimus, ut capitis nostri damno multis diebus inimicitiam servemus. Neque iracundos tantum plectit Deus, sed etiam eos, qui hujusmodi morbo liberi, offensos fratres negligunt. Quia enim læsorum est irasci, is vero qui injuria afficit, non ita facile hoc morbo capiatur; ideo hunc ad illum adducit, ostendens pœna digniorem esse eum, qui peccati radicem posuit. At nos ne sic quidem emendamur, sed pro levissimis etiam rebus fratres contristamus. Deinde ac si nihil molestiæ intulerimus, ita negligimus, illatam injuriam oblivioni damus, inimicitiamque in longum tempus

A ὀργιζόμενον εἰκῆ· ἐκεῖ μὲν γὰρ συνῆκται ἤδη τοῦ πυρὸς ἡ ὕλη· ἐνταῦθα δὲ οὐδενὸς ὑποκειμένου, τὴν φλόγα ἀνάπτεις αὐτός. οὐκ ἔστι δὲ ἴσον, ἑτέρου λαμπάδα προσάγοντος, καρτερεῖν, καὶ μὴ ἐμπίμπρασθαι, καὶ μηδενὸς παρακινοῦντος ἡσυχάζειν, καὶ ἠρεμεῖν. ὁ μὲν γὰρ ἐκεῖνο κρατήσας, [a] μεγίστης φιλοσοφίας βάσανον ἐπεδείξατο· ὁ δὲ τοῦτο κατορθῶν, οὐδενὸς ἂν εἴη θαύματος ἄξιος. ὅταν οὖν τὸ μεῖζον διὰ τὸν τῶν ἀνθρώπων φόβον ἀνύοντες, διὰ τὸν τοῦ θεοῦ μηδὲ τὸ ἔλαττον βουλώμεθα, ἐννόησον ὅσης κολάσεως, καὶ τιμωρίας ὑπευθύνους καθιστῶμεν ἑαυτούς. τὸν τοίνυν ἀδελφὸν, μὴ τὸν ὁμότιμον μόνον, μηδὲ ἐλεύθερον

B νομίσῃς εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὸν οἰκέτην. ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε δοῦλος, οὔτε ἐλεύθερος κατὰ τὸν ἀπόστολον. ὥστε κἂν πρὸς τοὺς δούλους ἀγριαίνωμεν εἰκῆ, τὴν αὐτὴν ὑποστησόμεθα δίκην. ἀδελφὸς γὰρ καὶ οὗτός ἐστι· καὶ τῆς ἐλευθερίας ἠξίωται τῆς ἀληθοῦς [b] ἓν πνεῦμα ἔχων. τίς οὖν ὁ λοιδορίας καθαρὸν τὸν ἑαυτοῦ βίον, καὶ ὀργῆς ἀλόγου καὶ ματαίας ἐπιδεῖξαι δυνάμενος; μὴ γάρ μοι τὸν ὀλιγάκις τοῦτο πάσχοντα εἴπῃς, ἀλλὰ τὸν μηδὲ ὅλως ἁλόντα ποτέ. ἕως δ' ἂν μὴ τοῦτο δείξῃς ἡμῖν, οὐδὲ τὴν ἀπειλὴν λῦσαι δυνήσῃ, διὰ τὸ μὴ συνεχῶς τοῦτο παθεῖν. καὶ γὰρ ὁ κλέπτων, καὶ

C ὁ πορνεύων, κἂν ἅπαξ μόνον τὴν ἁμαρτίαν ἐκείνην ἐργάσωνται, οὐκ ἐπειδὴ μὴ πολλάκις τοῦτο τετολμήκασιν, ἀφίενται τῆς τιμωρίας, ἀλλ' ἐπειδὴ τετολμήκασιν, ὅλως κολάζονται. τὸ δὲ [c] ἐφεξῆς τούτῳ κείμενον, τίς οὐκ ἂν τῶν ἀπίστων, καὶ μῦθον εἶναι νομίσειε, μετὰ τοσαύτης σφοδρότητος ἀνατετραμμένον ὁρῶν ὑφ' ἡμῶν; τοῦ γὰρ θεοῦ εἰπόντος· ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς, ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ, ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε πρῶτον, διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν, πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. ἡμεῖς [d] δὲ ἐκπεπολεμωμένοι πρὸς ἀλλή-

D λους, καὶ ὑπούλως διακείμενοι τοῖς θυσιαστηρίοις προσίμεν· καὶ ὁ μὲν θεὸς τοσαύτην τῆς ἡμετέρας καταλλαγῆς πεποίηται τὴν σπουδὴν, ὡς ἀνέχεσθαι τὴν αὐτοῦ θυσίαν μένειν ἀτέλεστον, καὶ τὴν ὑπηρεσίαν ἐκκόπτεσθαι, ὑπὲρ τοῦ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀπέχθειαν καταλῦσαι, καὶ τὴν ὀργήν· ἡμεῖς δὲ οὕτω τοῦ πράγματος ἀλογοῦμεν, ὡς καὶ ἡμέρας πολλὰς τὴν ἔχθραν διατηρεῖν, κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς. οὐδὲ γὰρ τοὺς μνησικακοῦντας κολάζει μόνον ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ καὶ τοὺς τούτου μὲν ἀπηλλαγμένους τοῦ πάθους, πεπληγμένων δὲ καταφρονοῦντας τῶν ἀδελφῶν. ἐπειδὴ γὰρ τῶν ἠδικημένων ἐστὶ τὸ μνησικακεῖν, ὁ δὲ ἀδικῶν οὐκ ἂν ῥᾳδίως ληφθείη τούτῳ

E τῷ πάθει· τούτου χάριν τοῦτον ἤγαγε πρὸς ἐκεῖνον, δεικνὺς ὅτι τῆς τιμωρίας τῆς ἐκείνου μᾶλλον ὑπεύθυνός ἐστιν, ὁ καὶ τὴν ῥίζαν τῷ ἁμαρτήματι [e] παρασχών. ἀλλ' ἡμεῖς οὐδὲ οὕτω παιδευόμεθα· ἀλλὰ λυποῦμεν καὶ ὑπὲρ τῶν τυχόντων τοὺς ἀδελφούς· εἶτα ὥσπερ οὐδενὸς γινομένου δεινοῦ, οὕτως ἀμελοῦμεν, καὶ ἐπιλανθανόμεθα τῶν λυπηθέντων παρ' ἡμῶν, καὶ τὴν ἔχθραν εἰς μακρὸν ἐκτεινομένην χρόνου μῆκος

[a] Colb. ἐσχάτης φιλοσοφίας. Infra idem πόσης κολάσεως. Mox idem τὸν γὰρ ἀδελφὸν .... καὶ τὸν ὁμότιμον· ἀλλά. Ibidem plura legisse videtur vetus Interpres, qui sic habet. *In Christo enim neque Judæus neque Græcus neque servus, neque liber, neque masculus neque femina; sed omnes unum sumus in Christo.*

[b] Illud ἓν πνεῦμα ἔχων, neque in Savil. neque in Colb. legitur; sed in Morel. tantum.

[c] Colb. ἐφεξῆς τούτου. Infra idem, ὑφ' ἡμῶν· ὁ μὲν γὰρ φιλάνθρωπος θεὸς, ἐὰν φησι προσφέρῃς.

[d] δὲ deest in Savil. Paulo post Colb. προσίωμεν καὶ ὁ μὲν θεός. Infra idem & Savil. in textu ἐγκόπτεσθαι, Morel. & Savil. in marg. ἐκκόπτεσθαι, Infra Morel. τὴν ἔχθραν τηρεῖν.

[e] Colb. παρασχὼν, καὶ οὐδὲ οὕτω παιδευόμεθα· ἀλλὰ λυποῦμεν εὐκόλως· ὑπὲρ τῶν ἀδελφούς· ὥσπερ δὲ οὐδενός.

παρορῶμεν, οὐκ εἰδότες ὅτι τοσούτῳ μείζονα τισόμεθα κόλασιν, ὅσῳ πλείονας ἂν ἀφῶμεν ἐπεισελθεῖν ἡμέρας τῇ λύπῃ. [a] τούτῳ τε αὐτῷ, καὶ τῷ δυσκολωτέραν ἡμῖν γενέσθαι λοιπὸν τὴν καταλλαγήν. ὥσπερ γὰρ φιλίας συνεχούσης ἡμᾶς, οὐδὲν εὐκόλως τῶν διαιρούντων ἰσχύσαι, καὶ πιστευθῆναι δυνήσεται. οὕτως ἔχθρας [b] προκαταλαβούσης ἡμῶν τὰς ψυχὰς, πάντα εὔκολα, καὶ ῥᾷστα τοῖς βουλομένοις ἡμῖν συγκρούειν ἐπιπλέον ἐστὶ, τῶν μὲν χρηστῶν ἀπιστουμένων, πιστευομένων δὲ μόνων τῶν πονηρῶν. διὰ ταῦτα κελεύει τὸ δῶρον ἀφέντας ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου, πρότερον διαλλαγῆναι τῷ ἀδελφῷ, ἵνα μάθωμεν, ὅτι εἰ ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἀναβάλλεσθαι τὴν καταλλαγὴν ταύτην οὐ χρὴ, πολλῷ μᾶλλον ἐν ἑτέροις. ἡμεῖς δὲ τὰ μὲν σύμβολα τῶν πραγμάτων κατέχομεν, τῆς δὲ ἀληθείας αὐτῆς ἐκπεπτώκαμεν, ἀσπαζόμενοι μὲν ἀλλήλους μέλλοντος τοῦ δώρου προσφέρεσθαι, χείλεσι δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ στόματι τοῦτο ποιοῦντες μόνον· ὁ δὲ κύριος οὐ τοῦτο βούλεται, ἀλλὰ τὸ ἀπὸ τῆς ψυχῆς φίλημα, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς καρδίας ἀσπασμὸν διδόναι τῷ πλησίον ἡμᾶς. τοῦτο γάρ ἐστιν ἀσπάσασθαι ἀληθῶς· ἐκεῖνο δὲ, σκηνή τις, καὶ ὑπόκρισις, καὶ παροξύνειε μᾶλλον ἂν τὸν θεὸν, ἢ καταλλάξειεν ὁ οὕτω φιλῶν. τὴν γὰρ εἰλικρινῆ, καὶ ἐρριζωμένην [c] φιλίαν ἐπιζητεῖ παρ' ἡμῶν· οὐ ταύτην, ἧς τὸ μὲν σχῆμα πολὺ καὶ τὴν μόρφωσιν περιφέρομεν, τὴν δὲ δύναμιν πᾶσαν ἐσβέσαμεν. ὅπερ καὶ αὐτὸ τεκμήριον τῶν κατεχουσῶν ἡμᾶς ἀνομιῶν ἐστι. διὰ γὰρ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, φησὶ, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν. καὶ ταῦτα πράττομεν ἄνθρωποι μήτε ὀργίζεσθαι, μήτε ἐχθροὺς ἔχειν κελευσθέντες τινάς· εἰ δέ ποτε καὶ σχοίημεν, ἐφ' ἡμέρας μόνον· ὁ ἥλιος γάρ φησι μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν. καὶ οὐδὲ [d] μέχρι τούτου ἱστάμεθα, ἀλλὰ καὶ ἐπιβουλὰς κατ' ἀλλήλων ῥάπτομεν· καὶ δι' ὧν λέγομεν, καὶ δι' ὧν πράττομεν, δάκνοντες τὰ οἰκεῖα μέλη, καὶ κατεσθίοντες, ὅπερ λαμπρᾶς μανίας ἐστί. καὶ γὰρ τοὺς ἀνιάτως δαιμονῶντας, καὶ μαινομένους, ἀπὸ τούτου μάλιστα δοκιμάζομεν. [e] τί δὲ ὁ περὶ τοῦ ἀντιδίκου νόμος, καὶ ὁ περὶ τῆς ἐπιθυμίας τῆς ἀτόπου, καὶ τῶν ἀκολάστων ὀφθαλμῶν, καὶ τῆς ἀλόγου φιλίας καὶ ἐπιβλαβοῦς; ὁ γὰρ δεξιὸς ὀφθαλμὸς, καὶ ἡ δεξιὰ χεὶρ, οὐδὲν ἡμῖν ἕτερον αἰνίττεται, ἢ τοὺς ἐπὶ βλάβῃ φιλοῦντας ἡμᾶς· καὶ ὁ περὶ τῶν ἀπολελυμένων δὲ γυναικῶν ὑπό τινος [f] οὐ κατελύθη, καὶ καταπεπατήθη πολλάκις.

Τοὺς γὰρ περὶ τοῦ μὴ δεῖν ὀμνύναι κειμένους, καὶ αἰσχύνομαι λέγειν, οὐ διὰ τὰς ὁρκωμοσίας μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὰς ἐπιορκίας τὰς συνεχεῖς. εἰ γὰρ καὶ τὸ ὀμνύναι, κἂν εὐορκῇ τις, ἔγκλημα, καὶ ἐντολῆς παράβασις, ποῦ τὴν ἐπιορκίαν θήσομεν; εἰ γὰρ τὸ περιττὸν τοῦ ναὶ, καὶ τοῦ οὐ, ἐκ τοῦ πονηροῦ, τὸ καὶ τούτου περιττότερον, τίνος ἔσται [g] λοιπόν; εἶτα πάλιν φησὶν, ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον· καὶ ἐάν τίς σε ἀγγαρεύσῃ μίλιον ἓν, ὕπαγε μετ'

A extractam despicimus, ignorantes tanto majus nos supplicium luituros esse, quanto pluribus diebus mœstitiæ locum dederimus; ad hæc vero difficiliorem postea fore reconciliationem. Quemadmodum enim amicitiâ obstringente, nihil facile distrahere, nihil adversum credi poterit. Sic inimicitia animos nostros occupante, omnia facilia & obvia sunt iis, qui rixam augere velint, cum bona minime, mala vero solum credantur. Ideo jubet, dono ad altare dimisso, prius reconciliari fratri; ut discamus, si in illo tempore reconciliationem differre non liceat, multo minus licere in aliis. Nos vero B symbola quidem rerum tenemus, a veritate autem ipsa excidimus, dum nos ante doni quidem oblationem mutuo amplectimur; sed labiis tantum & ore id agimus. At non id solum vult Dominus, sed animæ etiam osculum, & amplexum cordis proximo dari: hoc enim vere amplecti dicitur; illud vero quasi scena quædam & larva dicenda est, ita ut qui sic osculatur magis Deum irritet, quam placet. Sinceram enim & radicibus firmam amicitiam requirit a nobis, non hanc, cujus speciem & simulacrum quoddam circumferimus, vim autem omnem exstinximus, quod & ipsum indicium est C earum, quibus detinemur, iniquitatum. *Nam quoniam abundabit iniquitas*, inquit, *refrigescet caritas multorum.* Et hæc agimus homines, quibus vetitum est vel irasci, vel inimicos habere quospiam: aut si forte habeamus, ad unum tantum diem habere permittimur: *Sol*, inquit, *non occidat super iracundiam vestram.* Neque hic consistimus, sed & insidias alii in alios struimus, & verbis & gestis nostris membra propria mordentes ac devorantes: quod utique apertæ insaniæ est. Etenim insanabiles dæmoniacos & furiosos hoc maxime signo dignoscimus. Quid autem de lege circa adversarium, circa illeD gitimam concupiscentiam, oculos impudicos, amicitiam irrationabilem & damnosam, dicemus? Oculus enim dexter & manus dextra, non aliud nobis subindicant, quam eos qui damno nostro nos amant. Lex vero de repudiatis uxoribus, a quibusnam non violata & conculcata frequenter fuit?

Matth. 24. 12.

Ephes. 4. 26.

4. Nam leges de non jurando erubesco proferre in medium; non solum ob juramenta, sed etiam ob perjuria frequentia. Etenim si jurare, etsi vere, crimen est, & E præcepti prævaricatio, perjurium ubi ponemus? Et si id quod *est* & *non* excedit, a malo est, quod hoc etiam exsuperat, a quo tandem erit? Deinde vero ait: *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, converte illi & alteram. Et ei qui vult tecum judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium: & quicumque te angariaverit mille passus, vade cum illo &*

Matth. 5. 37.

Matth. 5. 39.

[a] Alii, τοῦτό τε αὐτὸ, καὶ τὸ δυσκολωτέραν ἡμῖν γενέσθαι τήν.
[b] Sic Savil. & Colb. At Morel. καταλαβούσης. Infra Colb. ἀφέντας ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον.
[c] Colb. φιλίαν αἰτεῖ παρ' ἡμῶν. Ibid. Colb. σχῆμα πολλοί, alii σχῆμα πολύ.
[d] Colb. μέχρι τούτων.
[e] Savil. & Colb τί δαί.
[f] Colb. & Savil. in textu, οὐ παρεβάθη καὶ κατεπατήθη. Savil. in marg. & Morel. οὐ κατελύθη καὶ κατεπατήθη.
[g] λοιπόν· μετὰ δὲ ταῦτα φησίν. Sic Colbert.

duo. Qui petit a te, da ei: & a volente mutuari a te, ne avertaris. Quid ad hæc dici potest? Pro singulis enim hujusmodi dictis restat solum ut fleamus, & pudore suffundamur; ita ex diametro oppositam viam sectantes, judiciis, pugnis, litibus & rixis omne tempus insumentes, ne minimam quidem aut rerum aut verborum molestiam toleramus, sed vel pro levissimis ferocimus. Quod si quospiam proferre possis, qui multa pauperibus erogarint, & postea paupertatis causa in contemtum venerint, innumeraque mala perpessi sint, paucos rarissimosque tales numerabis. Attamen nullum, qualem hic describimus, philosophum ostendes. Hæc quippe vita longe magis, quam illa, spiritualis est. Neque enim æquale est sponte largiri, & omnibus spoliatum patienter ferre. Ecquid dico ferre? Nam quod Christus dixit hoc longe præstantius est. Siquidem sermo ejus læsorum animos ab ira contra lædentes usque adeo avertit, ut non modo de raptis conqueri non sinat, sed etiam ea, quæ relicta sunt, sponte offerre jubeat, & majorem ad mala ferenda alacritatem exhibere, quàm illi ad inferenda insaniam. Nam cum is, qui lædere vult, eum quem lædit paratiorem ad patiendum invenit, quam ille voluerat; & postquam implevit concupiscentiam suam, eum quem læserat, ex abundanti videt ad alia patienda proniorem, superatus discedit, de tolerantiæ magnitudine erubescens: quamvis fera, quamvis immanius quidpiam fuerit, moderatior tandem evadet, conspecta tum nequitia sua, tum illius virtute per factam utriusque comparationem. Hanc ego nunc quæro vitam, quam in Scripturis tantum propositam video; alibi vero operibus exhibitam nusquam. Nec mihi dicas quempiam læsum patienter tulisse; id enim potuit defectu virium contingere. Sin etiam cum æqualibus, quos ulcisci poterat, id exhibuerit; at non eo usque processit, ut ejus concupiscentiam superaret, & plusquam vellet daret, magnanimitatemque suam, præter rapta additis libenter aliis, ostenderet. Quod autem his longe superius est, ad ipsumque verticem pertingit, eos, qui talia agunt, & sive in pecuniis, sive in corporibus, aliisque omnibus nocumentum important, in amicorum, imo amicorum genuinorum numero constituere jussit Christus. Nam dicit, Rapienti, & auferenti ne solum dona alia addas, sed etiam ipsum vehementissimo & sincero amore dilige. Hoc sane, hoc declarare cum vellet, ait: *Orate pro calumniantibus vobis*, quod pro solis iis, quos admodum diligimus facere solemus. Ne vero putes hæc verba hyperbolice dicta fuisse, neve diabolicam inducas fallaciam, rationem & causam congruentem affert his verbis: *Si enim dilexeritis eos, qui vos diligunt, quam mercedem*

Evangelicæ vitæ perfectio.

Luc 6. 28.

Luc 6. 32.

A αὐτοῦ δύο· καὶ τῷ αἰτοῦντί σε, δίδου, καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι, μὴ ἀποστραφῇς; τί ἄν τις εἴποι πρὸς ταῦτα; ἐφ' ἑκάστου γὰρ τῶν εἰρημένων δακρύειν μόνον, καὶ ἐγκαλύπτεσθαι λείπεται. οὕτως ἐκ διαμέτρου πρὸς τὴν ἐναντίαν [a] ἀντεταξάμεθα. εἰς κρίσεις, καὶ μάχας, καὶ δίκας, καὶ ἀμφισβητήσεις τὸν ἅπαντα χρόνον ἀναλίσκοντες, καὶ μηδὲ βραχεῖαν ἐπήρειαν φέροντες, μὴ τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων, μὴ τὴν ἀπὸ τῶν ῥημάτων· ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ τυχὸν ἐκθηριούμενοι. εἰ δὲ ἔχεις τινὰς λέγειν, τῶν πολλὰ μὲν ἀνηλωκότων εἰς πένητας, καταφρονουμένων δὲ διὰ τὴν πενίαν ὕστερον, καὶ μυρία παθόντων κακὰ, ὀλίγους μὲν τούτους, καὶ εὐαριθμήτους ἐρεῖς. B πλὴν ἀλλ' οὐδὲ οὕτω τὸν ἐνταῦθα ἀναγεγραμμένον ἡμῖν φιλόσοφον ἔδειξας. πολὺ γὰρ οὗτος ἐκείνου τοῦ βίου πνευματικώτερος· οὐδὲ γάρ ἐστιν ἴσον ἑκόντα δοῦναι, καὶ ἀποστερούμενον πάντων ἐνεγκεῖν. τί δὲ λέγω ἐνεγκεῖν, ὃ γὰρ ὁ Χριστὸς εἶπε πολλῷ τούτου πάλιν μεῖζόν ἐστι. [b] τοσοῦτον δὲ ἀπέστησεν ὁ λόγος τῶν ἀδικουμένων τὰς ψυχὰς τῆς πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας ὀργῆς, ὡς μὴ μόνον ὑπὲρ τῶν ἤδη ληφθέντων μὴ δυσχεραίνειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπολειφθέντων ἑκόντας παραχωρεῖν, καὶ τῆς ἐκείνων μανίας περὶ τὸ κακῶς ποιεῖν, μείζονα περὶ τὸ κακῶς πάσχειν ἐπιδείκνυσθαι τὴν [c] προθυμίαν ἡμᾶς. ὅταν γὰρ ὁ βουλόμενος ἀδικεῖν, εὕρῃ τὸν ἀδικούμενον πλέον παρεσκευασμένον πρὸς τὸ παθεῖν C ἤπερ ἐκεῖνος ἐβούλετο, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἐμπλήσας τὴν ἑαυτοῦ, τὸν ἐπηρεασθέντα ἐκ περιουσίας ἴδῃ φιλοτιμούμενον, ἄπεισιν ἡττημένος, τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀνεξικακίας ἐρυθριάσας, κἂν γοῦν θηρίον ᾖ, κἂν ἕτερόν τι τούτου χαλεπώτερον, μετριώτερος ἔσται τοῦ λοιποῦ, τήν τε αὐτοῦ κακίαν, καὶ τὴν ἀρετὴν ἐκείνου καλῶς ἀπὸ τῆς συγκρίσεως ταύτης ἰδών. τοῦτον ἐγὼ τὸν βίον ἐπιζητῶ νῦν, ὃν μόνον ἐν ταῖς γραφαῖς κείμενον ὁρῶ. ἀλλαχοῦ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων οὐδαμοῦ. μὴ γάρ μοι τὸν ἠδικημένον εἴπῃς, καὶ [d] στέγοντα· συμβαίνει γὰρ καὶ παρὰ ἀδυναμίαν τοῦτο παθεῖν. εἰ δὲ καὶ πρὸς τοὺς ὁμοτίμους, καὶ οἷς δυνατὸν ἐπεξελθεῖν D ἐπεδείξατο τοῦτο, ἀλλ' οὐ μέχρι τοσούτου, ὡς καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ὑπερακοντίσαι τὴν ἐκείνου, καὶ πλέον, ὧν ἐβούλετο, δοῦναι· καὶ τοῖς ἑκόντι προστεθεῖσι, τὴν ἐπὶ τοῖς βίᾳ ἀποσπασθεῖσι δεῖξαι μακροθυμίαν. ὃ δὲ τούτων πάλιν ἀνώτερον καὶ αὐτῆς ἁπτόμενον τῆς κορυφῆς, τοὺς τὰ τοιαῦτα ἐργαζομένους εἰς ἡμᾶς, καὶ ἐπηρεάζοντας καὶ χρήμασι καὶ σώμασι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν· ἐν φίλων τάξει, καὶ φίλων τῶν γνησίων κατατάττειν ἐκέλευσεν ὁ Χριστός· μὴ γὰρ προσδίδου μόνον τῷ ἁρπάζοντι, καὶ πλεονεκτοῦντι, φησὶν, ἀλλὰ καὶ φίλει τοῦτον φιλίᾳ τῇ σφοδροτάτῃ, E καὶ [e] εἰλικρινεῖ. τοῦτο δὴ τοῦτο καὶ παραστῆσαι βουλόμενος εἶπεν, εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς, ὅπερ ἐπὶ τῶν σφόδρα ἀγαπωμένων ποιεῖν εἰώθαμεν μόνον· καὶ ἵνα μὴ πάλιν ὑπερβολῆς νομίσῃς τὰ ῥήματα, καὶ τὴν διαβολικὴν ἐπεισαγάγῃς ἀπάτην, προστίθησι τῷ πράγματι λογισμὸν, καὶ αἰτίαν δικαίαν λέγων· [f] ἐὰν γὰρ ἀγαπήσητε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, τίνα μισθὸν

a Colb. ἐταξάμεθα. Idem infra, ἀπὸ πραγμάτων, μὴ τὴν ἀπὸ ῥημάτων. Quæ lectio non spernenda. Mox idem εἰ δὲ ἔχεις & πρὸς πένητας.

b Colb. τοσοῦτον γὰρ ἀπεστ-

c Sic Colb. & Savil. In Morel. legitur, τὴν μακροθυμίαν. Infra Colb. πρὸς τὸ τοῦτο παθεῖν, Savil. & Morel. πρὸς τὸ παθεῖν. Infra Colb. ἄπεισιν ἡττηθεὶς, καὶ τὴν. Mox idem καὶ θηρίον, omisso γοῦν.

d Colb. στέγοντα, recte. Est enim vox a Chrysostomo alibi hoc usu adhibita. Savil. & Morel. στέργοντα male.

e εἰλικρινεῖ· καὶ τοῦτο παραστῆσαι Colb.

f Colb. ἐὰν γὰρ ἀγαπᾶτε .... τὸ αὐτὸ ποιοῦσι; καὶ ἐὰν ἀσπ- .... ἐθνικοὶ τὸ αὐτὸ ποιοῦσι;

ἔχετε

A ἔχετε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιοῦσι; καὶ ἐὰν ἀσπάσησθε τοὺς ἀσπαζομένους ὑμᾶς, τί περισσὸν ποιεῖτε; οὐχὶ καὶ οἱ ἐθνικοὶ τοῦτο ποιοῦσιν; ὅταν οὖν τῶν τελωνῶν, καὶ τῶν ἐθνικῶν μηδὲν κατὰ τοῦτο διαφέρωμεν, πῶς οὐ πενθεῖν ἄξιον, καὶ κατακόπτεσθαι; καὶ εἴθε τοῦτο μόνον ἦν τὸ δεινόν, νυνὶ δὲ τοσοῦτον ἀποδέομεν τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾶν, ὡς καὶ τοὺς ἀγαπῶντας ἀποστρέφεσθαι, καὶ μισεῖν. τὸ γὰρ βασκαίνειν, καὶ φθονεῖν, καὶ δι' ὧν πράττομεν, καὶ δι' ὧν λέγομεν, τὴν δόξαν αὐτῶν καθαιρεῖν, καὶ τὴν εὐδοκίμησιν, τῶν σφόδρα μισούντων, καὶ ἀποστρεφομένων ἐστίν. οὕτως οὐ μόνον τῶν ἐθνικῶν οὐδὲν διαφέρομεν, ἀλλὰ καὶ πολλῷ χεῖρον αὐτῶν ἐν τούτῳ διακείμεθα. καὶ ὁ μὲν Χριστὸς, εὔ- B χεσθαι ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ἐκέλευσεν· ἡμεῖς δὲ δόλους ῥάπτομεν, καὶ τοὺς καταρωμένους εὐλογεῖν κελευσθέντες, μυρίαις ἀραῖς περιβάλλομεν. τί ταύτης σφοδρότερον τῆς ἐναντιώσεως γένοιτ' ἂν, καὶ τῆς μάχης, ἣν μαχόμεθα τῷ ταῦτα νομοθετήσαντι, πᾶσιν αὐτοῦ τοῖς προστάγμασιν ἐξ ἐναντίας ἱστάμενοι; τὴν γὰρ τῆς κενοδοξίας τυραννίδα, ἣν αὐτὸς μὲν διὰ τῶν ἑξῆς ῥημάτων κατέλυσεν, ἡμεῖς δὲ ηὐξήσαμεν, οὐκ ἐπὶ τὰς εὐχὰς μόνον, καὶ νηστείας, καὶ τὰς ἐλεημοσύνας, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα πάντα ἑλκύσαντες αὐτῆς τὴν ἀρχὴν, καὶ παντὸς μᾶλλον [a] ἀργυρωνήτου τῇ μανίᾳ ταύτης ὑποθέντες ἑαυτούς, διὰ τὸ πᾶσιν εἶναι δῆλον, παρίημι, C τοσοῦτον εἰπών· ὅτι τῶν ἀνθρώπων, οἱ μὲν εἰς ἐσχάτην καταφρόνησιν ἐκδόντες ἑαυτοὺς, οὐδενὶ τῶν προστεταγμένων προσέχουσιν· οἱ δὲ, ἐκ βραχείας μοίρας ὑπακούειν θελήσαντες, καὶ τινας τῶν ἐντολῶν φυλάξαι σπουδάσαντες· καὶ οὗτοι πάλιν εἰς τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ζημίαν κατέστρεψαν, [b] διὰ τὸ μὴ θελῆσαι τῆς κενοδοξίας ἀποδύσασθαι τοὺς δεσμούς. καὶ ὁ μὲν οὐδὲ ὅλως δίδωσιν ἐλεημοσύνην· ὁ δὲ παρέχων μὲν τοῖς δεομένοις τινὰ τῶν ἑαυτοῦ, μετὰ κενοδοξίας δὲ τοῦτο ποιῶν, οὐδὲν ἄμεινον τοῦ μὴ δεδωκότος διάκειται. οὕτως ἅπαντας πανταχόθεν εἰς τὰς ἑαυτοῦ παγίδας ἐνέβαλεν ὁ πονηρός. εἰ δέ τις καὶ [c] ταύ- D την δυνηθείη διεκδῦναι τὴν βλάβην, ὑπὸ τῆς ἀπονοίας καταληφθεὶς, πάλιν τὸ αὐτὸ πτῶμα κατέπεσε· μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ χαλεπώτερον. οὐ γὰρ τοῦτο ζημιωθεὶς μόνον, ὅπερ ἐποίησεν, ἄπεισιν, ἀλλὰ καὶ καινόν τι προσλαβών· πολλοὺς δὲ ἔγωγε οἶδα, οὐ ταύταις μόνον ἁλισκομένους ταῖς αἰτίαις, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ φιλεῖν, καὶ διὰ τὸ δυσωπεῖσθαι, καὶ δι' ἑτέρας πολλὰς τοιαύτας ἐπαρκοῦντας προφάσεις τοῖς δεομένοις, οὐ διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, καὶ τὴν ἐντολήν. τοσούτων οὖν ὄντων τῶν λυμαινομένων τὰς πράξεις τὰς ἀγαθὰς· τίς ταχέως σωθῆναι δυνήσεται τῶν τούτοις περιπεπτωκότων τοῖς κακοῖς;

Τὸ δὲ, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίε- E μεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν· τίς ἄρα ὁ μετὰ παρρησίας ἐρῶν; κἂν γὰρ μηδὲν ἀδικήσωμεν τοὺς ἐχθροὺς, ἀλλ' ὅμως τὴν πληγὴν ἀνίατον ἔχομεν. ὁ δὲ Χριστὸς οὐχ οὕτως ἀφιέναι βούλεται μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς πρώτους τῶν φίλων αὐτοὺς ἀριθμεῖν. διὰ τοῦτο γοῦν, καθὼς ἔφθην εἰπὼν, καὶ ὑπερεύχεσθαι τούτων προσέταξεν· ἐὰν δὲ ἀδικῇς μὲν μηδὲν, ἀποστρέφῃ δὲ καὶ οὐχ ἡδέως ὁρᾷς, καὶ τὸ τραῦμα ἔχῃς ἐνακμάζον σου τῇ ψυχῇ, οὔπω τὴν ἐντολὴν ἐποίησας, ἣν προσέταξέ σοι ὁ Χριστός.

habetis? Nonne publicani idipsum faciunt? Et si amplexi fueritis eos, qui vos amplectuntur, quid amplius facitis? Nonne & Ethnici hoc faciunt? Cum igitur a publicanis, atque Ethnicis nihil hac in re differamus, quomodo a luctu & a lacrymis temperemus? Sed utinam hoc dumtaxat malum adesset: nunc enim tantum abest ut inimicos diligamus, ut etiam eos qui nos diligunt aversemur & odio habeamus. Invidere namque illis, verbis atque gestis nostris gloriam & famam illis auferre, odientium & aversantium est. Ita non solum ab Ethnicis nihil differimus, sed ea in re longe pejore quam illi affectu sumus. Ac Christus quidem pro calumniantibus orare jussit; nos autem dolos concinnamus, & maledicentibus benedicere jussi, eosdem innumeris maledictis oneramus. Quid hac contraria agendi ratione vehementius, quid gravius hac pugna, qua contra legislatorem decertamus, omnibus ejus præceptis adversi stantes? Nam vanæ gloriæ tyrannidem, quam ipse sequentibus verbis destruit, nos auximus, dum eam non in preces modo, jejunia & eleemosynas, sed in alia quoque omnia induximus, eique plusquam servi quilibet nos subjicimus: quam rem, quod manifesta omnibus sit, prætereo, hoc adjecto; nempe ex hominibus, alios postquam extremo contemtui se dediderunt, nulla præcepta curare; alios vero tantisper obsequi volentes, & aliqua servare præcepta studentes, in idem, atque illi, detrimentum ruere, quod nolint vanæ gloriæ vincula deponere. Et alius quidem nullatenus eleemosynam erogat, qui autem egenis suorum quædam largitur, sed vana permotus gloria, non meliore conditione est, quam is, qui nihil dedit. Sic omnes undique in laqueos suos injecit malignus. Quod si quis hoc detrimentum vitare possit, amentia iterum correptus, in eamdem ruinam incidet; imo in longe graviorem: non solum enim, ut ante, cum detrimento recedit, sed novo etiam affectus malo. Multos ego novi, qui non his solum causis ducuntur, sed amore etiam vel reverentia, aliisve similibus, egenis opem procurantes, non autem ex Dei timore aut præcepto. Cum itaque tot hujusmodi sint quæ opera bona labefactent, quis ex iis, qui in hæc mala incidunt, facile poterit salutem consequi?

Vana gloria bona opera inutilia reddit.

5. Illud autem: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*: hoc, inquam, quis cum fiducia dicat? Etiamsi enim non lædamus inimicos, vulnus tamen insanabile servamus. Christus vero non ut ita solum dimittamus optat, sed ut eos inter primos amicos numeremus. Ideo itaque, ut prius dixi, pro iis orare jussit. Si porro nihil quidem lædas, sed averseris, nec placide respicias, vulnusque in animo conserves, nondum præceptum exsequutus es, quod Christus dedit. Matth. 6. 12.

a ἀργυρωνήτου deest in Colb. Mox Sav. & Colb. δῆλον. Mor. δῆλον melius.
b Colb. διὰ τὸ μὴ θελῆσαι φυλάξαι τοὺς θεσμοὺς, καὶ ὁ μὲν . . . τὴν ἐλεημοσύνην.

c Colb. ταύτην διεκδῦναι δυνηθείη τὴν.

Cur ergo Deum iis, qui in te peccaverint, propitium esse rogas, cum nondum tu ipsis propitius sis? Illud autem irridens quidam sapientum ait: *Homo homini conservat iram, & a Domino quærit medelam?* Misericordiam non habet erga hominem sibi æqualem, & pro peccato suo precatur: caro cum ipse sit, servat iram: & quis propitiabitur peccatis ejus? Vellem jam silere & sermonis cursum sistere, ita pudore afficior, vereorque ulterius progredi; hoc enim bellum, quod movimus contra præcepta Christi, inimicitiamque irreconciliabilem, clarius hoc sermone demonstratur. Sed quid lucri ex silentio nostro, rebus ipsis pugnam illam clamantibus, & illo, qui nos judicaturus est, omnia perspicue cognoscente vel ante rerum eventum? Præceptum illud non thesaurizandi in terra, sed in cælo, etiamsi paucos, nonnullos tamen reperias, qui accurate custodierint. Nam cæteri omnes, ac si contrarium prorsus audissent, jussique essent in terra thesaurizare, dimisso cælo, terrenis omnibus prorsus adhærent, & insano pecunias colligendi studio tenentur, Deumque odio habentes Mamonam diligunt. Illud autem, *Ne soliciti sitis de crastino*, neminem vel audisse vel amplexum esse novi, ob fidei nostræ tenuitatem. Quapropter hoc præceptum præ pudore prætoribo. Oportebat Christo eam sententiam simpliciter ferenti fidem habere; nunc autem licet invicta ratiocinia & exempla afferat, avium videlicet & fœni, ipsi tamen non credimus. Sed quemadmodum ipsi Gentiles, imo fortasse timidius, quam illi; etsi pro illis precari non jubeamur, omnem in his ipsis rebus solicitudinem impendimus. Hoc igitur, ut dixi, præceptum cum rubore præteribo, & ad sequentia pergam, si forte pro hujusmodi pudore aliquam, vel tenuem, consolationem reperiam. Quid ergo dicit postea? *Nolite judicare, ut non judicemini.* Putabam ego hic me aliquam pudoris consolationem reperturum esse; sed video ejusdem pudoris accessionem non minimam. Etenim etiamsi nihil aliud mali fecissemus, vel hoc unum posset nos in extremam gehennam abducere; ita scilicet alienorum delictorum acerbi judices sedemus, dum trabes nostras despicimus: atque in alienis curiose inquirendis & damnandis tota vita consumitur nostra. Ac neminem facile invenias, sive sæcularem virum, sive Monachum aut Clericum, ab hac culpa liberum: etiamsi tanta comminatio adjaceat; *In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini* inquit, &, *in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Attamen cum hoc peccatum tantam annexam pœnam, nullamque voluptatem habeat, omnes in hoc malum præcipites currimus, ac si id studeamus, in hoc contendamus, ut non per unam solum,

Eccli. 28. 3. — Matt. 6. 34. — Matth. 7. 1. — Matt. 7. 2.

A πῶς οὖν αὐτὸς ἵλεων γενέσθαι τὸν θεὸν παρακαλεῖς [a] τοῖς εἰς σὲ πεπλημμεληκόσιν, οὔπω γεγονὼς ἵλεως αὐτοῖς; ὃ δὴ τοιοῦτον καί τις σοφὸς διασύρων φησίν· ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ συντηρεῖ ὀργὴν, καὶ παρὰ κυρίου ζητεῖ ἴασιν; ἐπ' ἄνθρωπον τὸν ὁμότιμον αὐτοῦ οὐκ ἔχει ἔλεος, καὶ περὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ δεῖται, αὐτὸς σὰρξ ὢν διατηρεῖ μῆνιν, καὶ τίς ἐξιλάσεται τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ; ἐβουλόμην σιγῆσαι λοιπὸν, καὶ μέχρι τῶν εἰρημένων στῆσαι τὸν λόγον· οὕτως αἰσχύνομαι, καὶ ἐρυθριῶ περαιτέρω προελθεῖν. τὸν γὰρ πόλεμον τοῦτον, ὃν ἠράμεθα πρὸς τὰς ἐντολὰς τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν ἔχθραν τὴν ἀκήρυκτον, περαιτέρω ὁ λόγος B τρανώτερον δείκνυσιν. ἀλλὰ τί τὸ κέρδος ἀπὸ τῆς ἡμετέρας σιγῆς τῶν πραγμάτων οὕτω βοώντων τὴν μάχην, καὶ πρὸ τῶν πραγμάτων δὲ αὐτῶν τοῦ μέλλοντος κρίνειν ἡμᾶς πάντα εἰδότος σαφῶς; τὸ μὲν οὖν μὴ θησαυρίζειν ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ, εἰ καὶ ὀλίγους, [b] ὅμως εὕροι τις ἂν κατωρθωκότας καλῶς. οἱ γὰρ λοιποὶ πάντες, ὥσπερ τοὐναντίον ἀκούσαντες, καὶ παραγγελθέντες ἐπὶ τῆς γῆς θησαυρίζειν, οὕτως ἀφιέντες τὸν οὐρανὸν, προσπεπήγασιν ἅπασι τοῖς ἐν τῇ γῇ, καὶ περὶ τὸν τῶν χρημάτων μαίνονται συλλογὴν· καὶ τὸν θεὸν μισήσαντες, ἀγαπῶσι τὸν μαμωνᾶν. τὸ δὲ, C μὴ μεριμνήσητε [c] περὶ τῆς αὔριον, οὐδένα οὔτε ἀκούσαντα, οὔτε πεισθέντα οἶδα ἐγὼ διὰ τὴν ὀλιγοπιστίαν ἡμῶν· διὰ τοῦτο, ταύτην ἐγκαλυψάμενος παραδραμοῦμαι τὴν ἐντολήν. ἔδει μὲν γὰρ καὶ ἁπλῶς ἀποφαινόμενον πιστεύειν τὸν Χριστόν· νῦν δὲ οὐδὲ λογισμοὺς ἀναντιῤῥήτους εἰπὼν, καὶ ὑποδείγματα παραγαγὼν, τό τε τῶν ὀρνίθων, καὶ τοῦ χόρτου, πιστεύεται παρ' ἡμῶν. ἀλλ' ὁμοίως τοῖς ἔθνεσι, τάχα δὲ καὶ μικροψυχότερον ὑπὲρ τῆς τούτων φροντίδος δακνόμεθα· καὶ μηδὲ εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν κελευσθέντες, ἅπασαν περὶ ταῦτα τὴν σπουδὴν ἀναλίσκομεν. [d] ταύτην D οὖν, ὅπερ ἔφην, ἐρυθριάσας παραδραμοῦμαι τὴν ἐντολήν. ἐπὶ δὲ τοῖς μετὰ ταῦτα ἥξω, εἴ πως τινὰ τῆς αἰσχύνης ταύτης εὕρω παραμυθίαν μικράν. τί τοίνυν μετὰ ταῦτα λέγει; μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε. ἐγὼ μὲν οὖν παραμυθίαν ᾤμην εὑρήσειν τῆς ἡμετέρας αἰσχύνης· ὁρῶ δὲ προσθήκην οὐκ ἐλάττονα τῶν προτέρων. εἰ γὰρ καὶ μηδὲν ἕτερον ἡμῖν πεπλημμέλητο, τοῦτο γοῦν ἱκανὸν εἰς ἐσχάτην γέενναν ἀπαγαγεῖν· οὕτω τῶν μὲν ἑτέροις ἁμαρτανομένων πικροὶ καθήμεθα δικασταί· τὰς δὲ ἑαυτῶν δοκοὺς παρορῶμεν, καὶ εἰς τὸ τὰ τῶν ἄλλων πολυπραγμονεῖν, καὶ καταδικάζειν [e] δαπανᾶται ἡμῖν ἅπας ὁ βίος. καὶ οὐδένα ἂν εὕροις ταχέως οὐ βιωτικὸν ἄνδρα, οὐ μοναE χὸν, οὐ τῶν κλήρου, ταύτης ἐλεύθερον τῆς ἁμαρτίας. καίτοι γε τοσαύτης ἀπειλῆς κειμένης αὐτῇ. ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε, φησί· καὶ, ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. ἀλλ' ὅμως κόλασιν μὲν τοσαύτην, ἡδονὴν [f] δὲ τῆς ἁμαρτίας οὐδεμίαν ταύτης ἐχούσης, ἅπαντες ἐπιτρέχομεν τῷ κακῷ, καθάπερ σπουδάζοντες, καὶ φιλονεικοῦντες, μὴ μόνον διὰ μιᾶς,

[a] Sic Savil. & Colb. recte. Morel. vero τοῖς δὲ εἰς σέ. Infra Colb. ἵλεως αὐτός. ὅπερ καί τις σοφὸς ὀνειδίζων ἔλεγεν· ἄνθρωπος. Mox idem. ἐπ' ἄνθρωπον τὸν ὅμοιον αὐτοῦ. Mox Savil. διατηρεῖ μῆνιν, καὶ τίς ἐξιλάσεται τὰς ἁμαρτ- Colb. διατηρεῖ μῆνιν. τίς ἐξιλάσεται ἁμαρτ-

[b] Colb. ὀλίγους· ἀλλ' ὅμως.

[c] περὶ τῆς αὔριον deest in Colb. Mox hæc, διὰ τὴν ὀλιγοπιστίαν ἡμῶν, desunt in Colb. & in Sav. Sed ad seriem pertinere videntur.

[d] Savil. & Colb. ταύτην οὖν. Ibid. Colb. ἐντολήν· ἔπειτα δὲ μετὰ ταῦτα ἥξω, μή ποτέ τινα. Colb. ibid. τί οὖν μετὰ ταῦτα φησίν· μή. Infra Colb. προτέρων· εἰ γὰρ οὐδὲν ἡμῖν ἕτερον ἐπεπλημμέλητο.

[e] Colb. δαπανᾶται ἅπας ὁ βίος ἡμῶν. Infra, hæc, οὐ τῶν κλήρου, desunt in Colb. & Savil.

[f] Colb. δὲ οὐδεμίαν τῆς ἁμαρτίας ἐχούσης.

ἀλλὰ καὶ διὰ πολλῶν ὁδῶν εἰς τὴν τῆς γεέννης κάμινον εἰσελθεῖν· καὶ οὐ πρὸς τὰ δοκοῦντα ἐπίπονα εἶναι μόνον, [a] ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ κουφότερα τούτων ὁμοίως διαπεπτώκαμεν, ἐπίσης καὶ ταῦτα κἀκεῖνα παραβαίνοντες, καὶ δεικνύντες διὰ τῶν ῥᾳόνων, ὅτι καὶ τὰ ἐπιπονώτερα διὰ τὴν οἰκείαν καταφρόνησιν, οὐ διὰ τὸ βαρὺ τῶν προσταγμάτων, οὐκ ἐξανύομεν. ποῖον γάρ, εἰπέ μοι, πόνον ἔχει, τὸ μὴ πολυπραγμονεῖν τὰ ἀλλότρια, μηδὲ καταδικάζειν τὰ τῶν [b] πλησίον πλημμελήματα; τοὐναντίον μὲν οὖν πόνος ἐστί, τὸ περιεργάζεσθαι, καὶ κρίνειν ἑτέρους. τίς οὖν ταῦτα ἀκούσας πιστεύσει ποτὲ ἡμῖν, ὅτι ἐκ ῥαθυμίας, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ σπουδῆς, καὶ τοῦ μὴ βούλεσθαι, πρὸς τὸ παραβαίνειν ἤλθομεν; ὅταν γὰρ ἃ μὲν ἐπιτάττει ποιεῖν, εὔκολα, καὶ ῥᾷστα τοῖς βουλομένοις, ἃ δὲ ἀπαγορεύει χαλεπώτερα, καὶ ἐπίπονα, ἡμεῖς δὲ τὰ προστεταγμένα ἀφέντες, τὰ κεκωλυμένα πράττομεν· ἆρα οὐχ ὡς φιλονεικοῦντας αὐτῷ ταῦτα ἁμαρτάνειν φήσουσιν ἡμᾶς οἱ ἐχθροί; καὶ γάρ, ὅτι πόνον οὐδένα ἔχει τὰ ἐπιτάγματα τοῦ Χριστοῦ, αὐτὸς ἀπεφήνατο λέγων· ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς· ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστός, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν. ἀλλ' ἡμεῖς ὑπὸ τῆς ἀφάτου ῥαθυμίας, φορτικὰ τὰ κοῦφα ποιοῦμεν φαίνεσθαι τοῖς πολλοῖς· [c] τῷ μὲν οὖν ἀργεῖν, καὶ καθεύδειν βουλομένῳ διηνεκῶς, καὶ τὸ σιτίων μεταλαβεῖν, καὶ ποτοῦ, πάντως ἐπίπονον εἶναι δοκεῖ. οἱ δὲ ἐγρηγορότες, καὶ νήφοντες, οὐδὲ πρὸς τὰ πάνυ θαυμαστά, καὶ δυσκατόρθωτα ἀναδύονται. ἀλλὰ μετὰ πλείονος οὗτοι θάρσους καταλαμβάνουσιν αὐτά, ἢ τῶν σφόδρα εὐκόλων οἱ ῥαθυμοῦντες, καὶ ὑπνηλοί· οὐδὲν γάρ, οὐδὲν οὕτως ἐστὶ ῥᾴδιον, ὃ μὴ σφόδρα βαρύ, καὶ ἐπαχθὲς ὁ πολὺς δείκνυσιν ὄκνος ἡμῖν· ὥσπερ ἐπίπονον, καὶ δυσχερές, ὃ μὴ λίαν εὔκολον ἡ σπουδή, καὶ ἡ προθυμία ποιεῖ. τί γάρ, εἰπέ μοι, τοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν κινδυνεύειν κινδύνους θάνατον ἀπειλοῦντας χαλεπώτερον ἦν; ἀλλ' ὅμως ἐλαφρὸν τοῦτο ὁ μακάριος ἐκάλεσε Παῦλος, οὑτωσὶ λέγων· τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολήν, αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν. εἰ γὰρ καὶ τῇ φύσει τὸ πρᾶγμα βαρύ, ἀλλὰ τῇ τῶν μελλόντων ἐλπίδι γίνεται [d] κοῦφον. ἣν δὴ καὶ αὐτὸς αἰτίαν τέθεικεν εἰπών· μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα.

Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ ἑξῆς· μὴ δῶτε, φησί, τὰ ἅγια τοῖς κυσί· μηδὲ ῥίπτετε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. ὁ μὲν οὖν Χριστὸς καὶ ἐν προστάγματος τάξει, τὴν ἐντολὴν δέδωκεν· ἡμεῖς δὲ ὑπὸ κενοδοξίας, καὶ φιλοτιμίας ἀλόγου, καὶ τοῦτο τὸ πρόσταγμα ἀνετρέψαμεν· ἀνθρώπους φθορέας, καὶ ἀπίστους, καὶ μυρίων γέμοντας κακῶν ἁπλῶς, καὶ ἀνεξετάστως εἰς τὴν τῶν μυστηρίων παραδεχόμενοι κοινωνίαν· καὶ πρὶν ἢ τὴν τῆς οἰκείας γνώμης δοῦναι βάσανον ἀκριβῆ, πάντα τὸν περὶ τῶν δογμάτων αὐτοῖς ἐκκαλύπτοντες λόγον, καὶ τὰ προπύλαια οὔπω δυνηθέντας ἰδεῖν, ἀθρόως εἰς τὰ

A sed per multas quoque vias in gehennæ caminum ingrediamur. Neque solum in ea quæ laboriosa esse videntur, sed etiam in leviora illis similiter incidimus, & hæc & illa pariter transgredientes: ac per levia ostendimus, nos difficiliora ob contemtum, non ob gravitatem præceptorum, non perficere. Nam, dic mihi, quid laboris inest in non curiose perquirendis alienis negotiis, & in non damnandis proximorum delictis? Contra vero, laboratur sane in curiosa tali perquisitione & injudicio de aliis ferendo. Quis igitur hæc audiens, nobis umquam credat, quod scilicet ex segnitie,
B non autem de industria & defectu voluntatis ad prævaricandum accedamus? Cum enim quæ præcipiuntur, levia & facilia sunt volentibus; quæ autem vetantur, gravia & laboris plena, nosque tamen dimisso præcepto, quæ vetita sunt facimus: annon contendendi cum Deo causa, nos hæc peccata admittere dicent inimici? Atenim quod nihil laboris præceptis Christi inest, ipse pronunciavit his verbis: *Tollite jugum meum super vos, jugum enim meum suave est & onus meum leve.* Sed nos incredibili segnitie id facimus ut quæ levia sunt, multis gravia
C appareant. Sane ei, qui semper otiari & dormire velit, vel ipse cibus & potus prorsus onerosus esse videtur; qui vero vigilant & excubant, ne mirabilia quidem & ardua refugiunt: sed cum majori fiducia hæc aggredi audent, quam levia segnes & somnolenti. Nihil enim, nihil utique ita facile est, quin admodum grave & onerosum ingens nostra segnities ostendat: quemadmodum nihil ita durum aut difficile, quod non solicitudo & alacritas admodum facile reddat. Quidnam, dic mihi, molestius
D erat, quam quotidie periclitari, imo capitis periculum subire? Attamen id leve vocavit beatus Paulus his verbis: *Id enim, quod in præsenti est momentaneum & leve tribulationis, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur nobis.* Nam etsi res naturâ gravis sit, spe tamen futurorum levis efficitur: quam ille causam posuit dicens: *non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur.*

8. Videamus quæ sequuntur. *Nolite*, inquit, *dare sancta canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos.* Certe Christus hanc præcepti more legem dedit: nos
E autem præ inani gloria & absurda ambitione, hoc item præceptum pessum dedimus: dum corruptores, incredulos, hominesque sexcentis vitiis onustos, temere & sine examine ad mysteriorum participationem admittimus, & antequam accuratam mentis sententiæque suæ probationem dederint, omnia illis dogmata revelamus; ac licet vestibula nondum videre potuerint, confestim eos in

Matth. 11. 29.

Levia per segnitiem gravia, & gravia per alacritatem levia efficiuntur.

2. Cor. 4. 17.

Matt. 7. 6.

a Sic Savil. & Colb. in Morel. καὶ deest. Ibid. Colb. ἐπιπεπλεύκαμεν ἐξίσης.

b Colb. πλησίον ἁμαρτήματα· τοὐναντίον μὲν πόνος. Mox Colb. πιστεύσει ἡμῖν ποτὲ ὅτι ῥαθυμίας. Savil. πιστεύσει ποτὲ ὅτι ῥαθυμίας, Morel. πιστεύσει ποτὲ ἡμῖν ὅτι ἐκ ῥαθυμίας. Ibid. Colb. ἀλλ' οὐκ ἀπὸ σπουδῆς, οὐδὲ τοῦ μὴ βούλεσθαι. Mox Savil. & Colb. ἐπιτάττει, & infra ἀπαγορεύει. Paulo post Colb. φιλονεικοῦντας. Infra idem, λέγων ὅτι ὁ ζυγός μου, omissis mediis.

c Morel. τῷ μὲν οὖν ἀργεῖν, Colb. τῷ μὲν γὰρ ἀργεῖν, Savil. τῷ μὲν οὖν ἀργεῖν minus recte. Ibid. Colb. τὸ σιτίων μεταλαβεῖν. Infra Colb. οὐ τῶν πάνυ εὐκόλων. Idem infra, ἡμῖν· ὥσπερ ἐπίπονον καὶ δυσχ.

d Colb. κοῦφον ταύτην μὲν ἥπερ οὖν καὶ αὐτὸς αἰτίαν ἔδωκεν. Savil. ἣν δὲ καὶ αὐτός, paulo post idem. τὰ μὴ βλεπόμενα, ἀλλὰ γὰρ ἐχόμεθα πάλιν τῶν ἑξῆς, μὴ δῶτε. Mox in eodem ὑμῶν deest. Idem, τῶν χοίρων· ἡμεῖς δὲ ἀπὸ κενοδοξίας.

adyta ducimus. Quæ causa fuit ut quidam ex non initiatis cito resilientes, innumera mala perpetrarint. Ac non in aliis tantum, sed in nobis ipsis horribilissimum hoc præceptum despicimus, quando immortalibus mysteriis participaturi, impuritate & impudentia pleni id agimus. Nec illa solum præcepta, sed etiam ea quæ sequuntur ab omnibus violari videas. Cum enim Christus dixerit: *Quæcumque vultis ut faciant vobis homines, ita & vos facite illis*; nos omnia facimus ea, quæ pati nolumus: ac jussi per angustam portam intrare, latam ubique perquirimus. Quod porro sæculares quidam hanc amplectantur & ament, non usque adeo mirum est; quod autem viri qui sese crucifixisse videntur, eam plusquam illi sectentur, hoc sane stuporem ingentem affert; imo potius ænigmati similis res videtur. Monachos enim propemodum omnes, si ad quoddam ministerium venire rogaveris, hæc statim & in primis loquentes audias; sciscitantur nempe, num ibi quietem invenire possint: & num requiem procurare possit is qui accersit: ac ultro citroque quietis nomen jactitant. Quid ais, mi homo? In arcta via incedere jussus, de quiete interrogas? Et per angustam portam intrare jussus, latam quæris? Quid hac perversitate deterius? Ne vero putes me hæc dicentem alios condemnare, rem me spectantem narrabo. Cum nuper ego decrevissem, relicta urbe, ad tabernacula Monachorum accedere, solicite quærebam & sciscitabar, undenam necessariorum commeatus adfuturus esset, & num fieri posset ut panis recens ac diurnus comederetur: an quis me coacturus esset eodem uti oleo pro lucerna & pro cibo; an quis me impulsurus ad miseram leguminum escam, an assignaturus opus durum, ut est, fodere, ligna deferre, aquam comportare, & cætera omnia hujusmodi ministeria: & ut summatim dicam, multa de quiete corporis percontabar. At ii qui vel principum ministeria, vel publicorum negotiorum administrationem suscipiunt, nihil horum sciscitantur; sed solum si res lucro futura sit, lucro, inquam, temporali: quod si hoc sperare valeant, non labores, non pericula, non ignominiam, non servilia ministeria, non peregrinationes longas, non diuturnam in alia regione commorationem, non contumelias, non cruciatus, non temporum mutationem, non periculum a sperato fine aberrandi, non præmaturam mortem, non separationem a domesticis, non uxoris & liberorum solitudinem, non aliam quampiam difficultatem cogitant; sed pecuniarum cupidine, ceu amentes effecti, omnia subeunt mala, quæ ad hanc conducere possint. Nos autem quibus non pecuniæ, neque terra, sed cæ-

Matt 7. 12.

Chrysostomus ad Monachorum tabernacula secedit.

A ἄδυτα ἄγοντες. [a] διὰ γοῦν τοῦτο τῶν οὔπω τελεσθέντων τινὲς ταχέως ἀποπηδήσαντες, μυρία εἰργάσαντο δεινά, καὶ οὐκ ἐπὶ τῶν ἄλλων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν τὴν φρικωδεστάτην ταύτην παραβλέπομεν ἐντολήν, ἡνίκα ἂν τῶν [b] ἀθανάτων μυστηρίων δέοι μεταλαβεῖν, μετὰ τῆς ἐγκειμένης ἡμῖν ἀκαθαρσίας τε, καὶ ἀναισχυντίας τοῦτο ποιοῦντες πολλάκις. οὐ ταύτας δὲ μόνον τὰς ἐντολάς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἑξῆς ὑπὸ πάντων ὁλοσχερῶς ἀνατετραμμένας ἴδοι τις ἄν. εἰπόντος γὰρ τοῦ Χριστοῦ, ὅσα ἐὰν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, [c] οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς. ἡμεῖς πάντα ποιοῦμεν, ἃ παθεῖν μὴ θέλομεν· καὶ κελευσθέντες διὰ τῆς στενῆς πύλης εἰσελθεῖν, τὴν B εὐρύχωρον ἐπιζητοῦμεν πανταχοῦ. καὶ τὸ μὲν τῶν βιωτικῶν τινας ταύτην ἀσπάζεσθαι καὶ φιλεῖν, οὐ σφόδρα ἐστὶ θαυμαστόν· τὸ δὲ ἄνδρας ἐσταυρῶσθαι δοκοῦντας, πλέον ἐκείνων [d] ἀνιχνεύειν αὐτήν, τοῦτό ἐστι τὸ πολλῆς ἐκπλήξεως γέμον· μᾶλλον δὲ καὶ αἰνίγματι ἔοικε τὸ πρᾶγμα. τῶν γὰρ μοναχῶν ὡς ἐπιπολὺ πάντων, ταῦτα εὐθέως πρῶτον ἀκούσῃ τὰ ῥήματα· εἴ ποτε αὐτοὺς εἰς οἰκονομίαν τινὰ παρακαλέσεις ἐλθεῖν· ἐρωτώντων εἴγε ἀνάπαυσίν ἐστιν εὑρεῖν, καὶ εἴγε δύναται ἀναπαῦσαι ὁ καλῶν. καὶ ἄνω, καὶ κάτω πολὺ τὸ τῆς ἀναπαύσεως ὄνομα. τί λέγεις, ἄνθρωπε; τὴν τεθλιμμένην κελευσθεὶς βαδίζειν ὁδόν, περὶ C ἀναπαύσεως ἐρωτᾷς, καὶ διὰ τῆς ἐστενοχωρημένης προσταχθεὶς πύλης εἰσελθεῖν, εὐρύχωρον ἐπιζητεῖς; καὶ τί ταύτης τῆς διαστροφῆς χεῖρον γένοιτ' ἄν; ἵνα δὲ μὴ νομίσῃς ἑτέρους με καταδικάζοντα, ταῦτα λέγειν νῦν, τὸ ἐμαυτοῦ σοι ἐρῶ. ὅτε γὰρ πρώην [e] ἐγὼ ἐγνώκειν τὴν πόλιν ἀφεὶς, ἐπὶ τὰς σκηνὰς τῶν μοναχῶν ἐλθεῖν, πολὺς ἤμην τοῦτο ἐρευνῶν, καὶ πολυπραγμονῶν, πόθεν ἡ τῶν ἀναγκαίων ἔσται χορηγία· καὶ, εἰ δυνατὸν ἄρτον ἐσθίειν, ἐφήμερόν τε, καὶ νεαρόν; καὶ εἰ μή τις ὁ καταναγκάζων, D [f] ἐλαίῳ χρῆσθαι τῷ αὐτῷ πρὸς λύχνον τε, καὶ τροφήν; εἰ μή τις ὁ πρὸς τὴν τῶν ὀσπρίων ταλαιπωρίαν ὠθῶν, καὶ εἰς ἔργον ἐμβάλλων χαλεπόν, οἷον, σκάπτειν, ἢ ξυλοφορεῖν κελεύων, ἢ ὑδροφορεῖν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ τοιαῦτα ὑπηρετεῖν· καὶ [g] ὅλως, ὁ περὶ τῆς ἀναπαύσεως λόγος ἦν πολὺς ἡμῖν. καὶ οἱ μὲν τὰς τῶν ἀρχόντων ὑπηρεσίας, καὶ τὰς τῶν δημοσίων διοικήσεις ἀναδεχόμενοι, τούτων πολυπραγμονοῦσιν οὐδέν. ἀλλ' εἰ μόνον κέρδος ἔχοι τὸ πρᾶγμα, κέρδος ἐπίκαιρον. κἂν ὑπὲρ τούτου θαρρῆσαι δυνηθῶσί ποτε, οὐ πόνους, οὐ κινδύνους, οὐκ ἀτιμίας, οὐ διακονίας δουλοπρεπεῖς, οὐκ ἀποδημίας μακράς, οὐ τὴν ἐν ἀλλοτρίᾳ διαγωγήν, οὐχ ὕβρεις, οὐ βασάνους, οὐ καιρῶν μεταβολήν, οὐ τὸ πρὸς τῷ E τέλει σφαλῆναι τῆς ἐλπίδος πολλάκις, οὐ θανάτους ἀώρους, οὐ τὸν τῶν οἰκείων χωρισμόν, οὐ γυναικὸς ἐρημίαν, καὶ παίδων, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τῶν δυσχερῶν ἐννοοῦσι λοιπόν. ἀλλ' ὑπὸ τῆς τῶν χρημάτων ἐπιθυμίας ἐκβακχευθέντες, πάντα ὑπομένουσι, δι' ὧν ταύτης [h] ἐπιτεύξεσθαι προσδοκῶσιν. ἡμεῖς δὲ, οὐ χρημάτων, οὐδὲ γῆς προκειμένης ἡμῖν, ἀλλ' οὐρα-

a Colb. διὰ γοῦν τοῦτο τῶν οὔπως τελεσθέντων. Savil. διὰ γοῦν τούτων τῶν οὔπω τελεσθέντων. Morel. διὰ γοῦν τοῦτο τῶν οὔπω τελεσθέντων.

b Colb. ἀθανάτων ἐκείνων μυστηρίων δέῃ.

c Colb. omittit οὕτω, & infra ἡμεῖς.

d Colb. ἀνιχνεύειν αὐτήν· πῶς οὐκ αἰνίγματι μᾶλλον ἔοικε: τῶν γοῦν μοναχῶν.

e ἐγὼ deest in Savil. & Colb.

f Colb. ἐλαίῳ χρῆσθαι. Morel. & Savil. ἐλαίῳ μὴ χρῆσθαι. Qui postremus suspicatur legendum με χρῆσθαι.

g Colb. ὅλως πολὺς ἡμῖν ὑπὲρ τῆς ἀναπαύσεως λόγος ἦν. καὶ. Mox idem, διοικήσεις καταδεχόμενοι.

h Colb. ἐπιτεύξασθαι. Infra idem, ἀλλ' οὐρανοῦ. & paulo post idem, ὑπὲρ ἀναπαύσεως ἐνθυμούμεθα, τοσοῦτον. Paulo post in Colb. ἄνθρωπε deest, & mox legitur τὸν ἐκεῖ. Paulo infra Savil. & Colb. αἰσχύνη, οὐδὲ ἐρυθριᾷς, Morel. αἰσχύνη καὶ ἐρυθριᾷς.

τῶν, καὶ τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀγαθῶν, ἃ μήτε ὀφθαλμὸς εἶδε, μήτε οὖς ἤκουσε, μήτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη, ὑπὲρ ἀναπαύσεως πυνθανόμεθα· τοσοῦτον ἐσμὲν ἐκείνων ἐλεεινότεροι, καὶ μαλακώτεροι. τί φὴς ἄνθρωπε; πρὸς τὸν οὐρανὸν στέλλεσθαι μέλλων, καὶ τὴν βασιλείαν τὴν ἐκεῖσε λαμβάνειν, ἐρωτᾷς, εἴ τι δυσχερὲς κατὰ τὴν ὁδὸν ταύτην, καὶ τὴν ἀποδημίαν ἐστὶ, καὶ οὐκ αἰσχύνῃ, οὐδὲ ἐρυθριᾷς, οὐδὲ ἀπελθὼν κατορύττεις σαυτόν; κἂν γὰρ ἅπαντα ᾖ τὰ ἐν ἀνθρώποις δεινὰ, κἂν λοιδορίαι, κἂν ὕβρεις, κἂν ἀτιμίαι, κἂν συκοφαντίαι, κἂν ξίφος, κἂν πῦρ, κἂν σίδηρος, καὶ θηρία, καὶ καταποντισμοὶ, κἂν λιμὸς, καὶ νόσος, καὶ ὅσα ἐξ ἀρχῆς εἰς τὸ παρὸν ὁ βίος ἤνεγκε χαλεπὰ, οὐ καταγελάσεις πάντων, εἰπέ μοι, καὶ καταφρονήσεις; ἐννοήσεις δὲ ὅλως ταῦτα; καὶ τί ταύτης γραωδέστερον γένοιτ' ἂν τῆς ψυχῆς; τί δὲ ταπεινότερόν τε, καὶ ἀθλιώτερον; τὸν γὰρ τῇ τῶν οὐρανίων ἐπιθυμίᾳ ληφθέντα, οὐ λέγω μόνον, ὅτι ἀνάπαυσιν οὐ χρὴ ζητεῖν, [a] ἀλλ' οὐδὲ παρούσης αἰσθάνεσθαι. ἢ πῶς οὐκ ἄτοπον, [a] τοὺς μὲν ἀτόπως ἐρῶντας, οὕτως εἶναι τῶν ἐρωμένων ὅλους, ὡς πλὴν ἐκείνων, καὶ τῆς ἐκείνων συνουσίας, μηδὲν ἡγεῖσθαι ἕτερον ἡδὺ τῶν ἐν τῷ παρόντι βίῳ, καί τοι γε ὄντων πολλῶν· ἡμᾶς δὲ οὐκ ἀτόπῳ τινὶ, ἀλλὰ τῷ πάντων ἀνωτέρῳ ληφθέντας ἔρωτι, μὴ μόνον παρούσης ἀναπαύσεως μὴ καταφρονεῖν, [b] ἀλλὰ καὶ ἀπούσης ἐκζητεῖν;

A tatem neque discere, neque narrare possibile est: eorum tamen quæ novimus, summam dicturus sum. Post talem enim inobedientiam, post tanta scelera, cum jam orbis totus tyrannide peccati premeretur, cum extrema jam luenda pœna esset, cum delendum omne mortalium genus, nomenque ipsum hominum merito exterminari posset; tum vero maximum omnium beneficium nobis ostendit, unigenitum suum pro inimicis, pro alienatis a se, pro se odio habentibus atque adversantibus morti tradens, sicque reconciliationem nostram operans, cælorumque regnum & æternam vitam,
B aliaque bona innumera nobis se daturum spondens, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis ascenderunt. Quid igitur huic providentiæ, huic clementiæ, huic bonitati comparari possit? Propterea & ipse dicebat: *Quantum distat cælum a terra, tantum distat via mea a viis vestris, & cogitatio mea à cogitationibus vestris.* (Hesa. 55. 9.) David quoque mitissimus, cum de clementia illius loqueretur, aiebat: *Secundum altitudinem cæli a terra corroboravit Dominus misericordiam suam super timentes se. Quantum distat Ortus ab Occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur* (Psal. 102. 11.)
C *pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se.* Non parem solum amorem indicans, sed quia summæ dilectionis exempla alia non novimus; illo tamen exemplo majus aliud profert Hesaias, nempe matris quæ misericordia erga prolem patrem superare solet, sic loquens: *Numquid obliviscetur mulier infantuli sui, ut non misereatur filio uteri sui? Sed & si illa oblita ejus fuerit, ego tamen tui non obliviscar, dicit Dominus:* (Hesa. 49.) Ostendens Dei misericordiam affectus omnes naturales longissime excedere. Et Prophetæ quidem sic: Ipse autem Christus cum Judæis loqueretur, aiebat: *Si autem vos*
D *cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis pater vester cælestis dabit bona petentibus se?* (Matth. 7. 11.) Nihil profecto aliud per ista significans, nisi tantam esse divinæ providentiæ & gubernationis paternæ differentiam, quantum interest inter bonos & malos. Verum neque hactenus stes velim, sed mente ad ulteriora progredere. Nam id quoque pro captu & modo tuo dictum est: quippe cujus intelligentia est infinita, & bonitas similiter, atque clementia erga homines. Quod si hanc per singula quæ fiunt non perspicimus, & hoc signum illius infinitatis est. Plurima enim & magna quo-
E tidie pro nostra salute disponit, quæ ipsi soli sunt cognita. Quia enim bonitatis suæ gratia generi nostro bona largitur, nihil nostris indigens laudibus, nullaque alia remuneratione opus habens, plurima nos latere permittit. Sed & si aliquando hæc revelat, & illud nostræ utilitatis causa facit, ut gratias illi semper habentes amplius nobis attrahamus illius auxilium. Non igitur de his solum quæ novimus, sed de iis etiam quæ nescimus, gratias illi referamus: neque enim

[a] Sic Savilius, atque ita legit Interpres Latinus. Morel. vero, θεοῦ γὰρ ἡ σύνεσις. Mox Morel. & Savilius in margine, αὐτὴν ὑποπτεύομεν, Savil. in textu, αὐτὴν ὑπωπεύομεν.

volentes solum, verum invitos quoque beneficiis consuevit afficere. Quod Paulus cum sciret semper & in omnibus gratias agere monebat. Quod autem non communiter solum omnium curam gerit, sed seorsum singulorum, ipsum audias licet dicentem:
Matth. 18. 14. *Non est voluntas coram patre meo qui in cælis est, ut pereat unus de pusillis istis*, de iis dicens, qui in illum credunt. Cupit ipse quidem & eos qui non credunt salvos fieri, mutarique in melius, & credere, sicut Paulus ait:
1. Tim. 2. 4. *Qui vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*. Et ipse ad
Matth. 9. 13. Judæos: *Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam*: &,
Osee 6. 6. *Misericordiam volo, & non sacrificium*. At vero si post tantæ curæ ac providentiæ fruitionem noluerint meliores fieri, veritatemque agnoscere, ne sic quidem illos deserit: sed quoniam æternæ vitæ participatione ipsi se sua sponte privarunt, vel præsentis vitæ bona illis omnia largitur, solem suum oriri faciens super bonos & malos, & pluens super justos & injustos, aliaque præstans quæ ad præsentis vitæ statum pertinent. Quod si inimicis quoque tanta cura prospicit, fideles suos, & qui totis ei viribus serviunt, quomodo umquam contemnet? Non ita, non ita est: Verum
Luc. 12. 7. istos maxime ex omnibus fovet. *Vestri* enim, inquit, *& capilli capitis omnes numerati sunt*.

6. Quoties ergo tibi in mentem venit, parentes te, & patriam, domum, amicos, propinquos, opesque innumeras, & gloriam illam ingentem abjecisse propter Christum, deindeque hujusmodi vexationem pati: noli dejicere teipsum. Nam ex quibus cogitationum hæsitatio gignitur, ex eisdem rursus
Heb. 6. solvetur. Quonam modo? Impossibile est mentiri Deum, promisit autem ille vitam æternam ista relinquentibus. Reliquisti tu omnia ista, & abjecisti: quid igitur prohibet de hujusmodi confidere promissione? Num ea qua nunc probaris tentatio? & hæc ad promissionem quid? Non enim hic æter-
Promissis Dei credendum. nam repromisit vitam: imo vero si in terris quoque ejusmodi promissio implenda esset, ne sic quidem ægre ferre debueras: siquidem fidelem ac religiosum virum adeo constanter & firmiter promissa Dei tenere convenit, ut quantumlibet effectus contrarios aspiciat, ne sic quidem perturbetur, neque desperet eventum. Intuere denique cujusmodi pollicitationem fidelis Abraham acceperit, & qualia facere sit jussus. Nam promissio quidem erat, ex Isaac implendum esse orbem universum, jussio autem hunc ipsum Isaac immolare urgebat, ex quo orbis totus erat implendus. Quid igitur? istudne perturbavit justum virum? Minime vero, imo cum tanta dissonantia & repugnantia esset præcepti cum promisso, non turbatus est, neque hæsitavit, neque aliquid hujusmodi loquutus est: Alia promisit mihi Deus, alia facere jubet: ex puero isto nepotum ingentem multitudinem mihi promiserat, & hunc ipsum modo necare mihi præcipit? Quomodo igitur hoc erit excisa radice? Fefellit me igitur, atque delusit.

A ἑκόντας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄκοντας οἶδεν εὖ ποιεῖν. ὅπερ οὖν καὶ ὁ Παῦλος εἰδὼς πάντοτε καὶ ἐν πᾶσιν εὐχαριστεῖν παρῄνει. ὅτι δὲ οὐ κοινῇ πάντων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἰδίᾳ ἑκάστου κήδεται, καὶ τοῦτο αὐτοῦ πάλιν ἀκούειν λέγοντος ἔστιν. οὐκ ἔστι θέλημα ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς, ἵνα ἀπόληται εἷς τῶν μικρῶν τούτων· περὶ τῶν πιστευόντων εἰς αὐτὸν λέγων. βούλεται μὲν γὰρ καὶ τοὺς μὴ πιστεύοντας αὐτῷ σωθῆναι μεταβαλλομένους καὶ πιστεῦσαι πάντας· καθὼς καὶ ὁ Παῦλος φησίν· ὃς θέλει πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· καὶ αὐτὸς δὲ τοῖς Ἰουδαίοις ἔλεγεν· οὐκ ἦλθον καλέσαι δι-
B καίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν· καὶ, ἔλεον θέλω καὶ οὐ θυσίαν. ὅταν δὲ μηδὲ τοσαύτης ἐπιμελείας ἀπολαύσαντες ἐθελήσωσι γενέσθαι βελτίους, καὶ ἐπιγνῶναι τὴν ἀλήθειαν, οὐδὲ οὕτως αὐτοὺς ἀφίησιν· ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς οὐρανίου ζωῆς ἑαυτοὺς ἑκόντες ἀπεστέρησαν, τὰ γοῦν εἰς τὸν παρόντα βίον αὐτοῖς ἅπαντα χορηγεῖ· τὸν ἥλιον ἀνατέλλων ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχων ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ πρὸς τὴν σύστασιν τῆς παρούσης παρέχων ζωῆς. εἰ δὲ ἐχθρῶν τοσαύτην ποιεῖται πρόνοιαν, τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ καὶ θεραπεύοντας αὐτὸν κατὰ δύναμιν τὴν αὐτῶν πῶς περιόψεταί ποτε; οὐκ ἔστι ταῦτα,
C οὐκ ἔστιν· ἀλλ' ἐν πλείονι πάντων τούτοις ἔχει σπουδῇ· ὑμῶν γάρ φησι καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσίν.

Ὥστε ὅταν ἐννοήσῃς, ὅτι πατέρα, καὶ οἰκίαν, καὶ φίλους, καὶ συγγενεῖς, καὶ πλοῦτον ἄφατον, καὶ δόξαν πολλὴν ῥίψας ἀπὸ τῶν χερῶν διὰ τὸν Χριστὸν, εἶτα τοσαύτην θλῖψιν ὑπομένεις νῦν, μὴ καταβάλλῃς σαυτόν. ἐξ ὧν γὰρ ἡ ἀπορία τίκτεται λογισμῶν, ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ ἡ τῆς ἀπορίας ἡμῖν ἔσται λύσις. πῶς; ἀδύνατον ψεύσασθαι τὸν θεόν· ἐπηγγείλατο δὲ τοῖς ταῦτα καταλιποῦσι ζωὴν αἰώνιον· κατέλιπες δὲ σὺ πάντα καὶ διέπτυσας, τί οὖν ἐστι λοιπὸν τὸ κωλῦον σε θαρρεῖν ὑπὲρ τῆς ὑποσχέσεως; ὁ κατέ-
D χων σε πειρασμὸς νῦν; καὶ τί τοῦτο πρὸς τὴν ὑπόσχεσιν; οὐ γὰρ ἐνταῦθα τὴν αἰώνιον ἡμῖν ἐπηγγείλατο ζωήν. εἰ δὲ καὶ ἐνταῦθα τὰ τῆς ἐπαγγελίας πληρωθῆναι ἔμελλεν, οὐδὲ οὕτως ἀσχάλλειν ἐχρῆν· τὸν γὰρ εὐλαβῆ καὶ πιστὸν ἄνδρα, οὕτω βεβαίως διακεῖσθαι χρὴ πρὸς τὰς ἐπαγγελίας τοῦ θεοῦ, ὥστε κἂν ἐναντία αὐταῖς φαίνηται τὰ γινόμενα, μηδὲ οὕτω ταράττεσθαι, μηδὲ ἀπογινώσκειν τὴν ἔκβασιν. ὅρα γοῦν ὁ πιστὸς Ἀβραὰμ τίνα μὲν ὑπόσχεσιν ἐδέξατο, τίνα δὲ πράττειν ἠναγκάζετο. ἡ μὲν ὑπόσχεσις ἦν, ἀπὸ τοῦ Ἰσαὰκ πᾶσαν ἐμπλησθῆναι τὴν οἰκουμένην· τὸ δὲ πρόσ-
E ταγμα, αὐτὸν τοῦτον καταθῦσαι τὸν Ἰσαὰκ, ἐξ οὗ ἔμελλε πᾶσα πληρωθῆναι ἡ γῆ. τί οὖν; ἐθορυβεῖ τοῦτο τὸν δίκαιον; οὐδαμῶς· ἀλλὰ καὶ τοσαύτης διαφωνίας οὔσης καὶ μάχης τῇ κελεύσει πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν, οὐκ ἐταράχθη, οὐδὲ ἰλιγγίασε, οὐδὲ εἶπέ τι τοιοῦτον ἐκεῖνος· ἕτερα ἐπηγγείλατο, καὶ ἕτερά με πράττειν ἀναγκάζει νῦν ὁ θεός. ἀπὸ τοῦ παιδὸς τούτου τὸ πολύ μοι τῶν ἐκγόνων ὑπέσχετο πλῆθος· καὶ τοῦτον κατασφάξαι κελεύει νῦν; πῶς οὖν τοῦτο ἔσται τῆς ῥίζης ἐκκεκομμένης; ἠπάτησέ με ἄρα, καὶ διέπαιξεν.

οὐδὲν

οὐδὲν τοιοῦτον εἶπεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐνενόησε· καὶ μάλα γε εἰκότως. ὅταν γὰρ ὁ Θεὸς ὑποσχόμενος ᾖ, κἂν μυρία δοκῇ τὴν ἐπαγγελίαν ἀναιρεῖν, οὐ χρὴ θορυβεῖσθαι περὶ τοῦ τέλους οὐδὲ ἀμφισβητεῖν. τοῦτο γὰρ αὐτὸ μάλιστα τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως ἔργον ἐστὶ, πόρον ἐκ τῶν ἀπόρων εὑρεῖν· καθάπερ ὁ μακάριος ἐκεῖνος τότε ἐλογίζετο. διόπερ αὐτοῦ καταπλαγεὶς τὴν πίστιν ὁ Παῦλος, οὕτως εἰπών· Πίστει προσενήνοχεν Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ πειραζόμενος, καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος. αὐτὰ δὴ ταῦτα ἐμφαίνων καὶ αἰνιττόμενος, ἅπερ εἶπον ἐγὼ νῦν. οὐκ ἐκεῖνος δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ τούτου πάλιν ἀπόγονος Ἰωσὴφ διὰ μακροῦ χρόνου, καὶ πολλῶν περιστάντων κινδυνεύουσαν ὁρῶν τὴν ἐπαγγελίαν ἔμενεν ἀκλινής· πρὸς γὰρ τὸ ἐπηγγελμένον ἑώρα μόνον. εἰ δὲ εἰς ἀνθρωπίνους κατέπεσε λογισμοὺς, καὶ ἀπέγνω τοῦ τέλους. ἡ μὲν γὰρ δειχθεῖσα ὄψις αὐτῷ καὶ τῶν ἀδελφῶν καὶ τῶν γεννησαμένων τὴν προσκύνησιν προὔλεγε· τὰ δὲ γινόμενα οὐ τοιαῦτα ἦν, ἀλλὰ πολλῷ τούτων ἀπέχοντα. πρῶτον μὲν γὰρ αὐτοὶ οἱ προσκυνεῖν μέλλοντες εἰς λάκκον αὐτὸν ἐμβάλλουσι, καὶ ἀνδράσιν ἀποδόμενοι βαρβάροις εἰς ἀλλοτρίαν καὶ πόρρω κειμένην πέμπουσι γῆν· καὶ οὕτως ἐναντία τοῖς δειχθεῖσιν ἐδόκει τὰ γινόμενα εἶναι, ὡς καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀθλίους ἐκείνους διαχλευάζειν αὐτόν. ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ὁ ἐνυπνιαστὴς ἐκεῖνος ἔρχεται· νῦν οὖν δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ ῥίψωμεν αὐτὸν εἰς ἕνα τῶν λάκκων, καὶ ἐροῦμεν, θηρίον πονηρὸν κατέφαγεν αὐτόν· καὶ ὀψόμεθα τί ἔσται τὰ ἐνύπνια αὐτοῦ. μετὰ δὲ ταῦτα οἱ πριάμενοι οὐδὲ ἐλευθέρῳ τινὶ, ἀλλὰ δούλῳ πάλιν αὐτὸν ἀποδίδονται βασιλικῷ. καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστη τὰ δεινά· ἀλλὰ συκοφαντίᾳ δεσποίνης περιπεσὼν καὶ κατακλεισθεὶς ᾤκει τὸ δεσμωτήριον ἔτη πολλὰ, καὶ διαφυγόντων ἑτέρων, αὐτὸς πλείονα χρόνον μένει ἐκεῖ. καὶ τοσούτων ὄντων τῶν δυναμένων τὴν ἐκείνου θορυβῆσαι ψυχὴν, ἔμενε τούτοις ἅπασιν ἀπερίτρεπτος. τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ ἡμέτερα· μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ τούτων ἀπορώτερα. ἃ μὲν γὰρ ἐπηγγείλατο, βασιλεία οὐρανῶν, καὶ αἰώνιος ζωὴ, καὶ ἀφθαρσία, καὶ τὰ μυρία ἀγαθά· τὰ δὲ γινόμενα τέως καὶ συμβαίνοντα, πολὺ τούτων ἀφέστηκε· θάνατος γάρ ἐστι καὶ φθορὰ, καὶ τιμωρία καὶ κόλασις, καὶ θλίψεις διάφοροι καὶ συνεχεῖς. τίνος οὖν ἕνεκεν ὁ Θεὸς τοῦτο ποιεῖ; καὶ τὰ ἐναντία ταῖς ἐπαγγελίαις ἐκβῆναι συγχωρεῖ; δύο τὰ μέγιστα κατορθῶν, ἓν μὲν τῆς αὐτοῦ δυνάμεως τεκμήριον ἀναμφισβήτητον παρέχων ἡμῖν, ὅτι καὶ ἐξ ἀπεγνωσμένων δύναιτ' ἂν εἰς πέρας τὰς ὑποσχέσεις ἀγαγεῖν· ἕτερον δὲ, τὴν ἡμετέραν παιδεύων ψυχὴν, πάντα πιστεύειν αὐτῷ, κἂν ἐναντία τοῖς εἰρημένοις τὰ γινόμενα φαίνηται. τοιαύτη γὰρ ἡ τῆς ἐλπίδος ἰσχύς· οὐ καταισχύνει τὸν ἀντεχόμενον αὐτῆς εἰλικρινῶς. εἰ γὰρ οἱ τὰς ὑποσχέσεις ἐνταῦθα λαβόντες, οὕτω διετέθησαν· πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς τοῦτο ποιεῖν χρὴ, τοὺς οὐ κατὰ τὸν παρόντα βίον, ἀλλ' εἰς ἑτέρους αἰῶνας προσδοκῶντας τὴν ἔκβασιν τῶν χρηστῶν. ἃ γὰρ ἐνταῦθα προεῖπε, θλίψις ἐστὶ καὶ στενοχωρία. τί οὖν ἐστί σε τὸ θορυβοῦν; πόθεν τὴν ὑπο-

A Nihil prorsus hujusmodi loquutus est, sed ne cogitavit quidem: Et merito sane. Cum enim Deus aliquid pollicitus fuerit, etiamsi millia sint quæ pollicitationem tollere videantur, turbari minime convenit, aut de fine dubitare. Hoc enim maxime Dei potentiam commendat, dum in rebus ambiguis exitum reperit: sicuti tunc beatus ille secum reputabat. Quocirca fidem illius maxime admirans Paulus, aiebat: *Fide obtulit Abraham Isaac dum tentaretur*, unigenitumque offerebat is, qui promissiones acceperat. Hæc ipsa scilicet insinuans, atque subindicans, quæ nunc a me sunt dicta.

B Non modo autem ipse, verum ipsius quoque pronepos Joseph, cum per longum tempus, & varios casus promissionem periclitari perspiceret, immobilis perstitit: sola enim promissa intuebatur: quod si humanis cogitationibus locum dedisset, de fine desperasset. Nam ostensa sibi visio, & fratrum & parentum adorationem pollicebatur: quæ vero illi contingebant, non erant hujusmodi, sed ab his longissime remota. Primum enim illi ipsi fratres, quos se præviderat adoraturos, in lacum illum injiciunt, ac barbaris hominibus venditum in alienam ac remotissimam regionem emittunt, atque adeo

Josephi exemplo rem illustrat.

C contraria promissis ea quæ contingebant videbantur, ut miseri illi subsannantes eum, dicerent: *Ecce somniator ille venit: nunc ergo venite, occidamus eum, & projiciamus in lacum, dicemusque: Fera pessima devoravit eum, & videbimus quid somnia sua ipsi proderunt.* Postea vero ii, qui illum emerant, non saltem libero homini, sed servo illum regio vendunt iterum. Neque hactenus adversa steterunt, sed in dominæ calumniam incidit, damnatusque carcerem annos plurimos habitat, & effugientibus cæteris ampliore illic tempore ipse perdurat. Cumque tanta essent quæ illius animum perturbare possent,

Gen. 37. 18.

D constans tamen perseverat. Ejusmodi vero etiam nostra sunt, imo vero longe perplexiora. Quæ enim promissa sunt nobis, regnum cælorum, & vita æterna, & incorruptio, & infinita sunt bona: quæ autem interim contingunt, valde ab his remota, atque aliena sunt: mors scilicet & corruptio, pœna & supplicium, & tentationes variæ, ac frequentes. Cujus ergo rei gratia hoc facit Deus, permittitque contraria promissis advenire? Nimirum ut ex hoc duo maxima bona eliciat, ex altero certissimum potentiæ ipsius argumentum præbens, quod scilicet possit desperatissima promissa sua, spe

E atque opinione melius perficere: ex altero autem nostros animos erudiens, ut in cunctis ipsi credamus, etsi dictis facta contraria videantur emergere. Nam spei virtus ejusmodi est, ut eum qui sincere illi adhæreat, numquam confundi permittat. Si enim ii, qui promissa in hoc sæculo acceperunt, ita insigniter affecti sunt: multo magis id nos facere necesse est, qui non in præsenti vita, sed in aliis sæculis bonorum exitum exspectamus. In hoc enim sæculo pressuras nobis angustiasque promisit. Quid ergo est quod te perturbet? Qua ratione suspecta habeas

promissa Dei? Nam cum dicis te ab eo negligi, cujus causa mundum omnem despexisti, liquido ostendis te illi non credere, eumque suspectum habere, fallacemque promissionem ejus existimare. Id autem vere est a dæmone corripi, ac gehennæ ignem provocare. Sed sunt qui sæculi negotiis dediti quiete vivunt. Et istud quoque prædixit Christus:
Joan. 16. 8. *Amen, amen dico*, inquit, *vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit.* Sed & in prioribus generationibus Babylonii cum Deum ignorarent, opibus, potentia & gloria pollebant: Judæi vero captivitate, servitute, extremisque calamitatibus premebantur.
Luc. 16. Et Lazarus ille, qui regno cælesti dignus, ulceribus plenus canum linguis erat expositus, atque perpetuo cum fame pugnabat: dives vero in honore ac frequenti satellitio, & requie, & deliciis vitam ducebat. Verum ut huic nihil apud inferos illa omnia profuere: ita nec Lazaro fames, aut ulcera, quo minus probe viveret obstiterunt: sed veluti quidam athleta fortis in æstu gravissimo & algore luctans, & vicit, & coronatus est.
Eccli. 2. 1. Quocirca vir quidam sapiens aiebat: *Fili, si accedas ad servitutem Domini, præpara animam tuam ad tentationem, dirige cor tuum & sustine, & ne festines in tempore inductionis.* Et post pauca: *Quoniam*, inquit, *igne probatur aurum, homines vero acceptabiles in fornace humiliationis.* Rursumque
Prov. 3. 11. alio loco scriptum est: *Fili noli negligere disciplinam Dei, neque deficias cum ab eo corriperis.* Qui enim aurum in fornacem mittit, novit quatenus illud incendi, & quando ex igne oporteat educi. Ideoque hic quidem ait: *Ne festines in tempore inductionis*: Salomon autem hoc ipsum docens, *Neque deficias*, inquit, *cum ab eo corriperis.* Magnum quid revera, magnum inquam pressura est ad virum spectabilem efficiendum, atque ad docendum patientiæ virtutem. Quid ergo, inquies; si illius nos
1. Cor. 10. 13. magnitudo evertat, atque dejiciat? *Fidelis est Deus, qui non patietur nos tentari supra quam possumus, sed faciet cum tentatione exitum, ut possimus sustinere.* Nam si ex dilectione correptio, ex odio vero derelictio est: neque ejusdem est quempiam simul & amare & odisse, neque corripere simul & derelinquere. Quomodo ergo, inquies, multi corruerunt? Seipsos illi Deo privaverunt,
Psal. 72. 27. non autem à Deo derelicti sunt. *Ecce* enim, inquit, *qui elongant se à te peribunt.* Elongant se vero à Deo, qui correctiones illius non sustinent, sed irascuntur atque indignantur: ac veluti perversi filii, cum à patribus traditi magistris, vel impatientes laboris, vel fugientes verbera, parentum aspectus declinant, nihil inde lucrantur, sed gravioribus incommodis se implicant, atque in aliena regione famis & erroris, ac morborum, ignominiæque & servitutis ærumnas subire coguntur: ita & qui Dei disciplinam non grato animo tolerant: indignanturque & graviter ferunt, præterquam

A χεσιν ὑποπτεύεις τοῦ θεοῦ; τὸ γὰρ καταφρονῆσαι μὲν δι' αὐτὸν τοῦ κόσμου παντὸς, λέγειν δὲ πάλιν ἠμελῆσθαι παρ' αὐτοῦ, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ ἀπιστοῦντος καὶ ὑποπτεύοντος, καὶ ἀπάτην τὴν ἐπαγγελίαν ἐκείνην εἶναι νομίζοντος· ὅπερ ἀληθῶς ἐστι δαιμονᾷν, καὶ τὸ τῆς γεέννης προσκαλεῖσθαι πῦρ. Ἀλλ' εἰσί τινες οἱ βιωτικοῖς ἐνστρεφόμενοι πράγμασιν, ἐν ἀνέσει διάγουσι· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο προεῖπεν ὁ Χριστός· ἀμὴν γὰρ ἀμὴν λέγω ὑμῖν, φησὶν, ὅτι κλαύσετε καὶ θρηνήσετε ὑμεῖς· ὁ δὲ κόσμος χαρήσεται. Καὶ ἐπὶ τῶν προτέρων δὲ γενεῶν Βαβυλώνιοι μὲν οἱ μηδὲ τὸν θεὸν εἰδότες, ἐν πλούτῳ καὶ δυναστείᾳ ἦσαν καὶ τι-
B μῇ· Ἰουδαῖοι δὲ ἐν αἰχμαλωσίᾳ καὶ δουλείᾳ καὶ τοῖς ἐσχάτοις κακοῖς. Καὶ Λάζαρος μὲν ὁ τῶν οὐρανῶν ἄξιος, καὶ τῆς βασιλείας τῆς ἐκεῖ, εἱλκωμένος τῇ τῶν κυνῶν προσέκειτο γλώτταις, λιμῷ μαχόμενος διηνεκεῖ· ὁ δὲ πλούσιος ἐν τιμῇ καὶ δορυφορίᾳ καὶ ἀνέσει καὶ τρυφῇ. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν οὔτε οὗτος ἐν τῇ γεέννῃ τούτων ἀπώνατο, οὔτε ὁ Λάζαρος ἀπὸ τοῦ λιμοῦ καὶ τῶν τραυμάτων, εἰς τὴν ἀκρίβειαν τοῦ παρόντος παρεβλάβη βίου· ἀλλ' ὥσπερ τις γενναῖος ἀθλητὴς, ἐν αὐχμῷ καὶ πνίγει βαρυτάτῳ παλαίων, καὶ ἐνίκησε, καὶ ἐστεφανώθη. Διὰ τοῦτο καί [a] τις σοφός φησι· τέκνον εἰ προσέρχῃ δουλεύειν κυρίῳ, ἑτοίμασον τὴν ψυχήν σου εἰς πειρασμόν· εὔθυνον τὴν καρ-
C δίαν σου, καὶ καρτέρησον, καὶ μὴ σπεύσῃς ἐν καιρῷ ἐπαγωγῆς. Καὶ μετ' ὀλίγα φησίν· ὅτι ἐν πυρὶ δοκιμάζεται χρυσὸς, καὶ ἄνθρωποι δεκτοὶ ἐν καμίνῳ ταπεινώσεως. Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ λέγει· τέκνον, μὴ ὀλιγώρει παιδείας κυρίου, μηδὲ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος· ὁ γὰρ τὸ χρυσίον εἰς τὴν κάμινον ἐμβαλὼν, οἶδε καὶ μέχρι τίνος αὐτὸ [b] πυρωθῆναι δεῖ, καὶ πότε ἀνασπασθῆναι· διὰ τοῦτο οὗτος μέν φησι, μὴ σπεύσῃς ἐν καιρῷ ἐπαγωγῆς· ὁ δὲ Σολομὼν αὐτὸ τοῦτο διδάσκων ἔλεγε· μὴ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος. Μέγα γὰρ ἡ θλίψις· μέγα πρὸς τὸ δόκιμον ἐργάσασθαι ἄνδρα, καὶ παιδεῦσαι τῆς ὑπομονῆς τὴν ἀρε-
D τήν. Τί οὖν, φησὶν, ἂν [c] περιτρέψῃ καὶ καταβάλῃ διὰ τῆς ὑπερβολῆς; πιστὸς ὁ θεὸς, ὃς οὐκ ἐάσει ἡμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δυνάμεθα, ἀλλὰ σὺν τῷ πειρασμῷ ποιήσει καὶ τὴν ἔκβασιν, τοῦ δύνασθαι ἡμᾶς ὑπενεγκεῖν. Εἰ γὰρ ἐξ ἀγάπης μὲν ἡ παιδεία, ἡ δὲ ἐγκατάλειψις ἀπὸ μίσους· οὐκ ἔστι τοῦ αὐτοῦ φιλεῖν ὁμοῦ καὶ μισεῖν τὸν αὐτὸν, οὐδὲ παιδεύειν καὶ ἐγκαταλιμπάνειν. Πῶς οὖν πολλοὶ κατέπεσον, φησίν; ἑαυτοὺς ἀποστερήσαντες τοῦ θεοῦ, οὐ καταλειφθέντες ὑπ' αὐτοῦ· ἰδοὺ γὰρ οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ ἀπολοῦνται· μακρύνουσι δὲ οἱ μὴ φέροντες
E τὰς τοῦ θεοῦ παιδείας· ἀλλ' ὀργιζόμενοι, καὶ δυσανασχετοῦντες. Καὶ καθάπερ οἱ μοχθηροὶ τῶν παίδων, τῶν πατέρων αὐτοὺς πρὸς διδασκάλους πεμπόντων, ἂν τοὺς ἐκεῖ πόνους [d] καὶ τὰς ἐκεῖθεν φυγόντες πληγὰς τὴν τῶν γονέων ἀποπηδῶσιν ὄψεως, ἐκέρδανόν τε οὐδὲν, καὶ χείροσιν ἑαυτοὺς περιέπειραν κακοῖς, ἐν ἀλλοτρίᾳ λιμώττειν, καὶ ἀλᾶσθαι καὶ νοσεῖν, καὶ ἀτιμάζεσθαι καὶ δουλεύειν ἀναγκαζόμενοι· οὕτω καὶ οἱ τὴν τοῦ θεοῦ παιδείαν εὐχαρίστως μὴ φέροντες, ἀλλὰ δυσανασχετοῦντες, πρὸς τὸ μηδὲν

a Colbertinus Codex 3056. & Savil. τὶς σοφώτατος.
b Sic Colb. & Savil. Morel. vero, πρωθῆναι.
c Sic Colb. & Savil. At Morel. ἐπιστρέψῃ.
d Colb. & Savil. καὶ τὰς ὀλίγας φευγ- Morel. καὶ τὰς ἐκεῖθεν.

δὲ αὐτῆς καρποῦσθαι καὶ τὴν ἐσχάταις ἑαυτοὺς περιβάλλουσι συμφοραῖς. διὰ τοῦτο καρτερεῖν προσηγγέλμεθα, καὶ τὴν καρδίαν εὐθύνειν τὴν ἑαυτῶν. ἀλλὰ πολλῷ χαλεπώτερα πέπονθας. οὐδὲ γὰρ οἱ παιδοτρίβαι πάντας ὁμοίως καὶ ἑνὶ τρόπῳ γυμνάζουσιν· ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀσθενεστέροις ἀσθενεῖς, τοῖς δὲ γενναίοις [a] τοιούτους παρέχουσιν ἀνταγωνιστάς. ὁ γὰρ ἐλάττω τῆς οἰκείας δυνάμεως λαβὼν τὸν ἀνταγωνιστὴν, κἂν δι' ὅλης αὐτῷ συμπλέκηται τῆς ἡμέρας, ἐκεῖνος ἀγύμναστος ἔμεινε. πῶς οὖν, φησὶ, πρὸς τὸν αὐτὸν ᾑρημένους βίον, οὐ τοῖς αὐτοῖς ἄθλοις ἐποίησε πόνοις; ὅτι οὐ μία παρὰ θεῷ γυμνασίας ἰδέα, οὐδὲ τῶν αὐτῶν ἅπαντες δέονται, κἂν ἐν τοῖς αὐτοῖς ὦσι. καὶ γὰρ νοσοῦντες πολλοὶ τὰς αὐτὰς νόσους, οὐ τῶν αὐτῶν ἐδεήθησαν φαρμάκων, ἀλλ' ἑτέρων μὲν οὗτοι, ἑτέρων δὲ ἐκεῖνοι. διὰ τοῦτο ποικίλοι καὶ διάφοροι τῶν μαστίγων οἱ τρόποι, καὶ ὁ μὲν νόσῳ δοκιμάζεται μακρᾷ, ὁ δὲ βαρυτάτῃ [b] πενίᾳ· τῷ βιάζεσθαι καὶ ἀδικεῖσθαι ἕτερος, ἄλλος τοῖς συνεχέσι καὶ ἐπαλλήλοις θανάτοις καὶ παίδων καὶ τῶν αὐτῷ προσηκόντων ἰδεῖν· καὶ οὗτος μὲν τῷ παρὰ πάντων ἀπορρίπτεσθαι καὶ μηδ' ἑνὸς ἀξιοῦσθαι λόγου· ἐκεῖνος δὲ τῷ διαβάλλεσθαι ἐφ' οἷς οὐδὲν ἑαυτῷ σύνοιδε, καὶ πονηρᾶς δόξης ἀνέχεσθαι βάρος, καὶ ἄλλος ἄλλως. οὐ γὰρ δυνατὸν ἅπαντα μετὰ ἀκριβείας ἐξαριθμήσασθαι νῦν. τούτων δὲ ἕκαστον δοκεῖ μὲν, ὅταν πρὸς τὴν τῶν σῶν παράθεσιν συμφορῶν, κοῦφον εἶναι καὶ οὐδέν· εἰ δὲ ἐν πείρᾳ κατέστης αὐτῶν, ἔμαθες ἂν, ὅτι τοῦτο ἐφ' ᾧ σὺ νῦν ἀλγεῖς, ἐκείνων πολλῷ φορητότερον. εἰ δὲ καί εἰσί τινες ἔλαττον ἡμῶν παιδευόμενοι, μὴ σκανδαλιζώμεθα ἐπὶ τούτῳ· ἡ γὰρ τῶν πόνων ἐπίτασις, μισθῶν ἐπίτασίς ἐστι, καὶ ἔρεισμα ἀσφαλὲς, πρὸς τὸ μηκέτι ἑκόντας, ἢ ἄκοντας ἐκπεσεῖν. καὶ γὰρ τῦφον καταστέλλει, καὶ ῥᾳθυμίαν ἀποστρέφει, καὶ φρονιμωτέρους ποιεῖ, καὶ εὐλαβεστέρους ἐργάζεται. καὶ ὅλως εἰ βούλοιτό τις ἐξαριθμεῖν ἅπαντα, πολλὰ ἂν [c] εὕροι τὰ κέρδη τῶν πειρασμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν οὐδεὶς, ὧν πολὺς παρὰ τῷ θεῷ λόγος, θλίψεως ἐκτὸς, κἂν ἡμῖν μὴ οὕτω φαίνηται.

Εἰ γὰρ ὁ μακάριος Παῦλος πολὺ τὸ πρᾶγμα ὑπέμεινεν, οὐδεὶς δὲ ἐκείνου μείζων· ἀλλ' οὐδὲ ἴσος ἐστὶ, πῶς ἔνι μὴ δεηθῆναι τῆς βοηθείας ταύτης αὐτούς; εἰ δέ τινες οὐδὲ ταῖς θλίψεσι ταύταις ἐσωφρονίσθησαν, οὐκέτι τοῦτο παρὰ τὴν αἰτίαν τοῦ τὴν παιδείαν ἐπαγαγόντος, ἀλλὰ παρὰ τὴν ὀλιγωρίαν ἐκείνων. εἰ δὲ μὴ ἐπετέθη τὸ φάρμακον, παρὰ τὸ ἠμελῆσθαι ἔδοξαν ἂν ἀπολωλέναι· νῦν δὲ οὐ μικρὸν ὤνησαν τὸ μηδὲν αἰτιᾶσθαι τὸν ἰατρὸν, ἀλλὰ τοὺς κάμνοντας καὶ τὴν ἀπροσεξίαν αὐτῶν. εἰ δέ τινες πρὸ τῶν πειρασμῶν ὀρθὰ βαδίζοντες, μετὰ τὴν τούτων ἐπαγωγὴν κατέπεσον· καὶ πάλιν ἕτεροι πᾶσαν ἐργαζόμενοι κακίαν, οὐδεμιᾶς θλίψεως ἐπειράθησαν· ἄλλοι δὲ ἐκ πρώτης ἡλικίας εἰς ἐσχάτας ἀναπνοὰς μυρίαις τρυχόμενοι συμφοραῖς διετέλεσαν· μηδενὶ τούτων θορυβώ-

quod nihil ex ea lucrantur, summis se calamitatibus afficiunt. Quocirca tolerare admonemur, & dirigere cor nostrum. At multo graviora te perpeti dices. Ne pædotribæ quidem, omnes æqualiter atque eodem modo exercent, sed imbecillioribus imbecilles, fortioribusque sui similes tradunt. Nam qui suis viribus minorem antagonistam fuerit nactus, etiamsi tota die illi congrediatur, inexercitatus tamen permanet. Cur ergo, inquies, non omnes qui eamdem elegere vitam, eisdem etiam laboribus certare fecit? Quia non una apud Deum est exercitationis species, neque omnes eisdem opus habent, etiamsi in eodem vitæ genere sint: quippe & plurimi cum eisdem morborum incommodis laborent, non eisdem tamen indigent medicamentis, sed alia quidem istis, alia illis apponuntur. Atque adeo & flagellorum modi varii sunt atque differentes, & alius quidem morbo diuturno probatur, alius gravissima inopia, vi atque injuria alius: hunc juges atque perpetuæ liberorum propinquorumque cæterorum mortes excruciant; hicque ab omnibus abjicitur, nulliusque rei dignus æstimatur: ille quod de iis accusetur, quorum nihil sit sibi conscius, malæque famæ pondus ferat: atque alius aliter affligitur. Neque enim possibile est omnia nunc adamussim numerare. Videntur autem tibi horum singula, si tuis ærumnis conferantur, levia ac nulla esse. Verum tu si hæc expertus esses, addisceres profecto id, quod nunc te angit, his omnibus tolerabilius esse. Sed & si qui sunt, quorum sit levior quam nostra castigatio, non ideo perturbemur. Nam adjectio laborum, incrementum præmiorum est, ac firmissimum munimen nostrum, quo freti numquam sive sponte, sive etiam inviti corruamus. Namque tumorem comprimit, negligentiam avertit, prudentioresque ac religiosiores efficit. Sane si quis omnia enumerare velit, plurima tentationum emolumenta reperiet: nullusque umquam ex iis, qui Deo acceptabiles fuerunt, sine pressuris vixit, etiamsi non ita nobis videatur.

7. Nam si beatus Paulus tantum negotii sustinuit, nullus vero Paulo major est, aut etiam æqualis: qua tandem ratione illi credantur hujusmodi auxilio non indiguisse? Sin autem quidam ex istis tribulationibus emendati non sunt, non hoc illi imputandum est, qui emendationem intulit, sed illorum potius negligentiæ. Nam si illis non fuisset adhibitum medicamentum, per negligentiam periisse viderentur. Nunc vero non parum actum est, cum nemo medicum accusare possit, sed ægrotos potius, ipsorumque incuriam. Si qui vero antequam tentarentur, gradientes recte, post tentationem corruerunt: aliique cum omnibus essent peccatis obnoxii, nulla tribulatione vexati sunt; alii vero a prima statim ætate usque ad ultimum vitæ spiritum innumeris calamitatibus contriti sunt; a nulla hujus-

Exemplum Pauli Apostoli.

[a] Morel. ὁ πιάσας. Infra in eodem solo post ἐπαινέσαντος legitur ἐμοί.
[b] Morel. πενίᾳ· ὁ δὲ τῷ βιάζεσθαι καὶ διακεῖσθαι ἕτερος, male.
[c] Colb. & Savil. εὕρῃ. Paulopost Morel. ὅτι ἡμεῖς πρότεροι αὐτοὺς πιστεύσαντες. Colb. οὔτε ἡμεῖς λέγομεν πρότεροι αὐτοὺς πιστεύσαντες, Savil. οὔτε ἡμεῖς (in marg. additur χωρὶς ζητῶ) πρότεροι αὐτοὺς πιστεύσαντες. Mox Sav. & Colb. καὶ εἰς τοῦτο, Mor. ἀλλ' εἰς τοῦτο.

modi re dejiciamur aut perturbemur. Etenim si omnem providentiæ illius dispensationem scire valeremus, aut deberemus, ista ignorantes, mœroris ac perturbationis non immerito causam habere videremur. Sin vero is qui tantorum arcanorum particeps, ad tertium cælum raptus fuerat, ad hanc tamen abyssum hærens substitit, inspiciensque in profundum divitiarum sapientiæ ac scientiæ Dei, obstupuit solum, atque inde resiliit: quid nos ipsos frustra concidimus, perscrutantes inscrutabilia, atque investigabilia curiose inquirentes? Certe cum medicus contraria iis quæ nobis salubria videntur præcipit, sive algens membrum fonti subjicere jubeat, sive alia hujusmodi inexspectata faciat, numquam reluctamur: sed cum nobis antea persuaserimus, artis illum ratione id facere, promte ac libenter cedimus, cum tamen ille sæpius fallatur: Deum vero qui tantum in omnibus a nobis distat, qui est ipsa sapientia, qui numquam falli potest, magna curiositate perscrutabimur? Cumque illi simpliciter credamus, a quo facti rationem exigere jure possemus, ab illo, cui solum credendum est, eorum quæ gesserit causas ac rationes requiremus, atque hujusmodi ignorantiam indigne feremus? Hæccine sunt religiosæ mentis, ac piæ? Ne quæso ac supplico, ne ad tantam vesaniam progrediamur, sed in omnibus in quibus ambigimus, illud dicamus: *Judicia tua abyssus multa.* Nam & hoc ipsum, quod non omnia aperte scimus, divinæ sapientiæ profecto est. Si enim omnium quæ fiunt, causa & ratione cognita, ita demum Deo pareremus, non magna merces esset, neque fidei exhibitio ea res videretur. Cum vero nihil horum penitus noscentes, ita quoque summa affectione mandatis ejus omnibus cedimus, ex legitima obedientia fideque integerrima: maxima animabus nostris emolumenta conciliamus. Hoc enim solum nobis persuadere debemus, omnia nobis utiliter à Deo inferri, modum non amplius inquirentes, neque hujus ignorationem graviter vel cum mœrore ferentes. Neque enim possibile est ista scire, neque utile: illud, quia mortales sumus: hoc, quia cito in arrogantiam extollimur. Plurima nos facimus, quæ cum liberis nostris noxia esse videantur, utilia sunt tamen: quorum neque illi causas quærunt addiscere, neque nos illis antea persuadere studemus, id expedire quod facimus: sed hoc solum illos admonemus, ut in omnibus cedant, quæcumque præceperint patres, nihilque ulterius inquirant. Quod si parentibus nostris, qui ejusdem atque nos naturæ sunt, ita morigeri sumus, neque ulla ratione indignamur: Deo-ne indignabimur quod non illius omnia nobis explorata sint, qui tanta excellentia nobis præcellit, quantum inter Deum & homines discrimen intercedit? Et quid huic impietati par fuerit? Adversus hujusmodi homines sane beatus Paulus indignans dicebat: *Alioquin ò homo, tu quis es qui responderes Deo? Numquid dicet figmentum factori suo, cur me ita fecisti?* Equi-

Psal. 35. 6.

Ubi fides habeat meritum.

Rom. 9. 20. Figuli exemplo utitur.

A μεθα, μηδὲ καταπίπτωμεν. εἰ μὲν γὰρ ἅπασαν δυνάμενοι καὶ ὀφείλοντες τῆς προνοίας αὐτοῦ τὴν οἰκονομίαν εἰδέναι, ταῦτα ἠγνοοῦμεν, εἰκότως ἂν ἡμᾶς καὶ ταράττεσθαι· εἰ δὲ καὶ ὁ τοσούτων ἀπορρήτων κοινωνήσας, καὶ εἰς τρίτον ἀναχθεὶς οὐρανὸν, ἰλιγγίασε πρὸς ταύτην τὴν ἄβυσσον, καὶ διακύψας πρὸς τὸ βάθος τοῦ πλούτου καὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ κατεπλάγη μόνον, καὶ ἀνεχώρησε, τί μάτην κόπτομεν ἑαυτοὺς πολυπραγμονοῦντες τὰ ἀνεξερεύνητα καὶ ζητοῦντες τὰ ἀνεξιχνίαστα; καὶ ἰατρῷ μὲν τοῖς φαινομένοις ἡμῖν συμφέρουσι πολλάκις ἐναντία προστάττοντι, καὶ τὸ κατεψυγμένον μέλος ὑποθεῖ- B ναι κελεύοντι κρουνῷ, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα ἐργαζομένῳ παράδοξα, οὐκ ἀντιλέγομεν· ἀλλ' ἐπειδὴ φθάσαντες ἐπείσαμεν ἑαυτοὺς ὅτι τῷ τῆς τέχνης λόγῳ τοῦτο ποιεῖ, μετὰ προθυμίας εἴκομεν, καί τοι γε διαμαρτάνοντι πολλάκις· τὸν δὲ θεὸν τὸν τοσοῦτον ἡμῶν ἀφεστηκότα ἐν ἅπασι, τὸν αὐτοσοφίαν ὄντα, τὸν οὐδέ ποτε διαμαρτάνοντα, πολυπραγμονήσομεν; καὶ ὃν μὲν ἔδει λογισμοὺς ἀπαιτεῖν, τούτῳ πιστεύσομεν ἁπλῶς· ᾧ δὲ ἔδει μόνον πιστεύειν, τοῦτον εὐθύνας καὶ λόγους τῶν πραττομένων ἀπαιτήσομεν, καὶ δυσχεραινοῦμεν τὴν ἄγνοιαν; καὶ ποῦ ταῦ- C τα ψυχῆς εὐσεβοῦς; μὴ, δέομαι καὶ ἀντιβολῶ, μὴ πρὸς τοσοῦτον μανίας ἔλθωμεν, ἀλλ' ἐν ἅπασιν οἷς ἂν ἀπορῶμεν, ἐκεῖνο ἐπιλέγωμεν· τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλή. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο αὐτὸ τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας ἐστὶ τὸ μὴ πάντα ἡμᾶς εἰδέναι σαφῶς. εἰ μὲν γὰρ ἐπιστάμενοι τὰς αἰτίας τῶν γινομένων, οὕτως ἐπειθόμεθα τῷ θεῷ, οὐκ ἦν ἡμῖν πολὺς ὁ μισθὸς, οὐδὲ πίστεως τὸ πρᾶγμα ἐπίδειξις. ὅταν δὲ μηδὲν τούτων εἰδότες, καὶ οὕτω στέργωμεν εἴκειν ἅπασιν αὐτοῦ τοῖς προστάγμασι, καὶ εἰς ὑπακοὴν γνησίαν, καὶ εἰς πίστιν εἰλικρινῆ, μέγιστα τὰς ἡμε- D τέρας ὠφελοῦμεν ψυχάς. καὶ γὰρ ἓν μόνον πεπεῖσθαι χρὴ, ὅτι συμφερόντως ἡμῖν ἅπαντα ἐπάγεται παρὰ τοῦ θεοῦ· τὸν δὲ τρόπον μηκέτι ζητεῖν, μηδὲ ἀγνοοῦντας ἀσχάλλειν ἢ ἀθυμεῖν. οὔτε γὰρ δυνατὸν ταῦτα εἰδέναι, οὔτε συμφέρον. τὸ μὲν, διὰ τὸ θνητοὺς εἶναι· τὸ δὲ, διὰ τὸ ταχέως εἰς ἀπόνοιαν αἴρεσθαι. πολλὰ ἡμεῖς πράττομεν τῶν τοῖς παισὶ τοῖς ἡμετέροις δοκούντων μὲν εἶναι βλαβερῶν, συμφερόντων δὲ ὅμως· καὶ οὔτε ἐκεῖνοι τὴν αἰτίαν ἀξιοῦσι μαθεῖν, οὔτε ἡμεῖς πρότερον ἑαυτοὺς πείσαντες, ὅτι συμφέρει τὸ γινόμενον, οὕτως ἐπὶ τὸ πράττειν ἐρχόμεθα, E ἀλλ' εἰς τοῦτο μόνον αὐτοὺς παιδαγωγοῦμεν εἴκειν οἷς ἂν ἐπιτάξωσιν οἱ πατέρες, καὶ μηδὲν περαιτέρω ζητεῖν. εἶτα πρὸς μὲν τοὺς γονεῖς καὶ τῆς αὐτῆς φύσεως ἡμῖν ὄντας, οὕτω διακεισόμεθα καὶ οὐκ ἀγανακτήσομεν, πρὸς δὲ τὸν θεὸν, οὗ τὸ μέσον τοσοῦτόν ἐστιν, ὅσον θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους, δυσχεραινοῦμεν, ὅτι μὴ πάντα ἴσμεν; καὶ τί ταύτης τῆς ἀσεβείας ἴσον; πρὸς γὰρ τοὺς τοιούτους ὁ μακάριος Παῦλος ἀγανακτῶν ἔλεγε· μενοῦν γε ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ θεῷ; μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, τί με ἐποίησας οὕτως; ἐγὼ μὲν

τὸ τῶν παίδων ὑπόδειγμα, ἐκεῖνος δὲ τούτου πολλῷ μεῖζον ἔθηκε τὸ τοῦ κεραμέως, καὶ τοῦ παρ' αὐτοῦ πλαττομένου πηλοῦ. καθάπερ γὰρ ὁ πηλὸς, ὅπερ ἂν ἄγωσιν αἱ χεῖρες τοῦ διατυποῦντος αὐτὸν ἕπεται· οὕτω καὶ τὸν ἄνθρωπον ὅπερ ἂν ὁ θεὸς κελεύῃ, ταύτῃ ἕπεσθαι· καὶ ἅπερ ἂν ἐπάγῃ, ταῦτα μετ' εὐχαριστίας δέχεσθαι χρὴ, οὐδὲν ἀντιλέγοντα, οὐδὲ περιεργαζόμενον ὑπὲρ τοῦ μαθεῖν. οὐδὲ γὰρ ἡμῖν ταῦτα μόνοις ἐστὶν ἄπορα, ἀλλὰ καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν ἁγίοις ἀνδράσιν ἐκείνοις καὶ θαυμαστοῖς. ὁ μὲν γὰρ Ἰὼβ ἔλεγε· διὰ τί ἀσεβεῖς ζῶσι, πεπαλαίωνται δὲ πλούτῳ; καὶ τὰ ἑξῆς. ὁ δὲ μακάριος Δαυίδ· παρ' ὀλίγον ἐξεχύθη τὰ διαβήματά μου, ὅτι ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, εἰρήνην ἁμαρτωλῶν θεωρῶν· ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνάνευσις ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῶν, καὶ στερέωμα ἐν τῇ μάστιγι αὐτῶν· ἐν κόποις ἀνθρώπων οὐκ εἰσὶ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων οὐ μαστιγωθήσονται. καὶ μετὰ τοῦτον δὲ ὁ Ἱερεμίας ἔλεγε· δίκαιος εἶ κύριε, πλὴν κρίματα λαλήσω πρὸς σέ. τί ὅτι ὁδὸς ἀσεβῶν εὐοδοῦται; ἠπόρουν μὲν οὖν καὶ οὗτοι καὶ ἐζήτουν· ἀλλ' οὐκ ἐξ ἴσης τοῖς ἀσεβέσιν, οὐδὲ ἐγκαλοῦντες τῷ θεῷ· οὐδὲ καταγινώσκοντες ἀδικίαν ἐκ τῶν γινομένων αὐτοῦ. ὁ μὲν γὰρ ἔλεγεν· ἡ δικαιοσύνη σου ὡς ὄρη θεοῦ· τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλή. ὁ δὲ τοσαῦτα παθὼν φησίν· οὐδὲ ἔδωκεν ἀφροσύνην τῷ θεῷ· καὶ μεταξὺ τοῦ βιβλίου ἔλεγε τὸ ἀκατάληπτον αὐτοῦ τῆς σοφίας καὶ οἰκονομίας ἐξηγούμενος, ἐπειδὴ περὶ τῆς δημιουργίας διελέχθη· ἰδοὺ ταῦτα μέρη ὁδοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ ἰκμάδα λόγου ἀκουσόμεθα ἐν αὐτῷ. ὁ δὲ Ἱερεμίας αὐτὸ τοῦτο προορώμενος, μή τις ὑποπτεύσῃ ποτὲ, προτίθησι τῆς ἐρωτήσεως τὴν ἐκείνου κρίσιν εἰπών· δίκαιος εἶ κύριε· τοῦτ' ἔστιν, οἶδα μὲν ὅτι δικαίως ἅπαντα γίνεται παρὰ σοῦ, τὸν δὲ τρόπον οὐκ ἐπίσταμαι καθ' ὃν γίνεται. τί οὖν; ἔμαθόν τι πλέον ἐκεῖνοι; ἀλλ' οὐδὲ ἀποκρίσεως μὲν οὖν ὑπὲρ τούτων ἔτυχον· ὃ καὶ δηλῶν ὁ μακάριος Δαυὶδ ἔλεγε· καὶ ὑπέλαβον τοῦ γνῶναι· ὅτι τοῦτο κόπος ἐστὶν ἐναντίον μου· οὐκ ἔτυχον δὲ ἀποκρίσεως, ἵνα τοὺς μετὰ ταῦτα παιδεύσωσι μηδὲ ἐρωτᾷν. καὶ ἐκεῖνοι μὲν ἓν μόνον ἐζήτουν, διὰ τί οἱ ἀσεβεῖς ἐν εὐθηνίᾳ καὶ πλούτῳ, καὶ οὐδὲ οὕτως ἐμάνθανον· οἱ δὲ νῦν πολλῷ πλείονα ἐκείνων πολυπραγμονοῦσι. ταῦτα γὰρ τὰ νῦν προτιθέμενα πολλῷ πλείονα ἐκείνων ἐστίν· ὁ μὲν οὖν σαφὴς λόγος τούτων ἐπιτετράφθω τῷ πάντα εἰδότι πρὶν γενέσεως αὐτῶν.

Εἰ δὲ χρὴ καὶ αὐτοὺς ἐκ τῶν ἤδη γεγενημένων γνωρίμων ἡμῖν ἐπινοῆσαι λύσιν καὶ παραμυθίαν τοῖς ζητουμένοις τινὰ, διὰ τοὺς σφόδρα ταῦτα περιεργαζομένους, ἐκεῖνό φημι, ὅτι τὸ μὲν τοὺς δικαίους ἐν θλίψεσιν εἶναι, ἐν ἀνέσει δὲ τοὺς πονηροὺς, οὐδὲ ζητήσεως ἄξιον λοιπὸν, τῆς βασιλείας ἀποκαλυφθείσης, καὶ τῆς κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνα ἀντιδόσεως δειχθείσης ἡμῖν. τοῦ γὰρ κατ' ἀξίαν ἐκεῖ μένοντος ἕκαστον, τί χρὴ ταράττεσθαι τοῖς γινομένοις ἐνθάδε καλοῖς ἢ κακοῖς; τοὺς μὲν γὰρ αὐτῷ προσέχοντας ὁ θεὸς, ἅτε γενναίους ἀθλητὰς τούτοις γυμνάζει τοῖς πόνοις· τοὺς δὲ ἀσθενεστέρους [a] καὶ βραδυτέρους καὶ μηδὲν τῶν βαρυτέρων δυναμέ-

[a] καὶ βραδυτέρους deest in Savil. & Colb.

A dem filiorum exemplar proposuerat, ipse vero multo majus posuit, figuli scilicet, atque ab eo in formam redacti luti. Sicut enim lutum quocumque manus se formantis duxerit, sequitur: ita hominem quæcumque Deus jusserit, ea sequi, & quæ ille intulerit, grato animo perferre convenit, nihil omnino reluctando, vel curiose addiscere quærendo. Neque enim nobis solis ista ambigua sunt: verum & iis, qui ante nos fuerunt, sanctis illis ac mirabilibus viris. Ait enim Job: *Ut quid impii vivunt, divitiis-* Job 21. 7.
que veterascunt? Beatus autem David: *Pe-* Psal. 72. 2.
ne, inquit, *effusi sunt gressus mei, quia ze-*
B *lavi super iniquos pacem peccatorum videns. Quia non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum. In laboribus hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur.* Post hunc Jeremias quoque dicebat: *Justus es Domine, verumtamen ju-* Jer. 12. 1.
dicia loquar ad te. Quid est quod via peccatorum prosperatur? Ambigebant isti quidem atque inquirebant, sed non ita ut faciunt impii: neque enim accusabant Deum, neque ex iis quæ fiunt, illum injustitiæ arguebant. Sed alius quidem aiebat: *Justitia tua* Psal. 35. 6.
sicut montes Dei, judicia tua abyssus multa.
C De alio, cum tanta passus esset, scriptum est: *Non dedit insipientiam Deo.* Et in eo- Job 1. 22.
dem libro incomprehensibilem sapientiam illius & dispensationem enarrans, cum de creatione disseruisset: *Ecce istæ sunt partes* Job, 26. 14.
viæ ejus, & ad humorem verbi audiemus in eo. Idipsum quoque Jeremias providens ne quis umquam suspicaretur, interrogationi judicium suum præposuit, dicens: *Justus es, Domine*, hoc est, scio quidem à te omnia fieri juste: modum autem ignoro, quo fiant. Quid igitur? amplius-ne illi didice-
D runt? Nempe de iis nullum responsum retulerunt, quod beatus David indicat, cum dicit: *Et existimabam ut cognoscerem, quia* Psal. 72. 16.
hoc labor est ante me. Idcirco autem responsa super his non acceperunt, ut posterioribus sæculis futuros homines docerent etiam ipsi interrogatione abstinere. Atque illi quidem unum tantum inquirebant, cur scilicet impii in copia rerum omnium & prosperitate viverent, & ne sic quidem didicerunt: at vero isti longe plura, quam illi curiose scrutantur. Ea enim quæ nunc proponuntur, multo graviora sunt. Itaque manifesta horum ratio illi permittatur, qui novit om-
E nia antequam fiant.

8. Si tamen opus sit nos, ex iis quæ jam nota nobis sunt, solutionem quæsitorum, & consolationem excogitare propter eos qui tam curiose illa sciscitantur, illud dixerim, indignum esse quærere, cur boni in pressuris, mali contra in requie persistant, cælesti jam revelato regno, futurique sæculi præmio nobis ostenso. Nam cum in illa vita singuli digna suis meritis recipiant, quid jam eis rebus perturbamur, quæ hic bonis aut malis contingunt? Deus enim eos qui sibi adhærent, veluti fortissimos athletas hujusmodi laboribus exercet: imbecilliores vero ac tardiores, & qui nihil durorum laborum

Cur boni affligantur quærendum non est.

perferre possunt, prius ad bona opera hortatur. Quod si contra nonnumquam evenit, plurimique justi hic in requie vitam cum honore agunt: mali vero in ignominia summisque adversitatibus perdurant, interim quidem prior illa objectio, quæ affligi bonos, malos vero jugiter esse in deliciis conquerebatur, hac ratione eversa profligatur. Sin autem & hujus rei causam inquirere velimus, id profecto dixerim, Deum nostra omnia non uno modo solitum esse disponere, sed rerum copia instructum, plures nobis ad salutem vias sternere. Cum itaque plures sint, qui futuri sæculi ac resurrectionis doctrinam admittere pertinaciter renuant: veluti in brevi tabula hic judicii futuri imaginem ostendit, cum punit malos, bonos remunerat. Quod cum in judicio illo supremo generaliter futurum sit, etiam nunc ex parte aliqua ideo fit, ut qui circa longinquum illud judicium spe lapsi sunt, vel iis quæ in hoc sæculo contingunt admoniti, mansuetiores atque meliores fiant. Si enim nullus hic omnino puniretur malus, nullusque honoraretur bonus; plurimi ex iis qui resurrectionem non credunt, virtutem veluti malorum causam fugerent, vitiositatem vero veluti bonorum causam persequerentur: si rursum hic singuli juxta merita reciperent, superfluam jam falsamque existimarent judicii doctrinam. Itaque ne huic non crederetur, ne ingens vulgarisque turba ex contemtu deterior fieret, multos hic peccatores ulciscitur, quosdamque pro recte factis remunerat, ut ex eo quod non in omnibus id facit, judicii asserat fidem: ex eo vero quod ante judicium quoque malos aliquos suppliciis afficit, profundissimo quasi somno sepultos excitet. Nam & malorum quidem punitione, plurimi timore corriguntur, ne patiantur eadem. Ex eo autem quod non omnibus pro merito hic retribuatur, cogitare compelluntur hujusmodi præmia in aliud tempus esse reservata. Numquam enim profecto cum justus sit Deus, tot sperneret, sive malos impunitos ex vita migrare, sive bonos hic innumeris incommodis affici, si non utrisque alium in futuro sæculo statum parasset. Quocirca non omnes vel supplicio vel honore afficit, sed quosdam, sicut & in Persarum rege, & in Ezechia contigit, quamquam fuerint plurimi & Assyrio impietate, & Ezechiæ pietate ac virtute pares. Sed non erga omnes hoc agit Deus, cujus rei causa est, ut dixi, quod nondum adsit judicii tempus. Quod autem ista doctrina mea non sit, ab eo qui nos tunc judicaturus est modo audies. Nam cum profecti ad eum quidam, mortem illorum qui sub turre obruti fuerant, Pilatique vesaniam annunciassent, quam in eos qui mortui fuerant ostendit, sacrificiis illorum sanguinem miscendo, tum ait: *Putatis quod hi Galilæi peccatores præ cæteris Galilæis fuerint, qui talia passi sunt? Non, dico vobis, sed nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Aut illi decem & octo super quos cecidit turris Siloë, & occidit illos, putatis quod ipsi præ omnibus, qui*

Cur non omnes hic Deus puniat.

Luc. 13, 2.

A νοις ἐνεγκεῖν, πρότερον εἰς τὴν τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἐνάγει προθυμίαν. εἰ δὲ καὶ τοὐναντίον συμβαίνει πολλάκις, καὶ πολλοὶ μὲν τῶν δικαίων ἐν ἀνέσει διάγουσι καὶ τιμῇ, τῶν δὲ πονηρῶν, ἐν ἀτιμίᾳ, καὶ τοῖς ἐσχάτοις κακοῖς· τέως μὲν ἡμῖν ἡ προτέρα ἀντίθεσις ἡ λέγουσα κακοῦσθαι μὲν τοὺς δικαίους, τοὺς δὲ ἀδίκους τρυφᾶν, ἀνατέτραπται τῷ λόγῳ. εἰ δὲ καὶ ταύτην ἐπιλύσασθαι δεῖ, ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι, ὅτι οὐχ ἑνὶ τρόπῳ τὰ καθ' ἡμᾶς οἰκονομεῖν ὁ θεὸς εἴωθεν, ἀλλ' εὔπορος ὢν πολλὰς ἡμῖν τέμνει τὰς πρὸς σωτηρίαν ὁδούς. ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ τὸν περὶ τῶν μελλόντων καὶ τῆς ἀναστάσεως οὐκ ἀνέχονται δέξασθαι λόγον, διὰ τοῦτο ἐν βραχεῖ τῆς κρίσεως
B τὴν εἰκόνα ἐνθάδε δείκνυσιν, ὅταν κολάζει μὲν τοὺς πονηρούς, εὐεργετεῖ δὲ τοὺς χρηστούς. τοῦτο γὰρ ὁλοσχερῶς μὲν ἐν τῇ κρίσει γίνεται, ἐκ μέρους δὲ καὶ ἐνταῦθα νῦν· ἵνα οἱ πρὸς τὸν μακρὸν ἐκεῖνον ἀναπεπτωκότες χρόνον, τοῖς γοῦν ἐν τῷ παρόντι δρωμένοις ἐπιεικέστεροι γίνωνται. εἴ τε γὰρ μηδεὶς ὅλως ἐκολάζετο τῶν πονηρῶν, μήτε ἐτιμᾶτο τῶν χρηστῶν, πολλοὶ τῶν διαπιστούντων τῷ τῆς ἀναστάσεως λόγῳ τὴν μὲν ἀρετὴν ὡς κακῶν αἰτίαν ἔφυγον, τὴν δὲ πονηρίαν ὡς ἀγαθῶν πρόξενον ἐδίωκον· εἴ τε πάλιν ἐνταῦθα τὸ κατ' ἀξίαν ἅπαντες ἀπελάμβανον, περιττὸν ἂν ἡγήσαντο εἶναι καὶ ψευδῆ τὸν τῆς κρίσεως
C λόγον. ἵν' οὖν μήτε οὗτος διαπιστῆται, μήτε ὁ πολὺς καὶ χυδαῖος λαὸς φαυλότερος γίνηται καταφρονῶν, ἐπεξέρχεται καὶ ἐνταῦθα τῶν ἁμαρτανόντων πολλούς, καὶ ἀμείβεται τῶν κατορθούντων ἐνίους· τῷ μὲν μὴ εἰς πάντας τοῦτο ποιεῖν, τὸν τῆς κρίσεως πιστούμενος λόγον· τῷ δὲ καὶ πρὸ τῆς κρίσεως κολάζειν τινὰς, τοὺς πολὺν ὕπνον καθεύδοντας διεγείρων. ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ τιμωρεῖσθαι τοὺς πονηρούς, διανίστανται πολλοὶ, τῷ φόβῳ τοῦ μὴ τὰ αὐτὰ παθεῖν· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ πάντας ἐνταῦθα τὰ κατ' ἀξίαν ἀπολαβεῖν, ἀναγκάζονται λογίζεσθαι ὅτι εἰς ἕτερόν τινα τοῦτο τετάμιευται καιρόν. οὐ γὰρ ἂν δή που
D δίκαιος ὢν ὁ θεὸς περιεῖδε τοσούτους, καὶ τῶν κακῶν ἀτιμωρήτους ἀπελθόντας, καὶ τῶν ἀγαθῶν μυρίοις κολασθέντας δεινοῖς, εἰ μὴ ἄλλην τινὰ αἰῶνος ἑκατέροις παρεσκευάκει κατάστασιν. διὸ οὐ πάντας, ἀλλ' ἐνίους κολάζει καὶ τιμᾷ, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Πέρσου, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Εζεχίου· καίτοι πολλοὶ καὶ τῷ Ασσυρίῳ γεγόνασιν ἐξ ἴσης ἀσεβεῖς, καὶ κατὰ τὸν Εζεχίαν ἐνάρετοι. ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πάντων τοῦτο πεποίηκε· τὸ δὲ αἴτιον ὅπερ ἔφην ἐστὶ, τὸ μηδέπω παρεῖναι τῆς κρίσεως τὸν καιρόν. καὶ ὅτι οὐκ
E ἐμός ἐστιν ὁ λόγος, αὐτοῦ τοῦ κρίνειν ἡμᾶς τότε μέλλοντος ἄκουσον. ἐπειδὴ γὰρ προσῆλθον αὐτῷ οἱ τὴν τελευτὴν τῶν ὑπὸ τοῦ πύργου καταχωσθέντων, καὶ τὴν τοῦ Πιλάτου μανίαν ἀπαγγέλλοντες, ἣν εἰς τοὺς τετελευτηκότας ἐπεδείξατο, ταῖς θυσίαις αὐτῶν ἀναμίξας τὸ αἷμα, τί φησι· δοκεῖτε ὅτι οἱ Γαλιλαῖοι οὗτοι ἁμαρτωλοὶ παρὰ πάντας τοὺς Γαλιλαίους ἐγένοντο, ὅτι τοιαῦτα πεπόνθασιν, οὐχὶ λέγω ὑμῖν, ἀλλ' ἐὰν μὴ μετανοήσητε, πάντες ὁμοίως ἀπολεῖσθε. ἢ ἐκεῖνοι οἱ δέκα καὶ ὀκτὼ, ἐφ' οὓς ἔπεσεν ὁ πύργος ἐν τῷ Σιλωὰμ καὶ ἀπέκτεινεν αὐτοὺς, δοκεῖτε ὅτι αὐτοὶ ὀφειλέται ἐγένοντο παρὰ πάντας τοὺς

κατοικοῦντας Ἰερουσαλήμ; οὐχὶ λέγω ὑμῖν, ἀλλ' ἐὰν μὴ μετανοήσητε, πάντες ὡσαύτως ἀπολεῖσθε. αὕτη τῆς ἀναβολῆς ἡ αἰτία. διὰ τοῦτο τοὺς τῶν αὐτῶν ἀξίους οὐχ ὁμοῦ πάντας κολάζειν εἴωθεν, ἵνα οἱ λειπόμενοι βελτίους ταῖς ἐκείνων γένωνται συμφοραῖς. καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν οὕτως ἐπιλελύσθω. σὺ δὲ ἴσως καὶ τὰ νῦν προτεθέντα ζητεῖς, ἃ πολλῷ τούτων ἐστὶν ἀπορώτερα. πλὴν ἀλλὰ τούτων ἡμῖν κατὰ δύναμιν γενομένων φανερῶν, καὶ τῆς ἐκείνων λύσεως οἶμαί τινα προκαταβεβλῆσθαι διὰ τούτων ἀρχήν. τί οὖν ἐστιν ὅπερ ἀπορεῖς; ὅτι πολλοὶ μέχρι τελευτῆς ἐκ πρώτης ἡλικίας πολλαῖς προσεπάλαισαν συμφοραῖς. ἐγὼ δὲ καὶ περὶ τούτων εἴποιμι ἄν, καὶ περὶ τῶν προτέρων, ὅτι προηγουμένως μὲν διὰ τὴν οἰκείαν αὐτοὺς κολάζει πονηρίαν· ἔπειτα δὲ ἵνα καὶ ἕτεροι κερδάνωσιν ἐκ τῶν τούτοις συμβαινόντων κακῶν. εἰ δὲ μὴ ἐπὶ πάντων τοῦτο γίνεται, οὔπω τῆς κρίσεως ὁ καιρός. τί οὖν, φησὶν, ὅταν πρὶν ἐλθεῖν εἰς τὴν ἡλικίαν τὴν διαγνωστικὴν τῶν καλῶν, καὶ τῶν οὐ τοιούτων, ὡς μεγάλα ἠδικηκότες κολάζωνται; τούτου μὲν οὐ μία τίς ἐστιν αἰτία, ἀλλὰ πολλαὶ καὶ διάφοροι. καὶ γὰρ παρὰ τὴν τῶν γεννησαμένων ἀκρασίαν, καὶ παρὰ τὴν τῶν θρεψάντων ῥαθυμίαν, καὶ παρὰ τὴν τῶν ἀέρων ἀνωμαλίαν, καὶ παρὰ πολλὰ ἕτερα τοιαῦτα συμπτώματα τοῦτο γένοιτ' ἄν. πρὸς δὲ τούτοις πολλοὺς αὐτῶν οἶδεν ὁ θεὸς ἐσομένους πονηρούς· εἶτα ὥσπερ τισὶ πέδαις περικατέχει ταῖς τιμωρίαις ταύταις αὐτούς. ἢ οὐχ ὁρᾷς καὶ τῶν ἐπαιτῶν πολλοὺς, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ θλίψει μυρία ἐργαζομένους δεινὰ, οὐ διὰ τὴν θλῖψιν, οὐδὲ διὰ τὸν λιμὸν, ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκείαν πονηρίαν μόνον; ἐγὼ γὰρ ἤκουσά τινων λεγόντων ποτὲ, ὅτι γυναῖκα ἐλευθέραν καὶ κοσμίαν ἀπολαβόντες ἐπ' ἐρημίας ἐνύβρισαν. καίτοι ποίας τοῦτο ἀνάγκης; ποίας θλίψεως ἔργον; τί δὲ οὐκ ἂν ἔπραξαν οὗτοι δεινὸν, εἰ μὴ τοσούτῳ κατείχοντο δεσμῷ; τῶν δὲ τὸ δεσμωτήριον οἰκούντων τὴν μανίαν, καὶ τὴν λύτταν, τίς ἂν ἐνέγκοι ῥᾳδίως; καὶ οἱ δαιμονῶντες δὲ οὐκ ἐλάττονα τούτων ἐργάζονται. οὐ λέγω ταῦτα, ἅπερ κατὰ τὸν καιρὸν τὸν τοῦ δαίμονος πράττουσι κατοχῆς, ἀλλὰ τὰ μετὰ ταῦτα τῆς βακχείας παυσαμένης ἐκείνης. καὶ γὰρ ἀδδηφαγοῦσι, καὶ κλέπτουσι, καὶ μεθύουσι, καὶ πολλῷ τούτων αἰσχρότερα πράττουσι. καθάπερ οὖν ἐπὶ τῶν κακούργων, τοὺς μὲν πολλοὺς ἀφίησιν [a] ἐπιπολὺ τὸ δεσμωτήριον οἰκεῖν ὁ κριτὴς, ὡς καὶ ἐκεῖ καταλῦσαι τὸν βίον πολλάκις· ὅταν δέ τινας τῶν πολλῶν νουθετῆσαι βούληται, ἕνα που καὶ δεύτερον ἐξ ἐκείνων λαβὼν, καὶ ἐφ' ὑψηλοῦ καθίσας τοῦ βήματος, παρεστώτων ἁπάντων, οὕτως αὐτὸν κελεύει ἐπὶ θάνατον ἄγεσθαι, καὶ οὐ πάντων αὐτῷ πρὸς τὸν τῶν λοιπῶν φόβον χρεία τῶν πονηρῶν· οὕτω καὶ τῷ θεῷ οὐ πάντων τῶν μοχθηρῶν, ὅταν ἡμᾶς σωφρονίσαι βούληται δεῖ· ἀλλ' ἐνίοις ἐξ αὐτῶν ἀπολαβὼν, οὓς οἶδεν ἀδιορθώτως ἔχοντας· ἐνδείκνυται τὴν δύναμιν καὶ τὴν ὀργήν· πολλὰ ἐκ τούτου κατορθῶν. τούς τε γὰρ

[a] In Colb. & Savil. ἐπιπολὺ deest.

A *habitant Jerusalem, debitores fuerint? Non dico vobis, sed nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.* Hæc dilationis causa est. Idcirco non omnes qui eisdem suppliciis sunt digni, una punire consuevit, ut reliqui eorum casibus admoniti, meliores fiant. Atque ista quidem interim solvisse sufficiat. Sed enim tu fortassis ea etiam quæ paulo ante proposuimus, multo etiam perplexiora, ut similiter enodemus, inquiris. Sed cum priora pro viribus patefecerimus, ad illa etiam solvenda, fundamenta quædam jacta fuisse arbitramur. Quid ergo illud est, in quo hæres & fluctuas? B Quod plurimi ex primordiis ætatis ad finem usque variis calamitatibus sint affecti.

Cur multi tota vita affliguntur.

Ego & de his & de prioribus dixerim, præcipue quidem illos ob propria vitia puniri, deinceps vero ut alii quoque illorum exemplo emendentur. Quod si non in omnibus id fit, nihil est quod mireris: nondum enim judicii tempus advenit. Quid ergo de illis dices, inquis, qui antequam per ætatem bona vel mala discernere possint, quasi maxime peccaverint, suppliciis afficiuntur? Hujus quidem rei non una est causa, sed plurimæ ac C variæ. Nam & ex parentum intemperantia, & ex nutritiorum negligentia, & ex intemperie atque inæqualitate aëris, & ex aliis plurimis hujusmodi casibus id contingere potest. Præterea cum plurimos illorum futuros nequam præsciverit Deus, eos veluti compedibus quibusdam hujusmodi supplicio coërcet. An non vides & mendicorum plurimos inter pressuras ipsas & angustias innumera perpetrantes scelera, quorum tamen omnium causa non afflictio paupertatis est, sed sola nequitia? Audivi ego quosdam aliquando, cum dicerent hujusmodi D homines mulierem quamdam honestam & forma liberali in solitudine nactos, ei violenter ac petulanter illusisse. Atqui qua necessitate, qua calamitate ad hoc inducti sunt? Quæ isti scelera non admisissent, si non hujusmodi quasi vinculis continerentur? Eorum vero qui carceribus inclusi sunt, quis facile vesaniam & rabiem perferre possit? At ii qui a dæmone corripiuntur, nihilo minora his faciunt: non autem ea modo memoro quæ tunc agunt, cum a dæmone apprehenduntur, sed quæ posteaquam illa vexatio cessaverit. Nam & edacitatem sequuntur, & furantur, & inebriantur, & plurima his etiam turpiora admit- E tunt. Denique sicut malefactorum plurimos carcerem diutissime incolere permittit judex, adeo ut plerumque vitam illic finiant, & cum ex multis aliquos puniri vult, unum ex illis, aut etiam duos eminentiori loco statuens, circumstantibus omnibus, ita demum ad mortem duci præcipit, neque ad terrorem cæterorum sic malos omnes punire necesse habet: ita Deus quoque cum nos emendare vult, non omnes una malos punire necessarium existimat, sed aliquos rapiens ex eis quos numquam corrigendos novit, potentiam atque iram ostendit suam, plurima ex hoc utilia perficiens. Quippe &

malos ad deserenda, si velint, vitia hortatur, & bonos cautiores efficit, & longanimitatem ostendit suam, resurrectionisque doctrinam, ut ante diximus, omnibus insinuat. Quid ergo hæc, inquies, ad eos, qui a prima infantia nutriti in calamitatibus, priusquam bona vel mala per ætatem discernere possint, e vita migrant? Et quid mali, quæso, isti patiuntur, qui necdum quid patiantur, sentiunt: neque dolere aut gaudere didicerunt? Ego vero non hoc solum pro hujusmodi solvenda quæstione dixerim, verum parentes ipsos etiam & fratres, & propinquos hujusmodi liberorum cladibus emendatos novi. Id vero non minimi lucri est, ex iis, quibus nemo læditur, alios maximam utilitatem consequi. Verisimile autem est aliam esse causam secretiorem, quam solus novit rerum opifex Deus.

Cur post afflictionem quidam peccent.

A δέδοικας, ταῦτα ἂν ἔχοιμι λέγειν, ἱκανά γε ὄντα ὡς οἶμαι, πάντα τὸν ὑπὲρ τούτων σοι γινόμενον λῦσαι φόβον. ἐπειδὴ δὲ ἔλεγες τὸ κεφάλαιον τῶν κακῶν εἶναι, τὸ μηδὲ ὑπὲρ τῶν μελλόντων ἔχειν θαῤῥεῖν, μηδὲ εἰδέναι πότερον ἔσται τις λύσις ποτὲ τούτων· ἢ καὶ μέχρι τελευτῆς βουλήσεταί σοι πυκτεύειν ὁ τὸν ἀγῶνά σοι τοῦτον θείς· ἀκριβὲς μὲν οὐδὲν, οὐδὲ αὐτὸς ὑπὲρ τούτων ἔχω λέγειν, οὐδὲ ἀποφαίνεσθαι ὑπὲρ τῶν μελλόντων. ἐκεῖνο μέντοι οἶδα σαφῶς, καὶ αὐτόν δέ σε οὕτω πεπεῖσθαι ἀξιῶ, ὅτι ὁπότερον ἂν γένηται τούτων, συμφερόντως ἔσται καὶ πρὸς ἡμῶν. κἂν οὕτω διακείμενος ᾖς, ταχέως καὶ τὸν κολοφῶνα τούτων, ὡς B λέγεις, ἀποκρούσῃ τῶν κακῶν. [a] πρὸς δὲ τοῦτο κἀκεῖνο λογίζεσθαι χρὴ, ὅτι ὁ μὲν τῶν ἐπάθλων καὶ τῶν στεφάνων καιρὸς ὁ μέλλων ἐστὶν αἰὼν, τῶν δὲ παλαισμάτων καὶ τῶν ἱδρώτων ὁ παρών· καὶ τοῦτο ποιῆσαι δῆλον ἡμῖν βουλόμενος ὁ μακάριος Παῦλος ἔλεγεν· οὕτω τρέχω ὡς οὐκ ἀδήλως· οὕτω πυκτεύω, ὡς οὐκ ἀέρα δέρων· ἀλλ᾽ ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ, μήπως ἄλλοις κηρύξας αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι. ἐπειδὴ δὲ πρὸς τὴν τελευτὴν ἔφθασε, τηνικαῦτα τὴν μακαρίαν ἐκείνην ἀφῆκε φωνήν· τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα, λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος· δεικνὺς, ὅτι πάντα τὸν βίον ἐναγώνιον ἡμῖν εἶναι δεῖ καὶ C ἐπίπονον, εἴγε μέλλοιμεν τῆς ἀναπαύσεως τῆς αἰωνίου, καὶ τῶν μυρίων ἀπολαύσεσθαι ἀγαθῶν. εἰ δὲ βούλοιτό τις ῥαθυμεῖν, καὶ τῶν ἐνταῦθα ἀπολαύειν ἡδέων, καὶ τῶν ἐκεῖ τοῖς πονοῦσιν ἀποκειμένων μισθῶν, ἑαυτὸν παρακρούεται καὶ ἀπατᾷ. [b] καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀθλητῶν ὁ μὲν ἐπὶ τοῦ καιροῦ τῶν ἀγώνων ἄνεσιν ἐπιζητῶν, αἰσχύνην καὶ ἀδοξίαν διὰ παντὸς τοῦ χρόνου ἑαυτῷ προξενεῖ· ὁ δὲ ἐν τῷ σταδίῳ πάντα πόνον γενναίως ἐνεγκὼν, στεφάνους καὶ δόξαν καὶ ἔπαινον, καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀγῶσι, καὶ λυθέντων αὐτῶν καρποῦται παρὰ τῶν θεατῶν· οὕτω καὶ ἐφ᾽ ἡμῶν. ὁ μὲν τὸν καιρὸν τῶν πόνων ἀνέσεως ποιούμενος καιρὸν, D ὅταν ἀναπαύεσθαι δέῃ τὴν ἀγήρω ἐκείνην ἄνεσιν, τηνικαῦτα οἰμώξεται καὶ βρύξει τοὺς ὀδόντας, καὶ τὰ ἔσχατα πείσεται δεινά. ὁ δὲ ἐνταῦθα τὰς θλίψεις προθύμως ἐνεγκὼν, καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐκεῖ λαμπρὸς ἔσται καὶ ἐπίδοξος δόξαν τὴν ἀθάνατον καὶ ἀληθῆ. εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν βιωτικῶν ὁ τὴν εὐκαιρίαν τῶν πραγμάτων συγχέων, πάντων ἐκπεσεῖται τῶν προκειμένων αὐτῷ, καὶ μυρίαις ἑαυτὸν περιβαλεῖ συμφοραῖς· πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν πνευματικῶν τοῦτο πείσεται ὁ τὴν τάξιν τῶν καιρῶν οὐκ εἰδώς. εἶπεν ὁ Χριστὸς ὅτι θλίψιν ἕξετε ἐν τῷ κόσμῳ. εἶπεν E ὁ μακάριος Παῦλος· καὶ πάντες δὲ οἱ θέλοντες ζῆν εὐσεβῶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, διωχθήσονται· οὐ τὰς παρὰ τῶν ἀνθρώπων διώξεις λέγων μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς παρὰ τῶν δαιμόνων ἐπιβουλάς. εἶπεν ὁ Ἰὼβ ὅτι πειρατήριόν [c] ἐστιν ἀνθρώπου ὁ βίος ἐπὶ τῆς γῆς. τί τοίνυν ἀσχάλλεις ἐν τῷ τῆς ταλαιπωρίας θλιβόμενος καιρῷ; τότε γὰρ ἀλγεῖν ἐχρῆν, εἰ ὃν προεῖπεν ὁ Χριστὸς θλίψεως εἶναι χρόνον, τοῦτον ἐποιούμεθα τρυφῆς καὶ ἀναπαύσεως καιρόν· εἰ καθ᾽ ὃν ἀγωνίζεσθαι καὶ πονεῖν

[a] Colb. & Savil. περὶ δὲ τούτου. Morel. περὶ δὲ τούτων.
[b] Colb. & Savil. καὶ καθάπερ ἐπί.
[c] ἐστι deest in Colb.

προσετάχθημεν

προσετάχθημεν, κατὰ τοῦτον ἀνεπεπτώκειμεν· εἰ τὴν εὐρύχωρον ἐβαδίζομεν ὁδὸν, αὐτοῦ τὴν τεθλιμμένην κελεύσαντος. οὕτω γὰρ ἂν ἐξ ἀνάγκης ἡμῖν εἵπετο λοιπὸν τὸ ἐν τοῖς αἰῶσιν ἐκείνοις κολάζεσθαι. τί οὖν ἂν εἴποις, φησὶ, πρὸς τοὺς καὶ ἐνταῦθα μετ᾽ εὐρυχωρίας βαδίζοντας, καὶ ἐκεῖ μέλλοντας ἀναπαύεσθαι; καὶ τίς οὗτός ἐστιν; ἐγὼ γὰρ τῷ τοῦ Χριστοῦ πείθομαι λόγῳ μόνον, τῷ λέγοντι, ὅτι στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν. ὅτι δὲ οὐκ ἔνι διὰ τῆς στενῆς ἐν εὐρυχωρίᾳ βαδίσαι ποτὲ, παντί που δῆλόν ἐστιν. ὅπου γὰρ ἐπὶ τῶν ἔξωθεν ἀγώνων οὐδεὶς ἱδρώτων χωρὶς στέφανον ἀνεδήσατο, καὶ ταῦτα τῆς αὐτῆς φύσεως ἔχων κοινωνοῦντας τοὺς ἀνταγωνιστάς· ἔνθα πονηραὶ δυνάμεις ἡμῖν ἀνταίρουσι, πῶς ἔνι θλίψεως καὶ στενοχωρίας ἐκτὸς περιγενέσθαι τῆς μανίας ἐκείνων;

Ἀλλὰ μέχρι τίνος ἀπὸ λογισμῶν ταῦτα ἐξετάζομεν, ἐξὸν ἐπὶ τοὺς μακαρίους καὶ γενναίους ἀθλητὰς καταφυγεῖν τοὺς ἐπὶ τῶν προτέρων γεγενημένους χρόνων; ἐξέτασον γὰρ ἅπαντας τοὺς τότε ὀνομαστοὺς, καὶ πάντας ἀπὸ τῶν θλίψεων ὄψει τὴν παρρησίαν ἐσχηκότας πρὸς τὸν θεόν. καὶ εἰ βούλει γε, ἐπὶ τὸν τοῦ πρωτοπλάστου πρῶτον ἔλθωμεν παῖδα, τὸ ἀρνίον τοῦ Χριστοῦ τὸν Ἄβελ, τὸν ἠδικηκότα μὲν οὐδὲν, τὰ δὲ τῶν δεινότατα εἰργασμένων ὑπομείναντα. ἡμεῖς μὲν γὰρ ἁμαρτιῶν τίνομεν δίκας τοῖς πειρασμοῖς, ὁ δὲ δίκαιος ἐκεῖνος δι᾽ οὐδὲν ἕτερον ἐκολάζετο, ἀλλ᾽ ἢ ὅτι δίκαιος ἦν. καὶ ἕως μὲν οὐδὲν μέγα ἐπεδείκνυτο, ἐπεγίνωσκεν αὐτὸν ὁ ἀδελφός. ἐπειδὴ δὲ ἀπὸ τῆς θυσίας διέλαμψε, καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν ἠγνόησεν ὑπὸ τοῦ φθόνου πηρωθείς. πόθεν οὖν οἶδας εἰ καὶ νῦν ἡ αὐτὴ αἰτία τὸν διάβολον ἤγειρε, καὶ τοῦ βίου σου τὸ λαμπρὸν πρὸς τὴν μάχην αὐτὸν ταύτην ἐξεκαλέσατο; εἰ δὲ γελᾷς ταυτί μου τὰ ῥήματα, ἐπαινῶ μέν σε τῆς ταπεινοφροσύνης· οὐ μὴν τοῦ οὕτως διακεῖσθαι παύσομαι. εἰ γὰρ στέαρ προσενεγκὼν οὕτως εὐδοκίμησεν ἐκεῖνος, ὁ μηδὲν τῶν ἔξωθεν, ἀλλ᾽ ὅλον ἑαυτὸν ἀναθεὶς τῷ θεῷ, πολλῷ μᾶλλον ἂν παρώξυνε καθ᾽ ἑαυτοῦ τὸν ἐχθρόν. ὁ δὲ θεὸς συνεχώρησεν αὐτὸν ἐπελθεῖν· [a] οὐ γὰρ τότε τὸν φόνον γενέσθαι ἐκώλυσεν, ἀλλ᾽ ἀφῆκεν εἰς τὰς τοῦ μιαιφόνου χεῖρας τὸν δίκαιον ἐμπεσεῖν, καὶ οὐκ ἐξήρπασε τὸν δι᾽ αὐτὸν καὶ τὴν εἰς αὐτὸν ἀναιρούμενον τιμήν. οὐδὲ γὰρ ἐβούλετο ἐλαττωθῆναι τοὺς στεφάνους αὐτῷ· διὰ τοῦτο μέχρι τέλους ἀφῆκε δραμεῖν αὐτόν. καὶ ποία κόλασις ὁ θάνατος; φησίν· εἴθε μὲν οὖν κἀγὼ ταύτην τὴν τιμωρίαν ὑπέμεινα νῦν. ταῦτα λέγεις ἀγαπητὲ νῦν, πρότερον δὲ πάντων τὸ πρᾶγμα ἐδόκει εἶναι χαλεπώτατον, καὶ πάσης τιμωρίας ἐλεεινότερον. διὸ καὶ ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως οἱ τὰ μέγιστα ἠδικηκότες καὶ συγγνώμης μείζονα, ταύτην ὑπεῖχον τὴν κόλασιν. καὶ παρὰ τοῖς ἔξωθεν νομοθέταις ἔτι καὶ νῦν, οὐδαμῶς ἑτέρως κολάζονται πάντες, ὅσοι περ ἂν ἐπὶ τοῖς [b] αἰσχίστοις ἁλῶσι κακοῖς· ἀλλ᾽ ὅμως τὰ αὐτὰ τοῖς παρανόμοις ὁ δίκαιος ἔπασχε. μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ χαλεπώτερα, ὅσῳ καὶ παρὰ ἀδελφικῆς δεξιᾶς ἐδέξατο τὴν πληγήν. τί

jussi sumus, eo torperemus: si latam incederemus viam, cum ille per angustam præceperit eundum. Ita enim necessario jam nobis ferendus esset cruciatus ille sempiternus. Quid ergo, inquies, de illis dicis, qui & in isto sæculo gradiuntur in latitudine, & in futuro requiem habituri sunt? Quem tu mihi talem dabis? ego enim solius Christi verbis acquiesco dicentis: *Angusta & arcta via est, quæ ad vitam ducit.* (Math. 7. 14.) Quod autem per angustam viam late iri non possit, omnibus profecto liquet. Si enim in exterioribus certaminibus nullus absque sudoribus coronam retulit, cum tamen ejusdem naturæ consortes habeat adversarios: ubi nobis virtutes illæ nequam obluctantur, quo pacto sine summis laboribus pressurisque & angustiis illarum insaniam superare poterimus?

5. Sed enim nos quamdiu rationibus ista ventilamus, cum liceat confugere ad beatos illos ac fortissimos, qui prioribus fuere temporibus? (Exemplis Sanctorum id ostendit.) Examina diligentius eos, qui fuerunt nominatissimi, videbisque omnes in angustiis fiduciam erga Deum habuisse. Atque primo, si placet, primi parentis inspiciamus filium, agnum Christi Abel. Is cum in nullo jus violasset, ea passus est quæ merentur ii, qui gravissime peccaverint. Nos enim peccatorum nostrorum pœnas damus, tentationes scilicet: at vero justus ille nulla alia causa cruciatus est, nisi quia justus erat. Ac quamdiu nullum excellens virtutis suæ documentum dedit, agnoscebat illum frater: ubi vero ex sacrificio clarus meritis eluxit, tum jam naturam quoque ipsam ille ignoravit, invidia scilicet cæcatus. Unde vero nosti an modo quoque eadem causa diabolum adversum te concitaverit, vitæque tuæ fulgor illum ad hanc pugnam evocaverit? Quod si rideas ista loquentem, laudo quidem humilitatem tuam; non tamen ab hac sententia desistam. Si enim ille adipem offerens ita Deo carus acceptusque fuit: is qui nihil extrinsecus, sed seipsum totum obtulit Deo, multo profecto magis adversum se provocavit inimicum. Deus autem te illum invadere permisit, sicuti & tunc cædem illam haudquaquam impedivit: sed passus est justum in sanguinarii manus incidere, neque eum eripuit, qui propter se atque ob honorem suum mactabatur. Noluit enim illi coronas suas minui: quocirca ad finem usque illum currere permisit. Et quis, inquies, cruciatus est mors? Utinam quidem hunc & ego subirem cruciatum. Ista nunc dicis, amantissime: at prius res omnium gravissima esse putabatur, omnique pœna miserabilior. Idcirco in lege Moysi ii qui maxima quæque deliquissent, ac venia indigna, morte mulctabantur. Sed & apud ipsos quoque externos legumlatores, qui in maximis turpissimisque flagitiis deprehenduntur, non alio supplicio afficiuntur, sed tamen perditissimorum hominum supplicium justus ille perpetitur, imo vero eo gravius, quod & fraterna dextra percussus occubuit. Quid au- (Gen. 6.)

[a] Colb. οὐδὲ γὰρ τότε, Mor. οὐ γὰρ τότε, Sav. ἔτι οὐδὲ τότε. Mox Colb. & Sav. in marg. τὸν ἅγιον ἐμπεσεῖν, Sav. in textu & Mor. τὸν δίκαιον ἐμπεσεῖν.

[b] Sic Savil. in textu & Colb. Morel. autem & Savil. in marg. τοῖς ἐσχάτοις.

tem de Noë dicimus? nam & ipse justus ac perfectus fuit, cunctisque corruptis, solus placuit Deo, reliquis omnibus illum offendentibus. Innumeras plane *tribulationes* pertulit *multas & malas*. Neque enim ut Abel continuo mortuus est, neque id passus quod leve tibi videtur; sed longissimam vitam toleravit, tot annos iis qui ferunt onera, gravissimoque semper pondere premuntur, nihilo levius aut quietius affectus. Hoc autem statim apertissime probabo, hinc initium sumens. Annum integrum iste carceri addictus fuit, carcerique peregrino & horrendo. Ut enim ferarum & serpentium multitudinem omittam, quibuscum tanto tempore vixit in tantis relictus angustiis: quid illum animi habuisse putas inter adeo ingentes tot tonitruorum fragores atque nimborum? Quippe inferior abyssus disrumpebatur, superior summa impetus vi demittebatur, cum intrinsecus ille cum liberis sederet solus. Etsi enim de fine confideret, per eorum tamen quæ fiebant vehementiam, metu fere præmortuus erat. Ubi enim nos cum habeamus domos in terra altius fundatas, urbesque inhabitemus: tamen si videamus pluviam vel paulo vehementius solito demitti, concidimus metuque constringimur: quid ille passus æstimetur, cum solus intus esset, abyssumque illam horrificam, ac varia eorum, quæ suffocabantur, genera consideraret? Denique sufficere solet ad feriendos summo pavore animos, urbem unam, vel domum etiam vi aliqua inundationis absorptam undisque opertam cernere: at vero quando id orbis universus passus est, dici non potest quî affectus sit vir ille cum in mediis fluctibus circumferretur. Totum ergo annum illum in eo metu egit. Cum vero tandem diluvium cessasset, paulatim quidem jam cedebat metus, sed mœror augebatur, prodeuntemque ex arca tempestas alia excepit priore non minor, cum intueretur horrendam illam solitudinem, necemque illam violentam: atque interfectorum corpora limo ac luto permixta, cunctosque pariter homines, & asinos, & cætera his etiam ignobiliora animantium genera, uno prorsus miserabili sepulcro obruta. Nam etsi admodum peccatores fuerant, qui talia perpessi erant: homo tamen erat Noë, contribulesque suos non poterat non miserari. Quippe & Ezechiel cum justus esset, atque Israëlitas maxime omnium cognosceret, videns tamen illos jugulari, & corruere, hoc idem passus est, atque illacrymavit: etiamsi antea Deus omnem ipsi illorum impietatem revelasset, atque ipsis oculis intuendam præbuisset, ut cum illos puniri inspiceret, eam calamitatem fortiter perferret. Sed tamen cum tanto præscientiæ solatio præparatus esset, ita quoque angebatur eorum cladibus, corruensque clamabat: *Heu mihi Domine, deles tu reliquias Israël?* Non semel autem solum perpessus est, sed & secundo cum Jechoniam cerneret occisum. Itaque & Noë tametsi innumera sciebat illorum esse scelera, non tamen Ezechiele sive

Ezech. 9. 8.

A ἢ ὁ Νῶε; καὶ γὰρ οὗτος δίκαιος καὶ τέλειος ὤν, καὶ πάντων διεφθαρμένων μόνος εὐηρέστησε τῷ θεῷ, πάντων τῶν ἄλλων προσκεκρουκότων αὐτῷ. μυρίας μὲν οὖν θλίψεις ὑπέμεινε πολλὰς καὶ κακάς. οὐ γὰρ ἀπέθανεν οὗτος εὐθέως καθάπερ ἐκεῖνος, οὐδὲ ἔπαθε τοῦτο, ὃ κοῦφον εἶναί σοι φαίνεται, ἀλλὰ μακρᾶς ἀπείχετο ζωῆς· ἐν τοῖς τοσούτοις ἔτεσι τῶν ἀχθοφορούντων καὶ βαρυτάτῳ φορτίῳ πιεζομένων διαπαντὸς οὐδὲν ἄμεινον διακείμενος. καὶ τοῦτο αὐτίκα μάλα ποιήσω σοι φανερόν, πρότερον ἐκεῖνο εἰπών. ἐνιαυτὸν ὅλον οὗτος δεσμωτήριον ᾤκησε, δεσμωτήριον ξένον καὶ φοβερόν. ἵνα γὰρ τὸ πλῆθος ἀφῶ τῶν B θηρίων καὶ τῶν ἑρπετῶν, οἷς τοσοῦτον συνέζησε χρόνον, εἰς τοσαύτην ἀπειλημμένος στενοχωρίαν, τί οἴει πάσχειν αὐτὸν ὑπὸ τοῦ πατάγου τῶν βροντῶν, ὑπὸ τοῦ ψόφου τῶν ὑετῶν; ἄβυσσος ἡ μὲν κάτωθεν ἀνερρήγνυτο, ἡ δὲ ἄνωθεν [a] κατεφέρετο· ὁ δὲ ἔνδον ἐκάθητο μόνος μετὰ τῶν υἱῶν. εἰ γὰρ καὶ ὑπὲρ τοῦ τέλους εἶχε θαρρεῖν, ἀλλὰ τῇ τῶν γινομένων σφοδρότητι προαπετεθνήκει τῷ δέει. ὅπου γὰρ ἡμεῖς οἰκίας ἔχοντες ἡδρασμένας ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πόλεις οἰκοῦντες, ὅμως ὅταν ἴδωμεν κατενεχθέντα σφοδρότερον ὀλίγον τοῦ συνήθους ὑετὸν καταπίπτομεν καὶ συστελλόμεθα, τί οὐκ ἂν C ἐκεῖνος ἔπαθε μόνος ἔνδον ὤν, καὶ τὴν φρικωδεστάτην ἐκείνην ἄβυσσον ἐννοῶν, καὶ τῶν ἀποπνιγέντων τὰ διάφορα γένη; ἱκανὸν μὲν οὖν ἐκπλῆξαι ψυχὴν καὶ τὸ πόλιν μίαν, ἢ καὶ οἰκίαν μόνην ἐπικλυσθεῖσαν καλυφθῆναι τοῖς κύμασι, τὸ δὲ τὴν οἰκουμένην πᾶσαν τοῦτο παθεῖν, οὐδὲ ἔστιν εἰπεῖν, πῶς ἂν διέθηκε τὸν ἐν μέσῳ τῷ κλυδωνίῳ περιφερόμενον. τὸν μὲν οὖν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον τοσούτῳ συνείχετο δέει. ἐπειδὴ δέ ποτε ὁ κατακλυσμὸς ἐπαύσατο, ὁ μὲν φόβος ἐνεδίδου λοιπόν, ἐπετείνετο δὲ τὰ τῆς ἀθυμίας αὐτῷ, καὶ τῆς κιβωτοῦ προκύψαντα χειμὼν ἕτερος διεδέχετο τοῦ προτέρου οὐχ ἥττων, τὴν πολλὴν ἐρη- D μίαν ὁρῶντα, καὶ τὸν βίαιον θάνατον ἐκεῖνον, καὶ τῶν ἀναιρεθέντων τὰ σώματα τῇ ἰλύϊ πεφυρμένα, καὶ τῷ πηλῷ, καὶ πάντας ὁμοῦ ἀνθρώποις τε καὶ ὄνοις καὶ τὰ τούτων ἀτιμότερα γένη μιᾷ τῇ ἐλεεινοτάτῃ καταχωσθέντα ταφῇ. εἰ γὰρ καὶ σφόδρα ἁμαρτωλοὶ οἱ ταῦτα πεπονθότες ἦσαν, ἀλλ' ὅμως ἄνθρωπος ἦν ὁ Νῶε, καὶ ἔπασχέ τι πρὸς τὸ ὁμόφυλον. καὶ γὰρ ὁ Ἰεζεκιὴλ δίκαιος ὤν, καὶ τοὺς Ἰσραηλίτας μάλιστα πάντων εἰδώς, ὅτε κατασφαττομένους εἶδε καὶ καταπίπτοντας, τοῦτο τὸ κοινὸν ἔπαθε καὶ E ἐδάκρυσε· καίτοι διὰ τοῦτο προλαβὼν ὁ θεὸς ἅπασαν αὐτῷ τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν ἐξεκάλυψε· καὶ αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτὴν ἐποπτεῦσαι παρεσκεύασεν· ἵν' ὅταν αὐτοὺς κολαζομένους ἴδῃ, γενναίως ἐνέγκῃ τὴν συμφοράν. ἀλλ' ὅμως καὶ τοσαύτης παραμυθίας προπαρασκευασθείσης αὐτῷ, καὶ οὕτως ἠλέγχετο, καὶ πεσὼν ἐβόα λέγων· οἴμοι κύριε, ἐξαλείφεις σὺ τὸ κατάλοιπον τοῦ Ἰσραήλ; οὐχ ἅπαξ δὲ τοῦτο ἔπαθε μόνον, ἀλλὰ καὶ πάλιν ὅτε τὸν Ἰεχονίαν εἶδεν ἀναιρούμενον. ὥστε καὶ ὁ Νῶε εἰ καὶ μυρία αὐτοῖς συνῄδει κακά, οὐκ ἦν οὔτε τούτου, οὔτε τοῦ

[a] Sic Savil. & Colb. Morel. vero, ἀνεφέρετο.

A Μωσέως ἀνδρειότερος· καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖνος τὰ αὐτὰ τῷ προφήτῃ πολλάκις ἔπαθε, καὶ ἁμαρτάνοντας ὁρῶν, ὅτε τιμωρεῖσθαι [a] ἔδει, ἤλγει, καὶ μᾶλλον ὠδυνᾶτο τῶν κολαζομένων αὐτῶν. [a] ἐπὶ δὲ τοῦ Νῶε, καὶ ἡ συμφορὰ χαλεπωτέρα ἦν· μόνοις γὰρ ἐκείνοις τοιοῦτος ἐγένετο θάνατος. Τοσούτοις τοίνυν συνεχομένῳ κακοῖς, τῇ μονώσει, τῇ πρὸς τὸ ὁμόφυλον συμπαθείᾳ, τῷ πλήθει τῶν ἀπολωλότων, τῷ τρόπῳ τῆς τελευτῆς, τῇ τῆς γῆς ἐρημίᾳ· καὶ πάντοθεν αὐτῷ τῆς ἀθυμίας αἰρομένης καὶ ἀκμαζούσης σφοδρῶς, ἐπιτίθεται εὐθέως ἡ τοῦ παιδὸς ὕβρις, πρᾶγμα ἀφόρητον, καὶ πολλῆς μὲν αἰσχύνης, πολλῆς δὲ γέμον ὀδύνης. B Ὅσῳ γὰρ τῶν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τὰ παρὰ τῶν φίλων ὀνείδη βαρύτερα, τοσούτῳ τούτων τῶν αὐτῶν τὰ [b] παρὰ τῶν παίδων ἔτι μᾶλλον ἀφορητότερα. Ὅταν γὰρ ὃν ἐγέννησεν, ὃν ἔθρεψεν, ὃν ἐπαίδευσεν, ὑπὲρ οὗ πολλοὺς μόχθους καὶ πόνους καὶ φροντίδας ὑπέστη, τοῦτον ἁπάντων ὑβριστικώτερον αὐτῷ κεχρημένον ἴδῃ, οὐδὲ ἐνεγκεῖν τὸ πολὺ πένθος δυνήσεται τῆς ψυχῆς ὁ τοῦτο παθών. Ἡ γὰρ ὕβρις τοῖς ἐλευθέροις καὶ καθ' ἑαυτὴν μέν ἐστιν ἀφόρητος· ὅταν δὲ καὶ παρὰ τῶν παίδων γίνηται, καὶ εἰς ἔκστασιν ἀγάγοι τοὺς πάσχοντας, [c] οὕτω βαρυτάτη ἐστίν. Σὺ δὲ μὴ μόνον ἐκεῖνο τὸ πλημμέλημα ἐννόει, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τούτου μάνθανε, πῶς αὐτῷ καὶ τὸν ἔμπροσθεν χρόνον ἅπαντα ἐχρῆτο C ὁ ὑβριστής. Ὁ γὰρ ἐν χερσὶν ἔτι τὸν φόβον τῶν γεγενημένων ἔχων, καὶ ἄρτι τῆς εἱρκτῆς ἐκείνης ἀπαλλαγείς, καὶ τῆς οἰκουμένης τὰς συμφορὰς ἐπὶ θεωρῶν, καὶ μηδὲ οὕτω σωφρονισθεὶς ἀλλ' ὑβρίσας εἰς ὃν ἥκιστα πάντων ἐχρῆν, καὶ μηδὲ τῷ θανάτῳ τῶν πολλῶν, μηδὲ τῇ ἐρημίᾳ, μηδὲ τῇ ὀργῇ τοῦ Θεοῦ, μηδὲ ἄλλῳ τινὶ τῶν τότε συμβεβηκότων βελτίων γενόμενος, τίς ἦν πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, ὅτε καὶ πολλοὺς εἶχε τοὺς παρακαλοῦντας ἐπὶ τὴν κακίαν αὐτόν; Τότε γὰρ τότε χαλεπώτερον κλυδώνιον ὑπέμεινεν ὁ δίκαιος ἐκεῖνος, τοῦ μετὰ ταῦτα ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ γενομένου, καὶ διὰ τοῦτον, καὶ διὰ τοὺς ἄλλους ἅπαντας. D Ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ κατακλυσμοῦ πλῆθος ὑδάτων αὐτὸν περιεῖχε μόνον· πρὸ δὲ τούτου κακίας ἄβυσσος πάντοθεν συνείχετο, καὶ τῶν κυμάτων αὐτῷ σφοδρότερον αἱ τῶν πονηρῶν ἀνδρῶν ἐπιβουλαὶ προσερρήγνυντο. Μόνος γὰρ εἰς τοσοῦτον πλῆθος ἀπολειφθεὶς ἀνδρῶν παρανόμων, καὶ μιαρῶν, εἰ καὶ μηδὲν ἔπασχε δεινόν, ἀλλ' ὅμως πολὺν τὸν γέλωτα καὶ πολλὰ τὰ σκώμματα ἔφερεν, εἰ καὶ μὴ πρότερον, ἀλλ' ὅτε περὶ τῆς κιβωτοῦ καὶ τῶν μελλουσῶν αὐτοῖς διηγεῖτο συμφορῶν. E Τοῦτο δὲ ὅσην ἔχει δύναμιν πρὸς τὸ ταράξαι ψυχήν, μαρτυρήσειεν ἂν ἡμῖν ὁ ἐκ κοιλίας ἁγιασθείς, ὁ διὰ τοῦτο καὶ τῆς προφητείας μέλλων ἀφίστασθαι· [d] Εἶπον γάρ, φησίν, οὐ μὴ προφητεύσω. Χωρὶς δὲ τούτων αὐτὸ μόνον τὸ μηδένα ὁμόψυχον, μηδὲ ὁμότροπον ἔχειν, πόσην ἀηδίαν; πόσην αὐτῷ κατεσκεύαζε τὴν ἀθυμίαν; οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ συναλγεῖν αὐτοῖς μυρία ἔπασχε δεινά. Οὐ γὰρ ὅταν τελευτῶντας μόνον ἐνορῶντες οὕτως ἀλγοῦσιν οἱ δίκαιοι, τοὺς

Mose fortior erat: quippe & ille sæpe eadem quæ Propheta passus est; peccantes intuens Hebræos, tunc eos maxime miserabatur, quando puniendi erant, magisque ipse quam qui puniebantur, angebatur. At tempore Noë calamitas longe erat gravior, quippe illis solis ejusmodi mors illata est. Cum igitur tot premeretur malis, solitudine, miseria gentis suæ, pereuntium multitudine, mortis genere, terræ totius desolatione, atque undique mœror increſceret, qui se vehementissime concuteret; adjicitur continuo nati contumelia, res quidem intolerabilis, turpitudinis & doloris incredibilis. Quanto enim amicorum probra graviora quam inimicorum sunt, tanto injuriæ a filiis acceptæ, illis etiam intolerabiliores sunt. Cum enim quem genuerat, quem educaverat, quem erudierat, cujus gratia labores plurimos ac dolores curasque toleraverat, eum præ cæteris contumeliosissime se tractare cerneret, ne ferre quidem animi dolorem poterat. Contumelia quippe libero homini, tum per se est intolerabilis, tum si a filiis manaverit, in stuporem animi convertit, utpote atrocissima. Tu velim non id modo facinus consideres, sed ex eo ipso conjicias, quam ille contumeliose priori omni tempore patrem habuerit. Qui enim præsentem adhuc tantæ cladis terrorem habebat, ac nuper ex carcere illo exierat, orbisque totius calamitatem videbat, ac ne sic quidem emendatus fuerat, sed eum quem minime omnium debuerat, contumeliis afficiebat; neque infinitorum mortalium nece, neque solitudine, neque Dei ira, neque alia ulla earum rerum quæ tum contigerant melior effectus fuerat, cujusmodi ille ante diluvium fuit, cum plurimos haberet, qui se hortarentur ad vitia? Tunc enim profecto, tunc molestiores fluctus justus ille pertulit, quam fuerint qui post in diluvio contigerunt, cum per filium suum, tum per alios omnes. Nam in diluvio quidem sola illum aquarum multitudo angustabat: ante diluvium autem undique nequitiæ abysso comprimebatur, ac vehementius, quam fluctibus, insidiis nequissimorum hominum collidebatur. Solus enim relictus in tanta scelestorum hominum flagitiosorumque multitudine, etsi nihil aliud patiebatur, irrisiones tamen plurimas, ac dicteria quotidie ferebat. Idque si non antea, tum maxime quando illis de arca & de futuris cladibus verba faciebat. Istud vero quantam vim habeat ad perturbandos animos, testatur qui ex utero matris sanctificatus est Jeremias, qui propterea prophetiam quoque ipsam relinquere meditabatur. *Dixi enim, inquit, Non prophetabo.* *Jer. 20. 9.* Præterea id solum, quod nullus illi erat unanimis, nullusque suis moribus conformis, quantum illi tædii, quantum putas mœroris offuderat? Neque ideo tantum angebatur, verum ex illorum miseratione cruciatus innumeros patiebatur. Non enim tunc solum mœrent viri justi, cum pravos

a Colb. ἤλγει καὶ μᾶλλον, Savil. ἔδει, ἤλγει, καὶ μᾶλλον ἤλγει καὶ ὠδυνᾶτο.
b Hic Savilium sequimur.
c Hæc οὕτω βαρυτάτη ἐστί, desunt in Colb. & in textu Savil. sed habentur in Morel. & in margine Savil.
d Savil. & Colb. εἶπον, Morel. εἶπα.

morientes aspiciunt, sed etiam cum peccantes vident. Imo vero multo amplius hoc quam illo cruciantur, quod ex prophetis facillime animadverti potest. Alius quippe illorum amare ingemiscens : *Væ*, inquit, *anima quia periit pius de terra, nec est in hominibus, qui quod rectum est faciat.* Alius ad Deum loquebatur : *Quare ostendisti mihi labores & dolores videre?* Et de iis qui injuriis opprimebantur, nimium condolens lugebat dicens : *Facies homines ut pisces maris non habentes ducem.* Quod si tunc ista contingebant, cum leges constitutæ essent, & principes, & judicia, & sacerdotes, & prophetæ, & supplicia : considera quanta impudentiæ magnitudine sub Noë cuncta scelera committebantur, cum nullo horum adhuc homines cohiberentur. Et sub Prophetis quidem non valde longæva erat vita: sed septuaginta vel octoginta annis terminabatur : tunc vero ad sexcentos annos & ultra humana vita pertingebat. Ut igitur alia omittam, quot negotia subire cogebatur, qui adeo prolixum iter gradiens currebat, ac viribus totis intendebat in tanta viæ longitudine ne parum quidem divertere, cum plurima essent quæ prohiberent? Et quid dico plurima, cum tota prorsus vita à finibus ad fines terræ esset hujusmodi, tota scopulis, sentibus, belluis, squallore, peste, algore, maleficisque plena? Equidem facilius existimaverim angustissimam semitam profundissima nocte semper incedere, quam illis temporibus virtutis viam : tot homines erant, qui gressus illius conarentur evertere. Cum enim omnibus quæcumque velint agere licitum sit, unus vero solus contrariam omnibus incedat viam : quando is ad finem pervenire poterit, cunctis illum retro impellentibus, atque pulsantibus? Cujus enim difficultatis sit cum plurimis degendo recte operari, documento nobis sunt ii, qui modo quoque solitudines occupant : cum tamen recte vivendi formam ubique disseminatam, concordiamque & mutuum amorem non exiguum cernere in promtu sit. Tunc vero nihil horum inveniri poterat: sed contra illum omnes feris omnibus immaniores erant.

Mich. 7. 2.

Habac. 1. 3.

Ibid. 14.

6. Quid igitur hac vita luctuosius, quid laboriosius? Equidem ostensurum me promiseram illum nihilo meliore conditione fuisse iis qui semper onera ferunt, & numquam requiescunt : sed oratio multo amplius effecit : non solum enim non meliore, sed & longe graviore ac deteriore conditione fuisse nobis patefecit. Videtur plurimis Abraham ætatem omnem prospere ac tranquille vixisse. Quocirca feliciores quosque & undique florentes illi comparare solent. Age ergo inquiramus diligentius, quæ illi contigerunt. Hic mihi videtur longe graviora quam Noë, quamque Abel perpessus: sed ego satius esse ac melius judico nihil interim dicere, quoad rerum diligens discussio sententiam ferat. Quæ igitur illi in Perside & usque ad septuagesimum annum contigerunt tristia, nullus aperte scire po-

Exemplum Abrahæ profert.

A πονηροὺς ἁμαρτάνοντας δὲ οὐκ ἔτι. ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον τούτῳ δάκνονται, ἢ ἐκείνῳ· καὶ τοῦτο δὲ ἀπὸ τῶν προφητῶν ἄν τις μάθοι καλῶς. ὁ μὲν γὰρ ἐβόα πικρόν· οἴμοι ψυχὴ, ὅτι ἀπόλωλεν εὐλαβὴς ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ὁ κατορθῶν ἐν ἀνθρώποις οὐχ ὑπάρχει. ἕτερος δὲ ἔλεγε πρὸς τὸν θεόν· ἵνα τί μοι ἔδειξας κόπους καὶ πόνους ἐπιβλέπειν; καὶ ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων σφόδρα κοπτόμενος, ἐθρήνει λέγων· ποιήσεις τοὺς ἀνθρώπους ὡς τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης οὐκ ἔχοντας ἡγούμενον. εἰ δὲ τότε ταῦτα ἐγίνετο, καὶ νόμων ὄντων, καὶ ἀρχόντων, καὶ δικαστηρίων, καὶ ἱερέων, καὶ προφητῶν, καὶ κολάσεων, ἐννόησον μεθ' ὅσης ὑπερβολῆς
B ἅπαντα ἐτολμᾶτο ἐπὶ τοῦ Νῶε, ὅτε τούτων οὐδὲν κατεῖχεν αὐτούς. καὶ ἐπὶ μὲν τῶν προφητῶν οὐδὲ πολὺς χρόνος ὁ τῆς ζωῆς ἦν, ἀλλ' ἑβδομήκοντα ἔτη καὶ ὀγδοήκοντα· τότε δὲ καὶ εἰς ἑξακόσια ἔτη καὶ πλείονα ὁ τῶν ἀνθρώπων ἐτείνετο βίος. ἵν' οὖν πάντα τὰ εἰρημένα παρῶ, πόσα πράγματα ἔχειν ἠναγκάζετο, οὕτω μακρὰν ὁδεύων ὁδὸν, καὶ μηδὲ μικρὸν ἐν τοσούτῳ μήκει παρατραπῆναι σπουδάζων, πολλῶν ἐν τῷ μεταξὺ κωλυμάτων ὄντων· καὶ τί λέγω πολλῶν, πάσης μὲν οὖν σχεδὸν τοιαύτης οὔσης τῆς ὁδοῦ, ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς ἐπὶ τὰ πέρατα πάσης σκοπέλων καὶ ἀκανθῶν, καὶ θηρίων καὶ αὐχμοῦ, καὶ [a] λοιμοῦ καὶ κρυμοῦ, καὶ κακούργων πεπληρωμέ-
C νης; εὐκολώτερον γὰρ τεθλιμμένην ἀτραπὸν ἐν τῷ βαθυτάτῳ τῆς νυκτὸς ὁδεύειν διὰ παντὸς, ἢ τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδὸν κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς, τοσοῦτοι οἱ τὰ διαβήματα αὐτοῦ βιαζόμενοι παρατρέπειν ἦσαν. ὅταν γὰρ ἅπασιν ἅπερ ἂν ἐθέλωσι πράττειν ἐξῇ, εἷς δὲ μόνος ὁ τὴν ἐναντίαν αὐτοῖς βαδίζων ᾖ, πῶς δυνήσεται πρὸς τὸ τέλος ἐλθεῖν πάντων ὠθούντων ὀπίσω καὶ ἀνακρουόντων αὐτόν; ὅσην γὰρ ἔχει δυσκολίαν τὸ μετὰ πολλῶν ὄντας κατορθοῦν, δηλοῦσιν οἱ τὰς ἐρημίας κατειληφότες νῦν· ὅτε τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι τὴν εὐζωΐαν πανταχοῦ διεσπαρ-
D μένην ἐστὶν ἰδεῖν· ὅτε καὶ ὁμόνοιαν καὶ φιλοστοργίαν πρὸς ἀλλήλους οὐ μικράν. ἀλλὰ τότε τούτων οὐδὲν ἦν, ἀλλὰ καὶ θηρίων ἀγριώτερον πάντες διέκειντο πρὸς αὐτόν.

Τί οὖν τούτου γένοιτ' ἂν ὀδυνηρότερον τοῦ βίου; τί ταύτης μοχθηρότερον τῆς ζωῆς; ἐγὼ μὲν οὖν τῶν ἀχθοφορούντων διὰ παντὸς, καὶ μηδέποτε ἀναπνεόντων ἐπηγγειλάμην δείξειν αὐτὸν οὐδὲν ἄμεινον διακείμενον· ὁ δὲ λόγος πολλῷ πλέον ἐποίησεν, οὐ μόνον οὐδὲν
E ἄμεινον, ἀλλὰ καὶ πολλῷ φορτικώτερον ἐκεῖνον ἔχοντα ἀποφήνας ἡμῖν. δοκεῖ πολλοῖς ὁ Ἀβραὰμ ἐν εὐθυμίᾳ τὸν ἅπαντα διατετελεκέναι χρόνον, ὅθεν καὶ τοὺς εὐημεροῦντας, καὶ πανταχόθεν κομῶντας αὐτῷ παραβάλλειν εἰώθασι. φέρε οὖν ἐξετάσωμεν τὰ συμβεβηκότα αὐτῷ. ἐμοὶ δοκεῖ πολλῷ καὶ τοῦ Νῶε καὶ τοῦ Ἄβελ· μᾶλλον δὲ οὐδὲν ἐρῶ, ἕως ἂν ἡ τῶν πραγμάτων ἐξέτασις θῆται τὴν ψῆφον ἡμῖν. τὰ μὲν οὖν ἐν Περσίδι, καὶ εἴ τι μέχρι τῶν ἑβδομήκοντα ἐτῶν αὐτῷ συνέβη [b] λυπηρὸν, οὐδεὶς δύναιτ' ἂν εἰδέναι [b]

[a] Colb. λοιμοῦ, Savil. & Morel. λιμοῦ.

[b] Savil. & Colb. λυπηρῶν.

σαφῶς. οὐδὲ γὰρ ὁ μακάριος Μωϋσῆς ἐκείνου τοῦ χρόνου A τὴν ἱστορίαν ἡμῖν ἔγραψεν, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν ἡλικίαν ταύτην ἀφεὶς, ἀπὸ τῆς μετὰ ταῦτα πεποίηται τοῦ διηγήματος τὴν ἀρχήν. ὅτι δὲ καὶ αὐτὸν τὰ αὐτὰ παθεῖν τῷ Νῶε εἰκὸς ἦν, μεταξὺ τοσούτων ἀσεβῶν καὶ βαρβάρων μόνον βουλόμενον εὐσεβεῖν, τοῦτο οὐκ ἔτι τοῖς ἄλλοις ὁμοίως ἄδηλόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ οἱ σφόδρα ἀνόητοι στοχάσαιντο ῥᾳδίως [a] αὐτό. πλὴν ἀλλὰ καὶ ταῦτα παρείσθω νῦν· ἀπὸ δὲ τῆς ἀποδημίας αὐτοῦ ποιησόμεθα τοῦ λόγου τὴν ἀρχὴν, πρότερον ἐκεῖνο ἐξετάσαντες, πόσον ἡ τῶν Χαλδαίων γῆ τῆς Παλαιστίνης ἀφέστηκεν· ἢ ποία τις ἦν ἡ τῶν ὁδῶν κατασκευή· πῶς τοῖς ἀνθρώποις τὰ τῆς ἐπι- B μιξίας τῆς πρὸς ἀλλήλους διέκειτο· τίς ὁ τῆς πολιτείας τρόπος ἦν. μὴ γὰρ ἐπειδὴ εὐκόλως ὑπήκουσεν ὁ δίκαιος ἐκεῖνος, καὶ τὸ πρᾶγμα εὔκολον εἶναι δοκείτω νῦν, μηδ' ὅτι συντόμως καὶ ἐν βραχεῖ τὸ γεγονὸς διηγήσατο ὁ Μωσῆς, καὶ τὸ ἔργον τὴν τῶν ῥημάτων βραχύτητα μιμεῖσθαι νόμιζε. εἰπεῖν μὲν γὰρ ταῦτα καὶ διηγήσασθαι ῥᾴδιον, πρᾶξαι δὲ οὐκέτι ὁμοίως εὔπορον, ἀλλὰ καὶ σφόδρα χαλεπόν. τὸ μὲν οὖν τῆς ὁδοῦ μῆκος καὶ ὅσον τὸ μέσον ἐστὶ τούτων τῶν χωρίων μετὰ ἀκριβείας ἂν εἴποιεν, ὅσοι πρὸς ἡμᾶς ἐκεῖθεν διέβησαν, εἰ δή τινές εἰσιν· ἡμεῖς δὲ ἐκείνων μὲν οὐδενὶ, τῶν δὲ C εἰς τὴν ἐξωτέραν χώραν ἀφικομένων συντυχόμενοί τινι, καὶ τὸν χρόνον αὐτὸν ἐρωτήσαντες ὅσον ὁδοιπορεῖν ἠναγκάσθη, ἠκούσαμεν ὅτι τριάκοντα πέντε ἡμερῶν ἀριθμόν· καὶ Βαβυλῶνα μὲν οὐκ εἰδέναι ἔφη· τῶν δὲ ἐκεῖ γενομένων ἀκηκοέναι, ὅτι ἑτέρα τοσαύτη πάλιν ἐκεῖθέν ἐστιν ὁδός. καὶ τὸ μὲν διάστημα τοσοῦτον καὶ τότε ἦν, καὶ νῦν ἐστιν· ἡ δὲ κατασκευὴ τῶν ὁδῶν οὐκ ἔθ' ὁμοίως [b] ὡς καὶ νῦν καὶ τότε διάκειται. νῦν μὲν γὰρ καὶ σταθμοῖς διείληπται συνεχέσι, καὶ πόλεσι καὶ ἀγροῖς, καὶ ὁδοιπόροις δὲ βαδίζων τις ἐντύχοι πολλοῖς, ὅπερ καὶ σταθμοῦ καὶ πόλεως καὶ ἀγροῦ, οὐχ ἧττον εἰς ἀσφαλείας λόγον ἐστί. πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἀπὸ τῆς χώρας οἱ τῶν πόλεων ἄρχοντες ἄνδρας καὶ ῥώμῃ D σώματος τῶν ἄλλων διαφέροντας, καὶ ἀκοντίῳ καὶ σφενδόνῃ τοσοῦτον δυναμένους ἀρκεῖν, ὅσον τοῖς βέλεσι μὲν οἱ τοξόται, οἱ δὲ ὁπλῖται τοῖς δόρασι, τούτοις συντάξαντες, καὶ ἄρχοντας αὐτοῖς ἐπιστήσαντες, εἰς οὐδὲν ἕτερον ἀπησχόλησαν, ἀλλὰ μόνον τὴν τῶν ὁδῶν ἐπέτρεψαν φυλακήν. μετὰ δὲ τούτων καὶ ἑτέραν πάλιν τούτων ἀκριβεστέραν ἀσφάλειαν ἐπενόησαν. οἰκήματα γὰρ κατὰ χιλίων βημάτων διάστημα δειμάμενοι παρὰ τὴν ὁδὸν νυκτερινοὺς αὐτοῖς ἐγκατέστησαν φύλακας, τὴν ἐκείνων ἀγρυπνίαν καὶ τὴν σχολὴν μέγιστον κώλυμα ταῖς τῶν κακούργων ἐφόδοις ἐπιτειχίσαντες. τότε δὲ οὐδὲν τούτων ἦν· οὐκ ἀγροὶ E συνεχεῖς, οὐ πόλεις, οὐ σταθμοὶ, οὐ καταγώγιον, οὐ τὸ συνοδοιπόρον ταχέως ἰδεῖν, οὐκ ἄλλο τούτων οὐδέν. τὴν γὰρ τῆς ἀτραποῦ τραχύτητα, καὶ τὴν τῶν ἀέρων ἀνωμαλίαν παρίημι νῦν· [c] καί τοι γε ἱκανὰ ἐκείνων μὴ παρόντων λυπῆσαι τοὺς ὁδοιποροῦντας ἱκανῶς. καὶ μαρτυρήσαιεν ἄν μοι οἱ ζεύγεσι καὶ ὑποζυγίοις χρώμενοι καὶ μηδὲ οὕτω τῆς συνήθους ἐπιβαίνειν τολμῶντες ὁδοῦ· εἰ μὴ πρότερον

A test: neque enim beatus Moyses ejus nobis temporis historiam tradidit, sed illa omni ætate omissa, a septuagesimo anno narrationis suæ cepit initium. Quod tamen & ipse paria iis quæ Noë perpessus sit, cum inter tot impios ac barbaros solus pietatem coleret, hoc sane incertum, ut reliqua, obscurumque non est: imo id insipientissimi quoque facile conjectare possint. Verum ista quoque modo omittamus: atque ab ipsius peregrinatione ordiamur, illud primo inquirentes diligentius, quanto itineris spatio Chaldæorum terra a Palæstina distet, aut quænam fuerit viæ illius conditio, quo- B modo tunc sibi misceri illi potuerint: quis fuerit vivendi modus. Non enim quia facile tunc justus ille obedivit, res ideo facilis existimetur: neque quoniam breviter Moses rei gestæ digessit ordinem, opus ipsum verborum brevitatem putes imitatum. Ista enim dicere & narrare facillimum est: agere autem, laboris difficultatisque plenissimum. Viæ igitur istius longitudinem regionumque intercapedinem diligentius nobis enarrare possent, qui inde ad nos pervenissent; si quidem ulli tales essent: nam hactenus illorum nemini congressi sumus: unum vero ex iis, qui ex citeriore provin- C cia adveniunt nacti, cum ab illo inquireremus, quantum itineris agere coactus esset, triginta & quinque dierum numerum audivimus: & Babylonem quidem ille numquam se vidisse ait, audisse tamen ab iis qui ibi fuerant, tantumdem itineris restare conficiendum, ut eo perveniretur. Atque hujusmodi distantia locorum & tunc erat & nunc est: porro itineris conditio non ea modo est, quæ tunc fuisse creditur. Nunc enim & mansionibus perpetuis distinctum est, & urbibus ac villis frequentibus ornatum, viatoresque plurimos offendunt, qui illuc proficiscuntur, quod non minus ad securitatis rationem valet, quam mansiones, D urbes atque villæ. Præterea & ex provincia civitatum principes deligunt viros, corporis magnitudine & robore cunctis præcellentes, jaculoque & funda tantum valentes, quantum vel sagittarii sagittis, vel armati pilis: statutisque ducibus quibus illi obtemperent, hoc eis unicum injungunt munus, solamque itineris tuendi curam custodiamque permittunt. Ad hæc aliam longe his omnibus diligentiorem curam excogitarunt. Habitacula enim mille passibus ab invicem distincta itinere toto fabricantes, nocturnos illic statuere custodes, per illorum labores & vigilias maximum contra latronum im- E petus munimen viatoribus constituentes. Tunc vero nihil horum erat, non villæ perpetuæ, non urbes, non mansiones, non diversoria, non itineris socii, non aliquid denique hujusmodi. Libet nunc omittere semitæ asperitatem, aërisque inæqualitatem, quæ, etsi desint alia, per se viatoribus sunt molestissima. Testes mihi sunt, qui vehiculis jumentisque vehuntur: & ne sic quidem consueta itinera audent incedere, nisi prius

[a] Savil. & Colb. αὐτοῦ. Morel. αὐτό.
[b] ὡς deest in Savil. & Colb.

[c] Morel. καί τοι γε ἱκανὰ ἐκείνων μὴ παρ- In Colb. & Savil. ἱκανὰ deest. Mox Savil. ἱκανῶς, καὶ μαρτ.

ea strata lapidibus viderint, foveasque relictas à torrentibus impleverint, & cuncta complanaverint. Cæterum tunc inhabitabili regione erat via illa desertior, ipsis montibus asperior: præruptisque omnibus & & præcipitiis periculosior. Nondum id quod est omnium gravissimum dixi, qua conditione commercia tunc essent, quod graviora negotia facessebat, quam ipsæ viæ, cum omnes tunc per gentes, imo vero, ut verius loquar, per civitates divisi essent. Neque enim sicuti nunc in maxima orbis parte uni imperio, uniusque ditioni mortales omnes serviebant, eisdemque gubernabantur legibus: sed veluti corpus in multa membra concisum, ita hominum genus disgregatum erat, hostesque ex hostibus justus ille mutare in dies cogebatur, etiam antequam priores effugeret, rursus in alios incidens, cum alibi quidem plurimorum dominatus, alibi nullus dominationis ordo servaretur. Quid igitur hoc vitæ genere molestius? Non enim sibi soli metuebat ac pavebat, verum patri & uxori & nepoti. Servorum quoque non exigua erat cura, etiam cum domi essent, nedum tunc quando per aliena ferri cogebantur. Ac si quidem exploratum ille habuisset, quando hic error finem fuisset habiturus, non adeo graves illæ curæ fuisse viderentur: nunc vero cum simpliciter atque indefinite audisset, *In terram*, non istam, vel illam, sed *quam monstravero tibi*: omnia mente circumibat, ingentesque tumultus animo accipiebat, cum nusquam sistere cogitationem posset, sed suspicari plurima, curisque angi cogeretur. Credi enim potest ad orbis terræ fines, Oceanumque ipsum se profecturum exspectasse. Itaque etsi non omnem perlustravit terram, curam tamen hujusce sibi perficiendi itineris sustinuit. Neque enim animo ita paratus erat, quasi ad solam usque Palæstinam profecturus: sed quasi ubique jubentem secuturus, etiam si orbem totum pervagari juberetur, etiamsi ad eas quæ extra habitatam sunt insulas accedere. Quod si sperare contrarium præcepto indefinito suaderetur, id rursus erat molestissimum. Is enim qui grave aliquid toleraturus est, multo fert levius, si aperte sciat quid sibi sustinendum sit, & ad quid sese præparare debeat, quam si per omnia cogitationibus jactetur ambiguis, & nunc læta, modo tristia exspectet: nec possit cuiquam horum confidere, cum utrumque pariter incertum haberi possit.

Gen. 12.

7. Et ista quidem antequam in repromissam terram perveniret: cum vero tandem in Palæstinam venisset, & se jam quieturum speraret, tunc vero major illum in portu tempestas excepit. Est autem ea non minima doloris ratio, imo omnium intolerabilissima cum quis adversis se ereptum putans, atque ad finem ipsum pervenisse, cura jam omni & cogitatione solutus, rursus initium aliud malorum experiri compellitur. Nam qui ad ferenda adversa adhuc paratus est, æquiore animo ista cum sibi in-

Quot adversa tulerit Abraham.

A αὐτὴν στορέσαιεν λίθοις, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν ῥυάκων χαράδρας ἀναπληρώσαντες ἰσόπεδον οὕτως ἐργάσαιντο. τότε δὲ ἐρημοτέρα μὲν τῶν ἀοικήτων ἦν, ἀπορωτέρα δὲ τῶν ὀρῶν, σφαλερωτέρα δὲ τῶν βαράθρων καὶ τῶν κρημνῶν. καὶ τὸ πάντων δὲ χαλεπώτερον οὐκ εἶπον· πῶς τὰ τῆς ἐπιμιξίας διέκειτο, ὃ καὶ τῆς ὁδοῦ πολλῷ πλείονα καὶ μείζονα παρεῖχε πράγματα αὐτοῖς, κατὰ ἔθνη, μᾶλλον δὲ κατὰ πόλιν ἁπάντων διῃρημένων. οὐ γὰρ ὥσπερ νῦν μία ἀρχὴ κατὰ τὸ πλεῖστον τῆς οἰκουμένης τέταται μέρος, καὶ ἑνὶ πάντες δουλεύουσιν ἀνθρώπῳ, καὶ τοῖς αὐτοῖς διοικοῦνται νόμοις, οὕτω καὶ τότε ἦν· ἀλλ' ὥσπερ σῶμα εἰς B πολλὰ μέρη κατατμηθὲν, οὕτω τὸ τῶν ἀνθρώπων διέσπαστο γένος, καὶ πολεμίους ἐκ πολεμίων ἀμείβειν ὁ δίκαιος ἠναγκάζετο, πρὶν ἢ τοὺς προτέρους διαφυγεῖν, ἑτέροις ἐμπίπτων ἀεί· πῇ μὲν πολυαρχίας, πῇ δὲ ἀναρχίας οὔσης. τί οὖν ταύτης χαλεπώτερον τῆς ζωῆς; οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ ἑαυτοῦ μόνον ἐδεδοίκει καὶ ἔτρεμεν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ πατρὸς, καὶ ὑπὲρ γυναικὸς, καὶ ὑπὲρ ἀδελφιδοῦ. ἦν δὲ οὐδὲ τῶν οἰκετῶν φροντὶς μικρὰ, εἰ καὶ ἐπὶ τῆς οἰκείας ἐτύγχανον ὄντες, μὴ ὅτι γε ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας ἠναγκάζοντο εἶναι διαπαντός. καὶ εἰ μὲν ᾔδει σαφῶς [a] ὅπου στήσεται τὰ τῆς πλάνης αὐτῷ, οὐκ ἦν οὕτω C τὸ τῆς φροντίδος ἀφόρητον· νῦν δὲ ἁπλῶς καὶ ἀδιορίστως ἀκούσας γῆν, οὐ τήνδε, ἢ τήνδε, ἀλλ' ἥν ἄν σοι δείξω, πανταχοῦ περιῄει τῷ νῷ, καὶ πολὺν ἐδέχετο θόρυβον τῇ ψυχῇ μηδαμοῦ τὸν λογισμὸν στῆναι δυνάμενος, ἀλλὰ πολλὰ ὑποπτεύειν ἔχων, καὶ μεριμνᾷν ἀναγκαζόμενος. εἰκὸς γὰρ αὐτὸν καὶ πρὸς αὐτὰ τῆς οἰκουμένης ἀφίξεσθαι τὰ πέρατα προσδοκᾷν, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν ὠκεανόν· ὥστε εἰ καὶ μὴ πᾶσαν ἐπῆλθε τὴν γῆν, ἀλλὰ τὴν φροντίδα τῆς τοσαύτης ὁδοιπορείας ὑπέμεινεν. οὐ γὰρ ὡς μέχρι τῆς Παλαιστίνης ἥξων οὕτω παρεσκεύακε τὴν ψυχήν· ἀλλ' ὡς ἑψόμενος πανταχοῦ, κἂν τὴν οἰκουμέ- D νην ἐκβῆναι κελεύηται, κἂν εἰς τὰς ἐκτὸς ταύτης νήσους ἐλθεῖν. εἰ δὲ καὶ τἀναντία προσδοκᾷν ἐπῄει τὸ τοῦ προστάγματος ἀδιόριστον, καὶ τοῦτο πάλιν χαλεπόν. τὸ γὰρ μέλλοντά τι φορτικὸν ὑπομένειν, πολλῷ κουφότερον εἰδέναι σαφῶς ὅπερ ὑποστήσεται, καὶ πρὸς ὃ παρασκευάσεται, ἢ πανταχοῦ ῥέμβεσθαι τῷ λογισμῷ· καὶ νῦν μὲν τὰ χρηστὰ, νῦν δὲ τἀναντία προσδοκᾷν, καὶ ὑπὲρ μηδενὸς τούτων ἔχειν θαῤῥεῖν, ἀλλ' ἀμφοτέροις ὁμοίως ἀπιστεῖν.

Καὶ ταῦτα μὲν πρὶν ἐλθεῖν εἰς τὴν ἐπαγγελθεῖσαν E γῆν. ἐπειδὴ δέ ποτε τῆς Παλαιστίνης ἐπελάβετο, καὶ λοιπὸν ἀναπαύσασθαι προσεδόκησε, τότε δὴ μείζονα ἐν τῷ λιμένι τὸν χειμῶνα εὕρισκεν. οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο εἰς ὀδύνης λόγον, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀφορητότερον, ὅταν τις ἀπηλλάχθαι νομίσας, καὶ πρὸς τὸ τέλος ἥκειν αὐτὸ, καὶ φροντίδα καὶ μέριμναν ἅπασαν ἀποθέμενος, πάλιν ἄνωθεν ἀρχὴν ἑτέραν [b] εὕροι τῶν δυσχερῶν. ὁ μὲν γὰρ ἔτι παρεσκευασμένος πρὸς τὰ δεινὰ, ῥᾷον ἂν ἐνέγκῃ τὰ

[a] Colb. & Savil. ὅτι, Morel. ὅπου.

[b] Colb. & Savil. εὕρῃ.

τούτων ἐπαγωγήν· ὁ δὲ ἀναπεσὼν, καὶ τῶν φροντίδων ἀπολύσας τοὺς λογισμοὺς, ἂν συμβῇ τι τοιοῦτον πάλιν, οἷα καὶ πρότερον, διπλῇ ταράττεται, καὶ εὐχείρωτος γίνεται, τῷ τε ἀπροσδοκήτῳ, καὶ τῷ διαλελύσθαι τὴν σπουδὴν ἅπασαν αὐτοῦ καὶ τὴν παρασκευήν. τίς οὖν ὁ χειμὼν ἦν; λιμὸς οὕτω σφοδρὸς τὴν Παλαιστίνην κατέλαβε τότε, ὡς ἀναστῆσαι εὐθέως αὐτὸν ἐκεῖθεν, καὶ εἰς τὴν Αἴγυπτον καταγαγεῖν. ἐλθὼν δὲ ἐκεῖ ὡς λύσιν εὑρήσων τοῦ κακοῦ, τοῦ λιμοῦ πάλιν χαλεπωτέρᾳ περιέπεσε συμφορᾷ, περὶ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύειν ἀναγκαζόμενος· καὶ εἰς τοσοῦτον τότε κατέστη φόβον, ὥστε, ὃ πᾶσίν ἐστι πάντων ἀφορητότερον, τὸ τὰς γυναῖκας ὑβρίζεσθαι τὰς αὐτῶν, τοῦτο ἑλέσθαι. εἰς τοσαύτην γὰρ τότε ἦλθεν ἀνάγκην, ὡς καὶ ὑπηρετήσασθαι τῇ ὑποκρίσει· οὗ τί γένοιτ' ἂν ἐλεεινότερον; ὁποίαν γὰρ αὐτὸν νομίζεις ἔχειν ψυχὴν, ὅτε τῇ γυναικὶ τοιαῦτα συμβουλεύειν ἠναγκάζετο; γινώσκω ἐγὼ, ὅτι γυνὴ εὐπρόσωπος εἶ. ἔσται οὖν ὡς ἂν ἴδωσί σε οἱ Αἰγύπτιοι, ἐροῦσιν, ὅτι γυνὴ αὐτοῦ αὕτη· καὶ ἀποκτενοῦσί με, σὲ δὲ περιποιήσονται. εἰπὲ οὖν ὅτι ἀδελφὴ αὐτοῦ εἰμί· ὅπως ἂν εὖ μοι γένηται διὰ σὲ, καὶ ζήσεται ἡ ψυχή μου ἕνεκεν σοῦ. καὶ ταῦτα ἐφθέγξατο τὰ ῥήματα ὁ διὰ τὸν θεὸν καὶ πατρίδα καὶ οἰκίαν καὶ φίλους καὶ συγγενεῖς, καὶ τἄλλα πάντα τὰ ἐπὶ τῆς οἰκίας ἀφεὶς, ὁ τοιαύτην ταλαιπωρίαν καὶ τοσοῦτον πόνον ἐν τῷ μακρῷ τούτῳ καιρῷ κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν ὑποστὰς, καὶ ὅμως οὐδὲν τούτων εἶπεν, οἷον ὅτι ἐγκατέλιπέ με ὁ θεός· ἀπεστράφη, καὶ τῆς οἰκείας προνοίας ἐξέβαλεν· ἀλλ' ἔφερε γενναίως πάντα καὶ πιστῶς· καὶ ὃν ἐχρῆν μάλιστα πάντων ὑβριζομένης ὀργίζεσθαι τῆς γυναικὸς ὑπὸ τῆς πολλῆς βίας, ὅπως μήτε φανερὰ γένηται ἡ ὕβρις ἅπαντα ἔπραττε. τοῦτο δὲ ὅσην ἀθυμίαν ἔχει καὶ ὀδύνην, λόγῳ μὲν παραστῆσαι οὐ δυνατόν· ἴσασι δὲ ὅσοι γυναῖκας ἔχον, καὶ εἰς ζηλοτυπίας ὑποψίαν ἐνέπεσον. μαρτυρεῖ δὲ τῷ πάθει τούτῳ καὶ ὁ Σολομὼν οὕτως εἰπών· μεστὸς γὰρ ζήλου θυμὸς ἀνδρὸς [a] αὐτῆς, οὐ φείσεται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, οὐδὲ ἀνταλλάξεται οὐδενὸς λύτρου τὴν ἔχθραν· οὐδὲ μὴ διαλυθῇ πολλῶν δώρων. καὶ πάλιν· κραταιὰ ὡς θάνατος ἀγάπη, σκληρὸς ὡς ᾅδης ζῆλος. εἰ δὲ ὁ ζηλοτυπῶν οὕτως ἐκκαίεται· ὁ τοσούτοις κρατούμενος κακοῖς, ὡς ἀναγκάζεσθαι καὶ κολακεύειν τὸν ὑβριστὴν, καὶ ὃν ἀμύνασθαι ἔδει, [b] πάντα ποιεῖν ὅπως ῥᾳδίως ἀπολαύσηται τῆς αὐτοῦ γυναικὸς ὁ μοιχὸς, τίνος οὐκ ἐλεεινότερος ἦν; λαβόντων δὲ καὶ τούτων πέρας τῶν κακῶν, ἕτερα πάλιν ἐτίκτετο δεινὰ, καὶ τὸν λιμὸν ἐκεῖνον διεδέχετο πόλεμος. τὴν γὰρ τῶν ποιμένων μάχην, καὶ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφιδοῦν διανομὴν, ἀφίημι νῦν· καί τοι γε ἐπ' ἄλλων ταῦτα ἐξεταζόμενα, ἱκανὰ πολλὴν ἀθυμίαν ἐμβαλεῖν. ὅταν γὰρ ὁ διασωθεὶς ὑπ' αὐτοῦ καὶ τοσούτων γενόμενος κύριος ἀγαθῶν, καὶ ὃν ἐχρῆν ἐκστῆναι πάντων αὐτῷ, καὶ τοῖς ποιμέσιν ἐπιτιμῆσαι τοῖς αὐτοῦ, οὗτος προτεινομένης αἱρέσεως ἐπιτρέχει τοῖς εὐφορωτέροις τῶν χωρίων, καὶ [c] τὰ ἔρημα ἐκείνῳ καταλιμπάνει μέρη, τίς ἂν ἐνέγκοι ῥᾳδίως; οὐ τὴν ζημίαν λέγω, ἀλλὰ τὸ ὑ-

[a] αὐτῆς deest in Colb. Mox idem, οὐδὲ ἀλλάξεται.
[b] Colb. πάντα ποιῶν.

A ferentur, excipiet. At vero si positis curarum cogitationibus, aliquid hujusmodi contingat, duabus ex partibus turbatur, ac expugnatu facilis est, tum quia inexspectata res est, tum quia omnem curam & apparatum deposuit. Quænam ergo ista tempestas fuit? Fames ita valida Palæstinam occupaverat, ut inde continuo exsurgere coactus sit, atque in Ægyptum proficisci. Quo cum pervenisset, veluti malorum finem inventurus, alia illum rursus fame acerbior calamitas invasit, adeo ut de summa rerum periclitaretur: atque eo timoris deductus sit, ut quod gravissimum est omnium, uxorem B scilicet alienæ libidini exponere, metu coactus eligeret. In tantam enim tunc necessitatem devenit, ut etiam simulatione uteretur: quo quid dici miserabilius possit? Quo enim animo illum fuisse existimas, cum uxori ita consulere cogeretur, & diceret: *Scio ego, quod mulier decora facie sis.* Ibidem. *Erit ergo cum te viderint Ægyptii, dicturi sunt, quia uxor illius est, & interficient me, & reservabunt te. Dic ergo, quia soror illius sum, ut bene mihi sit propter te, vivatque anima mea ob gratiam tui.* His verbis usus est, qui propter Deum, & patriam, & domum, & amicos, & cognatos, aliaque C domestica omnia dimiserat, qui hujusmodi ærumnam, tantumque laboris tam prolixo tempore in itinere perpessus fuerat: & tamen nihil hujusmodi loquutus est, puta; reliquit me Deus, & aversatus est, suaque cura & providentia exclusit: sed fortiter omnia ac fideliter pertulit: & qui maxime omnium, uxore per summam vim contumeliis affecta, irasci debuerat, agebat omnia ne contumelia manifesta fieret. Hoc vero cujusmodi mœroris ac doloris sit, sermone explicari nequit. Norunt id omnes qui uxores duxerunt, atque in zelotypiæ umquam suspicionem inciderunt. Sed & Salomon quænam sit hæc passio testatur, dicens: *Ple-* Prov. 6. 34. D *nus enim zelo furor viri ejus, non parcet in die judicii, neque ullo precio inimicitias solvet, neque donis plurimis reconciliabitur.* Et rursus: *Fortis ut mors dilectio, durus ut infernus zelus.* Cantic. 8. 6. Quod si zelotypus ita excandescit: is qui tantis pressus erat incommodis, ut cogeretur eis quoque adulari, qui se contumeliis afficerent, & quos ulcisci debuerat, cuncta facere, ut libidines explerent, suaque uxore fruerentur, quo non dici potest miserabilior? Interea cum ista quoque tristia finem accepissent, alia rursus adversa gignebantur, famique bellum successit. Omitto nunc rixas & jurgia pastorum, separationem a fratris filio: quamvis E ista quoque, si cum cæteris examinentur, mœrorem non mediocrem inferre possint. Cum enim is qui servatus ab eo fuerat, tantisque per illum potitus commodis, qui sibi cedere per omnia, pastoresque suos increpare debuerat: hic optione proposita, fertiliorem sibi regionem elegit, incultam illi ac desertiorem relinquens: quis oro, facile ferret, non dico detrimentum, sed inju-

[c] Colb. & Savil. in textu, τὰ ἐρημότερα, Morel. & Savil. in marg. τὰ ἔρημα.

riam, cum videret se, qui ipsum honorasset, parum honorifice tractari, ac minorem accipere partem? Id quidem omni detrimento gravius censetur: sed hæc tamen universa prætereo. De Patriarcha enim, non de quovis homine nobis sermo est.

8. Successit illi fami Persicum bellum, cogiturque adversus hostes victoria elatos militem ducere is, qui principio non affuerat belli, integris adhuc utrisque partibus: sed victoria jam potitis hostibus, cum eos nemo ferre posset, sed alii quidem passim interfecti essent, alii se latebris & fugæ dedissent, & reliqui in servitutem abducti fuissent. Sed tamen nihil horum illum ut domi maneret induxit, sed vehementi mœrore perculsus profectus est, ipse quoque ejusdem calamitatis particeps futurus, seque ipsum haud dubiæ neci expositurus. Nam velle cum trecentis servis suis, vel modice pluribus, adversum hostem numerosissimum dimicare, nihil aliud profecto erat, quam se & captivitati, & supplicio, & morti acerbissimæ exponere. Profectus itaque est; ut ipse quoque barbaricam immanitatem experiretur. Verum Dei clementia servatus, fusis hostibus, prædæ ac cognati compos cum remeasset, sua rursus incommoda flere cogebatur, cum ob defectum liberorum nullum relinqueret hæreditatis successorem. Noli enim existimare cum eum audis conqueri, & ad Deum dicere: *Quid mihi dabis? Ego autem sine liberis pereo*: hanc illi recentem fuisse ac novam molestiam. Hæc enim cura & sollicitudo cum sponsa unà in domum justi illius introierat, imo vero ante ipsum ingressum sponsæ. Quippe omnes consuevimus, cum incipimus de uxore cogitare, jam tunc rei ipsius curis omnibus tentari, quarum omnium suprema est, sterilitas, metusque ille ex ea die nostros animos exagitat. Quod si contingat post matrimonium solemniter peractum, primum & secundum, sive tertium annum sine liberis transire: tunc jam augetur dolor, ac læta spes minuitur. Rursus elapso majori tempore omnino spes nos illa deserit, solus mœror animum occupat, omniaque vitæ jucunda simul obnubilans, nullum nobis voluptatis sensum permittit. Itaque etsi nihil contigisset adversi, cunctaque ad votum successissent: ista liberorum orbitas lætis illis rebus admota, cunctam illam prosperitatem obnubere ac dejicere sola potuisset. Nam promissio illa divina ad extremam senectutem, quando maxime desperabatur impleri posse, facta est: priori autem toto tempore à luctu & mœrore numquam vacaverat: quantoque amplius augeri divitias videbat, tanto lugebat vehementius, cum non esset, qui his omnibus succederet. Quid vero illum tunc passum putas, quando audivit: *Peregrinum erit semen tuum in terra non sua, & in servitutem eos redigent, & affligent, atque humiliabunt annis quadringentis?* Uxor autem ancillam suam nunc viri amplexibus

Gen. 15. 2. (margin, at "dicere: Quid mihi dabis?")

Gen. 15. 3. (margin, at "sum putas, quando audivit")

A μήσας ἀτιμασθῆναι καὶ τὸ ἔλαττον ἐνεγκεῖν, ὃ πάσης ζημίας χαλεπώτερον εἶναι δοκεῖ. Ἀλλ' ὅμως ἅπαντα ταῦτα παρίημι· περὶ γὰρ τοῦ πατριάρχου, οὐ περί τινος τῶν πολλῶν ὁ λόγος ἐστὶν ἡμῖν.

Διαδέχεται δὲ τὸν λιμὸν ἐκεῖνον ὁ πόλεμος τῶν Περσῶν, καὶ ἀναγκάζεται ἐπιστρατεύειν αὐτοῖς, οὐ παρὰ τὴν ἀρχὴν αὐτὴν ἀκεραίων ἑκατέρων ἔτι μενόντων τῶν μερῶν, ἀλλὰ ἡττηθέντων ἁπάντων, καὶ τῆς νίκης παρὰ τοῖς πολεμίοις οὔσης, καὶ οὐδενὸς αὐτοὺς ἔτι ἐνεγκεῖν δυναμένου, τῶν μὲν ἄρδην κατακοπέντων, τῶν δὲ κρυπτομένων, τῶν δὲ δουλευόντων παρ' αὐτοῖς· ἀλλ' ὅμως οὐδὲν B αὐτὸν τούτων οἴκοι μένειν ἔπεισεν· ἀλλ' ὑπὸ τῆς σφοδρᾶς ἀθυμίας τῶν γινομένων πληγεὶς ἀπῄει κοινωνήσων ἐκείνοις τῶν κακῶν, καὶ εἰς πρόδηλον ῥίπτων θάνατον ἑαυτόν. Τὸ γὰρ μετὰ τριακοσίων οἰκετῶν καὶ [a] μικρῷ πλειόνων πρὸς τοσαύτην παρατάττεσθαι στρατιὰν, οὐδὲν ἕτερον ἢ ταῦτα λογιζομένου ἦν, καὶ πρὸς αἰχμαλωσίαν, καὶ πρὸς τιμωρίαν, καὶ πρὸς μυρίους παρεσκευασμένου θανάτους. Ἀπῆλθε μὲν οὕτως ὡς καὶ αὐτὸς τῆς βαρβαρικῆς ἀπολαύσων ὠμότητος, τῇ δὲ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ διασωθεὶς, καὶ ἐπανελθὼν μετὰ τῆς λείας καὶ τοῦ συγγενοῦς, ἠναγκάζετο πάλιν τὰ οἰκεῖα θρηνεῖν κακὰ, τὴν C ἀπαιδίαν λέγω, καὶ τὸ μηδένα ἔχειν τοῦ κλήρου διάδοχον. Μὴ γὰρ ἐπειδὴ [b] τοῦτο ἤκουσας ἀποδυρομένου πρὸς τὸν Θεὸν καὶ λέγοντος· Τί μοι δώσεις; ἐγὼ δὲ ἀπόλλυμαι ἄτεκνος· διὰ τοῦτο καὶ πρόσφατον τὴν λύπην ταύτην εἶναι νόμιζε. Ἡ γὰρ μέριμνα αὕτη καὶ ἡ φροντὶς μετὰ τῆς νύμφης εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ δικαίου· μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ τῆς νύμφης αὐτῆς. Ἔθος γὰρ ἡμῖν ἅπασιν, ὅταν μόνον ἀρξώμεθα βουλεύεσθαι, καὶ διαλέγεσθαι περὶ γάμου, πάσαις τῆς τοῦ πράγματος ὑπονύττεσθαι φροντίσιν, ὧν ἁπασῶν τὸ κεφάλαιον, ἡ τῶν παίδων ἐστὶ, καὶ ὁ φόβος οὗτος ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης τὰς ἡμετέρας καταστείει ψυχάς. D Εἰ δὲ συμβαίη γινομένων τῶν γάμων πρῶτον ἔτος, ἢ δεύτερον, ἢ καὶ τρίτον παρελθεῖν, ἐπιτείνεται μὲν τὰ τῆς ἀθυμίας, τὰ δὲ τῶν χρηστοτέρων ἐλπίδων ἀτονώτερα γίνεται. Ἑτέρου δὲ προστεθέντος πλείονος χρόνου, παντελῶς λοιπὸν ἀφίστανται μὲν ἐκεῖναι, κρατεῖ δὲ τῆς ψυχῆς αὕτη πᾶσιν ἐπισκοτοῦσα τοῖς ἡδίστοις, καὶ μηδενὸς αἴσθησιν συγχωροῦσα λαβεῖν. Ὥστε εἰ καὶ μηδὲν αὐτῷ συνεβεβήκει τῶν τοσούτων ἀνιαρῶν, ἀλλὰ πάντα κατὰ νοῦν ἐγεγόνει, ἱκανὴ ἡ τῆς ἀπαιδίας ἀθυμία πᾶσι παρακολουθοῦσα τοῖς γινομένοις συσκιάσαι πᾶσαν εὐθυμίαν καὶ καταβαλεῖν. Ἡ γὰρ E ἐπαγγελία τοῦ Θεοῦ πρὸς ἐσχάτῳ γήρᾳ, ὅτε τὰ τῆς φύσεως ἀπέγνωστο, τότε ἐγένετο, τὸν δὲ ἔμπροσθεν πάντα χρόνον τοσοῦτον ὄντα ἀλγῶν καὶ κοπτόμενος διετέλει, καὶ ὅσῳ τὸν πλοῦτον αὐξόμενον ἑώρα, τοσούτῳ μᾶλλον ἐπένθει, τοῦ διαδεξομένου τοῦτον οὐκ ὄντος. [c] Τί γὰρ οἴει πάσχειν αὐτὸν, ὅτε ἤκουσε, πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ, καὶ δουλώσουσιν αὐτοὺς, καὶ κακώσουσι, καὶ ταπεινώσουσιν ἔτη τετρακόσια; Ἡ δὲ γυνὴ νῦν μὲν κελεύουσα λαβεῖν τὴν ἑαυτῆς

[a] Savil. & Colb. μικρῷ πλεῖον.
[b] Sav. & Colb. τότε ἤκουσας. Morel. τοῦτο ἤκουσας. Paulopost Sav. & Colb. τὴν λύσιν ταύτην, Morel. τὴν λύπην, & ita legit Interpres.
[c] Colb. τί οἴει, Morel. τί γὰρ οἴει, Savil. τί δαὶ οἴει.

παιδίσκην, νῦν δὲ ἐπειδὴ ἔλαβεν ἐγκαλοῦσα καὶ μεμφομένη, καὶ τὸν θεὸν καλοῦσα κατ' αὐτοῦ, καὶ ἀναγκάζουσα τὴν τῆς εὐνῆς κεκοινωνηκυῖαν, καὶ παῖδα αὐτῷ μέλλουσαν τίκτειν λοιπὸν ἐκβάλλειν, τίνα οὐκ ἂν εἰς ἀθυμίαν τὴν ἐσχάτην ἐνέβαλε; ταῦτα γὰρ εἰ καί τινι μικρὰ εἶναι δοκεῖ νῦν, λογισάμενος, ὅτι ὁλόκληροι οἰκίαι τούτων ἕνεκεν ἀνετράπησαν, θαυμαζέτω τὸν δίκαιον. εἰ γὰρ καὶ γενναίως ἔφερε διὰ τὸν τοῦ θεοῦ φόβον, ἀλλ' ὅμως ἄνθρωπος ἦν, καὶ ὑπὸ πάντων τούτων ἐδάκνετο καὶ ὠδυνᾶτο. ἐπανέρχεται δὲ πάλιν εἰς τὴν οἰκίαν ἡ θεράπαινα τοῦ δεσπότου, καὶ τίκτει τὸν νόθον αὐτῷ, καὶ γίνεται πατὴρ ὁ Ἀβραὰμ μετὰ τὸν μακρὸν χρόνον ἐκεῖνον· καὶ εἶχε μέν τινα τὸ πρᾶγμα ἡδονὴν, μείζονα δὲ τὴν ἀθυμίαν. ὁ γὰρ νόθος αὐτὸν ὑπεμίμνησκε τοῦ γνησίου, καὶ μείζονα τοῦ πράγματος ἐπιθυμίαν ἐνέβαλε. τὸ γὰρ, οὐ κληρονομήσει σε οὗτος, ἀλλ' ὃς ἐξελεύσεται ἐκ σοῦ, περὶ τοῦ Ἰσμαὴλ εἰρῆσθαι ἐνόμισεν· οὐδὲν γὰρ οὐδέπω εἴρητο περὶ τῆς Σάρρας. ἐπειδὴ δὲ λοιπὸν καὶ τρανοτέραν ἔλαβεν ἐπαγγελίαν περὶ τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ χρόνος ὡρίσθη τῷ τόκῳ, πρὶν ἢ πάλιν αὐτὸν ἡσθῆναι τῆς ἐλπίσι ταύταις, τὰ τῶν Σοδομιτῶν πάθη, πολλὴν αὐτοῦ κατέχεεν ἀθυμίας ἀχλύν. ὅτι γὰρ οὐχ ὡς ἔτυχε τὸ πρᾶγμα τὸν δίκαιον διετάραξεν, ἐκ τῶν ῥημάτων αὐτῶν καὶ τῆς ἱκετηρίας, ἣν ὑπὲρ αὐτῶν ἔθηκε πρὸς τὸν θεὸν, παντί που δῆλόν ἐστι. ὅτε δὲ καὶ κατενεχθέντα τὸν φρικωδέστατον ἐκεῖνον εἶδεν ὑετὸν, καὶ πάντα κόνιν καὶ τέφραν ἐξαίφνης γεγενημένα, οὐδὲ ἐν ἑαυτῷ λοιπὸν ἦν. εἰ γὰρ οἰκίας ὁρῶντες πόρρωθεν καιομένας ἐξιστάμεθα, καὶ καταπίπτομεν ὑπὸ τῆς ἀθυμίας καὶ τοῦ φόβου, τί οὐκ ἂν ἔπαθεν ἐκεῖνος πόλεις ὅλας καὶ χώρας μετὰ τῶν οἰκητόρων οὐκ ἐμπρησμῷ τῷ συνήθει, ἀλλὰ ξένῳ καὶ φοβερῷ κατακαιομένας ὁρῶν; ἆρ' οὐ δοκεῖ σοι τοῦ δικαίου τὰ πάθη τῶν ἐπαλλήλων ἐν τῇ θαλάσσῃ κυμάτων μιμεῖσθαι τὸ συνεχές; καθάπερ γὰρ ἐκεῖ, οὔπω τῶν προτέρων ἀφανισθέντων, κορυφοῦται τὰ δεύτερα, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ δικαίου τούτου ζωῆς δῆλον συνέβαινε. καὶ γὰρ ἔτι τῶν ἐν Σοδόμοις ἀκμαζόντων κακῶν, ὁ τῶν Γεράρων βασιλεὺς τὰ αὐτὰ τῷ Φαραὼ τολμῆσαι κατὰ τῆς Σάρρας ἐπεχείρησε· καὶ πάλιν ἡ γυνὴ τὴν ἐλεεινὴν ὑπόκρισιν ὑποκρίνεσθαι ἠναγκάζετο· καὶ ἡ ὕβρις εἰς ἔργον ἐξῆλθεν ἂν, εἰ μὴ πάλιν ὁ θεὸς διεκώλυσεν. ὁμοῦ δὲ τοῦ παιδὸς καὶ τῆς γυναικὸς, καὶ τῆς οἰκίας ἁπάσης εὐφραινομένης ἐπὶ τῷ τοῦ παιδὸς τόκῳ, μόνος ὁ δίκαιος ἐν ἡδονῇ τοσαύτῃ λυπεῖσθαι ἠναγκάζετο καὶ ἀθυμεῖν, τὴν παλλακὴν μετὰ τοῦ παιδὸς ἐκβάλλειν ἀναγκαζόμενος. εἰ γὰρ καὶ νόθος ἦν ὁ Ἰσμαὴλ καὶ ἐκ παιδίσκης, ἀλλ' ὅμως ἡ τῆς φύσεως τυραννὶς, [a] οὐδὲν ἀπὸ τῆς ἀναξίας ἧττον ἐγίνετο, οὐδὲ ἀσθενεστέραν ἐποίει τὴν τῶν πατρικῶν σπλάγχνων ἀνάγκην ἡ δυσγένεια τῆς μητρός· καὶ τοῦτο ἀπ' αὐτῆς τῆς βίβλου ἐστὶ μαθεῖν. ὁ γὰρ στερρὸς καὶ ἀνδρεῖος, ὁ τὸν μονογενῆ ταῖς οἰκείαις καταδεξάμενος σφάξαι χερσὶν, οὗτος ἤλγει, ὅτε αὐτῷ ταῦτα ἐπέταττεν ἡ γυνὴ, καὶ οὐδ' ἂν εἶξεν, οὐδ' ἂν ἐπείσθη τῇ Σάρρᾳ, καί τοι πλείονα τότε παῤῥησίαν ἐχούσῃ, καὶ λεγούσῃ πρὸς αὐτὸν, εἰ μὴ σφόδρα αὐτὸν ὁ τοῦ θεοῦ φόβος κατέκαμψεν.

a Morel. οὐδὲν ἀπὸ τῆς ἀναξίας ἧττων. Alii, ἀπὸ τῆς ἀξίας μείζων.

A jungens, nunc post eam conjunctionem expostulationibus illum & querimoniis agitans, Deumque adversus eum vocans: & eam quæ tori particeps fuerat, cum jam filium paritura esset, domo deturbare cogens, quemnam in mœrorem acerbissimum non præcipitasset? Ista si cui fortasse levia videntur, is cum cogitaverit familias & domos integras harum rerum causa sæpius eversas, justum illum admirabitur. Etsi enim timoris divini causa fortiter ferebat omnia, homo tamen erat, & iis rebus non poterat non angi atque cruciari. Rursus autem in B domum ancilla regreditur, illique nothum parit, efficiturque Abraham pater post illud adeo prolixum tempus: ineratque rei voluptas quædam, sed major causa doloris. Nothus enim ille filius legitimi eum admonebat, majusque illius desiderium injiciebat. Quod enim illi dictum erat: *Non erit ille hæres tuus, sed qui egredietur ex te*, de Ismaële dictum fuisse arbitrabatur: nullum enim eatenus de Sara responsum acceperat. Cum vero demum clariorem de Isaac promissionem accepisset, tempusque partus definitum esset, rursus antequam ejus spei C voluptatem ullam sentiret, Sodomorum clades ingentem illi mœroris nebulam offudit. Nam quod res ipsa justum virum immodice turbaverit, ex verbis illis ac prece quam pro eis fudit, omnibus profecto constat. Cum vero lapsum e cælo imbrem illum omnino terribilem cerneret, cunctaque in pulverem & cinerem conversa, neque in seipso jam erat. Nam si cum procul domos aliquas conflagrare incendio videmus, stupemus ac dolore conficimur: quid illum passum arbitramur, urbes integras & regiones cum habitatoribus incendio non D consueto, sed novo ac terribili ardere conspicientem? An tibi non videtur justi hujus affectus æquoreos decumanosque fluctus imitari? Sicut enim in mari antequam fluctus alii quieverint, alii rursus montis instar intumescunt: ita & per totam viri vitam contigisse perspicies. Nam cum adhuc Sodomorum recens esset illa desolatio, rex Geraræ eadem, quæ Pharao, in Saram committere conatus est, rursusque mulier ad miserandam simulationem compellitur: atque in opus prorupisset ea contumelia, nisi prohibuisset Deus. Cum autem in partu illius & uxor simul & filius, ac tota fa- E milia lætaretur, solus ille in tanto omnium gaudio tristis esse ac mœrere cogebatur, ancillam cum filio ejicere compulsus. Etsi enim nothus erat, atque ex ancilla natus Ismaël, naturalis tamen vis amoris ex indignitate nihilo minor erat, neque imbecilliorem paternorum viscerum dolorem fecerat ignobilitas matris. Istudque ex ipsa historiæ serie possumus addiscere. Ille enim fortis, ille severissimus & qui unigenitum propriis manibus postea mactandum suscepit, uxore sibi hoc præcipiente ægre ferebat: ac numquam illi cessisset, numquam obtemperasset; etsi tunc major accessisse videretur auctoritas; nisi illum timor Dei vehementer impulisset.

Gen. 15. 4.

Sodomorum clades occasio mœroris Abrahamo.

Itaque cum audis illum Deo jubente ancillam emisisse cum filio, cave putes doloris sensu caruisse, hoc enim erat impossibile: verum illius potius singularem admirare obedientiam, quod cum etiam miserationis affectu retraheretur, Deo tamen non contradixit, sed emisit cum filio matrem, quorsum profectura esset nesciens. Tolerabat autem atque sustinebat mœrens: neque enim ille natura superior evaserat.

9. Hoc autem & in legitimo passus est filio: nullus enim eum non doluisse dicat, neque paterno affectu fuisse commotum, ne dum ultra modum illius ostendere nititur philosophiam, illum summa laudum omnium privet. Nam si in flagitiis turpissimis deprehensos, ac longissimo tempore vita potitos, ignotosque, & quos numquam antea vidimus, cum repente conspicimus ad mortem duci, misericordia ac dolore conficimur, sæpe autem etiam illacrymamur: is qui unigenitum atque carissimum filium, qui præter spem, qui post tantum temporis, qui ad extremam senectutem natus erat; hæc enim omnia excitant majorem doloris flammam; hunc adhuc juvenem suis manibus mactare & incendere jussus, nihil humanum passus existimetur: quid ista dicentibus ridiculosius? Namque si lapis esset, si ferrum, si adamas denique, possetne non molliri, non frangi ad decorum filii aspectum? Erat enim ætatis flos cum verborum prudentia & religione conjunctus. Interrogavit patrem, *Ecce ligna & ignem: ubi est ovis?* audivit: *Deus providebit sibi ovem in holocaustum, fili mi:* nihilque perquisivit amplius. Aspiciebat patrem se ligantem, nec reluctabatur: impositus rogo non resiliebat: videbat gladium contra se vibrari, neque terrebatur. Quid hoc animo religiosius? Audebitne ergo quisquam adhuc dicere nihil in hujusmodi omnibus perpessum esse Abraham? Si enim inimicum, si hostem interfecturus esset, etiam si bellua fuisset immanis, num ista sine dolore perpetrasset? Non est ita, non est. Noli justum virum tantæ crudelitatis arguere: dolebat profecto atque disrumpebatur. *Deus*, inquit, *providebit sibi victimam in holocaustum fili.* Quanta miseratione verba ista plena fuisse arbitraris? Continebat se tamen, ac premebat doloris vim: atque ista omnia ea alacritate patrabat, qua facerent, qui nullo istiusmodi impedimento continerentur. Immolatum interea filium; quippe devotione illum immolaverat; sanum rursus atque incolumem restituit matri: quem illa suscipiens, antequam affatim dulci nato frueretur, excessit e vita: id justo illi maximo mœrori fuit. Etsi enim longo simul vixerant tempore, nihil tamen persuadere poterat, ut eum casum levius ferret: imo vero hoc ipsum ampliore illum dolore conficiebat. Namque consuevimus eos, qui plurimo nobiscum tempore vixerunt, summaque virtutis suæ & amicitiæ nobis documenta dederunt, maxime om-

De sacrificio Isaac.

Gen. 22. 7.

A ὥστε ὅταν ἀκούσῃς, ὅτι τοῦ θεοῦ κελεύσαντος ἐξέπεμπε, μὴ τὴν ὀδύνην λελῦσθαι νόμιζε· τοῦτο γὰρ ἀδύνατον ἦν· ἀλλὰ τὴν σφοδρὰν ὑπακοὴν θαύμασον, ὅτι καὶ ὑπὸ τῆς συμπαθείας καμπτόμενος, οὐκ ἀντέλεγε τῷ θεῷ, ἀλλ' ἐξέπεμπε μὲν τὸ παιδίον μετὰ τῆς μητρὸς, οὐδὲ ὅποι πορεύεται εἰδώς· ἐκαρτέρει δὲ καὶ ἠνείχετο ὀδυνώμενος· οὐδὲ γὰρ τῆς φύσεως κρείττων ἦν.

Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ γνησίου παιδὸς ἔπαθε. μὴ γάρ τις λεγέτω, ὅτι οὐκ ἤλγει, οὐδὲ τὰ τῶν πατέρων ὑπέμεινε· μηδὲ πέρα τοῦ μέτρου δόξαι βουλόμενος φιλοσοφοῦντα, τὸ κεφάλαιον ἀποστερείτω τῶν ἐγκωμίων αὐτόν. B εἰ γὰρ τοὺς ἐπὶ τοῖς αἰσχίστοις ἁλόντας, καὶ πολὺν χρόνον ταύτης ἀπολαύσαντας τῆς ζωῆς, καὶ ἀγνῶτας ὄντας, καὶ οὐδὲ ὀφθέντας ἡμῖν ποτε, τούτους ἐξαίφνης ὁρῶντες ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς τὴν ἐπὶ θάνατον ἀπαγομένους, συστελλόμεθα, καὶ ἀλγοῦμεν, πολλάκις δὲ καὶ δακρύομεν· ὁ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν γνήσιον, τὸν μονογενῆ, τὸν [a] παρ' ἐλπίδα τεχθέντα, τὸν μετὰ χρόνον τοσοῦτον, τὸν πρὸς ἐσχάτῳ γήρᾳ· καὶ γὰρ καὶ ταῦτα μείζονα αἴρει τὴν φλόγα· τοῦτον ἔτι νέον ὄντα ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶ καταθῦσαι, καὶ κατακαῦσαι κελευόμενος, οὐδὲν ἀνθρώπινον ἔπαθε, καὶ τί τῶν ταῦτα λεγόντων καταγελαστότερον; εἰ γὰρ λίθος ἦν, εἰ γὰρ σίδηρος, C εἰ γὰρ [b] αὐτὸς ἀδάμας, οὐκ ἂν ἐκάμφθη, καὶ κατεκλάσθη πρὸς τὴν ὥραν τοῦ παιδός; καὶ γὰρ ἦν αὐτῷ τῆς ἡλικίας τὸ ἄνθος πρὸς τὴν σύνεσιν τῶν ῥημάτων, πρὸς τὴν εὐλάβειαν τῆς ψυχῆς. ἠρώτησε τὸν πατέρα λέγων· ἰδοὺ τὰ ξύλα καὶ τὸ πῦρ, ποῦ ἐστι τὸ πρόβατον; ἤκουσεν· ὅτι ὁ θεὸς ὄψεται ἑαυτῷ πρόβατον εἰς ὁλοκάρπωσιν, ὦ τέκνον, καὶ οὐδὲν περιειργάσατο πλέον. ἑώρα τὸν πατέρα δεσμεύοντα αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀντέτεινεν· ἐπετέθη τοῖς ξύλοις, καὶ οὐκ ἀπεπήδησεν. εἶδε τὴν μάχαιραν κατ' αὐτοῦ φερομένην, καὶ οὐκ ἐταράχθη. τί ταύτης εὐλαβέστερον γένοιτ' ἂν τῆς ψυχῆς; ἔτι οὖν τολμήσει τις εἰπεῖν ὡς D οὐδὲν ὑπὸ τούτων ἁπάντων ἔπαθεν ὁ Ἀβραάμ; εἰ γὰρ ἐχθρὸν καὶ πολέμιον καταθύειν ἔμελλεν· εἰ γὰρ θηρίον ἦν, ἆρα ἂν ἀναλγητὶ ταῦτα ἐποίησεν; οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι· μὴ τοσαύτην ὠμότητα καταγνῷς τοῦ δικαίου· καὶ γὰρ ἤλγει, καὶ διεκόπτετο. ὁ θεὸς, φησὶν, ὄψεται πρόβατον ἑαυτῷ εἰς ὁλοκάρπωσιν, τέκνον. πόσης οἴει ταῦτα συμπαθείας εἶναι τὰ ῥήματα; ἀλλ' ὅμως κατεῖχε κάτω τὴν ὀδύνην καὶ ἐπίεζε, καὶ μετὰ τοιαύτης ἅπαντα τῆς προθυμίας ἔπραττε, μεθ' ὅσης οἱ μηδενὶ τούτων κατεχό- E μενοι τῶν κωλυμάτων. καταθύσας τοίνυν αὐτὸν (καὶ γὰρ κατέθυσε τῇ προθυμίᾳ) παραδίδωσιν ὑγιῆ καὶ σῶον τῇ μητρί· λαβοῦσα δὲ ἐκείνη, πρὶν ἐμπλησθῆναι καλῶς τοῦ παιδὸς, καταλύει τὸν βίον· κἀκεῖνο δὲ οὐ μικρῶς ἐλύπει τὸν Ἀβραάμ. εἰ γὰρ καὶ πολὺν αὐτῷ συνεγεγόνει χρόνον, οὐδὲν ἦν ἱκανὸν πεῖσαι ῥᾷον ἐνεγκεῖν τὴν συμφοράν. αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο πλείονα αὐτῷ παρεῖχε τὴν ἀθυμίαν· τοὺς γὰρ ἐπὶ πολὺ συνοικήσαντας, καὶ πολλὴν τῆς ἑαυτῶν καὶ φιλίας καὶ ἀρετῆς δεδωκότας πεῖραν ἡμῖν, μάλιστα πάν-

[a] Savil. & Colb. παρ' ἐλπίδας. Morel. παρ' ἐλπίδα.
[b] Savil. in textu & Colb. αὐτοαδάμας, Morel. αὐτὸς ἀδάμας. Savil. in marg. αὐτὸς ὁ ἀδάμας.

τῶν ζητεῖν. καὶ ὅτι ταῦθ' οὕτως ἔχει, αὐτὸς ἐδήλωσεν ὁ πατριάρχης πενθήσας καὶ θρηνήσας αὐτόν. τί δ' ἄν τις λέγοι τὰς ὑπὲρ τοῦ παιδὸς φροντίδας, τὰς ὑπὲρ τῆς τούτου γυναικὸς, τὰς ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν τῶν τούτου, τὰ ἄλλα ἅπαντα; ὥσπερ εἰ κατ' ἀκρίβειαν τις ἐξετάζειν ἐθέλοι πολὺ τοῦ νῦν διηγηθέντος ὀδυνηρότερον εὑρήσει τῶν δικαίου τὸν βίον καὶ πλειόνων γέμοντα φροντίδων. τὰ γὰρ κεφαλαιωδέστερα μόνον εἰποῦσα ἡ γραφὴ, τὰ ἄλλα πάντα παρῆκεν ἐξετάζειν ἡμῖν, ὅσα καθ' ἑκάστην ἡμέραν γίνεσθαι εἰκὸς ἐν οἰκίᾳ· ἔνθα οἰκετῶν πλῆθος, καὶ ἀνὴρ, καὶ γυνὴ, καὶ παιδία, καὶ πραγμάτων ἐπιμέλεια πολλῶν. ναὶ φησίν· ἀλλ' ἐκείνῳ μεγίστην καθ' ἕκαστον τούτων παραμυθίαν ἔφερε τῶν λυπηρῶν, τὸ διὰ τὸν θεὸν πάντα ὑπομένειν ἐκεῖνα. οὐκοῦν καὶ σὲ τοῦτο παραμυθήσεται νῦν· καὶ γάρ σοι τὸν πειρασμὸν τοῦτον ὁ συγχωρήσας ἐπελθεῖν οὐδείς ἕτερός ἐστιν, ἀλλ' ἢ ὁ θεός. εἰ γὰρ χοίροις ἐπιπηδῆσαι οὐκ ἂν ἐτόλμησαν οἱ πονηροὶ δαίμονες ἐκεῖνοι μὴ ἐπιτρέψαντος αὐτοῦ τότε, πολλῷ μᾶλλον τῇ τιμίᾳ ψυχῇ. ὥσπερ οὖν ἐκείνῳ τὸ γενναίως ἅπαντα φέρειν καὶ εὐχαρίστως πολὺν ἤνεγκε μισθὸν, οὕτως ἔσται καὶ σοί· μόνον ἂν μὴ δυσχεραίνῃς μηδὲ ἀγανακτῇς· ἀλλ' ὑπὲρ ἁπάντων εὐχαριστῇς τῷ φιλανθρώπῳ θεῷ. ἐπεὶ καὶ ὁ μακάριος Ἰὼβ ἔπαθε μὲν ἅπερ ἔπαθε συγχωρήσαντος τοῦ θεοῦ, ἔφερε δὲ αὐτοὺς τοὺς στεφάνους οὐ τὸ παθεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ γενναίως πρὸς ἅπαντα στῆναι τὰ δεινὰ, καὶ θαυμάζομεν αὐτὸν ἅπαντες· οὐκ ἐπειδὴ πάντων αὐτὸν ἀπεστέρησεν ὁ διάβολος, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν πᾶσι τούτοις οὐχ ἥμαρτεν, οὐδὲ ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ.

Ἐπειδὴ δὲ ἐμνήσθην τοῦ Ἰὼβ, ἐβουλόμην μὲν καὶ τοὺς θρήνους αὐτοῦ τοὺς μακροὺς, καὶ τῶν παθῶν τὴν σφοδρότητα, ἐνθεῖναι τῷ λόγῳ· ὑπὲρ δὲ τοῦ μὴ πολὺ ποιῆσαι τὸ μῆκος ἐπάνειμι πρὸς τὸν Ἰσαάκ. σὺ δὲ εἰ βούλει μετὰ ἀκριβείας τὰ ἐκείνου μαθεῖν, τὸ βιβλίον αὐτοῦ μετὰ χεῖρας λαβὼν διάκυψον πρὸς τὴν ἄβυσσον τῶν συμφορῶν, καὶ πολλὴν ἐν ἐκείνοις παραμυθίαν εὑρήσεις τῶν σῶν· εἰ γὰρ καὶ πολλῷ βελτίων ἡμῶν ὁ δίκαιος, ἀλλὰ καὶ πρὸς πολλῷ μείζονα τὴν ἐνέργειαν παρετάξατο· καὶ γὰρ σφοδρότερον ἐπέδυσε κατ' ἐκείνου ὁ πονηρὸς τότε. τὰ δὲ κατορθώματα οὐ τῷ μέτρῳ τῶν πειρασμῶν, ἀλλὰ τῇ τῶν πραττομένων δυνάμει κρίνεται. ὥστε κἂν ἐλάττων ἐστὶν ὁ νῦν ἀγὼν, οὐδέν σε τοῦτο εἰς τοὺς στεφάνους παραβλάψαι δυνήσεται· [a] ὁ γὰρ τὰ δύο τάλαντα προσενεγκὼν, οὐκ ἔλαττον ἤνεγκε τοῦ τὰ πέντε ἐπιδείξαντος· διὰ τί; ὅτι εἰ καὶ ἡ πρόσοδος οὐχ ἡ αὐτὴ, ἀλλ' ἡ προθυμία ἡ αὐτὴ, ὅθεν καὶ τῆς αὐτῆς ἑκάτερος ἔτυχε τιμῆς ἀκούσας· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου. τί οὖν ὁ Ἰσαάκ; ἀποδημίαν μὲν οὐκ ἐστείλατο μακρὰν, καθάπερ ὁ πατὴρ, οὐδὲ τὴν οἰκείαν ἀφεῖναι ἠναγκάσθη γῆν, καθάπερ ἐκεῖνος· τὸ δὲ κεφάλαιον τῶν κακῶν καὶ αὐτὸς ὑπέμεινε τὸν ἀπαιδίας τὸν φόβον· ὡς δὲ ἔλυσε τὸ δεινὸν εὐξάμενος, ἕτερος αὐτὸν διεδέξατο φόβος ἐκείνου μείζων. οὐδὲ γὰρ ἦν ἴσον ὑπὲρ ἀπαιδίας τρέμειν, καὶ ὑπὲρ τῆς ῥίζης αὐτῆς. οὕτω

[a] Savil. ἐπεὶ ὁ τὰ δύο τάλαντα.

nium ac summo desiderio requirere. Quodque ista sic se habeant, ipse Patriarcha nobis indicat, qui fletu ac lamentatione illum prosequutus est. Quis jam reliquas curas recensere possit, quas pro filio, pro ejus uxore, pro fratribus illius suscepit; aliaque omnia: quæ qui ad amussim considerare velit, longe laboriosiorem justi hujus vitam, curisque cumulatiorem perspiciet, quam ejus, quem paulo ante indicavimus. Præcipua enim tantum Scriptura narrans, cætera nobis omnia examinanda reliquit, quæ diebus singulis verisimile est domi contingere, ubi servorum est multitudo, vir, uxor ac filii, multarumque rerum cura ac solicitudo. Ita sane, inquies, sed illi solatium ferebat in singulis hujusmodi adversis, quod propter Deum illa omnia pateretur. Et te ipsum igitur illud consolabitur. Nullus enim profecto, nisi Deus tibi hanc inferri tentationem permisit. Nam si nec porcos quidem invadere nequissimi dæmones ausi fuerint, nisi prius ille permitteret: multo minus preciosam animam. Sicut igitur viro illi quod fortiter omnia & cum gratiarum actione ferret, id multam contulit mercedem; ita pariet & tibi, si modo non graviter atque indignanter feras, sed in omnibus gratias agas clementissimo Deo. Nam & beatus Job ea quæ passus est, Deo permittente perpessus est: coronis tamen non ideo tantum donatus est, quia passus est: verum etiam quia contra adversa omnia fortis atque inviolabilis perstitit: admiramurque illum omnes, non quod privatus omnibus a diabolo fuerit, sed quia inter hæc omnia non peccaverit, ne quidem in labiis suis.

Matth. 8. 31.

10. Quoniam vero de Job mentionem feci, vellem quidem longa ipsius lamenta, passionumque vehementiam persequi. Verum ne prolixior sim, ad Isaac redeo. Porro si cupis illius omnia diligentius addiscere, librum ipsum in manibus sumens, aspice in abyssum altissimam calamitatum viri, plurimamque ibi consolationem invenies. Quanto enim melior justus ille est quam nos, tanto majorem vim expugnandam habuit, eoque vehementius contra illum tunc nequissimus ille concitatus est. Cæterum recte facta non tam tentationum numero, quam rerum virtute æstimantur. Itaque etsi inferius istud certamen est, nihil id tuas coronas poterit minuere: nam & is qui duo talenta obtulit, nihil minus retulit, quam is qui obtulerat quinque. Cur id? Quia etsi non idem proventus, eadem tamen alacritas fuit. Quocirca & eodem honore uterque potitus est, audiens: *Intra in gaudium domini tui.* Quid ergo Isaac? peregrinationem quidem illam longissimam subire exemplo patris, terramque suam derelinquere coactus non est: sed plane supremum malorum omnium ipse sustinuit, metum scilicet, ne sine liberis decederet. Postea vero quam per orationem eo metu liberatus est, alius continuo eum excepit timor longe major. Neque enim par metus est pro conjugis sterilitate, & pro radice ipsa trepidare. Sic

Redit ad exemplum Isaac.

Matth. 25. 21.

enim partus doloribus disrumpebatur, ut vita morte omni illi esset acerbior. Et hoc Gen.25.22. ipsam audias licet dicentem: *Si mihi ita futurum erat, ad quid mihi vivere?* Famis autem & iste experimentum cepit, etsi non ut pater in Ægyptum descendit: sed quod ille vere in Ægypto pertulit, & iste pati periclitabatur, uxorem scilicet amittere. Et patrem quidem venerabantur finitimi omnes, hunc vero non secus atque inimicum & hostem exagitabant, neque propriis illum laboribus perfrui finebant: verum cum illum angustiis undique concluderent, licenter ipsi laboribus ipsius fruebantur. Tandem vero cum sibi illos amicos nactus esset, filiosque adultos cerneret, tunc certe, tunc quando summam se consolationem inventurum sperabat, optimosque senectutis suæ curatores habiturum, in supremum corruit mœrorem. Primum enim major natu filius uxorem sibi alienigenam contra patris votum cepit, & eo ipso quod pugnam & bellum in domum introduxisset, illum summa & incredibili vi doloris affecit. Innumeris enim malis mulieres illæ soceros afficiebant: quæ omnia Scriptura devitans, uno Gen.26.36. verbo cuncta signavit, cum diceret: *Cum Rebecca contendebant*: reliquitque id dictum eis intelligendum, qui domos habent, ac filios jam uxoratos. Illi enim maxime omnium noverunt quantum mali sit, quantumque detrimenti, si socrus & nurus mutuo rixentur: idque tunc maxime, cum ambæ eamdem inhabitent domum. Hoc autem juge illis erat incommodum. Ad hæc illi gravior quoque molestia adjecta est, cæcitas scilicet, quæ cujusmodi sit, illi soli sciunt, qui patiuntur. Præterea dum benediceret filiis, contra quam volebat, matris astu & arte, minorem pro majore benedixit: qua in re ita indoluit, ut amarius quam is qui passus fuerat, clamaret, excusaretque ignorantiam, quod non illum sciens benedictione fraudasset, verum circumventus. Hæc autem omnia scenæ tragœdiam præferebant, fabulamque Thebanorum adolescentium signabant. Nam & hic etiam senectutem, occæcationemque patris major natu contemnens, juniorem fratrem deturbavit domo. Etsi enim non ille necavit, id matris impedivit sapientia: & hic enim comminatus est cædem, patrisque mortem operiebatur. Quod cum mater cauta didicisset, patrique retulisset, illum ejus manibus eripuit: & eum quidem qui se venerabatur, benevolusque sibi erat, parentes fugæ committere coguntur: improbum autem, qui sibi amaram reddebat vitam, hoc enim ipsa Rebecca indicat, apud se jugiter tenebant. Igitur cum ille effugisset, in domo semper educatus; erat enim innocens habitans domi; atque ut plurimum cum matre domi manserat, quibus lamentis, quo dolore, quo gemitu Rebeccam jam affici necesse fuit, recordantem semper filii, virumque intuentem, & per ætatem, & per infirmitatem nihilo meliore conditione, quam

Oedipi filios intelligit.

Gen.27.46.

A γὰρ αὕτη διεκόπτετο τὰς ὠδῖνας, ὡς πικροτέραν θανάτου παντὸς ὑπομένειν ζωήν· καὶ τοῦτο αὐτῆς ἄκουσον λεγούσης, Εἰ οὕτω μοι μέλλει γίνεσθαι, ἵνα τί μοι τὸ ζῆν; λιμοῦ δὲ πεῖραν ἔλαβε μὲν καὶ αὐτός· εἰ δὲ μὴ κατῆλθεν εἰς Αἴγυπτον, ἀλλ' ὅπερ ὁ πατὴρ μικροῦ δεῖν ἔπαθεν ἐκεῖ, ταῦτα καὶ οὗτος ὑπέμεινε καὶ ἐκινδύνευεν ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ γυναικός. καὶ τὸν πατέρα μὲν ἐτίμων οἱ περίοικοι πάντες, τοῦτον δὲ ὡς ἐχθρὸν καὶ πολέμιον ἤλαυνον, καὶ τῶν οἰκείων αὐτὸν οὐκ ἠφίεσαν ἀπολαῦσαι πόνων· ἀλλ' ἐκεῖνον ἐν στενοχωρίᾳ καθιστῶντες πολλῇ, αὐτοὶ μετ' ἐξουσίας ἐν τοῖς μόχθοις ἐτρύφων τοῖς ἐκείνου. ὡς δέ B ποτε καὶ τούτους αὐτοῦ φίλους ἐκτήσατο, καὶ ἐν ἡλικίᾳ τοὺς παῖδας εἶδε γενομένους τοὺς αὐτοῦ, τότε δὴ τότε, ὅτε πλείστην προσεδόκησε παραμυθίαν εὑρήσειν, καὶ γηροκόμους ἕξειν καλοὺς, εἰς τὴν ἐσχάτην ἀθυμίαν ἐνέπεσε. πρῶτον μὲν ἀπὸ τῶν ἀλλοφύλων ὁ πρεσβύτερος γυναῖκα λαβὼν, παρὰ τὸ τῷ πατρὶ δοκοῦν. [a] τοῦτό γε σφόδρα αὐτὸν ἠνίασε, καὶ τὸ μάχην καὶ πόλεμον εἰς τὴν οἰκίαν εἰσαγαγεῖν. μυρίοις γὰρ αἱ γυναῖκες ἐκεῖναι περιέβαλλον αὐτοὺς κακοῖς, ἅπερ ἅπαντα εἰπεῖν παραιτουμένη ἡ γραφὴ, δι' ἑνὸς ῥήματος τὸ πᾶν ἠνίξατο εἰποῦσα· ὅτι ἤριζον τῇ Ῥεβέκκᾳ· καὶ τοῖς οἰκίας ἔχουσι καὶ C παῖδας ἤδη γεγαμηκότας, κατέλιπεν εἰδέναι τὸ λεχθέν. ἐκεῖνοι γὰρ μάλιστα πάντων ἴσασιν ἀκριβῶς ὅσον ἐστὶ κακὸν ἐμφιλονείκως διατεθῆναι τὴν τοῦ νυμφίου μητέρα καὶ τὴν νύμφην, καὶ μάλιστα ὅταν οἰκίαν οἰκῶσιν ἀμφότεραι μίαν. τοῦτο μὲν οὖν διηνεκὲς ἦν τὸ δεινόν· τὸ δὲ ἐπὶ τούτοις συμβὰν, ἡ τῶν ὀφθαλμῶν πήρωσις, ὅπερ ἴσον ἐστὶ κακὸν οἱ παθόντες ἴσασι μόνον· μετὰ δὲ τοῦτο, ἡ περὶ τὰς εὐλογίας ἀποτυχία τοῦ παιδὸς, ὑφ' ἧς οὕτως ἐπλήγη τὴν ψυχὴν, ὡς αὐτοῦ πικρότερον ἀναβοῆσαι τοῦ τὴν ἀπάτην ὑπομείναντος, καὶ ἀπολογήσασθαι πρὸς αὐτόν. οὐ γὰρ ἑκὼν ἠδικηκέναι ἔλεγεν, ἀλλ' ἀπατηθείς. τὰ δὲ ἐν-D τεῦθεν τὴν ἀπὸ τῆς σκηνῆς ἐδείκνυ τραγῳδίαν, καὶ τὸ δρᾶμα τῶν Θηβαίων [b] ἀνετύπου μειρακίων. καὶ γὰρ ἐνταῦθα τῆς τοῦ πατρὸς ἡλικίας καὶ πηρώσεως καταφρονήσας ὁ πρεσβύτερος ἐξέβαλε τῆς οἰκίας τὸν νεώτερον ἀδελφόν. εἰ δὲ μὴ ἀπέκτεινε καθάπερ ἐκεῖνος, ἡ τῆς μητρὸς σοφία τοῦτον διεκώλυσεν· ἠπείλησε μὲν γὰρ καὶ οὗτος τὸν φόνον, καὶ τὴν τελευτὴν ἀνέμενε τοῦ πατρός. μαθοῦσα δὲ ἡ μήτηρ, καὶ τῷ πατρὶ διαλεχθεῖσα ἐξήρπασεν αὐτὸν τῶν ἐκείνου χειρῶν, καὶ τὸν μὲν θεραπεύοντα αὐτοὺς καὶ εὐνοϊκῶς διακείμενον φυγαδεύειν ἠναγκάζοντο· τὸν δὲ E μοχθηρὸν καὶ ἀβίωτον αὐτοῖς καθιστῶντα τὸν βίον· τοῦτο γὰρ αὐτή φησιν ἡ Ῥεβέκκα· παρ' ἑαυτοῖς κατεῖχον διηνεκῶς. ἀποδράντος τοίνυν ἐκείνου τοῦ διαπαντὸς ἐπὶ τῆς οἰκίας τραφέντος· ἦν γὰρ ἄπλαστος οἰκῶν οἰκίαν· καὶ τὰ πολλὰ μετὰ τῆς μητρὸς οἰκουρήσαντος· πόσα μὲν ἦν εἰκὸς τὴν Ῥεβέκκαν ὀδύρεσθαι καὶ θρηνεῖν, μεμνημένην τοῦ παιδὸς διαπαντὸς, καὶ τὸν ἄνδρα ὁρῶσαν, οὐδὲν τῶν νεκρῶν ἄμεινον διακείμενον, καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν καὶ διὰ τὴν

a Savil. & Colb. τοῦτο γε αὐτῷ σφόδρα αὐτὸν ἠνίασε καὶ τὸ μάχην.

b Savil. in textu & Colb. ἀνετυποῦτο. Morel. & Savil. in marg. ἀνετύπου.

νόσον; πόσῳ δὲ τὸν γέροντα πένθει κατέχεσθαι μετὰ τῶν οἰκείων καὶ τὰς τῆς γυναικὸς ἀναγκαζόμενον θρηνεῖν συμφοράς; ὅτε δὲ ἔμελλε τελευτᾶν ἐκείνη, τί ἄρα οὐκ εἶπε; τί δὲ οὐκ ἐφθέγξατο; [a] ἃ καὶ λίθον τῆξαι ἱκανὰ, οὐχ ὁρῶσα τὸν παῖδα παρεστῶτα καὶ δακρύοντα καὶ καταμύοντα ὀφθαλμοὺς, καὶ συλλαμβάνοντα στόμα, καὶ περιστέλλοντα, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐπιμελούμενον, ἅπερ αὐτοῦ τοῦ θανάτου πικρότερα τοῖς γεγεννηκόσιν εἶναι δοκεῖ. ὁ δὲ Ἰσαὰκ οὕτως αὐτὴν ἀποπνέουσαν ὁρῶν, ὁποίαν ἐκέκτητο ψυχὴν καὶ τότε, καὶ μετὰ τὴν ἐκείνης τελευτήν;

Τοιοῦτος ἡμῖν ὁ πολλῶν εὐθυμότερος εἶναι δοκῶν ἀποπέφανται. τὸν δὲ τοῦ Ἰακὼβ βίον ἀρκεῖ μὲν καὶ χωρὶς ἐξετάσεως δεῖξαι αὐτὴ ἡ τοῦ Ἰακὼβ ἀπόφασις· τῷ γὰρ Φαραὼ ποτε διαλεγόμενος, ἔλεγε· μικραὶ καὶ πονηραὶ αἱ ἡμέραι μου, καὶ οὐκ ἀφίκοντο εἰς τὰς ἡμέρας τῶν πατέρων μου, τουτ' ἔστι, καὶ βραχύτερον καὶ μοχθηρότερον ἐβίωσα βίον. χωρὶς δὲ τῆς ἀποφάσεως οὕτως εἰσὶ περιφανεῖς αἱ συμφοραὶ αὐτοῦ, ὡς μηδὲ τῶν πολλῶν τινας αὐτὰς ἀγνοεῖν. ὁ μὲν γὰρ πάππος ὁ τούτου, εἰ καὶ μακρὰν ἐστείλατο τὴν ἀποδημίαν, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ κελεύοντος, ὅπερ παραμυθίαν αὐτῷ τὴν μεγίστην ἔφερεν· οὗτος δὲ ἀδελφὸν φεύγων ἐπιβουλεύοντα καὶ φονῶντα κατ' αὐτοῦ· κἀκεῖνος μὲν οὐδέ ποτε ὑπὲρ τῆς τῶν ἀναγκαίων χορηγίας ὠδύρετο· οὗτος δὲ ἀγαπητὸν ἡγεῖτο καὶ εὐκτὸν, τὸ ἱματίου καὶ ἄρτου εὐπορῆσαι μόνον. διασωθεὶς δὲ καὶ τῶν τῆς ὁδοιπορίας κακῶν ἀπαλλαγεὶς, καὶ πρὸς τοὺς συγγενεῖς ἐλθὼν τοὺς αὐτοῦ, ἠναγκάζετο δουλεύειν ὁ ἐν ἀφθονίᾳ τοσαύτῃ τραφείς· οἶσθα δὲ ὅτι [b] πανταχοῦ μὲν ἡ δουλεία πικρὸν, ὅταν δέ τις παρὰ τοῖς ὁμοτίμοις τὰ τῶν οἰκετῶν ὑπομένειν ἀναγκάζεται, καὶ ταῦτα μηδέ ποτε τοῦ πράγματος πεῖραν λαβὼν, ἀλλ' ἐν ἐλευθερίᾳ καὶ τρυφῇ τὴν προτέραν ἅπασαν ἡλικίαν διαγαγὼν, ἀφόρητον γίνεται τὸ δεινόν. ἀλλ' ὅμως ἔφερε πάντα γενναίως. καὶ τὰς ἐν τῇ ποιμαντικῇ αὐτοῦ ταλαιπωρίας ἀκούεις διηγουμένου, καὶ λέγοντος· ἐγὼ ἀπετίννυον παρ' ἐμαυτοῦ κλέμματα ἡμέρας καὶ κλέμματα νυκτός. ἐγινόμην συγκαιόμενος τῷ καύματι τῆς ἡμέρας καὶ τῷ παγετῷ τῆς νυκτὸς, καὶ ἀφίστατο ὁ ὕπνος ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν μου. ταῦτά μοι εἴκοσι ἔτη. ταῦτα ἔπασχεν, ὁ τὸν ἄπλαστον βίον βεβιωκὼς, ὁ οἰκίαν οἰκῶν διαπαντὸς, καὶ μετὰ τοὺς τοσούτους μόχθους, καὶ τὰς ζημίας, καὶ τὸν πολὺν χρόνον ἐκεῖνον, τὴν πικρὰν ἀπάτην ὑπέμεινε τὴν ἐπὶ τῇ γυναικί. εἰ γὰρ μὴ δεδουλεύκει τὰ ἑπτὰ ἔτη, εἰ γὰρ μηδὲν ὧν ἀπωδύρετο πρὸς τὸν κηδεστὴν ἔπαθεν· εἰ γὰρ μὴ ἤρα τῆς παιδὸς, αὐτὸ μόνον τὸ κατεγγυηθεῖσαν μὲν αὐτῷ τὴν ἀμείνω, δοθεῖσαν δὲ τὴν φαυλοτέραν ἀντ' ἐκείνης πόσην ἀθυμίαν, πόσον θόρυβον, πόσην ἐπήρειαν παρέσχε τῷ μακαρίῳ τότε ἐκείνῳ; ἄλλος μὲν οὖν εἴ τις ἦν, οὐκ ἂν ῥᾳδίως τὴν ἐπήρειαν ἤνεγκεν, ἀλλὰ πᾶσαν τῶν κηδεστῶν ἀνέτρεψεν ἂν τὴν οἰκίαν συσφάξας ἑαυτὸν ἐκείνοις, ἢ καὶ ἄλλῳ τινὶ συνδιαφθείρας τρόπῳ. ἐπειδὴ δὲ ἀνεξίκακος καὶ μακρόθυμος ἦν

[a] Savil. ἃ καὶ λίθον τῆξαι ἱκανά.
[b] Savil. & Colb. πανταχοῦ. Morel. πανταχοῦ. Infra Savil. [illegible] Colb. [illegible]

mortuum? Quibus item luctibus senem detentum putas dum communes suas & uxoris calamitates flere cogeretur? cum vero illa moritura esset, quid non dixit? quid non loquuta est? Etiam lapides ipsius verba liquefacere potuisse puto, cum non videret prope adstantem filium, atque illacrymantem oculosque sibi comprimentem, atque os contrahentem, aliaque omnia agentem, quæ parentibus morte ipsa videntur graviora. At vero Isaac, dum illam ita efflare animam cerneret: quo animo fuisse putandus est & tunc, & post ipsius mortem?

11. Talis ille nobis fuisse ostensus est, quem multis fuisse feliciorem putabamus. Jam vero Jacob ipsius vita cujusmodi fuerit, absque discussione aliqua ipsius verba indicant, qui cum Pharaonem alloqueretur, aiebat: *Dies mei parvi & mali, & non pervenerunt ad dies patrum meorum*: hoc est, & breviorem, & laboriosiorem vixi vitam. Verum & absque hac illius sententia ita sunt apertæ calamitates ejus, ut pauci admodum sint, qui illas nesciant. Avus namque ejus etsi longinquam peregrinationem emensus est, jussu Dei hoc fecit; quæ res maximo ipsi solatio fuit: hic autem fratrem fugiens insidiantem, parricidiumque meditantem, summos itineris labores passus est: atque ille quidem necessario victu numquam indiguit: huic vero in voto erat, indumento ac pane solo non indigere. Servatus autem, atque itineris fatigationibus liber, cum tandem ad affines suos pervenisset, qui in tanta rerum copia nutritus fuerat, servire cogebatur. Non ignoras autem servitutem, cum semper molesta sit, tum maxime videri molestissimam, cum quis propinquis ac paribus servire cogitur: idque cum ejus rei numquam periculum fecerit, sed priorem omnem ætatem in libertate ac deliciis egerit. Quod cum intolerabile esse videretur, forti tamen & magno animo ferebat. Porro quid ærumnarum in vita illa sua pastorali passus sit, ipsum audias licet dicentem: *Ego persolvebam a meipso furta diei, & furta noctis. Per diem urebar æstu, & nocte gelu, recedebatque somnus ab oculis meis: ista mihi fuerunt annis viginti.* Hæc ille passus est, qui vitam vixerat simplicem, qui semper fuerat domi. Postque tot labores, tot incommoda, post longum illud servitutis tempus, fraudem illam amarissimam pertulit, qua sibi altera alterius loco tradita uxor est. Nam si non servisset annis septem, si non ea passus fuisset, quæ socero conquestus dixit: si non amavisset puellam, hoc ipsum tamen quod sibi formosiore promissa, tradita ipsi pro illa deterior fuit; quantum putas mœroris, quid indignationis, quid doloris beato illi tunc præstitit? Sane si quis alius id passus esset, numquam eam fraudem atque injuriam tulisset: sed omni prius affinium eversa domo, se ipse cum illis una interfecisset, aut alio quovis modo perdidisset. Quoniam vero patientissimus, ac longanimis

Jacob quo pacto afflictus fuerit.

Gen. 47. 9.

Gen. 31. 39.

[illegible] Colb. [illegible]

erat Jacob, nihil hujusmodi fecit, sed ne initium quidem ejusmodi cogitationi dedit: imo vero septem annos alios iterum servire jussus promte obedivit, adeo mitis erat ac mansuetus. Quod si puellæ amor mansuetudini morum obsecundabat, rursus mihi mœroris magnitudinem asseris. Considera enim, quæso, quantum ille doloris passus sit, cum ejus quam ita vehementer diligebat, fraudatus amplexibus, illiusque connubia desiderans, septem rursus annorum dilatione cruciatur, frigora & æstus & vigilias, & detrimenta perpetua patiens. Ea tamen ipsa potitus tandem, vivensque apud socerum vitam ærumnis & laboribus plenam: sic quoque invidiæ patuit, & secundam fraudem in mercedibus passus, ut ipse quoque illum arguerit, dicens: *Decepisti me decem agnis.* (Gen. 31. 41.) Una vero cum socero uxorum fratres, magis etiam adversus illum efferati excandescebant. Quod autem erat omnibus gravius, uxor illa tam dilecta, cujus gratia bis septem annis servire delegerat, præ molestia suffocabatur, cum sororem suam parientem cerneret: se vero omni pariendi spe destitutam, atque in tantum tunc excessum ex animi mœrore devenerat, ut criminibus & querelis agitaret virum, mortemque sibimet obventuram minaretur, nisi pareret, (Gen. 30. 1.) *Da mihi*, inquiens, *liberos, alioqui moriar ego.* Quomodo ille lætari poterat, cum ea quam diligebat, sic affecta esset, fratresque illius ipsi insidiarentur, omniaque molirentur, ut ille ad extremam deveniret inopiam? Nam si ea, quæ sine sudore dotis nomine traduntur uxoribus, cum quis abstulerit, maximo mœrore afficimur: is qui periclitabatur ea quæ summis laboribus quæsierat amittere, quo animo ferre ea detrimenta poterat? Cum igitur haud obscure suspectus esset, eosque se intuentes cerneret, clam fugam iniens discessit. Quo quid dici miserabilius possit? Nam & ex paterna domo & ex aliena, cum metu ac periculis migrans, in eadem prærupta rursus cogebatur incidere. Quippe fratrem fugiens, se ad socerum contulerat; a quo iterum exagitatus, ad fratrem redire cogebatur, propheticum illud passus, quod de die Domini dicit Amos: (Amos 5. 19.) *Velut si quis fugiat a facie leonis, & occurrat ei ursus, ingressusque in domum suam, & parieti manus applicans, mordeatur a colubro.* Quis autem eum tremorem enarrare possit, quem perpessus est comprehensus a Laban, itinerisque angustias, cum se tam numerosum pecus filiique sui sequerentur? Cæterum cum fratris faciem esset inspecturus, nonne idem passus est, quod apud poëtas, qui fictum caput Gorgonis vident? Nonne ita per omnia affectus erat, ac si ad mortem venisset? Audi sane illius verba, atque ex eis insitam illius animo timoris flammam addisce: (Gen. 32. 11.) *Deus erue me*, inquit, *de manu Esaü fratris mei, quia valde eum timeo, ne forte superveniens interficiat me, ac matrem cum filiis. Tu autem mihi dixisti, bene tibi faciam.* Quam non lætitiam hic

A ὁ Ἰακὼβ, τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησεν· ἀλλ' οὐδὲ ἐβουλεύσατο τὴν ἀρχήν· κελευσθεὶς δὲ ἕτερα ἑπτὰ ἔτη δουλεῦσαι πάλιν, ὑπήκουσεν ἑτοίμως· οὕτως ἦν πρᾶος καὶ ἐπιεικής. Εἰ δὲ ὁ τῆς κόρης ἔρως συναντελαμβάνετο τῇ τῶν τρόπων ἐπιεικείᾳ, πάλιν μοι τῆς ἀθυμίας λέγεις τὴν ὑπερβολήν. Ἐννόησον γὰρ ὅσην ὀδύνην ὑπέμεινεν, ὅτε τῆς οὕτως ἀγαπωμένης ἀπεστερεῖτο, καὶ προσδοκῶν αὐτὴν ἔνδον ἔχειν, εἰς ἑπτὰ ἐτῶν πάλιν ἀναβολὴν ἐξεκρούετο, καὶ τοὺς κρυμοὺς καὶ τὰ θάλπη, καὶ τὰς ἀγρυπνίας, καὶ τὰς ζημίας τὰς συνεχεῖς· λαβὼν δὲ καὶ ταύτην ὕστερον καὶ ζῶν παρὰ τῷ κηδεστῇ βίον ταλαίπωρον, καὶ ἐπίμοχθον, ἐφθο- B νεῖτο καὶ οὕτως· καὶ δευτέραν ἀπάτην ὑπέμεινεν ἐπὶ τοῖς μισθοῖς, ὡς καὶ αὐτὸς αὐτὸν διήλεγξε λέγων· ὅτι παρελογίσω με δέκα ἀμνάσιν. Μετὰ δὲ τοῦ κηδεστοῦ καὶ οἱ τῶν γυναικῶν ἀδελφοὶ τοῦ κηδεστοῦ μᾶλλον ἐξεθηριώθησαν πρὸς αὐτόν. Ὃ δὲ πάντων χαλεπώτερον ἦν, ἡ ἐρωμένη δι' ἣν ἔτη δὶς ἑπτὰ δουλεύειν εἵλετο, ὑπὸ τῆς ἀθυμίας ἀπεπνίγετο, τὴν μὲν ἀδελφὴν τίκτουσαν ὁρῶσα, αὐτὴν δὲ οὐδὲ ἐλπίδα τοῦ πράγματος ἔχουσαν, καὶ εἰς τοσαύτην ἔκστασιν ὑπὸ τῆς ἀθυμίας ἐξηνέχθη τότε, ὡς ἐγκαλεῖν καὶ μέμφεσθαι τῷ ἀνδρὶ, καὶ θάνατον ἀπειλεῖν καθ' ἑαυτῆς, εἰ μὴ τέκοι. Δὸς γάρ μοι τέκνα φησίν· εἰ δὲ μὴ, τελευτήσω ἐγώ. Τί τοίνυν εὐφρᾶναι αὐτὸν δυνατὸν C ἦν, τῆς μὲν οὕτω ποθουμένης τοιαῦτα ὀδυρομένης, τῶν δὲ ταύτης ἀδελφῶν ἐπιβουλευόντων αὐτῷ καὶ πάντα πραττόντων, ὅπως εἰς τὴν ἐσχάτην ἔλθῃ πενίαν; Εἰ δὲ τὰ χωρὶς ἱδρώτων ἐπιδιδόμενα τῶν γυναιξὶν, ὅταν ἀφαιρῆται, πολλὴν φέρει τὴν ἀθυμίαν, ὁ κινδυνεύων ὑπὲρ τῶν πόνοις κτηθέντων οἰκείοις, πῶς ἂν πράως ταύτην ἤνεγκε τὴν ζημίαν; Αἰσθόμενος τοίνυν ὅτι δι' ὑποψίας εἶχον αὐτὸν καὶ ὑπεβλέποντο, λαθὼν ἀνεχώρησεν ὡς φυγὰς, οὗ τί γένοιτ' ἂν ἐλεεινότερον; Καὶ γὰρ ἐκ τῆς οἰκείας καὶ ἐκ τῆς ἀλλοτρίας μετὰ φόβων καὶ κινδύνων ἀποδημήσας, εἰς τὰ αὐτὰ πάλιν ἐμπίπτειν βάραθρα ἠναγ- D κάζετο. Τὸν μὲν γὰρ ἀδελφὸν φυγὼν ἦλθε πρὸς τὸν κηδεστὴν, ὑπὸ δὲ τούτου πάλιν ἐλαυνόμενος εἰς τὸν ἀδελφὸν ἐμπίπτειν ἐβιάζετο· καὶ τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο ὑπέμενεν, ὃ περὶ τῆς ἡμέρας κυρίου φησὶν ὁ Ἀμώς· ὃν τρόπον ἐάν τις ἐκφύγῃ ἀπὸ προσώπου λέοντος, καὶ ἐμπέσῃ αὐτῷ ἄρκτος, καὶ εἰσπηδήσῃ εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, καὶ ἀπερείσῃ τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τὸν τοῖχον, καὶ δάκῃ αὐτὸν ὁ ὄφις. Τί δὲ δεῖ λέγειν τὸν τρόμον ὃν ὑπέστη καταληφθεὶς ὑπὸ τοῦ Λάβαν, τὰς θλίψεις, τὰς κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν, θρεμμάτων τοσούτων, καὶ παίδων ἀκολουθούν- E των αὐτῷ; Ἀλλ' ἐπειδὴ τὴν ἀδελφικὴν ὄψιν ὁρᾶν ἔμελλεν, οὐ ταὐτὸ ἔπασχε τοῖς ὁρῶσι τὴν παρὰ τοῖς ποιηταῖς πλαττομένην ὑπ' ἐκείνων Γοργόνος κεφαλήν; Οὐχ ὡς τὴν ἐπὶ θάνατον ἀπιὼν, οὕτως ἅπαντα διετάττετο; Ἄκουσον τῶν ῥημάτων αὐτοῦ, καὶ μάθε τὴν ἐναποκειμένην αὐτοῦ φλόγα τῇ ψυχῇ· Ἐξελοῦ με, φησὶν, ὁ θεὸς, [a] ἐκ χειρὸς Ἠσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ μου, ὅτι φοβοῦμαι ἐγὼ αὐτὸν, μήποτε ἐλθὼν πατάξῃ με, καὶ μητέρα ἐπὶ τέκνοις. Σὺ δέ μοι εἶπας, εὖ σε ποιήσω. Πόσην οὐκ ἂν εὐφροσύνην

[a] Colbertini duo & Savil. ἐκ χειρός. Mor. ἐκ τῶν χειρῶν.

ἐξέβαλεν τότε ὁ φόβος, εἰ καὶ πάντα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον ἐν εὐθυμίᾳ διατετελεκὼς ἦν; νυνὶ δὲ ἅπας ὁ βίος αὐτῷ καὶ ἐξ ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐν ᾗ τὰς εὐλογίας μέλλων λαμβάνειν, παραποτεθνήκει τῷ δέει, διὰ συμφορῶν ἐπλέκετο καὶ ἐπιβουλῶν. τοσοῦτον γὰρ αὐτὸν δέος τότε κατεῖχεν, ὡς μηδὲ μετὰ τὴν συντυχίαν, καίτοι γε χρηστῶς καὶ φιλανθρώπως αὐτῷ χρησαμένου τοῦ ἀδελφοῦ, θαρρῆσαι καὶ ἀποθέσθαι τὴν ἀγωνίαν. παρακαλοῦντος γοῦν ἐκείνου συναπελθεῖν, καθάπερ θηρίου τινὸς ἀπαλλάττεσθαι μέλλων, οὕτως ἠξίου καὶ ἐσοφίζετο τὴν διαχώρησιν λέγων· ὁ κύριός μου γινώσκεις ὅτι τὰ παιδία ἁπαλώτερα, καὶ τὰ πρόβατα καὶ αἱ βόες λοχεύονται B ἐπ' ἐμέ· καὶ ἐὰν [a] οὖν καταδιώξω αὐτὰ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ, ἀποθανοῦνται πάντα τὰ κτήνη. προελθέτω ὁ κύριός μου ἔμπροσθεν τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, ἐγὼ δὲ ἐνισχύσω ἐν τῇ ὁδῷ, κατὰ σχολὴν τῆς πορεύσεως τῆς ἐναντίον μου, καὶ κατὰ πόδας τῶν παιδαρίων μου, ἕως τοῦ ἐλθεῖν με πρὸς τὸν κύριόν μου εἰς Σηείρ. καὶ ἀναπνεύσας μικρὸν ἀπὸ τῶν κινδύνων ἐκείνων εἰς ἕτερον πολλῷ χαλεπώτερον ἐνέπεσε φόβον. τῆς γὰρ θυγατρὸς ἁρπαγείσης, τὸ μὲν πρότερον ἤλγει τῇ ὕβρει τῆς παιδός· ὡς δὲ παρεμυθεῖτο τὸ γεγονὸς τοῦ βασιλέως ὁ υἱὸς νόμῳ γάμου λήψεσθαι γυναῖκα αὐτὴν ὑποσχόμενος, καὶ ἐπῄνεσε τὴν γνώμην ὁ Ἰακώβ· C συνέχεαν τὰς συνθήκας οἱ περὶ τὸν Λευΐ, καὶ τὴν πόλιν αὐτήμερον διελόντες εἰς τοσοῦτον τὸν γεγεννηκότα κατέστησαν τρόμον, ὡς καὶ μετοικῆσαι ἐκεῖθεν αὐτὸν διὰ τὸ πάντως ἐκπολεμωθῆναι πρὸς αὐτόν. εἶπε γάρ, φησίν, ὁ Ἰακὼβ τῷ Συμεὼν καὶ τῷ Λευΐ· μισητόν με πεποιήκατε, ὥστε πονηρόν με εἶναι πᾶσι τοῖς κατοικοῦσι τὴν γῆν, ἔν τε τοῖς Χαναναίοις καὶ τοῖς Φερεζαίοις, ἐγὼ δὲ ὀλιγοστός εἰμι ἐν ἀριθμῷ, καὶ συναχθέντες ἐπ' ἐμὲ συγκόψουσί με καὶ ἐκτριβήσομαι ἐγώ, καὶ ὁ οἶκός μου. καὶ γὰρ ἂν πάντας αὐτοὺς κατέσφαξαν ἄρδην οἱ περίοικοι, εἰ μὴ ἡ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπία κατέσχεν ἐκείνων τὸν θυμόν, καὶ πέρας ἐκείνοις ἐπέθηκε τοῖς κακοῖς· ἐγένετο γάρ, φησί, φόβος D θεοῦ ἐπὶ τὰς πόλεις τὰς περικύκλῳ αὐτῶν, καὶ οὐ κατεδίωξαν ὀπίσω τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. τί οὖν μετὰ τὴν τούτων ἀπαλλαγήν; ἆρα ἀνέπνευσε; τότε μὲν οὖν αὐτῷ τῶν κακῶν ἐπῆλθεν ὁ κολοφών, ὁ τῆς ἐρωμένης θάνατος, ἄωρός τε ὁμοῦ καὶ βίαιος ὤν. ἔτεκε γάρ, φησί, Ῥαχήλ, καὶ ἐδυστόκησεν ἐν τῷ τοκετῷ. ἐγένετο δὲ ἐν τῷ σκληρῶς αὐτὴν τίκτειν, εἶπεν αὐτῇ ἡ μαῖα, θάρσει· καὶ γὰρ οὗτός ἐστί σοι υἱός. ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἀφιέναι τὴν ψυχήν, ἀπέθνησκε γάρ, ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ υἱὸς ὀδύνης μου. καὶ τοῦ πένθους ἀκμάζοντος ἔτι, προσέθηκε [b] τῇ ἀθυμίᾳ ὁ Ῥουβὴν εἰς τὴν τοῦ E πατρὸς εὐνὴν ὑβρίσας, ὅπερ οὕτως ἔφερε χαλεπῶς, ὡς καὶ τελευτῶν [c] ἐπαράσασθαι τῷ παιδί, ὅτε μάλιστα συμπαθέστερον ἔχουσι πρὸς τὰ ἔκγονα οἱ γονεῖς, καὶ ταῦτα πρωτοτόκῳ πάντων ὄντι τῶν ἄλλων· οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο πρὸς φιλοστοργίας δύναται λόγον. ἀλλ' ὅμως ἅπαντα ταῦτα ἡ τῆς ἀθυμίας παρώσατο βία, καὶ καλέσας αὐτὸν ἔλεγε· Ῥουβὴν πρωτότοκός μου, ἰσχύς μου, καὶ ἀρχὴ τέκνων μου· σκληρὸς φέρεσθαι, καὶ σκληρὸς αὐθάδης. ἐξύβρισας, ὡς

[a] In Savil. & Colb. οὖν deest.
[b] Sic Savil. & Colb. Morel. vero τὴν ἀθυμίαν.
[c] Savil. & Col. ἐπαράσασθαι, Morel. ἐπαρᾶσθαι.

A metus exclusisset, etiam si priori omni tempore tranquillissime vixisset? At nunc omnis illa vita, ex qua die benedictionem accepturus, metu pene fuerat mortuus, per calamitates varias insidiasque texebatur. Tantus denique tunc illum timor invaserat, ut post congressum fratris, quantumlibet ille præter spem benigne & humaniter eo usus esset, confidere ne sic quidem posset, anxietatemque deponere. Denique cum obsecraret ille, ut secum se ire permitteret, non secus quam a fera aliqua liberari cupiens, ut recederet orabat, dicens: *Nosti domine, quia infantes teneriores sunt, ovesque & boves mecum fœtæ, si* Gen. 33. 13. B *ergo argeam eas, die una morientur cuncti greges. Præcedat dominus meus ante servum suum, & ego invalescam in via secundum tarditatem profectionis, quæ coram me, & juxta pedes parvulorum meorum, donec veniam ad dominum meum in Seïr*: respiransque ex illis periculis modicum, in alium longe maximum timorem incidit. Rapta quippe illius filia, primum quidem puellæ contumeliam ægre ferebat; sed cum id facinus lenisset, quod eam regis filius ducturum se uxorem polliceretur, eamque sententiam laudasset Jacob, fœdera violavit C Levi cum fratre suo, civesque viritim ad unum jugulantes, in id tremoris patrem induxerunt, ut inde protinus migraret, eo quod omnes adversum se bellaturos timeret. *Dixit enim*, ait Scriptura, *Jacob ad Symeonem & Levi: Odiosum me fecistis, ut iniquus sim omnibus habitantibus terram, Chananæisque & Pherezæis. Ego autem sum minimus numero, congregatique contra me simul concident me, deleborque ego, & domus mea.* Quippe omnes illos una finitimi necassent, nisi illorum indignationem Dei clementia continuisset, finemque cladibus imposuisset. *Factus est*, inquit, *timor Dei* D *super omnes per circuitum civitates, neque persequuti sunt post filios Israël.* Quid ergo cum hoc metu liberatus esset? Num tandem respiravit? imo vero tunc supremus eum malorum omnium vertex invasit, mors scilicet amantissimæ conjugis & immatura simul & violenta. *Peperit enim*, inquit, Gen. 35. 16. *Rachel, parturiensque laborabat. Factum est autem cum parturiens periclitaretur, dixit illi obstetrix: Confide, & hic enim tibi filius est. Et cum efflaret animam, moriebatur enim, vocavit nomen ejus, Filius doloris mei.* Cumque luctus adhuc recens E esset, adjecit mœrori Ruben, patris torum contumeliose impetens. Quod ille tam graviter tulit, ut moriens quoque mala imprecaretur filio, tum scilicet, quando filiis parentes majore misericordia affici consueverunt; idque cum ille primogenitus esset omnium, quod etiam ad affectum non parum valet. Sed tamen hæc omnia vis mœroris exclusit, vocansque illum dixit: *Ruben primogenitus meus, fortitudo mea, & ini-* Gen. 49. 3. *tium filiorum meorum, durus ad ferendum, durusque & audax: injuriam intulisti, sic-*

Dinæ filia raptus.

ut aqua non effervescas. Ascendisti enim in cubile patris tui, tunc maculasti stratum, ubi ascendisti. Cum autem adolevisset amantissimæ uxoris filius, solatiique illius desiderium hujus contubernio speraret, tunc ipsi multiplices parantur ærumnæ: fratres enim illius tunicam intinctam sanguine patri ostendentes, magno illum luctu confecerunt. Neque enim solam lugebat mortem, sed ipsum quoque mortis genus: plurimaque erant quæ illius animum exagitabant, quod amatæ illius filius, quod melior reliquis, quod maxime dilectus, quod in ipso ætatis flore, quod ab eo missus, quod neque in domo, neque in lecto, neque patre coram assistente, neque dicens aliquid & audiens, quod non communi morte omnium, quod vivens a ferarum immanitate discerptus fuerat, quod ne reliquias quidem illius reperire poterat, & humo condere: quod ista illi non in juventute contigissent, quando melius ferre potuisset, sed in senectute ultima. Eratque miserandum omnino spectaculum, videre canos pulvere fœdatos, senileque pectus discissa tunica nudatum, lamentaque admittentia consola-
Gen. 37. 33. tionem nullam. *Scidit* enim, inquit, *Jacob vestimenta sua, & circumposuit cilicium lumbis suis, lugebatque filium diebus plurimis. Congregati sunt autem omnes filii ejus, & filiæ, & venerunt consolari eum: noluitque consolari, dicens: Descendam ad filium meum lugens in infernum*, quasi vero possibile non esset vacare a mœrore animum ipsius. Cum cœpisset ea plaga curari, fames valida incumbens, terramque universam occupans, primum quidem vehementi illum mœrore turbaverat: cum autem reversi ex Ægypto filii, rei frumentariæ copia famis incommoda solati essent, aliam item consolationi mixtam doloris causam attulerunt, voluptatemque quam ex famis levamine tulerat, absentia filii premebat atque obscurabat. Neque id solum, sed Benjamin ipsum postulabant: quo ille unico solatio & uxoris defunctæ, & a fera devorati filii lenire mœrorem poterat. Erat autem non ea sola causa detinendi Benjamin secum, verum ætas quo-
Gen. 42. 38. que ipsa, & educationis ratio. *Non descendet* enim, inquit, *filius meus vobiscum, quoniam frater ejus mortuus est, & ipse solus derelictus est, contingetque illum infirmari in via qua vos pergitis, deducetisque canos meos cum dolore ad inferos.* Primum igitur omnino renuebat, illum numquam se daturum asserens: cum vero vehementissima fames urgeret, graviorique necessitate tangeretur, quamquam nimium mœrens: *Quid* enim, inquit, *me afflixistis, nunciantes homini, quod esset vobis frater?* verbaque illa miseranda loquutus: *Joseph*, inquiens, *non est, Symeon non est, & Benjamin hunc assumetis? in me venerunt ista omnia*: dolens scilicet quod post Joseph & Symeon, etiam Benjamin a se niterentur avel-

A ὕδωρ μὴ ἐκζέσῃς. ἀνέβης γὰρ ἐπὶ τὴν κοίτην τοῦ πατρός σου, τότε ἐμίανας τὴν στρωμνὴν, οὗ ἀνέβης. ὡς δὲ ἐν ἡλικίᾳ γέγονεν ὁ τῆς ἀγαπωμένης γυναικὸς υἱὸς, καὶ παραμυθίαν αὐτὸν ἕξειν προσεδόκησε τῆς ἐπ' ἐκείνῃ λύπης, τότε αὐτῷ πολύτροποι διὰ τούτου κατεσκευάζοντο συμφοραί. οἱ γὰρ ἀδελφοὶ τὸν χιτωνίσκον τὸν ἐκείνου [a] βάψαντες αἵματι καὶ ἐπιδείξαντες τῷ πατρὶ, ποικίλον αὐτῷ τὸ πένθος εἰργάσαντο. οὐ γὰρ τὴν τελευτὴν ἐπένθει μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν τρόπον τῆς τελευτῆς, καὶ πολλὰ ἦν τὰ συγχέοντα αὐτοῦ τὴν ψυχήν· ὅτι ὁ τῆς φιλουμένης υἱὸς, ὅτι ὁ τῶν ἄλλων ἁπάντων βελτίων, ὅτι ὁ μάλιστα ἀγαπώ-
B μενος, ὅτι ἐν αὐτῷ τῷ τῆς ἡλικίας ἄνθει, ὅτι παρ' αὐτοῦ πεμφθεὶς, ὅτι μηδὲ ἐπὶ τῆς οἰκίας, μηδὲ ἐπὶ τῆς κλίνης, μηδὲ παρεστῶτος τοῦ πατρὸς, μηδὲ εἰπών τι καὶ ἀκούσας, ὅτι μὴ τῷ κοινῷ πάντων θανάτῳ, ὅτι ζῶν ὑπὸ τῆς τῶν θηρίων ὠμότητος ἐσπαράττετο, ὅτι μηδὲ τὰ λείψανα συναγαγεῖν ηὕρισκεν καὶ παραδοῦναι τῇ γῇ, ὅτι οὐδὲ ἐν νεότητι ταῦτα ὑπέμεινεν, ὅτε ἐνεγκεῖν δυνατὸν ἦν, ἀλλ' ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ. καὶ ἦν θέαμα πάντων ἐλεεινότερον ἰδεῖν, πολιὰν αἰσχυνομένην κόνει, καὶ στῆθος γηραλέον διερρηγμένου τοῦ χιτῶνος γυμνούμενον, καὶ θρήνους παρακλήσεως μείζονας· διέρρηξε γὰρ,
C φησὶν, Ἰακὼβ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ περιέθετο σάκκον ἐπὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, καὶ ἐπένθει τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἡμέρας πολλάς. συνήχθησαν δὲ πάντες οἱ υἱοὶ αὐτοῦ καὶ αἱ θυγατέρες, καὶ ἦλθον παρακαλέσαι αὐτὸν, καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι λέγων, ὅτι καταβήσομαι πρὸς τὸν υἱόν μου πενθῶν εἰς ᾅδου· ὥσπερ δὲ δέον μηδέ ποτε καθαρεύειν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ἀθυμίας. οὕτως ἀρξαμένης ταύτης θεραπεύεσθαι τῆς πληγῆς, λιμὸς ἐπελθὼν καὶ τὴν γῆν ἅπασαν καταλαβὼν, ἐλύπει μὲν αὐτὸν σφόδρα τὸ πρότερον· ὡς δὲ ἀνελθόντες ἀπὸ τῆς [b] Αἰγύπτου οἱ υἱοὶ παραμυθίαν
D ἐκόμισαν τοῦ κακοῦ, ἑτέρᾳ λύπῃ ταύτην ἀναμίξαντες ἤγαγον, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς τοῦ λιμοῦ λύσεως ἡδονὴν, συνέχεεν ἡ τοῦ παιδὸς ἀποδημία· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ τὸν Βενιαμὶν ἀπῄτουν αὐτὸν, ὃν μόνον εἶχε παραψυχὴν καὶ τῆς ἀπελθούσης γυναικὸς, καὶ τοῦ θηριοβρώτου παιδός. οὐ ταῦτα δὲ μόνον αὐτὸν ἀντέχεσθαι ἐποίει τοῦ Βενιαμὶν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς ἡλικίας, καὶ τὰ τῆς ἀναστροφῆς. οὐ καταβήσεται γὰρ, φησὶν, ὁ υἱός μου μεθ' ὑμῶν, ὅτι ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἀπέθανε, καὶ αὐτὸς μόνος καταλέλειπται, καὶ συμβήσεται αὐτῷ μαλακισθῆναι ἐν τῇ ὁδῷ, ἐν ᾗ ἂν πορεύησθε, καὶ κατάξετέ μου τὸ γῆρας μετὰ λύπης εἰς
E ᾅδου. τὸ μὲν οὖν πρῶτον διὰ ταῦτα πάντα παρῃτεῖτο, καὶ οὐκ ἔφασκε δώσειν αὐτόν· ἐπειδὴ δὲ σφοδρὸς ἐπέπεσεν ὁ λιμὸς, καὶ μείζονος τῆς ἀνάγκης ᾔσθετο, καίτοι σφόδρα ἀποδυρόμενος. τί γάρ με ἐκακοποιήσατε, φησὶν, ἀπαγγείλαντες τῷ ἀνθρώπῳ εἰ ἔστιν ὑμῖν ἀδελφός; καὶ τοῦτο πάντων ὀδυνηρότερον ὑπέμενε [c] τὰ ἐλεεινὰ ῥήματα φθεγγόμενος ὁ Ἰακὼβ, Ἰωσὴφ φησὶν οὐκ ἔστι· Συμεὼν οὐκ ἔστι, καὶ τὸν Βενιαμὶν λήψεσθε; ἐπ' ἐμὲ ἐγένετο ταῦτα πάντα· καὶ ὀδυρόμενος ὅτι μετὰ τὸν Ἰωσὴφ καὶ τὸν Συμεῶνα ἐπεχείρουν καὶ τὸν Βενιαμὶν ἀποσπά-

a Sic Savil. & Colb. Morel. vero, ἐν αἵματι.
b Morel. Αἰγύπτου οἱ υἱοὶ παραμυθίαν ἐκομίσαντο τοῦ κακοῦ, Savil. Αἰγύπτου οἱ υἱοὶ παραμυθίαν εὑρεῖν οἰόμενοι τοῦ κακοῦ, Colbertini duo τῆς Αἰγύπτου παραμυθίαν ἐκόμισαν τοῦ κακοῦ.
c Colb. & Savil. τὰ ἐλεεινότερα. Infra iidem τὸν Συμεών.

στῆναι αὐτοῦ, καὶ ἐνδεικνύμενος ὅτι πάντα πείσεται μᾶλλον, ἢ ἀφέξεται τοῦ παιδός, νικηθεὶς ὕστερον αὐτός, αὐτὸν τὸν ἑαυτοῦ χερσὶν ἐξεδίδου λέγων· Καὶ τὸν ἀδελφὸν ὑμῶν λάβετε, καὶ ἀναστάντες κατάβητε πρὸς τὸν ἄνθρωπον· ὁ δὲ θεός μου δῴη ὑμῖν χάριν ἐναντίον τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἀποστείλαι τὸν ἀδελφὸν ὑμῶν τὸν ἕνα, καὶ τὸν Βενιαμίν· ἐγὼ μὲν γὰρ [a] καθάπερ ἠτέκνωμαι, ἠτέκνωμαι. Οὕτω σφόδρα τοῖς πολλοῖς ἐκρατήθη κακοῖς, ὡς καὶ τῶν σπλάγχνων σπαραττομένων, καὶ κατὰ μικρὸν ἐλαττουμένων αὐτῷ τῶν παίδων, ἅπαντα ὑπομένειν τῇ τῶν μειζόνων ὑπερβολῇ· καὶ γὰρ μείζων αὐτὸν ἀθυμία κατεῖχεν ὑπὲρ τούτων [b] ἢ ὑπὲρ τοῦ Ἰωσήφ. Ἡ μὲν γὰρ οὐκ ἔχουσα προσδοκίαν διορθώσεως συμφορά, εἰ καὶ σφοδρὰς φέρει τὰς ἀθυμίας ἡμῖν, ἀλλ' ὅμως ταχέως αὐτὰς ἐξωθεῖ, εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβάλλουσα τὸν λογισμόν· ἡ δὲ ἔτι μετέωρος οὖσα οὐκ ἀφίησιν ἀναπαύσασθαι τὴν ψυχήν· τῇ τῶν μελλόντων ἀδηλίᾳ ἐπιτείνουσα ἀεὶ καὶ ἀνανεοῦσα τὴν ἀγωνίαν ἡμῖν. Καὶ τοῦτο ἄν τις μάθοι καλῶς ἀπὸ τοῦ μακαρίου Δαυΐδ, ὃς ἔτι ζῶντος μὲν ἐθρήνει τοῦ παιδός, τελευτήσαντος δὲ ἀνῆκε τοῦ πένθους ἑαυτόν. Ἀπορούντων δὲ ὑπὲρ τούτων τῶν παίδων, καὶ τὴν αἰτίαν ἐρωτώντων αὐτόν, τοῦτον εἶπε τὸν λογισμόν, ὅνπερ ἐγὼ νῦν. Εἰκότως οὖν κἀκεῖνος ὑπὲρ τούτων ἐδεδοίκει μᾶλλον, καὶ ἔτρεμεν· ἀλλ' ἡ ποθεινὴ θέα καὶ τὸ τὸν Ἰωσὴφ ἰδεῖν, εὐθυμίαν αὐτῷ παρέσχεν ὕστερον. Καὶ τί τὸ κέρδος; καθάπερ γὰρ τὰ σφοδρῷ καταφλεχθέντα μέλη πυρί, κἂν μυριάκις καταψύχῃ τις, οὐδὲν ὀνίνησιν· οὕτω καὶ τὴν ψυχὴν κατώδυνον γενομένην ἐκείνῳ καὶ τῇ τῆς ἀθυμίας σφοδρᾷ κατακαυθεῖσαν φλογί, οὐδὲν ἦν ἀνακτήσασθαι ἰσχυρόν, καὶ μάλιστα ὅτε οὐδὲ τὴν αἴσθησιν εἰκὸς εἶναι τρανῆ· ὅπερ καὶ ὁ Βερζελὶ παραιτούμενος τὸν Δαυΐδ, ἔλεγε· Πόσαι αἱ ἡμέραι ἐτῶν ζωῆς μου ἔσονταί μοι ἐκεῖ, ἵνα ἀναβῶ μετὰ τοῦ βασιλέως εἰς Ἱερουσαλήμ; υἱὸς ὀγδοήκοντα ἐτῶν εἰμι σήμερον· εἰ γνώσομαι ἀναμέσον ἀγαθοῦ, ἢ ἀναμέσον κακοῦ, εἰ γεύσεται ὁ δοῦλός σου ὅσα ἂν ἐσθίῃ, ἢ ὅσα ἂν πίνῃ, ἢ ἀκούσομαι φωνὴν ᾀδόντων ἢ ᾀδουσῶν; καὶ ἵνα τί ἔσται ὁ δοῦλός σου φορτίον ἐπὶ τὸν κύριόν μου τὸν βασιλέα; Ἀλλὰ τί χρὴ ἀφ' ἑτέρων ταῦτα στοχάζεσθαι, αὐτοῦ [c] παρὸν ἀκοῦσαι τοῦ πεπονθότος. Μετὰ γὰρ τὸ τὸν υἱὸν ἰδεῖν, φησίν, ἐρωτώμενος ὑπὸ τοῦ Φαραὼ περὶ τῆς ζωῆς αὐτοῦ· Μικραί, φησί, καὶ πονηραὶ αἱ ἡμέραι μου, καὶ οὐκ ἀφίκοντο εἰς τὰς ἡμέρας τῶν πατέρων μου· οὕτως ἐνακμάζουσαν αὐτοῦ τῇ ψυχῇ τὴν μνήμην τῶν γεγενημένων εἶχε διαπαντός.

Ἀλλ' ὁ λαμπρὸς καὶ ἐπίδοξος οὗτος υἱὸς ὁ Ἰωσὴφ τίνα οὐκ ἀπέκρυψε ταῖς συμφοραῖς; ὁ μὲν γὰρ πατὴρ ὁ τούτου ἕνα μόνον εἶχεν ἀδελφὸν ἐπιβουλεύοντα, οὗτος δὲ πολλῷ πλείους· καὶ ὁ μὲν τὴν προτέραν ἡλικίαν ἅπασαν ἐν ἀφθονίᾳ ἐτρέφετο καὶ ἀνέσει πολλῇ, ὁ δὲ ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας καὶ ἔτι παιδίον ὤν, τὰς τῆς ὁδοιπορίας φέρειν ἠναγκάζετο ταλαιπωρίας. Καὶ τῷ μὲν Ἰακὼβ παρῆν ἡ μήτηρ ἐπικουφίζουσα τὴν ἐπιβουλήν· οὗτος δὲ ἔτι νέος ὤν, καὶ ὅτε μάλιστα ἔχρῃζε τῆς μητρός, τότε ἐν ἐρημίᾳ τῆς βοηθείας ταύτης κατέστη. Πρὸς τούτοις ὁ μὲν Ἡσαῦ

lere; ostendensque omnia se potius passurum, quam dimissurum a se filium: victus tandem suis eum manibus tradidit, dicens: *Et fratrem vestrum assumite, surgentesque descendite ad virum. Deus autem meus det vobis gratiam in conspectu viri, emittatque vobiscum fratrem vestrum unum, & Benjamin. Ego enim sicut liberis orbatus sum, liberis orbatus sum.* Gen. 43. 13. Ita vehementer summis illis angebatur incommodis, ut visceribus etiam discerptis, paulatimque imminutis filiis, universa deteriorum accessione toleraret. Majore enim ex hujusmodi adversis dolore angebatur, quam ante ex Joseph. Quippe ea calamitas, quæ meliorum spe & exspectatione caret, etsi vehementiore dolore nos cruciat, ille tamen ipse dolor cito lenitur, dum animo desperatio hujus corrigendæ ingeritur: quæ vero suspensa est, animum requiescere non sinit, futurorum incertitudine anxietatem jugiter nobis augens & renovans: idque ex beato David facile animadvertere possumus, qui cum adhuc vivente plangeret filio, eo ipso mortuo se a fletu continuit: quod cum servi illius mirarentur, causamque requirerent, hanc ipsam rationem allegavit, quam ego modo. Merito igitur Jacob his metuebat magis atque tremebat. Sed aspectus ille desiderabilis, ac Joseph facies voluptatem illi & quietem postmodum præbuit. Et quid inde voluptatis consequutus est? Sicut enim vehementissimo igni adusta membra quantumlibet quis refrigerare moliatur, nihil proficit: ita & illius mœstum animum nimiique doloris flammis adustum, nihil erat quod recreare posset, maxime cum ea ætate nullus fere sit voluptatis sensus: quod Berzelli excusans, dicebat ad David: *Quot dies annorum vitæ meæ illic erunt mihi, ut ascendam cum rege in Jerusalem? Filius octoginta annorum sum hodie, num discernam inter bonum & inter malum? Num gustabit servus tuus quæcumque comederit aut biberit? Num audiam cantantium virorum aut mulierum voces? Et quare servus tuus gravis sit domino meo regi?* 2. Reg. 19. 32. Verum quid hoc ex aliis conjicimus, cum liceat ipsum audire de se profitentem? Postea enim quam filium viderat, à Pharaone de vitæ suæ annis interrogatus: *Parvi sunt*, inquit, *& mali dies mei, & non pervenerunt ad dies patrum meorum:* Gen. 47. 9. adeo vivacem rerum gestarum memoriam secum semper gerebat.

12. Sed enim filius iste clarus & gloriosus Joseph, cujus calamitates non suarum magnitudine calamitatum operuit? Nempe enim pater ejus unum tantum fratem insidiatorem passus est, hic autem multo plures: atque ille quidem per priorem omnem ætatem in summa rerum copia & requie nutritus est: hic in alienam puer adductus regionem, itineris ærumnas perferre cogebatur. Ac Jacobo quidem aderat mater, insidias leniens: hic adolescentulus quando illi matre opus erat, tunc maxime isto adjutorio desertus & destitutus est. Ad hæc Esaü

a Colb. & Savil. καθά.
b Colb. & Savil. ἢ τοῦ Ἰωσήφ. Infra iidem, ἀλλὰ ταχέως, Morel. ἀλλ' [illegible] ταχέως. Infra iidem [illegible]
c Sic Colb. & Savil. Morel. vero παρόντος.

quidem usque ad comminationem tantum Jacobum perterruit: at vero Josephi fratres insidias in apertum opus perduxerunt, atque ante insidias invidia commoti detrahere illi numquam destiterunt: quo quid acerbius esse possit, quam eos quibuscum habitas, inimicos pati? *Detulerunt enim illum crimine malo, & videntes quod a patre cæteris liberis suis plus diligeretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacifice loqui.* Neque enim, quod sub negotiatorum regiique eunuchi manu fuit, tam grave illi fuisse dixerim: multo enim clementius illo usi sunt, quam fratres. Attamen ne sic quidem quievit calamitatum sæva hyems, quippe vehementior procella irruens ipsum rursus fere demersit. Fortasse me quispiam hoc in loco insidias dominæ dicturum existimet: ego vero ante eam quoque tempestatem aliam sæviorem dicam. Grave quidem, revera grave, calumnias hujusmodi criminum pati damnarique, & carcerem tam prolixo tempore incolere puerum liberum, nobilem, ejusque necessitatis hactenus ignarum: sed sane gravius his omnibus illi visum puto, fluctus ætatis compescuisse. Si enim nulla flagranti concupiscentia motus, illius amores blanditiasque respuisset, non mihi ita laudandus atque admirandus videretur, Christi scilicet sententiæ credenti. Neque enim ille eos qui natura sunt eunuchi, sed qui seipsos castraverunt, dignos regno cælorum dixit. Sin vero secus, quam ille victoriam retulisset? adversus quem dimicans coronam reportaret? quonam hoste superato victor proclamaretur, si nullus esset qui obluctaretur, eumque niteretur dejicere? Neque enim eos qui ab animantium coitu abstinuerunt, castitatis ratione prædicamus, quod naturæ insita non sit hujusmodi concupiscentia. Si igitur beato illi adolescenti ejusmodi ignis nihil molestus fuit, quid est quod illius castitatem ita admiramur? Quod si eo tempore, quo vehementius hujusmodi flamma succenditur; agebat quippe tunc vigesimum ætatis annum; & cum nullis admotis aliis fomentis, intolerabilis per se est ista vis, tunc maxime impudica mulier castissimo adolescenti insidiata est, tantum huic flammæ virium ex suis illecebris & ornamentis adjiciens, quantum illi erat per naturam: quis jam tum illius fluctus, tumultus & anxietatem enarrare sufficiat, cum intrinsecus quidem & natura illum & ætas perturbarent, arsque Ægyptiæ extrinsecus pelliceret, istudque non uno die, vel duobus, sed plurimo tempore perferret? Equidem reor ipsum tunc non sibi tantum timuisse, sed illi etiam indoluisse, quod ad tantum præcipitium pervenire festinaret. Atque illud ex verbis quæ mulieri plena modestiæ respondit, nobis constare poterit. Etenim licebat illi profecto, si voluisset, & contumeliosius & audacius ad illam loqui: si quidem illa per nimiam amoris vim facile cuncta tolerasset: verum nihil hujusmodi loquutus est, aut cogitavit: sed piis cogitationibus admotis, ca

Gen. 37. 2.

Josephi exemplo utitur.

Matth. 19. 12.

A μέχρις ἀπειλῆς μόνης ἐλύπησε τὸν Ἰακώβ· οὗτοι δὲ καὶ εἰς ἔργον ἐξήγαγον τὴν ἐπιβουλήν, καὶ πρὸ τῆς ἐπιβουλῆς φθονοῦντες, καὶ διαβάλλοντες αὐτὸν διετέλουν, οὗ τί γένοιτ᾽ ἂν χαλεπώτερον, τοὺς συνοικοῦντας πολεμίους ἔχειν ἀεί; ᵃ καὶ γὰρ ψόγον κατήνεγκαν κατ᾽ αὐτοῦ πονηρόν, καὶ ἰδόντες ὅτι αὐτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ φιλεῖ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους υἱοὺς αὐτοῦ, ἐμίσησαν αὐτόν, καὶ οὐκ ἠδύναντο αὐτῷ λαλεῖν οὐδὲν εἰρηνικόν. οὔτε γὰρ τὸ ὑπὸ τοῖς ἐμπόροις γενέσθαι, οὔτε τὸ ὑπὸ τῷ σπάδοντι, τοσοῦτον εἶναι φαίην ἂν κακόν. πολλῷ γὰρ αὐτῷ φιλανθρωπότερον ἐχρήσαντο οὗτοι τῶν ἀδελφῶν· ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲ οὕτως ἡμερώτερος γέγονε τῶν συμφορῶν ὁ χειμών· σφοδροτέρα B γὰρ ἐμπεσοῦσα καταιγὶς πάλιν αὐτὸν κατέδυσε. τάχα μέ τις οἴεται τὴν ἐπιβουλὴν τῆς δεσποίνης ἐρεῖν· ἐγὼ δὲ πρὸ ταύτης χαλεπωτέραν ἐρῶ. δεινὸν μὲν γὰρ ἀληθῶς δεινόν, καὶ τὸ συκοφαντηθῆναι ἐπὶ τοιούτοις, καὶ τὸ κατακριθῆναι, καὶ τὸ δεσμωτήριον οἰκῆσαι χρόνον οὕτω μακρόν, παῖδα ἐλεύθερον, καὶ εὐγενῆ, καὶ ταύτης ἄπειρον τῆς ἀνάγκης, πολλῷ δὲ τούτων ἁπάντων βαρύτερον, τὸν ἀπὸ τῆς ἡλικίας οἶμαι χειμῶνα γεγενῆσθαι αὐτῷ. εἰ μὲν γὰρ ὑπὸ μηδεμιᾶς ἐπιθυμίας ἐνοχλούμενος διέπτυσε τὸν ἐκείνης ἔρωτα, οὐ σφόδρα ἐπαινῶ, οὐδὲ θαυμάζω τὸν ἄνδρα ἐγὼ πειθόμενος τῷ Χριστῷ. οὐδὲ γὰρ τοὺς ἀπὸ τῆς C φύσεως εὐνουχισθέντας, ἀλλὰ τοὺς ἑαυτοὺς εὐνουχίσαντας ἀξιοῦσθαί φησι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· εἰ δὲ μὴ τοῦτο ἦν, ποίαν ἤρατο νίκην; κατὰ τίνος στέφανον ἀνεδήσατο; τίνα καταγωνισάμενος ἀνεκηρύττετο, οὐδενὸς ὄντος τοῦ προσπαλαίοντος αὐτῷ, καὶ ἐπιχειροῦντος καταβαλεῖν; οὐδὲ γὰρ τοὺς τοῖς ἀλόγοις μὴ μιγνυμένους, εἰς σωφροσύνης ἐπαινοῦμεν λόγον, διὰ τὸ μηδὲ ἐγκεῖσθαι τῇ φύσει τῆς μίξεως τὴν ἐπιθυμίαν ἐκείνοις· εἰ τοίνυν μηδὲ τῷ μακαρίῳ τότε ἐκείνῳ τοῦτο ἠνώχλει τὸ πῦρ, τίνος ἕνεκεν αὐτὸν ἐπὶ σωφροσύνῃ θαυμάζομεν; εἰ δὲ ὅτε πάντων τῶν καιρῶν σφοδρότερον ἡ φλὸξ αἴρεται· εἰ- D κοστὸν γὰρ λοιπὸν ἦγεν ἔτος· καὶ ὅτε ἀνύποιστός ἐστιν ἡ τυραννὶς καὶ μηδενὸς αὐτὴν αὔξοντος, τότε ἡ ἀκόλαστος ἐπέθετο τῷ μειρακίῳ, τοσαύτην ἀπὸ τῶν αὐτῆς μαγγανευμάτων, καὶ καλλωπισμάτων προσθεῖσα τῇ φλογὶ τὴν ἰσχύν, ὅσην ἀπὸ τῆς φύσεως εἶχε, πῶς ἄν τις τὸν χειμῶνα διηγήσαιτο τῆς ψυχῆς καὶ τὸν θόρυβον καὶ τὴν ἀγωνίαν, τῆς φύσεως, καὶ τῆς ἡλικίας ἔνδοθεν ταραττούσης αὐτόν, καὶ τῶν παρὰ τῆς Αἰγυπτίας μηχανημάτων ἔξωθεν προσβαλλόντων, καὶ ταῦτα οὐ μέχρι μιᾶς ἡμέρας καὶ δευτέρας, ἀλλ᾽ ἐπὶ χρόνον πολύν; ἐγὼ γὰρ αὐτὸν οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ τρέμειν οἴομαι τότε μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἐκεί- E νης ἀλγεῖν, πρὸς τοσοῦτον κρημνὸν ἐπειγομένης ἐλθεῖν· καὶ τοῦτο ἐξ ὧν μετὰ πολλῆς ἐπιεικείας ἀποκρίνεται πρὸς αὐτήν, δῆλον ἡμῖν. καὶ γὰρ ἐνῆν εἴπερ ἐβούλετο καὶ ὑβριστικώτερον καὶ θρασύτερον διαλεχθῆναι πρὸς αὐτήν· καὶ γὰρ ἂν εὐκόλως πάντα ἤνεγκεν ἐκείνη διὰ τὸν ἔρωτα· ἀλλ᾽ οὐδὲν τοιοῦτον, οὔτε ἐφθέγξατο, οὔτε ἐνενόησεν· ἀλλὰ λογισμοὺς ἀνακινήσας εὐσεβεῖς, καὶ

a Sic in LXX. Interpretibus legitur: secus in Hebræo & in Vulgata, ubi Joseph fratres accusasse dicitur.

δι' ὧν ᾤετο μόνον ἐντρέψειν αὐτὴν, οὐδὲν πλέον προσέθηκεν. Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ὁ κύριός μου γινώσκει οὐδὲν δι' ἐμὲ τῶν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ πάντα ὅσα ἐστὶν αὐτῷ δέδωκεν ἐν τῇ χειρί μου, καὶ οὐχ ὑπερέχει ἐν τῇ οἰκίᾳ ταύτῃ οὐθὲν ἐμοῦ, οὐδὲ ὑπεξῄρηται ἀπ' ἐμοῦ οὐδὲν πλὴν σοῦ, διὰ τὸ σὲ γυναῖκα αὐτοῦ εἶναι· καὶ πῶς ποιήσω τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ πονηρὸν, καὶ ἁμαρτήσομαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ; Καὶ μετὰ τὴν τοσαύτην ἐπιείκειαν καὶ τὴν τῆς σωφροσύνης ἐπίδειξιν ἐσυκοφαντήθη, καὶ συνεχώρησεν ὁ Θεός. Ἐδέθη, καὶ οὐδὲ οὕτως ἤλεγξε τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ τὴν ἄδικον διαβολὴν τῆς γυναικός· ἐβούλετο γὰρ καὶ πολλοὺς αὐτῷ τοὺς μισθοὺς, καὶ λαμπροτέρους γενέσθαι τοὺς στεφάνους, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῶν δούλων τοῦ βασιλέως ἀφεθέντων αὐτὸς ἔμενεν ἔνδον ἔτι. Σὺ δέ μοι μὴ τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ δεσμοφύλακος εἴπῃς, ἀλλ' ἐξέτασον αὐτοῦ τὰ ῥήματα, καὶ ὄψει τὴν ὀδύνην τῆς ψυχῆς. Μετὰ γὰρ τὸ ἐπιλῦσαι τὸ ὄναρ, ἔλεγε πρὸς τὸν οἰνοχόον· Ἀλλὰ μνήσθητί μου διὰ σεαυτοῦ, ὅταν εὖ σοι γένηται, καὶ ποιήσεις ἐπ' ἐμὲ ἔλεος, καὶ μνησθήσῃ περὶ ἐμοῦ πρὸς Φαραὼ, καὶ ἐξάξεις με ἐκ τοῦ ὀχυρώματος τούτου, ὅτι κλοπῇ ἐκλάπην ἐκ γῆς Ἑβραίων, καὶ ὧδε οὐκ ἐποίησα οὐδέν· ἀλλ' ἐνέβαλόν με εἰς τὸν οἶκον τοῦ λάκκου τούτου. Εἰ γὰρ καὶ τὸ καθεῖρχθαι ἔφερεν εὐκόλως, τὸ γοῦν τοιούτοις συζῆν ἀνδράσι, τυμβωρύχοις, κλέπταις, πατραλοίαις, μοιχοῖς, ἀνδροφόνοις· τούτων γὰρ ἁπάντων καὶ τῶν τοιούτων τὸ οἴκημα τοῦτο ἐπέπληστο· πάντων αὐτῷ βαρύτερον ἦν. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον αὐτὸν ἐλύπει καὶ ἔθλιβεν, ἀλλὰ καὶ τὸ πολλοὺς ὁρᾷν εἰκῆ καὶ μάτην ταριχευομένους ἐκεῖ. Ἀλλ' ὅμως ὁ μὲν οἰκέτης, ὅπερ ἀποδύρῃ καὶ σὺ νῦν, ἀπηλλάττετο τῶν δεσμῶν· ὁ δὲ ἐλεύθερος ἔμενε ταλαιπωρούμενος ἔτι. Εἰ δὲ τὴν βασιλείαν λέγοι τις, πάλιν μοι τὸν ἑσμὸν τῶν φροντίδων, καὶ τὰς ἀγρυπνίας, καὶ τῶν μυρίων πραγμάτων ἐρεῖ, ἅπερ ἅπαντα τοῖς τὸν ἡσύχιον καὶ ἀπράγμονα βίον ἀσπαζομένοις οὐ σφόδρα ἐστὶ καθ' ἡδονήν. Χωρὶς δὲ τούτων, ἐκείνοις μὲν εἰ καί τι χρηστὸν ἐγίνετο, ἀλλ' οὔπω τῆς βασιλείας πεφανερωμένης, οὐδὲ τῆς τῶν μελλόντων ἐπαγγελίας οὔσης φανερᾶς. Ἐνταῦθα δὲ ἔνθα τοσαῦτα πρόκειται ἀγαθὰ, καὶ πᾶσι τὸ πρᾶγμα δῆλόν ἐστιν, ἀλγήσει τίς, εἰπέ μοι, εἰ μηδενὸς κατὰ τὸν παρόντα βίον ἀπολαύσεται χρηστοῦ· ὅλως δὲ χρηστὸν ἡγήσεταί τι τῶν ἐνταῦθα γινομένων ἐκεῖνα εἰδώς; Καὶ τί ταύτης ταπεινότερον γένοιτ' ἂν τῆς ψυχῆς, εἰ προσδοκῶσα μικρὸν ὕστερον [a] μετοικισθήσεσθαι πρὸς τὸν οὐρανὸν, τὰς ἐνταῦθα ἀνέσεις ἐπιζητοίη, καὶ τὴν σκιᾶς οὐδὲν διαφέρουσαν εὐθυμίαν; Ματαιότης γὰρ, φησὶ, ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης. Εἰ δὲ ὁ μάλιστα πάντων ἀνθρώπων πεῖραν τῆς τοῦ βίου λαβὼν ἡδονῆς, τοιαύτην ἐξήνεγκε κατ' αὐτῆς τὴν ἀπόφασιν, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς οὕτω διακεῖσθαι καὶ φρονεῖν χρὴ, τοὺς οὐδὲν μὲν κοινὸν πρὸς τὴν γῆν ἔχοντας, εἰς δὲ τὴν ἄνω πόλιν ἐγγραφέντας, καὶ πάντα μετοικίσαι τὸν νοῦν κελευσθέντας ἐκεῖ.

[a] Colb. & Savil. μεταστήσεσθαι.

A solummodo loquutus est, per quæ putabat illam posse pudore affici, nihilque amplius adjecit. *Ecce enim*, inquit, *dominus meus, propter me nihil scit eorum quæ sunt in domo sua: & omnia quæ sua sunt dedit in manu mea, nihilque in domo sua plus habet quam ego: neque aliquid quod non dederit in potestate mea, præter te, eo quod uxor illius sis: & quomodo faciam hoc verbum malum, ut peccem coram Deo?* Gen. 39. 8. Et tamen post tantam modestiam, tantaque castitatis indicia, falsi criminis calumniam subivit, Deusque istud fieri permisit. Vinctus est, nec sic prodidit insidias, injustamque mulieris calumniam.
B Volebat enim copiosiora præmia, coronasque clariores præparare, atque ideo ipsis quoque servis regiis dimissis ipse inclusus perseverabat. Tu nolo mihi custodis clementiam objicias, verum ipsius verba diligentius examines, & inspicies animi dolorem. Nam cum somnium interpretatus esset, regio pincernæ dixit: *Sed memento mei per temetipsum, cum tibi bene fuerit, faciesque super me misericordiam, & suggeres Pharaoni de me, & educes me de carcere isto, quia furto sublatus sum de terra Hebræorum: & hic non feci quicquam, sed innocentem injecerunt me in domum lacus hujus.* Gen. 40. 14. Etsi enim
C claustra carceris facile ferebat, cum eis hominibus vivere, puta sepulcrorum violatoribus, furibus, parricidis, adulteris, homicidis; his enim atque hujusmodi plenum erat illud habitaculum; gravius illi ac molestius erat. Neque id solum, sed quod plurimos intueretur frustra & inaniter illic macerari & confici. Sed tamen, id quod tute modo quereris, servus quidem vinculis eripiebatur, liber autem in ærumnis persistebat. Quod si quis regni mentionem faciat, hic mihi rursus curarum examen, vigiliarum & mille negotiorum difficultates in medium adducet. Quæ omnia iis qui quie-
D tam curisque vacuam vitam diligunt, non nimium jucunda sunt. Præterea sanctis illis quidem si quid lætum contingebat, mirum profecto non erat, cum necdum cæleste regnum planum & apertum esset, nec futurorum bonorum promissio manifesta. Nunc vero quando tanta bonorum copia proponitur, resque cunctis manifesta est, audebitne obsecro jam quispiam dolere, si in præsenti vita jucundis nullis perfruatur: aut prorsus in hac vita dulce aliquid existimabit, qui illa noverit? Et quid hoc animo dici abjectius potest, si sperans paulo post in cælum se migraturum, hujus mundi requiem
E inquirat, ac prosperitatem umbra nulla meliorem? *Vanitas* enim *vanitatum*, inquit, *& omnia vanitas.* Eccl. 1. 2. Quod si is, qui præsentis vitæ voluptates præ cæteris hominibus fuerat expertus, hanc adversus illas sententiam tulit: multo magis nos ita affici & sentire convenit, quibus nihil est commune cum terra, quibusque in superna inscriptis civitate, totamque illuc mentem transferre jussum est.

EJUSDEM AD STAGIRIUM, A

De tristitia.

LIBER TERTIUS.

1. SUFFICERE quidem poterant ea quæ dicta sunt, ad exstinguendam mœroris flammam, atque persuadendum meliore ac tranquilliore esse animo: verùm ut consolatio sit cumulatior, & hunc librum adjicere institui, illud abs te primùm inquirens: Dic, oro, si quis te ad regnum terrestre vocaret, atque ante ingressum ejus civitatis, vel antequam coronam acciperes, in stabulum divertere necesse esset, ubi luti ac fumi plurimum viatorumque tumultus esset, & latronum perturbatio, summaque pressura & angustia: num ad illa tristia cogitatione converteris, an non illa omnia quasi nihil essent, contemneres? Quomodo igitur non absurdum fuerit, terrenis rebus potiturum, spe regni elatum nihil his quæ interim adversa inciderint contrahi, ad cælos autem accersitum, per singula quæ in diversorio contingunt tristia decidere atque perturbari? Profecto enim diversorio ac stabuli habitatione nihilo præsentis vitæ status melior, idque cum Sancti nobis indicare cuperent, hospites ac peregrinos seipsos appellabant, his verbis nos erudientes, & læta sæculi præsentis & tristia deridere, atque à terra longissimè remotos, toto animo cælestia ambire, atque ad ea totam transferre cogitationem. Age itaque ad sanctos ipsos veniamus, à Joseph ad Mosem orationem transferentes. Hic enim omnium, qui in terra versabantur mitissimus, gignitur gentilibus quidem suis vi durissimæ servitutis oppressis: alienatus autem à parentibus, ignoransque à quibus genitus esset, priori omni ætate à barbaris viris educatur. Quo quid gravius Hebræo, singularique prudentia prædito adolescenti potuit contingere, etsi millies filius regis esse putaretur? Non autem hoc solo angebatur ille tunc, verum quod intueretur gentem suam summis calamitatibus opprimi. Qui enim sine illorum salute ne vivere quidem, neque in Dei libro conscribi patiebatur, quomodo aulæ regiæ, regnique bonis frui potuisset, cum tanta omnes tempestate jactari gentiles cerneret? Nam si nos quoque post tam multa sæcula exortos, nullamque hujusmodi causam commiserationis erga Judæos habentes, tanta subit occisorum puerorum commiseratio; quid beatus ille non passus est, qui tam singulari affectu genti suæ adstrictus, ipsas eorum clades oculis percipiebat, ac eos præterea qui tantis illos malis afficiebant, parentum titulo honorare cogebatur? Reor ipsum miseros illos tunc infantes plus luxisse, quam fecerint parentes ipsi: quod ex ipsis liquet quæ postea gessit. Cum enim eum qui pater esse putabatur, nec suaden-

Mosis exemplum affert.

[a] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ ΣΤΑΓΕΙΡΙΟΝ, [a]

περὶ ἀθυμίας.

Λόγος γ΄.

ΙΚΑΝΑ μὲν οὖν καὶ τὰ εἰρημένα σβέσαι τῆς ἀθυμίας τὴν φλόγα, καὶ πεῖσαι ῥᾷον διακεῖσθαι τὴν ψυχήν· ὥστε δὲ ἐκ περιουσίας γενέσθαι τὴν παραμυθίαν, καὶ τοῦτον ἔγνωκά σοι προσθεῖναι τὸν λόγον, ἐκεῖνό σε πρότερον ἐρόμενος· εἰπὲ γάρ μοι εἴ τίς σε εἰς βασιλείαν ἐκάλει τὴν ἐν τῇ γῇ, εἶτα πρὶν εἰς τὴν πόλιν εἰσελθεῖν, ἢ τὸν στέφανον ἀναδήσασθαι, ἔμελλες ἐν πανδοχείῳ καταλύειν, ἐν ᾧ καὶ βόρβορος, καὶ καπνὸς, καὶ ὁδοιπόρων θόρυβος, καὶ λῃστῶν ταραχὴ, καὶ στενοχωρία καὶ θλίψις B πολλὴ, ἆρα ἂν ἀπεστράφης πρὸς ἐκεῖνα τὰ λυπηρὰ, ἀλλ' οὐκ ἂν ἁπάντων αὐτῶν ὡς οὐδὲν ὄντων κατεφρόνησας; πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον τὸν μὲν γῆς μέλλοντα κρατεῖν μηδενὶ τῶν ἐμπιπτόντων συστέλλεσθαι δυσχερῶν τῇ τῆς βασιλείας ἐλπίδι γαυρούμενον, πρὸς δὲ τοὺς οὐρανοὺς στελλόμενον, καταπίπτειν καὶ θορυβεῖσθαι ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἐν καταγωγίῳ τούτῳ συμβαινόντων ἡμῖν [b] λυπηρῶν; καταγωγίου γὰρ καὶ τῆς ἐν πανδοχείῳ μονῆς οὐδὲν αὕτη ἡ τοῦ βίου τούτου κατάστασις διενήνοχεν, καὶ τοῦτο οἱ C ἅγιοι δεῖξαι βουλόμενοι ξένους καὶ παρεπιδήμους ἐκάλουν ἑαυτοὺς, διὰ τούτων παιδεύοντες ἡμᾶς τῶν ῥημάτων, καὶ τῶν χρηστῶν, καὶ τῶν ἀνιαρῶν τῶν ἐν τῷ παρόντι βίῳ καταγελᾷν, καὶ τῆς γῆς ἀπαλλαγέντας ὅλην προσδῆσαι τῷ οὐρανῷ τὴν ψυχήν. φέρε οὖν ἐπ' αὐτοὺς τοὺς ἁγίους ἔλθωμεν, ἀπὸ τοῦ Ἰωσὴφ, ἐπὶ τὸν Μωσέα μεταθέντες τὸν λόγον. οὗτος γὰρ ὁ πάντων πρᾳότατος τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, τίκτεται μὲν τῶν οἰκείων πραττόντων κακῶς, ἀλλοτριωθεὶς δὲ τῶν τεκόντων αὐτὸν, καὶ τοὺς γεννησαμένους ἀγνοήσας πᾶσαν τὴν προτέραν ἡλικίαν ὑπὸ βαρβάρων ἀνδρῶν ἀνατρέφεται. οὗ τί γένοιτ' ἂν χαλεπώτερον Ἑβραίῳ μειρακίῳ καὶ νοῦν ἔχοντι, κἂν μυριάκις εἶναι δοκῇ βασιλέως D υἱός; τότε δὲ οὐ τοῦτο μόνον ἦν τὸ δεινὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ τὸ ὁμόφυλον ἅπαν ἐν ταῖς ἐσχάταις ἑώρα συμφοραῖς. ὁ γὰρ μηδὲ ζῆν ἀνεχόμενος, μηδὲ ἐν τῇ βίβλῳ γεγράφθαι τοῦ θεοῦ τῆς σωτηρίας ἐκείνων χωρὶς, πῶς ἂν τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις ἀπέλαυσε καλῶν ἐν τοσούτῳ κλύδωνι κειμένους ὁρῶν ἅπαντας; εἰ γὰρ ἡμᾶς τοὺς μετὰ τοσοῦτον χρόνον γεγενημένους, καὶ οὐδὲν τοιοῦτο δικαίωμα συμπαθείας πρὸς Ἰουδαίους ἔχοντας τοσοῦτος ἔλεος εἰσέρχεται τῆς παιδοκτονίας ἐκείνης, τί οὐκ ἂν ὁ μακάριος ἐκεῖνος ἔπαθε, πολλῷ μὲν τῷ πόθῳ πρὸς πᾶν τὸ ἔθνος συνδεδεμένος, E ὄψει δὲ τὰς ἐκείνων παραλαμβάνων συμφορὰς, καὶ τοὺς ταῦτα ἐργαζομένους τὰ κακὰ, γονεῖς ἐπιγράφεσθαι ἀναγκαζόμενος; ἐγὼ γὰρ αὐτὸν καὶ τῶν τεκόντων μᾶλλον τοὺς ἀθλίους παῖδας ἐκείνους οἶμαι τότε πενθεῖν, καὶ τοῦτο δῆλον, ἐξ ὧν μετὰ ταῦτα ἔπραξεν. ἐπειδὴ γὰρ οὔτε πειθὼ εἶχεν, οὔτε ἀνάγκην εἶν

[a] Colb. τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν αὐτὸν ἐπὶ περὶ ἀθυμίας. Savil, πρὸς τὸν αὐτὸν Σταγείριον λόγ. γ.

[b] Morel. & Savil. in textu λυπηρῶν. Colb. & Savil. in marg. δυσχερῶν.

ἠδυνάτο τὸ δοκοῦντα εἶναι πατέρα καταλύειν τὸ θηριῶδες καὶ τυραννικὸν ἐπίταγμα, αὐτὸς ὁμόσε λοιπὸν τοῖς ἐκείνων ἐχώρει κακοῖς. καὶ οὐ τοῦτο θαυμάζω τοσοῦτον νῦν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ φόνου στοχαζόμενος, ὅσην ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ φλόγα ἀθυμίας ἔτρεφε, ταύτην μᾶλλον ἐκπλήττομαι. ὁ γὰρ εἰς φόνον ἀπορρήξας τὴν ὠδῖνα ἐκείνην, ἐδήλωσε διὰ τῶν ἐσχάτων τὰ πρότερα. οὐ γὰρ ἂν μετὰ τοσαύτης αὐτοῖς σφοδρότητος ἤμυνεν, εἰ μὴ τῶν πατέρων μᾶλλον τοῖς ἐκείνων ἐτήκετο κακοῖς. τί οὖν ἐπειδὴ ἤμυνε, καὶ τὴν ψυχὴν ἀνέπαυσε μικρὸν ἀπὸ τῆς ἀθυμίας ἐκείνης; ἆρα ἠδυνήθη τι πλέον ἀπολαῦσαι τῆς παραμυθίας ἐκείνης τῆς ἀπὸ τῆς ἐκδικήσεως γεγενημένης; δευτέρα μὲν οὔπω οὐκ ἔφθασεν ἡμέρα, καὶ τῆς προτέρας ἑτέρα χαλεπωτέρα διεδέχετο τὸν μακάριον ἐκεῖνον ὀδύνη· καὶ φόβος τοσοῦτος, ὡς καὶ ἀπελάσαι τῆς Αἰγύπτου πάσης αὐτόν. δεινὸν μὲν οὖν καὶ τὸ ὑφ' ὁτουοῦν ἀκούειν κακῶς· ὅταν δὲ καὶ τῶν εὐεργετηθέντων τις ὁ τοῦτο ποιῶν ᾖ, καὶ τὰς εἰς αὐτὸν εὐεργεσίας ὀνειδίζῃ, καὶ προφέρῃ, μὴ ἀνελεῖν με ἄρα σύ, φησι, θέλεις, ὃν τρόπον ἀνεῖλες χθὲς τὸν Αἰγύπτιον; τότε δὴ τότε ἡ ὕβρις ἀφόρητος γίνεται, καὶ δύναιτ' ἂν καὶ ἀποπνῖξαι τὸν ὑβριζόμενον· τοσοῦτον μετὰ τῆς ἀθυμίας ἐπάγει καὶ τὸν θυμόν. ἐπὶ δὲ τοῦ Μωσέως, καὶ τρίτον ἕτερον τούτοις προσῆν, ὁ τοῦ βασιλέως φόβος, ὃς οὕτως ἐκράτησε τῆς τοῦ δικαίου ψυχῆς, ὡς καὶ τῆς χώρας ἁπάσης αὐτὸν ἐκβαλεῖν. γίνεται δὴ φυγὰς ὁ τοῦ βασιλέως υἱός, ὥστε εἴ τις αὐτὸν μακαρίζει διὰ τὴν ἐν τοῖς βασιλείοις ἀνατροφήν, νῦν μνημονευέτω τῆς ἀφθονίας ἐκείνης, καὶ μυρίας αὐτὴν ὄψεται ἀθυμίας καὶ δυσκολίας ὑπόθεσιν τῷ δικαίῳ γεγενημένην. οὐ γάρ ἐστιν ἴσον ἐν ἰδιωτικῇ τραφέντα οἰκίᾳ, καὶ πολλοὺς μὲν μόχθους, πολλὰς δὲ ἀποδημίας καὶ ταλαιπωρίας [a] ὑπομείναντα, πλάνας ἀνέχεσθαι μακράς, καὶ τὰ τῆς ἀλλοτρίας ὑπομένειν κακά, καὶ τὸ μηδὲ εἰς βραχεῖαν πεῖραν τούτων ἐλθόντα ποτέ· ἀλλ' ἐν πολυτελείᾳ διατελέσαντα τὸν ἅπαντα χρόνον τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο παθεῖν· πολλῷ γὰρ ἐκεῖνος ἐκείνου χαλεπωτέρας αἰσθήσεται τῆς φυγῆς, εἴ ποτε εἰς ταύτην καταστῆναι συμβαίη τῆς ἀνάγκης αὐτῷ· ὃ δὴ κἀκείνῳ τότε συνέβαινε. καὶ γενόμενος φυγάς, κατάγεται μὲν παρὰ ἀνδρὶ εἰδωλολάτρῃ καὶ ἀλλοφύλῳ, καὶ τοῦτο δὲ εἰς ἀθυμίας λόγον οὐ μικρόν, ξενίζεσθαι παρὰ τῷ δαιμονίοις ἱερωμένῳ, χρόνον οὕτω μακρόν· ἐγχειρισθεὶς δὲ τὴν τῶν ποιμνίων ἐπιμέλειαν τῶν ἐκείνου, οὕτω τὰ τεσσαράκοντα ἔτη διετέλεσεν. εἰ δέ τινι τοῦτο μηδὲν εἶναι δοκεῖ δεινόν, ἐξετάσωμεν τοὺς μὴ διὰ φόβον καὶ δέος ἀποδημοῦντας καὶ κρυπτομένους, ἀλλὰ τοὺς ἑκόντας μικρὸν τῆς οἰκίας διασπωμένους, πῶς ἀλύουσι, πῶς δυσχεραίνουσι, [b] πόσων ἀγαθῶν τὴν ἐπάνοδον τίθενται. ὅταν δὲ καὶ φόβος προσῇ, καὶ βίος ταλαίπωρος, καὶ τὰ φορτικὰ ταῦτα καὶ ἐπαχθῆ τῆς ἡδίστης ἐπανόδου κουφότερα φαίνηται, σκόπει μοι τὸ ποικίλον τῆς συμφορᾶς. μὴ γὰρ ἁπλῶς ἀκούσῃς τὸ ἐποίμαινεν· ἀλλ' ἀναμνήσθητι νῦν τῶν ῥημάτων τοῦ Ἰακώβ, ὧν πρὸς τὸν κηδεστὴν ἀπωδύρετο λέγων· ἐγὼ ἀπετίννυον παρ' ἐμαυτοῦ κλέμματα.

[a] Colb. [illegible] μακρούς, καὶ τὰ τῆς ἀλλοτρίας κακά. Morel. [illegible] πλάνας ἀνέχεσθαι μακράς, καὶ τὰ τῆς ἀλλοτρίας ὑπομένειν κακά. Savil. πλάνας ἀνέχεσθαι μακράς, καὶ τὰ τῆς ἀλλοτρίας ὑπομένειν τ

[b] Colb. & Savil. [illegible] ἀγαθῶν.

do flectere, neque cogere valeret, ut feralem, tyrannicamque jussionem removeret, ipse una malorum communium voluit esse particeps. Neque istud est quod ego nunc tantopere admiror, sed ex cæde illa conjiciens, quam præterito tempore mœroris flammam aluerit, id admodum stupeo. Nam qui ex maxima doloris vi ad homicidium protinus erupit, ex eo opere qui prius animi dolor fuerit, ostendit. Neque enim tanta illos vehementia ultus fuisset, nisi plus quam patres ipsi eorum malis contabuisset. Quid igitur posteaquam illos ultus est, num vel parum animus ex mœrore illo relaxatus est? Potuitne diutius frui consolatione illius ultionis? Vix dies altera illuxerat, cum beatum illum dolor alius, & quidem priore longe gravior excepit, tantusque metus, ut ipsum Ægypto tota deturbaret. Durum quidem ac molestum est, a quovis homine maledictis lacessi: verum cum beneficiis quispiam affectus, beneficia ipsa exprobraverit: *Nunquid occidere me tu vis*, inquit, *quemadmodum Ægyptium heri occidisti?* tunc jam tunc efficitur ea contumelia intolerabilis ita ut possit illa læsum suffocare, tantam iram dolori conjunctam affert. At vero in Mose præter hæc aliud quoque tertium inerat, regis videlicet metus, qui adeo justi occupaverat animum, ut universa illum regione exturbaret. Efficitur fugitivus regis filius; itaque si quis regiæ illum educationis causa beatum putaverit, is modo prioris abundantiæ recordetur, atque illam justo viro doloris ingentis & angustiæ materiam fuisse videbit. Neque enim idem est quempiam in privata nutritum domo, plurimis jam laboribus multisque peregrinationibus & ærumnis exactis, longos iterum labores, atque ea incommoda quæ extra patrium solum necessario subeunda sunt, perpeti: & eum qui ista ne minimum quidem fuerit expertus, sed in rerum abundantia omne tempus educatus, idipsum pati. Multo enim gravior ei fuga videbitur, quam illi, si quando experiri hanc necessario cogetur: quod illi quoque tunc contigit. Itaque profugus effectus, alienigenæ & idololatræ viri hospitio fruitur, quod non mediocre est tristitiæ argumentum; tam longo scilicet tempore dæmoniorum sacerdotis hospitem esse. Tradita autem sibi pascendi gregis custodia, quadraginta annis ita perstitit. Porro si hoc durum non esse alicui videatur: is velim eos examinet, non qui metus, aut timoris causa peregrinantur, & latebris abduntur, sed qui sponte sua domo abstrahuntur, quam moleste, quam graviter agant, quantumque commodi in reditu reponant. Cum vero illi & metus adfuerit, & vita ærumnis plena: istaque onerosa & molesta reditu isto suavissimo leviora judicaverit: considera, quæso, calamitatis ejus magnitudinem. Neque enim simpliciter audies, *pascebat*, sed recole nunc Jacobi verba, quæ ad socerum conquerens dixit: *Ego a meipso reddebam*

Exod. 2. 14.

Gen. 31. 39.

furta diei, & furta noctis: die urebar æstu, nocte gelu, recedebatque somnus ab oculis meis. Hæc enim omnia illi etiam contigisse putandum est, & annis pluribus, & majori cum difficultate: quippe est ea regio longe desertior atque incultior, quam Mesopotamia. Quod si non ita querebatur Moses, nec beatus quidem ille questus umquam fuisset, nisi summa necessitate compulsus, atque ob ingratum soceri animum in hæc verba prorumpere necessario coactus esset: Sufficit quidem & ipsa per se alienæ terræ habitatio ad eum humiliandum virum, qui necessitatis tantum causa peregrinatur. Sicut
Prov. 27. 8. enim avis cum ex nido suo avolaverit, facilius capitur: ita & homo cum à sedibus propriis longius profectus fuerit, servitio subjicitur. Tunc vero nec de propria salute securus esse poterat ille, sed ut servus aliquis crudelissimum dominum effugiens, pavet semper ac trepidat ne capiatur: ita & beatus Moses in metu semper erat: idque ex eo maxime liquet, quod Deo post tantum temporis præcipiente, ut rediret in Ægyptum, hæret ac titubat: idque cum audisset, *defunctus est qui quærebat animam tuam.*

2. Postea vero quam paruit & excessit, atque uxorem ac liberos relinquere coactus est, rursus querimoniæ & contumeliæ & minæ ab eo qui tunc regnabat in Ægypto, criminaque & maledicta ab eis ipsis quos be-
Exod. 5. 4. neficiis fovebat. Ille enim aiebat: *Quare Moses & Aaron avertitis populum ab operibus suis? recedite unusquisque vestrum ad opera sua.* Israëlitæ autem: *Videat*, aiebant, *Deus & judicet vos, quia execrabilem fecistis odorem nostrum coram Pharaone & coram servis suis, ut daretis gladium in manus eorum ad interficiendum nos.* Gravia quidem erant hæc & molesta: sed illud omnium gravissimum, quod ingressus ad suos, innumeraque promittens bona, libertatem, incumbentium malorum ereptionem, fallax esse putabatur. Non solum enim illis tunc levatum non est imminentis servitutis onus, verum gravius est adjectum: & qui gentem omnem liberaturus sperabatur, idque promiserat, is cruciatuum & verberum causa, insidiator & corruptor esse putabatur. Quis non mœrore tunc fuisset absorptus, cum pollicitus tot malorum ereptionem, post pollicitationem diriora videret cumulari? Dolebat quidem quantum par erat eum qui talia audiret & videret: non ea tamen perturbatione dejiciebatur, sed manebat immobilis: & quidem cum promissionibus ea quæ contingebant, non solum non consentirent, verum & maxime obluctarentur. Accedens autem ad Deum, & de his lo-
Exod. 5. 23. quens, ac multum ingemiscens, *Domine*, inquit, *quare afflixisti populum tuum, & quare me misisti? Ecce enim ex quo ingressus sum ad Pharaonem, ut loquerer in nomine tuo, afflixit populum tuum, nec liberasti eum.* Hæc ergo cum ille lamentatus esset, atque eadem iterum audisset, annunciat quidem ea rursus Israëlitis: sed illi minime tolerant, eo quod animæ illorum labore premerentur,
Ibid. 9. ac mœrore deficerent. *Non*, inquit, *audie-*

A ματα ἡμέρας καὶ κλέμματα νυκτός· ἐγινόμην τῆς ἡμέρας συγκαιόμενος τῷ καύματι, καὶ τῷ παγετῷ τῆς νυκτὸς, καὶ ἀφίστατο ὁ ὕπνος ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν μου. Ταῦτα γὰρ ἅπαντα καὶ τούτῳ συμβαίνειν εἰκὸς ἦν, ἐπὶ πλείοσιν ἔτεσι καὶ μετὰ μείζονος τῆς σφοδρότητος, ὅσῳ καὶ ἡ χώρα τῆς χώρας ἐρημοτέρα. εἰ δὲ μὴ ἀπωδύρατο ταῦτα ὁ Μωϋσῆς, οὐδὲ γὰρ ὁ μακάριος ἐκεῖνος εἶπεν ἄν, εἰ μὴ εἰς πολλὴν τοῦ πράγματος κατέστη τὴν ἀνάγκην, καὶ ὑπὸ τῆς ἀγνωμοσύνης τοῦ κηδεστοῦ, εἰς ταῦτα ἐλθεῖν ἐβιάσθη τὰ ῥήματα· ἱκανὴ μὲν οὖν καὶ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ ἀλλοτρία ταπεινῶσαι τὸν ἄνδρα, τὸν καὶ χρείας ἕνεκεν ἀποδημοῦντα μόνον. ὡς γὰρ ὄρνεον, φησὶν, ὅταν ἐκπετασθῇ
B ἐκ τῆς νοσσιᾶς αὐτοῦ, οὕτως ἄνθρωπος δουλοῦται, ὅταν ἀποξενωθῇ ἀπὸ τῶν ἰδίων τόπων· τότε δὲ πρὸς τούτῳ οὐδὲ ὑπὲρ τῆς ἰδίας σωτηρίας εἶχε θαῤῥεῖν· ἀλλ' ὥσπερ τις οἰκέτης ὠμὸν δεσπότην ἀποδρὰς τρέμει διαπαντὸς, καὶ δέδοικε μὴ ἁλῷ, οὕτω καὶ ὁ μακάριος Μωσῆς, φόβῳ συνέζη διηνεκεῖ· καὶ δῆλον ἐξ ὧν τοῦ θεοῦ μετὰ τοσοῦτον χρόνον κελεύοντος ἀπελθεῖν, ἀναδύεται καὶ ὀκνεῖ, καὶ ταῦτα ἀκούσας, ὅτι ὁ ζητῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τέθνηκεν.

Ἐπειδὴ δέ ποτε ἐπείσθη, καὶ ἀπῆλθε, καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς παῖδας ἠναγκάσθη καταλιπεῖν, πάλιν μέμψεις
C καὶ ὕβρεις καὶ ἀπειλαὶ παρὰ τοῦ κρατοῦντος τῆς Αἰγύπτου τότε, κατηγορίαι δὲ καὶ ἀραὶ παρὰ τῶν εὐεργετουμένων αὐτῶν· ὁ μὲν οὖν ἔλεγεν· ἵνα τί Μωσῆ καὶ Ἀαρὼν, διαστρέφετε τὸν λαὸν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτῶν; ἀπέλθετε ἕκαστος ὑμῶν πρὸς τὰ ἔργα αὐτοῦ· οἱ δὲ Ἰσραηλῖται, ἴδοι, φησὶν, ὁ θεὸς ὑμᾶς καὶ κρίναι, ὅτι ἐβδελύξατε τὴν ὀσμὴν ἡμῶν ἐνώπιον Φαραὼ, καὶ ἐνώπιον τῶν θεραπόντων αὐτοῦ, δοῦναι ῥομφαίαν εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν ἀποκτεῖναι ἡμᾶς. λυπηρὰ μὲν οὖν ταῦτα καὶ ἐπαχθῆ, τὸ δὲ πάντων φορτικώτερον ἐκεῖνο ἦν, ὅτι εἰσελθὼν καὶ μυρία ἐπαγγειλάμενος ἀγαθὰ, ἐλευθερίαν, ἀπαλλαγὴν τῶν ἐπικει-
D μένων κακῶν, ἔδοξεν εἶναι ἀπατεών. οὐ γὰρ μόνον αὐτοῖς οὐκ ἐπεκουφίσθη τὸ τῆς ἐπικειμένης δουλείας βάρος, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ χαλεπώτερον ἐπετείνετο, καὶ ὁ προσδοκηθεὶς ἐλευθερωτὴς ἔσεσθαι τοῦ παντὸς ἔθνους, καὶ τοῦτο ἐπαγγειλάμενος, τῶν στρεβλώσεων καὶ τῶν μαστίγων αἴτιος ἔδοξεν εἶναι, καὶ ἐπίβουλος, καὶ λυμεών· τίς οὐκ ἂν ὑπὸ τῆς ἀθυμίας κατεπόθη ῥᾳδίως, ὑποσχόμενος μὲν λύσιν τῶν τοσούτων κακῶν, μετὰ δὲ τὴν ὑπόσχεσιν, προσθήκην ἑτέρων χαλεπωτέρων ἰδών; ἠθύμει μὲν οὖν ὡς ἀθυμεῖν εἰκὸς τὸν ταῦτα ἀκούοντα καὶ ὁρῶντα, οὐ παρετρέπετο δὲ ὑπὸ τοῦ πά-
E θους, ἀλλ' ἔμενεν ἀκλινὴς, καί τοι τῶν ἐπαγγελίαις τῶν γινομένων οὐ συμβαινόντων, ἀλλὰ καὶ μαχομένων. προσελθὼν δὲ τῷ θεῷ καὶ διαλεχθεὶς ὑπὲρ τούτων καὶ ἀποδυράμενος πολλὰ, εἶπε γάρ φησι· κύριε διὰ τί ἐκάκωσας τὸν λαόν σου, καὶ ἵνα τί ἀπέσταλκάς με, καὶ ἀφ' οὗ εἰσπεπόρευμαι πρὸς Φαραὼ λαλῆσαι ἐπὶ τῷ σῷ ὀνόματι, ἐκάκωσε τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ οὐκ ἐῤῥύσω τὸν λαόν σου; ταῦτα δὴ οὖν θρηνήσας, καὶ τὰ αὐτὰ πάλιν ἀκούσας, ἅπερ καὶ πρότερον, ἀπαγγέλλει μὲν αὐτὰ τοῖς Ἰσραηλίταις πάλιν· οὐ παραδέχονται δὲ ἐκεῖνοι τῷ κρατεῖσθαι τὰς ψυχὰς ὑπὸ τοῦ καμάτου καὶ τῆς ἀθυμίας. οὐκ εἰσήκουσαν γὰρ Μωσέως, φησὶν,

A ἀπὸ τῆς ἀθυμίας, καὶ ἀπὸ τῶν ἔργων τῶν σκληρῶν. καὶ τοῦτο δὲ οὐχ ὡς ἔτυχεν αὐτὸν ἔθλιβεν· ὡς δὲ ἐπὶ τῶν σημείων ἐγένετο, καὶ πολλάκις ὑπὸ τοῦ Φαραὼ διαπαιχθεὶς ἤνεγκε γενναίως καὶ ταύτην τὴν χλευασίαν. ἀπαλλαγεὶς τῆς Αἰγύπτου καὶ θαρρήσας μετὰ τῶν Ἰουδαίων λοιπὸν, πρὶν ἀναπνεῦσαι τέλεον, τῷ προτέρῳ, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ μείζονι τοῦ προτέρου κατελαμβάνετο φόβῳ. οὔπω γὰρ ὅλαι τρεῖς ἡμέραι, καὶ τοὺς βαρβάρους ἅπαντας μετὰ τῶν ὅπλων εἶδον πλησίον ἑστῶτας αὐτῶν, καὶ ταυτὸν ἔπασχον, οἷον εἰ δραπέται τινὲς ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας ἄφνω τοῖς τῶν δεσποτῶν ἐμπεσόντες ὀφθαλμοῖς· ἢ εἰ καθάπερ αὐτοὶ δὴ οὗτοι εἴποτε συμβαίη χρηστοῖς ὀνείρασιν ἐντρυφήσαντες, B καὶ ταύτην φαντασθέντες τὴν ἀπαλλαγὴν, εἶτα διεγερθέντες εὕροιεν ἑαυτοὺς ἐν Αἰγύπτῳ πάλιν, καὶ τοῖς ὁμοίοις κακοῖς. μᾶλλον δὲ οὐκ οἶδα τί ἂν τις αὐτοὺς φαίη νομίζειν ὄναρ, τὰς τρεῖς ἡμέρας τῆς ἀπαλλαγῆς, ἢ τὴν παροῦσαν ὄψιν ἐκείνην τὴν φρικώδη καὶ φοβεράν, τοσαύτη κατεσκεδάσθη τοῖς ἁπάντων ὀφθαλμοῖς ἀθυμίας ἀχλύς. ὁ δὲ Μωσῆς καὶ μείζονι σκότῳ συνεχόμενος ἦν. οὐ γὰρ τοὺς Αἰγυπτίους ἐδεδοίκει μόνον, καθάπερ καὶ οἱ λοιποὶ Ἰσραηλῖται, ἀλλὰ καὶ τούτους μετ' ἐκείνων. ἀμφότεροι γὰρ ὡς ἀπατεῶνι καὶ εἴρωνι προσεῖχον λοιπὸν, οἱ μὲν μετὰ C τοῦ γελᾶν καὶ ἐπεμβαίνειν· οἱ δὲ μετὰ τοῦ δάκνεσθαι καὶ ἀθυμεῖν. ἀλλὰ τί χρὴ τούτοις τεκμαίρεσθαι τὴν ἀθυμίαν τοῦ ἀνδρὸς, παρὸν ἐκ τῆς ἄνωθεν ἐνεχθείσης φωνῆς πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ὀδύνην καταμαθεῖν; σιγῶντι γὰρ καὶ μηδὲ διᾶραι τὰ χείλη τολμῶντι, φησὶν ὁ θεός· τί βοᾷς πρὸς μέ; τὸν θόρυβον τῆς ψυχῆς αὐτοῦ δι' ἑνὸς ῥήματος τούτου ἐμφαίνων ἡμῖν.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦτο ἐλύθη τὸ δέος, μείζονα πάλιν ἤρετο τὰ δεινά. καὶ γὰρ καὶ τῶν Αἰγυπτίων καὶ τοῦ Φαραὼ, χαλεπώτερον αὐτῷ δι' ὅλης ἐνέκειντο τῆς ὁδοῦ οἱ παρ' D αὐτοῦ δημαγωγούμενοι, καὶ δι' αὐτοῦ μυρίων ἀπολαύσαντες ἀγαθῶν. καὶ πρῶτον μὲν ἐπέκειντο σφοδρῶς ἄγχοντες, καὶ κρέα ἀπαιτοῦντες αὐτὸν τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τοῖς μὲν παροῦσιν ἀχαριστοῦντες, τὰ δὲ πρότερα ἐπιζητοῦντες, ὃ πάντων βαρύτερον ἦν. τί γὰρ χαλεπώτερον ἂν ἔπαθεν, εἰ μαινομένων καὶ παραπαιόντων ἀνδρῶν ἐπετέτραπτο στρατηγεῖν; ἀλλ' ὅμως ταῦτα πάντα γενναίως ἔφερεν ὁ μακάριος ἐκεῖνος ἀνὴρ, καὶ εἰ μὲν μὴ φιλοστόργως εἶχε πρὸς αὐτοὺς, φορητὸν ἂν ἦν τὸ δεινὸν, καὶ ὑπὲρ τῶν εἰς αὐτὸν γινομένων μόνον παρεῖχεν ἀλγεῖν. νῦν δὲ τῶν γονέων μᾶλλον περὶ αὐτοὺς διατεθεὶς, ἀπὸ τῆς κηδεμονίας ταύτης ἑτέραν εἶχεν ἀθυμίας ἀνάγκην, τὴν ὑπὲρ τῆς ἐκείνων E διαστροφῆς καὶ μιαρίας. οὐδὲ γὰρ οὕτως αὐτὸν ἔδακνε τὸ ὑβρίζεσθαι, ὡς τὸ ἐκείνους εἶναι τοὺς ὑβριστάς. δεινὸν μὲν οὖν καὶ τὸ παρὰ τῆς χορηγίας τῆς παραδόξου τροφῆς ἐκείνης ἀχαριστεῖν· οἱ δὲ καὶ ἐν μέσοις τοῖς θαύμασι τὴν κακίαν ἐπεδείκνυον τὴν αὐτῶν, καὶ τὴν παρανομίαν, καὶ τὴν πλεονεξίαν τὴν περὶ τὴν συλλογὴν, καὶ μικρὸν προελθόντες πάλιν ἐγόγγυζον, πάλιν ἐμέμφοντο τὰς εὐεργεσίας τοῦ θεοῦ· καθ' ἕκαστον δὲ τούτων, μᾶλλον τῶν ἁμαρτανόντων ὁ μακάριος ἐκεῖνος ἐκόπτετο καὶ ἠθύμει. καὶ γὰρ ὅτε τὸν μόσχον εἰργάσαντο, αὐτοὶ μὲν ἔπαιζον καὶ ἐτρύφων·

A *runt Mosem præ angustia & laboribus duris.* Hoc autem haud parum illum affligebat. Ut vero ad signa ventum est, sæpius à Pharaone delusus, eam irrisionem fortiter tulit. Cum vero liberatus tandem ex Ægypto, atque una cum Judæis jam fere securus videretur, antequam plene respirasset, priore, imo vero longe graviore metu correptus est. Vix enim tertia effluxerat dies, cum repente Barbaros omnes armatos cernunt super se irruere: atque idem passi sunt, quod fugitivi servi, dum in aliena regione repente dominorum oculos offendunt: vel certe quemadmodum si illi ipsi aliquando som-B niassent se lætari, & esse ea servitute liberatos, ac demum experrectos in Ægypto, atque in eisdem malis invenissent. Imo vero nescio quid illi somnium reputasse existimandi sunt potius, triduine illam liberationem, an præsentem rerum faciem horrendam ac pavendam: tanta oculis omnium offusa erat mœroris nebula. Interea Moses multo majoribus tenebris offusus erat. Non enim solos Ægyptios metuebat, ut reliqui, verum ipsos una Israëlitas: utraque enim gens illum jam ut seductorem ac versipellem aggressura erat, Ægyptii quidem irri-C dentes atque invadentes, Israëlitæ vero exulcerati ac mœrore confecti. Sed quid me necesse est dolores angustiasque viri conjecturis colligere, cum possimus ex illa ipsa superna voce cunctum ipsius dolorem intelligere? Tacenti enim illi, neque labia aperire audenti, dixit Deus: *Quid clamas ad me?* Tumultum animi ipsius nobis hoc verbo significans. Exod. 14. 15.

3. Postea vero quam is etiam solutus est metus, majora iterum parabantur adversa. Moysis ærumnæ in deserto. Nam per omne illud iter sævius atque im-D manius illo usi sunt ii qui ab eo regebantur, innumerisque per illum bonis fruebantur, quam fecisset Pharao ipse & Ægyptii. Ac primum quidem instabant vehementius illum suffocantes, Ægyptiasque carnes requirentes, ingratique præsentia fastidiebant, & præterita desiderabant, quod erat sane omnium gravissimum. Quid enim pati poterat acerbius, si amentium insanentiumque hominum dux constitutus fuisset? Et tamen omnia beatus ille fortiter ferebat, & nisi illos summo affectu dilexisset, tolerabile malum erat, cum pro suis tantum doluisset injuriis: cum autem erga illos non secus quam pater afficeretur, ex hujusmodi affec-E tu aliam rursus molestiam subire cogebatur, nempe de illorum perversitate ac nequitia. Neque enim tam illum angebant contumeliæ, quam quod illi ipsi contumeliosi essent. Grave quidem re vera fuerat, etiam ante cibi illius mirabilem largitionem ingratos esse: verum illi etiam inter media miracula nequitiam ostendebant suam, iniquitatem & infrænatam cupidinem, quam colligentes manna præ se ferebant, atque cum parum processissent, rursus murmurabant, rursus Dei beneficiis ingrati querebantur. Cum vero per singula quotidie peccarent, beatus ille lugebat plus, quam illi, mœstus. Nam cum vitulum fecerunt, ipsi quidem

A ludebant ac lasciviebant: Moses autem lugens, ac mœrore affectus, maledictum illud terribile sibi imprecabatur, nihilque omnino ipsi persuadere poterat, ut à miserationis affectu abstineret. Cum igitur sic dilectos in deteriora semper progredi conspiceret, quanto illum in dolore, quibus lacrymis jugiter versatum putas? Si enim unum quis tantum habens filium, vivere sine dolore non potest, cum illum semper in vitia pronum animadvertit, etiam si ipse omnibus nequior sit: is qui tot millia hominum in filiorum ordine locaverat, imo vero plusquam filios amabat: nullus enim pater, sicut ille, cum filio una perire cupit, cum B præcipue nihil peccaverit: is, inquam, qui tot habebat filios, mala aversans, ac bona studiose diligens, quid passus esse putandus est, cum eos omnes veluti ex quodam condicto, ad vitiorum præcipitia currere intueretur? Neque enim nisi tenebris offusus animaque ex intimo doloris sensu caligine turbata, tabulas de manibus umquam abjecisset atque contrivisset. Sed cito clades illa sedata ab eo est. Quonam, quæso, remedio? Nempe enim etiamsi curationis illo genere sanatum fuerit vulnus, ipse tamen erat semper in lacrymis. Nullus enim fere C ita esset lapideus, qui nihil pateretur fratres & cognatos a suis interfici, atque ad viginti trium millium numerum eam cædem progredi conspiciens. Nos quippe cum liberos nostros in aliquo peccasse deprehendimus, tormentis quidem ac flagris illos subdimus: verum id non sine dolore facimus, nec minus, quam qui patiuntur, affligimur.

Alia tribulatione ac mœrore Moyses divexatur.

4. Cum ergo & illum & castra maximus luctus occupasset, alia rursus anxietas adjecta est. Deus enim se non jam illis parciturum, sed eos derelicturum, Angeloque daturum illorum curam minabatur. Id vero Mosi visum est omnium acerbissimum. D Audi namque quid ille ad Deum loquutus sit: *Nisi ipse venias mecum, ne educas me hinc.* Videsne ut timoribus timores, mœroresque mœroribus semper successerint? Neque tamen hactenus steterunt adversa, verum cum id quoque persuasisset Deo, annuissetque ille clementius, ac præstitisset gratiam, aliis rursus doloribus affligitur.

Exod. 33. 16.

Deum jam propitium illi irritantes, sese summis calamitatibus exposuerunt: nam post cædem illam lacrymabilem ita Deum rursus offenderunt, ut contra se incendium illud provocarent, ex quo omnes fere consumti periissent, nisi summa erga illos cle- E mentia usus esset. Mosem vero duplex semper mœstitia angebat, quod & illos perire, & reliquos corrigi nolle, nihilque ex pereuntium casibus lucrari conspiceret. Necdum enim clades illa finem acceperat, cum ii qui reliqui fuerant, ceparum memores,

Num. 11. 5.

datas sibi escas ægre ferebant dicentes: *Quis nos cibabit carnibus? Recordamur pisces quos in Ægypto comedebamus, cucumeresque & pepones & porros, & cepas & allia. Nunc autem anima nostra arescit, nihilque oculi*

A ὁ δὲ πενθῶν καὶ ἀνιώμενος καὶ καταρώμενος ἑαυτῷ τὴν χαλεπὴν ἐκείνην ἀρὰν Μωσῆς ἦν, καὶ οὐδὲν αὐτὸν ὅλως ἔπειθεν ἀποστῆναι τῆς συμπαθείας τῆς πρὸς αὐτούς. τοὺς οὖν οὕτως ὑπ' αὐτοῦ ποθουμένους ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀεὶ προβαίνοντας ὁρῶν, πόσῃ λύπῃ, πόσοις δὲ ἄρα συναπεστρέφετο δάκρυσιν; εἰ γὰρ ἕνα τις υἱὸν ἔχων οὐκ ἂν δύναιτο ζῆν, εἴ ποτε αἴσθοιτο πρὸς κακίαν αὐτὸν ἀποκλίνοντα, κἂν εἰ πάντων αὐτὸς πονηρότερος ὢν τύχοι, τὸν μυριάδας τοσαύτας ἐν τάξει παίδων κεκτημένον, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ παῖδας φιλοῦντα· οὐδεὶς γὰρ ἂν ηὔξατο πατὴρ συναπολέσθαι παιδὶ μηδὲν ἡμαρτηκὼς, κα- B θάπερ ἐκεῖνος· τὸν δὴ οὕτω παῖδας κεκτημένον τοσούτους, μισοπόνηρόν τε ὄντα καὶ φιλάγαθον, τί οἴει παθεῖν πάντας αὐτοὺς ὥσπερ ἔκ τινος συνθήματος, εἰς τὸν τῆς κακίας κρημνὸν καταδραμόντας ἰδόντα; οὐ γὰρ ἂν εἰ μὴ σφόδρα αὐτὸν ἐσκότωσε καὶ ἐκ βάθρων αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ἀνέτρεψεν ὁ τῆς ἀθυμίας ἐκείνης ἴλιγγος, τὰς πλάκας ἂν ἔρριψεν ἀπὸ τῶν χειρῶν καὶ συνέτριψεν· ἀλλ' ἰάσατο ταχέως τὴν συμφοράν. ἀλλὰ τί ποιήσας, εἰπέ; καὶ γὰρ ὁ τῆς ἰατρείας τρόπος, εἰ καὶ παρεμυθήσατο τὸ γεγονὸς, ἀλλ' ὅμως καὶ αὐτὸς πολλῶν ἔγεμε δακρύων· καὶ οὐδεὶς οὕτω λίθινος ἦν, ὡς μηδὲν παθεῖν ἀδελφοὺς καὶ συγ- C γενεῖς ὑπὸ τῶν οἰκείων σφαττομένους ὁρῶν, καὶ εἰς τρισχιλίων σωμάτων ἀριθμὸν τὴν ἐλεεινὴν ταύτην ἐκτεινομένην σφαγήν. καὶ γὰρ ἡμεῖς τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτῶν ὅταν ἐπί τινι λαμβάνωμεν δεινῷ, στρεβλοῦμεν μὲν, καὶ μαστιγοῦμεν, οὐκ ἀναλγητὶ δὲ τοῦτο πράττομεν, ἀλλὰ μετὰ θλίψεως οὐκ ἐλάττονος τῶν πασχόντων αὐτῶν.

Πολλοῦ δὴ τότε πένθους αὐτὸν καὶ τὸ στρατόπεδον ἔχοντος, ἑτέρα πάλιν ἀγωνία προσετίθετο. οὐκ ἔτι γὰρ αὐτοῖς στρατηγήσειν, ἀλλ' ἐγκαταλείψειν αὐτὸν, καὶ ἀγγέλῳ παραδώσειν τὴν προστασίαν αὐτῶν ἠπείλησεν ὁ θεὸς, ὃ πάντων ἀφορητότερον ἦν τῷ Μωσῇ. ἄκουσον γοῦν οἷά D φησι πρὸς τὸν θεόν· εἰ μὴ σὺ αὐτὸς συμπορεύῃ μοι, μή με ἀναγάγῃς ἐντεῦθεν· ὁρᾷς πῶς φόβοι φόβους, καὶ λύπαι διεδέχοντο λύπας; καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἵστατο τὸ δεινόν· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τοῦτο ἔπεισε τὸν θεὸν, καὶ ἐπένευσεν ὁ φιλάνθρωπος, καὶ τὴν χάριν ἔδωκε, πάλιν ἑτέραις αὐτὸν περιέβαλλον ὀδύναις, τὸν ἵλεων γενόμενον παροξύνοντες, καὶ ταῖς ἐσχάταις ἑαυτοὺς περιπείροντες συμφοραῖς. μετὰ γὰρ τὴν σφαγὴν τὴν πολυδάκρυτον οὕτω προσέκρουσαν πάλιν, ὡς ἐκκαλέσασθαι καθ' ἑαυτῶν τὸν ἐμπρησμὸν ἐκεῖνον, ὃ μικροῦ πάντας ἀνήλωσεν ἄν, [a] εἰ μὴ καὶ οὕτω πολλῇ περὶ αὐτοὺς φιλανθρωπίᾳ ἐχρήσατο. τῷ δὲ Μωϋσῇ δι- E πλῆν ἐν ἅπασι τὴν ἀθυμίαν εἶναι συνέβαινε, τῷ τε ἐκείνους ἀπόλλυσθαι, καὶ τῷ τοὺς ὑπολειπομένους ἀδιορθώτους μένειν, καὶ μηδὲν ἐκ τῶν ἐκείνων κερδαίνειν συμφορῶν. οὔπω γὰρ τέλος εἶχεν ἐκεῖνος ὁ θάνατος, καὶ οἱ περιλειφθέντες τῶν κρομμύων ἐμέμνηντο, καὶ τοῖς παροῦσιν ἐδυσχέραινον λέγοντες· τίς ἡμᾶς ψωμιεῖ κρέας; ἐμνήσθημεν γὰρ τοὺς ἰχθύας, οὓς ἠσθίομεν ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τοὺς σικύους, καὶ τοὺς πέπονας, καὶ τὰ πράσα καὶ τὰ κρόμμυα καὶ τὰ σκόροδα. νυνὶ δὲ ἡ ψυχὴ ἡμῶν κατάξηρος, οὐδὲν πλὴν

a Sic Savil. in margine, in reliquis hæc, εἰ μὴ . . . . . ἐχρήσατο, desunt.

εἰς

εἰς τὸ μάννα οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν. ἔνθα μηκέτι φέρων τὴν ἀγνωμοσύνην αὐτῶν ὁ Μωϋσῆς, παραιτεῖται τὴν προστασίαν νικηθεὶς ὑπὸ τῆς ἀθυμίας, καὶ θάνατον εὔχεται ἀντὶ τῆς πικρᾶς ἐκείνης ζωῆς. ἐπάκουσον δὴ καὶ τῶν ῥημάτων αὐτῶν· καὶ εἶπε Μωϋσῆς, φησὶ, πρὸς τὸν θεόν· ἵνα τί ἐκάκωσας τὸν θεράποντά σου, καὶ διὰ τί οὐχ εὕρηκα χάριν ἐναντίον σου, ἐπιθεῖναι τὴν ὁρμὴν τοῦ λαοῦ τούτου ἐπ' ἐμέ; μὴ ἐγὼ ἐν γαστρὶ ἔλαβον πάντα τὸν λαὸν τοῦτον, ἢ ἐγὼ ἔτεκον αὐτὸν, ὅτι λέγεις μοι, λάβε αὐτὸν εἰς τὸν κόλπον σου, ὡσεὶ ἄραι τιθηνὸς τὸν θηλάζοντα, εἰς τὴν γῆν ἣν ὤμοσας τοῖς πατράσιν αὐτῶν; πόθεν μοι κρέα δοῦναι παντὶ τῷ λαῷ τούτῳ, ὅτι κλαίουσιν ἐπ' ἐμοὶ λέγοντες, δὸς ἡμῖν κρέα, ἵνα φάγωμεν; οὐ δυνήσομαι ἐγὼ μόνος φέρειν τὸν λαὸν τοῦτον, ὅτι βαρύτερόν μοί ἐστι τὸ ῥῆμα τοῦτο· εἰ δὲ οὕτως οὐ ποιεῖς μοι, ἀπόκτεινόν με ἀναιρέσει, εἰ εὕρηκα χάριν ἐναντίον σου. ταῦτα ἐκεῖνος ἐφθέγξατο ὁ εἰπὼν, καὶ νῦν, εἰ μὲν ἀφῇς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μὴ, ἐξάλειψόν με ἐκ τῆς βίβλου ἧς ἔγραψας. οὕτως αὐτὸν ἡ ἀθυμία περιέτρεψεν. ὅπερ πάσχουσι καὶ γονεῖς πολλάκις δυσανασχετοῦντες τοῖς γινομένοις ὑπὸ τῶν παιδίων· ὅτι γὰρ καὶ μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα οὐκ ἐπαύσατο τῆς συμπαθείας τῆς πρὸς αὐτοὺς, ἐξ ὧν μετὰ ταῦτα ἐποίησε, δῆλον ἡμῖν. ἐπειδὴ γὰρ μετὰ τοὺς κατασκόπους ἀνελεῖν ἐπεχείρουν, καὶ λίθοις αὐτὸν ἔβαλλον, διαφυγὼν τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπὶ τὴν ὑπὲρ αὐτῶν εὐχὴν πάλιν ἐτρέπετο, καὶ τὸν θεὸν παρεκάλει ἵλεων γενέσθαι τοῖς βουλομένοις αὐτὸν ἀνελεῖν· οὕτω καὶ τῆς φυσικῆς φιλοστοργίας σφοδρότερον αὐτῷ τὸ φίλτρον ἐνέκειτο. τῶν τοίνυν κατασκόπων ἀποθανόντων, καὶ τοῦ πένθους ἀκμάζοντος οὐδέπω παρεληλυθότος χρόνου, πάλιν ἑτέρας ἔπλεκον ἀθυμίας ὑποθέσεις αὐτῷ. πρῶτον μὲν οὐκ ἀνασχόμενοι κωλύοντος πολεμεῖν, δεύτερον δὲ κατακοπέντες ὑπὸ τῶν Ἀμαληκιτῶν· ἦσαν δὲ καὶ πρὸ τοῦ πολέμου τούτου, τῇ χολέρᾳ καὶ τῇ γαστριμαργίᾳ δαπανηθέντες ἱκανῶς. καὶ γὰρ ἀπέκτεινε, φησὶν, ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν, ἔτι τῆς βρώσεως οὔσης ἐν τῷ στόματι αὐτῶν. θεασάμενος δὲ καὶ τὸν θάνατον ἐκεῖνον τῶν πολλῶν, οὔπω τῆς ἀθυμίας τῆς ἐπὶ τούτῳ πεπαυμένης, ἑτέρῳ πάλιν ἐβάλλετο πένθει, καὶ εἰς τοιαύτην ἀνάγκην καθίστατο, ὡς τοὺς ἀγαπητοὺς καὶ φιλτάτους τούτους εὔξασθαι ξένῳ τινὶ καὶ παραδόξῳ θανάτῳ καταλῦσαι τὸν βίον· οὕτως οἱ μὲν πυρὸς ἀφθέντος ἐξαίφνης ἐκαύθησαν, οἱ δὲ γινομένου χάσματος κατεπόθησαν· καὶ οὔτε εὐαρίθμητοί τινες, ἀλλὰ πεντεκαίδεκα χιλιάδων ἀνδρῶν πλείους οἱ ταῦτα παθόντες ἦσαν. τούτου δὲ γινομένου, πῶς τοὺς ἐκείνων συγγενεῖς, πῶς τοὺς φίλους πρὸς τὸν Μωσέα διακεῖσθαι εἰκὸς ἦν; πῶς δὲ αὐτὸν τὸν Μωσῆν, ὁρῶντα καὶ παῖδας ὀρφανοὺς, καὶ γυναῖκας χήρας ἀπὸ ταύτης γινομένας τῆς συμφορᾶς, καὶ τὴν ἀδελφὴν, καὶ τὸν ἀδελφὸν τελευτήσαντας, καὶ τοὺς υἱοὺς τοὺς ἐκείνου καυθέντας ὑπὲρ παρανομίας τινός; τούτων δὲ ἕκαστον ἱκανὸν καὶ μηδὲν πεπονθυῖαν θλῖψαι ψυχὴν, μή τι γε τοσούτοις ἤδη κατεργασθεῖσαν κακοῖς· ὡς δὲ τὸν Χαναναῖον εἷλον, καὶ μακρὰν ἐκύκλουν ὁδὸν, πάλιν ἐγόγγυζον οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ πάλιν ἀπώλλυντο, νόσῳ μὲν οὐκ ἔτι καθάπερ καὶ πρώην, οὐδὲ πυρὶ καὶ χάσματι καθάπερ καὶ πρότερον, ἰοβόλων δὲ δήγμασιν ὄφεων, οἳ πάντως ἂν αὐ-

nostri intuentur nisi manna. Hic jam non tulit ingratos Moses, imo vero dolore superatus, illorum regimen recusat, morique optat potius quam in tanta amaritudine vivere. Audi denique ipsius verba. *Et dixit*, inquit, *Moses ad Deum: Quare afflixisti servum tuum? & quare non inveni gratiam coram te, ut imponeres impetum universi populi hujus super me? Num ego in utero accepi omnem populum istum, aut genui eum? quia mihi dicis, accipe illum in sinu tuo, veluti nutrix lactentem, in terram quam juravi patribus eorum. Unde mihi carnes, ut dem omni populo isti? quia flent adversum me dicentes: Da nobis carnes ut comedamus. Non potero ferre populum istum solus, quoniam grave mihi est verbum hoc. Quod si non ita facis mihi, obsecro occide me, si inveni gratiam coram te.* [Num. 11. 11.] Ista ille loquutus est, qui dixerat: *Et nunc siquidem dimittis eis peccatum, dimitte: sin autem, dele me de libro quem scripsisti*: [Exod. 32. 31.] adeo illum mœror perturbaverat. Quod & parentes sæpe patiuntur, cum iis indignantur, quæ a filiis fiunt. Nam quod nec postea umquam desierit illorum misereri, liquet ex iis quæ postea gessit. Cum enim illum, post missos exploratores, occidere tentarent, ipsumque lapidibus obruere, effugiens illorum manus, rursus ad orandum pro eis convertebatur, Deumque illis propitium fieri, qui se necare cupiebant, precabatur: adeo quoque naturali amore vehementior illi inerat affectus. Itaque exploratoribus mortuis, ac ingentis adhuc luctus necdum hora præterita, rursus illi alias nectebant mœroris causas. Primo enim pugnare prohibenti non obtemperaverunt, secundo ab Amalecitis concisi sunt, & ante bellum istud & bilis & gulæ causa maxime consumti sunt. *Nam occidit*, inquit, *plurimos eorum, cum adhuc esca esset in ore eorum.* [Psal. 77. 34.] Ingenti autem hac illorum cæde inspecta, cum necdum hic dolor quievisset, alio rursus invaditur luctu, tantaque necessitate constrictus est, ut istos ipsos tam dilectos atque amatissimos, novo aliquo ac peregrino mortis genere vitam finire precaretur. Ita alii quidem erumpente igne repente incendio conflagraverunt, alii terræ hiatu absorpti sunt: neque pauci aliquot, sed plura quàm quindecim hominum millia ista passi sunt. Hoc peracto, quo animo illorum cognatos & amicos adversum Mosem fuisse putandum est? quo item Mosem ipsum cum cerneret pupillos filios, & uxores viduas ex ea calamitate fieri videret: item fratrem suum ac sororem vita excessisse, illiusque filios prævaricationis alicujus causa ignis ustione periisse? Horum sane singula, nihil etiam antea perpessum animum afficere dolore potuissent, nedum tot jam malis exercitum. Ut autem Chananæo superato longum iter circumire cogebantur, rursum murmuravere Judæi, rursumque periere, non jam quidem morbis ut prius, non igne aut hiatu terræ, sed venenatorum serpentium morsibus: qui profecto omnes per-

didissent, nisi rursus accedens ad Deum Moses precibus suis ejus avertisset iram. Postea vero quam ex hac peste liberati sunt, vatisque imprecationes effugerunt, rursum seipsos per durissima prærupta jecerunt, atque post benedictiones Balaam, imo vero Dei; neque enim illius voluntatis ea verba fuere, sed moventis se divini afflatus; fornicati sunt cum alienigenarum filiabus, & initiati sunt Beelphegor. At Moses hujusmodi scelus confusionemque non ferens, eos rursus se invicem concidere ac necare jussit. *Num. 25. 5.* *Interficite*, inquiens, *unusquisque proximum suum, qui initiatus est Beelphegor.* Non secus quam in vulnere, quod plurimis sectionibus ustionibusque susceptis, nihil melius habuerit, jubet quisque rursus quod reliquum est secare atque urere. Cæterum tu cum has difficultates audis, noli putare ista tantum contigisse: siquidem & ipse ex his quæ scripta sunt non pauca prætereo, puta bella, inimicorum obstacula, longissima itinera, sororis contumeliam, ejusdem pœnas, quibus mitissimus ille Moses tunc maxime indoluit. Sed ea tamen omnia si quis diligentissime in unum congerat, ne millesimam quidem partem ex iis quæ contigerunt, scriptam fuisse putet. Si enim qui in una domo paucis præest servis, innumeras quotidie & irritationum & mœroris occasiones habet, qui tot millibus quadraginta annis præesse coactus est, idque in deserto, ubi neque aër, neque aqua erat: quot negotia singulis diebus obire cogebatur? quot curas, quot mœrores & viventibus illis, & vita functis? Vidit enim omnes, quos ex Ægypto eduxerat mortuos, præter duos viros solum: eosque qui ex illis nati fuerant, dignus habitus non est in terram repromissionis introducere. Cæterum vidit quidem eam terram ex vertice montis Nabau, naturamque illius optime didicit, frui autem illa cum reliquis Israëlitis permissus non est, sed extra eam mansit ac mortuus est, idque ipse Israëlitis conquerens dicebat: *Deut. 4. 21.* *Et Dominus Deus iratus est mihi de iis quæ dicebantur à vobis, juravitque ut non transeam Jordanem istum, nec ingrediar in terram, quam Dominus Deus dat tibi in sorte. Ego enim morior in hac terra, nec transeo Jordanem hunc. Vos autem transibitis, & hæreditate possidebitis terram hanc optimam.* Quodque omnium erat acerbissimum, cum dolore ipsum in infernum deduxit, cum illi futura Judæorum mala præostendit, idolorum scilicet cultum, captivitatem, & calamitates innumeras, ut non solum de gestis quæ viderat, sed etiam de iis quæ necdum contigerant, affligeretur animo. Denique a prima statim ætate ita dolere ac mœrere incepit, ut numquam desisteret, vitamque cum mœstitia finiret.

Josue successor Mosis & ipse afflictus. 5. At vero successor ejus Josue, omnium, ut ita dixerim, tristium cum eo una periculum fecit. Si quid tamen illum, eo quod junior esset, effugit: hoc sane post mortem illius, in eo cumulatius impletum est. Non solum autem dum viveret Moses,

τοὺς ἀπώλεσεν, εἰ μὴ πάλιν ὁ Μωσῆς προσελθὼν ἱκέτευσε τὸν θεόν. ἐπειδὴ δὲ καὶ ταύτης ἀπηλλάγησαν τῆς φθορᾶς, καὶ τὰς ἀρὰς τοῦ μάντεως διέφυγον, πάλιν ἑαυτοὺς ἔρριψαν κατὰ τῶν χαλεπωτάτων κρημνῶν, καὶ μετὰ τὰς εὐλογίας τοῦ Βαλαάμ, μᾶλλον δὲ τοῦ θεοῦ· οὐ γὰρ τῆς ἐκείνου προαιρέσεως ἦν τὰ ῥήματα, ἀλλὰ τῆς κινούσης αὐτὸν δυνάμεως· ἐπόρνευσαν εἰς τὰς τῶν ἀλλοφύλων θυγατέρας, καὶ ἐτελέσθησαν τῷ Βεελφεγώρ. ὁ δὲ Μωσῆς τὴν τοσαύτην ὁρῶν αἰσχύνην καὶ τὴν [illegible], πάλιν αὐτοὺς ἀλλήλους κατακόπτειν ἐκέλευσε λέγων· ἀποκτείνατε ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ τὸν τετελεσμένον τῷ Βεελφεγώρ. καθάπερ ἐπί τινος τραύματος πολλὰς μὲν λαβόντος τομὰς καὶ καύσεις, οὐδὲν δὲ ἄμεινον ταύτῃ διατεθέντος, [a] κελεύοι τις πάλιν τέμνειν καὶ καίειν τὸ περιλειφθέν. σὺ δὲ ταύτας ἀκούων τὰς δυσκολίας, μὴ ταύτας μόνον συμβεβηκέναι νόμιζε, καίτοι καὶ τῶν κειμένων οὐκ ὀλίγας παρέλιπον, τοὺς πολέμους, τὰς τῶν ἐχθρῶν ἐναντιώσεις, τὰς μακρὰς ὁδοιπορίας, τῆς ἀδελφῆς τὴν ὕβριν, τὴν τιμωρίαν, ἐφ᾽ ᾗ μᾶλλον ἐκεῖνος ὁ πρᾳότατος ἤλγησε Μωσῆς. ἀλλ᾽ ὅμως κἂν ἅπαντά τις συναγάγῃ μετὰ ἀκριβείας, οὐδὲ μυριοστὸν μέρος τὰ γεγραμμένα τῶν γεγενημένων ἐστίν. εἰ γὰρ οἰκετῶν τις ὀλίγων ἐν οἰκίᾳ προεστὼς, καὶ παροξυσμῶν καὶ λύπης μυρίας ἔχει προφάσεις, ὁ μυριάδων τοσούτων ἐν τεσσαράκοντα ἔτεσιν ἐπιτροπεῦσαι καταναγκασθεὶς, καὶ ἐν ἐρήμῳ, ἔνθα μήτε ἀὴρ, μήτε ὕδωρ ἦν, πόσα πράγματα καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἔχειν ἠναγκάζετο, πόσας φροντίδας, πόσας ἀθυμίας καὶ ζώντων καὶ τελευτησάντων; καὶ γὰρ καὶ τελευτήσαντας ἅπαντας εἶδεν, οὓς ἐξήγαγε, πλὴν ἀνδρῶν δύο μόνον, καὶ τοὺς ἀπ᾽ ἐκείνων γεγενημένους, οὐκ ἠξιώθη εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσαγαγεῖν. ἀλλ᾽ εἶδε μὲν αὐτὴν ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους Ναβαῦ, καὶ τὴν φύσιν αὐτῆς ἐδιδάχθη καλῶς, ἀπολαῦσαι δὲ αὐτῆς οὐ συνεχωρήθη μετὰ τῶν λοιπῶν Ἰσραηλιτῶν, ἀλλ᾽ ἔμεινεν ἔξω, καὶ ἀπέθνησκεν· ἐφ᾽ ᾧ καὶ αὐτὸς ἀπωδύρατο πρὸς τοὺς Ἰσραηλίτας λέγων· καὶ κύριος ὁ θεὸς ἐθυμώθη μοι περὶ τῶν λεγομένων ὑφ᾽ ὑμῶν· καὶ ὤμοσεν ἵνα μὴ διαβῶ τὸν Ἰορδάνην τοῦτον· καὶ ἵνα μὴ εἰσέλθω εἰς τὴν γῆν, ἣν κύριος ὁ θεὸς δίδωσί σοι ἐν κλήρῳ. ἐγὼ γὰρ ἀποθνήσκω ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, καὶ οὐ διαβαίνω τὸν Ἰορδάνην τοῦτον· ὑμεῖς δὲ διαβήσεσθε, καὶ κληρονομήσετε τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν ταύτην. καὶ τὸ δὴ πάντων δεινότερον, ὅτι μετὰ λύπης αὐτὸν εἰς ᾅδου κατήγαγε· τὰ γὰρ μέλλοντα τοὺς Ἰουδαίους διαδέξασθαι προέμαθε κακὰ, τὴν εἰδωλολατρείαν, τὴν αἰχμαλωσίαν, τὰς ἀφάτους συμφορὰς, ὡς μηκέτι μόνον αὐτὸν οἷς ἑώρα καὶ τοῖς γεγενημένοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς μηδέπω συμβεβηκόσι κατατρύχεσθαι τὴν ψυχήν. ἀπὸ γὰρ πρώτης ἡλικίας ἀρξάμενος ὀδυνᾶσθαι καὶ ἀδημονεῖν, μετὰ τῆς αὐτῆς ἀθυμίας τὸν βίον κατέλυσεν.

Ὁ δὲ διαδεξάμενος αὐτὸν Ἰησοῦς, συναπέλαυσε μὲν αὐτῷ πάντων, ὡς εἰπεῖν, τῶν ἀνιαρῶν· εἰ δέ τι διὰ τὸ νέον τῆς ἡλικίας διέφυγε, τοῦτο μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἀνεπλήρωσεν. οὐ γὰρ ὅτε ἔζη μόνον ὁ Μωσῆς

a Colb. κελεύοι, Savil. & Morel. κελεύει, Savil. ad marg. κελεύῃ.

τὰ ἱμάτια διέῤῥηξε, καὶ σποδὸν κατεπάσατο· ἀλλὰ καὶ τελευτήσαντος πάλιν εἰς τὴν αὐτὴν, μᾶλλον δὲ εἰς μείζονα κατέστη ταύτης ἀνάγκην οὐ χρόνον βραχὺν, ἀλλὰ δι' ὅλης ἡμέρας πρηνὴς κείμενος ἐπὶ τῆς γῆς. ἄκουσον δὴ καὶ τῶν ῥημάτων αὐτοῦ καὶ τῶν ὀδυρμῶν· καὶ διέῤῥηξε, φησὶν, Ἰησοῦς τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τὴν γῆν ἐναντίον κυρίου ἕως ἑσπέρας, αὐτὸς καὶ οἱ πρεσβύτεροι Ἰσραὴλ, καὶ ἐπεβάλοντο χοῦν ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ εἶπεν Ἰησοῦς· δέομαι κύριε· ἵνα τί διεβίβασεν ὁ παῖς σου τὸν λαὸν τοῦτον τὸν Ἰορδάνην παραδοῦναι αὐτὸν τῷ Ἀμοῤῥαίῳ ἀπολέσαι ἡμᾶς; εἰ κατεμείναμεν καὶ κατῳκίσθημεν παρὰ τὸν Ἰορδάνην. καὶ τί ἐρῶ ἐπεὶ μετέβαλεν Ἰσραὴλ τὸν αὐχένα αὐτοῦ ἀπέναντι τοῦ ἐχθροῦ; καὶ ἀκούσας ὁ Χαναναῖος καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν, περικυκλώσουσιν ἡμᾶς, καὶ ἐκτρίψουσιν ἡμᾶς ἀπὸ τῆς γῆς. ταῦτα ἀκούσας ὁ θεὸς ἐνέφηνεν αὐτῷ τῆς ἥττης τὸ αἴτιον, καὶ μαθὼν πάντας ἄρδην ἀπώλεσεν, οὐ τὸν ἡμαρτηκότα μόνον, ἀλλὰ καὶ συγγενεῖς καὶ οἰκείους, καὶ τῶν θρεμμάτων τὸ πλῆθος, ὅπερ οὐχ ὡς ἔτυχεν αὐτῷ τὴν ψυχὴν διετάραξεν. εἰ γὰρ ἡμεῖς ἀλλοτρίους ὁρῶντες κολαζομένους οὐδὲ ἰδεῖν ἀνεχόμεθα, τί οὐκ ἂν ἔπαθεν ἐκεῖνος τοὺς ὁμοφύλους καὶ συστρατιώτας τοιούτοις περιβαλλομένους κακοῖς; τί δὲ ἡ τῶν Γαβαωνιτῶν ἀπάτη καὶ ἡ γενομένη κατὰ τῶν πέραν τοῦ Ἰορδάνου κατοικισάντων φυλῶν ὑποψία; τί δὲ τὸ πολέμοις καὶ μάχαις συναναστρέφεσθαι διαπαντός; καὶ ποίαν ἂν ἀφῆκεν ἐν καταστάσει ψυχὴν γενέσθαι; εἰ γὰρ καὶ νικῶν διετέλει, ἀλλ' ὅμως τὴν ἀπὸ τῶν τροπαίων ἡδονὴν ἡ τῶν περιλειπομένων φροντὶς συνετάραττε, καὶ ἡ τῶν κλήρων δὲ διανομὴ πολὺν μὲν πόνον, πολλὰς δὲ παρεῖχεν αὐτῷ τὰς δυσκολίας. καὶ ἴσασιν ὅσοι καὶ τὴν τυχοῦσαν οὐσίαν διανεῖμαι ἐπεχείρησαν ἀδελφοῖς ἢ τοῖς ἑτέρωθεν γενομένοις κληρονόμοις τινός. τὰς γὰρ ἑξῆς τοῦ λαοῦ συμφορὰς οὐδὲ οἶμαι δεῖν λέγειν. οὐ γὰρ εἴ τις ὀδυνηρὸν βίον διήγαγε, πρόκειται νῦν εἰπεῖν, ἀλλ' εἴ τις τῶν σφόδρα εὐηρεστηκότων θεῷ.

Διόπερ, εἰ δοκεῖ, τὸν Ἠλὶ παρέλθωμεν· καὶ γὰρ οὗτος τῶν προσκεκρουκότων ἐστὶ, διὰ τὴν τῶν παίδων κακίαν· μᾶλλον δὲ διὰ τὴν αὐτοῦ ῥᾳθυμίαν. οὐ γὰρ ὅτι πονηροὺς εἶχε παῖδας ἐκολάζετο· ἀλλ' ὅτι πέρα τοῦ δέοντος φειδωλὸς ἦν, καὶ τοῖς τοῦ θεοῦ νόμοις ἐνυβριζομένοις οὐκ ἤμυνεν· ὅπερ καὶ αὐτὸς συνιδὼν μετὰ τὴν σφοδρὰν ἀπειλὴν ἔλεγε· κύριος αὐτὸς τὸ ἀρεστὸν ἐνώπιον αὐτοῦ ποιήσει. διὸ δὴ τοῦτον παρελθόντες ἔλθωμεν ἐπὶ τὸν Σαμουὴλ, ὃς ἐτράφη μὲν ἐκ παιδὸς ἐν τῷ ναῷ, ηὐδοκίμει δὲ διαπαντὸς ἐνώπιον τοῦ θεοῦ· τοσαύτην δὲ ἐκ πρώτης ἡλικίας ἐπεδείξατο τὴν ἀρετὴν, ὡς πρὶν εἰς ἄνδρας ἐλθεῖν τοῖς θαυμαστοῖς ἐγκαταλεγῆναι προφήταις· καὶ ταῦτα τοῦ πράγματος ἐπιλελοιπότος τότε. οὐ γὰρ ἦν, φησιν, ὅρασις διαστέλλουσα, καὶ ῥῆμα τίμιον ἦν. οὗτος δὴ οὖν ὁ Σαμουὴλ, ὁ μετὰ τῶν πολλῶν δακρύων τεχθεὶς, πρῶτον μὲν ὁρῶν ἑαυτοῦ τὸν διδάσκαλον τῷ ἐλεεινῷ ἀπενεχθέντα θανάτῳ, οὕτω συνεχύθη καὶ ἐταράχθη, ὡς εἰκὸς εὐγνώμονα μαθητὴν καὶ φιλόστοργον. μετὰ δὲ τοῦτο καὶ τὰς Ἰουδαϊκὰς ἠναγ-

A vestimenta scidit, cineremque capiti aspersit: sed etiam postquam ille defunctus est eadem, imo longe majore necessitate id facere coactus est, non brevi tempore, sed die tota pronus in terra jacens. Audi utique verba etiam illius & ploratus: *Et scidit*, inquit, *Jesus vestimenta sua, prociditque in faciem super terram coram Domino usque ad vesperam, ipse & seniores Israël, miseruntque pulverem super capita sua, & dixit Jesus: Obsecro Domine, ut quid traduxit puer tuus populum hunc trans Jordanem, ut traderes eum Amorrhæo ad perdendum nos? Utinam permansissemus, & col-* Josue 7. 6.
B *locati essemus citra Jordanem. Et quid dicam postquam vertit Israël terga inimico? Audiet Chananæus, & omnes qui habitant terram, & circumdabunt nos, & delebunt de terra.* Talia orantem audiens Deus, causam illi, cur superati fuerant, aperuit: quam ille cum didicisset, perdidit una omnes, non eum qui peccaverat solum, sed cognatos quoque & propinquos, omnemque familiam cum pecorum multitudine. Id autem haud parum illius perturbavit animum. Nam si nos cum alienos quoque puniri cernimus, ne videre quidem toleramus: quid ille non passus est, qui contribules, & com-
C militones tantis afficiebat malis? Quid autem Gabaonitarum fraus tribuumque trans Jordanem habitantium suspicio? quid perpetua bellorum atque pugnarum exercitatio? Quem ista statum animi non evertissent? Etsi enim vincebat jugiter, victoriæ tamen voluptatem reliquorum bellorum cura offuscabat: sortiumque distributio summos illi labores, ingentesque difficultates pariebat. Norunt ista qui vel minimam substantiam fratribus, aut quibuslibet alicujus heredibus distribuendam susceperunt. Plebis autem reliquas deinceps calamitates nec referendas existimo. Neque enim est pro-
D positi nostri, ærumnas singulorum numerare, sed eorum tantum, qui Deo admodum placuere.

6. Quocirca, si videtur, Heli omittamus, quippe & is per filiorum vitia, imo vero per suam negligentiam offendit Deum. Neque enim ideo quod malos haberet filios puniebatur, sed quia ultra debitum increpationi pepercerat: & cum Dei leges violarentur, severius in illos ultus non est. Cujus rei & ipse sibi conscius, post ingentes illas minas aiebat: *Dominus ipse, quod bonum est in oculis suis faciet.* Eo itaque omis- 1. Reg. 3. 18. Samuelis exemplo rem illustrat.
E so, ad Samuelem veniamus. Is a puero nutritus in templo, Deo semper carus & gratissimus fuit, tantaque virtutis indicia a prima statim ætate prætulit, ut antequam ad viriles annos evaderet, inter mirabiles Prophetas inscriberetur: idque cum ea res tunc defecisse omnino videretur. *Non enim erat*, inquit, *visio discernens, eratque verbum preciosum.* Hic ergo Samuel qui post multas lacrymas natus fuerat, primum quidem cum intueretur magistrum in mortem illam miserabilem devectum, ita confusus atque turbatus est, ut decebat gratum amicumque discipulum. Postea Judaïcas cala-

mitates flere cogebatur. Porro filii ipsius, cum iniqui & mali essent, atque ad culmen iniquitatis pervenissent, & hoc ipso mœrore illum afficiebant, & quod sibi præstiti honoris heredes esse non possent. Successit huic mœrori, imo vero non successit, cum prior nondum quievisset, sed adjectus est alius, Israëlitarum scilicet injustissima petitio. Qua in re ita concidit, ut ingenti consolatione indigeret: audi itaque quid illi dixerit Deus: *Non te spreverunt, sed me.* (1. Reg. 8. 7. & seqq.) Post hæc tamen iste parcebat illis, ita ut diceret: *Mihi autem absit ut peccem, & desistam pro vobis orare.* Istos igitur ita dilectos à se cum opprimi conspiceret, atque in bellis superari, Deumque contra se provocare: quam sentire voluptatem poterat? quidnam temporis absque mœrore & lacrymis vivere? Cum vero Saül constituisset regem, alterni ipsi perpetuique gemitus adjiciebantur. Namque cum sacrificium ille præter Dei voluntatem obtulit, & cum superatis Amalecitis, illorum pepercit regi, idque contra jussionem Dei: ita animo perculsus est, ut ex eo jam non viderit virum, sed usque ad ultimum diem de eo luxerit, & lacrymatus sit, quando etiam ob doloris vehementiam a Deo increpatus est. (1. Reg. 16. 1.) *Quousque* enim, inquit, *tu luges Saül, & ego repuli illum?* Si autem his ita contingentibus lugebat, quo animo tunc fuisse existimandus est, cum tot sacerdotes sine causa interfecit? quando eum, qui se multis beneficiis nullisque injuriis affecerat, secundo ut interficeret profectus est? quando nudum illum prophetantem, ac decidentem vidit, cum audivit David in familiari congressu multa contra illum conquerentem?

(David etiam ærumnis vexatus.) 7. Postquam vero de David mentionem feci, nescio quid agam, lamentane illius longa & assidua quæ in Psalmis scripta sunt, in medium adducam? an ista tibi in otio recensenda permittens, ipsius potius calamitates explicem? Is igitur plurima quidem, cum greges pasceret, adversa perpessus, adversusque aëris intemperiem, & belluarum feritatem reluctatus est. Quorum alterum ex iis quæ Jacob dixit, alterum ex iis quæ ad Saül de leone & ursa loquutus est, possumus animadvertere. Postea vero quam omissa vita illa pastorali belli negotia intempestivus miles arripuit, omitto fratrum invidiam, etsi molestissima ea res fuit, cum clarissimam illam admirabilemque victoriam adeptus esset, vehementiorem dejecto Goliath invenit inimicum Saül, cum a se beneficiis affectus esset. Neque enim palam adversus eum præliabatur, sed amantium sibi personam assumens, ipsiusque honori & dignitati prospicere se simulans, ita adversus illum inimici more affectus erat. Porro quantum malum sit pro bonis mala recipere, audi beatum Prophetam lamentantem jugiter, & ægre ferentem ac dicentem: *Si redduntur mihi mala pro bonis.* (Jer. 18. 20.) Sane etiam nullo alio præsente malo, illud solum molestissimum erat, quod dux exercitus suspectum se cerneret regi, qui se torvis

A κάθετο συνεχῶς θρηνῶν συμφοράς· οἱ δὲ παῖδες αὐτοῦ ἄδικοι ὄντες καὶ μοχθηροὶ, καὶ εἰς ἔσχατον πονηρίας ἐλαύνοντες, τούτῳ τε ἐλύπουν αὐτὸν, καὶ τῷ μὴ δύνασθαι κληρονομῆσαι τῆς ἐκείνῳ παρασχεθείσης τιμῆς. Ταύτην διαδέχεται τὴν ἀθυμίαν, μᾶλλον δὲ οὐδὲ διαδέχεται· οὐ γὰρ ἐπαύσατο, ἀλλὰ προστίθεται ταύτῃ, ἡ τῆς τῶν Ἰσραηλιτῶν αἰτήσεως παρανομία. ἔνθα οὕτω κατέπεσεν, ὡς καὶ παρακλήσεως δεηθῆναι πολλῆς· ἄκουσον οὖν τί φησιν αὐτῷ ὁ θεός· οὐ σὲ ἐξουθενήκασιν, ἀλλ' ἢ ἐμέ· ἀλλ' ὅμως καὶ μετὰ ταῦτα οὕτως αὐτῶν ἐφείδετο ὡς εἰπεῖν πρὸς αὐτούς· ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο ἁμαρτεῖν τοῦ B διαλιπεῖν εὐχόμενον ὑπὲρ ὑμῶν. τούτους δὴ οὖν ὁρῶν τοὺς οὕτως ἀγαπωμένους ὑπ' αὐτοῦ κακῶς πράττοντας, καὶ πταίοντας ἐν πολέμοις, καὶ παροργίζοντας τὸν θεὸν, τίνος ἂν ᾔσθετο ἡδονῆς; ποῖον δὲ ἂν καιρὸν ἀθυμίας καὶ δακρύων διήγαγε χωρίς; ἐπειδὴ δὲ καὶ κατέστησε βασιλέα τὸν Σαοὺλ, ἐπάλληλοι πάλιν αὐτῷ ὀδύναι καὶ συνεχεῖς προσετίθεντο. καὶ γὰρ ὅτε τὴν θυσίαν ἀνήνεγκε παρὰ τὸ τῷ θεῷ δοκοῦν, καὶ ὅτε τοὺς Ἀμαληκίτας κρατήσας ἐφείσατο τοῦ βασιλέως αὐτῶν, καὶ τοῦτο παρὰ τὸ κελευσθὲν, οὕτως ἐπλήγη τὴν ψυχὴν, ὡς μηκέτι τὸν ἄνδρα ἰδεῖν, ἀλλ' ἐξ ἐκείνου μέχρι τῆς ἐσχάτης ἡμέρας πενθεῖν καὶ δακρύειν αὐτὸν, ὅτε καὶ ἐπετιμήθη διὰ τὸ τῆς ἀθυμίας σφοδρόν. ἕως πότε γὰρ, C φησὶ, σὺ πενθεῖς ἐπὶ Σαοὺλ, κἀγὼ ἀπῶσμαι αὐτόν; εἰ δὲ τούτων γεγενημένων ἐπένθει, τί ἦν ἄρα, ὅτε τοὺς τοσούτους ἔσφαξεν ἱερέας ἐκεῖνος εἰκῇ καὶ μάτην; ὅτε τὸν εὐεργέτην καὶ οὐδὲν ἠδικηκότα, δεύτερον ἦλθεν ἀνελεῖν; ὅτε γυμνὸν αὐτὸν εἶδε προφητεύοντα καὶ καταπίπτοντα; ὅτε τοῦ Δαυὶδ ἤκουσε μυρία πρὸς αὐτὸν ἀποδυρομένου καὶ ἐντυγχάνοντος;

Ἐπειδὴ δὲ τοῦ Δαυὶδ ἐμνήσθην, οὐκ οἶδα τί πράξω· πότερον τοὺς θρήνους αὐτοῦ τοὺς μακροὺς καὶ συνεχεῖς τοὺς ἐν τοῖς ψαλμοῖς ἀναγεγραμμένους εἰς μέσον ἀγάγω νῦν, ἢ τούτους ἀφεὶς ἀναλέξασθαί σοι κατὰ σχολὴν, D αὐτὸς τὰς ἐκείνου διέλθω συμφοράς; Οὗτος τοίνυν ὁ Δαυὶδ πολλὰ μὲν ἐν τῷ ποιμαίνειν ὑπέμεινε δεινὰ, καὶ ταῖς τῶν ἀέρων ἀνωμαλίαις, καὶ τῇ τῶν θηρίων ἀγριότητι μαχόμενος· καὶ τὸ μὲν ἐξ ὧν ὁ Ἰακὼβ ἔφησεν, ἔστιν ἰδεῖν, τὸ δὲ ἐξ ὧν αὐτὸς πρὸς τὸν Σαοὺλ διελέγετο περὶ τοῦ λέοντος καὶ τῆς ἄρκτου. ἐπειδὴ δὲ τὸν βίον ἀφεὶς ἐκεῖνον παρ' ὥραν εἰς τὰ τοῦ πολέμου πράγματα ἐνέπιπτε, τὴν μὲν τῶν ἀδελφῶν βασκανίαν ἀφίημι, εἰ καὶ σφόδρα τοῦτό ἐστι φορτικόν· ἀλλ' ἐπειδὴ κατώρθωκε τὴν λαμπρὰν νίκην ἐκείνην, καὶ θαυμαστὴν [a] μονομαχίαν ἀναδεξάμενος, εὗρε τοῦ καταβληθέντος Γολιὰθ σφοδρότερον ἐχθρὸν, τὸν E εὐεργετηθέντα Σαούλ. οὐ γὰρ ἐκ τοῦ φανεροῦ πρὸς αὐτὸν παρετάττετο, ἀλλὰ τὸ τῶν φιλούντων προσωπεῖον ὑποδὺς, καὶ τὸν τιμῶντα καὶ κηδόμενον ὑποκρινόμενος, οὕτως αὐτὸν διετίθει τὰ τῶν ἐχθρῶν. τοῦτο δὲ ὅσον ἐστὶ κακὸν ἀντὶ ἀγαθῶν ἀπολαμβάνειν κακὰ, ἄκουσον τοῦ μακαρίου προφήτου τοῦτο συνεχῶς θρηνοῦντος καὶ δυσανασχετοῦντος, καὶ λέγοντος, εἰ ἀνταποδίδοταί μοι κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν· μάλιστα μὲν οὖν καὶ μηδενὸς προσόντος δεινοῦ, τοῦτο καθ' ἑαυτὸ πολλῆς ἀθυμίας ἄξιον, δι' ὑποψίας εἶναι τὸν στρατηγὸν τῷ βασιλεῖ, καὶ ἀηδῶς

[a] Hæc, μονομαχίαν ἀναδεξάμενος, desunt in Colb. & in Savil.

ὁρᾶσθαι ὑπ' αὐτοῦ. καὶ τί λέγω στρατηγὸν βασιλεῖ; κἂν γὰρ παρὰ τῶν οἰκετῶν ἡμεῖς τοῦτο πάθωμεν, δυσχεραίνομεν· ὅταν δὲ καὶ ἐπιβουλαῖς βάλλωνται κατὰ τῆς τοῦ μισουμένου ζωῆς, τίς ἂν γένοιτο βίος τούτου πικρότερος; ἀλλ' ὅμως ἅπαντα ἔφερε, καὶ ἠνείχετο, καὶ συνῆν τῷ φονῶντι κατ' αὐτοῦ, καὶ ἐστρατήγει τοῖς ἐκείνου πολέμοις. ἐπειδὴ δέ ποτε καὶ ἀπεδήμησε καὶ πόρρω τῶν πολέμων κατέστησεν ἑαυτὸν, τούτῳ μὲν αὐτῷ τῷ πόρρω εἶναι, καὶ τὴν ἔχθραν ποιῆσαι φανερὰν, εἶχέ τι πλέον εἰς τὸν τοῦ θαῤῥεῖν λόγον· μετὰ δὲ τετρακοσίων ἀνδρῶν πρὸς τοσαύτην ἀναγκαζόμενος παρατάττεσθαι στρατιὰν, ἔτρεμε πλέον ἢ πρότερον. ὁ γὰρ μήτε πόλιν, μήτε φρούριον, μήτε συμμάχους, μήτε προσόδους κεκτημένος, ἐννόησον τίς ἦν, πρὸς τὸν ταῦτα ἔχοντα πάντα ἀναγκαζόμενος πολεμεῖν· καὶ πλὴν τῆς ἐρήμου καὶ τῶν ἐκεῖ σπηλαίων, οὐδὲ ὅποι καταφύγοι δυνάμενος εὑρεῖν. καὶ γὰρ Κεϊλὰ πόλιν οὕτω καλουμένην λαβὼν, εὐθέως αὐτῆς ἀπεπήδησε τοῦ ἱερέως εἰπόντος, ὅτι αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐκεῖ μένοντα, τῆς τοῦ Σαοὺλ οὐχ ὑπεξαρπάσει χειρῶν. ὁ δὲ ἱερεὺς αὐτὸς ἐκεῖνος ἦν, ὁ τὰς τοῦ Σαοὺλ χεῖρας διαδρὰς, καὶ τὴν ἐν Νομβὰ γενομένην τραγῳδίαν ἀπαγγείλας τῷ βασιλεῖ, ὅτε καὶ τὴν πικρὰν ἐκείνην ἔῤῥηξε φωνήν· ἐγὼ γὰρ, φησὶν, εἰμὶ ὁ αἴτιος τῶν ψυχῶν ὅλου τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. ὥστε συνὼν αὐτῷ διαπαντὸς οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἢ τῆς ἀθυμίας ἐκείνης ὑπόμνησις ἦν. βλέπων γὰρ εἰς αὐτὸν, ἀεὶ τῆς ἀπωλείας ἐμέμνητο τῶν ἱερέων· μνημονεύων δὲ τῆς ἀπωλείας, καὶ τῆς τοσαύτης σφαγῆς τὴν αἰτίαν ἀναθεὶς ἑαυτῷ, καταδίκου παντὸς ἀθλιώτερον ἔζη βίον. καὶ γὰρ εἰ μηδὲν ἕτερον τὸ ἐνοχλοῦν ἦν, ἱκανὸν τρῶσαι ψυχὴν καὶ ἄγχειν, τὸ ἱερέων σφαγέα λογίζεσθαι τοσούτων ἑαυτόν. πληγεὶς δὲ τούτῳ τῷ λογισμῷ, τῷ καὶ νυκτὸς καὶ μεθ' ἡμέρας σητὸς μᾶλλον αὐτοῦ διατρώγοντι τὴν ψυχὴν, καὶ ἄλλα ἐφεξῆς ἐδέχετο τραύματα συνεχῆ καὶ ἐπάλληλα· καὶ γὰρ ὅτε αὐτὸν ὁ Νάβαλ διὰ τῶν οἰκετῶν ὕβρισε, καὶ δραπέτην καὶ φυγάδα, καὶ ἀγνώμονα δοῦλον ἐκάλεσεν, οὐκ ἀναλγητὶ τὰ ῥήματα ἤνεγκε. καὶ ὅτε πρὸς τὸν Ἀγχοῦς ἀπελθὼν, τοὺς μαινομένους ὑπεκρίνατο, καὶ κατέπιπτε, καὶ τὰ ὄμματα διαστρέφων καὶ πολὺν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ἀφρὸν ἀφιεὶς, τῶν ἀληθῶς δαιμονώντων μᾶλλον ἐτήκετο, λογιζόμενος εἰς οἵαν κατέστησεν ἑαυτὸν ἀνάγκην ὁ τοσαῦτα εὐεργετηθείς. ἐπειδὴ δὲ μικρὸν ἀνέθη, παρὰ τοῖς πολεμίοις γενόμενος, ἔδει μὲν ἐπιστρατεύειν τοῖς ἐκείνων ἐχθροῖς· διαφθονούμενοι δὲ αὐτῷ οἱ σατράπαι, καὶ διαβάλλειν πρὸς τὸν βασιλέα βουλόμενοι, ἐξέπεμπον αὐτὸν τῆς στρατιᾶς ὡς ἄχρηστον αὐτοῖς καὶ ἐπίβουλον καὶ προδότην ἐσόμενον. ἐθυμώθησαν γὰρ, φησὶν, ἐπ' αὐτῷ οἱ σατράπαι τῶν ἀλλοφύλων, καὶ λέγουσιν αὐτῷ· ἀπόστρεψον τὸν ἄνδρα, καὶ ἀποστραφήτω εἰς τὸν τόπον οὗ κατέστησας αὐτὸν ἐκεῖ, καὶ μὴ ἐρχέσθω μεθ' ἡμῶν εἰς πόλεμον, καὶ μὴ γινέσθω ἐπίβουλος τῇ παρεμβολῇ. καὶ ἐν τίνι διαλλαγήσεται οὗτος τῷ κυρίῳ αὐτοῦ, ἢ οὐχὶ ἐν ταῖς κεφαλαῖς τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων; ὁ δὲ τοῖς ῥήμασι τούτοις πληγεὶς, ἀνεχώρησε μετὰ πολλῆς τῆς ὕβρεως καὶ τῆς ἀθυμίας. ἐλθὼν δὲ οἴκοι τό-

A oculis intueretur. Ecquid dico dux exercitus regi? nam si idipsum nos a servis patiamur, indigne ferimus. Cum autem ex odio insidiis vitam impetunt, quæ vita illâ acerbior fuerit? Ferebat tamen ille omnia & tolerabat, aderatque illi qui se perimere meditabatur, atque illius bella gerebat. Postea vero quam recessit, atque a belli curis seipsum removit, hoc ipso quidem quod se procul removerat, apertasque inimicitias constituerat, nonnihil plus fiduciæ habebat: verum cum adversus tantas copias cum quadringentis viris dimicare cogeretur, metu ampliore quam prius tenebatur.
B Nam cui neque urbes, neque munimentum, neque socii, neque reditus erant: considera quo animo erat, cum adversus fretum his omnibus pugnare cogeretur, nec præter deserta & speluncas, quo confugeret, reperire posset. Nam cum urbem Ceila nomine occupasset, ex ea protinus resiliit, sacerdotis responsis admonitus: quod si illic manere pergeret, Deus illum e Saülis manibus non erepturus esset. At vero sacerdos ille ipse erat, qui Saülis manus effugerat, & qui cladem luctuosissimam quæ in Nomba contigerat, annunciavit regi,
C quando in amarissimam quoque illam erupit vocem: *Ego enim sum reus cunctarum animarum domus patris tui.* Itaque cum illo jugiter congressus, nihil aliud erat quam luctus illius monimentum. Cum enim in illum intuebatur, necis sacerdotum semper meminerat. Porro ipsius cædis memor, ejusque causam sibi imputans, damnatis omnibus infelicius degebat. Etsi enim nihil aliud illum perturbasset, sufficere id poterat ad vulnerandum suffocandumque animum, quod seipsum tot sacerdotum peremtorem existimaret. Hac vero cogitatione saucius, quæ diu noctuque plusquam tinea ipsius corrodebat animum, & alia dein-
D ceps vulnera continua ac perpetua suscipiebat, quippe cum Nabal per servos suos eum contumeliis afficeret, fugitivumque, perfugum atque ingratum servum appellaret, non sine dolore verba illa percepit. Et cum ad Anchus profectus insanum se simulans concideret, versaretque oculos, atque spumæ plurimum ex ore dimitteret, longe amplius cruciabatur, quam illi qui re vera corripiuntur a dæmone, cum secum reputaret in quam ille se necessitatem deduxisset, quem summis beneficiis foverat. Cum vero
E paululum apud hostes quievisset, essetque in hostem illorum deducendus exercitus, invidia commoti adversus eum satrapæ, atque illi apud regem suum detrahentes, suo illum exercitu deturbant, veluti inutilem sibi, & insidiatorem proditoremque futurum. *Irati sunt*, inquit, *adversus illum satrapæ alienigenarum*, *dixeruntque regi: Emitte virum, & revertatur ad locum ubi tu illum statuisti, nec veniat nobiscum ad bellum, & non sit insidiator in castris. In quo enim iste reconciliabitur domino suo, nisi in capitibus virorum illorum?* Quibus ille verbis perculsus, accepta summa contumelia recessit mœrens, ac domum rediens, tan-

1. Reg. 23.

1. Reg. 22. 22.

1. Reg. 29. 1.

ta mala offendit, ut pene mœrore suffocaretur. Quæ enim tunc contigerunt adversa, ea erant, ut possent prævisa etiam illius animum tenebris obducere. Porro ex insperato supervenientia duplo, quam erant, graviora videbantur, neque jam tolerabilia. Abierat enim ille quasi quieturus domi, mœroris præteriti consolationem inventurus, uxores scilicet ac liberos: cum repente audivit illos in servitium ab hostibus abductos, viditque ignem, fumum, sanguinem, cadavera, atque antequam istos lugeret, captivosque defleret, irruunt in eum feris omnibus immanius habitatores civitatis, quærentes singuli casuum suorum consolationem ex illius capite. Et quemadmodum cum venti contrarii in mare irruunt, ingens & sæva procella ex ea pugna concitatur: ita & tunc tristitia & metu justi hujus perturbantibus animum tempestas maxima, tumultusque harum passionum invicem se collidentium jugiter inerat. Cum autem, his elapsus malis uxores ac natos captivitatemque omnem recepisset, antequam victoriæ illius voluptate frueretur, mœstissimo perculsus est nuncio, mortem Jonathæ comperiens: quæ illius animum tanto dolore prostravit, quantus ex illius lamentatione

2. Reg. 1. 26. cognoscitur. *Incidit* enim, inquit, *super me dilectio tui, quasi dilectio mulierum.* Quid autem lamentationes prosequar? Qui enim patrem illius insidiatorem suum atque inimicum, & qui millies mortem suam concupierat, ita flevit: quid passus existimetur, cum illum, qui sibi in illis periculis semper adstiterat, ac sæpissime patris insidiis eripuerat, secretorumque suorum particeps fuerat, cum quo pacta plurima inierat, cum illi acceptorum beneficiorum vicem restituere valeret, tum e vita decessisse didicit.

8. Cum adhuc vigeret illa perturbatio, alio rursus mœrore dux illum suæ militiæ excruciat, dum Abenner, qui sine labore, imo & cum facilitate omni totum illi exercitum se præbiturum pollicitus fuerat, ante impletam pollicitationem occupans, fraude interimit. Cui cædi in tantum condoluit, ut ex tunc mala Joab imprecaretur, & ipso mortis suæ tempore filio imperaret, ut ultionem ab eo tanti sceleris exigeret: at verba ipsa lamentationis suæ perturbationem animi illius facile nobis insinuare

2. Reg. 3. 33. possunt. *Elevavit enim rex*, inquit, *vocem suam, ac flevit super tumulo Abenner, & dixit: Si secundum mortem Nabal morietur Abenner, manus tuæ non fuerunt vinctæ, neque pedes tui in compedibus, neque accessisti sicut Nabal: coram filio iniquitatis corruisti.* Quid igitur post hæc? Dolo interficitur Memphibosthe, successitque hinc mœror; quippe & illum ita luxit postea, ut interfectores ejus morte mulctaret: cohors item claudorum objecta, il-

2. Reg. 5. 6. lum immodice turbavit. Eis tamen aliisque hostibus nonnullis superatis, arcam ingenti cum lætitia reducere instituit. Verum cum ea reduceretur, gaudentibus omnibus, in medio lætitiæ, res contigit, quæ volup-

A ταῦτα εὗρε κακὰ, ὡς μικροῦ δεῖν καὶ ἀποπνιγῆναι τῇ λύπῃ. τὰ γὰρ τότε συμβεβηκότα δεινὰ, ἦν μὲν ἱκανὰ καὶ προμελετηθέντα, τὴν ἐκείνου σκοτῶσαι ψυχήν. τοῦ δὲ ἀπροσδοκήτου προστεθέντος, καὶ παρ' ἐλπίδας διπλάσια τῶν ὄντων ἐφαίνετο, καὶ οὐκ ἔτι ἦν φορητά. ἀπῄει μὲν γὰρ, ὡς ἀναπαυσόμενος οἴκοι, καὶ τῆς ἀθυμίας ἐκείνης εὑρήσων παραμυθίαν τὰ παιδία καὶ τὰς γυναῖκας· ἐπιστὰς δὲ ἄφνω, ἤκουε μὲν ὅτι οὗτοι παρὰ τοῖς πολεμίοις δουλεύουσιν· ἐθεώρει δὲ πῦρ καὶ καπνὸν, καὶ αἷμα καὶ νεκροὺς, καὶ πρὶν ἢ τούτοις ἀλγῆσαι, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ὀδύρασθαι, θηρίων χαλεπώτερον ἐπέπεσον οἱ τὴν πόλιν οἰκοῦντες αὐ-

B τῷ, ἀπὸ τῆς ἐκείνου κεφαλῆς ἕκαστος τῶν οἰκείων κακῶν εὑρέσθαι παραμυθίαν ζητῶν. καὶ καθάπερ ἐναντίων ἀνέμων εἰς τὴν θάλασσαν ἐμπεσόντων πολὺς καὶ ἄγριος ἀπὸ τῆς μάχης ἐκείνης γίνεται ὁ χειμὼν, οὕτω καὶ τότε, καὶ ἀθυμίας καὶ φόβου τὴν τοῦ δικαίου διακοπτόντων ψυχὴν, πολλὴ ἦν ἡ ζάλη καὶ ὁ θόρυβος, τῶν παθῶν τούτων ὑπ' ἀλλήλων κρουόντων καὶ κρατουμένων συνεχῶς. δυνηθεὶς δὲ ταῦτα διαδῦναι τὰ κακὰ, καὶ τὰς γυναῖκας ἀπολαβεῖν, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ἅπασαν, πρὶν ἢ πάλιν αἰσθέσθαι τῆς νίκης ἐκείνης, πλήττεται ἀγγελίᾳ πικρᾷ, τῇ περὶ τὸν Ἰωνάθαν σφαγῇ, ἣ τὴν ψυχὴν οὕτω κατέβαλε τὴν ἐκείνου, ὡς ἔστιν

C ἐκ τῶν θρήνων μαθεῖν. ἐπέπεσε γὰρ, φησὶν, ἐπ' ἐμὲ ἡ ἀγάπησίς σου, ὡς ἡ ἀγάπησις τῶν γυναικῶν. καὶ τί λέγω τὸν θρῆνον; ὁ γὰρ τὸν ἐκείνου πατέρα, τὸν ἐχθρὸν τὸν ἑαυτοῦ καὶ ἐπίβουλον, καὶ μυριάκις τῆς ἀπωλείας ἐπιθυμήσαντα τῆς αὐτοῦ οὕτω δακρύσας, τί δὴ ἔπαθε τὸν ἐν ἐκείνοις παραστάντα τοῖς κινδύνοις αὐτῷ καὶ πολλάκις αὐτὸν τῆς τοῦ πατρὸς ἐπιβουλῆς ἐξελόμενον, καὶ ἀπορρήτων κοινωνήσαντα, καὶ συνθήκας ὑπὲρ πολλῶν θέμενον πρὸς αὐτὸν, τοῦτον, ὅτε αὐτῷ τὰς ἀμοιβὰς ἀποδοῦναι τῶν εὐεργεσιῶν ἐκείνων ἠδύνατο, τότε ἐξαρπασθέντα τοῦ βίου μαθών;

Ἀκμάζοντος δὴ τούτου τοῦ πάθους, ἑτέρᾳ περιβάλλει

D πάλιν αὐτὸν ὁ στρατηγὸς ἀθυμίᾳ, τὸν ἀπονητὶ καὶ μετὰ πάσης εὐκολίας πᾶσαν αὐτῷ παραδοῦναι τὴν στρατιὰν ἐπαγγελλόμενον, τοῦτον προαναρπάσας τῆς ὑποσχέσεως, καὶ δόλῳ διαχειρισάμενος. τοσοῦτον γὰρ ἤλγησεν ἐκείνῃ τῇ σφαγῇ, ὡς καὶ τότε καταράσασθαι τὸν Ἰωάβ, καὶ παρ' αὐτὸν τὸν τῆς τελευτῆς τὸν καιρὸν ἐπισκῆψαι τῷ ἑαυτοῦ παιδὶ δίκην ταύτην εἰσπράξασθαι τῆς μιαιφονίας αὐτόν. καὶ τὰ ῥήματα δὲ, ἅπερ αὐτὸν ἀνακαλῶν ἐθρήνησεν, ἱκανὰ τὸ πάθος ἡμῖν παραστῆσαι τῆς ψυχῆς. ἐπῆρε γάρ φησιν ὁ βασιλεὺς τὴν φωνὴν αὐτοῦ, καὶ ἔκλαυσεν ἐπὶ τῷ τάφῳ Ἀβεννὴρ, καὶ εἶπεν· εἰ κατὰ τὸν θάνατον Νάβαλ ἀποθα-

E νεῖται Ἀβεννὴρ, αἱ χεῖρές σου οὐκ ἐδέθησαν, οὐδὲ οἱ πόδες σου ἐν πέδαις· οὐδὲ προσήγαγες ὡς Νάβαλ. ἐνώπιον υἱοῦ ἀδικίας ἔπεσες. τί δὲ μετὰ τοῦτο; δολοφονεῖται μὲν ὁ [a] Μεμφιβοσθὲ, καὶ τῇ διὰ τοῦτον αὐτῷ γινομένῃ 2
λύπῃ· καὶ γὰρ ἐπὶ τούτῳ πάλιν ἤλγησεν, ὡς καὶ ἀνελεῖν τοὺς φονεύσαντας· ἡ τῶν χωλῶν καὶ κυλλῶν ἀντίστασις προστεθεῖσα σφόδρα αὐτὸν διετάραξε· κρατήσας δὲ καὶ τούτων καὶ ἑτέρων πολεμίων, ἀνάγει μὲν τὴν κιβωτὸν μετὰ πολλῆς τῆς εὐφροσύνης. ἔτι δὲ αὐτῆς ἀναγομένης, καὶ πάντων χαιρόντων, ἐν μέσῳ τῆς εὐθυμίας πρᾶγμα συμβὰν πάν-

[a] Sic omnes MSS. atque Editi; sed legendum Ἰεβοσθέ. | Nisi sit μνημονικὸν ἁμάρτημα Chrysostomi.

τῶν ἠμαύρωσε τὴν ἡδονήν, καὶ ἀθυμίᾳ καὶ φόβῳ πολλῷ τὴν τοῦ βασιλέως ἔβαλε ψυχήν· τὸν γὰρ Ὀζὰν βουληθέντα περιτετραμμένην ὀρθῶσαι τὴν κιβωτόν, παραχρῆμα ἐπάταξε, καὶ νεκρὸν ἔθηκεν ἡ τοῦ θεοῦ ὀργή, καὶ οὕτως ἐπὶ πολὺ κατέσεισε τοῦ Δαυὶδ τὴν ψυχὴν οὗτος ὁ φόβος, ὡς μὴ πρότερον τολμῆσαι πρὸς αὐτὸν ἀνενεγκεῖν τὴν κιβωτόν, πρὶν ἢ μαθεῖν ὅπως χρήσαιτο τῷ τότε αὐτὴν ὑποδεξαμένῳ Ἀβεδδαρᾶ. μετὰ δὲ ταῦτα τελευτήσαντος τοῦ Ἀμμανιτῶν βασιλέως, πρᾶγμα ἀνδρὸς χρηστοῦ καὶ φιλανθρώπου ποιῶν, ἔπεμψε παραμυθησόμενος τὸν υἱὸν τοῦ ἐκείνου, καὶ πείθων πράως ἐνεγκεῖν τὴν τοῦ πατρὸς τελευτήν. ὁ δὲ ἀντὶ τῆς τιμῆς ταύτης ὑβρίσας τοὺς ἀπελθόντας ἀγγέλους, οὕτως ἀπέπεμψε τῷ βασιλεῖ. ἆρά σοι μικρὸν εἶναι τοῦτο δοκεῖ πρὸς τὸ πλῆξαι ψυχὴν καὶ καταβαλεῖν; ἀλλ᾽ οὐχ ὁ πόλεμος ἐκεῖνος τοῦτο δείκνυσιν, ὁ μηδαμόθεν ἑτέρωθεν τὴν ὑπόθεσιν ἐσχηκώς, καὶ πρὸς τοσαύτην σφοδρότητα ἐκταθείς, ὡς μυρίοις αὐτὸν περιβαλεῖν κακοῖς; ἱκανὰ μὲν οὖν καὶ ταῦτα, κἂν μυρίας τις αὐτοῖς ἀναμιγνύῃ τὰς ἡδονάς, εἰς τὸν τῶν ὀδυνηρῶν βίον καταλέξαι τὴν ἐκείνου ζωήν· νυνὶ δὲ τοιαῦτα τὰ μετὰ ταῦτά ἐστιν, ὡς μηδὲ ἦρχθαι τῶν ἀληθῶς λυπηρῶν. πάντα γὰρ μῦθον καὶ πᾶσαν τραγῳδίαν ἐνίκησε τὰ τοῦ βασιλέως τούτου πάθη, οὕτως ἀλλόκοτα καὶ ἐπάλληλα προσέπεσεν αὐτοῦ τῇ οἰκίᾳ τὰ δεινά· κακῷ τὸ κακὸν ἀεὶ ἰάσασθαι σπουδαζόντων αὐτῷ. ὅρα γάρ, ἠράσθη τῆς ἀδελφῆς ὁ Ἀμνὼν τῆς αὐτοῦ, ἐρασθεὶς ὕβρισεν εἰς αὐτήν, ὑβρίσας ἐμίσησε, καὶ τὴν ὕβριν ἐξεπόμπευσε καὶ τὴν μίξιν· εὐθέως προστάξας τινὶ τῶν οἰκετῶν ἐκβαλεῖν ἄκουσαν τῆς οἰκίας, καὶ παραπέμψαι διὰ τῆς ἀγορᾶς βοῶσαν καὶ ὀδυρομένην. ταῦτα μαθὼν ὁ Ἀβεσσαλώμ, καὶ καλέσας ἐπ᾽ ἄριστον τοὺς ἀδελφοὺς ἅπαντας, ἐν οἷς ἦν κἀκεῖνος ὁ ὑβριστής, ἑστιώμενον αὐτὸν μεταξὺ καὶ πίνοντα κατασφάττει διὰ τῶν οἰκετῶν. εἶτα ἐξαναστάς τις ἐκεῖθεν, καὶ τὸ σαφὲς οὐ μαθὼν διὰ τὸν θόρυβον, ἀπήγγειλε τῷ βασιλεῖ, ὅτι τεθνήκασι πάντες οἱ παῖδες αὐτοῦ. καὶ ἐκάθητο θρηνῶν τὸν ἁπάντων φόνον τὸν οὐ γεγενημένον· ὡς δὲ ἔγνω τὸ σαφές, ἠπείλει μὲν τῷ παιδί, καὶ ἀναίρεσιν ἔλεγεν· ἀποδράντι δὲ ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας τριῶν διατρίψαντι περίοδον ἐτῶν, πάντα τὸν χρόνον ἐκεῖνον ἔμενεν ὀργιζόμενος· καὶ οὐδ᾽ ἂν τότε αὐτὸν ἐκάλεσεν, εἰ μὴ ἡ τοῦ στρατηγοῦ σοφία καὶ ἄκοντα αὐτὸν εἰς ταύτην ἐνέβαλε τὴν ὑπόσχεσιν· καλέσας δέ, οὐδὲ οὕτως ἔσβεσε τῆς καρδίας τὴν πληγήν, ἀλλ᾽ ἕτερα πάλιν δύο αὐτὸν ἔτη τῆς ὄψεως ἀποστήσας τῆς αὐτοῦ, μόλις μετὰ τὸν μακρὸν χρόνον τοῦτον πάλιν ἀξιωθεὶς ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ, παρρησίας μετέδωκεν. ὁ δὲ ὑπὲρ τούτων μνησικακῶν, ἢ καὶ ἄλλως τυραννίδος ἐρῶν ἐπανίστασθαι τῷ πατρί, καὶ πάλιν αὐτὸν εἰς τοὺς πλάνους καὶ τὰς φυγάς, ἃς ὑπέμεινεν ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ, ἐπανήγαγε, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ τοῦτον ἐκείνου χαλεπώτερον ἀπέδειξε τὸν καιρόν. τότε μὲν γὰρ στρατηγὸς ὢν τοιαῦτα ἔπασχε, νῦν δὲ μετὰ τὸ χρόνοις ἐν τῇ βασιλείᾳ ποιῆσαι πολλούς, καὶ κρατῆσαι τῶν πολεμίων ἁπάντων ὡς εἰπεῖν, μεταναστεύειν ἠναγκάζετο· ὁ δὲ ἀναγκάζων οὐκ ἀλλότριός τις ἦν, οὐδὲ πολέμιος, ἀλλ᾽ ὁ ἐκ τῆς κοιλίας, ὡς

A tatem obscuraret omnium, regisque animum ingenti dolore ac metu confoderet. Oza enim cum vellet arcam labantem erigere, Dei confestim iracundia percussus ac mortuus est: usque adeo autem regis animum metus iste commovit, ut non prius auderet arcam ad se introducere, quam addisceret quonam modo erga eum se gereret, qui illam susceperat Abeddara. *2. Reg. 6.* Postea mortuo Ammanitarum rege, rem boni ac benigni hominis faciens, misit qui consolarentur filium ejus, persuaderentque patris obitum patienter tolerare. Tum ille pro honore suscepto, injuriis abeuntes B prosequutus, dehonestatos remisit ad regem. Parumne hoc tibi videretur ad feriendum dejiciendumque animum? Annon bellum hinc & non alia de causa sequutum id ostendit, quod in tantum vehementiæ progressum est, ut innumeris illum malis afficeret. Sufficere quidem & ista poterant, etiamsi eis quispiam innumera jucunda permisceat, ad illius vitam inter eos numerandam, qui in luctu & miseriis vixerunt: at talia postmodum sequuta sunt, ut nec olim vere tristia pati cœpisse videatur. Quippe fabulas omnes, omnemque tragœdiam vicerunt regis hujus calamitates: adeo portentosa & frequentia domui ejus con- C tigere mala, cum calamitates aliarum calamitatum remedio curarentur. Considera, quæso: Adamavit sororem Thamar Amnon, amatam vi oppressit, oppressam odio habuit, eamque violationem nefariumque concubitum, ipse patefecit alicui ex servis mandans, ut invitam pelleret domo, ac per plateam emitteret clamantem, plorantemque. *Sceleribus filiorum affligitur David.* Id cum didicisset Absalom, ad prandium fratres invitat universos, inter quos & stuprator ille sororius aderat, edentem illum cum cæteris atque bibentem per servos jugulat. Inde quispiam exsurgens, nec plene rei gestæ ordinem noscens ob tumultum, D regi mortuos omnes illius filios annunciat. Tunc ille sedens filiorum, quæ non erat, lugebat cædem. Postquam rem vere gestam novit, filio quidem interminatus est mortem; cum vero ille effugisset, totumque triennium in aliena vixisset regione, toto illo tempore rex permansit iratus: & ne tunc quidem illum accersisset, nisi eum ducis sui sapientia flexisset. Eo autem accersito, nec sic quidem exstincta est doloris flamma, sed duos rursus annos illum aspectu removit suo, vixque post adeo prolixum tempus a duce exoratus, suis illum aspectibus dignatus est. At vero ille E harum rerum memoria indignatus, sive alias tyrannidem affectans, insurgit in patrem, illumque rursus ad fugas erroresque, quos perpessus erat sub Saül, revocat: imo illi multo molestior ea fuga, quam prior fuit. Nam prius quidem dux cum esset, ista perpessus est: nunc autem cum annis plurimis regnasset, hostesque fere omnes superasset, migrare cogebatur, ac profugus fieri: qui autem illum profugum agebat, non alienus quispiam, sive hostis erat: sed qui ex ipsius utero egressus fuerat, sicut

& ipse lamentabatur plorans. Et olim quidem cum in fervore esset ætatis, ferre universa fortiter poterat: nunc autem illo tempore emenso, quando senectutis suæ solatium sceleſtum illum habere debuerat, tunc maxime insidiosum, sibique infestissimum sentiebat. Egrediebaturque cum paucis, pedibus nudis rex, se præ pudore occultans, ac lacrymas fundens. Bellum quippe illud non calamitatis tantum, sed confusionis quoque materia illi erat. Tanto enim contumeliosius quam Saül, impius filius cum beato illo tunc agebat, ut patris quoque concubinas violaret: idque non clam, sed in solario domus videntibus omnibus, ut jura naturæ legesque concubitus per nimiam, qua in patrem ferebatur insaniam, perverteret: atque amentia ebrius, bello necdum confecto, quasi jam vicisset, captivosque duxisset adversarios, ista audebat, ac præ se ferebat. Sic igitur mœstum & metuentem Siba cum invenisset, turbavit amplius, dominum calumniatus suum, asserensque illum tyrannice sentire.

9. Huic successit Semei vir quidam sceleratus & ingratus, innumerisque illum probris respersit, verbis lapides admiscens.
2. Reg. 16. 11. *Egredere*, inquiens, *vir sanguinum, & vir nequam. Convertit in te Dominus omnem sanguinem domus Saül, qui regnasti pro eo, & dedit Dominus regnum in manu Absalom filii tui, ostenditque tibi malitiam tuam, quia vir sanguinum es tu.* His ille auditis atque toleratis, tabescebat quidem; quod ex ipsis lamentis manifeste comprobatur: verum nihil ultra facere audebat. Sed cum dixisset: *Dimitte illum maledicere mihi: Dominus enim dixit illi, ut videat humilitatem meam, retribuatque mihi Dominus bona pro maledictione diei hujus*, vivum ab se abire permisit. Ipse autem Chusi adventum præstolabatur, solicitusque ac tremens rei exspectabat exitum. Ut autem & ista nunciata sunt, bellum instruebatur, bellis omnibus quæ umquam contigerunt insolentius, ænigmati quam veritati similius. Eum enim qui causa fuerat malorum omnium, ejusque belli totam materiam præbuerat, & quo mortuo adversa omnia finiebantur, eum, inquam, ducibus suis tota providentia & cura commendabat, ista illis jugiter replicans: *Parcite*, aiebat, *filio meo Absalom.* Quid hac hæsitatione & ambiguitate deterius? Quid ea difficultate miserabilius? Suscipere bellum cogebatur, in quo & vincere & vinci æque illi molestum erat. Nam neque superari volebat, qui tantas copias emiserat: neque rursum superare, qui belli auctorem necari prohibebat. Verum discreto bello, ac fine quem voluit Deus consequuto, ac parricida illo interfecto: reliquis omnibus in lætitia & gaudio agentibus, solus rex lugebat & lacrymabatur, ac seipsum includens defunctum compellabat filium: ferebatque graviter,
2. Reg. 18. 33. quod pro illo ipse non occubuisset. *Quis enim*, aiebat, *mihi mori pro te dabit Absalom fili mi?* Quid hac calamitate perplexius

A αὐτὸς ἀπωδύρετο λέγων, ἐξῆλθον τῆς αὐτοῦ. καὶ τότε μὲν ἐν ἀκμῇ τῆς ἡλικίας ἦν, καὶ φέρειν ἠδύνατο πάντα γενναίως· νυνὶ δὲ παρὰ τὸν καιρὸν, ὃν γηροβοσκεῖσθαι αὐτὸν ἐχρῆν ὑπ' ἐκείνου τοῦ μιαροῦ, τότε ἐπεβουλεύετο, καὶ ἐπολεμεῖτο, καὶ ἐξῄει μετ' ὀλίγων τινῶν ἀνυπόδετος ὁ βασιλεὺς ἐγκαλυπτόμενος, καὶ δακρύων. οὐ γὰρ συμφορᾶς αὐτῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ αἰσχύνης ὑπόθεσιν εἶχεν ὁ πόλεμος. τοσούτῳ γὰρ τοῦ Σαοὺλ ὑβριστικώτερον ὁ υἱὸς ἐχρήσατο τῷ μακαρίῳ τότε ἐκείνῳ, ὡς καὶ εἰς τὰς παλλακὰς ἐνυβρίσαι τοῦ πατρός. καὶ ταῦτα οὐ λάθρα, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ δώματος ὁρώντων ἁπάντων, καὶ τοὺς τῆς φύσεως θεσμοὺς καὶ B τοὺς τῆς μίξεως νόμους, διὰ τὴν κατὰ τοῦ πατρὸς ὕβριζε μανίαν, καὶ ὑπὸ τῆς ἀνοίας μεθύων, ἔτι τοῦ πολέμου συνεστῶτος, τὰ τῶν ἤδη νενικηκότων, καὶ λαβόντων αἰχμαλώτους τοὺς ἐναντίους, ἐτόλμα καὶ ἐπεδείκνυτο. οὕτω τοίνυν ὄντα κατώδυνον καὶ φοβούμενον εὑρὼν ὁ Σιβὰ συνετάραξε πλέον καταψευσάμενος τοῦ δεσπότου, καὶ εἰπὼν, ὅτι τὰ τοῦ τυράννου φρονεῖ.

Τοῦτον διαδέχεται ὁ Σεμεῒ, μιαρός τις ἀνὴρ καὶ ἀχάριστος, καὶ μυρίοις ὀνείδεσιν ἔβαλλε καὶ λίθοις μετὰ τῶν ῥημάτων ἐκείνων· ἔξελθε, φησὶν, ἀνὴρ αἱμάτων, καὶ ἀνὴρ ὁ παράνομος. ἐπέ-C στρεψεν ἐπὶ σὲ κύριος πάντα τὰ αἵματα τοῦ οἴκου Σαοὺλ, ἀνθ' ὧν ἐβασίλευσας ἀντ' αὐτοῦ, καὶ ἔδωκε κύριος τὴν βασιλείαν εἰς χεῖρας Ἀβεσσαλὼμ τοῦ υἱοῦ σου, καὶ ἔδειξέ σοι τὴν κακίαν σου, ὅτι ἀνὴρ αἱμάτων σὺ εἶ. ὁ δὲ ἐτήκετο μὲν ταῦτα ἀκούων καὶ πάσχων, ὡς καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν θρήνων τοῦτο ἐδήλου, οὐδὲν δὲ ἐτόλμα περαιτέρω ποιεῖν· ἀλλ' εἰπὼν, ἄφες αὐτὸν καταρᾶσθαι, ὅτι κύριος εἴρηκεν αὐτῷ, ὅπως ἴδῃ τὴν ταπείνωσίν μου, καὶ [a] ἀποδώῃ μοι κύριος ἀγαθὰ ἀντὶ τῆς κατάρας τῆς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, ἀφῆκε ζῶντα ἀπελθεῖν· αὐτὸς δὲ περιέμενε τὰ περὶ τοῦ Χουσὶ D μεριμνῶν καὶ τρέμων, τί ποτε ἄρα ἔσται τὸ τέλος. ὡς δὲ ἀπηγγέλη καὶ ταῦτα, συνεκροτεῖτο ὁ πόλεμος πάντων πολέμων τῶν πώποτε γενομένων καινότατος ὢν, καὶ αἰνίγματι μᾶλλον ἐοικώς. τὸν γὰρ αἴτιον τῶν τοσούτων κακῶν, καὶ ἐκείνῃ τῇ μάχῃ παρασχόντα τὴν ὑπόθεσιν ἅπασαν, καὶ οὗ πεσόντος ἅπαντα λέλυτο τὰ δεινὰ, τοῦτον ἔχειν ἐν πολλῇ προνοίᾳ καὶ φειδοῖ τοῖς στρατηγοῖς παρεκάλει τοῖς αὐτοῦ, συνεχῶς ἐπιλέγων· φείσασθέ μου τοῦ παιδαρίου Ἀβεσσαλώμ. τί ταύτης ἂν γένοιτο τῆς ἀπορίας χεῖρον; τί τῆς ἀμηχανίας ἐλεεινότερον; πόλεμον ἀναδέξασθαι ἠναγκάζετο, ἐν ᾧ καὶ τὸ νικῆσαι καὶ τὸ κρατηθῆναι ὁμοίως ἀπευ-E κτὸν ἦν αὐτῷ. οὔτε γὰρ ἔλαττον ἔχειν ἤθελεν· οὐδὲ γὰρ ἂν τοσοῦτον ἐξέπεμψε στρατόν· οὔτε περιγενέσθαι, οὐδὲ γὰρ ἂν τὸν συνέχοντα καὶ συγκροτοῦντα τὴν τῆς μάχης παράταξιν ἐκώλυεν ἀνελεῖν. κριθέντος δὲ τοῦ πολέμου καὶ τέλος λαβόντος ὅπερ ἤθελεν ὁ θεὸς, καὶ τοῦ πατραλοίου πεσόντος ἐκείνου, οἱ μὲν λοιποὶ πάντες ἦσαν ἐν εὐφροσύνῃ καὶ χαρᾷ, μόνος δὲ ἐκεῖνος ἐπένθει καὶ ἐδάκρυε, καὶ καθείρξας ἑαυτὸν, ἀνεκαλεῖτο τὸν τεθνηκότα, καὶ ἐδυσχέραινεν ὅτι μὴ ἀντ' ἐκείνου τὴν τελευτὴν ἐδέξατο. τίς δώσει γάρ μοι, φησὶ, θάνατον, ἀντὶ σοῦ Ἀβεσσαλὼμ υἱέ μου; τί ταύτης ἠκούσθη πολυπλοκώτερον

a Morel. ἀποδῴη. Savil. ἀποδώσει. Colb. ἀνταποδώσει.

τίς

τῆς συμφορᾶς; ὅτε μὲν τὸν ἀδελφὸν ἀνεῖλεν, ἀνελεῖν αὐτὸν ἐσπούδαζεν· ὅτε δὲ ἐμαίνη κατ' αὐτοῦ, τότε φείδεσθαι τοῦ παιδὸς, καὶ οὐδ' ἂν ἐπαύσατο θρηνῶν ἐπὶ πολὺ τὸν νεκρὸν, εἰ μὴ εἰσῆλθεν ὁ Ἰωὰβ, καὶ τὴν ἀτοπίαν τοῦ πράγματος ἔδειξε, καὶ σφοδρότερον διαλεχθεὶς ἀνέστησέ τε αὐτὸν, καὶ ἐν σχήματι τῷ προσήκοντι δέξασθαι τὴν στρατιὰν παρεσκεύασε. καὶ οὐδὲ τότε αὐτῷ τὰ τῶν δεινῶν τέλος ἐλάμβανεν, ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἐστασίασαν πρὸς ἀλλήλους οἱ στρατιῶται, καὶ διηρέθησαν· ὡς δὲ μόλις καὶ μετὰ πολλῆς τῆς κολακείας εἶξαν τῷ βασιλεῖ, πάλιν ἀποπηδήσαντες προσετέθησαν τῷ Σαβεὲ, καὶ πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἕτερος ἐτίκτετο πόλεμος τῶν τοῦ προτέρου λειψάνων μενόντων ἔτι· ὑφ' ὧν θορυβηθεὶς ὁ Δαυὶδ, καὶ συγκροτήσας τοὺς στρατιώτας, ἐξέπεμψε μετὰ τῶν στρατηγῶν· ὁ δὲ Ἰωὰβ καταπαυσάμενος τοῦτον τὸν πόλεμον, οὐκ ἀφῆκε καθαρὰν ἀθυμίας γενέσθαι τὴν ἀπὸ τῆς νίκης ἡδονήν. τὸν γὰρ συστράτηγον τὸν αὐτοῦ καὶ πάντα τὸν λαὸν ὑποτάξαντα τῷ Δαυὶδ, ἁπλῶς καὶ οὐδὲν ἔχων ἐγκαλεῖν, ὑπὸ βασκανίας μανεὶς ἀνεῖλε καὶ διεχειρίσατο, ὅπερ οὕτω διετάραξε τὸν βασιλέα, καὶ συνέχεεν, ὡς καὶ περὶ τούτου τελευτῶντα ἐπισκῆψαι τῷ παιδὶ, καὶ δεηθῆναι μὴ περιιδεῖν ἀτιμώρητον ἀπελθόντα τὸν Ἀμεσαὶ, καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, οὕτω διακείμενος οὐδὲ ἐξειπεῖν ἐτόλμα τῆς ἀθυμίας τὴν ὑπόθεσιν, διὰ τὸ μυρίοις ἤδη προσεταλαιπωρηκέναι κακοῖς. καὶ γὰρ μετὰ τοὺς πολέμους τούτους, διεδέξατο λιμὸς τὴν χώραν πᾶσαν, καὶ τοῦ κακοῦ ζητῶν λύσιν εὑρεῖν, ἠναγκάζετο τοὺς τοῦ Σαοὺλ ἐκδοῦναι παῖδας εἰς σφαγήν. τοῦτο γὰρ ἔλεγεν ὁ χρησμός· ἐπὶ Σαοὺλ, φησὶ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ ἡ ἀδικία αὕτη, διὰ τὸ θανατῶσαι αὐτὸν τοὺς Γαβαωνίτας. εἰ δέ τις μέμνηται πῶς τὸν Σαοὺλ ἐθρήνησεν, οἶδε τί καὶ τότε ἔπασχε παραδιδοὺς τοῖς Γαβαωνίταις αὐτούς· ἀλλ' ὅμως καὶ ταῦτα ἔφερε, καὶ περαιτέρω πάλιν προῄει τὰ τῶν συμφορῶν. μετὰ γὰρ τὸν λιμὸν, ἐπέστη λοιμὸς, καὶ πίπτουσιν ἑβδομήκοντα χιλιάδες ἀνδρῶν, ἐν τῷ τῆς ἡμέρας ἡμίσει καιρῷ, ὅτε καὶ τὰ ἐλεεινὰ ἐκεῖνα ῥήματα φθέγγεται ὁ βασιλεύς. ἰδὼν γὰρ τὸν ἄγγελον ἐσπασμένον τὴν ῥομφαίαν ἔλεγεν· ἰδοὺ ἐγὼ ὁ ποιμὴν ἥμαρτον, καὶ ἐγὼ ὁ ποιμὴν ἐκακοποίησα, καὶ οὗτοι τὸ ποίμνιον τί ἐποίησε; γενέσθω ἐν ἐμοὶ ἡ χείρ σου, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός μου. πάσας μὲν οὖν αὐτοῦ τὰς ἀθυμίας, πρὸς ἀκρίβειαν οὐ δυνατὸν ἡμῖν ἐξειπεῖν· οὐδὲ γάρ εἰσιν ἀναγεγραμμέναι πᾶσαι· ἀπὸ δὲ τῶν θρήνων αὐτοῦ καὶ τῶν ὀδυρμῶν δυνατὸν στοχάσασθαι καὶ τῶν παραλειφθεισῶν τὸ μέγεθος, καὶ ὡς οὐδέποτε διελίμπανε κοπτόμενος καὶ ἀλγῶν ὁ δίκαιος. τί γάρ φησιν; αἱ ἡμέραι τῶν ἐτῶν ἡμῶν ἐν αὐτοῖς ἑβδομήκοντα ἔτη· ἐὰν δὲ ἐν δυναστείαις, ὀγδοήκοντα ἔτη, καὶ τὸ πλεῖον αὐτῶν κόπος καὶ πόνος. εἰ δὲ λέγοις, ὅτι τῆς κοινῆς τότε κατέγνω ζωῆς, οὐ τῆς αὐτοῦ μόνον, μεῖζόν τι ἢ ἐγὼ βούλομαι λέγεις, καὶ λόγων ἡμᾶς ἀπαλλάττεις πολλῶν, αὐτὸς ὁμολογῶν, ὅτι οὐ μόνον ἐκείνου, ἀλλ' οὐδ' ἑτέρου τινὸς βίον ἐστὶν εὑρεῖν, μὴ πολλῷ πλείονα τῶν χρηστῶν ἔχοντα τὰ δυσχερῆ. καὶ γὰρ, ὥσπερ οὖν καὶ αὐτὸς ἔφης καλῶς, οὐ τὰ αὐτοῦ μόνον ἐκεῖνος, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἄλλων διασκεψάμενος, οὕτω

A umquam auditum est? Quando fratrem ille necaverat, ipsum interficere quærebat: quando autem contra se vesanus ferebatur, tunc filio parcebat. Neque flere quidem destitisset mortuum, nisi ingressus Joab indignitatem rei arguisset, ac vehementius alloquens erexisset illum, exercitumque decenti habitu suscipere persuasisset. Ne tum quidem clades suæ finem acceperunt, sed primo adversum se versi in seditionem milites divisique sunt. Postea vero quam vix & per summas blanditias cessarunt, resilientes rursus adjecti sunt Sabee, bellumque aliud conflari cœpit, cum adhuc prioris B reliquiæ remanerent: quibus rebus perturbatus David, coactis copiis eas cum ducibus misit: Joab autem & ex hoc bello peracta victoria non permisit victoriæ voluptatem sine mœrore contingere. Namque ducem una secum constitutum, qui omnem populum subjecerat Davidi, innocentem, & qui in nullo se læserat, invidiæ stimulis agitatus occidit. Quæ res ita gravis ac molesta fuit regi, ut filio moriens mandarit, Amessæ sanguinem ulcisci. Quod vero longe gravius est, ita affectus, neque mœroris sui causam dicere audebat, eo quod adversus innumera incommoda jam obdu- C ctus esset. Etenim post bellorum tumultus, fames cunctam regionem excepit, & cum ejus mali solutionem quæreret, cogebatur filios Saül ad mortem tradere. Quippe hoc cæleste oraculum præcipiebat: *Super Saül*, inquiens, *& super domum ejus hæc injustitia, eo quod Gabaonitas morti addixerit.* Quod si quis recolat, quantum Saülis mortem defleverit, animadvertet, quid tum quoque passus sit, cum filios tradidit Gabaonitis. Attamen & ista tolerabat, ulteriusque calamitates procedebant. Nam post famem protinus insurrexit pestis, cecideruntque in dimidio diei septuaginta millia virorum, quando miseranda illa verba lo- D quutus est rex. Cum enim vidisset Angelum districtum gladium tenentem, dicebat: *Ecce ego pastor peccavi, & ego pastor male feci: isti qui sunt grex, quid fecerunt? fiat in me manus tua, & in domum patris mei.* Denique ipsius omnes ærumnas diligentius enumerare possibile non est: neque enim omnes conscriptæ sunt, verum ex ipsius lamentis & gemitibus possumus conjicere calamitatum quoque omissarum magnitudinem, utque justus ille numquam plangere ac dolere desierit. Quid enim ille E ait? *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si autem in potentatibus, octoginta anni, & amplius eorum, labor & dolor.* Sin vero tu dixeris, per hæc illum verba non suam solum, sed communem vitam omnium reprehendisse: plus aliquid quam ego velim concedis, plurimisque nos controversiis liberas, ipse consentiens non illius solum, sed ne alterius quidem cujusquam vitam inveniri posse, cujus non multo sint plura tristia, quam jucunda. Siquidem ille, ut tu quoque rite confiteris, non suas solum calamitates, sed aliorum quoque in commune considerans, ita de-

2. Reg. 21. 1.

2. Reg. 24. 15.

Psalm. 89. 10.

mum hanc sententiam tulit, eadem quæ patriarcha loquutus, nisi quod iste majori cum vehementia. Quam enim ille de parte, hic de omnibus protulit. Aiebat ille:
Gen. 47. 9. *Parvi & mali sunt dies mei:* hic autem, *dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni:* hoc est, omnium hominum, *& amplius eorum, labor & dolor.*

10. Verum enim vero hæc ut dixi, tibi diligentius in otio examinanda relinquens ego, ad Prophetas veniam reliquos: tametsi nusquam vitam suam illi nobis conscriptam reliquerunt, ob malorum tamen quæ illos oppresserunt magnitudinem, vel ex uno verbo omnem illos vitam in laboribus, ærumnis, & doloribus egisse reor ostendi posse.
Heb. 11. 37. Ac primum, quod commune illis omnibus fuit, torti, verberibus affecti, secti, lapidibus obruti, carceribus inclusi, in occisione gladii morientes, circumeuntes in melotis & pellibus caprinis, egentes & pressi, & afflicti per omnem vitam perstiterunt. Ad hæc aliam quoque mœroris adjectionem hac acerbiorem habuere, quod illorum nequitiam, qui se ita afficiebant, semper ad deteriora progredi intuerentur. Qua ex re longe plus, quam ex ærumnis angebantur.
Osee 4. 2. Et alius quidem aiebat: *Execratio & mendacium, & furtum & adulterium, & homicidium effusa sunt in terra, & sanguinem super sanguinem admiscent;* per hæc verba malitiæ licentiam perplexitatemque & copiam nobis insinuans. Alius rursus
Mich. 7. 1. clamabat; *Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messe, & sicut racemum in vindemia, cum non adsint botri:* per hæc raritatem bonorum hominum deplorans. Item alius alia similia queritur. Porro caprarius ille non eorum vitia lugebat solum, verum plus in illorum calamitatibus, quam in suis tentationibus mœrebat, ac
Amos 7. 2. Deum obsecrabat, dicens: *Propitius esto Domine, quis suscitabit Jacob, quia parvulus est? Pœniteat te Domine super hoc.* Et ne sic quidem precum suarum effectu potitus est. Dixit enim, *& non fiet, dicit Dominus.* Hesaias vero cum audisset, quia deserta erit omnis terra, ne consolari quidem vo-
Isa. 22. 4. luit, sed assidue lugebat, dicens: *Dimittite me, amare flebo, nolite contendere, ut consolemini me.* Jeremiæ autem lamentationes & seorsum conscriptas, & per omnem prophetiam dispersas, ac partim de civitate, partim de seipso compositas, quis possit sine lacrymis legere? Nam nunc quidem
Jer. 9. 1. aiebat: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plangam populum istum die ac nocte?* nunc autem:
Ibidem. *Quis dabit mihi in deserto mansionem extremam, & derelinquam populum istum, & recedam ab eis? Omnes enim adulteri sunt.*
Jer. 15. 10. Nonnumquam vero mœrens clamabat: *Væ mihi mater, ut quid me genuisti virum, qui discernat, & dijudicet omni terræ?* Aliquando diei quoque nativitatis suæ male-
Jer. 20. 14. dixit, dicens: *Maledicta dies, in qua natus sum in ea.* Sed & cœni lacus, & vinculorum pressuræ, & verbera, & insidiæ,

[a] Sic Savil. & Colb. Morel. vero διὰ τῶν.

A ταύτην ἐξήνεγκε τὴν ἀπόφασιν, τὰ μὲν αὐτὰ τῷ πατριάρχῃ φθεγγόμενος, μετὰ δὲ μείζονος τῆς σφοδρότητος· ὁ γὰρ ἐκεῖνος ἐπὶ μέρους, τοῦτο καθόλου οὗτος ὕστερον ἀπεφήνατο. ὁ μὲν γὰρ ἔλεγε· μικραὶ καὶ πονηραὶ αἱ ἡμέραι μου· οὗτος δὲ, αἱ ἡμέραι τῶν ἐτῶν ἡμῶν ἐν αὐτοῖς ἑβδομήκοντα ἔτη, τουτέστι πάντων ἀνθρώπων, καὶ τὸ πλεῖον αὐτῶν, κόπος καὶ πόνος.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὅπερ ἔφην, ἀφίημί σοι μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης κατὰ σχολὴν ἐπελθεῖν· ἐγὼ δὲ ἐπὶ τοὺς λοιποὺς ἥξω προφήτας, καίτοιγε οὐδαμοῦ τὸν βίον αὐτῶν ἀνάγραπτον ἀφεῖσιν ἡμῖν, ἀλλ' ὅμως καὶ εἰς ταύτην B τὴν στενοχωρίαν ἐμπεσόντες, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν κατεχόντων αὐτοὺς κακῶν, καὶ ἀπὸ ῥήματος ἑνὸς οἶμαι δυνήσεσθαι δεῖξαι πάντα τὸν βίον αὐτῶν ὄντα κατώδυνον. καὶ πρῶτον μὲν, ὃ κοινὸν πᾶσιν ὑπῆρχεν αὐτοῖς, στρεβλούμενοι, μαστιζόμενοι, πριζόμενοι, λιθαζόμενοι, φυλακιζόμενοι, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀποθνήσκοντες, περιερχόμενοι ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, τὸν ἅπαντα βίον διετέλουν. μετὰ δὲ τοῦτο καὶ ἑτέραν εἶχον ἀθυμίας προσθήκην ταύτης χαλεπωτέραν, τῷ τὴν κακίαν ὁρᾶν προβαίνουσαν τῶν ταῦτα διατιθέντων αὐτοὺς, C ἐφ' ᾧ μᾶλλον τῶν οἰκείων ἐδάκνοντο θλίψεων. καὶ ὁ μὲν ἔλεγεν· ἀρὰ, καὶ ψεῦδος, καὶ κλοπὴ, καὶ μοιχεία, καὶ φόνος κέχυται ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ αἵματα ἐφ' αἵμασι μίσγουσι. τὸ ἀδεὲς καὶ πολύπλοκον καὶ δαψιλὲς τῆς κακίας ἐμφαίνων ἡμῖν. ἕτερος δὲ ἐβόα πάλιν· οἴμοι ὅτι ἐγενόμην ὡς συνάγων καλάμην ἐν ἀμήτῳ, καὶ ὡς ἐπιφυλλίδα ἐν τρυγήτῳ οὐχ ὑπάρχοντος βότρυος, τὸ σπάνιον τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν [a] διὰ τούτων θρηνῶν· ἄλλος πάλιν ἕτερα τοιαῦτα ἀπωδύρετο· ὁ δὲ αἰπόλος οὐ τὰς κακίας αὐτῶν ἐπένθει μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς συμφορὰς μᾶλλον τῶν οἰκείων ἐθρήνει πειρασμῶν, καὶ τοῦ Θεοῦ ἐδεῖτο λέγων· ἵλεως γενοῦ κύριε· D τίς ἀναστήσει τὸν Ἰακὼβ, ὅτι ὀλιγοστός ἐστι; μετανόησον κύριε ἐπὶ τούτῳ. καὶ οὐδὲ οὕτω τυγχάνει τῆς [b] ἱκετηρίας. εἶπε γὰρ, καὶ οὐ μὴ γένηται λέγει κύριος. ὁ δὲ Ἡσαΐας ἀκούσας ὅτι ἔρημος ἔσται πᾶσα ἡ γῆ, οὐδὲ παρακληθῆναι ἤθελεν, ἀλλ' ἐπένθει διηνεκῶς καὶ ἔλεγεν· ἄφετέ με, πικρῶς κλαύσομαι, μὴ κατισχύσητε παρακαλεῖν με· ὁ γὰρ τοῦ θανάτου τρόπος πᾶσαν ὑπερβαίνει συμφοράν. τοῦ δὲ Ἱερεμίου τοὺς θρήνους, καὶ τοὺς ἰδίᾳ συντεταγμένους, καὶ τοὺς πανταχοῦ τῆς προφητείας διεσπαρμένους, τούς τε ὑπὲρ τῆς πόλεως, τούς τε ὑπὲρ αὐτοῦ, τίς ἀδακρυτὶ δυνήσεται ἐπελθεῖν; νῦν μὲν γὰρ ἔλεγε· τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου E ὕδωρ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου πηγὴν δακρύων, καὶ κλαύσομαι τὸν λαὸν τοῦτον ἡμέρας καὶ νυκτός· νῦν δέ· τίς δώσει μοι ἐν τῇ ἐρήμῳ σταθμὸν ἔσχατον, καὶ καταλείψω τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ ἀπελεύσομαι ἀπ' αὐτῶν; ὅτι πάντες μοιχῶνται. καὶ ποτὲ μὲν σχετλιάζων ἐβόα· οἴμοι ἐγὼ μήτηρ ὡς τίνα με ἔτεκες ἄνδρα δικαζόμενον, καὶ διακρινόμενον πάσῃ τῇ γῇ; ποτὲ δὲ καὶ τὴν ἡμέραν τῆς γενέσεως αὐτοῦ κατηρᾶτο λέγων, ἐπικατάρατος ἡ ἡμέρα, ἐν ᾗ ἐγεννήθην ἐν αὐτῇ. ὁ δὲ τοῦ βορβόρου λάκκος, καὶ αἱ τῶν δεσμῶν θλίψεις καὶ αἱ μάστιγες, καὶ αἱ ἐπιβουλαὶ,

[b] Savil. & Colb. ἱκετηρίας recte, Morel. σωτηρίας perperam.

καὶ ὁ ζῆλος ὁ διηνεκὴς, οὕτως αὐτὸν διέθηκεν, ὡς καὶ ἀπαγορεῦσαι λοιπόν. τί δὲ ὅτε, τῆς πόλεως ἁλούσης, προνοίας ἔτυχε παρὰ τῶν βαρβάρων καὶ τιμῆς; ἆρα ᾔσθετο τούτων; τότε μὲν οὖν καὶ τοὺς πικροὺς θρήνους ἔγραψε τοὺς ἀπελθόντας πενθῶν. καὶ τῶν παρελθόντων οὐκ ἐλάττονα εἶδε δεινὰ, αὐτῶν τῶν ἀπὸ τοῦ πολέμου ὑπολειφθέντων, παροξυνάντων τὸν θεόν. ἐπαγγειλάμενοι γὰρ πάντα αὐτῷ πεισθήσεσθαι, καὶ μηδὲν ἀντερεῖν, εἰς Αἴγυπτον πάλιν κατῄεσαν, τοῦ χρησμοῦ τἀναντία λέγοντος, καὶ τὸν προφήτην κατῆγον μεθ' ἑαυτῶν, καὶ χαλεπώτερα τῶν προτέρων αὐτοῖς ἠνάγκαζον προαναφωνεῖν διὰ τῆς ἀγνωμοσύνης τῆς ἑαυτῶν. τί δὲ ὁ Ἰεζεκιήλ; τί δὲ ὁ Δανιήλ; οὐκ ἐν αἰχμαλωσίᾳ τὸν ἅπαντα χρόνον διήγαγον; καὶ ὁ μὲν λιμῷ καὶ δίψει ὑπὲρ τῶν ἀλλοτρίων ἐκολάζετο κακῶν, καὶ τῆς γυναικὸς ἀπελθούσης τοσαύτην συμφορὰν ἀδακρυτὶ προσετάττετο φέρειν, οὗ τί βαρύτερον γένοιτ' ἂν τοῦ μηδὲ θρηνεῖν συγχωρεῖσθαι τὰ οἰκεῖα κακά; τὸ γὰρ ἐπὶ βολβίτων ἀναγκάζεσθαι τὸν ἄρτον ἐσθίειν τὸν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τῆς μιᾶς πλευρᾶς κατακλίνεσθαι ἐπὶ ἐνενήκοντα ἡμέρας καὶ ἑκατὸν, καὶ ὅσα ἕτερα τοιαῦτα ἐκελεύετο ὑπομένειν, παρίημι νῦν. εἰ γὰρ καὶ μηδὲν αὐτῷ συμβεβήκει τῶν ἀνιαρῶν τῶν τε παραλειφθέντων ὑφ' ἡμῶν, τῶν τε λεχθέντων νῦν, αὐτὸ μόνον τὸ μεταξὺ τῶν πολεμίων εἶναι καὶ βαρβάρων, καὶ ἀνδρῶν ἀκαθάρτων τὸν δίκαιον καὶ καθαρὸν, πάσης τιμωρίας χαλεπώτερον ἦν. ὁ δὲ Δανιὴλ, ἐδόκει μὲν τιμῆς ἀπολαύειν πολλῆς, καὶ οὐχ ὡς ἐν αἰχμαλωσίᾳ ζῆν ἐν τοῖς βασιλείοις [a] ἀεὶ στρεφόμενος, καὶ ἐν δυναστείαις ὤν· εἰ δέ τις αὐτοῦ τῆς εὐχῆς ἐπακούσειε καὶ τὴν νηστείαν καταμάθοι, καὶ τοῦ προσώπου τὴν ἀλλοίωσιν καὶ τὰς ἱκετηρίας τὰς συνεχεῖς, καὶ ὑπὲρ ὧν ταῦτα ἔπραττε γνοίη καλῶς, εἴσεται πάντων μάλιστα τοῦτον ἐν ὀδύναις ὄντα καὶ ἀθυμίαις. οὐ γὰρ τὰ παρόντα μόνον αὐτὸν ἠνία κακὰ, ἀλλὰ καὶ τὰ μέλλοντα συνετάραττεν. ἅπερ καὶ μηδέπω γεγενημένα κατηξιώθη μαθεῖν προφητικοῖς ὀφθαλμοῖς· καὶ τῆς προτέρας οὐδέπω δουλείας ἀπηλλαγμένους ἰδὼν τοὺς Ἰουδαίους, ἑτέραν αὐτοῖς αἰχμαλωσίαν ἠναγκάζετο προορᾷν, καὶ τὴν οὔπω κατασκευασθεῖσαν πόλιν, ταύτην ἁλισκομένην ἔβλεπε, καὶ τὸν θυσίαις μολυνόμενον τὸν ναὸν καὶ ἐρημούμενον, καὶ τὴν ἁγιαστείαν ἀνατρεπομένην ἅπασαν. διόπερ ἐπένθει καὶ ἐδάκρυε λέγων· ἡμῖν ἡ αἰσχύνη τοῦ προσώπου καὶ τοῖς βασιλεῦσιν ἡμῶν, καὶ τοῖς πατράσιν ἡμῶν, οἵτινες ἡμάρτομέν σοι τῷ κυρίῳ.

Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα πῶς μεταξὺ τῶν προφητῶν παρέδραμον τὴν οὐρανομήκη ψυχὴν, τὴν οὕτως οἰκήσασαν τὴν γῆν, ὡς τὸν οὐρανόν. οὐδὲν γὰρ αὐτῷ τῆς μηλωτῆς πλέον ἦν. τί οὖν οὗτος ὁ μέγας καὶ θαυμαστὸς ἀνὴρ, εἴ γε ἄνδρα αὐτὸν δεῖ καλεῖν. μετὰ τὴν παρρησίαν τὴν πρὸς τὸν Ἀχαὰβ, μετὰ τὴν τοῦ πυρὸς καταπομπὴν, μετὰ τὴν τῶν ἱερέων σφαγὴν, μετὰ τὸ κλεῖσαι καὶ ἀνοῖξαι τὸν οὐρανὸν, καθ' ὃν ἐβούλετο ἀμφότερα χρόνον, μετὰ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα κατορθώματα, οὕτως ἐκρατεῖτο ὑπὸ φόβου καὶ τῆς ἀθυ-

A irrisionesque perpetuæ ita illum excruciabant, ut jam pene desperaret. Quid autem quando capta urbe, providentia & honore a barbaris dignatus est? num ista sentiebat? Imo vero tunc maxime amara illa lamenta conscripsit, mortuos & abeuntes lugens. Neque minora illi visa sunt sequentia mala præteritis, cum ii qui ex bello reliqui fuerant, rursus per sua scelera Deum irritarent. Cum enim polliciti essent se illi per omnia obtemperaturos, nihilque reluctaturos, in Ægyptum rursus descenderunt, oraculo contraria præcipiente: Prophetamque secum deduxerunt, ac per suam ingra- B titudinem illum sibi longe graviora prioribus dicere atque imprecari coëgerunt. Quid vero Ezechiel? Quid Daniel? nonne in captivitate tempus omne vixerunt? Quorum quidem prior fame ac siti pro alienis cruciabatur malis, uxoreque defuncta eum casum absque lacrymis perferre jubebatur. Porro quid gravius dici possit, quam in suis adversis casibus ne flere quidem permitti? Omitto autem modo, quod in fimo panem suum comedere coactus sit, & quod super unum latus centum & nonaginta diebus jacere, aliaque hujusmodi tolerare sit jussus. Etsi enim illi ex iis quæ vel omisimus, vel C diximus, nihil triste contigisset: certe id solum quod inter hostes ac Barbaros impurosque homines vir justus & sanctus jugiter versatus sit, omni erat illi supplicio acerbius. At vero Daniel summis quidem honoribus frui, & quasi non in captivitate, sed in regia jugiter versaretur aula, esse potentissimus videbatur. Cæterum si quis illius orationem audiat, jejuniumque consideret, facieique immutationem, ac juges precationes, agnoscatque diligenter quorum gratia ista faciebat: animadvertet hunc omnium maxime in doloribus angoribusque vixisse. Neque enim illum præsentia D tantum mala excruciabant, verum & futura perturbabant: quæ etiam cum necdum contigissent, prænoscere dignus est habitus, atque propheticis oculis aspicere. Cumque necdum priori servitute liberatos Judæos cerneret, aliam illis rursus captivitatem prævidere cogebatur: & quæ nondum ædificata fuerat, eam urbem capi cernebat, sacrificiisque contaminatum templum ac desolatum, omnemque eversam sanctificationem: idcirco lugebat & lacrymabatur, dicens: *Nobis confusio faciei, & patribus nostris, quia peccavimus tibi Domine.*

E II. Verum nescio quo pacto me pene inter Prophetas effugerat cælestis ille animus, qui sic in terra versabatur, ut in cælo semper esset. Nihil enim illi terrenum præter meloten erat. Quid igitur summus iste atque admirabilis vir, si virum illum vocare oportet? Nam post ingentem illam fiduciam, qua adversus Achab usus fuerat, post ignis illam e cælo demissionem, post necem sacerdotum, posteaquam clauserat & aperuerat cælum, quo tempore utrumque voluerat, post tanta ac talia recte facta & signa fiduciæ, ita metu mœrorisque ma-

Ezech. 4. 12.

Danielis ærumnæ.

Baruch. 1. 15.

3. Reg. 19.

Helias & ipse afflictus.

[a] Morel. ἀεὶ στρεφόμενος, Savil. & Colb. ἀναστρεφόμενος.

gnitudine detinebatur, ut hæc verba loqueretur: *Tolle animam meam a me: non enim sum melior ego quam patres mei.* Ista ille, qui hodieque necdum mortuus est. Neque istud solum, sed in desertum profectus obdormiebat, præ doloris ac mœroris onere lassus ac fatigatus. Porro hujus discipulus non solum spiritum magistri duplicem accepit, sed & pressuras longe etiam majores. Hos denique paulo ante beatus

4. Reg. 2. Elisæus Propheta.

Paulus ostendens, illorumque ærumnas enumerans, aiebat: *Quibus dignus non erat mundus.* Peropportune nunc Pauli fecimus mentionem: qui enim per se solus inspectus ad consolandum sufficere posset, hic post alios veniens, cujus non dolorem ac mœrorem evanescere facit? Ejus nempe famem, sitim, nuditatem, naufragia, desertique habitationes, timores ac pericula, insidias, carceres, verbera, vigilias, innumeras mortes, & alia quæ prædicationis causa perpessus est, ne referenda quidem arbitror. Ista enim etsi pressuras illi exhibebant, non tamen erant absque voluptate quadam. At vero quando illum Asiatici omnes aversati sunt, quando Galatæ perversi sunt, gens integra, & eatenus acceptabilis, quando suam Ecclesiam Corinthii plurimas in partes sciderunt, fornicatorique teterrimo per suas blanditias pudoris quoque sensum abstulerunt: quid illum perpessum putas, quantas illius animo tenebras effusas arbitraris? Sed quid nos ista conjecturis colligimus, cum illius verba audire liceat? Corinthiis enim scribens, dicebat: *Quoniam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas.* Et rursum: *Ne forte cum venero, humiliet me Deus, & lugeam multos qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam.* Galatis vero: *Filioli*, inquit, *mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* De Asiaticis vero scribens ad discipulum, queritur & ingemiscit. Neque enim ista solum tunc illum mœrore afficiebant, sed & datus illi stimulus ita eum vexabat atque affligebat, ut sæpe pro hujus absolutione Deum deprecatus sit. Quod enim hic ait, *ter*, sæpius significat. Prorsus vero quando ille respirare potuit, qui fratris quoque absentiam lugebat? *Ex eo* enim, ait, *quod non inveni Titum fratrem meum, non habui requiem.* In alterius item morbo hoc idem passus est: *Deus enim misertus est ejus*, de Epaphra scribens Philippensibus, *non illius autem solum, sed & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem.* Et de seductoribus, ac sibi reluctantibus graviter mœrens, ad Timotheum scribit: *Alexander*, inquiens, *ærarius multa mihi mala ostendit, reddat illi Deus juxta opera sua.* Quam igitur iste vel brevem mœroris ac doloris habere requiem poterat? Neque enim ea sola quæ dicta sunt, obsidere animum ejus poterant, sed & alia quæ mœrorem illi assiduum præbebant. Et ea rursus ipse aperuit, cum dicit: *Præter ea quæ foris sunt instantia mea quotidiana, solicitudo omnium Ecclesiarum.*

Heb. 11. 38. Paulus Apostolus inter eos qui afflicti sunt.

2. Cor. 2. 4. & seqq.

Gal. 4. 19.

2. Cor. 12. 13.

Phil. 2. 27.

2. Tim. 4. 14.

2. Cor. 11. 29.

A μίας ὑπερβολῆ, ὡς ταῦτα τὰ ῥήματα φθέγξασθαι· λάβε τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι οὐ κρείττων εἰμὶ ἐγὼ ὑπὲρ τοὺς πατέρας μου. Ταῦτα ἐκεῖνος ὁ μηδέπω καὶ νῦν τετελευτηκώς. καὶ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπελθὼν εἰς τὴν ἔρημον ἐκάθευδεν ὑπὸ τῆς βαρυθυμίας κατακαμφθείς. ὁ δὲ μαθητὴς ὁ τούτου, οὐ τὸ πνεῦμα διπλοῦν ἔλαβε τοῦ διδασκάλου μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς θλίψεις πολλῷ μείζονας. τούτους γοῦν ἡμῖν πρὸ μικροῦ ὁ μακάριος Παῦλος παραδεικνὺς, καὶ τὰς ταλαιπωρίας αὐτῶν ἀπαριθμούμενος, ἔλεγεν, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. εὐκαίρως δὲ ἡμῖν ὁ μακάριος ἐπεισῆλθεν· οὗτος γὰρ καὶ μόνος ὀφθεὶς

B καὶ ἀρκέσας πρὸς παράκλησιν, οὗτος μετὰ τοὺς ἄλλους ἐλθὼν, τίνα οὐκ ἂν ἀφανίσειεν ἀθυμίαν καὶ λύπην; τὸν μὲν οὖν λιμὸν καὶ τὸ δίψος καὶ τὴν γύμνωσιν, καὶ τὰ ναυάγια, καὶ τὰς ἐν ταῖς ἐρήμοις διατριβὰς, καὶ τοὺς φόβους, καὶ τοὺς κινδύνους, καὶ τὰς ἐπιβουλὰς, καὶ τὰ δεσμωτήρια, καὶ τὰς πληγὰς καὶ τὰς ἀγρυπνίας, καὶ τοὺς μυρίους θανάτους, καὶ τἄλλα ὅσα τοῦ κηρύγματος ἕνεκεν ὑπέμεινεν, οὐδὲν οἶμαι δεῖν λέγειν. ταῦτα γὰρ εἰ καὶ θλίψεις τινὰς, ἀλλ' ὅμως καὶ ἡδονὰς παρεῖχεν αὐτῷ· ἀλλ' ὅτε ἀπεστράφησαν αὐτὸν πάντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ· ὅτε Γαλάται ἐξετράπησαν ἔθνος ὁλόκληρον καὶ εὐδοκιμηκός· ὅτε Κορίνθιοι τὴν

C παρ' αὐτοῖς ἐκκλησίαν εἰς πολλὰ διέτεμον μέρη, καὶ τὸν πορνεύσαντα κολακεύσαντες εἰς ἀναισθησίαν ἤγαγον, τί αὐτὸν οἴει παθεῖν; πόσῳ καταχεθῆναι σκότῳ τὴν ψυχήν; ἀλλὰ γὰρ τί δεῖ λογισμῶν ἡμῖν, παρὸν ἀκοῦσαι τῶν ῥημάτων αὐτῶν; Κορινθίοις μὲν γὰρ ἐπιστέλλων ἔλεγεν, ὅτι ἐκ πολλῆς θλίψεως καὶ συνοχῆς καρδίας ἔγραψα ὑμῖν διὰ πολλῶν δακρύων. καὶ πάλιν· μήπως ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ θεὸς, καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων. Γαλάταις δέ· τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. περὶ δὲ τῶν Ἀσιανῶν πρὸς τὸν μαθητὴν ἀποδύρεται. οὐ

D ταῦτα δὲ αὐτὸν μόνον ἠνία, ἀλλὰ καὶ ὁ σκόλοψ ὁ δοθεὶς αὐτῷ οὕτως αὐτὸν ἔθλιβε καὶ ἐστενοχώρει, ὡς πολλάκις ὑπὲρ τῆς τούτου λύσεως δεῖσθαι τοῦ θεοῦ. τὸ γὰρ τρὶς ἐνταῦθα τὸ πολλάκις ἐστίν. ὅλως δὲ πότε ἀναπνεῦσαι ἴσχυσεν, ὁ καὶ ἐπὶ ἀπουσίᾳ ἀδελφοῦ κοπτόμενος; τῷ μή με εὑρεῖν, φησὶ, Τίτον τὸν ἀδελφόν μου, οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν. καὶ ἐπὶ νόσῳ δὲ αὐτὸ τοῦτο [a] ἔπαθεν. ὁ θεὸς γὰρ ἠλέησεν αὐτόν φησι· περὶ τοῦ Ἐπαφρᾶ Φιλιππησίοις ἔλεγεν· οὐκ αὐτὸν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμὲ, ἵνα μὴ λύπην ἐπὶ λύπῃ σχῶ. καὶ ἐπὶ τοῖς ἀπατεῶσι καὶ ἀντιλέγουσιν αὐτῷ σφόδρα

E βαρυθυμῶν, Τιμοθέῳ ἐπιστέλλων ἔλεγεν· Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεὺς, πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο· ἀποδῴη αὐτῷ κύριος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. τίνα οὖν ἀθυμίας καὶ ὀδύνης μικρὰν γοῦν εἶχεν ἀνακωχὴν ἡδύνατο; οὐδὲ γὰρ τὰ εἰρημένα μόνον ἦν τὰ πολιορκοῦντα τὴν ἐκείνου ψυχὴν, ἀλλὰ καὶ ἕτερα πρὸς τούτοις ἃ διηνεκῆ παρεῖχε τὴν ἀθυμίαν αὐτῷ· καὶ ταῦτα πάλιν αὐτὸς ἐξεκάλυψεν εἰπών· χωρὶς τῶν παρεκτὸς ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθ' ἡμέραν, ἡ μέριμνα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν·

[a] Savil. & Colb. τοῦτο πάσχων.

τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; Εἰ τοίνυν καθ' ἕκαστον τῶν σκανδαλιζομένων αὐτὸς ἐπυροῦτο, οὐκ ἐνῆν σβεσθῆναι τὴν πύρωσιν ταύτην ἀπὸ τῆς ἐκείνου ψυχῆς. οὐ γὰρ διελίμπανον οἱ σκανδαλιζόμενοι, καὶ τὴν ὑπόθεσιν παρέχοντες τῷ πυρί. ὅπου γὰρ πόλεις, καὶ ἔθνη δὲ πολλάκις ὁλόκληρα διέπεσε, πολλῷ μᾶλλον ἕνα καὶ δεύτερον εἶναι διαπαντὸς τοὺς τοῦτο πάσχοντας εἰκὸς ἦν, τοσούτων ἐκκλησιῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην οὐσῶν. θῶμεν δὲ εἰ βούλει τῷ λόγῳ, μηδὲ σκανδαλισθῆναί τινα, μηδὲ διαζευχθῆναι αὐτοῦ ποτε, μηδὲ ἄλλο τι τούτων αὐτῷ συμβεβηκέναι τῶν λυπηρῶν. οὐδὲ γὰρ οὕτως αὐτὸν δύναμαι καθαρὸν ἀθυμίας εὑρεῖν, κἂν τούτῳ πάλιν, οὐδένα δέομαι ἕτερον μάρτυρα λαβεῖν, ἀλλὰ τὸν πεπονθότα αὐτόν. τί γάρ, φησιν; ηὐχόμην ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα, οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλῖται. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· ποθεινότερον ἦν μοι εἰς γέενναν ἐμπεσεῖν, ἢ τοὺς Ἰσραηλίτας ἀπιστοῦντας ὁρᾷν. τὸ γὰρ ηὐχόμην ἀνάθεμα εἶναι, τοῦτό ἐστιν· ὁ δὲ τὴν ἐν τῇ γεέννῃ κόλασιν ἑλόμενος ὑπὲρ τοῦ δυνηθῆναι προσαγαγέσθαι τοὺς Ἰουδαίους ἅπαντας, εὔδηλον ὅτι τούτου μὴ τυχὼν, τῶν ἐν τῇ γεέννῃ κολαζομένων διῆγε βαρύτερον, ἐπείπερ ἐκεῖνο μᾶλλον αὐτῷ κατὰ γνώμην ἢ τοῦτο ἦν.

Σὺ δέ μοι καθ' ἕκαστον τῶν εἰρημένων μὴ τὴν ὑπόθεσιν λογίζου μόνον, ἐξ ἧς ἡ ἀθυμία τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις ἐτίκτετο, ἀλλὰ καὶ τὸ μέτρον τῆς λύπης, καὶ [a] πολλῷ ταύτα μείζονα ὄψει τῆς ὀδύνης τῆς σῆς. τὸ γὰρ ἐξεταζόμενον νῦν, τοῦτό ἐστιν· εἰ χαλεπώτερον ἤλγουν ἐκεῖνοι· μέτρον δὲ ἀθυμίας οὐκ ἀπὸ τῆς τικτούσης αὐτὴν προφάσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ῥημάτων, καὶ ἀπὸ τῶν πραγμάτων δοκιμάζεσθαι πέφυκεν. πολλοὶ μὲν οὖν χρήματα ἀπολέσαντες μόνον, μειζόνως ἤλγησαν τῆς ἀγάπης τῆς σῆς, καὶ οἱ μὲν εἰς πέλαγος ἔρριψαν ἑαυτούς, οἱ δὲ καὶ βρόχων ἥψαντο, οὐκ ἐνεγκόντες τὴν ζημίαν· ἑτέρων δὲ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔσβεσεν ἡ τῆς ἀθυμίας ταύτης ὑπερβολή· καίτοι δοκεῖ τὸ χρήματα ἀπολέσαι, τοῦ παρὰ δαίμονος ἐνοχληθῆναι ἔλαττον εἶναι καὶ κουφότερον· ἀλλ' ὅμως πολλοὶ τοῦτο μὲν ἤνεγκαν, ὑπ' ἐκείνου δὲ ἡττήθησαν. μὴ γὰρ ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ταῦτα δοκίμαζε νῦν, μηδ' ὅτι σὺ καταγελᾷς τῆς τῶν χρημάτων ζημίας, ἤδη καὶ τοὺς ἄλλους οὕτω διακεῖσθαι νόμιζε. πολλοὺς γὰρ καὶ εἰς παραπληξίαν καὶ εἰς τὴν ἐσχάτην ζημίαν ἡ τούτων ἀφαίρεσις ἤγαγε. γενναίαν μὲν γὰρ ψυχὴν οὐδέτερον δύναται τούτων καταβαλεῖν· ἡ δὲ ἀσθενὴς καὶ βιωτικώτερον διακειμένη ἐκείνῳ μᾶλλον, ἢ τούτῳ δάκνεται. τί δή ποτε; ὅτι οὐκ ἔστιν ἴσον λιμὸν δεδοικέναι διαπαντὸς, καὶ δι' ἡμερῶν τινων διενοχλεῖσθαι παρὰ τοῦ νοσήματος τούτου. ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἐν βραχεῖ καιροῦ μέρει πᾶσά ἐστιν ἡ βία, καθάπερ πυρετοῦ τινος ἢ φρίκης, ἢ καὶ ἑτέρας προσβαλούσης περιόδου τινὸς, μᾶλλον δὲ καὶ τούτων ἐλάττονα πολλῷ κατέχει καιρόν· εἰ δὲ τῇ σφοδρότητι νικᾷ, πολλοὺς τῶν πυρεττόντων ἔχοιμ' ἂν δεῖξαι ἐγὼ πολλῷ τῶν δαιμονώντων μᾶλλον ἐξισταμένους, ὅταν ἐκείνῳ

Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror? Si igitur ille per singulos eorum, qui scadalizabantur, urebatur, profecto ea adustio exstingui ex illius animo non poterat. Neque enim umquam deerant qui scandalizarentur, ignique illius materiam subministrarent. Nam si & urbes & gentes sæpe integræ lapsæ sunt, multo sane magis unum semper & alterum qui hæc paterentur, inveniri necesse erat, cum tot essent Ecclesiæ per orbem. Concedamus autem, si placet, neque scandalizatum fuisse aliquem, neque ab eo disjunctum aliquando, neque aliud aliquid hujusmodi tristium illi contigisse, ne sic quidem mœrore vacuum invenire poterimus. Qua in re nullus iterum testis aptior occurrit, quam ipse qui passus est. Quid enim ille ait? *Optabam anathema esse à Christo pro fratribus meis, cognatis meis secundum carnem, qui sunt Israëlitæ.* Rom. 9. 3. Quod autem dicit, hujusmodi est: Optabilius mihi erat in gehennam incidere, quam Israëlitas infideles & incredulos videre. Hoc enim est, *optabam anathema esse.* Is autem qui eligebat gehennæ cruciatum, ut Judæos omnes ad fidem posset inducere, liquet profecto quod non potitus voti sui, gravius afficiebatur, quam ii, qui in gehenna cruciantur: quandoquidem potius hoc quam illud cupiebat.

12. Tu velim per singula quæ dicta sunt, non solum materiam cogites, ex qua mœstitia viris illis gignebatur, sed mensuram etiam doloris, multo illum majorem aspicies, quam tuus sit. Quod enim modo quæritur, hoc est, graviusne illi angerentur: porro mœstitiæ mensura non ex occasione qua nata est solum, sed ex verbis etiam & rebus probari consuevit. Nam plurimi cum solum amisissent pecunias, magis, quam modo caritas tua, doluerunt, atque ex iis alii se aquis suffocaverunt, alii laqueo sibi vitam extorserunt, detrimenta non ferentes. Aliorum vero etiam oculos mœroris hujus vis ac magnitudo cæcavit. Et certe longe levius ac tolerabilius videtur pecunias amittere, quam perturbari a dæmone: sed tamen plurimi cum hæc fortiter tulissent, ab illo superati sunt. Neque enim velim ista nunc ex animo tuo metiaris, neque quoniam tu pecuniarum detrimenta irrides, alios etiam ita affectos arbitreris. Quippe earum amissio plurimos in insaniam, & summa detrimenta perduxit. At enim fortem animum, neutrum horum dejicere valet: imbecillis vero ac sæculo addictus, illo potius quam isto cruciatur. Cur id? Quia idem non est, famem semper metuere, & paucis diebus agitari hoc morbo. Nam hîc quidem brevi temporis parte fit violentia omnis, non secus quam febris cujusdam, aut rigoris, vel alterius imminentis periculi, imo minus temporis occupat, quam ista omnia. Sed fortasse vincit vehementia? Atqui plurimos tibi possem equidem ostendere laborantes febribus, qui cum eo igne corripiuntur, multo magis quam ii, qui

Comparat Stagirii dolorem cum antiquorum mœrore.

[a] Morel. & Savil. in textu, πολλῷ ταῦτα μείζονα, Colb. πολλῷ τούτων μείζονα, Savil. in marg. πολλῷ πάντων μ-

perturbantur a dæmone, exagitantur. At vero indigentiæ metus, ne desint necessaria, veluti vermis assiduus jugiter perturbans atque assidens, pauperum corrodit animum. Et quid ego paupertatem dicam? Omnes hominum calamitates si dinumerare velimus, non ipsi solum, sed tu quoque lamenta tua ac ploratus fortasse ridebis. Denique non solum omnes, sed ne brevissimam quidem earum partem eloqui nobis possibile esset. Neque enim scimus illas, neque si sciremus, tempus omne narrationi sufficeret: verum paucas ex plurimis pro viribus colligens, ex his tibi eas etiam quæ dictæ non sunt, conjiciendas relinquam. Memento, quæso, senis illius amicissimi, Demophilum dico, ex magna illustrique familia. Hic jam quintum & decimum annum agit, ex quo nihil facere plus potest, quam mortui, nisi quod tremit jugiter & loquitur, sensumque perfectum suorum habet malorum. Cæterum in summa paupertate vitam agit, ministro tantum uno adolescente comitatus, bono quidem, ac domini sui studioso; non tamen qui calamitatem illam solari possit. Neque enim inopiam juvare potest, neque resolutionis tremorem sistere, sed buccellam tantum ori domini apponere; quippe neque ad hoc illum juvare possunt manus; & offerre calicem, & purgamenta narium abstergere prævalet, aliud autem plus inferre nihil. Et iste quidem, ut dixi, quindecim jam annos in ejusmodi ærumnis degit: ego autem illum considero, qui triginta & octo annis hoc morbo detentus fuerat. Tu velim præterea Aristoxenum quoque ex Bithynia cogites. Huic enim corpus nondum resolutum est ut illi seni, verum languor alius imminet, longe paralysi illa molestior. Namque alvi contractiones quædam doloresque tormentis omnibus acerbiores, nunc quidem verubus omnibus acutius pungentes, nunc igne vehementius urentes, diebusque singulis ac noctibus eum exagitantes, apud ignaros ejus morbi vesanum illum videri faciunt; adeo torquent illius pupillas, adeo manus pedesque contrahunt, mutum illum constituunt. Porro clamores illius, ac gemitus; nam post illam privationem vocis nonnumquam in clamorem erumpit; lamenta parturientium superant, adeo ut sæpius ii etiam, quibus longinquius ab illius habitaculo remotis infirmi sunt, præ vigiliarum tædio turbati mittant culpantes, quod ex illius clamoribus infirmis suis deterius sit. Illi vero non ex longinquis intervallis, sed sæpius diebus singulis ac noctibus contingit, sextusque jam hic annus vertitur, ex quo molestissimo huic flagello addictus est, neque servus ullus adest, qui curam ejus habeat, neque medicus, qui consoletur: id, propter inopiam: istud, quia superat omnem artis industriam is morbus. Plurima enim plurimi cum egerint; erat enim antea pecuniis fretus; nihil profecerunt. Quodque his omnibus gravius est, neque amicorum aliquis eum jam vi-

Demophili exemplo solatur Stagirium.

Joan. 5.

Aristoxeni exemplum ex Bithynia.

A καταχεθῶσι τῷ πυρί. ἐπὶ δὲ τῆς ἐνδείας, ὁ φόβος τῆς τῶν ἀναγκαίων εὐπορίας, καθάπερ σὴς διηνεκής, οὕτω διαπαντὸς προσεδρεύων κατεσθίει τὴν τῶν πενομένων ψυχήν. καὶ τί λέγω πενίαν; εἰ γὰρ βουλοίμεθα πάσας τὰς τῶν ἀνθρώπων ἀριθμεῖν συμφοράς, οὐχ ἡμεῖς μόνον ἀλλὰ καὶ αὐτὸς τάχα γελάσεις τοὺς σαυτοῦ θρήνους καὶ τὰς οἰμωγάς. πάσας μὲν οὖν, μᾶλλον δὲ οὐδὲ τὸ πολλοστὸν μέρος αὐτῶν εἰπεῖν ἡμῖν δυνατόν. οὔτε γὰρ ἴσμεν αὐτάς, οὔτε εἰ καὶ ᾔδειμεν, ὅλος ὁ χρόνος ἂν ἡμῖν πρὸς τὴν διήγησιν ἤρκεσεν. ὀλίγας δὲ ἐκ πολλῶν ἀναλεξάμενος, ἐκ τούτων σοι παρέξω κατὰ δύναμιν καὶ τὰς οὐκ B εἰρημένας στοχάσασθαι. ἀναμνήσθητι γὰρ τὸν φίλτατον γέροντα ἐκεῖνον, Δημόφιλον λέγω τὸν ἐκ τῆς μεγάλης καὶ λαμπρᾶς οἰκίας. οὗτος πέμπτον καὶ δέκατον ἔτος ἔχει λοιπόν, ἐξ οὗ τῶν νεκρῶν οὐδὲν ἄμεινον διάκειται πρὸς τὸ ἐνεργεῖν, πλὴν ὅσον τρέμει διηνεκῶς, καὶ φθέγγεται, καὶ τὴν αἴσθησιν τρανὴν τῶν οἰκείων ἔχει κακῶν. πενίᾳ δὲ ἐσχάτῃ συζῇ, καὶ τὸν διακονούμενον ἔχει νεανίσκον ἕνα, χρηστὸν μὲν καὶ φιλοδέσποτον, οὐ μὴν ἱκανὸν παραμυθήσασθαι τὴν συμφορὰν ἐκείνην. οὔτε γὰρ τῇ πενίᾳ ἀμῦναι ἔχει, οὔτε τὸν τῆς παρέσεως καταπαῦσαι τρόμον· ἀλλὰ C ψωμὸν ἐνθεῖναι τῷ στόματι τοῦ δεσπότου· οὐδὲ γὰρ πρὸς τοῦτο ἀρκοῦσι βοηθῆσαι αἱ χεῖρες αὐτοῦ· καὶ κύλικα προσαγαγεῖν, καὶ κορυζῶντα ἀπομύξαι δύναιτ' ἄν· ἕτερον δὲ τούτων εἰσενεγκεῖν πλέον οὐδέν. ἀλλ' οὗτος μὲν πεντεκαίδεκα ἔτη ἔχει λοιπὸν ταλαιπωρούμενος οὕτως, ὡς ἔφην· ἐγὼ δὲ ἐννοῶ τὸν ὀκτὼ καὶ τριάκοντα ἔτη εἰς τοῦτο καταναλώσαντα τὸ πάθος. σὺ δέ μοι πρὸς τούτοις καὶ Ἀριστόξενον λόγισαι τὸν Βιθυνόν· τούτῳ γὰρ τὸ μὲν σῶμα οὐ διαλέλυται καθάπερ ἐκείνῳ τῷ γέροντι· νόσος δὲ ἐπίκειται, πολλῷ τῆς παραλύσεως ἐκείνης χαλεπωτέρα. διὰ D γὰρ ἥτρου σπασμοί τινες καὶ πάσης ἀλγηδόνος πικρότεροι πόνοι, ποτὲ μὲν ὀβελίσκων χεῖρον διαπείροντες, ποτὲ δὲ πυρὸς σφοδρότερον διατρώγοντες, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα διενοχλοῦντες, παρὰ τοῖς οὐκ εἰδόσι τὸ πάθος, μαινομένου περιτιθέασι δόξαν αὐτῷ. οὕτω διαστρέφοντες τὰς κόρας, οὕτω στραγγαλοῦντες τὰς χεῖρας μετὰ τῶν ποδῶν, τιθέασιν [a] ἄφωνον. αἱ δὲ κραυγαὶ καὶ οἱ κωκυτοί· καὶ γὰρ καὶ ἀνακράζει πολλάκις μετὰ τὴν ἀφωνίαν ἐκείνην· τὰς τῶν ὠδινουσῶν νικῶσιν ὀλολυγάς, καὶ πολλάκις τῶν πόρρωθεν οἰκούντων ἀρρώστοις ἔχοντες, καὶ ὑπὸ πολλῆς ἀγρυπνίας ἐνοχλουμένοις, ἔπεμ- E ψαν ἐγκαλοῦντες ὑπὲρ τῶν καμνόντων, ὡς χεῖρον ὑπὸ τῆς τούτου διατεθέντων φωνῆς. γίνεται δὲ αὐτῷ οὐκ ἐκ διαλειμμάτων μακρῶν, ἀλλὰ πολλάκις μὲν τῆς ἡμέρας, πολλάκις δὲ τῆς νυκτός, καὶ λοιπὸν, ἕκτος οὗτός ἐστιν ἐνιαυτὸς, ἐξ οὗ τῇ πονηρᾷ ταύτῃ παραδέδοται μάστιγι, καὶ οὔτε οἰκέτης πάρεστιν ὁ θεραπεύσων αὐτὸν, οὔτε ἰατρὸς παραμυθησόμενος. τοῦτο μὲν διὰ τὴν πενίαν, τοῦτο δὲ διὰ τὸ τὴν τέχνην αὐτοῖς ἐλεγχθῆναι τῷ πάθει. πολλὰ γὰρ πολλοὶ [b] καμόντες· καὶ γὰρ ἔτυχε πρὸ τούτου πολλὰ χρήματα ἔχων ἐκεῖνος· ὤνησαν οὐδέν· καὶ τὸ δὴ δεινότερον, οὐδὲ τῶν φίλων τις αὐτὸν ὁρᾶν ἐθέ-

a Sic Savil. & Colb. At in Morel. ἄφωνον deest.

b Savil. λαβόντες, alii καμόντες.

ἀλλ' λοιπόν· ἀλλὰ πάντες αὐτὸν ἐγκατέλιπον, καὶ τῶν πολλὰ πρότερον εὐεργετηθέντων παρ' αὐτοῦ. εἰ δέ τις καὶ εἰσέλθοι ποτὲ, εὐθέως ἀπεπήδησε· τοσαύτης δυσωδίας τὸ δωμάτιον ἐμπέπλησται, τῷ μηδένα τὸν ἐπιμελούμενον εἶναι. μία γὰρ αὐτῷ παιδίσκη προσκάθηται μόνη τοσαῦτα διακονοῦσα, ὅσα εἰκὸς δύνασθαι, γυναῖκά τε οὖσαν, καὶ μόνην, καὶ ἐκ τῆς ἐργασίας διατρεφομένην τῶν χειρῶν. πόσων οὖν δαιμόνων χαλεπώτερα τὰ ἐκείνου κακά; εἰ γὰρ καὶ μηδὲν [a] αὐτῷ ἠνώχλει τούτων, τί οὐκ ἂν ἔπαθεν ἐννοῶν τὸν χρόνον τὸν μακρὸν, ὃν ἐπὶ τῆς κλίνης κατάκειται, τὴν δαπάνην τὴν πολλὴν, καὶ εἰς ἐσχάτην αὐτὸν ἐμβαλοῦσαν πενίαν, τῶν φίλων τὴν καταφρόνησιν, B τῶν θεραπευόντων τὴν ἐρημίαν, τὸ μηδὲ εἰ στήσεταί ποτε τὰ δεινὰ ταῦτα εἰδέναι, ὅπερ ἀεὶ σὺ πενθεῖς· μᾶλλον δὲ τὸ πεπεῖσθαι ἀκριβῶς, ὅτι οὐδὲ στήσεταί ποτε τὰ δεινὰ ταῦτα εἰδέναι, ζῶντος αὐτοῦ καὶ ἐμπνέοντος ἔτι; ἡ γὰρ ἐπίτασις τοῦ νοσήματος καὶ τὸ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπὶ τὸ χεῖρον αὐτῷ προβαίνειν τὸ δεινὸν, τοῦτο φησίν.

Ἵνα δὲ μὴ καθ' ἕκαστον τοὺς τὰ τοιαῦτα δεδυστυχηκότας ἀπαριθμῶν δόξω τοῖς ἀκούουσι ἀποκναίειν, ἄπιθι πρὸς τὸν ἐπιτετραμμένον τὴν τοῦ ξενῶνος ἐπιστασίαν, καὶ κέλευσον εἰσαγαγεῖν σε πρὸς τοὺς κατακειμένους ἐκεῖ, ἵνα πᾶσαν ῥίζαν ἴδῃς παθῶν, καὶ ξένους νοσημάτων τρόπους, C καὶ παντοδαπὰς ἀθυμίας ὑποθέσεις. ἐκεῖθεν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐλθὼν, καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ οἰκήματι τούτῳ καταμαθὼν, βάδισον ἐπὶ τὰ πρόπυλα τῶν βαλανείων, ἔνθα καὶ κόπρῳ καὶ καλάμῃ ἀντὶ ἱματίων καὶ οἴκων κεχρημένοι τινὲς κατάκεινται γυμνοὶ, κρυμῷ, καὶ νόσῳ, καὶ λιμῷ πολιορκούμενοι διηνεκεῖ, τῇ ὄψει μόνῃ καὶ τῷ τρόμῳ τοῦ σώματος, καὶ τῷ ψόφῳ τῶν συγκρουόντων ὀδόντων παρακαλοῦντες τοὺς παριόντας, καὶ οὔτε φωνὴν ἀφεῖναι, οὔτε χεῖρας ἐκτεῖναι δυνάμενοι, τῷ σφόδρα ἤδη τοῖς τοιούτοις ἐκτετρῖφθαι κακοῖς. ἀλλὰ μηδὲ μέχρι τούτων στῇς, D ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ τῶν πτωχῶν καταγώγιον τὸ πρὸ τῆς πόλεως ἔξιθι· καὶ τότε ὄψει καλῶς, ὅτι ἡ διέχουσά σε συνέχειν ἀθυμία νῦν, λιμήν ἐστιν εὔδιος. τί γὰρ ἄν τις εἴποι τοὺς ἐλεφαντίᾳ κατὰ μικρὸν ἀναλισκομένους ἄνδρας, τὰς καρκίνῳ κατεσθιομένας γυναῖκας; ταῦτα γὰρ ἀμφότερα τὰ νοσήματα μακρά τέ ἐστι καὶ ἀνίατα· θάτερον δὲ αὐτῶν καὶ τῆς πόλεως ἀπελαύνει τοὺς ἔχοντας, καὶ [b] οὔτε λουτροῦ, οὔτε ἀγορᾶς, οὔτε ἄλλου τινὸς τῶν [b] ἔνδον αὐτοῖς μετασχεῖν θέμις ἐστίν· καὶ οὐ τοῦτο μόνον τὸ δεινὸν, ἀλλ' ὅτι οὐδὲ ὑπὲρ τῆς τῶν ἀναγκαίων ἔχουσιν ἀφθονίας E θαρρεῖν. τί δὲ οἱ τὰ μέταλλα πολλάκις εἰκῇ καὶ μάτην καταδικασθέντες οἰκεῖν; οὗτοι γὰρ ἅπαντες πολλῷ μείζονα τῶν δαιμονώντων τὴν ὀδύνην ἔχουσιν. εἰ δὲ ἀπιστεῖς, οὐδὲν θαυμαστόν. οὐ γὰρ τῇ αὐτῇ γνώμῃ τά τε οἰκεῖα καὶ τὰ ἀλλότρια κρίνειν εἰώθαμεν κακά, ἀλλ' ἐκεῖνα λόγῳ καὶ ὄψει μόνον μαθόντες· ταῦτα δὲ τῇ πείρᾳ, καὶ τῇ αἰσθήσει, καὶ μετὰ τῆς συμπαθείας τῆς ἑαυτῶν. διόπερ αὐτὰ ἀφορητότερα εἶναι ἐκείνων νομίζομεν,

A dere vult, sed eum omnes deseruerunt, & ii qui plurimis antea ab eo beneficiis fuerant affecti. Quod si quis umquam ingreditur, protinus resilit: tanto fœtore domus illa plena est, eo quod nullus adsit, qui curam ejus gerat. Una enim & sola illi ancilla assidet, tantum illi ministrans, quantum potest mulier, cum sit & sola, & ex opere manuum vivens. Quænam ergo dæmonum vexatio illius ærumnis comparari potest? Etsi enim eum horum nihil perturbaret, quid non pateretur considerans adeo prolixum tempus, quo jam in lectulo decubat, ingentesque sumtus, qui se in supremam B redegerunt inopiam, amicorum contemtum, famulorum atque obsequentium solitudinem: & id quod maxime nunc doles, certamque nullam fiduciam habet, an finem clades istæ habituræ sint: imo vero certam notitiam, quod se vivente ac spirante numquam finientur? Quippe ejus morbi vis, & quotidianus in deteriora progressus, hoc pollicentur.

13. Verum ne per singulos enumerans eos qui hujusmodi adversis casibus afflicti sunt, fastidium legentibus faciam: perge, quæso, ad illum cui xenodochii cura permissa est, ac jube te ad ibi jacentes intro- C duci, ut omnem morborum inspicias radicem, novaque infirmitatum genera, omnesque materias mœroris. Inde te ad carcerem confer, cunctisque illius habitaculi diligenter exploratis, proficiscere ad balnearum vestibula, quo in loco, fimo & stipula pro vestibus & domo utentes jacent nonnulli nudi, frigore, morbo, fameque perpetua obsessi, aspectuque solo, ac tremore corporis, & sonitu se collidentium dentium, prætereuntes ad misericordiam flectentes, neque vocem emittere, neque manum extendere valentes, eo quod jam his malis penitus attriti sunt. Neque hac- D tenus persistas velim: sed ad pauperum diversorium, quod ante urbem est, egredere: perspicies profecto eum, quo nunc detineris, mœrorem portum esse tranquillissimum. Quid enim dicere necesse est, vel elephantia consumtos viros, vel cancro mulieres? Ambo enim isti morbi & longi sunt, & insanabiles. Horum vero uterque quos occupaverit, suis urbibus eliminat, neque lavacri eos, neque fori, neque alterius cujuspiam intra positi loci participes fieri fas est. Neque istud solum acerbum est, verum etiam, quod neque confidere pos- E sunt, necessaria victui sibi non defutura. Quid vero illos memorem, qui frustra sæpius ac sine causa ad metalla damnati sunt? Nempe isti omnes multo graviore dolore cruciantur, quam qui à dæmone corripiuntur. Si vero non credis, nihil mirum est. Nostra enim non eâdem sententiâ, quâ aliena incommoda judicare consuevimus: cum illa quidem verbo solum & aspectu, nostra vero experimento, ac sensu, cum nostri ipsorum miseratione conjuncta, didicerimus. Atque idcirco ista graviora esse, minusque tolerabilia, quam illa censemus,

Xenodochii aditus consolationis occasio.

[a] Morel. αὐτῷ, alii αὐτόν.

[a] Alii, ἐν αὐτοῖς.

A tametsi valde levia sunt & tolerabilia. Si vero quispiam ab omnibus liber, illorum naturam diligentius consideret, & eos qui in illa inciderunt animadvertat, hic profecto nobis de hujusmodi feret incorruptam sententiam. Sed fortasse dicturus es, omnes illos morbos circa corpus versari solum, hanc autem pestem ipsam animam attingere, illisque omnibus esse ditiorem. Nempe hoc ipso in primis eam inveniemus illis omnibus esse leviorem. Neque enim hæc ut illi corpus corrumpit, sed solum animam brevi tempore exagitat. Cæterum illi ipsi morbi, quos modo numeravimus, cum in carne gignantur, eam omnem pestem non
B eatenus sistunt, verum ad animam emittunt, torquentes illam jugiter, & per dolores ac mœroris aculeos corrumpentes. *Ut enim*, inquit, *ulceri acetum minime convenit, ita & morbus in corpus invectus perturbat cor.* Non igitur id solum dixeris, hos tantum gigni ex corpore: sed illud potius ostende, quo pacto pestem omnem & corruptionem ad animam non mittant. Quippe & fames cum non gignatur ex corporibus, corrumpit & perdit corpora, virusque serpentum, cum ex eis prodeat, perdit item nos: ita & in his morbis sen-
C tiendum est, qui cum gignantur ex corpore, malitiæ suæ venena in animam nostram transfundunt. Omni namque obsessione diabolica potentior est ad nocendum mœroris magnitudo. Namque & dæmon quoscumque superat, per mœrorem superat: cum si auferas, nihil a dæmone quisquam lædi poterit. Et quomodo, inquies, fieri potest, ut mœrore vacem? Ego contra te interrogabo, quid causæ est quod non liceat a mœrore vacare. Nam si adulterium, si homicidium, si scelus aliquod hujusmodi perpetrasses, quod te regnis cælestibus excluderet, recte mœreres, ac justa tibi causa lugendi esset, nullusque te prohiberet.
D

Cur mœrorem Deus nostræ naturæ inseruerit.

14. Quod si per Dei gratiam ab his omnibus longissime remotus es, quid frustra teipsum concidis? Mœrorem quoque Deus inseruit naturæ mortalium, non ut abs re & intempestive illo in rebus contrariis utamur, neque ut nosipsos perimamus, verum ut ex eo maxima emolumenta consequamur. Quonam vero modo illa consequemur? si illum tempestive assumamus. Porro mœroris tempus non tunc est, cum aliquid patimur adversi, sed cum male operamur. At vero nos ordinem pervertimus, temporaque immutavimus, qui cum innumera ma-
E la perpetremus, ne breviter quidem dolore contrahimur: sin vero quippiam à quoquam patiamur mali protinus concidimus, hæremus, liberarique & cedere ex vita festinamus. Gravis igitur & onerosa ea res videtur, non secus quam iracundia & concupiscentia. Nam & hæc damna importarunt ii, qui rebus recte non sunt usi. Contingitque idem quod in medicamentis, quæ a medicis traduntur: quippe & illa si non suo ordine & tempore, ac pro quibus morbis parata sunt, sed pro aliis imponantur alia, non

a Morel. [illegible]. Alii [illegible].

κἂν λίαν ᾖ κοῦφα καὶ φορητά. εἰ δέ τις τῶν πάντων ἀπαλλαγεὶς τήν τε φύσιν αὐτῶν καταμάθοι, τούς τε ἐμπεσόντας αὐτοῖς διασκέψαιτο, οὗτος ἀδέκαστον ὑπὲρ τούτων οἴσει τὴν ψῆφον ἡμῖν. ἀλλ' ἴσως ἐκεῖνο ἐρεῖς, ὅτι πάντα μὲν ἐκεῖνα τὰ πάθη περὶ τὸ σῶμα στρέφεται μόνον, αὕτη δὲ τῆς ψυχῆς ἅπτεται ἡ νόσος, καὶ τούτων πάντων ἐστὶ χαλεπωτέρα. αὐτῷ μὲν οὖν τούτῳ μάλιστα αὐτὴν εὑρήσομεν ἐκείνων κουφοτέραν τυγχάνουσαν. αὕτη μὲν γὰρ οὐδὲ τὸ σῶμα διαφθείρει, καθάπερ ἐκεῖνα, καὶ τῇ ψυχῇ πρὸς βραχὺν ἐνοχλεῖ χρόνον. ἃς δὲ ἀπηριθμησάμεθα νῦν, φύονται μὲν ἐν τῇ σαρκί, τὴν δὲ λύμην ἅπασαν οὐ μέχρις ἐκείνης ἱστᾶσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὴν ψυχὴν παραπέμπουσι, στρεβλοῦσαι αὐτὴν συνεχῶς καὶ διαφθείρουσαι διὰ τῆς ὀδύνης καὶ τῆς ἀθυμίας τῆς πολλῆς. ὥσπερ γάρ, φησιν, ὄξος ἕλκει ἀσύμφορον, οὕτω προσπεσὸν πάθος ἐν σώματι καρδίαν λυπεῖ. μὴ τοίνυν ὅτι ἀπὸ τοῦ σώματος τοῦτο τίκτεται λέγε μόνον, ἀλλ' εἰ μὴ παραπέμπει τὴν λύμην ἅπασαν καὶ τὴν φθορὰν τῇ ψυχῇ, τοῦτο ἐπίδειξον. ἐπεὶ καὶ ὁ λιμὸς οὐκ ἀπὸ τῶν σωμάτων τικτόμενος φθείρει τὰ σώματα, καὶ ὁ τῶν ἑρπετῶν ἰὸς πρόεισι μὲν ἐξ ἐκείνων, λυμαίνεται δὲ [a] ἡμᾶς, οὕτω καὶ ἐπὶ τούτων τῶν παθῶν· τίκτεται μὲν ἀπὸ τοῦ σώματος· τὸν δὲ ἰὸν τῆς οἰκείας κακίας εἰς τὴν ψυχὴν τὴν ἡμετέραν ἐκχεῖ. πάσης γὰρ δαιμονικῆς ἐνεργείας βλαβερώτερον ἡ τῆς ἀθυμίας ὑπερβολή. ἐπεὶ καὶ ὁ δαίμων ἐν οἷς ἂν κρατῇ, διὰ ταύτης κρατεῖ· κἂν ταύτην ἀφέλῃς, οὐδὲν παρ' ἐκείνου πείσεταί τις δεινόν. καὶ πῶς ἔνι μὴ ἀθυμεῖν, φησιν; ἐγὼ δέ σε ἐρήσομαι· πῶς οὐκ ἔνι μὴ ἀθυμεῖν; εἰ μὲν γὰρ μοιχεία καὶ φόνος, ἢ ἄλλο τί σοι τοιοῦτον τετόλμηται τῶν ἐκκλειόντων τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἀθύμει καὶ πένθει, ὁ κωλύσων οὐδείς.

Εἰ δὲ τούτων τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι πάντων πόρρωθεν ἕστηκας, τί μάτην κόπτεις σαυτόν; τὴν γὰρ ἀθυμίαν ἐνέθηκεν ἡμῶν ὁ θεὸς τῇ φύσει, οὐχ ἵνα ἁπλῶς καὶ ἀκαίρως καὶ ἐν τοῖς ἐναντίοις αὐτῇ χρώμεθα πράγμασιν, οὐδ' ἵνα φθείρωμεν ἑαυτούς, ἀλλ' ἵνα τὰ μέγιστα κερδαίνωμεν ἐξ αὐτῆς. πῶς δὲ κερδᾶναι ἔστιν; ὅταν εἰς καιρὸν αὐτὴν παραλαμβάνωμεν· καιρὸς δὲ ἀθυμίας οὐχ ὅταν πάσχωμεν κακῶς, ἀλλ' ὅταν δρῶμεν κακῶς· ἡμεῖς δὲ τὴν τάξιν ἀνεστρέψαμεν, καὶ τοὺς καιροὺς ἀντηλλαξάμεθα, καὶ ποιοῦντες μὲν μυρία κακὰ οὐδὲ πρὸς βραχὺ συστελλόμεθα· ἂν δὲ μικρόν τι παρά του πάθωμεν, καταπίπτομεν, ἰλιγγιῶμεν, ἀπαλλαγῆναι, καὶ ἀποστῆναι τοῦ βίου σπεύδομεν. τοιγάρτοι διὰ τοῦτο φορτικὸν καὶ βαρὺ τὸ πρᾶγμα εἶναι ἡμῖν δοκεῖ, ὥσπερ οὖν καὶ ὁ θυμός, καὶ ἡ ἐπιθυμία. καὶ γὰρ καὶ ταῦτα οἱ μὴ χρησάμενοι καλῶς μηδὲ εἰς δέον [b] συνέβαλον· καὶ συμβαίνει ταυτό, οἷον ἐπὶ τῶν φαρμάκων τῶν παρὰ τῶν ἰατρῶν διδομένων. καὶ γὰρ ἐκεῖνα ὅταν μὴ τοῖς καταλλήλοις, καὶ ὑπὲρ ὧν κατεσκεύασται, ἀλλ' ἑτέροις ἀνθ' ἑτέρων ἐπιτεθῇ πάθεσιν, οὐ

b Sic unus Colbertinus. Alii vero minus recte ἐξέβαλον.

μόνον

μόνον οὐκ ἀπήλλαξε τῆς λυπούσης τὸν κάμνοντα, ἀλλὰ A καὶ μᾶλλον [a] ἐπέτειψε τὸ νόσημα· οὕτω δὴ καὶ ἡ ἀθυμία ποιεῖ, καὶ εἰκότως. αὐστηρὸν γὰρ οὖσα καὶ διαβρωτικὸν φάρμακον, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις καθαρτήριον τῆς πονηρίας τῆς ἐν ἡμῖν, ὅταν μὲν ἀργούσῃ ψυχῇ καὶ τρυφώσῃ, καὶ πολὺ ἐχούσῃ τὸ τῶν ἁμαρτημάτων φορτίον προσέχηται, μέγιστα τὴν δεξαμένην ὤνησεν· ὅταν δὲ ἀθλούσῃ, καὶ ἀγωνιζομένῃ, καὶ πονούσῃ, καὶ μεμεριμνημένῃ, καὶ πασχούσῃ κακῶς, πρὸς τῷ μηδὲν ὠφελῆσαι, καὶ μεγάλα ἔβλαψεν, ἀσθενεστέραν ἐργασαμένη καὶ εὐκαταγώνιστον. διὰ τοῦτο τοῖς μὲν ἑστηκόσι καὶ ἀγωνιζομένοις γράφων ὁ Παῦλος ἔλεγε· χαίρετε ἐν κυρίῳ πάντοτε, πάλιν ἐρῶ χαίρετε. τοῖς δὲ διαχυθεῖσι καὶ πολλὴν ἔχουσι τὴν φλεγμονήν· καὶ B ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστὲ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε; ὁ μὲν γὰρ λιπαινόμενος τῷ τῶν ἁμαρτημάτων λιπασμῷ, ἰσχναινέσθω, καὶ [b] καταξαινέσθω τῷ φαρμάκῳ τούτῳ· ὁ δὲ εὐεκτῶν καὶ ἐν τῇ προσηκούσῃ καταστάσει διατηρῶν ἑαυτὸν, τίνος ἕνεκεν φθείρει τὴν εὐεξίαν διὰ τῆς ἀθυμίας; οὕτω γάρ ἐστιν αὕτη δραστήριος, ὡς καὶ τοῖς δεομένοις αὐτῆς πλείονα τοῦ δέοντος ἐπιτεθεῖσα χρόνον, μεγάλα ἐργάσασθαι κακά. ὅπερ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος δεδοικὼς, ταχέως αὐτὴν ἐκέλευσεν ἀφεῖναι μετὰ τὸ πρᾶξαι τὸ ἑαυτῆς, καὶ τὴν αἰτίαν προσετίθει ταύτην, ἣν ἐγὼ λέγω νῦν· μή πως γάρ, φησι, τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ C καταποθῇ ὁ τοιοῦτος. εἰ δὲ τοὺς ἐν χρείᾳ καθεστῶτας οἶδεν ἀπολλύναι προσπεσοῦσα μεθ' ὑπερβολῆς, τί ποτε ἐργάσεται τοὺς οὐδὲ ὅλως δεομένους αὐτῆς, ὅταν αὐτὴν [c] πολλὴν ἐπισπάσωνται; ναὶ, φησὶν, οἶδα τοῦτο καὶ αὐτὸς, ἀλλὰ πῶς αὐτὴν ἀποκρούσομαι, καὶ ἀποστήσω τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς, οὐκ οἶδα. καὶ ποίας τοῦτο δυσκολίας, ὦ φίλε; εἰ μὲν γὰρ ἐπιθυμία τις ἦν, καὶ σωμάτων ἔρως ἄτοπος, ἢ κενοδοξίας τυραννὶς, τὸ δυσκαταγώνιστον κακὸν, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων παθῶν, καλῶς ἂν ἠπόρεις ὑπὲρ D τῆς ἀπαλλαγῆς· τοὺς γὰρ τούτοις ἁλόντας ἀδύνατον μὲν οὐδαμῶς, δύσκολον δὲ ἀποδρᾶναι τὰ δίκτυα. τί δή ποτε; ὅτι τὴν ἡδονὴν ἔχουσι συμπράττουσαν, καὶ βοηθοῦσαν αὐτοῖς· καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ τὰ πολλὰ πανταχόθεν περιβάλλουσα τοῖς ἑαλωκόσι σχοινία· καὶ τοῦτο πρῶτον ἔχει πρὸς τὸ κατορθωθῆναι χαλεπὸν, πεῖσαι τὴν ψυχὴν ὅλως θελῆσαι καὶ βουληθῆναι τὴν ἀπαλλαγήν· καὶ γὰρ τὸ παρόμοιον, ὥσπερ ἂν εἴ τις ψώραν ἢ κνησμονὴν ἀποθέσθαι ὀφείλων ἐνηδύνοιτο τῷ νοσήματι, καὶ εἴσω τοῦ πάθους ἑαυ- E τὸν εἰσωθοῖ. πρὸς δὲ τὴν τῆς λύπης ἀναχώρησιν, οὐ μικρὸν ἡμῖν τοῦτο ἤνυσται, τὸ τέως ἀηδῶς ἔχειν πρὸς αὐτήν. ὁ γάρ τινι βαρυνόμενος, καὶ ἀποῤῥῖψαι σπουδάζει ταχέως αὐτό. τί οὖν; ἂν σπεύδῃ μὲν, μὴ δύνηται δέ; μὴ παυέσθω σπουδάζων, καὶ ταχέως δυνήσεται· ἐννόησον γὰρ ὅτι τὸν χριστιανὸν, εἴ ποτε λυποῖτο, δύο μόνον ὑποθέσεις ἀθυμίας ἔχειν δεῖ, ἢ ὅταν αὐτὸς, ἢ ὅταν ὁ πλησίον προσκρούσῃ θεῷ. τῆς δὲ παρούσης λύπης οὐδεμίαν τῶν προφάσεων τούτων

A solum infirmos languore non liberant, sed infirmitatem potius aggravant: ita prorsus & mœror facit, ac merito sane. Nam cum austerum sit corrodensque medicamentum, atque, ut ita dixerim, vitiorum quæ in nobis sunt purgatio, si admoveatur otioso ac delicato animo, ingentique peccatorum pondere oppresso, maximam illi afferet utilitatem: sin autem animo decertanti, dimicanti, laboribus exercito, curis oppresso, & plurima perpesso adhibeatur: præterquam quod nihil prodest, maxime nocet, imbecilliorem illum faciens, atque expugnatu facilem. Quocirca stantibus & acriter pugnantibus Paulus cum scriberet, dicebat: *Gaudete in Domino semper, iterum* Philip. 4. 4.
B *dico gaudete.* Porro dissolutis ingentemque habentibus tumorem: *Et vos*, inquit, *inflati estis, & non potius flevistis?* 1. Cor. 5. 2. Itaque is quidem qui peccatorum sagina impinguatur, extenuetur ac siccetur hoc medicamento: qui vero bonæ habitudinis est, atque in decenti statu seipsum servat, quid est causæ, cur per mœrorem bonam suam valetudinem corrumpat? Adeo est enim ille acer atque efficax, ut etiam ope sua indigentibus, si plus temporis quam necesse sit immoretur, maximorum malorum causa sit. Quod & beatus Paulus metuens, cito
C illum, postquam fecerat quod suum erat, auferri jussit, causamque adjecit eam: *Ne forte*, inquit, *abundantiori tristitia absorbeatur.* Porro si nimius mœror irruens, eos etiam quibus erat necessarius, sæpius perdidit: quid illis faciet, qui cum non indigeant, sponte illum sibi consciscunt? Ita sane inquies, novi hoc & ipse, sed quo pacto illum excludam, atque ab anima mea amoveam, nescio. Et cujus hoc difficultatis, amantissime? Nam si concupiscentia esset aliqua, si corporum insanus amor, si inanis gloriæ tyrannis, vitium profecto su-
D peratu difficillimum, aut aliquid perturbationum hujuscemodi, merito esses de hujusmodi liberatione solicitus. Eos enim qui his capti fuerunt, non quidem est impossibile, difficillimum tamen ea retia diffugere. Cur id? quia voluptas iis cooperatur, atque illa adjuvat. Ea vero est, quæ semel captis funes plurimos innectit, istudque primum difficultatis plenissimum est, persuadere animo sic irretito, ut plane ac penitus velit ac cupiat hisce nodis liberari: fitque simillimum, veluti si quis scabiem ac pru-
E riginem depositurus, morbo suo delectetur, & in eumdem ipsum sese injiciat. Cæterum ad effugandum mœrorem id non parum confert; si interim ingrate illum admittamus. Nam qui re aliqua gravatur, cito illam ab se excutere studebit. Quid ergo si quis eam ab se ejicere studeat, nec possit? non remittat studium, & cito poterit. Cogita enim Christianum, si quando tristetur, duas tantum justas habere mœroris causas, vel cum ipse, vel cum proximus offendit Deum. Cum vero præsens mœror tuus nullam hujusmodi occasionum radi-

[a] Colb. ἐπίτειψε, Edit. ἐπέτριψε.
[b] Colb. & Savil. καταξαινέσθω, Morel. καταξηραινέσθω.
[c] Colb. πάλιν, alii πολλήν.

cem habeat, teipſum fruſtra diſcrucias. Et unde id conſtet, inquies, quod non offenſionum noſtrarum pœnas exſolvamus? Id quidem maxime liquet, ſed hoc interim non aſſerimus. Verum ſit, ſi vis, id non incertum, ſed maxime manifeſtum, ut tu dicis, hanc eſſe peccatornm tuorum retributionem: num, quæſo, idcirco mœres & doles? Atqui gaudere potius debes, quod hic peccata tua tibi remittantur, ne cum mundo damneris. Qui enim dolet, non quia cruciatur, ſed quia offendit Deum, dolere debet. Peccata enim ſeparant a nobis Deum, conſtituuntque nobis illum inimicum. Cruciatus vero nobis illum reconciliat, præparatque ut propitius ac propinquus ſit. Quod autem ſudor iſte tuus non ſit peccatorum ultio, ſed coronarum potius præmiorumque materia, hinc ſane manifeſtum eſt. Si enim prius turpiter ac luxurioſe vixiſſes, atque ita te ad Monachorum converſationem contuliſſes, ne ſic quidem hæc ſuſpicio locum habuiſſet. Nam ſi ob hoc Deus pœnas infert, ut in malis perſeverantes ad pœnitentiam provocet, oſtenſa pœnitentia, ſuperflua jam erit pœna. Tantum enim abeſt, ut nos punire velit Deus, ut cum ſæpenumero pœnis digna faciamus, ſummaque converſione opus habeamus, comminatione ſolum, verbiſque terribilibus nos caſtigare malit: idque facile quiſpiam animadvertet & in Iſraëlitica plebe, & in Ninivitarum civitate. Non ſolum enim ſupplicia non intulit, cum pœnitentiam oſtenderent, ſed & minas ipſas ſtatim removit. Multo enim magis vult ipſe nihil nos pati mali, quam nos ipſi, nulluſque ſibi ita parceret libenter, ut nobis omnibus Deus. Deinde is qui ſæpius peccantes verbis tantum exterret, nec punit, pœnitenteſque hac formidine liberat: te qui tanta religionis, tanta virtutis & probitatis indicia præ te tuliſti, non ſolum his minis, atque hoc terrore non eripuit, verum & re ipſa ſuppliciis expoſuit. Et quomodo credi hoc poteſt? etiam ſi prior illa tua converſatio corruptiſſima fuiſſet ac perdita, ut dixi: quis id vel ſuſpicari auderet? Cum vero deterior illa fuerit quam præſens ſit, ornata tamen & ipſa, ſummaque honeſtate pollens, profecto nobis omni ex parte conſtabit colluctationes has tuas, coronarum tibi, majoriſque gloriæ occaſionem eſſe. Oportet igitur, ut dixi, & has & hujuſmodi cogitationes movere. Convenit item & cum his una, imo ante has, ratiocinationibus perpetuiſque precationibus has tenebras diſſipare. Nam & beatus David magnus ille vir atque mirabilis, his medicamentis frequenter uſus eſt, hiſque plurimos dolores preſſurarum removit ac repulit: nunc qui-
Pſ. 24. 17. dem orans, ac dicens, *Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt, de neceſſitatibus meis erue me:* nunc piis ac religioſis ratiocinatio-
Pſal. 42. 3. nibus admotis, inquiens: *Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi.* Rurſumque ex ratiocinationibus hujuſmodi ad
Pſal. 38. 14. orationes converſus: *Remitte*, inquit, *mi-*

A ῥίζαν ἐχούσης, εἰκῇ σαυτὸν ὀδυνᾷς. καὶ πόθεν τοῦτο δῆλον, φησὶν, ὅτι οὐ προσκρουσμάτων ταύτην τίνομεν δίκην; μάλιστα μὲν δῆλόν ἐστι· πλὴν τέως οὐκ ἰσχυρίζομαι τοῦτο. ἀλλ' ἔστω, εἰ βούλει, μηδὲ ἄδηλον ὡς ἔφης, ἀλλὰ καὶ σφόδρα δῆλον, ὅτι τῶν ἁμαρτημάτων ἐστὶ τοῦτο ἀνταπόδοσις· διὰ τοῦτο οὖν ἀλγεῖς, εἰπέ μοι; καὶ μὴν εὐθυμίας ἄξιον τὸ ἐνταῦθα διαλύσασθαι τὰ ἁμαρτήματα, καὶ μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακρίνεσθαι. τὸν γὰρ ἀλγοῦντα οὐχ ὑπὲρ ὧν κολάζεται, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν ἁμαρτάνων παροξύνει τὸν θεὸν ἀλγεῖν δεῖ· τὰ μὲν γὰρ ἁμαρτήματα ἀφίστησιν ἡμῶν τὸν θεὸν, καὶ ἐχθρὸν ποιεῖ· τὰ δὲ
B τῶν κολάσεων καταλλάττει τε αὐτὸν ἡμῖν, καὶ παρασκευάζει ἵλεων εἶναι καὶ ἐγγύς. ὅτι δὲ οὔτε ἁμαρτημάτων ἐστὶν ἀντίδοσις, ἀλλὰ στεφάνων καὶ βραβείων ὑπόθεσις οὗτος ὁ ἱδρὼς καὶ ὁ πόνος, δῆλον ἐκεῖθεν. εἰ μὲν γὰρ αἰσχρῶς καὶ ἀσώτως τὸν πρότερον βίον βιοὺς, οὕτως ἐπὶ τὴν τῶν μοναχῶν πολιτείαν μετέθηκας ἑαυτὸν, ἦν μὲν οὐδὲ οὕτω ταύτην ὑποπτεῦσαι τὴν ὑποψίαν. εἰ γὰρ διὰ τοῦτο ἐπάγει τὰς τιμωρίας ὁ θεὸς, ἵνα τρέψῃ πρὸς μετάνοιαν τοὺς ἀνενδότως ἔχοντας, τῆς μετανοίας ἐπιδειχθείσης, περιττὰ τὰ τῆς τιμωρίας τούτου γε ἕνεκεν ἐστί. τοσοῦτον γὰρ ἀπέχει τοῦ βούλεσθαι κολάζειν ἡμᾶς ὁ θεὸς, ὡς καὶ πολλάκις τι-
C μωρίας ἄξια πράττοντας, καὶ πολλῆς δεομένους ἐπιστροφῆς, δι' ἀπειλῆς μόνον καὶ ῥημάτων φοβερῶν σωφρονίζειν ἡμᾶς. καὶ τοῦτο ἴδοις ἂν ἐπὶ τοῦ Ἰσραὴλ, ἐπί τε τῆς πόλεως τῶν Νινευιτῶν. οὐ γὰρ μόνον τὴν τιμωρίαν οὐκ ἐπήγαγε, τὴν μετάνοιαν ἐπιδειξαμένων ἐκείνων, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπειλὴν εὐθέως ἔλυσε. πολλῷ γὰρ ἡμῶν αὐτῶν αὐτὸς βούλεται μᾶλλον μηδὲν ἡμᾶς παθεῖν κακὸν, καὶ οὐδεὶς οὕτως ἑαυτοῦ φείσαιτ' ἂν, ὡς πάντων ἡμῶν ὁ θεός. εἶτα ὁ τοὺς πολλάκις μὲν ἡμαρτηκότας ῥήμασι φοβῶν οὐ κολάζων, μετανοήσαντας δὲ καὶ ταύτης ἀπαλλάττων τῆς ἀγωνίας· σὲ τὴν τοσαύτην ἐπιδειξάμενον εὐλάβειάν τε καὶ ἀρετὴν, οὐ μόνον τῆς ἀπειλῆς οὐκ ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ
D καὶ τῇ διὰ τῶν ἔργων παρεδίδου κολάσει. καὶ πῶς ἄν τις τοῦτο πιστεύσειε; πλὴν ἀλλ' εἰ μὲν διέφθαρτό σοι καὶ πονηρὸς, ὅπερ ἔφην, ὁ πρὸ τούτου βίος ἦν, κἂν εἰς ἔννοιαν τούτου ἐλθεῖν τινι δυνατὸν ἦν; νῦν δὲ τοῦ μὲν παρόντος ἐλάττων ἐκεῖνος, κόσμιος δὲ καὶ αὐτὸς καὶ πολλῆς γέμων σεμνότητος ἦν· ὥστε τοῦτο πάντοθεν ἡμῖν εἶναι φανερὸν, ὅτι στεφάνων, καὶ μείζονος ὑποθέσεώς ἐστι ταυτὶ τὰ παλαίσματα. δεῖ μὲν οὖν, ὅπερ ἔφην, καὶ τούτους καὶ τοὺς τοιούτους ἀνακινεῖν λογισμοὺς, δεῖ δὲ μετὰ τούτων, μᾶλ-
E λον δὲ καὶ πρὸ τούτων εὐχαῖς καὶ ἱκετηρίαις τοῦτο διασκεδάζειν τὸ σκότος. καὶ γὰρ ὁ μακάριος Δαυὶδ, ὁ θαυμαστὸς ἐκεῖνος καὶ μέγας ἀνὴρ, τούτοις ἐχρήσατο τοῖς φαρμάκοις συνεχῶς, καὶ οὕτω τὰς πολλὰς τῶν θλίψεων ἀπεκρούετο ὀδύνας, νῦν μὲν εὐχόμενος καὶ λέγων· αἱ θλίψεις τῆς καρδίας μου ἐπληθύνθησαν, ἐκ τῶν ἀναγκῶν μου ἐξάγαγέ με· νῦν δὲ λογισμοὺς ἀνακινῶν εὐσεβεῖς· ἵνα τί περίλυπος εἶ ἡ ψυχή μου, καὶ ἵνα τί συνταράττεις με; ἔλπισον ἐπὶ τὸν θεὸν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ. καὶ πάλιν, ἀπὸ τῶν λογισμῶν τρεπόμενος ἐπὶ τὰς εὐχάς. ἄνες μοι, φησὶν,

ἵνα ἀναψύξω πρὸ τοῦ με ἀπελθεῖν, καὶ οὐκέτι οὐ μὴ ὑπάρξω· καὶ ἀπὸ τῶν εὐχῶν ἐπὶ τοὺς λογισμούς· τί γάρ μοι ὑπάρχει ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ παρὰ σοῦ τί ἠθέλησα ἐπὶ τῆς γῆς; οὕτω καὶ ὁ Ἰὼβ πρὸς μὲν τὴν γυναῖκα προφαινοῦσαν τὰ σατανικὰ ῥήματα, λογισμοῖς ἀπεμάχετο καὶ ἐπετίμα λέγων· ἵνα τί ὥσπερ μία τῶν ἀφρόνων γυναικῶν ἐλάλησας; εἰ τὰ ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα ἐκ χειρὸς κυρίου· τὰ κακὰ οὐχ ὑποίσομεν; πρὸς δὲ τὸν θεὸν ἱκετηρίαις ἐκέχρητο· καὶ ὁ μακάριος δὲ Παῦλος ἀμφοτέροις τούτοις ἐβοήθει τοῖς ἐν θλίψεσιν οὖσι καὶ πειρασμοῖς, νῦν μὲν λέγων· εἰ δὲ ἐκτός ἐστε παιδείας, ἄρα νόθοι ἐστὲ καὶ οὐχ υἱοί; τίς γάρ ἐστιν υἱὸς, ὃν οὐ παιδεύει πατήρ; νῦν δὲ εὐχόμενος· πιστὸς γάρ, φησιν, ὁ θεὸς, ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι, ὑπὲρ ὃ δύνασθε. καὶ πάλιν· εἴπερ δίκαιον παρὰ θεῷ ἀνταποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς θλίψιν, καὶ ὑμῖν τοῖς θλιβομένοις ἄνεσιν. ἂν οὖν τούτοις καὶ αὐτὸς θέλῃς χρῆσθαι τοῖς ὅπλοις, καὶ περιφράξῃς σεαυτὸν πανταχόθεν καλῶς, τοῖς μὲν λογισμοῖς ἀποτειχίζων τῆς ἀθυμίας τὴν ἔφοδον, ταῖς δὲ εὐχαῖς καὶ ταῖς σαυτοῦ, καὶ ταῖς ἑτέρων τοῦτο ἰσχυρὸν τὸ τεῖχος ποιῶν, ταχέως αἰσθήσῃ τῶν καρπῶν τῆς παιδείας. οὐ γὰρ τοῦτο μόνον κερδανεῖς τὸ τὰ παρόντα γενναίως ἐνεγκεῖν, ἀλλ' ἐγγυμνασάμενος αὐτοῖς καλῶς, καὶ πρὸς ἅπαντα λοιπὸν ἀνάλωτος ἔσῃ τὰ τοῦ βίου λυπηρά.

A *hi, ut refrigerer priusquam abeam, & ultra jam non ero*, atque ab orationibus ad ratiocinationes: *Quid enim*, ait, *mihi est in cælo, & a te quid volui super terram?* Ps. 72. 25. Ita & Job uxori, quæ verba diabolica suggerebat, ratiocinationibus reluctabatur, illamque increpans, dicebat. *Quare tamquam una stultarum mulierum loquuta es? si bona suscepimus de manu Domini, mala non sustinebimus?* Job 2. 10. Ad Deum vero precibus utebatur: at beatus Paulus utrisque his armis eos, qui in pressuris ac tentationibus erant, juvabat: nunc quidem dicens. *Si autem extra disciplinam estis, ergo adulterini, non filii. Quis enim filius, quem non corripit pater?* Heb. 12. 8. Nuncque orans, *Fidelis*, inquit, *Deus est, qui non patietur vos tentari supra id* 1. Cor. 10. 13. B *quod potestis*: & rursum, *Si quidem justum apud Deum est, retribuere retributionem his qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini, requiem.* 2. Thess. 1. 6. Si igitur armis his ipse quoque usus fueris, ac teipsum perfecte undique armaveris: cogitationibus mœroris retundens impetum, orationibus vero tam tuis, quam aliorum te veluti muro fortissimo muniens, celeriter disciplinæ istius percipies fructus. Non enim hoc solum lucraberis, quod præsentia fortiter feras: verum his exercitationibus robustissimus effectus, nullis jam vitæ hujus adversis casibus frangi vel dejici poteris.

IN DUO SEQUENTIA OPUSCULA MONITUM.

IN *Editione Morelli hæc duo opuscula inverso ordine jacent: nam quod ad Virgines Canonicas dirigitur, priore ponitur loco, reclamante licet ipso Chrysostomo, qui numero 4. ait:* Et jam quidem demonstratum est, cum de viris diceremus, quod non solum qui maledicunt, sed & qui occasiones temere præbent &c. *Unde liquet sermonem qui de viris subintroductas virgines habentibus agebat, præivisse ei qui de virginibus subintroductos viros habentibus disserit. Quare Savilii Editionem sequuti, ambos suo ordini restituimus.*

Hosce Chrysostomum cum diaconus esset edidisse testatur Socrates lib. VI. *cap.* 3. Nec multo post, *inquit*, Diaconi dignitatem a Meletio consequutus, libros de Sacerdotio scripsit, itemque ad Stagirium: ad hæc de Incomprehensibili, & libros de subintroductis, καὶ τοὺς περὶ τῶν συνεισάκτων. *Verum pro more suo non accurate loquitur cum dicit eum cum diaconus esset libros de Incomprehensibili edidisse: certum quippe est ipsum jam presbyterum conciones de Incomprehensibili apud populum Antiochenum habuisse, ut infra suo loco declarabitur. Palladius vero sincerior rerum Chrysostomi præco, in Dialogo hasce Orationes ad initium Episcopatus ejus, refert:* Sic ordinatus Joannes, *inquit*, rerum curam aggreditur, per rationabilem fistulam oves probare exorsus. Raro autem adhibens etiam pedum increpationis, sermonemque dirigit adversus ementitum fratrum sororumque convictum, revera autem turpem improbumque convictum, de subintroductis συνεισάκτων, ut vocant, agens, ostendensque si malorum detur optio, meliores istis lenones esse. Illi namque procul a medicis habitantes, apud se morbum habent, sed volentibus: hi autem in salutis officina habitantes, etiam sanos impellunt ad morbum. Inde pars cleri minime religiosa, quæ morbo illo tenebatur, commota est. *Hæc Palladius, cui utpote oculato testi, fidem habere par est. Socrates vero omnia miscuit. Licet autem hæc ad initium episcopatus ejus referenda sint, attamen, Savilii & Frontonis Ducæi hac in parte ordinem sequi visum est, qui res omnes ad Monachos, Ascetas, virgines, viduasque spectantes simul posuerunt.*

Interpretationem latinam incerti viri multis in locis emendatam, e regione Græci textus posuimus,

EJUSDEM ADVERSUS EOS QUI apud se habent virgines subintroductas.

I. MAJORIBUS nostris duæ tantum fuerunt causæ, propter quas mulieribus viri cohabitarent. Et una quidem vetus est ac justa rationique consentanea: nempe matrimonium, quod Deo legislatore institutum est. *Propter hoc* enim, inquit, *relinquet vir patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, eruntque duo in carnem unam*: altera vero recentior, iniqua, & legi adversa, nempe fornicatio, quæ a malignis introducta est dæmonibus. Atqui nostra hac ætate tertius quidam novus & insolitus mos prodiit, cujus causam haud facile investigaveris. Sunt enim nonnulli, qui puellas nuptiarum inexpertas domum ducunt, & usque in extremam senectutem inclusas tenent, ac fovent, non procreandorum liberorum gratia, negant enim se cum illis rem habere: neque libidinis causa: aiunt enim quod illas incorruptas servent. Et si quis ab eis causam rogaverit, dicunt sibi multas esse: sed fingunt. Ego enim nullam eos habere crediderim, quæ vel honesta vel idonea sit. Verum de his nondum dicemus. Afferemus autem in medium, quam nos potissimum causam suspicamur. Et quænam illa? Omnino, si a scopo aberravero, fas vobis esto ut me redarguatis. Et quænam causa? quis ille prætextus? Videtur mihi mulieris convictus, non ex lege nuptiarum modo, sed etiam absque nuptiis ac congressu, voluptatis habere nonnihil. Quod si non recte sentio, non possum dicere. Meam vobis sententiam narro, forte autem non meam solum, sed & illorum: nam & illis sic videtur; quod hinc liquet. Tantam enim gloriam, & tanta scandala neutiquam despicerent, nisi ingens quædam & vehemens cohabitandi voluptas esset. Quod si forte succenseant quidam, quod hæc dicamus: precor ut nobis venia detur, absitque indignatio: neque enim libens ac temere hanc inimicitiam susciperem. Non sum tam miser ac ærumnosus, qui temere omnes offendere velim: sed valde doleo ac crucior, & gloriam Dei blasphemari intuens, & multorum salutem propter voluptatem hanc paulatim perire. Quod enim illud suave sit, & nuptiali consortio ardentiorem pariat amorem, nunc forte stupebitis audientes, sed ubi id demonstravero, vos etiam confitebimini. Etenim cum legitima muliere congredi, cum non sit vetitum, concupiscentiam sedat, & sæpenumero satietatem affert, immodicum restinguens ardorem. Præterea partus & partuum dolores, puerorumque procreationes ac educationes, necnon & frequentes qui ex his sequuntur morbi, corpus affligunt, flo-

Gen. 2. 24.

A [a] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΕΧΟΝΤΑΣ παρθένους συνεισάκτους.

ΕΠΙ μὲν τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων δύο τινὲς ἦσαν προφάσεις, αἳ τὰς γυναῖκας συγκατοικίζουσι τοῖς ἀνδράσι· μία μὲν, ἡ τοῦ γάμου ἀρχαία τε, καὶ δικαία, καὶ εὔλογος, ἅτε θεὸν ἔχουσα νομοθέτην· ἀντὶ γὰρ τούτου, φησὶ, καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· ἑτέρα δὲ ἡ τῆς πορνείας, καὶ νεωτέρα ταύτης, καὶ ἄδικος, καὶ παράνομος, ἅτε παρὰ τῶν πονηρῶν εἰσενεχθεῖσα δαιμόνων· ἐπὶ δὲ τῆς γενεᾶς τῆς ἡμετέρας, καὶ τρίτος ἐπενοήθη τρόπος καινός
B τις, καὶ παράδοξος, καὶ πολλὴν ἔχων τὴν ἀπορίαν τοῖς βουλομένοις τὴν αἰτίαν εὑρεῖν. εἰσὶ γάρ τινες, οἳ γάμου, καὶ συνουσίας χωρὶς, κόρας ἀπειρογάμους ἀγόμενοι, καθίζουσιν οἴκοι διαπαντὸς, καὶ εἰς ἔσχατον γῆρας ἑαυτοῖς συγκατακλείουσιν, οὔτε [b] ἐπὶ παιδοποιΐας· οὐ γάρ φασιν αὐταῖς συγγίνεσθαι, οὔτε ἐξ ἀκολασίας· λέγουσι γὰρ αὐτὰς ἀκεραίους διατηρεῖν. ἀλλ' ἐάν τις ἔρηται τὴν αἰτίαν, ἔχουσι μὲν πολλὰς, καὶ μεμελετήκασιν· εὔλογον δὲ, ὡς ἔγωγε οἶμαι, οὐδεμίαν, οὐδὲ σεμνήν. ἀλλὰ μήπω περὶ τούτων, μηδὲ τὰς ἐκείνων τέως λέγωμεν προφάσεις, ἀλλ' ἣν αὐτοὶ μάλιστα ὑποπτεύομεν εἶναι, ταύτην εἰς
C μέσον ἀγάγωμεν. τίς οὖν ἐστιν αὕτη; πάντως δὲ εἰ διαμάρτοιμι τοῦ σκοποῦ, ἔξεστιν ἐπιλαβέσθαι τοῖς βουλομένοις ὑμῶν. τίς οὖν ἐστιν ἡ πρόφασις; δοκεῖ μοί τινα ἡδονὴν ἔχειν τὸ συνοικεῖν γυναιξὶν, οὐ νόμῳ γάμου μόνον, ἀλλὰ καὶ γάμου, καὶ συνουσίας χωρίς. εἰ δὲ οὐκ ὀρθῶς δοκῶ, λέγειν οὐκ ἔχω· τὴν γὰρ ἐμαυτοῦ τέως ὑμῖν διηγοῦμαι γνώμην, τάχα δὲ οὐ τὴν ἐμαυτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν αὐτῶν ἐκείνων· ὅτι γὰρ καὶ ἐκείνοις οὕτω δοκεῖ, δῆλον ἐκεῖθεν. οὐ γὰρ ἂν τοσαύτης κατεφρόνησαν δόξης, καὶ τοσούτων σκανδάλων, εἰ μὴ σφοδρά τις ἦν καὶ τυραννικὴ τῆς συνοικήσεως ταύτης ἡ ἡδονή. εἰ δέ τινες
D δυσχεραίνοιεν ταῦτα λεγόντων ἡμῶν, παραιτήσομαι συγγνώσκειν ἡμῖν, καὶ μὴ ἀγανακτεῖν. οὐ γὰρ ἑκὼν, οὐδὲ ἁπλῶς τὴν ἀπέχθειαν ἀναδέξασθαι ταύτην εἱλόμην. οὐχ οὕτως ἄθλιος ἐγὼ, καὶ ταλαίπωρος, ὡς εἰκῆ βούλεσθαι προσκρούειν ἅπασιν· ἀλλ' ὀδυνῶμαι σφόδρα, καὶ ἀλγῶ, καὶ τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν ὑβριζομένην ὁρῶν, καὶ τὴν τῶν πολλῶν σωτηρίαν κατὰ μικρὸν ἀπορρέουσαν διὰ τὴν ἡδονὴν ταύτην. ὅτι γὰρ ἡδὺ τοῦτο καὶ τοῦ νόμῳ γάμου συνοικεῖν δριμύτερον ἔχει τὸν ἔρωτα· νῦν μὲν ἴσως καὶ θορυβεῖσθε ἀκούοντες, μετὰ δὲ τὴν ἀπόδειξιν, καὶ
E αὐτοὶ συνομολογήσετε. ἐπὶ μὲν τῆς ἐννόμου γυναικὸς ἡ μίξις ἀκώλυτος οὖσα, τόν τε πόθον παρεμυθήσατο, καὶ εἰς κόρον πολλάκις τὸν ἄνδρα ἤγαγε, καὶ τὴν σφοδρὰν κατέλυσεν ἐπιθυμίαν. καὶ χωρὶς δὲ τούτων, καὶ ὠδῖνες, καὶ τόκοι, καὶ παιδοποιΐαι, καὶ παιδοτροφίαι, καὶ τὰ ἐκ τούτων ἑπόμενα συνεχῆ νοσήματα, πολιορκοῦντα τὸ σῶμα, καὶ

a Titulus sic habet in Savil. Χρυσοστόμου, πρὸς τοὺς ἔχοντας παρθένους συνεισάκτους, Morel. τοῦ αὐτοῦ, πρὸς τοὺς συνεισάκτους ἔχοντας, Interpres vero, *Ejusdem adversus eos qui apud se fovent sorores adoptivas, quas subintroductas vocant.*

b Savil. ἐπὶ παιδοποιΐᾳ.

μαραίνονται δὲ τὸ ἄνθος τῆς ὥρας, ἀσθενέστερον δὲ τὸ κέντρον ἐργάζεται τῆς ἡδονῆς· ἐπὶ δὲ τῆς παρθένου οὐδὲν τούτων ἔνι· οὔτε γὰρ μίξις ἐστὶ τὸν οἶστρον τῆς φύσεως δυναμένη χαλάσαι καὶ κατενεγκεῖν· οὔτε ὠδῖνες, καὶ παιδοτροφίαι τὴν σάρκα μαραίνουσιν, ἀλλ' ἐπιπολὺ διασώζουσι τὴν ἀκμὴν, ἅτε ἀνέπαφοι μένουσαι τῶν ἐντεῦθεν. τῶν μὲν γὰρ γαμουμένων μετὰ τοὺς τόκους, καὶ τὰς παιδοτροφίας ἀσθενέστερα τὰ σώματα γίνεται· αἱ δὲ καὶ εἰς τεσσαρακοστὸν ἔτος μένουσιν, ἁμιλλώμεναι ταῖς παρθένοις ταῖς θαλαμευομέναις. ὅθεν διπλῆ τὰ τῆς ἐπιθυμίας ἐγείρεται τοῖς συνοικοῦσιν αὐταῖς, τῷ τε μὴ συγχωρεῖσθαι τῇ μίξει τὸν πόθον παραμυθεῖσθαι, καὶ τῷ μένειν ἐπιπολὺ τοῦ πόθου τὴν ὑπόθεσιν ἰσχυροτέραν. ταύτην ὑποπτεύω πρόφασιν εἶναι ἐγὼ τῆς ὁμοσκηνίας ταύτης. ἀλλὰ μὴ ἀγανακτῶμεν πρὸς αὐτοὺς, μηδὲ δυσχεραίνωμεν· οὐδεὶς γὰρ τὸν κάμνοντα ἀναστῆσαι βουλόμενος, μετ' ὀργῆς καὶ ἐπιπλήξεως τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ μετὰ θεραπείας, καὶ παρακλήσεως προσάγει τὰ φάρμακα. καὶ γὰρ εἰ μὲν κολάσαι προὔκειτο, καὶ τὴν τῶν δικαζόντων εἴχομεν τάξιν, ἐχρῆν καὶ ἀγανακτεῖν· εἰ δὲ ἐκείνην ἀφέντες, τὴν τῶν ἰατρῶν, καὶ θεραπεῦσαι βουλομένων μεταλαμβάνωμεν, παρακαλεῖν χρὴ, καὶ δέεσθαι, καὶ αὐτῶν, εἰ δέοι, τῶν γονάτων ἅπτεσθαι, ὥστε γενέσθαι τὸ σπουδαζόμενον. καθάπερ οὖν οἱ ἰατροὶ τῶν βλαπτόντων μὲν, ἡδονὴν δὲ ἐχόντων ἀπάγοντες, εἴτε σιτίων, εἴτε ποτῶν· τοῦτο πρὸ τῶν ἄλλων πείθουσι τοὺς ἀρρώστους, ὅτι τὸ τοιοῦτον μετὰ τῆς βλάβης πολλὴν ἔχει καὶ τὴν ἀηδίαν. οὕτω καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν, δεικνύντες αὐτοῖς, ὅτι ἡ ἡδίστη αὕτη συνοίκησις πολὺν ἔχει τὸν ὄλεθρον, καὶ τῶν δηλητηρίων οὐδὲν ἄμεινον φαρμάκων κατεσκεύασται. καὶ δοκεῖ μὲν εὐφροσύνην τινὰ ἔχειν, πολλὴν δὲ ἐναποκεκρυμμένην δριμύτητα, καὶ πικρίαν καταχέει τῆς ἡδομένης ψυχῆς· ἐπεὶ καὶ αὐτὴ ἡ μετὰ πειθοῦς ἀναχώρησις ἀσφαλής. ὁ μὲν γὰρ φόβῳ τῆς φιλουμένης διαζευγνύμενος καὶ ἀνάγκῃ, σφοδρότερός τε ἐραστὴς γίνεται, καὶ ἴσως καὶ ἐπιμίξει πάλιν. ὁ δὲ τοῦ πράγματος καταγνοὺς, καὶ οὕτω φυγὼν ὡς ἐπιβλαβὲς, καὶ πικρὸν, οὐδ' ἂν ἐπιστρέψειεν αὐτῆς, τὴν ἐκ τῆς οἰκείας γνώμης ψῆφον πάσης ἀνάγκης ἔχων ἰσχυροτέραν. πῶς οὖν αὐτοὺς πείσομεν, ὅτι οὐ βλαβερὸν τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ πικρόν; πῶς δὲ ἄλλως, ἢ ἐξ αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως; ἐρώμεθα οὖν αὐτοὺς, εἴ τις πολυτελῆ τράπεζαν παραθεὶς, πολλῶν καὶ ἡδίστων γέμουσαν ἐδεσμάτων, [a] ἀπηγόρευσε μετὰ σφοδρᾶς τῆς ἀπειλῆς, μὴ ἅπτεσθαί τινος τῶν προκειμένων· ἆρα ἄν τις εἵλετο τοιαύτῃ παρακαθῆσθαι τραπέζῃ, καὶ κολάζειν ἑαυτόν; οὐκ ἔγωγε οἶμαι· οὔτε γὰρ τοσαύτην ἀπὸ τῆς ὄψεως ἐκαρποῦτο τὴν ἡδονὴν, ὅσην ἀπὸ τῆς κωλύσεως ὑπέμενε τὴν ἀθυμίαν. τί δὲ εἰ διψῶντι καὶ καιομένῳ πηγήν τις ἐπιδείξας καθαρὰν καὶ διαυγῆ, μὴ μόνον αὐτῆς μὴ ἀπογεύεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ ἄκροις θιγεῖν τοῖς δακτύλοις ἐπέτρεπεν· ἆρα ἂν ταύτης ἐγένετό τι πικρότερον τῆς κολάσεως;

Οὐδὲ ἐνταῦθα οἶμαί τινα ἀντερεῖν. τοσοῦτον γάρ ἐστι τοῦτο κακὸν, ὅτι καὶ τῶν ἔξωθεν οἱ ταῦτα διασκέπτεσθαι μάλιστα ὄντες

[a] Savil. ἀπηγόρευε, Morel. ἀπηγόρευσε.

rem ætatis marcidum reddunt, invalidumque voluptatis calcar faciunt: in virgine autem cohabitatrice nihil horum reperies. Abest enim coitus, qui naturæ impetum deprimat & obtundat: neque dolores partus, neque puerorum educationes carnem marcescere faciunt: sed juvenilem vigorem diu conservat, utpote intacta manens. Post partus enim & educationes puerorum, corpora uxorum infirmiora fiunt: illæ autem usque in quadragesimum annum in sua permanent forma, & cum virginibus jam elocandis certant. Hinc est quod cohabitantes duplici igne accenduntur: nam & ardor eorum non restinguitur coitu eis interdicto, & ardoris fomes manet redditurque validior. Hanc ego hujus contubernii caussam suspicor: sed ne valde succenseamus eis, neque difficiles simus & importuni. Nam qui ægrum vult restituere, non hoc agit ira & verberibus, sed offert pharmaca magna cura, & blanda adhortatione. Etenim si ab illis pœnas expetere nobis propositum esset, & si judicum ordinem teneremus, indignari oporteret; sed si illo dimisso, medicorum & curare volentium munus suscipiamus, hortari, obsecrare, & si opus sit, genua tangere opus est, ut quod agendum suscepimus, perficiamus. Igitur quemadmodum medici, qui ægros a cibo vel potu nocivo arcere cupiunt, licet illa mixtam habeant voluptatem, ante omnia tamen persuadent, inesse illis præter nocumenta etiam multùm insuavitatis: sic & nos faciamus, commonstrando illis quod cohabitatio illa, quamvis suavis & jucunda videatur, perniciosa sit, & nihilo melior, quam mortiferæ potiones. Et videtur quidem multam habere lætitiam, latet tamen multum in ea amaritudinis, quam animæ, quæ voluptatibus oblectatur, infundit. Nam qui persuasus discedit, secure discedit. Sane qui metu & necessitate a dilecta sejungitur, fortior amator fit, & fortassis iterum ad illam accedet: at si ut rem damnosam & amaram fugit, haudquaquam iterum revertitur ob calculum sententiæ suæ, quæ quavis necessitate violentius illi persuadet. Quomodo ergo persuadebimus illis, quod hoc non solum noceat, sed & amarum sit? & quomodo aliter, quam ex ipsa rerum natura? Interrogemus ergo eos, si quis mensa sumtuosa apposita, variis dulcissimisque plena eduliis, denunciet summis minis, ne quid propositorum contingatur: num vellet aliquis ad talem mensam considere, & seipsum cruciare? Ego utique non opinor: neque enim tanta ex aspectu voluptate frueretur, quantam tristitiam ex interdicto conciperet. Quid autem si quis sitienti & adusto præ siti fontem limpidum & purum demonstratum, non solum non degustare, sed ne extremis quidem digitis contingere permitteret, an quid eo cruciatu acerbius?

2. Neque hic, opinor, mihi contradixerit ullus. Tantum enim hoc malum est, ut etiam profani, qui plurimum valent in na-

turæ voluptate & tristitia expendenda, volentes effingere quosdam qui valde crucientur, talem quamdam fabulam in medium proferant. Introducitur in fabula quidam extremo supplicio afficiendus, cui ostenditur omnium ciborum copia, & præterfluens aqua: nec conceditur, ut aliquo istorum fruatur: & cum extendit ille manum, omnia quæ videntur, a tactu fugiunt, fitque hoc semper. Et hæc est profanorum de illo supplicii genere fabula. Philosophorum vero quidam, cum vidisset sodalium quemdam osculum formoso puero dare, admirabundus dixit: Hic opinor præcipitem facile se in ignem injiceret, qui tantam in se fornacem osculo est ausus accendere. Ego autem non idem dixerim, quod nempe contubernales suas osculentur & contrectent. At si qui sunt qui hæc calumnientur, demonstrare tentabo, quod si illo usque perveniant, durius sibi quam prius supplicium accersant. Nam si aspectus solus tantum infert dolorem: quando contactus accedit, ut est voluptas multo crassior, quam aspectus, ita majorem struit flammam, acerbiorem efficit dolorem, & vehementius feram illam exasperat. Quanto enim magis concupiscentias augemus, & plurima eis fomenta suppeditamus, tanto & dolores nostri magis intenduntur. Et quemadmodum qui mensæ & fonti assidet, non sic videndo dolet, ut cui permissum est manu attingere, & tamen ne degustet prohibetur: sic utique qui ad contrectanda virginum corpora admittuntur, graviorem hauriunt cruciatum ex tactu, quam ex aspectu, dum acerbius rei tactæ privatione torquentur. Et quid opus est philosophari ex rebus externis? Dei enim sententia his omnibus potentior, ipsa nobis ostendit rem ita sese habere. Nam cum vellet punire Adam, non procul a paradiso ipsum habitare fecit, sed prope paradisum, ut continuam pœnam haberet e spectaculo loci quem desiderabat, & eo, quamvis semper illum ante se videret, frui non permitteretur. Jam forte aliquis dixerit, & quomodo si hoc natura tam amarum, plerique tanto studio sectantur? Ad hoc ego dixerim, istud ipsum extremæ illorum ægritudinis maximum esse argumentum. Nam hic mos est ægrotantium, ut quærant frigidam quamdam, brevisque temporis voluptatem, unde prolixiorem sibi concilient pœnam. Hoc & in febricitantibus videre quis potest, qui cum paulisper abstinere nolunt à refocillatione momentanea vetitorum vel esculentorum, vel poculentorum, longum quemdam & difficillimum invehunt sibi morbum. Oportet autem ut ii qui bene valent, non eorum qui male habent sententiam sequantur. Nam si illos sequemur, & a medica arte, & a philosophia condemnabimur. Neque enim ægrotantibus hoc solum in febri contingit, vel mulierum amore, sed & in divitiis & in omnibus aliis. Etenim qui in pecunias insaniunt, licet sciant quod ii qui parva hæc indigis impartiuntur, infinita il-

Tantalus.

Xenophon. ἀπομνημ. l. I.

Gen. 3.

a Morel. ἀπορίας.

A δεινοί, ἡδονῆς φύσιν λέγω καὶ λύπης, θελήσαντες ποιῆσαι κολαζομένους τινὰς σφοδρῶς, οὐκ ἄλλως ἐποίησαν, ἢ τούτῳ τῷ τρόπῳ· πλάσαντες γάρ τινα μῦθον, ἄγουσιν ἐν τῷ μύθῳ τινὰ, ὃν ἔδει δοῦναι δίκην ἐσχάτην, καὶ ἕτερον μὲν οὐδὲν, πανδαισίαν δὲ παραθέντες αὐτῷ, καὶ παραῤῥέον δείξαντες ὕδωρ, οὐδενὸς ἀπολαῦσαι τούτων συνεχώρησαν, ἀλλ' ὁμοῦ τε ἐξέτεινε τὴν χεῖρα ἐκεῖνος, καὶ τὰ ὁρώμενα ἅπαντα ἀφίπτατο, καὶ τοῦτο ἐγίνετο διαπαντός. καὶ οὗτος τῆς κολάσεως ὁ τρόπος ἦν, κατὰ τὸν μῦθον τῶν ἔξωθεν. καὶ φιλοσόφων δέ τις ἰδών τινα τῶν αὐτῷ συνόντων καταφιλήσαντα νέον εὔμορφον, ἐθαύμασεν εἰπών· ὅτι καὶ εἰς πῦρ οὗτος ῥᾳδίως ἂν κυβιστήσειεν ὁ ταύτην τολμήσας διὰ τοῦ φιλήματος ἀνάψαι ἐν ἑαυτῷ κάμινον. B ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἂν εἴποιμι, ὅτι τὰς συνοικούσας φιλοῦσιν, ἢ ἐπαφῶνται· εἰ δέ τινες ταῦτα κατηγορήσειεν, δεῖξαι πειρασόμεθα, ὅτι κἂν μέχρι τούτου προΐωσι, πικροτέραν πάλιν καθ' ἑαυτῶν τῆς προτέρας ἐπισπῶνται τὴν βάσανον. εἰ γὰρ ὄψις μόνη τοσαύτην ἐντίθησιν ὀδύνην, ὅταν καὶ ἁφὴ προσῇ, τῆς ὄψεως πολὺ παχυτέρα ἀπόλαυσις, μείζονα αἴρει τὴν φλόγα, καὶ δριμυτέραν ἐργάζεται τὴν ἀλγηδόνα, καὶ χαλεπώτερον ποιεῖ τὸ θηρίον. ὅσον γὰρ ἂν αὔξωμεν τὰ τῆς ἐπιθυμίας, καὶ ἰσχυροτέραν αὐτῇ παρέχωμεν τὴν τροφὴν, τοσοῦτον καὶ τὰ τῆς ὀδύνης ἡμῖν ἐπιτείνεται. C καὶ καθάπερ ὁ τῇ τραπέζῃ καὶ τῇ πηγῇ παρακαθήμενος, οὐχ οὕτως ὁρῶν ὀδυνᾶται, ὡς ὅταν καὶ τῇ χειρὶ θιγεῖν ἐπιτραπεὶς, ἀπογεύσασθαι κωλυθῇ πάλιν· οὕτω δὴ καὶ οἱ τῶν παρθενικῶν σωμάτων ψαῦσαι ἐπιτρεπόμενοι, χαλεπώτερον τῆς θέας ἀπὸ τῆς ἁφῆς κολάζονται, πικροτέραν ἐφελκόμενοι τὴν ἐκ τῆς [a] ἀποτυχίας ὀδύνην. καὶ τί δεῖ ταῦτα ἀπὸ τῶν ἔξωθεν παραδειγμάτων φιλοσοφεῖν; ἡ γὰρ τοῦ θεοῦ ψῆφος ἡ τούτων ἁπάντων ἰσχυροτέρα, αὕτη δείκνυσι τοῦτο τοιοῦτον ὄν. τὸν γὰρ Ἀδὰμ κολάσαι βουλόμενος, οὐ πόῤῥω τοῦ παραδείσου κατῴκισεν, ἀλλ' αὐτοῦ πλησίον ἐκείνου· ἵν' ἔχῃ διηνεκῆ κόλασιν, D τὴν θέαν τοῦ ποθουμένου χωρίου, θεωρῶν μὲν αὐτὸ διαπαντὸς, ἀπολαῦσαι δὲ οὐκ ἐπιτρεπόμενος. ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν· καὶ πῶς εἰ πικρὸν τοῦτο οὕτως ἐστὶ τῇ φύσει, μετὰ τοσαύτης αὐτὸ οἱ πολλοὶ διώκουσι τῆς σπουδῆς; ἐγὼ δὲ πρὸς τοῦτο, ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι· ὅτι αὐτὸ μὲν τοῦτο μέγιστον τεκμήριον τῆς ἐσχάτης αὐτῶν ἀῤῥωστίας ἐστί. τοῦτο γὰρ τῶν νοσούντων τὸ ἔθος· ψυχράν τινα, καὶ ὀλιγοχρόνιον ἡδονὴν καρποῦσθαι, καὶ μακρὰν ἑαυτοῖς ἐντεῦθεν κατασκευάζειν κόλασιν. τοῦτο γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν πυρεττόντων E ἴδοι τις ἄν· οἱ μὴ βουλόμενοι καρτερῆσαι μικρὸν, δι' ὀλιγοχρόνιόν τινα ψυχαγωγίαν, καὶ ποτῶν, καὶ σιτίων κεκωλυμένων ἁπτόμενοι, μακράν τινα, καὶ χαλεπωτάτην ἑαυτοῖς ἐργάζονται νόσον. δεῖ δὲ τοὺς ὑγιαίνοντας οὐκ ἀπὸ τῶν νοσούντων λαμβάνειν τὰς περὶ τῶν πραγμάτων ψήφους. ἐπεὶ εἰ τούτοις ἑψόμεθα, [b] καὶ ὑπὸ τῆς ἰατρικῆς, καὶ ὑπὸ τῆς φιλοσοφίας καταγνωσόμεθα. οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ ἐπὶ πυρετῶν, οὐδὲ ἐπὶ γυναικῶν τοῦτο πάσχουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ χρημάτων, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, οἱ τὰ τοιαῦτα νοσοῦντες. καὶ γὰρ οἱ περὶ τὰ χρήματα μεμηνότες, εἰδότες, ὅτι τὰ μικρὰ ταῦτα ἐνταῦθα

b Savil. ἢ ἰατρικῆς ἢ φιλοσοφίας καταγνωσόμεθα.

προϊέμενοι τοῖς δεομένοις, μυρία ἐκεῖ λήψονται ἀγαθὰ, κατέχουσιν ὅμως αὐτὰ, καὶ κατορύττουσι, καὶ πάντων ἐκπεσεῖν αἱροῦνται τῶν ἀγαθῶν μᾶλλον, διὰ τὴν ψυχρὰν ταύτην, καὶ βραχεῖαν ἡδονὴν, ἢ τῆς αἰωνίου κολάσεως ἀπαλλαγῆναι, καὶ τὴν ἀθάνατον καρπώσασθαι ζωὴν, διὰ τῆς πρόσκαιρου τούτων ὑπεροψίας. τοῦτο δὴ καὶ οὗτοι πάσχουσι, τῆς μικρᾶς ταύτης ἐπιθυμίας, τῆς διὰ τῶν ὀφθαλμῶν οὐκ ἀνεχόμενοι μικρὸν ἑαυτοὺς ἀποστῆσαι, ἀφόρητον ἑαυτοῖς συνάγουσι πῦρ· καὶ ὅσωπερ ἂν νομίζωσιν ἥδεσθαι, τοσούτῳ μᾶλλον ἐμπλέκονται τῷ κακῷ, τοῦ διαβόλου τοῦτο τεχνασαμένου, πρὸς τὴν παραμονὴν τῆς φλογὸς, καὶ ἐπίδοσιν, ὅθεν καιόμενοι καὶ ἥδονται, καὶ ἀλγοῦσιν, ἄτοπόν τινα κρᾶσιν ἐν ταῖς ἑαυτῶν καταφυτεύοντες ψυχαῖς.

Εἰ δέ τις ἡμῶν ἀκρασίαν καταγινώσκει ἀπὸ τούτων τῶν ῥημάτων, τοὺς γενναίους ἄνδρας, καὶ γυναιξὶ συνοικοῦντας μηδὲν πάσχειν δεινὸν, μακαρίζω μὲν τοὺς τοιούτους τινάς· καὶ βουλοίμην ἂν καὶ αὐτὸς τοσαύτην λαβεῖν ἰσχύν· καὶ ἴσως μὲν καὶ αὐτὸς πείθομαι, ὅτι δυνατὸν εἶναι τοιούτους τινάς. ἐβουλόμην δὲ καὶ τοὺς ἐγκαλοῦντας ἡμῖν δυνηθῆναι πεῖσαι τοῦτο, ὅτι νέος σφριγῶν τῷ σώματι, κόρῃ συνοικῶν παρθένῳ, καὶ συγκαθήμενος, καὶ συνδειπνῶν, καὶ συνδιαλεγόμενος δι' ἡμέρας· τὰ γὰρ ἄλλα οὐδὲν προστίθημι τοὺς ἀκαίρους γέλωτας, τὰς διαχύσεις, καὶ τὰ μαλακὰ ῥήματα, καὶ τὰ ἄλλα, ἃ μηδὲ λέγειν ἴσως καλόν· ἀλλ' ὅτι τὴν αὐτὴν ἔχων οἰκίαν, καὶ τραπέζης, καὶ λόγων κοινωνῶν, καὶ μετὰ παῤῥησίας πολλῆς, καὶ μεταλαμβάνων πολλῶν, καὶ μεταδιδοὺς οὐδενὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἁλίσκεται, ἀλλὰ καθαρὸς ἐπιθυμίας τε μένει πονηρᾶς, καὶ ἡδονῆς. ἐβουλόμην ταῦτα δύνασθαι πείθειν τοὺς ἐγκαλοῦντας ἡμῖν. ἀλλ' οὐκ ἐθέλουσι πείθεσθαι· ἀλλὰ καὶ ἡμῶν τῶν ταῦτα ἀπολογουμένων καταβοῶσιν ὡς ἀναισχύντων, καὶ τὰ αὐτὰ νοσούντων αὐτοῖς, τὴν οἰκείαν περιστελλόντων κακίαν. καὶ τί ταῦτα πρὸς ἡμᾶς φησιν; οὐδὲ γὰρ τῆς ἑτέρων ἀνοίας ἡμεῖς ὑπεύθυνοι, οὐδὲ εἴ τις ἀλόγως σκανδαλίζοιτο, δοῦναι δίκην ἄξιος ἐγὼ διὰ τὴν ἄνοιαν τὴν ἐκείνου. ἀλλὰ Παῦλος οὐκ εἶπε τοῦτο, ἀλλὰ κἂν ἀδίκως σκανδαλίζηταί τις, κἂν δι' ἀσθένειαν, βοηθεῖν ἐκέλευσε. τότε γὰρ μόνον ἀπαλλαττόμεθα τῆς ἐπὶ τοῖς σκανδαλιζομένοις τιμωρίας κειμένης, ὅταν ἐκ τοῦ σκανδάλου κέρδος ἕτερον τίκτηται τῆς ἀπὸ τοῦ σκανδάλου βλάβης μεῖζον· ὡς ἂν τοῦτο μὴ ᾖ, ἀλλ' ἓν μόνον συμβαίνῃ τὸ σκανδαλίζεσθαι ἑτέρους, ἄν τε εὐλόγως, ἄν τε ἀλόγως σκανδαλίζωνται, ἄν τε ὡς ἀσθενεῖς, τὸ αἷμα αὐτῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τὴν ἡμετέραν· καὶ ἐκ τῶν χειρῶν τῶν ἡμετέρων ὁ θεὸς τὰς τοιαύτας ἐκζητήσει ψυχάς· διά τοι τοῦτο, ἵνα μὴ πανταχοῦ, μήτε φροντίζωμεν, μήτε καταφρονῶμεν τῶν σκανδαλιζομένων, ὅρους τινὰς, καὶ κανόνας ἔθηκε τούτου ὁ Χριστὸς, καὶ τοῦτο κἀκεῖνο ποιήσας μετὰ τοῦ καιροῦ τοῦ προσήκοντος. ὅτε μὲν γὰρ περὶ τῆς τῶν ἐδεσμάτων διελέγετο φύσεως, καὶ ἐδείκνυ καθαρὰν αὐτὴν οὖσαν, καὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀπήλλαττε παρατηρήσεως, εἰσελθόντος τοῦ Πέτρου, καὶ εἰπόντος, ὅτι ἐσκανδαλίσθησαν, ἄφες αὐτοὺς, φησὶ, καὶ οὐ μόνον κατεφρόνησεν αὐτῶν,

A lic bona capiant: detinent tamen ea & defodiunt, & bonis omnibus excidere malunt, ob frigidam brevemque hanc voluptatulam, quam æterna pœna liberari, & immortalem vitam adipisci, illas ad breve tempus despiciendo. Hoc utique & illis contingit dum a parva oculorum concupiscentia seipsos aliquantisper continere nolentes, intolerabilem sibi ignem colligunt: & quanto scilicet se magis oblectari putant, tanto magis malo implicantur, diabolo suis artibus hoc curante ad incrementum & perseverantiam incendii; ut ardentes & delectentur B & doleant, absurdum quoddam temperamentum in animabus suis efficientes.

3. Jam vero si quis nos intemperantiæ ob hæc verba condemnet: sane strenuos illos viros, & cum mulieribus habitantes, qui nihil grave patiantur, beatos quidem dico, qui tales sint, & vellem etiam ipse hoc robore donari: & ipse quidem forte adducor ut credam, posse hujusmodi viros reperiri. Vellem tamen eos qui nos reprehendunt, posse hoc nobis persuadere, quod adolescens fervens corpore, puellæque virgini cohabitans, & ad latera ejus assidens, & simul cœnans, & per diem totum C confabulans; ut nihil aliud apponam, intempestivos risus & effusos cachinnos, & mollia verba, atque alia quæ dictu inhonesta: sed in eadem, inquam, habitans domo, eidemque communicans mensæ, ubi multa est libertas verborum, & ultro citroque accipiuntur multa danturque, nulla humanarum affectionum capiatur, sed purus a mala voluptate & concupiscentia permaneat. Vellem hæc ab his qui nos arguunt me doceri posse: sed neque ipsi volunt doceri, & nobis hæc ad defensionem afferentibus reclamant quasi impudentibus, eodem quo ipsi morbo correptis, propriam- D que tegentibus malitiam. Et quid hæc ad nos, inquit? Neque nos sumus obnoxii insipientiæ alienæ, neque si quis stulte scandalizetur, dignus ego sum, qui pœnas dem ob illius insipientiam. Sed hoc non dixit Paulus, sed jussit, ut si injuste scandalizetur aliquis, ejus infirmitati consulatur. Tunc enim solum liberamur a pœna, quæ posita est in eos qui scandalum dant aliis, si ex scandalo aliud quoddam lucrum nascatur majus damno quod ex scandalo fit. Adeoque si hoc non fuerit, & hoc solum obvenerit, ut scandalizentur alii, sive ob rationem aliquam, sive ob nullam, sive ut E infirmi offendantur; sanguis illorum super caput nostrum, & ex manibus nostris Deus animas tales requiret. Et propter hoc ne per omnia negligeremus vel abjiceremus eos quibus offendiculo sumus, terminos quosdam & regulas nobis Christus præscripsit. Nam & hoc & illud fecit, prout tempus postulabat. Enimvero cum de natura ciborum dissereret, & ostenderet eam esse puram, & a Judaïca observatione liberaret, Petro ingresso & dicente, *Scandalizati sunt*; dixit: *Sine ipsos*. Et non solum despexit,

Quantum quisque cavere debeat ne aliis offendiculo fit.

Math. 15. 14.

quin & accusavit: *Omnis enim plantatio, quam non plantavit pater meus cælestis, eradicabitur.* Ita legem de cibis irritam fecit. Ubi autem qui petebant didrachma, ad Petrum Ib. 17. 24. accedentes dixerunt, *Magister tuus non solvit didrachma*, tunc non idem egit sicut antea, sed rationem habuit scandali, & ait: *Ut autem non scandalizemus ipsos, mitte hamum in mare, & piscem qui primum egressus fuerit, tolle, invenies que in ore ejus staterem: hunc acceptum da pro me & te.* Vides modo curantem, modo nihil curantem? Nam hoc loco nihil valde referebat gloriam Unigeniti revelari: quomodo enim, cum & alibi studuerit eam obumbrare, præceperitque multis, ne cui dicerent quod ipse esset Christus? Et propterea nihil damni ex eo quod dependit didrachma: si autem non solvisset, magna inde nata fuissent mala. Nam ut tyrannum & obluctantem & civitatis universæ inimicum, & in extrema pericula injicientem utique aversati fuissent: propterea ipsos qui volebant ipsum rapere, & facere regem, longius fugit, eamque opinionem a multis, qui circa ipsum erant, repulit. Priori autem loco necessarium erat id, quod agebatur, ideo utiliter ac tempestive, & ut in meliori opere contemsit scandalum. Etenim valde tempori congruebat, ad supremam philosophiam ascensuros non prohiberi, ut Judæis mos gereretur; sed abire, vocante tempore, ad animi puritatem, neque retardari corporali observatione, sed a vili illa cura eximi. Sic & Paulus modo contemsit eos qui scandalizabantur, modo non 1. Cor. 10. 33. contemsit, magistrum sequens, & dixit: *Per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant.* Si autem Paulus suam contemnit utilitatem, ut inveniat quod multis prosit: quanta nos digni erimus pœna, si neque proprium fugimus damnum, ut inveniamus quod utile sit aliis, sed nos quoque cum aliis suaviter perdimus, cum possemus & nos ipsos & alios servare? Propterea cum videt majus lucrum quam damnum, contemnit eos qui scandalum patiuntur. Ubi autem lucrum videt nullum, solum autem scandalum inde evenire, omnia & facere & pati paratus est, ne eveniat. Et non disputat talia more nostro. Non enim dicit, Quare sunt infirmi? quare sine causa sic affecti sunt? Sed ea de causa ipsis potissimum parcit, quia ob rationis penuriam ita se habent, & ita infirmi sunt.

3. Dic enim mihi, qualem ille rationabilem prætextum dicere potest, qui scandalizatur in comedente carnem & bibente vinum? Hanc quippe legem Deus olim posuit. Verumtamen in his si scandalizetur 1. Cor. 8. 13. aliquis, Paulus abstinet. *Non enim carnem comedam*, inquit, *neque vinum bibam, ut ne scandalizem fratrem*: nec dixit ea quæ nos dicimus: Subjiciendusne ego alienæ insipientiæ? num quia alicui simpliciori vi-

A ἀλλὰ καὶ κατηγόρησεν εἰπών, πᾶσα γὰρ φυτεία, ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατήρ μου ὁ οὐράνιος, ἐκριζωθήσεται· οὕτω τὸν νόμον ἠκύρωσε τὸν περὶ βρωμάτων. ἐπειδὴ δὲ οἱ τὰ δίδραχμα ἀπαιτοῦντες, τῷ Πέτρῳ προσελθόντες ἔλεγον· ὁ διδάσκαλός σου οὐ τελεῖ τὰ δίδραχμα. οὐκέτι τὸ αὐτὸ πεποίηκεν, ὅπερ ἐπ' ἐκείνων· ἀλλὰ φροντίζει τοῦ σκανδάλου καὶ φησίν· ἵνα δὲ μὴ [a] σκανδαλίσωμεν αὐτούς, πορευθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν βάλε ἄγκιστρον, καὶ τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον· καὶ εὑρήσεις ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ στατῆρα· τοῦτον λαβὼν, δὸς ἀντὶ ἐμοῦ, καὶ σοῦ. ὁρᾷς φροντίζοντα, καὶ μὴ φροντίζοντα; ἐνταῦθα μὲν γὰρ B οὐκ ἦν κατεπεῖγον ἐκκαλυφθῆναι τοῦ μονογενοῦς τὴν δόξαν. πῶς γὰρ, ὅπου καὶ ἐπετήδευεν αὐτὴν συσκιάζειν, καὶ ἐκέλευε πολλοῖς μὴ λέγειν, ὅτι αὐτὸς εἴη ὁ Χριστός; καὶ διὰ τοῦτο ἀπὸ μὲν τοῦ καταθεῖναι [b] τὰ δίδραχμα, οὐδὲν ἦν βλάβος. ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ καταθεῖναι, μεγάλα ἐτίκτετο κακά. ὡς γὰρ τύραννον, καὶ ἀνταίροντα, καὶ τῆς πόλεως ἁπάσης ἐχθρὸν, καὶ εἰς τοὺς ἐσχάτους ἐμβάλλοντα κινδύνους, οὕτως ἂν ἀπεστράφησαν· διὰ δὴ τοῦτο καὶ βουλομένοις αὐτοῖς ἁρπάσαι τε αὐτὸν, καὶ βασιλέα ποιῆσαι, ἀπέφυγε πόῤῥωθεν, ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ταύτην C ἀποκρουόμενος τὴν ὑπόληψιν· ἐκεῖ δὲ ἀναγκαῖον τὸ κατορθούμενον ἦν. διὸ χρησίμως τε, καὶ εὐκαίρως, καὶ ἐπὶ κατορθώματι μείζονι κατεφρόνησε τοῦ σκανδάλου. καὶ γὰρ εὔκαιρον ἦν λοιπὸν τοὺς μέλλοντας ἐπὶ τὴν ἀκροτάτην ἀναβαίνειν φιλοσοφίαν, μὴ κωλύειν διὰ τὴν εἰς Ἰουδαίους φειδώ· ἀλλ' ἀφιέναι λοιπὸν τοῦ καιροῦ καλοῦντος ἐπὶ τὴν τῆς ψυχῆς καθαρότητα, καὶ μὴ κατέχειν ἐν τῇ σωματικῇ παρατηρήσει, ἀλλὰ συγχωρεῖν τῆς ταπεινότητος ἀπαλλάττεσθαι ἐκείνης. οὕτω καὶ Παῦλος καταφρονεῖ τῶν σκανδαλιζομένων, καὶ οὐ καταφρονεῖ ἀκολουθῶν τῷ διδασκάλῳ, καὶ φησί· πάντα πᾶσιν ἀρέσκω μὴ ζητῶν D τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον· ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσιν. εἰ δὲ Παῦλος τὸ οἰκεῖον παρορᾷ συμφέρον, ἵνα τὸ τῶν ἄλλων εὕρῃ· πόσης οὐκ ἂν εἴημεν ἄξιοι κολάσεως, μηδὲ οἰκείας ἀποστῆναι βλάβης ἀνεχόμενοι ὑπὲρ τοῦ τὸ ἑτέρων συμφέρον εὑρεῖν, ἀλλ' ἡδέως μεθ' ἑαυτῶν καὶ ἑτέρους προσαπολλύντες, παρὸν καὶ ἑαυτοὺς καὶ ἑτέρους διασῶσαι; διὰ δὴ τοῦτο, ὅταν μὲν ἴδῃ πολὺ τὸ κέρδος, καὶ τὸ τῆς τοῦ σκανδάλου βλάβης μεῖζον, καταφρονεῖ τῶν σκανδαλιζομένων. ὅταν δὲ κέρδος ᾖ μηδὲν, τοῦτο δὲ μόνον τὸ σκανδαλίζεσθαι ἐκβῆναι, πάντα καὶ ποιεῖν καὶ πάσχειν αἱρεῖται, ὥστε μὴ τοῦτο γενέσθαι. καὶ οὐ φιλοσοφεῖ τοιαῦτα, οἷα [c] ἡμεῖς· οὐδὲ λέγει, E διὰ τί γάρ εἰσιν ἀσθενεῖς; διὰ τί γὰρ ἀλόγως ταῦτα πάσχουσιν; ἀλλὰ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα αὐτῶν φείδεται, ἐπειδὴ ἀλόγως τοῦτο πάσχουσιν, ἐπειδὴ ἀσθενεῖς εἰσιν.

Εἰπὲ γάρ μοι, ποίαν ἔχει πρόφασιν εὔλογον εἰπεῖν ὁ σκανδαλιζόμενος ἐπὶ τῷ ἐσθίοντι κρέας, καὶ οἶνον πίνοντι; τοῦτον γὰρ ὁ θεὸς τὸν νόμον ἄνωθεν ἐξέθετο. ἀλλ' ὅμως κἂν ἐπὶ τούτοις σκανδαλίζηταί τις, καὶ τούτων ὁ Παῦλος ἀπέχεται. οὐ γὰρ μὴ φάγω κρέας, φησὶ, οὐδὲ πίω οἶνον, ἵνα μὴ τὸν ἀδελφόν μου σκανδαλίσω. καὶ οὐκ εἶπε ταῦτα, ἅπερ ἡμεῖς, ὅτι ἐγὼ μέλλω τῆς ἑτέρων ἀλογίας ὑπεύθυνος εἶναι; καὶ ἐάν τινι δόξῃ

a Savil. σκανδαλίσωμεν αὐτούς, βάλε ἄγκιστρον εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ τὸν ἀναβάντα.

b Savil. τὴν δραχμήν.

c Savil. ὑμεῖς.

σκανδαλισθῆναι

σκανδαλισθῆναι ἁπλῶς, ἐγὼ ἔσομαι ἄξιος δίκην δοῦναι; καίτοι καὶ εἰ εἶπε, πολλῷ δικαιότερον ἂν ἡμῶν εἶπε. ὁ μὲν γὰρ ἐπ' ἐκείνοις σκανδαλιζόμενος, ἀλόγιστος σφόδρα, καὶ ἀνόητος· ὁ δὲ ἐπὶ τούτοις, πολλὰς ἂν ἔχοι δικαίας, καὶ εὐλόγους αἰτίας εἰπεῖν· ἀλλ' ὅμως καὶ δικαιότερα ἡμῶν ὁ Παῦλος, εἴπερ ἂν ἠθέλησεν. οὐκ εἶπεν δέ· ἀλλ' εἰς ἓν μόνον εἶδε, τοῦ πλησίον τὴν σωτηρίαν. καὶ ὅρα τὴν ὑπερβολήν· οὐ γὰρ εἶπεν ἅπαξ, ἢ δὶς, ἢ τόσον καὶ τόσον χρόνον· ἀλλ' εἰς τὸν αἰῶνα, φησιν, οὐ μὴ φάγω, εἰ σκανδαλίζοιτο ἕτερος. καὶ ἵνα μὴ νομίσῃς μέχρι τούτων αὐτὸν ἑστάναι, καὶ ἕτερόν τι προσέθηκε τούτου πλέον. εἰπὼν γὰρ, καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέας, μηδὲ πιεῖν οἶνον, συνῆψε κἀκεῖνο· μηδὲ ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει, ἢ σκανδαλίζεται, ἢ ἀσθενεῖ· καὶ πάλιν σκόπει μοι τὴν σοφίαν τοῦ διδασκάλου· τὸν μὲν γὰρ ἀσθενοῦντα ἀφεὶς, τὸν ἰσχυρὸν διορθοῖ περὶ ἐκείνου. οὗτος γὰρ αἴτιος τοῦ ἀσθενεῖν ἐκεῖνον, ὁ κύριος ὢν διορθῶσαι τὴν ἀῤῥωστίαν, καὶ μὴ τοῦτο ποιῶν. καὶ τί λέγω περὶ τῶν ἀσθενῶν ἀδελφῶν; καὶ γὰρ καὶ Ἰουδαίοις, καὶ Ἕλλησι κελεύει ταύτην παρέχειν τὴν πρόνοιαν. ἀπρόσκοποι γὰρ, φησι, γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις, καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ [a] τοῦ θεοῦ. ὥστε ὅσῳ ἂν ἰσχυρότερον εἶναι λέγῃς σαυτὸν, καὶ μηδὲν ἀπὸ ὁμοσκηνίας βλάπτεσθαι ταύτης, τοσούτῳ μᾶλλον ὑπεύθυνον σαυτὸν καθιστᾷς τοῦ διασπάσαι τὸν δεσμόν. ὅσῳ γὰρ ἂν ᾖς ἰσχυρότερος, τοσούτῳ δικαιότερος ἂν εἴης τὸν ἀσθενέστερον διαβαστάσαι· ἂν μὲν οὖν ἀσθενὴς ᾖς, διὰ σαυτὸν ἀπόστηθι· ἐὰν δὲ ἰσχυρότερος, διὰ τὸν ἀσθενοῦντα. οὐ γὰρ ἑαυτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις ἰσχυρὸν εἶναι χρὴ τὸν ἰσχύοντα. εἰ δὲ λέγων ἰσχύειν, τὴν ἀσθένειαν τὴν ἐκείνου περιορᾷς, διπλῆν δώσεις δίκην, ὅτι τε οὐκ ἐφείσω, καὶ ὅτι πολλὴν ἔχων τοῦ φείσασθαι δύναμιν. ὑπεύθυνος γὰρ ἕκαστος ἡμῶν τῆς τοῦ πλησίον σωτηρίας ἐστί· διὰ τοῦτο οὐχὶ τὰ ἑαυτῶν σκοπεῖν, ἀλλὰ τὰ τῶν πλησίον ἐκελεύσθημεν. τιμῆς γὰρ ἠγοράσθημεν· ὁ δὲ ἀγοράσας ἡμᾶς, τοῦτο προσέταξεν ἐπὶ τῇ κοινῇ πάντων ἡμῶν λυσιτελείᾳ. οὐδὲ γὰρ τοῦτο μόνον συμβαίνει τὸ κέρδος, ὅτι καὶ τὰ οἰκεῖα σώζομεν μέλη, ἀλλ' ὅτι [b] ἑτέρους ἐν ἀσφαλείᾳ καθιστῶμεν μείζονι. κἂν γὰρ μυριάκις φιλοσοφῇς, δι' αὐτῶν ἐλέγχῃ τῶν πραγμάτων· οὐ τὴν τυχοῦσαν δεχόμενος βλάβην ἀπὸ τῆς συνοικήσεως ταύτης. ὅταν γὰρ ἴδω σε δυσαποσπάστως ἔχοντα, καὶ μυρίων βλαπτομένων καταφρονοῦντα, καὶ πολλῶν ἐγκαλούντων οὐδὲ ἐπιστρεφόμενον, ἀλλὰ καὶ τὴν δόξαν σαυτοῦ καταπατοῦντα, καὶ τῷ κοινῷ τῆς ἐκκλησίας περιτριβόμενον κατηγορίαν πολλὴν, καὶ τὰ τῶν ἀπίστων ἀνοίγοντα στόματα, καὶ πάντας πονηρᾷ περιβάλλοντα δόξῃ, καὶ τοσαῦτα μὲν ἀπὸ τῆς συνοικήσεως κακὰ, ἀγαθὸν δὲ μηδὲν ὑμῖν ἐγγινόμενον, ἀπὸ δὲ τοῦ χωρισμοῦ, τούτων μὲν ἁπάντων τὴν ἀναίρεσιν τῶν κακῶν, πολλῶν δὲ ἑτέρων κτῆσιν ἀγαθῶν· εἶτα οὐκ ἀνεχόμενον ἀποπηδῆσαι, πῶς δυνήσομαι πεῖσαι τοὺς ἐγκαλοῦντας, ὅτι πάσης ἀπήλλαξαι [c] προσπαθείας, καὶ ἐπιθυμίας εἶ πονηρᾶς καθαρός; μᾶλλον δὲ οὐδὲν ὑπὲρ

[a] Savil. τοῦ Χριστοῦ.
[b] Savil. ἑαυτούς.

A detur esse scandalum, ego dignus qui supplicium luam? Quamvis si etiam dixisset, multo tamen justius dixisset quam nos. Nam qui in illis scandalizatur, insensatus est, & valde insipiens. Verum in his ipse multas justas & dignas causas, quas dicat, habet. At multo justiores dixisset Paulus, siquidem dicere voluisset: at non dixit; sed ad unum solum spectavit, nempe salutem proximi. Et vide quam eminenter: non enim dixit semel, aut bis, aut tanto tempore: sed, in æternum, ait, non comedam, si scandalizetur alius. Et ut ne putes in his eum subsistere, & aliud quiddam adjicit B hoc majus. Ut enim dixit, *bonum est non comedere carnem, & non bibere vinum*, conjunxit & illud: *Neque illud, per quod frater tuus impingit, vel scandalizatur, vel infirmatur.* Et animadverte rursus sapientiam præceptoris. Relicto enim infirmo, fortem corrigit ante illum. Nam fortis auctor est, quod ille infirmus sit, eo quod possit infirmitatem corrigere, & non faciat. Et quid dico de infirmis fratribus? Etenim Judæis & gentibus jubet eamdem curam impendi. *Sine offendiculo*, ait, *estote & Judæis & Gentibus, & Ecclesiæ Dei.* Itaque quanto te fortiorem esse dicis, nihilque C a cohabitatione nocumenti accipere, tanto magis teipsum debitorem constituis, ut vinculum hoc rumpas. Nam quanto fortior eras, tanto æquius fuit, ut infirmiorem gestares. Igitur si infirmus es, propter te ipsum desiste: sin robustior, propter alterius infirmitatem. Non enim sibi ipsi dumtaxat, sed & aliis fortem esse oportet eum qui fortis est. Quod si te fortem esse dicis, & infirmitatem illius contemnis, duplam dabis pœnam, tum quod non pepercisti, tum quod multa tibi vis erat ut D illi parcere posses. Nam unusquisque nostrum debitor est salutis proximi. Propterea jussi sumus, non quæ nostra sunt, sed quæ proximi spectare. Precio enim emti sumus, & qui nos redemit, hoc præcepit in communem animarum nostrarum utilitatem. Non enim hoc solum nostrum est lucrum, quando propria servamus membra, sed & quando alios in majori securitate constituimus. Quamvis enim millies philosopheris redargueris tamen per opera, damnum ex hac cohabitatione accepturus non vulgare. Quando enim te video ita avelli non posse, & millia eorum despicere, quæ damnum inferunt, nec converti te tam multis reprehendentibus, sed & gloriam tuam E conculcare, Ecclesiæque magnam invidiam conflare, atque infidelium ora aperire, omnesque mala opinione imbuere: & tanta quidem ex cohabitatione nasci mala, nullum autem provenire bonum; ex separatione vero, horum omnium malorum sublationem, multorum autem aliorum bonorum possessionem adipisci licere. Deinde cum resilire nolis, quomodo persuadere potero aliis, quod affectionis sis expers, & a concupiscentia mala purus? Imo vero su-

Rom. 14. 21.
1. Cor. 10. 32.
1. Cor. 10.
1. Cor. 6. 2

[c] Savil. συμπαθείας.

per his nihil contendo: sed esto quod sis etiam cohabitando purus, quamvis ne Job quidem ille beatus ausus fuit tantam virtutem & sapientiam sibi adscribere. Sed qui omnem transcenderet virtutem, ex omnibus diaboli retibus extractus, qui primus & solus tantam fortitudinem demonstravit, & omne ferrum, & adamantem sua continentia prætergressus, subnervavit diaboli potestatem: sic veritus erat talem pugnam, & ita putavit impossibile esse cohabitare virgini sine damno & purum, ut non solum a cohabitatione tali procul & longe seipsum, sed & ab aspectu prorsus & consortio subduxerit, legemque posuerit oculis suis omnino in virginem ne respicere quidem: sciebat enim & probe noverat, quod non solum cohabitantem, sed & aspicientem curiose in faciem virginis, difficile, forte autem & impossibile sit effugere damnum, quod inde oritur. Propter quod & dicebat, ne cogitem quidem de virgine.

Job 31. 1.

5. At si parvus videtur tibi ad certamen Job, quamvis revera neque stercore illius simus digni: verumtamen licet minus tua magnanimitate esse putes exemplum, cogita vocalissimum præconem veritatis Paulum, qui totum orbem circuit, & dicere potuit verba illa multa sapientia referta, quod non jam ipse sit vivens, sed Christus in ipso: & quod crucifixus sit mundo, & mundus sibi: & quod quotidie moriatur, post tantam spiritus gratiam, & tanta certaminum specimina, post inenarrabilia pericula, post tam eximiæ diligentiæ & sapientiæ studium: declarat nobis & commonstrat, quod donec spiraverimus, & hac carne fuerimus circumdati, certaminibus nobis opus est & laboribus, neque otio temperantia paratur, sed multis sudoribus & laboribus opus est ad hoc tropæum parandum; sic dicebat: *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo: ne dum aliis prædicavero, ipse reprobus fiam.* Hæc autem dicebat declarans seditionem carnis, & concupiscentiæ rabiem, præliumque continuum, ac vitam semper in agone constitutam. Et idcirco etiam Christus difficultatem rei declarans, neque vel licite aspicere permittit mulierum facies: sed & adulterorum pœna puniendos sic respicientes interminatus est. Et cum dixisset Petrus, *Non expedit uxorem ducere*: non statuit legem ne ducantur uxores, sed gravitatem rei declarans dicebat: *Qui potest capere capiat.* Audimus autem & hoc nostro sæculo, quod nonnulli ferro totum corpus ligantes, & sacco vestientes, & ad vertices montium currentes, & in continuis jejuniis ac pervigiliis viventes, omnemque disciplinæ severitatem ostendentes, omnibus mulieribus ingressum in domunculam & tugurium suum interdicere, atque hac ratione seipsos castigantes ægre tamen concupiscentiæ furorem comprimere. At tu dicis, quod licet videas cohabitantem virgini, & alligatum, & deliciantem, & animam potius amittentem quam cohabitatricem, para-

Galat. 2. 20.
Galat. 6. 14.
1. Cor. 15. 31.
1. Cor. 9. 27.
Matth. 19. 10.

A τούτων φιλονεικῶ· ἀλλ' ἔστω σε εἶναι συνοικοῦντα καθαρόν· καίτοι γε ὁ μακάριος Ἰὼβ οὐκ ἐτόλμησε τοσαύτην ἑαυτῷ μαρτυρῆσαι δύναμιν, καὶ φιλοσοφίαν· ἀλλ' ὁ πᾶσαν ἐπελθὼν ἀρετὴν, καὶ πάντων ὑπεξενεχθεὶς τῶν τοῦ διαβόλου δικτύων, καὶ πρῶτος, καὶ μόνος τοσαύτην ἐπιδειξάμενος καρτερίαν, καὶ πάντα σίδηρον, καὶ ἀδάμαντα τῇ τῆς ψυχῆς παρελθὼν ἐγκρατείᾳ, καὶ κατακόψας τοῦ διαβόλου τὴν ἰσχὺν, οὕτως ἐδεδοίκει τὴν τοιαύτην πάλην, καὶ ἐνόμιζεν ἀδύνατον εἶναι συνοικοῦντα παρθένῳ μένειν ἀσινῆ, καὶ καθαρὸν, ὡς μὴ μόνον συνοικήσεως πόῤῥω, καὶ μακρὰν ἑαυτὸν καταστῆσαι, ἀλλὰ καὶ τῆς ὄψεως τῆς ἁπλῶς, καὶ ἀπὸ συντυχίας γινομένης, καὶ νόμον ἔθηκε
B τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῖς ἑαυτοῦ, μηδὲ ἁπλῶς εἰς παρθένον ἰδεῖν· ᾔδει γὰρ ᾔδει σαφῶς, ὅτι οὐ μόνον συνοικοῦντα, ἀλλὰ καὶ τὸν βλέποντα περιέργως εἰς ὄψιν παρθενικὴν δύσκολον, τάχα δὲ καὶ ἀδύνατον τὴν ἐκεῖθεν διαφυγεῖν [a] βλάβην. διὸ ἔλεγε· καὶ οὐ συνήσω ἐπὶ παρθένῳ.

Εἰ δὲ μικρός σοι πρὸς ἅμιλλαν ὁ Ἰὼβ, καίτοι γε οὐδὲ τῆς κοπρίας ἐσμὲν ἄξιοι τῆς ἐκείνου, πλὴν ἀλλ' εἰ ἔλαττόν σου νομίζεις τῆς μεγαλοψυχίας εἶναι τὸ ὑπόδειγμα, ἐννόησον τὸν μεγαλοφωνότατον κήρυκα τῆς ἀληθείας Παῦλον, ὃς ἅπασαν περιελθὼν τὴν οἰκουμένην, καὶ δυνηθεὶς
C εἰπεῖν ἐκεῖνα τὰ πολλῆς γέμοντα σοφίας ῥήματα, ὅτι οὐκέτι αὐτὸς εἴη ζῶν, ἀλλ' ὁ Χριστὸς ἐν αὐτῷ· καὶ ὅτι ἐσταύρωται τῷ κόσμῳ, καὶ κόσμος αὐτῷ, καὶ ὅτι καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκει μετὰ τὴν τοσαύτην τοῦ πνεύματος χάριν καὶ τὴν τοσαύτην τῶν ἄθλων ἐπίδειξιν, μετὰ τοὺς ἀφάτους κινδύνους, μετὰ τὴν ἠκριβωμένην φιλοσοφίαν, δεικνὺς ἡμῖν, καὶ παραδηλῶν, ὅτι ἕως ἂν ἐμπνέωμεν, καὶ τὴν σάρκα ὦμεν περικείμενοι ταύτην, παλαισμάτων ἡμῖν χρεία, καὶ πόνων, καὶ οὐκ ἔστιν ἀπραγμόνως κατορθῶσαι σωφροσύνην ποτέ· ἀλλὰ πολλῶν ἱδρώτων ἡμῖν δεῖ, καὶ καμάτων πρὸς τοῦτο τὸ τρόπαιον, οὕτως ἔλεγεν· ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ, μή πως
D ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι. Ταῦτα δὲ ἔλεγε, δηλῶν τὴν ἐπανάστασιν τῆς σαρκὸς καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας λύτταν, καὶ τὸν διηνεκῆ πόλεμον, καὶ τὸν ἐναγώνιον αὐτοῦ βίον. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς τοῦ πράγματος αὐτοῦ δηλῶν τὴν δυσκολίαν, οὐδὲ ἐμβλέπειν ἠφίει εἰς τὰς τῶν γυναικῶν ὄψεις, ἀλλὰ καὶ τῇ τῶν μοιχῶν κολάσει τοὺς οὕτως ὁρῶντας κολάζειν ἠπείλησε. Εἰπόντι δὲ καὶ τῷ Πέτρῳ, ὅτι οὐ συμφέρει γαμῆσαι, οὐκ ἐνομοθέτησε μὴ γαμεῖν, ἀλλὰ παραδηλῶν τοῦ πράγματος τὸν ὄγκον, ἔλεγεν· ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω. ἀκούομεν δὲ καὶ ἐπὶ τῆς γενεᾶς τῆς ἡμετέρας, ὅτι πολλοὶ καὶ σιδήρῳ ἅπαν τὸ σῶμα
E καταδήσαντες, καὶ σάκκῳ περιβαλόντες, καὶ πρὸς τὰς ὀρῶν ἀναδραμόντες κορυφὰς, καὶ νηστείᾳ συζῶντες διηνεκεῖ, καὶ παννυχίσι, καὶ ἀγρυπνίαις, καὶ πᾶσαν ἐπιδεικνύμενοι σκληραγωγίαν, καὶ γυναιξὶν ἁπάσαις ἀπαγορεύοντες ἐπιβαίνειν τοῦ δωματίου καὶ τῆς καλύβης τῆς ἑαυτῶν, καὶ τῷ τρόπῳ τούτῳ παιδαγωγοῦντες ἑαυτοὺς, μόλις περιγίνονται τῆς κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν μανίας. σὺ δὲ λέγεις, ὅτι κἂν συνοικοῦντα ἴδῃς παρθένοις, καὶ προσδεδεμένον, καὶ τρυφῶντα, καὶ τὴν ψυχὴν προϊέμενον μᾶλλον, ἢ τὴν σύνοικον, καὶ

[a] Savil. λαβεῖν.

πάντα καὶ παθεῖν, καὶ ποιῆσαι αἱρούμενον, ἢ χωρισθῆναι τῆς ποθουμένης, μὴ πιστεύσῃς τι πονηρὸν, μηδὲ ἐπιθυμίας εἶναι νομίσῃς τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ εὐλαβείας. Ἀλλ' οὐ περὶ τῶν σώματα ἐχόντων, ὦ θαυμάσιε, ἀλλὰ περὶ τῶν λίθοις συνοικούντων οὕτω διακεῖσθαι χρή. Καὶ σὺ μὲν ἴσως ἀπιστεῖς, διὰ τὴν πολλήν σωφροσύνην· ἐγὼ δὲ ἤκουσα διηγουμένων τινῶν, ὅτι πολλοὶ καὶ πρὸς ἀγάλματα, καὶ λίθοις ἔπαθόν τι. Εἰ δὲ ἔνθα σκληρότης, καὶ ἀντιτυπία, καὶ ἡ διάπλασις μόνη τοσοῦτον ἴσχυσεν, ὅταν μετὰ τῆς διαπλάσεως καὶ σῶμα ἁπαλὸν ὑποκείμενον ᾖ, τίνα οὐκ ἐργάζεται μανίαν; πῶς δὲ οὐ δόξουσιν εἰκότως λέγειν μᾶλλον οἱ κατηγοροῦντες, ἢ ὑμεῖς οἱ ἀπολογούμενοι; τί γὰρ εἰκὸς, εἰπέ μοι, ἐπιθυμεῖν ἄνδρα γυναικὸς, ἢ μὴ ἐπιθυμεῖν; πάντως ἂν εἴποιμεν, ἐπιθυμεῖν· πάλιν τὸ μυρίων ὠθουσῶν ἔξω προφάσεων εὐλόγων οὐκ ἀνεχόμενον ἐξελθεῖν, ἀλλ' εἰσωθοῦντα ἑαυτὸν ἐπ' οὐδενὶ μὲν κατορθώματι, μυρίοις δὲ ὀνείδεσι, καὶ βλάβαις οἰκείων τε, καὶ ἀλλοτρίων, τί εἰκός; ἐξ ἀγαθῆς τοῦτο προαιρέσεως πάσχειν, ἢ ἐκ πονηρᾶς; τάχα ἂν ἐκ πονηρᾶς εἴποι τις μᾶλλον. Πλὴν ἀλλὰ μηδὲν ὑπὲρ τούτων ἀκριβολογώμεθα· ἀλλὰ κείσθω μήτε κατὰ λόγον σκανδαλίζεσθαι τοὺς σκανδαλιζομένους, μήτε δικαίως, ἀλλ' εἰκῇ, καὶ μάτην· τίνος ἕνεκεν συνοικεῖς, εἰπέ μοι, τῇ παρθένῳ; δι' οὐδὲν γὰρ ἡ συνοίκησις αὕτη νενομοθέτηται, ἢ δι' ἔρωτα, καὶ πόθον. Ἐπεὶ περίελε τοῦτον, καὶ ἀνῄρηται ἡ τοῦ πράγματος χρεία. Τίς γὰρ ἂν ἕλοιτο ἀνὴρ ὢν, ταύτης χωρὶς τῆς ἀνάγκης, γυναικείας ἀνέχεσθαι τρυφῆς, καὶ ὕβρεως, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοῦ γένους ἐλαττωμάτων ἐκείνου; διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς ἐξ ἀρχῆς τὴν γυναῖκα ταύτῃ καθώπλισε τῇ ἰσχύϊ, εἰδὼς ὅτι σφόδρα εὐκαταφρόνητος ἔσται, μὴ ταύτην ἐπαγομένη τὴν ἀρχὴν, καὶ ὅτι οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο αὐτῇ συνοικῆσαι καθαρεύων ἐπιθυμίας· εἰ γὰρ τοσαύτης ἐπικειμένης ἀνάγκης νῦν, καὶ πολλῆς ἑτέρας χρείας· καὶ γὰρ καὶ παιδοποιοῦσι, καὶ οἰκουροῦσι, καὶ ἕτερα ἄλλα διακονοῦνται πολλὰ πλείονα τούτων· εἰ δὲ τοσαῦτα λειτουργοῦσαι τοῖς ἀνδράσιν, εὐκαταφρόνητοι πολλάκις ἐγίνοντο, καὶ τῆς οἰκίας ἐξεβλήθησαν, πῶς ἂν ἐπιθυμίας χωρὶς ἦσαν ἡμῖν ποθειναί, καὶ ταῦτα τοσούτοις ἡμᾶς ὀνείδεσι περιβαλοῦσαι; ἢ λέγετε τοίνυν τὴν αἰτίαν τῆς συνοικήσεως, ἢ οὐδεμίαν ὑποπτεύειν ἑτέραν ἀνάγκη, ἀλλ' ἢ πονηρὰν ἐπιθυμίαν, καὶ ἡδονὴν ἐπονείδιστον.

Τί οὖν ἂν δυνηθῶμεν αἰτίαν εὔλογον, καὶ δικαίαν εἰπεῖν, ἔστι μάτην ταῦτα περὶ ἡμῶν εἰρηκώς; Μάλιστα μὲν, ἀλλ' οὐδεμίαν ἐρεῖτε τοιαύτην· πλὴν ἀλλὰ οὕτως ἐβουλόμην μαθεῖν, εἴ τινα σκιὰν γοῦν ἔχετε εὐλόγου προφάσεως εἰπεῖν. Ἀπροστάτευτός, φησίν, ἐστιν ἡ παρθένος, οὐκ ἄνδρα ἔχουσα, οὐ κηδεστὴν, πολλάκις δὲ οὐδὲ πατέρα, οὐκ ἀδελφὸν, καὶ δεῖται τοῦ χεῖρα ὀρέξοντος, καὶ τὴν ἐρημίαν παραμυθησομένου, καὶ πανταχοῦ προβεβλημένου καὶ καταστήσοντος αὐτὴν ἐν ἀσφαλείᾳ πολλῇ, καὶ λιμένι. Ποίᾳ ἀσφαλείᾳ, καὶ ποίῳ λιμένι; τὸ γὰρ πρόβολον οὐκ εἴργοντα ὁρῶ τὰ κύματα, ἀλλ' ἐπεγείροντα, καὶ τὸν λιμένα οὐκ ἀναστέλλοντα τὸν χειμῶνα, ἀλλὰ καὶ τὰς οὐκ οὔσας

A tumque omnia & facere & pati potius quam separari a dilecta, ne suspiceris aliquid mali, ne putes concupiscentiæ negotium, sed pietatis potius. Admirande vir, is affectus est iis qui lapidibus cohabitant, non hominibus. Et tu quidem forte non credis ob magnam tuam continentiam: ego autem audivi quosdam dicentes, quod etiam multi erga lapides & statuas nonnihil affecti sint. Quod si tantum valuit artificium solum, ubi aspera & dura effigies, quantam operabitur insaniam in effigie pulcra tenerum corpus? Quomodo non credentur magis verisimilia dicere qui vos accusant, B quam vos qui defenditis? Quid enim verisimile, dic mihi? An quod vir mulierem concupiscat, an quod non concupiscat? Omnino dixerimus quod concupiscat. Rursum cum innumeræ causæ impellant ut egrediatur, nec egredi velit, sed seipsum injiciat, nullo opere precio; multis vero probris, ac nocumentis sequentibus, tum suis, tum alienis: quid hinc conjicias? ex bonone hoc agatur proposito, an ex malo? Opinor quis facile dixerit quod ex malo. Verumtamen non de iis ipsis diligenter scrutabimur: sed ponatur, quod ii qui scandalizantur, non scandalizentur juste, sed temere & sine causa: dic mihi, cujus gratia C virgini cohabitas? Nulla enim alia de causa statuta est cohabitatio hæc, quam propter dilectionem & amorem: nam aufer hoc, & auferetur rei utilitas. Quis enim vir est, qui vellet sine hac necessitate ferre delicias & injurias muliebres & alia hujus sexus vitia? Propterea & ab initio Deus mulierem hoc robore armavit, probe sciens quod valde despicabilis esset, nisi hoc genus imperii induceret, & quod nullus ei cohabitaturus esset, qui a cupiditatibus esset immunis: nam quod nunc tam necessariæ & utiles sunt, ideo est, quia & pueros pro- D creant, & domum custodiunt, & alia multa his plura administrant. Si igitur, inquam, quæ ita viris ministrant, sæpe tamen contemtæ sunt, ut e domo ejiciantur: quomodo absque concupiscentia nobis esse possunt dilectæ, præsertim quæ nos tot opprobriis onerant? Vel ergo causam cohabitationis dicite, vel nullam aliam suspicari necesse, quam malam concupiscentiam, & ignominiosam voluptatem.

Ex consortio virginum nascitur necessario concupiscentia.

6. Quid igitur si poterimus, ait, causam justam & rationabilem dicere, num frustra hæc dixeris? Maxime vero: sed nul- E lam talem dicetis. Verumtamen hac etiam ratione vellem discere, an vel umbram aliquam justi prætextus dicere possitis. Defensore caret, ait, virgo, neque virum habet, neque tutorem, sæpe item neque patrem, nec fratrem; indiget aliquo, qui ei manum præbeat, & solitariæ mœrorem consoletur, & ubique se pro ea opponat adversariis, & ipsam in securitate & portu constituat. Quam tu mihi securitatem, quæso, quem portum narras? Portûs enim propugnaculum video non arcens fluctus, sed excitans: & portum non comprimentem tempestates, sed graves, quæ non ade-

rant, moventem procellas. Non confundimini, non vultus vestros obtegitis, dum hanc defensionem affertis? Nam si ex hoc ministerio neque accusatio, neque damnum, neque scandalum nasceretur, sed fama adhuc salva liceret istud ipsum facere, an non admodum miseri effectis, qui dum divitias ejus augetis, & ad pecuniarum amorem illam exercetis, in negotia conjicitis, & ad mundanas curas instituitis, œconomorum, curatorum & forensium officia adiretis? Non poteritis multa de paupertate disserere, ac persuadere, ut facultates contemnantur, qui omnia facitis, ut facultates maneant & augeantur, ut opibus opes accrescant, institores quidam, & iterum institores propter illas facti, tametsi inutiles. Non enim ingenua spes vestra. Nam cum jussi fueritis portare crucem & sequi Christum, abjecta cruce, quasi effeminati milites scuto projecto, ad colum & calathum confidetis, per aliam turpiorem methodum aperta in præsentem vitam janua. Non enim tam turpe est eos qui in matrimonio sunt hæc administrare, quam vos qui simulatis vos resiluisse a præsentium rerum curis, sub alterius persona iterum eadem subire. Propterea helluonum, & adulatorum, & parasitorum, & mulieribus servientium ubique famam suscipimus, quandoquidem abjectam omnem generositatem nobis superne datam cum servilitate & vilitate terrena commutamus. Et viduarum quidem dispensare opes noluerunt generosi olim illi viri, cum tanta inde oriretur blasphemia quod nullus esset qui administraret, sed existimantes hoc inferius esse sua philosophia, aliis demandarunt. Nos autem non erubescimus divitias alienas augere, cum damno possidentium, nihilo meliores eunuchis in hoc occupatis: quibus mandatum est, ut quotidie sanguinem & animam in manibus feramus, in vicem armorum. Quid igitur? oportebitne omnia quæ virgini rapiuntur contemnere, dum tolluntur & circumferuntur a cognatis, a familiaribus, & alienis & domesticis? Non profecto bonam reddemus virgini retributionem, quod neque nupserit, neque præsentem mundum dilexerit, sed pro omnibus Christum elegerit, sinentes illam expositam iis, qui eam facultatibus suis privant. Et quanto satius ipsi erat nubere, & uti contubernali, cui incumberet harum rerum administratio, quam si innupta manens fœdera cum Deo inita conculcet, & injuriam faciat rei tam honestæ ac reverendæ, & alios quoque ad naufragia suorum malorum trahat? Quo pacto autem hanc omnibus Christum prætulisse dices, cum Christus clamet, ac dicat: *Non potestis servire Deo, & mammonæ?* Quo pacto item mundum & præsentia odio habere poteris, qui concupiscentias hujus mundi non aspernandas suades? Quomodo autem eam, quæ virum habet hortari potes, ut contemnat opes, cum tu virgini divitias conquiras? & hanc ipsam quomodo permittes assidue & constanter hærere

Matth. 6. 24.

A τίκτοντα τρικυμίας. οὐκ αἰσχύνεσθε, οὐκ ἐγκαλύπτεσθε τοιαῦτα ἀπολογούμενοι; εἰ γὰρ μηδεμία ἐκ ταύτης τῆς διακονίας ἐτίκτετο κατηγορία, μηδὲ βλάβη, μηδὲ σκάνδαλον, ἀλλὰ μετ' εὐφημίας ἐξῆν τοῦτο αὐτὸ ποιεῖν, τίνος οὐκ ἂν ἦτε ἐλεεινότεροι τὸν πλοῦτον αὐτῆς αὔξοντες, καὶ πρὸς φιλοχρηματίαν γυμνάζοντες, καὶ εἰς πράγματα ἐμβάλλοντες, καὶ πρὸς κοσμικὰς παιδοτριβοῦντες φροντίδας, οἰκονόμων τάξιν, καὶ ἐπιτρόπων, καὶ ἀγοραίων τινῶν ἀνταλλαττόμενοι; σφόδρα γε οὐ γὰρ δυνήσεσθε περὶ ἀκτημοσύνης διαλεχθῆναι, καὶ πεῖσαι τῶν ὄντων καταφρονεῖν, οἱ πάντα ποιοῦντες, ὅπως μένοι καὶ B αὔξοιτο τὰ ὄντα, καὶ πόροι πόροις ἐπιγίγνοιντο, κάπηλοί τινες, καὶ πάλιν κάπηλοι δι' ἐκείνας γινόμενοι, ἀχρηστοί γε. οὐ γὰρ γενναῖαι ὑμῶν αἱ ἐλπίδες, οἳ τὸν σταυρὸν κελευσθέντες βαστάζειν, καὶ ἕπεσθαι τῷ Χριστῷ, ῥίψαντες τὸν σταυρὸν, καθάπερ στρατιῶται μαλακοὶ τὴν ἀσπίδα, ἠλακάτῃ παρακάθησθε, καὶ καλαθίσκῳ, δι' ἑτέρας αἰσχροτέρας μεθόδου τὴν εἰς τὸν παρόντα βίον ἀνοίξαντες θύραν. οὐ γὰρ οὕτως αἰσχρὸν, τοὺς γεγαμηκότας ταῦτα οἰκονομεῖν, ὡς τοὺς προσποιουμένους ὑμᾶς ἀποπεπηδηκέναι μὲν τῶν παρόντων, δι' ἑτέρου δὲ προσώπου πάλιν αὐτὰ ὑποδυομένους. διὰ τοῦτο λαιμάργων, καὶ παρα- C σίτων, καὶ κολάκων, καὶ γυναικοδούλων πανταχοῦ δόξαν λαμβάνομεν, ὅτι χαμαὶ τὴν εὐγένειαν ἅπασαν ῥίψαντες τὴν ἄνωθεν δοθεῖσαν ἡμῖν, ἀντικαταλλαττόμεθα τὴν ἀπὸ τῆς γῆς δουλοπρέπειάν τε, καὶ εὐτέλειαν. καὶ χήραις μὲν διανέμειν χρήματα οὐχ εἵλοντο οἱ γενναῖοι τότε ἄνδρες ἐκεῖνοι, καὶ ταῦτα τοσαύτης βλασφημίας γινομένης, διὰ τὸ μηδένα εἶναι τὸν οἰκονομοῦντα, ἀλλὰ ἔλαττον τῆς αὐτῶν φιλοσοφίας εἶναι τοῦτο νομίσαντες, ἑτέροις ἐπέτρεψαν. ἡμεῖς δὲ οὐκ αἰδούμεθα πλοῦτον ἀλλότριον αὔξοντες ἐπὶ λύμῃ τῶν κεκτημένων, τῶν εὐνούχων τῶν περὶ D τὰ τοιαῦτα ἐσχολακότων οὐδὲν ἄμεινον διακείμενοι, οἱ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸ αἷμα, καὶ τὰς ψυχὰς ἐπὶ τῶν χειρῶν προσταττόμενοι φέρειν ἀντὶ μεγάλων ὅπλων. τί οὖν; ἁρπαζόμενα πάντα τὰ τῆς παρθένου χρὴ περιϊδεῖν, ἀγόμενά τε, καὶ περιφερόμενα ὑπὸ συγγενῶν, ὑπὸ οἰκετῶν, καὶ ἀλλοτρίων, ἢ καὶ οἰκείων; καλήν γε οὐκ ἀποδώσομεν τῇ παρθένῳ τὴν ἀμοιβὴν, ἀνθ' ὧν οὐκ ἐγήμεν, οὐδὲ τὸν παρόντα κόσμον ἠγάπησεν, ἀλλ' ἀντὶ πάντων εἵλετο τὸν Χριστόν· ἀφέντες αὐτὴν προκεῖσθαι τοῖς βουλομένοις τῶν ὄντων ἀποστερεῖν. καὶ πόσῳ βέλτιον ἦν ὁμιλῆσαι γάμῳ, καὶ τῷ συνοικοῦντι πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων τούτων οἰκονομίαν κεχρῆσθαι, ἢ μένουσαν ἄγα- E μον, πατῆσαι μὲν τὰς πρὸς τὸν Θεὸν συνθήκας, ὑβρίσαι δὲ εἰς πρᾶγμα οὕτω σεμνὸν, καὶ φρικῶδες, καθελκύσαι δὲ καὶ ἑτέρους πρὸς τὰ ναυάγια τῶν οἰκείων κακῶν. πῶς δὲ αὐτὴν ἀντὶ πάντων ἑλέσθαι λέγεις τὸν Χριστόν; τοῦ Χριστοῦ βοῶντος καὶ λέγοντος, οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν, καὶ μαμμωνᾷ. πῶς δὲ τὸν κόσμον μισῆσαι καὶ τὰ παρόντα, πρὸς τὰς τοῦ κόσμου πείθων ἐπτοῆσθαι ἐπιθυμίας; τίνι δέ ποτε τῶν ἄνδρα ἐχουσῶν δυνήσῃ παραινέσαι χρημάτων περιϊδεῖν, τῇ παρθένῳ συγκατασκευάζων τὸν πλοῦτον; αὐτὴν δὲ ταύτην πότε ἀφήσεις εὐπρόσεδρον εἶναι

τοῦ κυρίου καὶ ἀπερίσπαστον, πάντα τὸν βίον, καὶ τὴν σπουδὴν εἰς τὰ ἐκείνης ἀναλίσκων πράγματα; πότε δὲ δυνήσεται ἡ παρθένος φιλοσοφῆσαι, σὲ τὸν ἄνδρα ὁρῶσα δεινὸν ἡγούμενον εἶναι, εἰ τὰ ἐκείνης διαρπασθείη χρήματα; πῶς δὲ ἀνέξεται ζημίας ὑπεροψίαν, πάντα σε καὶ ποιοῦντα, καὶ πάσχοντα βλέπουσα, ὥστε ἐπιτείνειν αὐτῇ τὸν παρόντα πλοῦτον; οὐχ οὕτως ἡμᾶς ἀπηλλάχθαι βούλεται πραγμάτων ὁ θεὸς, ἀλλ' ἐν τῷ τῶν ὄντων καταφρονεῖν, [a] τὸ πάντα ἀπαρνήσασθαι τὰ βιωτικά· ἀλλ' οὐκ ἐᾶτε ὑμεῖς, οὐδὲ συγχωρεῖτε τοῦ θεοῦ τὸν νόμον ἰσχύειν. τί οὖν, ἂν τῆς ἑτέρων δέηται προστασίας, φησὶ, καὶ πολλὰ ἀνάξια ὑπομείνῃ; νῦν γὰρ οὐκ ἀνάξια ταῦτα τῆς παρθένου; οὐδὲν οὕτως ἀνάξιον τῆς παρθένου, ὡς τὸ πλουτεῖν, καὶ περιβεβλῆσθαι πραγμάτων πλῆθος. τί δὲ, εἰ καὶ ἕτερα πρὸς τούτοις κελεύει, οἷον, δανείζειν χρυσίον· εἶτα καλέσασα ἡμᾶς εἰς τὰ συναλλάγματα μὴ πείθοι, καὶ μὴ πείσασα ἑτέροις λάβῃ, ἡμεῖς ἐσόμεθα αἴτιοι; τί δὲ, εἰ καπηλείας ἄλλας τινὰς ἀνελευθέρους, καὶ ἀπρεπεῖς κατασκευάζει; εἶτα μὴ βουλομένων ἡμῶν συμπράττειν ἄλλων δεηθείη τινῶν, ἐγκαλεῖσθαι ἂν εἴημεν ἄξιοι; οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ ἐπαινεῖσθαι. τοὐναντίον γὰρ ἐχρῆν, ψόγου, καὶ κατηγορίας τὸ πρὸς τὰ τοιαῦτα συμβάλλεσθαι, καὶ συμπράττειν αὐταῖς. βούλει μὴ φέρεσθαι, μηδὲ ἄγεσθαι τὰ χρήματα ἐκείνης; παραίνεσον αὐτῇ καταθεῖναι αὐτὰ, ἔνθα μηδὲ ἀνδρὸς δεήσεται πρὸς φυλακὴν, καὶ ἀνάλωτα μένει διαπαντός· εἰ δὲ βούλοιτο πράγματα ἔχειν, τίνος ἕνεκεν παίζει ἐν οὐ παικτοῖς; τὸ γὰρ παρθένον οὖσαν τοιαῦτα πράττειν, παίζειν ἐστὶ παιδιὰν οὐχὶ τέρψιν, ἀλλὰ θάνατον ἔχουσαν. ὅταν γὰρ ὑπεύθυνον ἑαυτὴν καταστήσασα τῶν τοιούτων παλαισμάτων ἀνάξια πάντα πράττῃ τῆς τοιαύτης ὑποσχέσεως, μείζων ἡ κόλασις, χαλεπωτέρα ἡ τιμωρία. οὐκ ἤκουσας οἷον αὐτῇ νόμον ἔθηκεν ὁ Παῦλος, μᾶλλον δὲ ὁ Χριστὸς εἰπὼν δι' ἐκείνου, ὅτι μεμέρισται καὶ ἡ γυνὴ, καὶ ἡ παρθένος· καὶ ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου, ἵνα ᾖ ἁγία, καὶ σώματι, καὶ πνεύματι; ἀλλ' ὑμεῖς οὐκ ἐᾶτε πρὸς τὰς ἐπιθυμίας αὐτῶν πάσας, ἀνδραπόδων ἀργυρωνήτων εὐκολώτερον ὑπακούοντες. ναί φησι. τί οὖν εἰ ἐσχάτῃ πενίᾳ παλαίῃ; περὶ μὲν γὰρ τῶν εὐπόρων ταῦτα καλῶς εἴρηταί σοι· τὰς δὲ ἐν πτωχείᾳ, καὶ ἀμηχανίᾳ πολλῇ κειμένας, ποῖον ἔγκλημα ἀνορθοῦν; εἴθε μὲν οὖν μὴ κατεβάλλετε, μηδὲ ὠθεῖτε πρὸς τὰ τῆς ἀπωλείας βάραθρα, καὶ ἀγαπητὸν ἦν. καὶ γὰρ εἰ τῷ κελεύσαντι πενήτων προΐστασθαι πειθόμενος, ταῦτα ποιεῖς, ἔχεις ἀδελφοὺς μυρίους, ἐκεῖ τὴν καλὴν ταύτην ἐργασίαν [b] ἐπίδειξον, ἔνθα μηδὲν ὑφορώμεθα τῶν σκανδαλίσαι δυναμένων, ὡς ἐνταῦθά γε πάσης ὠμότητος καὶ ἀπανθρωπίας χείρων ἡ ἐλεημοσύνη. τί γὰρ ὄφελος, ὅταν τὸ μὲν σῶμα διατρέφῃς, τὴν δὲ ψυχὴν καταδύσῃς; ὅταν ἱμάτιον δῷς, τὴν δὲ ὑπόληψιν τῆς γυμνώσεως αἰσχροτέραν καταστήσῃς; ὅταν χρήσιμος ἐν τοῖς σωματικοῖς γινόμενος, πάντα λυμαίνῃ τὰ πνευματικά; ὅταν εὐημερίας αὐτῇ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἐκβάλλῃς τῶν οὐρανῶν; ποία δὲ ἐλεημοσύνη, ὅταν ἡ τοῦ θεοῦ ὑβρίζηται δόξα· ὅταν ὄνειδος ᾖ καὶ αἰσχύνη, καὶ σκώμματα, καὶ λοιδορίαι, καὶ τῆς ἐλεου-

A Domino, cum omnem vitam & omne studium in ejus negotiis expendas? Quomodo poterit virgo philosophari, cum te virum videat indigne ferre si ejus pecuniæ diripiantur? Quomodo poterit damnum contemtui habere, cum te videat omnia facientem & patientem, ut illius opes accumules? Non sic nos Deus a negotiis liberari vult, sed contemnere facultates, & omnibus quæ ad hanc vitam pertinent renunciare: at non sinitis vos, neque conceditis legem Dei valere. Quid ergo, si aliorum opus habeat patrocinio, inquit, & multa ferat indigna? An non indigna sunt B hæc virgine? Imo nihil tam indignum virgine, ut ditari & negotiorum turba obrui. Quid autem si & alia cum his jubeat, qualia sunt fœnerari aurum: deinde nobis vocatis ad commercia, id non persuaserit: & cum non persuaserit, alios adeat, nosne in causa erimus? Quid autem, si negotiationes aliquas alias illiberales & serviles instruat? Deinde si, cum nos cooperari noluerimus, aliis quibusdam opus habeat: dignine erimus qui redarguamur? Nullo modo, quin potius digni qui laudemur. Nam contra vituperio digni essemus si mutuas illis operas daremus. Vis non auferri C neque diripi opes illius? admone eam ut deponat, ubi neque viro opus habeat ad custodiam, & perpetuo integræ maneant: si autem voluerit negotia habere, quare ludit in non ludicris? Nam si virgo hæc agat, ludit ludum non jucundum, sed mortiferum. Quando enim obnoxiam his certaminibus se constituit, & omnia indigna sua pollicitatione facit: major pœna, gravior est parata vindicta. Num audisti qualem ipsi legem posuit Paulus, imo Christus qui per illum loquutus est, quod divisa est mulier, & virgo? *Et quæ innupta est, cogitat quæ sunt Domini, ut sit sancta & corpore, & spiritu?* 1. Cor. 7, 32. D Sed vos non sinitis, & omnia earum desideria auscultantes magis, quam emtitia, mancipia morigeri estis. Ita est, inquit. Quid igitur, si extrema inopia laboret? Nam de abundantibus hæc bene a te dicta sunt. Quæ autem in mendicitate & inopia multa neglectæ jacent, quid criminis est si erigantur. Utinam non dejecissetis & depulissetis eas in perditionis barathra, & id optabile esset. Enimvero si hoc facis obsequens ejus mandato, qui jussit pauperibus subsidio esse: habes multos fratres: ibi bonum hoc opus exhibe, ubi nihil E suspicor offendiculo futurum esse: at hic eleemosyna omni inhumanitate & crudelitate deterior est. Quæ enim utilitas, dum tu quidem corpus alis, animam autem deprimis? quando vestem das, suspicionem autem nuditate turpiorem facis? quando prodes in iis quæ sunt corporis, omnia autem spiritualia disperdis? quando ei prosperam rem facis in terra, ejicis autem e cælis? Qualis autem hæc eleemosyna, quando gloria Domini contemtui est, quando palam sunt opprobria & confusio, & convitia, & scommata, & ejus cujus misere-

[a] Savil. τῷ πάντων ἀπηρτίσθαι τῶν βιωτικῶν.

[b] Morel. ἐπιδεῖξαι, Savil. ἐπίδειξον.

ris, & aliorum multorum qui scandalizantur? Non a misericordia, sed ab inhumana & crudeli anima hæc proficiscuntur. Nam si ex misericordia & humanitate essent, hæc circa viros quoque exhibere oportebat.

7. At mulieres, inquis, majore opus habent patrocinio: viri autem a natura multa habent adjumenta. Quin & in viris multi sunt qui mulieribus infirmiores, & ob grandem senectam, & ob valetudinem, & ob mutilationem corporis, & ob morbos graves, aliasque id genus causas. Verumtamen quia maxime vobis curæ est mulierum genus, utpote infirmius, & ad eas valde misericordes & compatientes estis, neque hac in parte occasione destituemur: sed ostendemus vobis argumenta in quibus nihil vituperii, & mercedis est plurimum. Sunt enim & mulieres quædam senio confectæ, vel resectis manibus, vel captæ oculis, variisque aliis morbis invalidæ, & difficiliore morbis paupertate. Siquidem inopia, cum prorsus nihil habetur, corporis morbos affert. Ipsa autem paupertas a morbis quoque gravior fit, & intolerabilior. Has perquire & collige, imo in colligendis nullo opus erit labore, ita ante omnes jacent, paratæ omnibus qui porrigant manum. Si opes habes, in has expende: si validus es, has corporis ministerio adjuva, multa & hic negotia videbis quæ indigent corporali ministerio, & sumtu opum & circumcursitatione. Nam opus habent ut illis assignentur domicilia, præparentur medicamenta, & lectus & vestes emantur, & curentur cibi boni, aliaque multa, etiamsi solum decem essent, quæ ita ægrotant: nunc autem civitas nostra his tota impleta est, inveniesque mille & duo millia. Istæ sunt, quæ auxilio indigent: istæ desolatæ sunt, istæ humi jacent. Hæc est eleemosyna, hæc est humanitas, hoc in gloriam transit Dei, & in utilitatem eorum qui vident, & qui accipiunt, & qui faciunt. Etenim justius adjuvantur infirmiores, quam fortiores: & vetulæ quam juniores: & hæ quibus neque necessaria sunt, quam illæ quæ mediocria possident: & illæ quæ apud multos abominabiles, quam quas multi adamant: & illæ quæ contumeliis onerantur, quam eæ, quæ illatas avertere, & bonam sibi famam conciliare possunt. Ostende igitur quod propter Deum hoc facias, & illis opitulare. Quod si has neque per somnum videre vis, sed formosas & adolescentes obambulando venaris, & illiberalis hujus venationis causam quidem aliam habes non ferendam, prætexis autem aliam quæ in speciem honesta & accepta est, nempe tutelam, licet homines decipias, sed non item tribunal Dei, quod muneribus corrumpi nequit: nam ob aliam quidem causam hæc facis, & aliam prætexis. Dicitis quidem, quod propter Deum faciatis omnia, facitis autem opera quæ sunt inimicorum Dei. Siquidem efficere ut Dei nomen blasphemetur, & accusetur, id demum est inimicorum Dei. Ego vero &

A μένης αὐτῆς, καὶ ἑτέρων πολλῶν τῶν δι' ἐκείνης σκανδαλιζομένων; οὐκ ἀπὸ ἐλέου, ἀλλ' ἀπὸ ἀπανθρώπου ταῦτα γὰρ ψυχῆς, καὶ ἀπηνοῦς. εἰ γὰρ ἐξ ἐλέους, καὶ φιλανθρωπίας ἐγίνετο, περὶ τοὺς ἄνδρας ταῦτα ἐπιδείκνυσθαι ἐχρῆν.

Ἀλλ' αἱ γυναῖκες πλείονος δέονται προστασίας φησίν· οἱ δὲ ἄνδρες πολλὰς ἔχουσιν ἀπὸ τῆς φύσεως ἀφορμάς. καίτοι καὶ ἐν ἀνδράσι εἰσὶ πολλοὶ γυναικῶν ἀσθενέστερον διακείμενοι, καὶ διὰ γῆρας μακρὸν καὶ δι' ἀῤῥωστίαν, καὶ διὰ πήρωσιν σώματος, καὶ διὰ νόσους χαλεπὰς, καὶ δι' ἑτέρας τινὰς τοιαύτας προφάσεις. πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ μάλιστα τοῦ τῶν γυναικῶν κήδεσθε γένους, ἅτε ἀσθενεστέρου
B ὄντος, καὶ σφόδρα ἐλεήμονες, καὶ συμπαθεῖς ἐστε πρὸς ἐκείνας, οὐδὲ ἐν τῷ μέρει ταύτης ἀπορήσομεν τῆς προφάσεως· ἀλλὰ δείξομεν ὑποθέσεις ὑμῖν, αἳ καὶ κατηγορίας εἰσὶν ἀπηλλαγμέναι πάσης, καὶ πλείονα παρέξουσιν ὑμῖν τὸν μισθόν. εἰσὶ γὰρ γυναῖκες, αἱ μὲν ὑπὸ γήρως παραλελυμέναι, αἱ δὲ τὰς χεῖρας ἐκκεκομμέναι· αἱ δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς πεπηρωμέναι· αἱ δὲ ἄλλα πάθη ποικίλα καὶ παντοδαπὰ ἔχουσαι, καὶ τῶν παθῶν χαλεπωτέραν πενίαν. ἥτε γὰρ πενία, καὶ τὸ μηδὲν ὅλως ἔχειν, ἐπιτείνει τοῦ σώματος αὐταῖς τὰ νοσήματα. αὐτή τε γὰρ πάλιν ἡ πενία ὑπὸ τούτων χαλεπωτέρα γίνεται, καὶ ἀφορητοτέρα. ἐπὶ τὴν τούτων ἔξελθε θήραν, καὶ ταύτας συνάγαγε· μᾶλλον δὲ οὐδὲ πόνου σοι δεῖ πρὸς τὴν συλλο-
C γήν· οὕτω πρόκεινται πᾶσιν ἕτοιμοι τοῖς βουλομένοις ὀρέξαι χεῖρα. κἂν χρήματα ἔχῃς, εἰς ταύτας δαπάνησον. κἂν ἰσχυρὸς ᾖς, ἐνταῦθα τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ὑπηρεσίαν εἰσένεγκε· πολλὰ καὶ ἐνταῦθα πράγματα ὄψει, καὶ σωματικῆς δεόμενα ὑπηρεσίας, καὶ χρημάτων δαπάνης, καὶ περιδρομῆς. καὶ γὰρ οἰκήματα ποιῆσαι ταύταις ἔργον, καὶ φάρμακα κατασκευάσαι, καὶ κλίνην, καὶ ἱμάτια πρίασθαι, καὶ τροφὰς ἐπιτηδείους, καὶ τὰ ἄλλα ἅπαντα ἐπιμελεῖσθαι, κἂν δέκα ὦσι μόνον αἱ τὰ τοιαῦτα νοσοῦσαι· νυνὶ δὲ ἡ πόλις ἡμῶν τούτων ἐμπέπλησται, καὶ χιλίας, καὶ δὶς τοσαύτας εὑρήσεις. αὗται αἱ δεόμεναι προ-
D στασίας· αὗται, αἱ ἔρημοι· αὗται αἱ χαμαὶ κείμεναι. τοῦτο ἐλεημοσύνη· τοῦτο φιλανθρωπία· τοῦτο εἰς δόξαν διαβαίνει θεοῦ, καὶ τῶν τῶν ὁρώντων, καὶ τῶν τῶν πασχόντων, καὶ τῶν τῶν ποιούντων ὠφέλειαν κατασκευάζει. καὶ γὰρ τῶν ἰσχυρῶν αἱ ἀσθενέστεραι δικαιότερον ἂν βοηθοῖντο· καὶ τῶν νέων αἱ γεγηρακυῖαι, καὶ τῶν ὅλως μέτρια κεκτημένων, αἱ μήτε τῆς ἀναγκαίας εὐποροῦσαι τροφῆς· καὶ τῶν παρὰ πολλοῖς ἐπεράστων, αἱ βδελυκταὶ παρὰ τοῖς πολλοῖς, διὰ τὸ τῶν παθῶν δυσανάσχετον· καὶ τῶν ὕβριν περιτριβομένων, αἱ καὶ τὴν γενομένην ἀποτρέψαι δυνάμεναι, καὶ εὐφημίαν περιθεῖ-
E ναι· δεῖξον τοίνυν, ὅτι διὰ τὸν θεὸν ταῦτα ποιεῖς, καὶ τούτων ἐπιμελοῦ. ἂν δὲ ταύτας μηδὲ ὄναρ ἰδεῖν ἐθέλῃς, εὐπροσώπους δὲ καὶ νέας περιῄεις ἀγρεύων, καὶ τῆς ἀνελευθέρου ταύτης ἄγρας αἰτίαν μὲν ἑτέραν ἔχων οὐκ ἀνεκτήν· προβαλλόμενος δὲ ἑτέραν δοκοῦσαν εἶναι εὐπρόσωπον τὴν τῆς προστασίας· κἂν ἀνθρώπους παραλογίσῃ, ἀλλὰ τὸ ἀδέκαστον οὐκ ἀπατήσεις δικαστήριον, δι' ἑτέραν μὲν ταῦτα ποιῶν πρόφασιν, ἄλλην δὲ προβαλλόμενος. λέγετε μὲν γὰρ διὰ τὸν θεὸν ἅπαντα πράττειν, πράττετε δὲ ἃ τῶν ἐχθρῶν ἐστὶ τοῦ θεοῦ. τὸ γὰρ ποιεῖν τὸ ὄνομα αὐτοῦ βλασφημεῖσθαι, καὶ διαβάλλεσθαι, τῶν ἐχθρῶν ἐστὶ τοῦ θεοῦ. ἐγὼ δὲ καὶ

ἑτέραν [a] ὑποβολὴν ποιοῦμαι. θῶμεν γὰρ, ἀληθεύειν τοὺς ταῦτα λέγοντας, καὶ ἐπιθυμίας καθαρεύειν ἁπάσης, καὶ ἐξ ἑτέρου μὲν οὐδενὸς, ἀπὸ δὲ εὐλαβείας μόνης ταύτην ἀναδέχεσθαι τὴν προστασίαν· οὐδὲ γὰρ οὕτω κολάσεως αὐτὸν ἀπηλλαγμένον εὑρήσομεν. εἰ μὲν γὰρ ἠπόρει προφάσεων ἑτέρων, ἐν αἷς καὶ τὴν εὐλάβειαν ἐπιδείξασθαι ἔδει, καὶ χωρὶς τῶν σκανδαλιζομένων ψυχῶν τοῦτο ποιῆσαι, μάλιστα μὲν οὐδὲ οὕτω ταῦτα πραγματεύεσθαι ἔδει, ἔνθα μείζων ἡ ζημία τοῦ κέρδους· ποῦ γὰρ ἴσον, εἰπέ μοι, παρθένου μιᾶς ἢ δυοῖν περιϊσταμένων σωματικῶν ἕνεκεν πραγμάτων, ἄπειρα πλήθη σκανδαλίσαι κατὰ ψυχήν; πλὴν ἀλλ' οὐχ οὕτως ἡ κατηγορία χαλεπή· ὅταν δὲ μυρίας εὕρῃς ὁδοὺς καὶ κατηγορίας ἀπηλλαγμένας, καὶ σκανδάλων ἐλευθέρας, καὶ μείζονα ἐχούσας τὴν [b] ἐμπορίαν, τίνος ἕνεκεν σαυτῷ πράγματα πλέκεις εἰκῆ, καὶ μάτην, καὶ τὸ κέρδος ὑπορύττεις, καὶ ἐπισφαλῶς οἰκοδομεῖς, καὶ ἐπονειδίστως, παρὸν μετ' ἀσφαλείας, καὶ δόξης πολλῆς; οὐκ οἶσθα, ὅτι λαμπρὸν ἀποστίλβειν χρὴ πανταχοῦ τοῦ Χριστιανοῦ τὸν βίον, καὶ ὅτι τὴν δόξαν τις τὴν ἑαυτοῦ καταισχύνας, πανταχοῦ λοιπὸν ἄχρηστος ἔσται, καὶ οὐδὲν μέγα κερδᾶναι δυνήσεται, κἂν μεγάλα τύχοι κατορθῶν; ἂν γὰρ καὶ τὸ ἅλας μωρανθῇ, φησὶν, ἐν τίνι ἁλισθήσεται λοιπόν; ἅλας γὰρ ἡμᾶς εἶναι βούλεται, καὶ φῶς, καὶ ζύμην ὁ θεὸς, ὡς καὶ ἑτέρους δύνασθαι τῆς ἐξ ἡμῶν μεταλαμβάνειν ὠφελείας. εἰ γὰρ ἀλήπτως ζῶντες ἄνθρωποι, μόλις τοὺς ἠμελημένους ἐπιστρέψαι δύναιντ' ἂν, εἰ καὶ λαβὴν δοίημεν αὐτοῖς, πῶς οὐ πάντοθεν ὑπεύθυνοι τῆς ἀπωλείας ἐσόμεθα τῆς ἐκείνων; ὥσπερ γὰρ οὐκ ἔνι βίον ἔχοντα διεφθαρμένον σωθῆναί ποτε, οὕτως οὔτε δόξαν ἑαυτῷ περιθέντα πονηρὰν, δυνατὸν διαφυγεῖν τὴν κόλασιν. ἀλλ' εἰ δεῖ καὶ θαυμαστὸν εἰπεῖν τι, κἂν μεγάλα τις ἁμάρτῃ, λαθὼν δὲ ἐργάσηται τοῦτο, καὶ μηδένα σκανδαλίσῃ, ἐλάττονα δίδωσι δίκην τοῦ καταδεέστερα μὲν ἡμαρτηκότος, μετὰ παρρησίας δὲ, καὶ τοὺς πολλοὺς σκανδαλίσαντος.

Καὶ ἵνα μὴ θαυμάσῃς τὸ λεχθὲν, μηδὲ ὑπερβολὴν καταγνῷς τοῦ λόγου, τὴν ψῆφόν σοι ταύτην οἴσομεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὸν νόμον τοῦτον ἐκεῖθεν ἀναγνωσόμεθα· τὸν γὰρ μακάριον Μωϋσέα, καὶ πάντων ἀνθρώπων πρᾳότατον τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τοῦ θεοῦ φίλον, καὶ προφητῶν μείζονα· τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις δι' αἰνιγμάτων διελέχθη· τούτῳ δὲ ὡς ἂν εἰ φίλος πρὸς φίλον. τοῦτον τοίνυν καὶ τὸν τοιοῦτον, τὸν μυρία κατὰ τὴν ἔρημον ταλαιπωρήσαντα ἐν ἔτεσι τοσούτοις, τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύσαντα πολλάκις, παρά τε Αἰγυπτίοις ὑπὲρ Ἰουδαίων, παρά τε Ἰουδαίοις ὑπὲρ αὐτῶν πάλιν τῶν ἀγνωμόνων ἐκείνων, οὐδὲν ἕτερον ἐκώλυσε μετὰ τὰς πολλὰς ταλαιπωρίας ἐκείνας, καὶ τὰ μυρία κατορθώματα τῆς ἐπαγγελίας τυχεῖν, ἢ τὸ σκανδαλίσαι τοὺς συνόντας αὐτῷ ἐπὶ τοῦ ὕδατος. καὶ τοῦτο αἰνιττόμενος ὁ θεὸς ἔλεγεν· ὅτι οὐκ ἐπιστεύσατέ μοι ἁγιάσαι με ἐναντίον τῶν υἱῶν Ἰσραήλ· διὰ τοῦτο οὐκ εἰσάξετε τὴν συναγωγὴν ταύτην εἰς τὴν γῆν, ἣν ἔδωκα αὐτοῖς. καίτοι καὶ πρὸ τούτου τινὰ παρήκουσε· καὶ γὰρ ἀντεῖπε τῷ θεῷ, καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς πεμπόμενος εἰς Αἴγυπτον, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς ἐρήμου διηπίστησε λέγων·

[a] Savil. ὑπερβολήν. Morel. ὑποβολήν.

A aliud suppono quippiam: ponamus enim hoc vere dici, eumque omni concupiscentia purum esse, neque ex ulla alia re, quam ex sola pietate hanc curam suscipere: attamen neque sic ipsum a pœnis fore liberum inveniemus. Nam si deessent occasiones aliæ, in quibus etiam pietatem exhibere, idque facere, nullis animabus in eo impingentibus, posset: ne sic tamen hoc agere oporteret, ubi majus lucro damnum. Num enim par est, ut ob corporalia negotia unius aut duarum virginum infinita multitudo animarum jacturam faciat? Verumtamen neque sic gravis est accusatio: cum autem B innumeras invenias vias, & alienas ab accusatione, & liberas a scandalis, & quæ majorem habent quæstum: cujus rei gratia tibi ipsi nectis negotia frustra & incassum, & lucrum suffodis, & periculose exstruis, atque ignominiose, cum liceat sine damno & cum magna gloria? An nescis Christiani vitam usquequaque lucere debere, & eum qui suam gloriam fœdet, ubique postea inutilem fore, & nihil magnum lucrari posse, etiam si præclara facinora ediderit? Nam *si sal infatuatum fuerit*, inquit, *in quo salietur ultra?* Sal enim nos esse vult, & lumen & fermentum Deus, ut & C alii a nobis utilitatem accipiant. Quod si homines irreprehensibiliter viventes, vix convertere valent negligentes: quomodo si illis ansam dederimus, non undequaque perditionis illorum rei erimus? Nam sicut qui perversam agit vitam, numquam salvatur: ita neque qui seipsum ignominia aspergit, pœnam effugere poterit. Quod si etiam admirabile quiddam dicendum: etiam si graviter quis peccet, si clam hoc faciat, & neminem scandalizet, minorem dabit pœnam, quam qui levius peccavit, sed impudenter, & cum multorum scandalo. D

Matth. 5. 13.

Qui sine aliorum offendiculo peccat, minori pœnæ obnoxius est.

8. Et ne dictum admireris, neque plus justo dictum putes, tibi hanc e cælo sententiam afferemus, & hanc legem inde prolatam probabimus: nam beatum Mosem omnium, qui super terram, hominum mitissimum, Dei amicum, Prophetarum maximum, quandoquidem Deus aliis per ænigmata loquutus est, huic autem sicut amicus amico. Hunc igitur & talem qui multas miserias in deserto tulit tot annis, qui in extremis sæpe periculis fuit, & apud Ægyptios propter Judæos, & apud Judæos pro ipsis ingratis: tamen hunc talem & tan- E tum nihil aliud prohibuit post tot ærumnas multaque præclare gesta, promissione potiri, quam quod scandalo fuisset iis qui cum ipso erant apud aquam. Et hoc est quod insinuabat Deus dicendo: *Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filiis Israël, propter hoc non inducetis congregationem hanc in terram, quam dedi eis.* Quamvis autem antea in nonnullis minus obedisset: contradixit enim Deo semel ac iterum cum mitteretur in Ægyptum, & postea in deserto incredulus dicebat:

Num. 20. 12.

[b] Savil. εὐπορίαν, Morel. ἐμπορίαν.

Num. 11. 21. *Sexcenta millia sunt peditum, & tu dixisti, carnes dabo ipsis, & comedent mensem dierum: num oves & boves mactabuntur, vel omnia edulia maris congregabuntur & sufficient ipsis?* Et postea iterum difficilem se reddidit, & populi præfecturam detrectabat: attamen nihil aliud potuit ipsum propositis præmiis privare, quam illud solum quod apud aquam contigit, quod natura quidem minus aliis erat, sed quia cum damno aliorum fiebat, multo majus judicatum est. Illa enim privatim & occulte accidebant, hoc autem manifeste, & coram omni populo palam peccatum est. Propterea & reprehendens Deus, hoc insinuabat dicens: *Quia non sanctificastis me coram filiis Israël:* peccati eorum naturam detegens, & unde factum, quod veniam non mereatur, declarans. Si autem talem virum hoc fecit impingere, nos vermiculos & nullius pretii, quomodo non destruet & perdet? Nihil enim ita exacerbat Deum, ut quando nomen ejus blasphematur. Unde sursum ac deorsum apud Judæos hoc jactat, eos reprehendens, *Quia nomen meum prophanatur:* (Esai. 48. 11. & 52. 5.) & iterum, *Vos prophanatis ipsum:* (Mal. 1. 12.) &, *Propter vos nomen meum blasphematur in gentibus.* Et tanta ipsi fuit cura ne hoc eveniret; ut & indignos sæpe salvarit, ne hoc fieret. *Feci enim*, ait, *ne nomen meum prophanetur*, &, *non propter vos ego facio domus Israël, sed ut nomen meum non prophanetur.* (Ezech. 20. 9. & 36. 22.) Paulus vero anathema esse optabat pro gloria Dei: & ipse Moses quoque e libro vitæ deleri orabat pro gloria nominis Dei: vos autem non solum nihil pati vultis, ut hanc arceatis blasphemiam; sed etiam omnia facitis, per quæ illam augeatis, & quotidie intendatis. Quis igitur vos excusaret? quis vobis ignosceret? Nullus est. Tantam autem curam & Deus & sancti gerunt, ut non blasphemetur nomen ejus, non quod Deus opus habeat ut a nobis glorificetur: nullius enim indiget & perfectus est, sed quod ex ea re multum damni hominibus accidat. Quando enim apud ipsos male audit nomen Dei, & gloria ejus, nihil ipsis ultra prodest. Quod si Deus cum accusatur, nihil prodest: multo magis nos.

9. Omnia igitur faciamus, ut nulla sit occasio scandali, etiam si juste reprehendant, persuasionibus diluamus crimina, & imitemur sanctos, quibus tantum fuit studium gloriæ Dei, ut suam contemnerent propter Deum. Ne abjectis omnibus & conculcatis, sufficere arbitremur ad defensionem si dixerimus: Vestem emimus virgini, & calceos, & alia quæ ad corporale virginis commodum attinent, bene disposuimus. Quis, ait, administraret ea quæ domi nostræ? quis possessionibus prospiceret? quis præesset domui nobis absentibus, & cum intus non sit mulier? nam & hæc dicunt prioribus contraria, & turpiora. Et nihil curant ista, neque erubescunt, sicuti

A ἑξακόσιαι χιλιάδες εἰσὶ πεζῶν, καὶ σὺ εἶπας, κρέα δώσω αὐτοῖς, καὶ φάγονται μῆνα ἡμερῶν· μὴ πρόβατα, καὶ βόες σφαγήσονται, ἢ πᾶν τὸ ὄψον τῆς θαλάσσης συναχθήσεται, καὶ ἀρκέσει αὐτοῖς; καὶ μετὰ ταῦτα δὲ πάλιν ἀπεδυσπέτησε, καὶ τοῦ δήμου τὴν προστασίαν παρῃτήσατο. ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων ἴσχυσεν αὐτὸν ἀποστερῆσαι τῶν ἄθλων τῶν προκειμένων, ἀλλ' ἢ τὸ ἐπὶ τοῦ ὕδατος συμβὰν μόνον, τῇ μὲν γὰρ φύσει, ἐκεῖνο ἔλαττον ἦν, τὸ δὲ μετὰ τῆς ἑτέρων γίνεσθαι βλάβης, πολλῷ μεῖζον ἐγένετο. ἐκεῖνα μὲν γὰρ ἰδίᾳ καὶ λανθανόντως συνέβη· τοῦτο δὲ φανερῶς καὶ ἐπὶ τοῦ δήμου παντὸς φανερῶς ἡμαρτάνετο. διὰ B τοῦτο καὶ ἐγκαλῶν ὁ θεὸς τοῦτο ἠνίξατο εἰπὼν, ὅτι οὐχ ἡγιάσατέ με ἐναντίον τῶν υἱῶν Ἰσραήλ· τῆς ἁμαρτίας τὴν φύσιν ἐκκαλύπτων αὐτῶν, καὶ ὅθεν γέγονεν ἀσύγγνωστος, παραδηλῶν. εἰ δὲ τηλικοῦτον ἄνδρα τοῦτο προσκροῦσαι ἐποίησεν, ἡμᾶς τοὺς σκώληκας, καὶ μηδαμινοὺς, πῶς οὐ καταλύσει τοῦτο, καὶ ἀπολεῖ; οὐδὲν γὰρ οὕτω παροξύνει τὸν θεὸν, ὡς ὅταν τὸ ὄνομα αὐτοῦ βλασφημῆται. καὶ τοῖς Ἰουδαίοις δὲ τοῦτο ἄνω καὶ κάτω διετέλεσεν ἐγκαλῶν, ὅτι τὸ ὄνομά μου βεβηλοῦται· καὶ πάλιν, ὑμεῖς βεβηλοῦτε αὐτό· καὶ δι' ὑμᾶς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι· καὶ τοσαύτη αὐτῷ τοῦ μὴ συμβαίνειν τοῦτο γέγονε πρόνοια, C ὡς καὶ ἀναξίους σῶσαι πολλάκις, ἵνα μὴ τοῦτο γένηται. ἐποίησα γὰρ, φησὶν, ἵνα μὴ τὸ ὄνομά μου βεβηλωθῇ· καὶ οὐ δι' ὑμᾶς ἐγὼ ποιῶ, οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλ' ἵνα μὴ τὸ ὄνομά μου [a] βεβηλωθῇ. καὶ ὁ Παῦλος δὲ ἀνάθεμα εἶναι ηὔξατο ὑπὲρ τῆς τοῦ θεοῦ δόξης· καὶ αὐτὸς ὁ Μωϋσῆς ἐξαλειφθῆναι τῆς βίβλου παρεκάλεσεν ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ ὀνόματος τοῦ θεοῦ· ὑμεῖς δὲ οὐ μόνον οὐδὲν αἱρεῖσθε παθεῖν, ὥστε καὶ ταύτην ἀποκρούσασθαι τὴν βλασφημίαν, ἀλλὰ πάντα πράττετε, δι' ὧν αὔξετε αὐτὴν, καὶ ἐπιτείνετε D καθ' ἑκάστην ἡμέραν. τίς οὖν ὑμᾶς παραιτήσεται; τίς δὲ συγγνώσεται; οὐκ ἔστιν οὐδείς. τοσαύτην δὲ πρόνοιαν καὶ ὁ θεὸς ποιεῖται καὶ οἱ ἅγιοι, τοῦ μὴ βλασφημεῖσθαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, οὐχ ὡς τοῦ θεοῦ δεομένου τῆς δόξης, τῆς παρ' ἡμῶν· ἀνενδεὴς γάρ ἐστι, καὶ τέλειος· ἀλλ' ὡς πολλῆς ἀπὸ τοῦ πράγματος τοῖς ἀνθρώποις γινομένης τῆς βλάβης· ὅταν γὰρ πρὸς αὐτοὺς διαβληθῇ τὸ τοῦ θεοῦ ὄνομα, καὶ ἡ δόξα, οὐδὲν αὐτοὺς ὠφελεῖ λοιπόν. εἰ δὲ ὁ θεὸς διαβαλλόμενος οὐδὲν ὠφελεῖ, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς.

Πάντα οὖν πράττωμεν, ὥστε μηδεμίαν γίνεσθαι πρόφασιν σκανδάλου· ἀλλὰ εἰ καὶ ἀδίκως ἐγκαλῶσι, πείθωμεν, E καὶ διαλύωμεν τὰ ἐγκλήματα, καὶ μιμώμεθα τοὺς ἁγίους, οἳ τοσαύτην ἐποιοῦντο σπουδὴν τῆς τοῦ θεοῦ δόξης, ὥστε καταφρονεῖν καὶ τῆς ἑαυτῶν διὰ τὴν τοῦ θεοῦ. μηδὲ πάντα ῥίψαντες ἁπλῶς, καὶ καταπατήσαντες, ἀρκεῖν ἡγησώμεθα πρὸς ἀπολογίαν ἡμῖν, ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἱμάτιον ἐπριάμεθα τῇ παρθένῳ, καὶ ὑποδήματα, καὶ τὰ ἄλλα, τὰ κατὰ τὴν σωματικὴν ἀνάπαυσιν εὖ διεθήκαμεν. καὶ τίς οἰκονομήσει, φησὶ, τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν ἡμῖν; τίς δὲ ἐπόψεται τὰ ὄντα; τίς δὲ προστήσεται ἡμῶν ἔξω διατριβόντων, καὶ γυναικὸς ἔνδον οὐκ οὔσης; καὶ γὰρ καὶ ταῦτα λέγουσιν, ἐναντία τε ὄντα τοῖς προτέροις, καὶ αἰσχρότερα· καὶ οὐδενὸς αὐτοῖς μέλει τούτων, οὐδὲ αἰσχύνονται, κα-

[a] Savil. βλασφημηθῇ.

θάπερ οἱ μεθύοντες τὸ ἐπελθὸν ἅπαν φθεγγόμενοι· δεῖ μηδὲ ἡμεῖς ἀποκάμωμεν, κἂν τοιαῦτα ᾖ τὰ λεγόμενα, ὡς μηδὲ ἀποκρίσεως ἀξιοῦσθαί τινος· μὴ ἀποκάμωμεν οὖν καὶ ἀποκρινόμενοι, καὶ πράως αὐτοῖς διαλεγόμενοι, ἕως ἂν τῆς μέθης ἀπαλλάξωμεν ταύτης, τό γε εἰς ἡμᾶς ἧκον. αἰσχύνομαι γὰρ καὶ ἐρυθριῶ ταῦτα ἐπιχειρῶν ἀνατρέπειν, ἃ ἀντιλέγειν οὐκ ἐρυθριῶσιν ἐκεῖνοι. οἰστέον δὲ ὅμως τὴν αἰσχύνην διὰ τὸ λυσιτελοῦν τοῖς οὐκ αἰσχυνομένοις· καὶ γὰρ ἄτοπον, ἐγκαλοῦντας αὐτοῖς τῶν σκανδαλιζομένων ἀδελφῶν ὑπεροψίαν, αὐτοὺς δι' αἰσχύνην τὴν τούτων ὑπερορᾷν θεραπείαν. τίνα γὰρ λέγουσι τὰ ἔνδον, εἰπέ μοι, ὧν εἰς τὴν προστασίαν τῆς παρθένου τὴν χρείαν ἀναγκαίαν εἶναι νομίζουσι; παιδισκῶν [a] σοι πλήθη βαρβάρων ἐστὶ, καὶ νεωνήτων; καὶ δεῖ ταύτας ῥυθμίζεσθαι καὶ πρὸς ἐριουργίαν, καὶ πρὸς τὴν ἄλλην διακονίαν. ἀλλὰ ταμεῖα χρημάτων πολλῶν, καὶ ἱματίων πολυτελῶν, καὶ δεῖ φύλακα ἔνδον καθῆσθαι διαπαντὸς, καὶ τῇ τῶν οἰκετῶν κακουργίᾳ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπιτειχίζεσθαι τῆς παρθένου, ἀλλὰ δεῖπνα, καὶ συμπόσια συνεχῶς ἐπιτελεῖσθαι, καὶ χρὴ τὴν οἰκίαν καλλωπίζεσθαι, καὶ μαγείρους, καὶ τραπεζοποιοὺς τῆς προνοίας ἀπολαύειν τῆς παρθένου; ἀλλὰ πολύτροποι δαπάναι, καὶ συνεχεῖς, καὶ δεῖ τινα ἐφεστάναι διαπαντὸς, ὅπως τὰ μὲν φυλάττοιτο μετ' ἀκριβείας, τὰ δὲ μὴ μάτην ἐκρέῃ τῆς οἰκίας; οὐδὲν τούτων φησίν. ἀλλ' ὅπως αὐτῇ τὸ κιβώτιον, καὶ τὸ ἱμάτιον, καὶ τὴν ἄλλην ἐπιβλέπῃ πενίαν, ὅπως εὐτρεπίζοι τὴν τράπεζαν, καὶ τὴν εὐνὴν στρωννύοι, καὶ πῦρ ἀνακαίῃ, καὶ περιπλύνῃ πόδας, καὶ τὴν ἄλλην ἀνάπαυσιν παρέχῃ πᾶσαν. εἶτα ἀντὶ τῆς μικρᾶς καὶ ψυχρᾶς ἀναπαύσεως ταύτης τοσαύτην οἴσομεν κατηγορίαν, τοσαῦτα ὑποστησόμεθα ὀνείδη; καὶ πόσῳ βέλτιον ἀδελφὸς ταῦτα διακονήσεται, καὶ εὐκολώτερον; τῇ τε γὰρ φύσει ἰσχυρότερος γυναικὸς ὁ ἀνήρ· τῇ τε χρείᾳ οἰκειότερος ἡμῖν, καὶ οὐχ οὕτως δαπανηρός. ἡ μὲν γὰρ γυνὴ ἅτε ἁπαλωτέρα οὖσα, καὶ στρωμνῆς μαλακωτέρας δεῖται, καὶ λεπτοτέρας ἐσθῆτος, καὶ κόρης ἴσως πάλιν διακονησομένης αὐτῇ, καὶ οὐ τοσαύτην ἡμῖν παρέχει διακονίαν, ὅσης αὐτὴ δεῖται παρ' ἡμῶν, ὁ δὲ ἀδελφὸς καὶ πάντων τούτων ἀπήλλακται· εἰ δέ τινος καὶ δεηθείη, τῶν αὐτῶν ἡμῖν δεήσεται· τοῦτο δὲ οὐ μικρὸν εἰς εὐκολίαν ἐστὶ, τὸ μὴ διαφόρων ἀλλὰ τῶν αὐτῶν ἐν χρείᾳ καθεστάναι τοὺς συνοικοῦντας, ὅπερ ἐπὶ τῆς παρθένου οὐκ ἔνι. πρῶτον μὲν γὰρ ἄν τε λούσασθαι δέῃ, ἄν τε κάμνῃ τὸ σῶμα, οὔτε ὁ ἀδελφὸς αὐτῇ πρὸς ταῦτα διακονήσεται, κἂν σφόδρα ἔληται ἀσχημονεῖν, οὔτε αὐτὴ ἑαυτῇ ἀρκέσαι δυνήσεται. ἂν δὲ ἀδελφοὶ οἱ συνοικοῦντες ὦσιν, ἀντιδώσουσιν ἀλλήλοις τὴν ὑπηρεσίαν ταύτην· πάλιν, ὅταν καθεύδειν δέῃ, παρθένου μὲν ἔνδον καθημένης, καὶ κλίνας εἶναι δύο χρὴ, καὶ στρώματα διπλᾶ, καὶ ἐπιβλήματα· εἰ δὲ εὖ φρονῶσι, καὶ οἰκήματα. ἀδελφῶν δὲ ὄντων, πάλιν τὰ τῆς χρείας συστέλλεται, ἅτε οἰκειοτέρας οὔσης. καὶ γὰρ οἶκος εἷς, καὶ προσκεφάλαιον ἓν, καὶ κλίνη μία, καὶ ἐπιβλήματα ἀμφοτέροις ἀρκέσει τὰ αὐτά· καὶ ἁπλῶς, εἴ τις ἅπασαν ἐπεξίοι τὴν διακονίαν, ἐνταῦθα μὲν πολλὴν τὴν εὐκολίαν εὑρήσει, ἐκεῖ δὲ τὴν δυσκολίαν. καὶ παρίημι

A ebrii, omne quod in buccam venit loquentes: quapropter neque nos defatigabimur, etiamsi talia sint quæ ab iis dicuntur, ut nullum responsum mereantur. Non gravabimur, inquam, & respondere, & mansuete cum eis agere, donec ab hac ebrietate illos liberemus, quantum scilicet in nobis erit. Me pudet enim & erubesco, cum hæc evertere tento, quæ contradicentes illi opponere non erubescunt: ferenda tamen omnino erubescentia ad utilitatem eorum qui erubescere nesciunt. Etenim absurdum fuerit, dum redarguimus eos qui pro nihilo habent, quod fratribus offendiculo sint, pu- B doris causa illorum curam abjicere. Dic enim mihi, quænam illa dicunt domi ad curam virginis tam necessaria esse? Barbararum-ne puellarum tibi examina sunt, & nuper emta, quæ oportet erudire & ad lanificium & ad alia ministeria? At penuaria adsunt opum & vestium, & oportet custodem intus semper sedere, & a famulorum malitia virginis oculos ea tutare, cœnam quoque & convivia continue apparare, & oportet domum ornari, & coquos & mensæ ministros cura regi virginis? Sunt ne item multi varii sumtus & frequentes, & oportet aliquem semper esse præfectum, ut custodiantur cum dili- C gentia, ut ne illa a domo sine utilitate elabantur? Nihil horum ait; sed ut ipsi arcam & vestem, & aliam curet facultatulam, bene paret mensam, bene sternat lectum, & accendat ignem, & abluat pedes, & aliud solatium omne præbeat. Deinde pro parva & frigida commoditate hac tantam feremus accusationem, tanta sustinebimus opprobria? Et quanto melius frater & facilius administraret? Natura enim fortior est muliere vir, usu autem nobis accommodatior, & non tam sumtuosus. Mulier quippe, utpote tenerior, & molliore indiget lectulo, & tenuiore vestitu, & fortassis puella alte- D ra, quæ ei ministret: & non tantum nobis ministerium præbebit, quanto ipsi opus erit a nobis: frater autem his omnibus non eget. Quod si aliquo eget, eodem & nos indigemus, quod non parvæ commoditatis est, si contubernales non variis, sed iisdem utantur: id quod certe in virgine non est. Primum sane sive lavari velit, sive corpore ægra sit, neque frater ipsi ad hæc ministrabit, tametsi valde impudens sit, neque ipsa sibi sufficiens erit. Si autem fratres sunt qui cohabitant, vicissim ministrare poterunt. E Item quando dormire opus fuerit, virgine quidem intus sedente, & lectos duos esse oportet, & strata duo, & lodices duos: si autem sapiant, & domicilia duo. At si fratres sint, iterum re familiari tanta non est opus. Etenim domus una, cervical unum, & lectus unus, & eadem tegmina utrisque sufficiunt: & in summa, si quis omne percurrat ministerium, hic multam inveniet facilitatem, ibi autem difficultatem. Taceo

[a] Savil. σοι χρεία βαρβάρων. Infra idem, ἀλλὰ ταμεῖα καὶ χρημάτων | | πολλῶν.

domus turpitudinem. Quale enim est, si in domum viri solitarii itur, videre calceos muliebres suspensos, & cingula, & mitras, calathiscos & colum, & radium textorium & pectines, & fusa, & alia quæ particulatim omnia numerare non licet? Si autem quæ divitis sunt scruteris, major est risus materia. Primum quidem in puellarum tanta turba solus versatur, quasi choraules in orchestra, qui in choro mulierum saltantium concinit: quo quid turpius & inhonestius? Deinde disrumpitur tota die famulis succensens ob res quæ ad mulierem spectant. Nam ei necessarium est aut omnino silere, & omnia negligentem ab illa increpari, vel dicentem & increpantem turpiter agere: & vide quid contingat. Nam qui jussus est ne prope quidem ad temporalia negotia accedere, non solum temporalia, sed muliebria ipsissima tractat. Etenim vasa muliebria afferre non detrectabit argentariis, subinde rogans num speculum dominæ præparatum sit, num cadum absolverint, num lecythum reddiderint: nam in eam corruptionem venerunt omnia, ut pluribus vasis, quam sæculares, multæ utantur virgines. Hinc iterum ad unguentarium currit colloquuturus de aromatibus dominæ: sæpe etiam præ nimio studio nec detrectabit si & pauper injuria fit afficiendus. Utuntur autem virgines unguentis, & variis, & preciosis. Deinde ab unguentario ad vendentem lintea: & ab illo iterum ad aulæorum textorem. Non enim verentur imperare hæc parva, quia vident eos valde obedientes, & gratiam habentes imperantibus majorem, quam aliis ministrantibus. Hinc iterum si quando aliquid apparandum quod ad gestatorium tabernaculum hoc pertineat, usque ad vesperam impransi perseverant officinis affixi. Et illud non est mirandum, sed quod & miseris famulis sint molesti, & frequenti injuria & inclamatione hos urgeant. Cogita quantæ hinc querimoniæ: minister enim injuria affectus, maxime pro talibus rebus, quia eum qui se injuria affecit non alio modo ulcisci potest, lingua hoc facit, & occulta obtrectatione: nec parcit alicui eorum, quibus furori suo satisfaciat, sed tam immodice ulciscitur, quantum verisimile est servum ita exprobratum, & cui sola hæc est consolatio e malis suis adversus eum qui se contristavit. At qui pauperi, inquit, cohabitat, cum argentariis negotia non habet: non enim paupertas sinit assidere officinis unguentariis, & cum sutoribus, & textoribus, & variegatoribus & tinctoribus multum conversari: & quid opus recensere sordes omnes, ut quando in domum intrant, quo subtegmen ac tramam vendant, & deinde in foro, ut talia iterum requirant? Et hæc quidem domi, in foro autem risu digniora ferunt.

10. In Ecclesia vero dici non potest quan-

A τῆς ἀσχημοσύνης τῆς οἰκίας· οὐ γάρ ἐστιν ἀνελθόντα εἰς ἀνδρὸς μονάζοντος οἰκίαν ὁρᾷν ὑποδήματα γυναικεῖα κρεμάμενα, καὶ διαζώματα, καὶ κεφαλόδεσμα, καὶ καλαθίσκους, καὶ ἠλακάτην, καὶ κερκίδα, καὶ κτένας, καὶ ἱστοπόδην, καὶ τὰ ἄλλα, ἅπερ οὐκ ἔνι κατὰ μέρος λέγειν ἅπαντα. εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τῆς εὐπόρου ταῦτα ἐξετάζεις, πλείων ὁ γέλως. πρῶτον μὲν γὰρ ἐν ἀγέλῃ θεραπαινίδων τοσούτων μόνος στρέφεται μέσος, καθάπερ ἐπὶ τῆς ὀρχήστρας ἐν τῷ χορῷ τῶν γυναικῶν ὁ τοῖς ὑπορχουμένοις ὑπᾴδων χορευτής· οὗ τί γένοιτ' ἂν αἰσχρότερον, καὶ ἀτιμότερον; ἔπειτα διαρρήγνυται ὅλην τὴν ἡμέραν πρὸς οἰκέτας ἀγανακτῶν, ὑπὲρ
B τῶν γυναικὶ προσηκόντων πραγμάτων. ἢ γὰρ ἀνάγκη σιγᾷν, καὶ πάντων παραμελοῦντα παρ' ἐκείνης ἐπιτιμᾶσθαι, ἢ λέγοντα, καὶ ἐπιπλήττοντα ἀσχημονεῖν· καὶ ὅρα τὸ συμβαῖνον. ὁ γὰρ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων μηδὲ ἐγγὺς γίνεσθαι κελευσθεὶς, οὐχ ἁπλῶς βιωτικῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν γυναικείων ἐνδοτέρω γέγονε· καὶ γὰρ καὶ σκεύη γυναικεῖα ἐκδοῦναι οὐ παραιτήσονται, ἀλλ' ἐφιστήκονται τοῖς ἀργυροκόποις συνεχῶς ἐρωτῶντες, εἰ τὸ κάτοπτρον κατεσκεύασται τῆς κυρίας, εἰ τὸν κάδον ἀπήρτισαν, εἰ τὸ ληκύθιον ἀπέδωκαν· καὶ γὰρ εἰς τοῦτο πάντα ἥκει διαφθορᾶς, ὡς τῶν βιωτικωτέρων μᾶλλον τὰς πολλὰς τῶν παρθένων τούτοις κεχρῆσθαι τοῖς σκεύεσιν. ἐκεῖθεν πάλιν
C πρὸς τὸν μυρεψὸν ἔδραμεν ὑπὲρ τῶν τῆς κυρίας διαλεξόμενος ἀρωμάτων· πολλάκις δὲ ὑπὸ πλείονος σπουδῆς καὶ ὑβρίσαι τὸν πένητα οὐ παραιτήσεται. καὶ γὰρ καὶ μύροις χρῶνται αἱ παρθένοι ποικίλοις τε καὶ πολυτελέσιν. εἶτα ἀπὸ τοῦ μυρεψοῦ πρὸς τὸν τὰς ὀθόνας πωλοῦντα, καὶ ἀπ' ἐκείνου πάλιν πρὸς τὸν σκηνοποιόν. οὐδὲ γὰρ τὰ μικρὰ ταῦτα αἰσχύνονται ἐπιτάττειν, ἐπειδὴ σφόδρα ὁρῶσιν αὐτοὺς ὑπακούοντας, καὶ χάριν ἔχοντας ἐπιταξάσαις ταύταις, ἢ ἑτέροις διακονουμένοις· ἐντεῦθεν πάλιν, ὅταν ἐπισκευάσαι τι δέῃ τῆς φορειοφορήτης σκη-
D νῆς, καὶ μέχρις ἑσπέρας αὐτῆς ἄσιτοι διατελοῦσι, τοῖς ἐργαστηρίοις προσηλωμένοι. καὶ οὐ τοῦτό πως θαυμαστὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ τοῖς ταλαιπώροις οἰκέταις εἰσὶν ἐπαχθεῖς, καὶ πολλὴ κατ' αὐτῶν ὕβρις, καὶ ἀγανάκτησις καὶ κραυγή. ἐννόησον δὲ ὅσαι ἐκ τούτων αἱ κατηγορίαι· οἰκέτης γὰρ ὑβρισθεὶς, καὶ μάλιστα ὑπὲρ τοιούτων πραγμάτων, ἐπειδὴ μηδενὶ ἑτέρῳ τὸν ὑβρικότα ἀμύνασθαι ἔχει, διὰ τῆς γλώττης τοῦτο ποιεῖ, καὶ τῆς λαθραίας κακηγορίας, οὐδενὸς φειδόμενος τῶν ἐμπλῆσαι δυναμένων αὐτοῦ τὸν θυμὸν, ἀλλὰ μετὰ τοσαύτης ὑπερβολῆς τῇ ἀμύνῃ κέχρηται ταύτῃ, μεθ' ὅσης εἰκὸς οἰκέτην ὄντα, καὶ τοιαῦτα
E ὑβρισμένον, καὶ ταύτην ἔχοντα μόνον παραμυθίαν τῶν οἰκείων κακῶν κατὰ τοῦ λελυπηκότος. ὁ δὲ τῇ πενιχρᾷ συζῶν ἀργυροκόποις μὲν οὐ διαλέξεται· οὐ γὰρ ἀφίησιν ἡ πενία· οὐδὲ προσεδρεύσει μυρεψοῖς, ὑποδηματοῤῥάφοις δὲ καὶ ὑφάνταις, καὶ ποικιλταῖς, καὶ βαφεῦσιν ἐνοχλεῖ πολλάκις· καὶ τί δεῖ πάντα καταλέγειν τῆς ἀσχημοσύνης· οἷον, ὅταν εἰς οἰκήματα εἰσίωσι, στήμονα καὶ κρόκην πωλοῦντες, ὅταν εἰς τὴν ἀγορὰν προΐωσιν αὐτὰ ταῦτα πάλιν ζητοῦντες; καὶ ταῦτα μὲν ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἐν δὲ τῇ ἀγορᾷ καὶ τούτων πολὺ καταγελαστότερα ὑπομένουσιν.

Ἐπὶ δὲ τῆς ἐκκλησίας, οὐδὲ εἰπεῖν ἔστι τὴν αἰσχύ-

τὴν· ὥσπερ γὰρ δέον μηδένα τόπον ἀγνοεῖν αὐτῶν τὴν ὕβριν, καὶ τὴν ἀνελεύθερον ταύτην δουλείαν, οὕτω καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ τῷδε καὶ φρικωδεστάτῳ χωρίῳ, πᾶσιν αὐτῶν τὴν ἀκρασίαν ἀνακηρύττουσι. καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι καὶ καλλωπίζονται, ἐφ' οἷς ἐπαισχύνεσθαι ἔδει· ἀπό τε γὰρ τῶν θυρῶν αὐτὰς ἔξωθεν δεχόμενοι, καὶ ἀντὶ τῶν εὐνούχων γινόμενοι, βαδίζουσι, καὶ προηγούμενοι μέγα φρονοῦσιν, ὁρώντων ἁπάντων, καὶ οὐ καταδύονται, ἀλλὰ καὶ ἐπαγάλλονται. καὶ ἐν αὐτῷ δὲ τῷ τῶν φρικωδεστάτων μυστηρίων καιρῷ, πολλὰ πρὸς τὴν ἐκείνων ἀρέσκειαν διακονοῦνται, πολλοῖς τῶν ὁρώντων λαβὰς παρέχοντες. αἱ δὲ ἄθλιαι, καὶ ταλαίπωροι, δέον ἀπείργειν αὐτοὺς τῆς τοιαύτης χάριτος, καὶ ἐναβρύνονται, καὶ μέγα φρονοῦσι. καίτοι τίς ἂν ἢ ταύταις, ἢ ἐκείνοις εἴγε ἤθελέ τινα ἀρὰν ἐπαρᾶσθαι, ταύτης ἂν εὗρε χαλεπωτέραν, ἢ ὥστε μυρίους μάρτυρας ἔχειν τῆς ἀκολασίας αὐτῶν, καὶ ἐν τοῖς ἁπάντων ὀφθαλμοῖς ἀσχημονεῖν. τί δεῖ λέγειν ὅσα ἐν αὐταῖς ταῖς ἐκκλησίαις ἀνατρέπεται διὰ τὴν τούτων χάριν, ὅσα τῶν τοῦ θεοῦ πραγμάτων ἀμελεῖται παρὰ πολλῶν, ὥστε μὴ παροξυνθῆναι ταύτας; καὶ τί λέγω, μὴ παροξυνθῆναι; μόνον εἴ τις αὐτῶν σκυθρωπὸν εἰς αὐτὰς ἴδῃ, καὶ ἀηδές, πάντα αἱροῦνται ὑπομένειν, ἢ τοῦτο παθοῦσαν ἐκείνην περιιδεῖν. ἀλλὰ μέχρι τίνος καὶ ἡμεῖς ἀσχημονοῦμεν τὰ ἐκείνων διηγούμενοι πάντα; οὐ γὰρ δὴ τοῦτο προειλόμεθα, ἐπεὶ πολλῶν ἂν καὶ μακρῶν ἡμῖν ἐδέησε λόγων πάντα διεξιοῦσι, μᾶλλον δὲ πάντα μὲν οὐδὲ βουλομένοις δυνατὸν εἰπεῖν· ὀλίγα δὲ ἐκ πολλῶν συνθέντας, καὶ οὕτως ἱκανὸν ἦν ἐργάσασθαι τὸ μῆκος· ἀλλ' οὐκ εἰς τοῦτο ἥκομεν, ἀλλὰ καὶ τούτων ἄκοντες ἐμνημονεύσαμεν, ὥστε μικρὸν ἐπιστύψαι τοὺς νοῦν ἔχοντας τῶν ἀκροωμένων· λοιπὸν δὲ παρακαλεῖν χρή, καὶ ἱκετεύειν. δέομαι δὴ καὶ ἀντιβολῶ, καὶ τῶν γονάτων προκυλινδοῦμαι τῶν ὑμετέρων, καὶ πᾶσαν ἱκετηρίαν τίθημι, πείσθητε, καὶ ἀνενέγκωμεν ἀπὸ ταύτης τῆς μέθης, καὶ ἑαυτῶν γενώμεθα, καὶ τὴν τιμὴν ἐπιγνῶμεν, ἣν δέδωκεν ὁ θεὸς ἡμῖν. καὶ τοῦ Παύλου βοῶντος ἀκούσωμεν· μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων, καὶ παυσώμεθα γυναιξὶ δουλεύοντες, ἐπὶ τῷ κοινῷ πάντων ἡμῶν ὀλέθρῳ. στρατιώτας ἡμᾶς ὁ Χριστὸς εἶναι βούλεται γενναίους, καὶ ἀθλητάς· οὐ διὰ τοῦτο ἡμᾶς ὥπλισεν ἐν τοῖς ὅπλοις τοῖς πνευματικοῖς, ἵνα κορῶν τριωβολιμαίων ἀναδεξώμεθα ὑπηρεσίαν, ἵνα περὶ ἔρια καὶ ἱστοὺς, καὶ τὰς τοιαύτας στρεφώμεθα διακονίας· ἵνα νηθούσαις, καὶ ὑφαινούσαις παρακαθώμεθα γυναιξίν· ἵνα διατελῶμεν πᾶσαν ἡμέραν. καὶ ἤθη καὶ ῥήματα γυναικεῖα εἰς τὴν ἑαυτῶν ἐναποματτόμενοι ψυχήν· ἀλλ' ἵνα βάλλωμεν τὰς ἀοράτους δυνάμεις, τὰς ἀντικειμένας ἡμῖν· ἵνα πλήττωμεν τὸν στρατηγοῦντα αὐταῖς διάβολον· ἵνα ἐλαύνωμεν τὰς ἀγρίας τῶν δαιμόνων φάλαγγας· ἵνα κατασκάπτωμεν αὐτῶν τὰ ὀχυρώματα, ἵνα τὰς ἐξουσίας τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους δήσαντες αἰχμαλώτους ἀγάγωμεν· ἵνα τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας φυγαδεύσωμεν· ἵνα πῦρ πνέωμεν· ἵνα πρὸς καθημερινοὺς θανάτους ἕτοιμοι ὦμεν, καὶ παρεσκευασμένοι. διὰ τοῦτο ἐνέδυσεν ἡμᾶς τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης· διὰ τοῦτο ἔζωσε τῇ ζώνῃ τῆς ἀληθείας· διὰ τοῦτο περιέθηκε τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου· διὰ τοῦτο ὑπέδησε τοὺς πόδας ἡμῶν

A ta sit turpitudo. Nam quasi oporteat, ut locus nullus illorum opprobrium ignoret, & illiberalem servitutem: sic in loco hoc sancto, & terribili, omnibus suam intemperantiam prædicant: & quod utique gravius ea re gloriantur, ob quam erubescere oportebat. Ante fores ipsas excipiunt, eunuchorum loco inserviunt, obvios submovent, ac præeuntes altum sapiunt videntibus omnibus, & non verecundantur, sed ea re gloriantur: atque in ipso sancto & horrendo mysteriorum tempore, ministrantes ad earum placitum, criminandi occasiones multis intuentibus præbent. Illæ autem
B miseræ & calamitosæ, cum oporteret ab hac illos gratia prohibere, illa insuper gloriantur, & confidentiores fiunt. Quamquam si quis vel iis, vel illis maledicere vellet, quid maledicto hoc inveniret atrocius, quam ut tam innumeris testibus intemperantia eorum arguatur, & in oculis omnium fœde agant? Quid opus est dicere quot in Ecclesiis ob illarum gratiam subvertantur, quot divina opera a multis negligantur, ut ne has irritent? Et quid dico ne irritent? si quis tantum insuavius & tristius eas aspexerit, omnia malunt ferre, quam dissimulare illam hoc passam esse.
C Sed quousque tandem & nos fœde agimus, illorum omnia enarrantes? Non utique hoc proposuimus: nam si omnia tractare velimus, multa & longa nobis oratione opus esset: imo si maxime vellem, non possent omnia dici: quandoquidem dum ex multis pauca colligimus, etiam sic prolixi sumus. Sed non ad hoc venimus, verum inviti ad illorum memoriam rapti sumus, ut cordati auditores parumper admonerentur: quod reliquum est operæprecium videtur, ut obsecrationem & precationem adhibeamus. Oro igitur & supplico, & ante genua vestra me provolvo, atque obnixe rogo, persua-
D deamini, & ab hac emergamus ebrietate: simus nostri ipsorum compotes, & agnoscamus honorem, quem dedit nobis Deus: Et Paulum clamantem audiamus: *Ne sitis servi hominum*: & desinamus, ut serviamus mulieribus ad communem omnium nostrorum perniciem. Milites nos esse Christus vult strenuos & athletas. Non propter hoc nos armavit armis spiritualibus, ut puellarum triobolarium ministeria suscipiamus, ut circa lanas & stamina, & alia ministeria versemur, ut assideamus mulierculis nentibus & texentibus, ut totum diem consumamus, verbisque & moribus muliebribus
E animas imbuamus: sed ut configamus invisibiles virtutes, quæ nobis adversantur: ut diabolum percutiamus, qui contra nos ducem agit, ut abigamus feroces dæmonum phalanges, ut subvertamus eorum propugnacula, ut potestates & mundi dominos, rectores harum tenebrarum in servitutem ducamus, ut spiritualia malitiæ fugemus, ut ignem spiremus, ut ad quotidianas mortes parati simus. Propter hoc induit nos thorace justitiæ, propter hoc cinxit nos zona veritatis, propter hoc imposuit galeam salutis, propter hoc pedes nostros calceavit

1. Cor. 7. 23.

præparatione Evangelii pacis, & tradidit gladium spiritus, propter hoc ignem accendit in nostris animabus. Si igitur militem aliquem postquam induerit galeam, ocreas, thoracem, postquam acceperit gladium, lanceam, scutum, tela, sagittas, pharetram, tuba jam clarum sonante, & omnes evocante, hostibus magno impetu sævientibus, & civitatem a fundamentis evertere molientibus, videres non in agmen foras currere, sed in domum ingredi, & mulieri assidere cum armis: an non, si modo liceret, gladio medium transfoderes, ne sermone quidem eum dignatus? At si tu tanta ira impletus es, quomodo putas Deum in multo turpioribus erga nos affici? Tanto enim turpiora & absurdiora sunt hæc quam illa, quanto & gravius bellum, & hostes truculentiores, & præmia, pro quibus bellatur, majora, & in summa, omnia tantum transcendunt, quantum umbram veritas. Itaque ne effeminemus robur nostrum, ne succidamus nervos nostros istis conversationibus. Etenim multam & immensam animabus nostris instillant malitiam. Quid enim, etiam si non sentiamus amore ebrii? Istuc enim ipsum omnium est longe gravissimum, quod nesciamus quomodo enervemur, ceraque omni molliores reddamur. Nam sicut si quis leonem superbum & torve intuentem arripiat, & jubas abradat, dentes excutiat, ungues amputet, turpemque faciat & ridiculum, & terribilem illum & intolerabilem, & rugitu solo omnia concutientem, facile a puero superabilem reddat: ita & illæ quos capiunt omnes, superatu faciles reddunt diabolo, molliores, concitatiores, impudentes, inconsiderantes, iracundos, audaces, importunos, humiles, abjectos, crudeles, illiberales, temerarios, nugaces, & in summa, omnino corruptos mulierum mores in animam illorum immittunt & inferunt.

11. Etenim fieri non potest mulieri cohabitantem cum tanto affectu, & illarum conversationibus emollitum, non esse circulatorem, & forensem, & sordidum. Nam si quid loquitur, de staminibus & lanis loquitur, linguâ ejus muliebri loquacitate infectâ: & si quid facit, hoc magna servilitate operatur, & seipsum procul a Christiana libertate sejungit: ad nihil eximium, aut præclarum utilis. Nam cum ad sæculares & civiles res hominum inutilis sit & nullius frugis, multo magis ad magnitudinem rerum spiritualium, quæ tanto generosiores viros requirunt, ut ne attingi quidem possint, nisi ab iis qui ad eas transituri Angeli ex hominibus fiant: non ipsi autem solum tanto malo afficiuntur, sed & illis morum pessimorum auctores fiunt. Nam quemadmodum illi qui istis valde placere volunt, officii sui rationem negligunt, ita ipsæ propter illos a via sibi convenienti aberrant, malam & perniciosam invicem exhibentes retributionem. Etenim se ornant

A τῇ ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, καὶ τὴν μάχαιραν ἐνεχείρισε τοῦ πνεύματος· διὰ τοῦτο πῦρ ἀφῆκεν εἰς τὰς ἡμετέρας ψυχάς. εἴ τινα οὖν, εἰπέ μοι, τῶν στρατιωτῶν μετὰ τὸ περιθέσθαι τὸ κράνος, τὰς κνημῖδας, τὸν θώρακα, μετὰ τὸ λαβεῖν τὸ ξίφος, τὸ δόρυ, τὴν ἀσπίδα, τὰ τόξα, τὰ βέλη, τὴν φαρέτραν, τῆς σάλπιγγος λαμπρὸν ἠχούσης, καὶ πάντας ἔξω καλούσης, τῶν τε πολεμίων σφοδρῶς πνεόντων, καὶ τὴν πόλιν ἐκ βάθρων ἀνασπάσαι παρεσκευασμένων, εἶδες οὐκ ἐπὶ τὴν παράταξιν ἔξω τρέχοντα, ἀλλ' εἰς οἰκίαν εἰσιόντα, καὶ γυναικὶ παρακαθήμενον μετὰ τῶν ὅπλων ἐκείνων· ἆρ' οὐκ ἂν εἴγε ἐξῆν μέσον τὸ ξίφος
B διήλασας, μηδὲ λόγου μεταδούς; εἰ δὲ σὺ τοσαύτης ἂν ἐπλήσθης ὀργῆς· πῶς οἴει τὸν θεὸν ἐπὶ τοῖς πολὺ τούτων ἀτοπωτέροις διακεῖσθαι; τοσούτῳ γὰρ αἰσχρότερα ταῦτα ἐκείνων, καὶ ἀτοπώτερα, ὅσῳ καὶ ὁ πόλεμος χαλεπώτερος, καὶ οἱ πολέμιοι σφοδρότεροι, καὶ τὰ ἔπαθλα, περὶ ὧν ὁ πόλεμος, μείζω, καὶ πάντα ἁπλῶς τοσοῦτον ἐξήλλακται, ὅσον ἀληθείας καὶ σκιᾶς τὸ μέσον. μὴ δὴ καταμαλάττωμεν ἡμῶν τὴν ἰσχύν· μηδὲ ἐκκόπτωμεν τὰ νεῦρα ταῖς ὁμιλίαις ταύταις. καὶ γὰρ ἄφατος, καὶ πολλὴ ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐντεῦθεν εἰσρεῖ κακία. τί γὰρ εἰ καὶ μὴ αἰσθανώμεθα τῇ φιλίᾳ μεθύοντες; τοῦτο γὰρ αὐτὸ πάντων ἐστὶ
C δεινότατον, ὅτι οὐδὲ ἴσμεν ὅπως ἐκνευριζόμεθα, καὶ κηροῦ παντὸς γινόμεθα μαλακώτεροι. καθάπερ γάρ τις λέοντα γαῦρον, καὶ βλοσυρὸν λαβών, εἶτα ἀποκείρας μὲν τὴν κόμην, ἀνελὼν δὲ τοὺς ὀδόντας, καὶ περιελὼν τοὺς ὄνυχας, αἰσχρὸν ποιεῖ, καὶ καταγέλαστον, καὶ παιδίοις εὐκαταγώνιστον, τὸν φοβερὸν, καὶ ἀφόρητον, καὶ ἀπὸ μόνου τοῦ βρυχήματος πάντα σείοντα· οὕτω δὴ καὶ αὗται, πάντας ὅσους ἂν λάβωσιν, εὐχειρώτους τῷ διαβόλῳ ποιοῦσι, μαλακωτέρους, θερμοτέρους, ἀναισχύντους, ἀνοήτους, ἀκροχόλους, θρασεῖς, ἀκαίρους, ταπεινοὺς, ἀγεννεῖς, ἀπηνεῖς,
D δουλοπρεπεῖς, ἀνελευθέρους, ἰταμοὺς, φλυάρους, καὶ ἁπλῶς, πάντα τὰ γυναικεῖα ἤθη τὰ διεφθαρμένα φέρουσαι, εἰς τὰς τούτων ἐναπομάττονται ψυχάς.

3. Sed forte lamentorum satis, satis, inquam, ut scriptura libellusque ferre potest: alioquin ad condignam animæ tot malis oppressæ deplorationem neque omne tempus nobis sufficeret. Quid enim quis deploraret primum? an quod venerabile & sanctum, & magnum nomen Dei per vos blasphematur in gentibus, & ipsius gloria prophanatur? an quod tam venerabilis & magna res in invidiam adducitur? an quod multæ animæ per vos tot scandalis perduntur? an quod sana pars chori vestræ gloriæ macula fœdatur? an quod inexstinguibilem C & vobis, & cohabitantibus vobis accenditis ignem? Et quomodo necessarium est, ut hæc fiant, inquit, cum possimus ostendere corpus nostrum non corruptum, neque vitiatum? Verum hæc demonstratio, non nunc, sed in die illo erit manifesta. Obstetricis enim ars & sapientia hoc solum potest videre, an congressum viri corpus tulerit: an vero tactum inhonestum, & adulterium ex osculis & corruptionum amplexibus effugerit; dies illa tunc declarabit, quando vivus Dei sermo, qui occulta hominis in medium adducit, & præsens nunc his quæ clam fiunt, omnia nuda & aperta ante omnium oculos ponet: tunc sciemus D bene an ab his sit purum, & undequaque incorruptum corpus tuum. Atqui de his non tam exacte loquemur, neque contendemus: sed ponatur, superatis omnibus retibus, esse corpus undequaque purum, ab omnique damno liberum, & maneat virgo quæ virgo: quid hoc ad ea quæ dicta sunt a nobis? Etenim hoc omnium gravissimum est, & plurimis dignum lacrymis, quod tantum undequaque sustinuerit laborem, diligenter observarit corpus, & omnem laborem evacuaverit, & sudorem ef- E fuderit, propter blasphemiam in Christum, cumque pepercerit carni, non pepercit gloriæ Dei, sed ut intactum ipsi maneret corpus, omnia fecit: ut autem ille non afficeretur contumelia, nec dehonestaretur apud multos, ne ullam quidem curam habuit. Utinam non omnia fecisset, nec operam dedisset, ut gloria Dei infamaretur. Et quomodo hoc facio, inquit? quia viros tecum in domo inclusos semper tibi assidentes habes. Nam si viros habere cohabitatores concupiscis, non oportebat virginitatem elige-

[c] Morel. διαβάλλεται, Savil. διαβάλλετε.

re, sed ad nuptias transeundum erat: multo enim melius sic nupsisse, quam illo modo virginem profiteri fuisset. Nam illas nuptias neque Deus condemnat, neque homines reprehendunt. Honesta enim res est, neminem offendens, neminem lædens: virginitas autem illa cum viris plus ab omnibus arguitur, quam fornicatio ipsa. Namque suum perdit ordinem, & in profundius, quam sit fornicationis, barathrum ejecta est. Non enim aliquis feret cum virginibus numerari eam, quæ non curat quæ sunt Domini, & multos reddit adulteros; neque cum nuptis. Illa enim curam habet, quomodo placeat viro uni: tu autem ut innumeris, & iis qui non lege conjugii noti, sed alio quodam modo ab omnibus condemnato & rejecto: unde vereor ne ab utroque loco excidens, in mulierum inhonestarum ordinem redacta videaris. Etenim ab appellatione ipsa si quis rem dijudicare velit, ipsi contradicere nihil possimus. Nam si quando in forum se conferant, vel alias sermo domi de ipsis sit apud eos, qui disputant de absurda hujusmodi copulatione, significare volentes illam, hujus vocant, non matrem, neque enim illum peperit; neque sororem, non enim ex eodem utero prognata est; neque conjugem, non enim lege conjugii cohabitant; neque alio quopiam cognationis nomine, quod concessum vel lege permissum sit; sed turpi quodam ac ridiculo. Non enim ego quidem tulerim ipsum nominare, sic exosam habeo & aversor hanc appellationem, & præponitur mihi etiam contubernii cognomen. Sed non peperisti, nulli tolerati partus dolores: & quid hac defensione fœdius? quid item miserius quam quod ab iis vult apparere virgo, ad quæ & multæ fornicatrices mulieres confugere possunt? Sed illæ, inquit, aliunde arguuntur quod libidini vacent. Unde aliunde dic mihi? a vestitu, a visu, a gressu, ab amatoribus quos capiunt? Bene quidem nobis depinxisti scorti characterem: sed vide ne his conjecturis & argumentis, antequam illas, teipsam capias. Etenim & tu tibi ipsi tales sæpe præparas amatores, atque per eadem retia. Quod si non vocas in domicilium prætereuntes, at habes intra conclusos semper, quod multo gravius, ob nihil quidem aliud, quam ut absurdam voluptatem impleas, & illius & tuam, non congressum inquam. Sed quid inde lucri, quandoquidem mutuis aspectibus istud ipsum contingit? alioqui si hoc non est, neque adulterium istud committitis, quare ipsum habes domi? Quam caussam justam & rationabilem nobis dices? Nupta enim nuptias dicet; scortum, libidinem; tu autem virgo qualem nobis caussam narrabis dignam quæ proferatur, & justam?

Nuptiæ præferendæ virginitati male custoditæ.

4. At cur curiose inquiris, inquit, cum non simul dormiant, neque nobiscum congrediantur, ut illis mulieribus illi? imo hoc potissimum plerique affirmant. Verum quid hoc dicit contra suum caput? an vero

A ἑλέσθαι, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸν γάμον ἐλθεῖν· πολλῷ γὰρ βέλτιον γαμεῖν ἐκείνως, ἢ παρθενεύειν οὕτως. τὸν μὲν γὰρ τοιοῦτον γάμον οὔτε ὁ θεὸς καταδικάζει, οὔτε ἄνθρωποι διαβάλλουσι. τίμιον γάρ ἐστι τὸ πρᾶγμα, οὐδένα ἀδικοῦν, οὐδὲ πλῆττον· ἡ δὲ παρθενία αὕτη, ἡ μετὰ ἀνδρῶν, πορνείας χαλεπώτερον παρὰ πᾶσι διαβέβληται· καὶ τὴν οἰκείαν ἀπολέσασα τάξιν, κάτω που καὶ παρ᾽ αὐτὸ τὸ πορνείας ἐξεκυλίσθη τὸ βάραθρον. οὔτε γὰρ μετὰ τῶν παρθένων ἀνάσχοιτό τις ἂν ἀριθμῆσαι τὴν μὴ τὰ τοῦ κυρίου μεριμνῶσαν, ἀλλὰ μυρίους ἐργαζομένην μοιχούς, οὔτε μετὰ τῶν γεγαμημένων. ἐκείνη μὲν γὰρ φροντίζει, ὅπως ἀρέσει ἑνὶ ἀνδρί· σὺ B δὲ μυρίοις, καὶ τούτοις οὐ νόμῳ γάμου γνωρίμοις, ἀλλ᾽ ἑτέρῳ τινὶ τρόπῳ διαβεβλημένῳ, καὶ κατεγνωσμένῳ παρὰ πάντων. ὅθεν δέδοικα μὴ τῆς χώρας ἑκατέρας ἐκβληθεῖσα, μετὰ τῶν ἠτιμωμένων γυναικῶν φανῇς τεταγμένη. καὶ γὰρ καὶ ἀπὸ τῆς προσηγορίας αὐτῆς, εἴ τις ταῦτα ψηφίσασθαι βούλοιτο, οὐδὲ ἐνταῦθα πάλιν ἀντειπεῖν δυνησόμεθα. ὅταν γὰρ ἢ εἰς ἀγορὰν ἐμβάλωσιν, ἢ λόγος τις οἴκοι περὶ αὐτῶν γίνηται, οἱ διαλεγόμενοι περὶ τῆς ἀτόπου συζυγίας ταύτης δηλῶσαι βουλόμενοι τὴν τοῦ δεῖνος, οὐ τὴν μητέρα καλοῦσιν· οὐδὲ γὰρ αὐτὸν ἔτεκεν, οὐδὲ τὴν ἀδελφήν, οὐδὲ γὰρ τὰς αὐτὰς ἔλυσεν ὠδῖνας, οὐδὲ τὴν γαμετήν, οὐδὲ γὰρ C νόμῳ γάμου συνῴκησεν· οὐδὲ ἄλλο τι συγγενείας ὄνομα τῶν συγκεχωρημένων, καὶ κατὰ νόμον κειμένων, ἀλλὰ τὸ αἰσχρόν, καὶ καταγέλαστον. οὐδὲ γὰρ ἂν ἔγωγε ἀνεχοίμην αὐτὸ εἰπεῖν· οὕτω μισῶ καὶ τὴν προσηγορίαν αὐτήν, καὶ ἀποστρέφομαι, καὶ προΐσταταί μοι καὶ ἡ ἐπωνυμία τῆς συνοικήσεως. ἀλλ᾽ οὐκ ἔτεκες, οὐδὲ ὠδίνησας· καὶ τί ταύτης τῆς ἀπολογίας αἰσχρότερον; τί δὲ ἀθλιώτερον, ὅταν ἀπὸ τούτων βούληται φαίνεσθαι παρθένος ἡ παρθένος, εἰς ἃ καὶ τῶν πορνευομένων πολλαὶ γυναῖκες ἔχουσι καταφυγεῖν; ἀλλ᾽ ἐκεῖναι ἑτέρωθεν ἐλέγχονται, φησίν, ἀσελγαίνουσαι· πόθεν ἑτέρωθεν, εἰπέ μοι; ἀπὸ τοῦ σχήματος; ἀπὸ τοῦ βλέμματος; ἀπὸ τοῦ βαδίσματος; ἀπὸ D τῶν ἐραστῶν τῶν ἁλισκομένων ταύταις; καλῶς μὲν ἡμῖν ὑπέγραψας τὸν χαρακτῆρα τῆς πόρνης γυναικός· ἀλλ᾽ ὅρα, μὴ σαυτὴν πρὸ ἐκείνης ἕλῃς τούτοις τοῖς τεκμηρίοις, καὶ τοῖς ἐλέγχοις. καὶ γὰρ σὺ τοιούτους σαυτῇ πολλοὺς κατασκευάζεις ἐραστάς, καὶ διὰ τῶν αὐτῶν δικτύων. εἰ δὲ μὴ ἵστασαι ἐπὶ τοῦ οἰκήματος καλοῦσα τοὺς παριόντας, ἀλλ᾽ ἔχεις ἔνδον συγκεκλεισμένους διαπαντός, πολὺ χαλεπώτερον, δι᾽ ἕτερον μὲν οὐδέν, ἵνα δὲ ἡδονὴν πληρώσῃς ἄτοπον τὴν ἐκείνου, καὶ τὴν σαυτῆς, οὐ τὴν διὰ τῆς μίξεως λέγω. ἀλλὰ τί τὸ κέρδος, ὅταν καὶ ἡ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν συνουσία τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐργάζηται· ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτό ἐστι, μηδὲ ταύτην E μοιχεύετε τὴν μοιχείαν, τίνος ἕνεκεν αὐτὸν ἔχεις οἴκοι; ποίαν αἰτίαν δικαίαν καὶ εὔλογον ἡμῖν ἐρεῖς; ἡ μὲν γὰρ γεγαμημένη, [a] τὸν γάμον ἐρεῖ, ἡ δὲ πορνευομένη, τὴν ἀσέλγειαν· σὺ δὲ ἡ παρθένος ποίαν ἡμῖν προβαλεῖς πρόφασιν εὐπρόσωπον, καὶ δικαίαν.

Τί γὰρ τοῦτο περιεργάζῃ, φησίν, ὅταν μὴ συγκαθεύδωσι, μηδὲ συγγίνωνται ἡμῖν οἱ συνοικοῦντες, καθάπερ ἐκείναις ἐκεῖνοι; μάλιστα μὲν καὶ τοῦτο πολλοὶ λέγουσι. καὶ τί τοῦτό φησι, κατὰ τῆς ἑαυτῆς κεφαλῆς; εἰ μὲν κατὰ

[a] Savil. τὸν γάμον ἐρῶ, perperam.

τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς μόνον, ὕστερον τοῦτο ζητήσομεν. καὶ ἤδη μὲν γὰρ σαφῶς ἀποδέδεικται, ἡνίκα τοῖς ἀνδράσι διελεγόμεθα, ὅτι οὐχ οἱ κακῶς λέγοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ τὰς αἰτίας παρέχοντες εἰκῆ, τῆς ἐπὶ τῇ κατηγορίᾳ κειμένης εἰσὶν ὑπεύθυνοι τιμωρίας· πλὴν ἀλλὰ τοῦτο μὲν καὶ αὖθις ἀποδείξομεν πάλιν· τέως δὲ ἄν σε ἐρώμαι τῆς ὁμοσκηνίας τὴν πρόφασιν ταύτης, τίνα ἂν ἔχοις εἰπεῖν; ἀσθενής εἰμι, φησὶ, καὶ γυνὴ, καὶ οὐχ ἱκανὴ μόνη τῇ χρείᾳ ἀρκέσαι τῇ ἐμαυτῆς· καὶ μὴν, ὅτε τοῖς συνοικοῦσιν ὑμῖν ἐγκαλοῦμεν, τἀναντία λεγόντων ἠκούομεν, ὅτι διὰ τὴν αὐτῶν διακονίαν ὑμᾶς κατέχουσι. πῶς οὖν αἱ καὶ τοὺς ἄνδρας ἀναπαῦσαι δυνάμεναι ἐκ περιουσίας, ἑαυταῖς γυναιξὶν οὔσαις οὐ δυνήσεσθε βοηθεῖν, ἀλλ' ἑτέρων δεήσεσθε; καθάπερ γὰρ ἀνδρὶ ἀνήρ, οὕτω καὶ γυναικὶ γυνὴ ῥᾷον καὶ εὐκολώτερον συνοικήσειεν ἄν. ὅταν δὲ καὶ ἀνδράσιν ἐπιτηδειότεραι πρὸς ὑπηρεσίαν γίνεσθε, πολλῷ μᾶλλον ὑμῖν αὐταῖς. ποῦ γὰρ, εἰπέ μοι, χρήσιμος, καὶ ἀναγκαία γένοιτ' ἂν ἡ τοῦ ἀνδρὸς κοινωνία; ποίαν δὲ σοι ὑμῖν παρέξει λειτουργίαν, ἣν γυναῖκα οὐ δυνατὸν γυναικὶ παρασχεῖν; ἱστὸν ὑφᾶναι μετὰ σοῦ, καὶ νῆσαι κρόκην, καὶ στήμονα, σοῦ τῆς γυναικὸς δυνήσεται μᾶλλον; καὶ μὴν τοὐναντίον ἐστίν· ὁ μὲν γὰρ οὐδ' ἂν ἐθέλῃ μεταχειρίσασθαί τι τούτων, οὐδ' ἂν εἴσεται, πλὴν εἰ μὴ νῦν καὶ τοῦτο αὐτοὺς ἐδιδάξατε· ἀλλὰ τῆς γυναικὸς μόνης τὸ ἔργον ἐστίν. ἀλλ' ἱμάτιον πλῦναι, καὶ πῦρ ἀνακαῦσαι, καὶ χύτραν ἑψεῖν, καὶ μὴν ταῦτα οὐκ ἔλαττον, ἀλλὰ καὶ βέλτιον ἀνδρὸς γυνὴ μεταχειρίζεσθαι δύναται. ποῦ οὖν σοι χρήσιμος ὁ ἀνήρ, εἰπέ μοι; ὅταν ἀποδόσθαι τι δέῃ, καὶ πρίασθαι πάντως; ἀλλ' οὐδὲ ἐνταῦθα ἔλαττον ἔχει τοῦ ἀνδρὸς ἡ γυνή· καὶ μαρτυρήσειεν ἂν ἡ ἀγορά· καὶ πάντες δὲ, ὅσοι ἱμάτια ὠνεῖσθαι βούλονται, παρὰ γυναικῶν τὰ πλείω τούτων ὠνούμενοι· εἰ δὲ αἰσχρὸν παρθένον ἐπ' ἀγορᾶς ἑστάναι ἐπὶ συναλλάγμασι τοιούτοις, ὥσπερ οὖν καὶ αἰσχρόν, πόσῳ μᾶλλον μὲν τὸ συνοικεῖν ἀνδράσιν αἰσχρότερον; πλὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο τὸ ἔλαττον ἐκείνου διαφυγεῖν δυνατόν, ἢ γὰρ κόρῃ τῇ διακονουμένῃ, ἢ γραϊδίοις τοῖς πρὸς ταῦτα ἐπιτηδείοις τὸ πᾶν ἐπιτρέψαιμι ἄν· ὅθεν δῆλον, ὅτι πρόφασις ταῦτα, καὶ σκῆψις εἰσι καὶ προκαλύμματα ἀσθενείας. ποίας προκαλύμματα ἀσθενείας; φησίν. εἰ γὰρ ἐπεθύμουν ἀνδρὸς, καὶ γάμου, καὶ τῆς τοιαύτης διαγωγῆς, τίς ὁ κωλύων ἦν; [a] οὐκ ἐφικτὸν μετὰ παρρησίας τοῦτο ἐργάσασθαι, καὶ μήτε προσκροῦσαι θεῷ, μήτε παρὰ ἀνθρώπων κατηγορεῖσθαι, καὶ διαβάλλεσθαι; καὶ γὰρ καὶ ἐγὼ τοῦτό φημι· καὶ οὐ σὰ μᾶλλον, ἢ ἐμὰ ταῦτά ἐστι τὰ ῥήματα. ἢ γὰρ ἀνάγκη εἰπεῖν, ποῦ σοι τἀνδρὸς ἡ χρεία γένοιτ' ἂν ἀναγκαία, ἢ τοῦτο δεῖξαι μὴ δυναμένην, ἐκπέμπειν τὸν συνοικοῦντα κακῶς· ἑτέρως γάρ σε ἀπαλλαγῆναι τῆς ὕβρεως ταύτης οὐκ ἔνι· ταῦτα γὰρ, ἅπερ ἔφης, οὐχὶ σὰ μᾶλλον, ἢ τῶν ὑπὲρ τῆς σῆς ἀσχημοσύνης ἀλγούντων ἐστίν. ἔδει μὲν οὖν, εἰ καὶ μυριάκις χρήσιμος ἦν ἡ διακονία τἀνδρός, μὴ δ' οὕτως αὐτὴν μετὰ τοσαύτης προσίεσθαι τῆς λοιδορίας· ὅταν γὰρ ἡ τοῦ θεοῦ ὑβρίζηται δόξα, μηδεμία οὕτως ἔστω πρόφασις ἀναγκαία, ὡς πεῖσαι τοσοῦτον κακὸν παριδεῖν. καὶ γὰρ εἰ μυριάκις ἀποθανεῖν τῆς ἡμέρας ὑπὲρ τοῦ μὴ γενέσθαι τοῦτο προσήκει, μετὰ πολλῆς ἔδει

[a] Savil. οὐκ ἐφεῖτο.

A contra suum tantum caput dictum hoc sit, postea inquiremus. Et jam quidem manifeste demonstratum est, cum de viris diceremus, quod non solum qui maledicunt, sed & qui occasiones temere præbent in causa quæ agitur, rei sunt supplicii: verumtamen hoc ipsum denuo demonstrabimus. Jam autem si te rogavero causam hujus contubernii, num aliquam dicere potes? Infirma sum, inquit, mulier, neque sola valeo meo usui sufficere. Enimvero cum hæc cohabitatoribus vestris objicimus, ab eis contraria audimus, nempe quod propter suum ministerium vos teneant. Quomodo B igitur quæ ex abundanti viris etiam solatio esse potestis, vobis mulieribus subsidio esse non potestis, sed aliis indigetis? Nam sicut vir viro, ita mulier mulieri commodius & rectius utique cohabitarit. Quando autem & viris ad ministerium commodiores estis, multo magis vobis ipsis. Ad quid enim, quæso, necessaria & utilis viri societas? aut quale ille mulieri exhibebit ministerium, quod non possit mulieri mulier? Num telam tecum texere vel tramam nere cum stamine ille magis poterit quam mulier? An non contra se res habet? Ille enim etiamsi C vellet, non utique sciret, nisi forte nunc id ipsos docueritis: quippe mulieris solius hoc opus est. Sed vestem lavare, ignem accendere, & ollam fervefacere, etiam hæc non minus, sed melius quam vir, mulier efficere potest. Quomodo igitur utilis vir, dic quæso? An quando vendere aut emere oportet? sed neque hic mulier valet minus quam vir, & testabitur utique forum, & omnes quotquot vestimenta emere volunt, a mulieribus plerumque emunt. Quod si turpe virginibus in foro stare in commerciis, sicut & turpe est: quanto magis cohabitare viro, turpius? verumtamen & hoc minus quam illud effugere potest. Nam D hæc vel puellæ quæ ministrat, vel vetulis quæ ad hæc idoneæ sunt, rectius commiserim: unde palam est hæc prætextus & effugia esse ac tegumenta infirmitatis. Qualis infirmitatis velamenta? inquit. Nam si concupiscerem virum & nuptias, & id genus vitæ, quis prohiberet? Annon adesset libertas ut hoc facerem, quo neque offenderetur Deus, neque ipsa ab hominibus redarguerer? Etenim & ego hoc dico, & non tam tua quam mea sunt verba. At necesse dicere, E ubi tibi viri usus tantopere necessarius, vel cum monstrare non possis, ejiciatur is, qui male cohabitat: nam ab hac contumelia absolvi aliter non potes. Hæc enim quæ dicebas, non tua magis sunt, quam eorum qui turpitudinem tuam dolent. Oportebat quidem, tametsi plurimum utile esset, viri ministerium cum tanto convitio non admittere. Nam quando Dei gloria dedecore afficitur, nullus tam necessarius esse poterit prætextus, ut persuadeatur contemni tantum malum. Quinetiam si millies in die sit moriendum, ne hoc fiat, cum multa vo-

luptate hoc sustinere oportebat, multo minus quietis vel mundani usus gratia, negligendum erat malum. Audi igitur quomodo idipsum timuit Paulus, & tremuit, & quam vehementer. *Bonum* enim *mihi est mori*, ait, *quam gloriam meam ut quis evacuet.* Sane ille, ut ne evacuaret suam gloriam, mori elegit: nos autem ut scandala tollamus, neque parvum commodum contemnimus? & quomodo poterimus umquam salvari, cum non sit par, neque accedat prope, laude privari, & in crimen incidere? Ille enim etsi hoc fecisset, non offendisset Deum: ipse namque ei constituerat ex Evangelio vivere: attamen malebat mori, quam tam bonum opus relinquere: nos autem turbantes ea quæ ubique sunt ordinata, licet sciamus quod maximam propterea luituri simus pœnam, neque consuetudinem frigidam & intempestivam despici patimur, & quæ tandem nobis erit venia? Oportebat igitur, etsi virum unum multi usus requirerent, ut antea dicebam, tanta vero inde nasceretur contumelia, eligere mortem potius, quam hoc contemnere. Cum autem per mulierem commodius & facilius hæc omnia perfici possint, quæ vobis erit venia sic delicate agentibus, & contra salutem vestram vos fœdantibus? Dic item mihi, quando tibi hæc ille exhibet, annon exhibebis etiam illi vicissim aliquod ministerium? Nulli non manifestum. Et quanto melius non retribuere talia, neque vicissim accipere, sed tempus laborum, quod in illius quietem impendis, hoc in tuam insumere, quam graviter laborantem tuam existimationem confundere? Sed nullum ipsi exhibes ministerium. Ergo ipsum sibi ipsi omnia ministrare necessarium, & sternere lectos, & coquere, & ignem accendere, & alia id genus facere. Hæc neque famulus ferret ita ministrans, & nihil commodi a domino accipiens. Sed hic fert omnia, inquit, propter timorem Domini & repositam huic ministerio mercedem, & gratiam habebit, qui imperio subest, cum nihil illi sit utilitatis ex nobis. Unde igitur postea impudentium obturabimus ora? Etenim si tantam ipsa ejus testaris pietatem, & sic tremit & veretur Dei mandata, ut seipsum plusquam vilissimum mancipium despiciat, omniaque tibi exhibeat, nullum inde capiens fructum: ante omnia oportebat ipsum rationem habere gloriæ, & honoris Dei: nunc autem non est ejusdem animæ simul & per idem tempus tantam obsequentiam simul & despectum ostendere circa mandata Dei, & nunc quidem ipsa tremere, nunc vero nullam rationem habere ejus qui leges dedit, dum contumelia afficitur. Etenim si se purum servare a voluptate, & nihil humani agere, seipsum humiliare, affligere, & ærumnis subjicere, suisque laboribus aliis quietem parere, vere valde sapientis animæ est, & sublimis: sane gloriam Dei contumelia non afficere, neque hæc facere, propter quæ blasphematur a mul-

1.Cor.9.15.

A τῆς ἡδονῆς ὑπομεῖναι τοῦτο, μήτιγε ἀναπαύσεως ἕνεκεν, καὶ κοσμικῆς χρείας τοσοῦτον παραδέχεσθαι κακόν. Ἄκουσον γοῦν πῶς αὐτὸ δέδοικεν ὁ Παῦλος, καὶ τρέμει, καὶ μεθ' ὅσης τῆς περιουσίας. Καλὸν γάρ μοι, φησὶν, ἀποθανεῖν, ἢ τὸ καύχημά μου ἵνα τις κενώσῃ. Εἶτα ἐκεῖνος μὲν, ἵνα μὴ κενωθῇ αὐτοῦ τὸ καύχημα, ἀποθανεῖν εἵλετο· ἡμεῖς δὲ ἵνα σκάνδαλα ἀνέλωμεν, οὐδὲ μικρᾶς καταφρονοῦμεν ἀνέσεως; καὶ πῶς δυνησόμεθα σωθῆναί ποτε; καίτοι οὐκ ἴσον ἐστὶν, οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἐγγὺς, ἐγκωμίου τε ἀποστερηθῆναι, καὶ κατηγορίᾳ περιπεσεῖν. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ εἰ καὶ τοῦτο ἐγένετο, οὐκ ἂν προσέκρουσε τῷ Θεῷ· αὐτὸς γὰρ αὐτῷ προσέταξεν ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου ζῆν· ἀλλ' ὅμως ᾕρεῖτο μᾶλλον ἀποθανεῖν, B ἢ τὸ κατόρθωμα προδοῦναι· ἡμεῖς δὲ τὰ προστεταγμένα πανταχοῦ ταράττοντες, καὶ εἰδότες ὅτι μεγίστην ὑπὲρ τούτων τίσομεν δίκην, οὐδὲ συνηθείας ἀκαίρου, καὶ ψυχρᾶς ὑπεριδεῖν ἀνεχόμεθα, καὶ τίς ἡμῖν ἔσται συγγνώμη; Ἔδει μὲν οὖν, ὅπερ ἔφθην εἰπὼν, εἰ καὶ ἀνδρὸς μόνον αἱ πολλαὶ τῶν χρειῶν ἐπεζήτουν, τοσαύτη δὲ ἀπὸ τοῦ πράγματος ἐτίκτετο ὕβρις, ἑλέσθαι μᾶλλον ἀποθανεῖν, ἢ τοῦτο γινόμενον περιιδεῖν· ὅταν δὲ καὶ διὰ γυναικὸς εὐκολώτερον ᾖ, καὶ ῥᾷστον πάντα ἀνύειν, τίς ὑμῖν ἔσται συγγνώμη θρυπτομέναις οὕτω, καὶ εἰς τὴν ὑμετέραν ἐνυβριζούσαις σωτηρίαν; C Εἰπὲ δή μοι, ὅταν σοι ταῦτα ἐκεῖνος παρέχῃ, [a] οὐ παρέξεις τινὰ καὶ αὐτὴ διακονίαν αὐτῷ; παντί που δῆλον. Καὶ πόσῳ βέλτιον μήτε ἀντιδιδόναι τὰ τοιαῦτα, μήτε ἀντιλαμβάνειν, ἀλλὰ τὸν καιρὸν τῶν πόνων, ὃν εἰς τὴν ἀνάπαυσιν ἀναλίσκεις ἐκείνου, τοῦτον εἰς τὴν σαυτῆς δαπανᾶν, ἢ χαλεπώτερα πονουμένην ἔτι, καὶ καταισχύνειν ἑαυτῆς τὴν ὑπόληψιν; Ἀλλ' οὐδεμίαν αὐτῷ παρέχεις διακονίαν. Οὐκοῦν αὐτὸν αὐτῷ πάντα ὑπηρετεῖν ἀνάγκη, καὶ στρωννύναι, καὶ ἕψειν, καὶ πῦρ ἀνακαίειν, καὶ τὰ ἄλλα δὴ τὰ τοιαῦτα D ποιεῖν. Ταῦτα δὲ οὐδ' ἂν οἰκέτης ἀνάσχοιτο, μηδὲν παρὰ τοῦ δεσπότου καρπούμενος, ὑπηρετεῖν. Ἀλλ' οὗτος ἀνέχεται πάντα, φησὶ, διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, καὶ τὸν ἀποκείμενον ὑπὲρ τῆς διακονίας ταύτης μισθὸν, καὶ [b] χάριν εἴσεται ἐπιταττόμενος, πρὸς τὸ μηδὲν καρποῦσθαι παρ' ἡμῶν. Πόθεν οὖν λοιπὸν ἐμφράξομεν τὰ τῶν ἀναισχύντων στόματα; εἰ γὰρ τοσαύτην αὐτῷ μαρτυρεῖς εὐλάβειαν, καὶ οὕτω τρέμει, καὶ δέδοικε τοῦ Θεοῦ τὰ προστάγματα, ὡς ἀνδραπόδου παντὸς εὐτελέστερον ἑαυτὸν καθορᾶν, καὶ πάντα ὑφίστασθαι μηδὲν καρπούμενον παρὰ σοῦ, πρὸ πάντων τούτων τῆς δόξης αὐτὸν, καὶ τῆς εὐφημίας ἔδει φροντίσαι τοῦ Θεοῦ· E νυνὶ δὲ οὐκ ἔστι τῆς αὐτῆς ψυχῆς ὁμοῦ, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, τοσαύτην πειθώ τε, καὶ ὑπεροψίαν ἐπιδείκνυσθαι περὶ τὰ προστάγματα τοῦ Θεοῦ, καὶ νυνὶ μὲν αὐτὰ τρέμειν, νυνὶ δὲ μηδένα λόγον ποιεῖσθαι αὐτοῦ τοῦ θέντος τοὺς νόμους ὑβριζομένου. Τὸ μὲν γὰρ ἡδονῆς καθαρεύοντα, καὶ μηδὲν ὅλως ἀνθρώπινον πάσχοντα κόπτεσθαι, καὶ ταλαιπωρεῖσθαι, καὶ ταπεινοῦν ἑαυτὸν, καὶ τοῖς οἰκείοις μόχθοις ἑτέροις παρασκευάζειν ἀνάπαυσιν, φιλοσόφου σφόδρα ψυχῆς, καὶ ἐπτερωμένης· τὸ δὲ μὴ ὑβρίζειν εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν, μηδὲ ταῦτα ποιεῖν, δι' ὧν ἂν βλασφημηθείη παρὰ πολ-

[a] Savil. παρέξεις absque negatione οὐ. sed eodem redit sententia.

[b] Savil. χάριν ἡγήσεται.

λῶν,

A λαβεῖν, καὶ τῶν οὐ σφόδρα μεγάλων πολλοὶ κατωρθώκασι. πῶς οὖν σοι πιστεύσομεν, ὅτι τοῦτο διὰ τὸν θεὸν, καὶ τὸν τῆς ἀσκήσεως τόνον ποιεῖς, ὃ μεγάλης καὶ νεανικῆς δεῖται ψυχῆς, ὅταν ἐκεῖνο, ὅπερ ἐλάττονός ἐστι, καὶ τῆς τυχούσης, [a] ὑπερορᾶν οὐκ ἀνέχῃ, οὐδ' ἀποστῆναι τούτων ἐθέλεις, ἐξ ὧν ὁ θεὸς ὑβρίζεται, καὶ τὸ σῶμα, καὶ πάντα προδίδως ὑπὲρ τῶν μὴ δοκούντων αὐτῷ; καὶ τίς ἂν ταῦτα πεισθῆναι ἀνάσχοιτο; ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα πῶς ἀπὸ τῶν παρθένων πρὸς τοὺς συνοικοῦντας αὐταῖς ἐξέβην· διὸ δὴ πάλιν πρὸς αὐτὰς ἐπανιτέον ἡμῖν.

Πόθεν οὖν τοὺς ταῦτα κατηγοροῦντας, καὶ συλλογιζομένους ἡμεῖς δυνησόμεθα πεῖσαι; καὶ μὴ πειθέσθωσαν, B φησί· καὶ ποῦ τοῦτο ψυχῆς εὐλαβοῦς; τῶν γὰρ κακῶς λεγόντων τότε χρὴ καταφρονεῖν, ὅταν ἡμεῖς αὐτοῖς μὴ παρέχωμεν λαβάς· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τότε, ἐπειδὰν δυνώμεθα ἐπιστομίζειν αὐτούς· ὅταν δὲ ἐξ ἡμῶν γίνηται τὸ πᾶν, ἐπὶ τὴν ἡμετέραν στρέφεται κεφαλὴν ἅπαν τὸ πῦρ. οὕτω γὰρ ἁμαρτάνοντες, φησιν, εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τύπτοντες αὐτῶν τὴν συνείδησιν ἀσθενοῦσαν, εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνετε. ᾔδει γὰρ, ᾔδει σαφῶς, ὅτι οὐκ ἀρκεῖ πρὸς ἀπολογίαν ἡμῖν ἡ τῶν πληττομένων ἀσθένεια· ἀλλ' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο, καὶ μάλιστά ἐστι τὸ καταδικάζον ἡμᾶς. ὅσῳ γὰρ ἂν καθαρεύωμεν τῆς πληττούσης αἰτίας, τοσούτῳ δίκαιοι μᾶλλον ἂν C εἴημεν φείδεσθαι [b] τῆς ἀσθενείας αὐτῶν. καὶ οὔπω λέγω, ὅτι ἐνταῦθα οὐδὲ ἀπεικότως πλήττονται. ἀλλὰ κείσθω ἀλόγως αὐτοὺς ὑπομένειν τοῦτο· οὐδὲ γὰρ οὕτως αὐτῶν περιιδεῖν χρή. καὶ ταῦτα Ῥωμαίοις ἐπιστέλλων ὁ Παῦλος, ἡμᾶς ἐπαίδευσεν, οὕτω λέγων· μὴ ἕνεκεν βρώματος κατάλυε τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ. καί τοι γε ἄλογος ἦν ἡ πληγή· ἀλλ' ὅμως οὐ τῷ πληττομένῳ, ἀλλὰ τῷ τὴν πληγὴν ἐπάγοντι ταύτην ἐπιτιμᾷ. ὅπερ γὰρ ἔφην ἤδη, τοῦτο καὶ νῦν ἐρῶ· ὅταν μὲν γὰρ μέγα τι γίνηται κέρδος, καὶ τῆς πληγῆς μεῖζον, δεῖ τῶν σκανδαλιζομένων ὑπερορᾷν· ὅταν δὲ μηδὲν ᾖ πλέον, ἢ τοὺς ἀσθενεῖς καταβάλλεσθαι, κἂν μυριάκις ἐξ D ἀλογίας τοῦτο πάσχωσιν ἐκεῖνοι, φείδεσθαι χρή· ἐπεὶ καὶ ὁ θεὸς τοὺς ὠθοῦντας, καὶ καταβάλλοντας, ὑπὸ τὴν ἀπόφασιν ἄγει τῆς τιμωρίας. τὸ γὰρ μηδὲν κερδαίνοντα ἕτερον πλήττειν, τῆς ἐσχάτης πονηρίας ἐστί· καὶ ἡμεῖς δὲ ὅταν ἴδωμέν τινα δυσάρεστον ἀπὸ μακρᾶς ἀρρωστίας γενόμενον, τοὺς παροξύνοντας αὐτὸν ἀκαίρως τῆς οἰκίας ἀπελαύνομεν, καὶ οὐκ ἀκριβολογούμεθα, εἴτε δικαίως, εἴτε ἀδίκως ἐκεῖνοι τοῦτο ποιοῦσιν, ἀλλὰ πάσης αὐτοὺς ἀπολογίας ἐκβαλόντες, καὶ πολλὴν τούτῳ δόντες συγγνώμην διὰ τὴν ἀσθένειαν, κἂν ἀδίκως παροξύνηται, ἐλεοῦμεν. εἰ δὲ ἡμεῖς τοσαύτῃ καὶ περὶ τοὺς οἰκέτας, καὶ περὶ τοὺς παῖδας προνοίᾳ κε- E χρήμεθα, καὶ υἱὸν πολλάκις τοιαῦτα πλημμελοῦντα μαστιγοῦμεν, πολλῷ μᾶλλον ὁ ἀγαθὸς θεὸς, καὶ χρηστὸς, καὶ ἐπιεικὴς τοῦτο ἐργάσεται. τί λέγεις; ἀσθενής ἐστιν ὁ πληττόμενος; οὐκοῦν φειδοῦς οὐ πληγῆς ἐστιν ἄξιος. τραύματα ἔχει; μὴ τοίνυν ἐπιτρίψωμεν, ἀλλ' ἰασώμεθα. ὑποπτεύει πονηρῶς, καὶ ἀλογίστως; οὐκοῦν ἀνέλωμεν τὴν ὑποψίαν μὴ ἐπιτείνωμεν. εἰς γὰρ Χριστὸν αὐτὸν ἁμαρ-

[a] Savil. ὑπερορᾶς.
[b] Savil. τῆς ἀσθενείας ἡμῶν. Infra idem, οὐδὲ γὰρ οὕτως αὐτῶν ἀφειδεῖν χρή.

A tis, hoc multi nec valde magni bene & cum laude præstiterunt. Quomodo igitur tibi credemus quod hoc propter Deum & ascefeos studium facias, quod magnam & generosam animam requirit: quando illud quod scilicet minus est, & vulgare despicere non potes, neque absistere vis ab iis, a quibus Deo infertur injuria, & corpus & omnia prodis pro iis, quæ non ipsi placent? & cui hæc persuaderi poterunt? Sed nescio quomodo a virginibus ad earum cohabitatores simul transiverim, propterea utique ad eas nobis redeundum.

5. Unde igitur illis, qui ita eas accu- B sant & argumentantur, nos poterimus persuadere? Non persuadeantur, ait: An vero piæ animæ hoc fuerit? Tunc enim maledici despiciendi sunt, cum nos illis ansas non præbuerimus: imo neque tunc, quandoquidem ipsorum obturare ora possumus; quando autem totum ex nobis est, in nostrum vertitur caput totus ignis. Sic enim, ait, peccantes in fratres, & infirmam ipsorum conscientiam percutientes, in Christum peccatis. Sciebat enim, sciebat manifeste, quod non sufficeret ad defensionem nostram, eorum qui offenduntur infirmitas, sed hoc ipsum potissimum est, quod C condemnat nos. Quanto enim puriores sumus a causa quæ intentatur, tanto nos æquius præstabimus, si infirmitati eorum parcamus. Et nondum dico quod hic immerito offendantur; sed ponatur, quod absque ratione hoc patiantur. Nam nec sic despiciendi sunt. Quæ Romanis per epistolam scribens Paulus docuit nos sic dicens: *Noli propter escam destruere opus Dei*: quamvis illi improvide erant offensi, attamen non eum qui offenditur, sed offendentem increpat. Nam quod jam videlicet dicebam, & nunc dico: Quando magnum aliquod lucrum obvenerit, & plaga ipsa majus, D contemnendi sunt, qui scandalum patiuntur: quando autem nullum fuerit amplius, quam quod infirmi dejiciantur, etiamsi millies ex imprudentia hoc patiantur illi, parcendum eis erit: quoniam & Deus eos, qui impellunt in lapsum, & dejiciunt, lata sententia supplicii puniet. Nam nihil lucrantes alium offendere, extremæ malitiæ est. Nos autem quando videmus aliquem inquietum ob diuturnam valetudinem, eos qui illum exacerbant, domo abigimus, neque multum disputamus, an juste vel injuste illi hoc faciant, sed negata illis omni E defensione, & huic data ob infirmitatem venia, quamvis injuste exacerbetur, ejus miseremur. Quod si nos hac cura circa famulos & pueros utimur, & sæpe filium ita peccantem flagellamus, multo magis bonus Deus, & clemens & æquus hoc faciet. Quid dicis? Infirmus est qui offenditur? igitur dignus est cui parcatur, non ut lædatur: vulnera habet? ne igitur atteramus, sed curemus. Suspicatur male & imprudenter? igitur auferamus suspicionem, non augeamus. In Christum enim peccat, qui

Is qui aliis offendiculo est, hoc ipso peccat, etsi non male agat.

1. Cor. 8. 12.

Rom. 14. 20.

de his contendit. An non audis in Veteri Mosem sæpe dicentem : *Deus zelotes est?* & iterum : *Zelavi Jerusalem :* in novo vero Paulum clamantem, *Æmulor enim vos Dei æmulatione ?* Hoc, si nihil aliud, sufficere debebat, ne subverteretur anima, etiam non valde infirma & ægra. Cum enim res adeo sit terribilis, dulcis magis est, quam terribilis. Numquam enim zelus est, non præeunte caritate aliqua calida & fervente, ita ut hoc sit argumentum vehementis ardentisque Dei caritatis & amicitiæ. Non enim affectio est zelus in Deo, sed volens immensum amorem suum interpretari, hoc sæpe usus est nomine. Attamen nos qui valde insensati ad humanas decidimus affectiones, eum qui nos tantum amat, contumelia afficimus : eos autem, qui nihil nobis prodesse possunt, omnibus modis colimus. Quid enim tibi, ô misera, tantum prodesse potest frigida hæc cohabitatio, cum tanto thesauro te privet ? Vide, quæso, deducit te e cælis, excludit te spirituali thalamo, sejungit te a cælesti sponso, parat tibi immortalia supplicia, & tormenta finem non habentia. Pro his si talenta innumera præberet contubernalis tuus, si promtior esset mancipiis venalitiis, si te in majori honore & dignitate constitueret, quam sit regina : an non ut damnosum & inimicum, & plura auferentem, quam dantem sic aversari, & odio habere oporteret ? Proponitur tibi cura de bonis cælestibus, de regno futuro, de vita immortali, de ineffabili gloria, tu vero negotia terrena commemoras, & hunc ad illa utilem visum colis quasi dominum, & non te occultas, neque oras ut te terra absorbeat, ut sic inde migres ? Sed infirmitatem muliebris naturæ mihi prætexis, & humanorum usuum dispensationem, & quietem domesticam, fingens & componens prætextus qui non sunt. At neque sic eos qui cor habent falles. Non est enim, non est quies, quæ ad tantam turpitudinem cogat. Mulier enim si voluerit, non sibi ipsi solum, sed & aliis pluribus sufficiet ad ministerium : quoniam cum ab initio vir civilia negotia susceperit, mulier sortita est domesticam administrationem & curam. Non igitur quietis indigæ intus rapitis viros. Ad quid ergo ? stupri gratia & libidinis ? Ego quidem non sic dixerim, absit, imo non desino objurgare eos qui sic dicunt. Utinam autem possibile esset id persuadere. Quis ergo prætextus, quæ causa efficit ut rem illam expetamus, inquit ? Inanis gloriæ amor. Et quemadmodum viris voluptas frivola & misera, sic illis honoris concupiscentia hoc contubernium conciliat. Nam vanæ gloriæ cupidum pene omne hominum genus est, maxime autem muliebre. Nam cum neque opus habeant quiete, sicut declaratum est, neque cum ipsis rem habeant, manifestum quod hoc solum reliquum est suspicari.

Exod. 20.
Zach. 1. 14.
2. Cor. 11.
Mulieres vanæ gloriæ cupidæ.

6. Quoniam igitur hanc mali radicem invenimus, age cætera non reprehendamus:

A τάνεις τοιαῦτα φιλονεικοῦσα. ἢ οὐκ ἀκούεις συνεχῶς ἐν μὲν τῇ παλαιᾷ τοῦ Μωϋσέως λέγοντος, ὅτι θεός ἐστι ζηλωτής; αὐτοῦ δὲ, ὅτι ἐζήλωκα τὴν Ἱερουσαλήμ; ἐν δὲ τῇ καινῇ, τοῦ Παύλου βοῶντος· ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς θεοῦ ζήλῳ; τοῦτο εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον ἦν, ἱκανὸν ἦν τὴν μὴ σφόδρα νοσοῦσαν, καὶ ἀπηλγημένην ἐπιστρέψαι ψυχήν. οὕτω γὰρ φοβερὸν ὂν, ἡδὺ μᾶλλόν ἐστιν, ἢ φοβερόν. οὐ γὰρ ἂν ζῆλός ποτε γένοιτο, μὴ θερμῆς τινος καὶ ζεούσης προϋποκειμένης ἀγάπης· ὥστε σφοδρᾶς, καὶ πεπυρωμένης ἀγάπης τοῦ θεοῦ καὶ φιλίας τεκμήριον τοῦτό ἐστιν· οὐδὲ γὰρ πάθος ἐστὶν ὁ ζῆλος ἐπὶ θεοῦ· ἀλλὰ τὴν ἄφατον αὐτοῦ φιλοστοργίαν ἑρμηνεῦσαι βουλόμενος, B τούτῳ πολλάκις ἀποκέχρηται τῷ ὀνόματι. ἀλλ' ὅμως ἡμεῖς οἱ σφόδρα ἀναίσθητοι πρὸς τὰς ἀνθρωπίνας καταπίπτομεν συμπαθείας, καὶ τὸν μὲν οὕτως ἡμῶν σφοδρῶς ἐρῶντα καθυβρίζομεν· τοὺς δὲ οὐδὲν δυναμένους ὠφελῆσαι, παντὶ τρόπῳ θεραπεύομεν. τί γάρ σε, ὦ ταλαίπωρε, τοσοῦτον ὀνῆσαι δυνήσεται ἡ ψυχρὰ αὕτη συνοίκησις, ὅσων ἐκβάλλει σε θησαυρῶν; σκόπει δὲ, κατάγει σε ἐκ τῶν οὐρανῶν, τοῦ νυμφῶνος ἀπελαύνει τοῦ πνευματικοῦ, διαζεύγνυσί σε τοῦ οὐρανίου νυμφίου, προξενεῖ τὴν ἀθάνατον κόλασιν, τὰ βασανιστήρια τὰ τέλος οὐκ ἔχοντα ἀντὶ τούτων, εἰ τὰ μέταλλα χρυσίου παρεῖχεν ὁ συνοικῶν μυρία, εἰ τῶν ἀργυρωνήτων σοι μᾶλλον C ὑπέκειτο ἀνδραπόδων, εἰ τῆς βασιλίδος αὐτῆς ἐν πλείονί σε καὶ τιμῇ, καὶ ἀναπαύσει καθίστη, ἆρα οὐχ ὡς λυμεῶνα, καὶ ἐχθρὸν, καὶ μείζονα ἀφαιρούμενον, ἢ διδόντα, οὕτω μισεῖν, καὶ ἀποστρέφεσθαι ἔδει; περὶ τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀγαθῶν ὁ λόγος σοι πρόκειται· περὶ τῆς ἐκεῖ βασιλείας, περὶ τῆς ἀθανάτου ζωῆς, περὶ τῆς ἀπορρήτου δόξης· σὺ δὲ γηΐνων μνημονεύεις πραγμάτων, καὶ τὸν ἐν ἐκείνοις χρήσιμον εἶναι δοκοῦντα θεραπεύεις ὥσπερ δεσπότην, καὶ οὐ καταδύῃ, οὐδὲ εὔχῃ διαστῆναί σοι τὴν γῆν, καὶ οὕτως ἐντεῦθεν ἀπελθεῖν; ἀλλ' ἀσθένειάν μοι προβάλλῃ γυναικείας φύσεως, καὶ χρειῶν ἀνθρωπίνων οἰκονομίαν, καὶ ἀνάπαυσιν τὴν κατὰ τὴν D οἰκίαν πλάττουσα, καὶ συντιθεῖσα τὰς οὐκ οὔσας προφάσεις; ἀλλ' οὐδ' οὕτως λήσεις τοὺς νοῦν ἔχοντας. οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν ἀνάπαυσις ἡ καταναγκάζουσα τοσοῦτον ἀσχημονεῖν. γυνὴ γὰρ, εἰ βουληθείη, οὐχ ἑαυτῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις ἀρκέσει πλείοσιν εἰς διακονίαν· ἐπεὶ καὶ ἐξ ἀρχῆς τοῦ ἀνδρὸς τὰ πολιτικὰ πράγματα λαχόντος, τὸ οἰκουρεῖν αὐτὴ, καὶ οἰκονομεῖν τὰ ἔνδον ἅπαντα ἐκληρώσατο. οὐ τοίνυν ἀναπαύσεως δεόμεναι, ἕλκετε τοὺς ἄνδρας ἔνδον. ἀλλὰ τί φησι; πορνείας ἕνεκεν, καὶ ἀσελγείας; ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν εἴποιμι τοῦτο, μὴ γένοιτο· ἀλλὰ καὶ τοῖς λέγουσιν ἐπιτιμῶν οὐ παύομαι· εἴθε δὲ καὶ πεῖσαι δυνατὸν ἦν. τίς οὖν ἐστιν ἡ πρόφασις, ἡ ποθεινὸν ἡμῖν τὸ πρᾶγμα ποιοῦσα; φη- E σί· κενοδοξίας ἔρως. καὶ καθάπερ ἀνδράσιν ἡδονὴ ψυχρὰ, καὶ ταλαίπωρος· οὕτω ταύταις φιλοτιμίας ἐπιθυμία τὴν ὁμοσκηνίαν ταύτην ἐργάζεται· κενόδοξον μὲν ἅπαν, ὡς εἰπεῖν, τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, μάλιστα δὲ τὸ γυναικεῖον· ὅταν γὰρ μήτε ἀναπαύσεως δέωνται, καθάπερ ἀποδέδεικται, μήτε διαφθείρωνται μετ' αὐτῶν, εὔδηλον, ὅτι τοῦτο λείπεται ὑποπτεύειν μόνον.

Ἐπεὶ οὖν αὐτὴν τοῦ κακοῦ τὴν ῥίζαν εὑρήκαμεν, φέρε λοιπὸν τὸ ἐγκαλεῖν ἀφέντες παραινῶμεν, καὶ πείθωμεν, ὅτι

καθάπερ τῶν ἀνδρῶν οἱ συνοικοῦντες αὐταῖς δοκοῦσι μὲν ἡδονὴν καρποῦσθαι, πλέον δὲ περιβάλλονται βασάνων· καὶ γὰρ ἐκείνη μόνη καθαρὰ γένοιτ' ἂν ἡδονὴ, καὶ μόνιμος, ἡ τοῦ χωρισμοῦ· οὕτω δὴ καὶ ταύταις· δοκεῖ μὲν, ὡς αὗται νομίζουσι, δόξα τις ἐντεῦθεν, καὶ περιφάνεια τίκτεσθαι· εἰ δὲ ἀκριβῶς τις ἐξετάσειε, γέλωτος, καὶ αἰσχύνης, καὶ ὀνειδῶν, καὶ τῆς ἐσχάτης ἐμπίπλαται ἀδοξίας. καὶ περὶ τούτων εἴρηται μὲν ἡμῖν καὶ ἐν ἀρχῇ βραχέα, εἰρήσεται δὲ καὶ νῦν. ἔστω γὰρ ὁ συνοικῶν, εἰ βούλει, μὴ τῶν εὐτελῶν τις, μηδὲ τῶν ἀπερριμμένων, ἀλλὰ τῶν πολλὴν ἐν ἐκκλησίᾳ δύναμιν ἐχόντων, καὶ ἐπὶ γένους δὲ λαμπρότητι, καὶ ἐπὶ λόγων δυνάμει, καὶ εὐλαβείᾳ θαυμαζέσθω παρὰ πᾶσι, καὶ πανταχόθεν ἔστω λαμπρός· οὐδὲ οὕτω δυνήσεται ταύτην ποιῆσαι περιφανῆ, καὶ εὐδόκιμον. τὸν γὰρ μέλλοντα καρποῦσθαι δόξαν ἐκ τῆς πρός τινα φιλίας, τὴν ἐκείνου δόξαν πρότερον φυλάττειν δεῖ τοῦ παρέχοντος τὸ δοξάζεσθαι· ὡς εἴγε ταύτῃ λυμαίνοιτο, πολλῷ μᾶλλον ἂν τὴν ἑαυτοῦ καταβάλοι. ὥσπερ γὰρ πηγῆς διαφθειρομένης, καὶ τὰ προχεόμενα κοινωνεῖ νάματα τοῦ μολυσμοῦ, καὶ ῥίζης σηπομένης, πολλῷ μᾶλλον ὁ καρπὸς τοῦτο πείσεται· οὕτω καὶ νῦν· τοῦ μέλλοντος τὴν παρθένον δεικνῦναι λαμπρὰν, γενομένου καταγελάστου διὰ τῆς συνοικήσεως, αὐτὴ πρὸ ἐκείνου μετ' ἐκείνου κοινωνήσει τοῦ γέλωτος· κἂν τύχῃ τις τῇ γυναικὶ χρηστὴ παρὰ πολλοῖς προϋπάρχουσα δόξα, καὶ ταύτην εἰσελθὼν ἐκεῖνος ἀπελάσει τῆς οἰκίας, τοσοῦτον ἀπέχει καὶ ἑτέραν προσθεῖναι αὐτῇ· κἂν αὐτὸς ἔχῃ πάλιν τοιαύτην ὑπόληψιν, τοῦτο καὶ αὐτὸς πείσεται. οὐκ ἄρα δόξαν ὑμῖν χρηστὴν προστίθησιν αὕτη ἡ κοινωνία τῆς συνοικήσεως, ἀλλὰ καὶ τὴν οὖσαν ἀναιρεῖ, καὶ τὴν οὐκ οὖσαν ἐπάγει τὴν πονηρὰν ἀμφοτέροις. καὶ ὃ περὶ τῶν Ἰουδαίων ὁ προφήτης εἶπεν, εὔκαιρον νῦν εἰπεῖν· εἰ ἀλλάξεται Αἰθίοψ τὸ δέρμα αὐτοῦ, καὶ πάρδαλις τὰ ποικίλματα αὐτῆς, καὶ οἱ ταύταις συνοικοῦντες τὴν κηλῖδα ἀποθήσονταί ποτε ταύτην· οὕτω καθάπερ τις καυτὴρ σώματι ταῖς ἀμφοτέρων ὑπολήψεσιν ἐγκάεται ἐπισκοτοῦσα πᾶσιν αὐτῶν τοῖς καλοῖς. ἀλλ' ἴσως δόξαν ἡγοῦνται αὐτὸ τοῦτο τὸ κεκρατηκέναι τῶν ἀνδρῶν. ἀλλὰ τοῦτό ἐστιν ὁ πολὺς γέλως, καὶ ᾧ μάλιστα αἱ ἑταιριζόμεναι ἐγκαλλωπίζονται μόναι. οὐδὲ γὰρ γυναικῶν ἐλευθέρων, οὐδὲ σωφρόνων τὸ, τοιούτοις ἐναβρύνεσθαι τοῖς δικτύοις. ἐπεὶ καὶ αὕτη πάλιν ἑτέρα ἀτιμίας ὑπόθεσις, καὶ ὅσῳ περ ἂν κρατῶσι τῶν ἀνδρῶν, καὶ χαλεπώτερα ἐπιτάττωσι, τοσούτῳ μᾶλλον ἑαυτὰς καταισχύνουσι μετ' ἐκείνων. οὐδὲ γὰρ ἡ δουλουμένη τοὺς ἄνδρας γυνὴ, ἀλλ' ἡ αἰδουμένη αὕτη πᾶσίν ἐστιν αἰδέσιμός τε, καὶ ἐπίδοξος. εἰ δὲ οὐκ ἀνέχοιντο τῶν ῥημάτων τῶν ἡμετέρων, ὁ τοῦ θεοῦ νόμος αὐτὰς ἐπιστομίσαι δυνήσεται, λέγων οὕτως· πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει· κεφαλὴ γὰρ γυναικὸς ὁ ἀνήρ. καὶ ἑτέρωθεν δὲ εὕροι τις ἂν πολλαχόθεν τοῦτο οὕτω νενομισμένον, καὶ ταύτην ἄνωθεν οὖσαν τὴν τάξιν. ὥστε ἀσχημοσύνη μεγάλη, ὅταν τὰ ἄνω, κάτω γένηται· κάτω μὲν ἡ κεφαλὴ, τὸ δὲ σῶμα ἄνω. εἰ δὲ ἐπὶ γάμου τοῦτο αἰσχρὸν, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ ταύτης τῆς συζυγίας, ἔνθα οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ δεινὸν, ὅτι νόμου παράβασίς ἐστι τὸ γινόμενον θείου, ἀλλ' ὅτι πονηροτέραν καὶ ἑαυτῶν,

A admoneamus autem & persuadeamus, quod sicut viri, qui cohabitant, videntur quidem voluptate frui, majori autem tormento subduntur: etenim sola pura & solida voluptas, quæ per sequestrationem est: sic utique & causa illarum habet. Videtur quidem, ut ipsæ opinantur, gloria aliqua hinc & claritas nasci: si autem diligenter quis exquisierit, plena & referta est risu, confusione, opprobriis, & extrema ignominia. Et de his dicta sunt in principio pauca, dicentur autem & nunc. Sit igitur qui cohabitat, si velis, non aliquis vilis neque abjectus, sed qui multam in Ecclesia dignitatem habeat, & ob generis claritudinem, &
B ob eloquentiam & pietatem admirabilis sit omnibus, sitque undequaque clarus: neque vel sic poterit illam facere claram ac probatam. Gloriam enim habiturus quispiam ex amicitia erga aliquem, illius gloriam prius custodire debet, qui præbet ut glorificetur: nam si illius gloria offenditur, multo magis suam ipsius gloriam dejicit. Nam sicut fonte corrupto, & quæ inde manant fluenta corruptioni communicant: & radice corrupta, multo magis fructus corrumpentur: sic & nunc, si is qui virginem
C claram facturus est, fiat ridiculus ob cohabitationem, ipsa quoque ante illum, & cum illo ridebitur: & si mulieri antea contigerit gloria bona apud multos, eam tamen statim ingressus ille domo ejiciet: tantum abest ut aliam secum afferat, ac licet etiam ipse habeat talem existimationem, idem illi continget. Non igitur famam vobis bonam adducit hæc consuetudo, sed eam aufert, quam habebatis: & malam insuper conflat quam non habebatis. Et quod de Judæis Propheta dicit, opportunum est
D etiam nunc dicere: *Si mutabit Æthiops pellem suam, & pardus maculas suas*, etiam qui talibus cohabitant, maculam hanc aliquando deponent: sic quemadmodum corpori, cauterium amborum existimationi inuritur, & bona ipsorum omnia offuscat. Sed forte gloriam putant hoc ipsum, imperare viris: at hoc est mire ridiculum, & quo maxime gloriantur solæ meretrices. Mulierum utique liberarum & castarum hoc non fuerit, in talibus retibus deliciari. Quoniam & hinc iterum aliud ignominiæ argumentum, & quanto magis imperant viris, & graviora injungunt, tanto magis seipsas confundunt cum ipsis. Non enim quæ servire facit viros mulier, sed quæ re-
E veretur, omnibus est reverenda & gloriosa. Si autem non sustinuerint hæc nostra verba, Dei lex occludere ora earum potest, sic dicens: *Ad virum tuum conversio tua, & ipse tui dominabitur. Caput enim mulieris vir.* Et aliunde e multis locis quis hoc inveniet sic legibus cautum, & hunc olim datum esse ordinem: itaque magna est fœditas, si superiora fiant inferiora: caput deorsum & corpus sursum. Quod si in nuptiis hoc turpe, multo magis in hoc consortio, ubi non hoc solum grave est, quod sit transgressio divinæ legis, sed quod pessimam

Hier. 13. 23.

Gen. 3. 16.
1. Cor. 11. 3.

& mulieri & illi afferat famam. Nam A si cohabitare est turpe, multo magis cohabitantem viro dominari. Non enim undequaque imperare laudem habet, sed fieri potest ut qui imperatur laudabiliter, & qui imperat turpiter agat. Itaque si vis in admiratione esse apud viros, nihil tibi commune sit cum ipsis: procul a congressu & aspectu & cohabitatione illorum esto, tunc te & mulieres obstupescent, & viri omnes

1. Cor. 7. 35. simul admirabuntur, utpote virginem sponso indivulse assidentem: tunc non domestici solum, sed & Gentiles & Judæi, & omne hominum probabit genus: atque adeo si gloriam amas, hanc vade viam, non aliam, B tunc te non jam illius vel illius vocabunt, sed Christi. Huic autem ornatus alius par a nullo tibi erit. An vero exigua sunt, quæso, quæ quotidie canuntur & in foro, & in domibus, & in aliis civitatibus? Puella isthæc formosa valde & adolescens, si voluisset, multos patronos sibi conciliare potuisset, sed noluit: imo maluit quævis sustinere ac pati, quam Christi amorem relinquere, & castitatis florem obscurare. Beata & bis & ter & sæpius. Quantis fruetur bonis, qualem accipiet coronam, quanta mercede donabitur, quæ cum ipsis incorporeis C certat virtutibus? Hæc & talia de hac omnes dicent, & ad æmulationem suis filiabus proponent: & si quis admonere honeste viventem, & si quis corruptam ad modestiam reducere voluerit, hæc illi iterum omnes encomia in medium ferent: non hic autem solum, sed & quoties de virginitate fiat sermo: & sic omnes laudabunt, non solum qui caste vivunt: sed & illi qui studuere & omnia fecerunt ut ipsam obtinerent, ac deinde contemti & despecti fuerunt. Atque ista quidem tanta, & multo majore quam dictum est, fruetur gloria: D quæ vero cohabitantes habet, omnia secus reperit: & primo quidem quando ab aliquibus impuris accusatur virginitas; de utrisque habetur memoria in talibus conventibus: sed illa quidem aperit ora defensantium, ista autem accusantium. Postea quando corrigi aliquam & compositam reddi decet, hæc quidem ut pharmacum astringens, & quod putredinem repellere potest in medium affertur, & præceptoris os ornat: illa autem, cum confusa stat, tametsi non adsit erubescens & pudefacta. Necesse enim est ut occasione cujusque lapsæ hæc E accusetur, & iterum confundatur: & ubi de re hac sermo fit, sicut illa beata, ita ista misera & calamitosa, & quidvis simile audietur. Et sicut illam non qui vident solum, sed & qui ignorant, & nullo beneficio affecti, celebrant, & laudant: ita & hanc quotquot vel sciunt vel ignorant ipsam, & qui nihil mali ab ea sunt passi, affligunt & criminantur. Nam ii qui recte vivunt, non a notis solum, sed & ab ignotis, imo ab ipsis inimicis laudantur, & admirationi

A καὶ τῇ γυναικὶ περιτίθησι δόξαν. εἰ γὰρ τὸ συνοικεῖν αἰσχρὸν, πολλῷ μᾶλλον τὸ συνοικοῦσαν δουλοῦσθαι. οὐδὲ γὰρ πάμπαν τὸ κρατεῖν ἔπαινον φέρει· ἀλλ' ἔστι καὶ μὴ κρατοῦντα εὐδοκιμεῖν, καὶ κρατοῦντα ἀσχημονεῖν. ὥστε εἰ βούλει θαυμάζεσθαι παρὰ ἀνδράσι, μηδέν σοι κοινὸν ἔστω πρὸς αὐτούς· πόρρω καὶ συνουσίας, καὶ ὄψεως, καὶ συνοικήσεως γίνου τῆς ἐκείνων. τότε σε καὶ γυναῖκες ἐκπλαγήσονται, καὶ ἄνδρες θαυμάσονται πάντες ὁμοῦ, ἅτε παρθένον οὖσαν, καὶ τῷ νυμφίῳ προσεδρεύουσαν ἀπερισπάστως· τότε σε οὐχ οἱ οἰκεῖοι μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἕλληνες, καὶ Ἰουδαῖοι, καὶ πᾶν τὸ τῶν ἀνθρώπων ἀποδέξεται γένος· ὥστε εἰ δόξαν ζηλοῖς, ταύτην B ὅδευε τὴν ὁδὸν μὴ τὴν ἐναντίαν, τότε σε οὐκέτι τὴν τοῦ δεῖνος καλέσουσι, καὶ τοῦ δεῖνος, ἀλλὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ· τούτου δὲ κόσμος ἕτερος ἴσος οὐκ ἄν σοί ποτε γένηται παρ' οὐδενός. ἢ μικρὰ ταῦτα, εἰπέ μοι, καθ' ἑκάστην ᾀδόμενά τε καὶ περιφερόμενα τὴν ἡμέραν, καὶ ἐν ἀγορᾷ, καὶ ἐν οἰκίαις, καὶ ἐν ἑτέραις πόλεσιν; ἡ δεῖνα, κόρη τε οὖσα, καὶ νέα κομιδῇ, καὶ σφόδρα εὐπρόσωπος πολλοὺς, εἴγε ἤθελεν, ἐπισπάσασθαι δυναμένη προστάτας, οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλ' εἵλετο πᾶν ὁτιοῦν ὑπομεῖναι, καὶ παθεῖν, ἢ τὴν τοῦ Χριστοῦ προδοῦναι φιλίαν, καὶ τὸ τῆς σωφροσύνης ἄνθος ἀφανίσαι. μακαρία εἰ καὶ δὶς, καὶ τρὶς, καὶ πολλάκις. ὅσων C ἀπολαύσεται ἀγαθῶν, οἷον δέξεται στέφανον, ὅσον καρπώσεται μισθὸν, πρὸς αὐτὰς ἁμιλλωμένη τὰς ἀσωμάτους δυνάμεις; ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα περὶ αὐτῆς πάντες ἐροῦσι, καὶ εἰς ζῆλον τῶν ἑαυτῶν θυγατράσι προθήσουσι· κἂν κοσμίως βιοῦσάν τις [a] προτρέψαι, κἂν διεφθαρμένην σωφρονίσαι βουληθείη, τὰ ταύτης ἐγκώμια πάλιν ἅπαντες εἰς μέσον οἴσουσιν, οὐκ ἐνταῦθα δὲ μόνον, ἀλλὰ κἂν ἁπλῶς περὶ παρθενίας γένηται λόγος, καὶ οὕτως αὐτὴν ἅπαντες ἐπαινέσονται, οὐχ οἱ κοσμίως ζῶντες μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνοι, οἱ σπουδάσαντες, καὶ πάντα πράξαντες, ὥστε αὐτὴν [b] ἑλεῖν, εἶτα καταφρονηθέντες, καὶ ὑπεροφθέντες. καὶ D αὕτη μὲν τοσαύτης, καὶ πολλῷ πλείονος τῆς εἰρημένης ἀπολαύσεται δόξης· ἡ δὲ ἔχουσα τοὺς συνοικοῦντας, τῶν ἐναντίων ἁπάντων, καὶ πρῶτον μὲν, ὅταν κατηγορῆται παρά τινων ἡ παρθενία μιαρῶν· ἕξουσι μὲν εἰς μνήμην ἀμφότεραι ἐν τοῖς τοιούτοις συλλόγοις. ἀλλ' ἡ μὲν τὰ τῶν ἀπολογουμένων, ἡ δὲ τὰ τῶν κατηγορούντων ἀνοίγουσα στόματα. ἔπειτα, ὅταν σωφρονισθῆναί τινα, καὶ ῥυθμισθῆναι δέῃ, αὕτη μὲν καθάπερ φάρμακον ἐπιστύφον, καὶ σηπεδόνα ἀναστέλλειν δυνάμενον, εἰς μέσον ἄγεται, καὶ τὸ τοῦ διδασκάλου στόμα κοσμεῖ· ἐκείνη δὲ μετὰ τῆς καταισχυνθείσης ἕστηκε, κἂν μὴ παρῇ, κολαζομένη, καὶ καταισχυνομένη· ἀνάγκη γὰρ E καθ' ἑκάστην διαμαρτάνουσαν κατηγορεῖσθαι ταύτην, καὶ καταισχύνεσθαι πάλιν· καὶ ὅπου περ ἂν περὶ τοῦ πράγματος τούτου γίνηται λόγος, ὥσπερ ἐκείνη μακαρία· οὕτως ἀθλία αὕτη, καὶ ταλαίπωρος, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ἀκούσεται. καὶ ὥσπερ ἐκείνην οὐχ οἱ εἰδότες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ἀγνοοῦντες, καὶ μηδὲν εὐεργετηθέντες ᾄδουσι, καὶ ἀνυμνοῦσιν, οὕτω καὶ ταύτην οἵτε εἰδότες, οἵτε ἀγνοοῦντες, οἵτε μηδὲν παθόντες κακὸν κακίζουσι, καὶ διαβάλλουσιν. οἱ μὲν γὰρ ὀρθῶς βιοῦντες, οὐ παρὰ τῶν γνωρίμων μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν ἀγνώτων, καὶ παρ' αὐτῶν δὲ τῶν ἐχθρῶν ἐπαινοῦνται, καὶ θαυ-

a Savil. προτρέψασθαι

b Savil. αἰνεῖν male.

μάζονται· οἱ δὲ διεφθαρμένοι καὶ φαῦλοι, καὶ παρὰ τῶν φίλων κακίζονται. καὶ τοῦτο δὲ τῆς τοῦ θεοῦ κηδεμονίας ἔργον ἐστὶ, τὸ τοσαύτην περὶ τὴν ἀρετὴν οἰκειότητα ἡμῖν ἐνθεῖναι, τοσαύτην δὲ περὶ τὴν κακίαν ἀλλοτρίωσιν· ὡς ἐκείνην μὲν πάντας ψηφίζεσθαι, καὶ τοὺς μὴ μετιόντας, τὴν δὲ κακίαν καταδικάζειν καὶ τοὺς ἀποστρεφομένους αὐτὴν, καὶ τοὺς διώκοντας. ὅθεν δῆλον, ὅτι τὰς ἠμελημένας ταύτας οὐχ οἱ εἰδότες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ἀγνοοῦντες ἀποστρέφονται· καὶ μάλιστα πάντων αὐτοὶ οἱ συνοικοῦντες. κἂν γὰρ σφόδρα λέγωσιν ὑμᾶς φιλεῖν, καὶ θαυμάζειν, κἂν χάριν ἔχωσιν ὑπὲρ ταύτης τῆς ἡδονῆς, ὑπὲρ αὐτῶν, ὧν χαρίζεσθε, πάλιν μισεῖσθε κατὰ τὸ συνειδὸς τὸ ἐκείνων, ὅταν ποτὲ μικρὸν ἀνενεγκόντες ἐννοήσωσι τὴν παγίδα, ἐφ' ἧς ἑστήκασι. τοσοῦτόν ἐστιν ἡ κακία κακόν· καὶ οἱ μάλιστα πάντων θεραπευόμενοι παρ' ὑμῶν, οὗτοι μάλιστα πάντων εἰσὶν οἱ καταγινώσκοντες· ἐπειδὴ καὶ μάλιστα πάντων τὰ ὑμέτερα ἴσασιν, εἰς τὰ ἐνδότατα εἰσελθόντες, καὶ τὰ ἀπόρρητα ὑμῶν ἅπαντα διακωδωνίσαντες. καὶ ὅτι μισοῦσι, δῆλον ἐκεῖθεν· μυριάκις ἂν εἵλοντο τῆς ψώρας ἀπαλλαγῆναι ταύτης, καὶ τῆς νόσου τῆς χαλεπῆς· τὸ δὲ κωλῦον, ἡ συνήθεια, καὶ ἡ δοκοῦσά τις εἶναι ἡδονή· ἐπεὶ καὶ ἐκείνου τοῦ νοσήματος εὔχονται μὲν ἀπαλλαγῆναι, καὶ μισοῦσιν αὐτὸ πάντες οἱ ἔχοντες· ἥδονται δὲ ὄντες ἐν αὐτῷ, καθάπερ ἐν τούτῳ. κἂν γὰρ λίαν ἄθλιός τις ᾖ, καὶ ταλαίπωρος, οὐκ ἔστιν οὕτως τῶν ἀπεγνωσμένων, καὶ σφόδρα τὴν ἑαυτῶν καταισχύνειν ἐπιθυμούντων δόξαν, ὡς ἐθελῆσαι ἐν ἀσχημοσύνῃ ζῆν, καὶ ἐν τοῖς ἁπάντων εἶναι στόμασιν, ἐπὶ κακηγορίᾳ καὶ γέλωτι, καὶ ὀνείδεσι, καὶ θέατρον κοινὸν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς γίνεσθαι, πάντων αὐτὸν ἅμα τῷ φανῆναι τοῖς πλησίον δακτυλοδεικνούντων ἐπὶ τοῖς αἰσχίστοις. οὐ γὰρ οὐδὲ μικρά τις ἀπὸ τῆς ὑποψίας ταύτης ἀηδία τίκτεται τούτοις, καὶ ἐνοχλεῖ τῷ συνειδότι διηνεκῶς ἐγκαθημένη, καὶ σκώληκος παντὸς μονιμώτερον διατιτρῶσα αὐτῶν τὴν διάνοιαν. εἰ δὲ ἔνθα παρὰ ἀνθρώπων ἕπεται αἰσχύνη, φανερῶς μὲν οὐδὲν λεγόντων, οἴκοι δὲ καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐγκαλούντων, τοσαύτη γίνεται ὀδύνη· ὅταν πρὸς αὐτὸν ἀπέλθωμεν τὸν ὑβρισμένον νυμφίον· ὅταν καὶ τὰ ἄδηλα εἰς μέσον ἄγηται, ὅταν καὶ καρδίαι ἀναπτύσσωνται [a] καὶ ῥῆμα, καὶ σχῆμα, καὶ βλέμμα, καὶ ἔννοια. τὰ γὰρ τούτων αἰσχρότερα παρίημι· ὅταν οὖν πάντα ἁπλῶς ἐπὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης γυμνὰ φαίνηται, καὶ τετραχηλισμένα, πόσην ὑποστησόμεθα ἀσχημοσύνην, καὶ κόλασιν, καὶ τιμωρίαν; τότε γὰρ ἂν μὴ παραστῇ λάμπουσα οὕτως ἡμῶν ἡ ψυχὴ, ὡς εἰκὸς τὴν ἁρμοσθεῖσαν ἐκείνῳ τῷ νυμφίῳ, ἂν μὴ πάσης κηλῖδος, καὶ ῥύπου, καὶ ῥυτίδος ᾖ καθαρὰ, ἀπολεῖται, καὶ τὰ ἔσχατα πείσεται δεινά. εἰ γὰρ ὁ τυχὼν [b] μῶμος ἱκανὸς αὐτὴν ἐκβαλεῖν· ὅταν πολὺς ὁ ῥύπος ᾖ, καὶ τοσαύτη ἡ δυσωδία, καὶ μυρία πανταχόθεν ἕλκη, τίς αὐτὴν ἐξαιρήσεται τῆς κολάσεως, καὶ τῆς τιμωρίας ἐκείνης; εἰ γὰρ ἐνταῦθα οὕτω φαῦλον ὄζει παρὰ πᾶσι καὶ ἀηδὲς τῆς τοιαύτης ὁ βίος, ὡς πάντας αὐτὴν ἀποστρέφεσθαι καὶ φίλους, καὶ ἐχθροὺς, πῶς τῶν βασιλικῶν ἐπιβῆναι δυνήσεται προθύρων ἀνακεχρωσμένη βορβόρῳ τοσούτῳ; οὐχ ὁρᾷς, ὅτι οὐδὲ ἐν οἰκίᾳ ἀνδρὸς ἰδιώτου, καὶ εὐτελοῦς ἀνάσχοιτό τις ἂν ὗν ἐγκυλισθέντα βορβόρῳ παραδέξασθαι

[a] Savil. καὶ ῥήματα, καὶ βλέμματα καὶ ἔννοιαι.

[b] Savil. μῶμος ἐκβάλλει, ἐπεί.

A ſunt: qui autem corrupti & improbi, & ab amicis affliguntur. Et vero divinæ hoc providentiæ opus eſt, quod tantam nobis cum virtutibus cognationem, & tantam vitiorum abominationem indidit: ut illa quidem omnium calculo probetur, etiam eorum, qui illam non adeunt; malitia vero, condemnetur & ab iis, qui illam averſantur, & ab iis qui illam conſectantur. Unde clarum, quod ignavas illas non noti ſolum, ſed & ignoti, averſantur: & maxime omnium ii qui cohabitant. Nam etſi ſe dicant valde vos diligere, & admirari, etſi gratiam habeant pro hac voluptate, & pro donis B veſtris, attamen odio iterum eritis conſcientiis eorum, ubi parum reſipuerint, & intellexerint, quo laqueo fuerint capti. Tantum eſt nequitia malum, ut ii, quos maxime omnium colitis, vos potiſſimum condemnaturi ſint, quoniam & maxime omnium veſtra ſciunt in penitiſſima admiſſi, & ſecreta veſtra omnia diffamant. Et quod oderint, hinc manifeſtum eſt: ſæpius voluerunt ab hac ſcabie & hoc morbo gravi liberari: impedit vero conſuetudo, & voluptas quædam, quæ ineſſe videtur: quandoquidem & illa liberari ægritudine optant quidem, eamque omnes, qui illa laborant, oderunt; at delectantur tamen dum ea laborant, ut in hoc caſu contingit. C Nam licet quis valde miſer & calamitoſus ſit, non eſt tamen ita deſperatus, nec ita ſuam cupit inquinari gloriam, ut velit in turpitudine vivere, & in ore omnium verſari, maledictis inceſſi, rideri, opprobriis onerari, & ſpectaculum eſſe in foro commune, omniumque digitis monſtrari per ignominiam. Enimvero non parva his inſuavitas ab hujuſmodi ſuſpicione naſcitur, quæ conſcientiam aſſidue exagitat, & omni verme tenacius mentem intus depaſcitur. Si autem ubi hæc apud homines ſequitur infamia, licet D nihil palam proferant, ſed intra ſe ſolum improbent, tantus oritur dolor; cum ad injuria affectum ſponſum proficiſcemur, cum occulta in medium adducentur, quando & corda revelabuntur, & ſermo, & figura, & viſus, & cogitatio (tranſeo enim quæ his turpiora): quando igitur omnia ſimpliciter in orbe toto nuda apparebunt, & aperta, quantam ſuſtinebimus ignominiam, & ſupplicium, & vindictam? Tunc enim ſi non ſe ſiſtat fulgens virtutibus anima, ut decet hujuſmodi junctam ſponſo, ſi non omni labe, macula, & ruga ſit pura, peri- E bit, & extrema feret. Quod ſi quantalibet macula ejicere illam poteſt, quando multæ ſordes ſunt, & tantus fœtor, & plurima ubique ulcera, quis eam eruet e ſupplicio & illa pœna? Nam ſi hic ita deſpecta & inſuavis ejus eſt vita, ut omnes eam averſentur, & amici & inimici, quomodo poterit ad regia tranſcendere veſtibula, tanta luti fœditate oblita? Non vides, quod in domo viri privati & vilis nemo ferret porcum luto volutatum intus admit-

tis, sed illum abigunt & persequuntur omnes, & januas claudunt, & fugant procul? Si autem brutum animal, in luto educatum, non ferunt homines intus excipi cum tali macula, quomodo in cælestia tabernacula, ubi tanta claritas, ubi omnia fulgida, ubi lux inaccessa, ubi fulgure omni fulgidiores occurrent virgines, poterit quis sic coinquinatus ingredi? Quæ non habebant oleum, a thalamo exclusæ sunt, & quomodo vos adyta illa ingredi exspectatis? Etenim multo hoc illo gravius peccatum est. Non enim est par, corporalem cibum non impertire, & multas perdere animas. Illæ quidem pauperes nulla in re affecerant injuria, sed quia sua illis non impartitæ sunt, neque eorum inopiam levaverunt, hæc passæ sunt: tu autem injuria affecisti, & expulisti, & non solum non profuisti, sed & maxime nocuisti. Quod si quæ nihil profuerunt, tantam dederunt pœnam, præsertim virginitate sincera manente: quæ non solum inutiles aliis, sed & plurimum sibiipsis nocuerunt, necnon contubernalibus & iis, qui scandalizati sunt, & præ omnibus nomen sponsi contumelia affecerunt, qualem sustinebunt cruciatum? An nescitis qualem rem aggressæ, in quem agonem instructæ estis? quam prælii partem sortitæ? Apud ipsum belli ducem, imo apud ipsum habitatis regem, & militatis. Sicut igitur in bellis non unum locum exercitus omnis occupat, sed alii cornua agminis, alii medium, alii postrema, alii frontem phalangis ornant, alii autem ubi rex comparet, ubique cum ipso apparent ac cum ipso currunt: sic quoque virginum chorus, si vere virginum chorus sit, nullum alium, nisi hunc ordinem sortitus est. Non sic ii qui aureas togas induti, & equis auro ornatis vecti, & aurea gemmisque distincta ferentes scuta, regis præsentiam declarare debent, ut virgo Christi. Nam illi quidem apud ipsum currum regium versantur: virgo autem regius quoque currus fit, sicut Cherubim, si vult, & adstat ipsi sicut Seraphim.

que animum cogit, dictorum gravitatem non ferentem, resilire. At qui eam variat, ac facilia plura quam difficilia immiscet, cum difficultatis sensum eripit, tum reficiendo auditorem, ita eum magis inducit & conciliat: quod quidem & beatus Paulus fecit. Eo enim dicto, *Bonum est homini mulierem non tangere*; protinus ad matrimonium se recepit, ut suam quisque uxorem haberet dicens. Atque contentus id beatum prædicasse: nam, *Bonum*, inquit, *est homini mulierem non tangere*: de matrimonio & consulit & præcipit, addita etiam causa: ait enim, *propter fornicationem*: atque matrimonii concessionem reprehendere videtur; sed re vera expositis matrimonii caussis, tacite continentiæ laudem amplificat: non id apertis verbis declarans, sed auditorum conscientiæ relinquens. Nam qui se moneri intelligat ut matrimonium contrahat, non quod matrimonium potissima quædam virtus sit, sed quod se Paulus tantæ libidinis damnet, ut citra matrimonium ab ea se continere nequeat, erubescens ac pudefactus, protinus virginitatem adsciscere, atque a se tantam infamiam depellere nitetur.

XXVIII. Quæ de matrimonio dicantur, cohortationem esse ad virginitatem.

Quid vero addit insuper? *Uxori vir debitam benevolentiam reddat: itidemque uxor viro*: quod apertius explanans, subdit: *Uxor sui corporis domina non est, sed vir: itidemque vir sui corporis dominus non est, sed uxor*. Et hæc dici pro matrimonio videntur: re vera autem ea, tamquam hamum assueta esca obvolutum, in discipulorum aures immittit, eos per sermonem de matrimonio, a matrimonio retrahere volens. Qui enim audiat, post matrimonium non jam se suum fore, sed uxoris arbitrio subjectum iri, nec mora, acerbissima servitute expedire se conabitur: vel potius nec jugum subire: cum qui semel subierit, ei porro serviendum sit, quamdiu id uxori videatur. Quod autem hic non ex conjectura de Pauli sententia loquar, promtum est ex discipulis cognoscere. Nam nec ii grave ac molestum esse matrimonium prius arbitrati sunt, quam a Domino se in eam necessitatem conclusos, in quam & a Paulo tum Corinthii, viderunt. Illud enim, *Qui uxorem suam dimiserit, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari*: & hoc, *Vir sui corporis dominus non est*, dissimilibus verbis, sed eodem sensu concepta sunt. Quin si quis hoc Pauli accuratius animadvertat, tyrannidem auget magis, durioremque servitutem reddit. Nam Dominus ei non permittit eam domo exigere. Paulus ei etiam sui corporis dominio erepto, omne ejus jus in uxorem confert, eique eum emtitio famulo gravius subjicit. Huic enim licet interdum solidam libertatem adipisci, si quidem possit aliquando auctus pecunia hero precium numerare: at vir, quamvis om-

1. Cor. 7. 3.

Matth. 5. 31.

1. Cor. 7. 4.

A πολλάκις ἀναγκάζει μετασκιρτῆσαι τὴν ψυχὴν μὴ φέρουσαν τῶν λεγομένων τὸ βάρος· ὁ δὲ ποικίλλων αὐτὸν, καὶ πλείονα ἀπὸ τῶν ῥᾳόνων ἢ τῶν δυσκόλων ποιεῖς τὴν μίξιν, τὸ τοῦ πράγματος κλέπτει βαρὺ, καὶ διαναπαύσας τὸν ἀκροατὴν οὕτω πείθει καὶ προσάγεται μᾶλλον· ὅπερ οὖν καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἐποίησεν. Εἰπὼν γὰρ, καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι, ἐπεπήδησεν ἐπὶ τὸν γάμον εὐθέως, ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω, λέγων· καὶ τὸ μὲν μακαρίσαι μόνον ἀφῆκε· καλὸν γὰρ, φησιν, ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι· περὶ δὲ τοῦ γάμου καὶ συμβουλεύει καὶ ἐπιτάττει, καὶ αἰτίαν προστίθησι· διὰ γὰρ τὰς B πορνείας, φησί. καὶ [illegible] αἴτιον εἶναι τοῦ γάμου τὴν συγχώρησιν· [a] τῷ δὲ ἀληθεῖ λανθανόντως ἐν τῇ περὶ τοῦ γάμου παραφράσει ἐπαίρει τὸ τῆς ἐγκρατείας ἐγκώμιον· οὐ φανερῶς ἐκκαλύπτων τῷ λόγῳ, ἀλλὰ τῷ συνειδότι τῶν ἀκουόντων καταλιμπάνων. ὁ γὰρ μαθὼν ὅτι παραινεῖται γαμεῖν, οὐκ ἐπειδὴ τὸ κράτιστον τῆς ἀρετῆς ὁ γάμος, ἀλλ' ἐπειδὴ τοσαύτην αὐτοῦ κατέγνω λαγνείαν ὁ Παῦλος, ὡς ἄνευ γάμου μὴ δυναμένου λαγνείας ἀπέχεσθαι· ἐρυθριάσας καὶ αἰσχυνθεὶς, σπουδάσει ταχέως ἐπιλαβέσθαι τῆς παρθενίας, καὶ τὴν τοσαύτην ἀποκρούσασθαι ἀδοξίαν.

Τί δὲ μετὰ ταῦτα φησί; τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην C εὔνοιαν ἀποδιδότω· ὁμοίως δὲ καὶ [b] ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί. εἶτα ἑρμηνεύων αὐτὸ καὶ σαφέστερον ποιῶν ἐπάγει· ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει· ἀλλ' ὁ ἀνήρ· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ἡ γυνή. καὶ ταῦτα δοκεῖ μὲν ὑπὲρ τοῦ γάμου λέγεσθαι· τὸ δὲ ἀληθὲς, ὥσπερ ἄγκιστρον τῇ συνήθει περιστείλας τροφῇ, οὕτως εἰς τὰς τῶν μαθητῶν ἐνίησιν ἀκοὰς, αὐτοῖς τοῖς περὶ τοῦ γάμου λόγοις ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς τοῦ γάμου βουλόμενος. ὁ γὰρ ἀκούσας ὅτι μετὰ τὸν γάμον οὐκ ἔσται κύριος ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἐν τῇ τῆς γυναικὸς κείσεται γνώμῃ, ταχέως ἀπαλλαγῆναι σπουδάσει τῆς πικροτάτης δουλείας· μᾶλλον δὲ μηδὲ τὴν ἀρχὴν τὸν ζυγὸν ὑπελθεῖν· D ἐπειδὴ εἰσελθόντα ἅπαξ δουλεύειν ἀνάγκη λοιπὸν, ἕως ἂν τῇ γυναικὶ τοῦτο δοκῇ. καὶ ὅτι οὐχ ἁπλῶς καταστοχαζόμενος λέγω τῆς τοῦ Παύλου γνώμης, ἀπὸ τῶν μαθητῶν ῥᾴδιον τοῦτο καταμαθεῖν. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνοι πρότερον φορτικὸν εἶναι καὶ ἐπαχθῆ τὸν γάμον ἐνόμισαν· ἀλλ' ὅτε ἤκουσαν τοῦ κυρίου εἰς ταύτην αὐτοὺς κατακλείοντος τὴν ἀνάγκην, εἰς ἣν καὶ τοὺς Κορινθίους ὁ Παῦλος τότε. τὸ γὰρ, ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι· καὶ τὸ, ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ῥήμασι μὲν ἑτέροις, γνώμῃ δὲ εἴρηται τῇ αὐτῇ. Εἰ δέ τις ἀκριβέστερον καταμάθοι τὸ τοῦ Παύλου, μᾶλλον ἐπιτείνει τὴν τυραννίδα, καὶ φορτικωτέραν ἐργάζεται E τὴν δουλείαν. [c] ὁ μὲν γὰρ κύριος οὐκ ἀφίησι κύριον εἶναι τοῦ τῆς οἰκίας ἐκβαλεῖν· ὁ δὲ Παῦλος καὶ τὴν τοῦ οἰκείου σώματος ἐξουσίαν παραιρεῖται, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν τῇ γυναικὶ παραδιδοὺς, καὶ ἀργυρωνήτου μᾶλλον ὑποτάξας οἰκέτου. τούτῳ μὲν γὰρ ἔξεστι πολλάκις καὶ παντελοῦς ἐλευθερίας τυχεῖν, εἰ δυνηθείη ποτὲ εὐπορήσας ἀργυρίου καταθεῖναι τὴν τιμὴν τῷ δεσπότῃ· ὁ δὲ ἀνὴρ κἂν τὸν ἁπάντων

[a] Reg. τὸ δὲ ἀληθές.
[b] Quædam δι' ὁμοιοτέλευτον ex Plantin. & Morel. exciderant, quæ ex Reg. & Savil. farciuntur.
[c] Hæc paulum diverse jacent in Reg. sed minus recte.

ἀργαλεωτέραν

[a] ἀργαλεωτέραν ἔχῃ γυναῖκα, στέργειν ἀναγκάζεται [a] τὴν δουλείαν, καὶ λύσιν οὐδεμίαν οὐδὲ διέξοδον ταύτης δύναται τῆς δεσποτείας εὑρεῖν.

Εἰπὼν τοίνυν, ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἐπάγει, μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου, πρὸς καιρὸν, ἵνα σχολάσητε τῇ προσευχῇ καὶ τῇ νηστείᾳ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθε. πολλοὺς ἐνταῦθα τῶν τὴν παρθενίαν ἐπανῃρημένων οἶμαι καὶ ἐρυθριᾶν καὶ αἰσχύνεσθαι ἐπὶ τῇ πολλῇ συγκαταβάσει τοῦ Παύλου. ἀλλὰ μὴ δείσητε, μηδὲ ἀβέλτερόν τι πάθητε. δοκεῖ μὲν γὰρ καὶ ταῦτα εἶναι χαριζομένου τοῖς γεγαμηκόσιν· εἰ δέ τις αὐτὰ ἀκριβῶς διασκέψαιτο, τῆς αὐτῆς ὄντα τοῖς προτέροις εὑρήσει γνώμης. εἰ μὲν γάρ τις αὐτὰ ἁπλῶς ἐπιέναι [b] βούλοιτο, τῆς προκειμένης [b] ἀπαλλάττων αἰτίας, δόξει νυμφευτρίας εἶναι μᾶλλον ἢ ἀποστόλου τὰ ῥήματα· εἰ δὲ τὸν σκοπὸν ἅπαντα ἀναπτύξειε, καὶ ταύτην καιρίαν εὑρήσει τῆς ἀποστολικῆς ἀξίας τὴν παραίνεσιν. διὰ τί γὰρ μακρότερον ἐπέξεισι τούτῳ τῷ λόγῳ; οὐ γὰρ ἤρκει διὰ τῶν ἀνωτέρω τοῦτο σεμνότερον ἐνδειξάμενον, μέχρις ἐκείνου στῆσαι τὴν παραίνεσιν; τί γὰρ ἔχει πλέον τοῦ, τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω, καὶ, ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, τὸ, μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρόν; πλέον μὲν οὐδέν. τὸ δὲ ἐν βραχεῖ καὶ ἀμυδρῶς εἰρημένον ἐκεῖ, διὰ πλειόνων ἐνταῦθα σαφέστερον ἐξειργάσατο. ποιεῖ δὲ τοῦτο μιμούμενος τὸν ἅγιον τοῦ θεοῦ Σαμουήλ. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος μετὰ πάσης ἀκριβείας τοὺς περὶ τῆς βασιλείας ἐξηγεῖται νόμους τοῖς ἰδιώταις, οὐχ ἵνα δέξωνται, ἀλλ' ἵνα μὴ δέξωνται· [c] καὶ δοκεῖ μὲν [c] διδασκαλία τὸ πρᾶγμα εἶναι, τὸ δὲ ἀληθὲς ἀποτροπή τις ἦν τῆς ἐπιθυμίας αὐτῶν τῆς ἀκαίρου. οὕτω καὶ ὁ Παῦλος τοῦ γάμου τὴν τυραννίδα συνεχέστερον στρέφει καὶ σαφέστερον, τούτοις αὐτοὺς τοῖς ῥήμασιν ἐκεῖθεν ἐξελκύσαι βουλόμενος. εἰπὼν γὰρ, ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει· ἐπάγει, μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου, ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ. ὁρᾷς πῶς ἀνυπόπτως καὶ ἀνεπαχθῶς τοὺς ἐν τῷ γάμῳ μένοντας εἰς τὸ τῆς ἐγκρατείας γυμνάσιον ἐνήγαγε; παρὰ μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν ἁπλῶς τὸ πρᾶγμα ἐπῄνεσεν, εἰπών· καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι· ἐντεῦθεν δὲ καὶ παραίνεσιν προσέθηκεν, εἰπών· μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου. διὰ τί δὲ καὶ ἐν παραινέσει ὅπερ θεῖναι ἠβούλετο εἰσήγαγεν, ἀλλ' οὐκ ἐν ἐπιτάγματος σχήματι; [d] οὐ γὰρ εἶπεν· ἀποστερεῖτε μὲν [d] ἀλλήλους, συμφώνως δέ· ἀλλὰ τί; μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου· ὅτι οὕτω προσηνέστερος ὁ λόγος ἐγίνετο, τοῦ διδασκάλου τὴν γνώμην δεικνὺς, οὐ μετὰ σφοδρότητος τοῦτο ἀπαιτοῦσαν, ὅτε μάλιστα καὶ μετὰ πολλῆς τῆς εὐγνωμοσύνης ἡ ἔκτισις γίνεται. οὐ τούτῳ δὲ μόνῳ παραμυθεῖται τὸν ἀκροατὴν, ἀλλὰ καὶ τῷ τὸ μὲν τραχὺ βραχέσι συστεῖλαι ῥήμασι· πρινὴ δὲ ἀλγῆσαι τὸν ἀκούοντα, ἐπὶ τὰ ἡδύτερα μεταπηδῆσαι, καὶ τούτοις ἐνδιατρῖψαι μᾶλλον.

Ἄξιον δὲ ἐξετάσαι κἀκεῖνο, τί δήποτε, εἴπερ τίμιος ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος, οὐκ ἀφίησιν αὐτὸν γά-

[a] Sic Reg. melius quam Editi, τῇ δουλείᾳ.
[b] Reg. ἀποκόπτων.

nium difficillimam uxorem nactus sit, servitutem ferre cogitur, nec qua eo dominatu se absolvat, inire viam potest.

Itaque cum dixisset, *Uxor sui corporis domina non est*, addit, *Ne defraudate alter alterum, nisi si quid ex consensu, ad tempus, ut precibus & jejunio vacetis: rursumque eodem convenite.* Multos hic eorum qui virginitatem sunt amplexi, in tanta Pauli indulgentia, erubescere ac verecundari existimo. At ne timete, neu imperite quidquam admittite. Nam & hæc videntur esse conjugibus indulgentis: sed si quis ea accurate scrutetur, ejusdem cum superioribus sententiæ comperiet: alioqui si ea leviter tractamus, propositam causam mutando, pronubæ potius quam Apostoli verba videbuntur. Sin consilium omne evolvamus, etiam hanc cohortationem dignam Apostolica gravitate inveniemus. Quid est enim cur in hac disputatione prolixior est? an non id satis erat, ut cum superioribus verbis graviter repræsentasset, cohortationem illic sisteret? Nam quid his, *Ne defraudate alter alterum, nisi si quid ex consensu, ad tempus*; plus dicitur quam illis, *Uxori vir debitam benevolentiam reddat*: &, *Vir sui corporis dominus non est?* Nihil sane: sed quod illic breviter & obscure dictum est, hic pluribus illustrat. Atque id facit sanctum Dei Samuëlem imitatus. Ut enim ille accuratissime regni leges populo recenset, non ut eas suscipiant, sed ne suscipiant: agique institutio quædam videtur, cum re vera intempestivæ eorum cupiditatis dehortatio sit: ad eumdem modum & Paulus matrimonii tyrannidem frequentius & apertius inculcat, eos his verbis volens inde revocare. Itaque ei sententiæ, *Uxor sui corporis domina non est*, addit, *Ne defraudate alter alterum, nisi si quid ex consensu, ut jejunio & precibus vacetis.* Vides ut nec opinato & sine molestia, eos qui in matrimonio degerent, ad continentiæ studium inducat? Nam principio rem laudavit dicens, *Bonum est homini mulierem non tangere*: hic adhibet etiam cohortationem his verbis, *Ne defraudetis alter alterum, nisi si quid ex consensu.* Et cur quod constitutum volebat, hortabundus, non imperabundus proponit? neque enim dixit, defraudate alter alterum, dummodo ex consensu: sed quid? *Ne defraudate alter alterum, nisi si quid ex consensu.* Quia hic sermo levior est, doctoris sententiam demonstrans, quæ rigide id non exigat, cum maxime summa benevolentia persolvatur. Neque eo solo auditorem solatur, sed etiam quod asperum brevibus verbis complexus, prius ad jucunda revertatur, quam auditorem dolor attingat: in iisque magis moretur.

XXIX. Illud, Ne defraudate alter alterum, ejus esse qui ad virginitatem instiget.

1. Cor. 7. 5.

Atque illud etiam quæstione dignum est, cur, si quidem honorabile est matrimonium, & torus immaculatus, ei precum ac

XXX. Cur si honoratum matrimonium

[c] Reg. διδασκαλίας.
[d] Reg. ἀλλήλους, ἵνα σχολάσητε τῇ προσευχῇ· ἀλλὰ μή.

est, jejunantes hortetur Paulus congressu abstinere. *Exod.* 19.

jejunii tempore locum habere non permittat? Quod perabsurdum esset, Judæos, quibus omnia corporea constituebantur, qui duas conjuges habere, & aliis ejectis alias adsciscere sinebantur, tantam in hac re operam ponere, ut divina oracula audituri, etiam legitimo coïtu abstinerent: idque non unum aut alterum diem, sed etiam plures: nos autem tanta affectos gratia, qui spiritalia accepimus, defunctos, cum Christo consepultos, adoptione auctos, ad eam dignitatem evectos, post tot tantaque bona, ne infantium quidem illorum studium consequi. Quod si quis iterum quærere persistat, cur Moses ipse Judæos ab eo coïtu abducat? id habeat responsum, Et si honorabile matrimonium sit, at eo solum pertingere, ut utentem non inquinet, sanctos vero præstare, non illud posse, sed virginitatem. Ne vero putes ea Mosen solum atque Paulum edixisse, audi quid Joël dicat: *Sanctificate jejunium, prædicate curationem, cogite cœtum, seniores congregate.* Sed quæris, ubinam uxore abstinendum dicat? *Egrediatur*, inquit, *sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo.* Id enim Mosaïco etiam majus est præcepto. Nam si sponsum ac sponsam libidine ardentes, juventa prurientes, cupiditate infrenes, jejunii & precum tempore coïre nefas est, quanto magis cæteros eam congrediendi necessitatem non habentes? Qui enim ut decet comprecetur ac jejunet, ei necesse sit, omne humanarum rerum studium, omnem curam & negotium abjicere, ac se undique colligentem, Deum adire. Quare & jejunium bonum est: quippe quod recisis animi curis, ac negligentia, quæ mentem circumfluat, repressa, cogitationem omnem ad se convertat. Id quod & Paulus innuens, a congressu arcet, & verbis utitur admodum opportunis. Non enim ait, Ne inquinemini: sed, *Ut jejunio & precibus vacetis*: velut coïtu cum uxore non ad fœditatem, sed ad occupationem nos cogente.

Vide ad Rom. 8.

Joel. 2. 15.

XXXI. Qui precationibus rite operam dare velint, necessario Paulum a concubitu avocasse.

Nam cum nunc post tot præsidia, impedire nos precum tempore diabolus conetur, ecquid non molietur mentis oculis huc illuc jactando, animum nactus diffluentem, atque uxoris studio emollitum? Quod ne pateremur, neve cum potissimum id agimus, ut Deum nobis propitium comparemus, tum prece adeo futili eum irritaremus, jubet tum a coïtu puros esse.

XXXII. Qui segniter precentur, non modo Deum non propitiare, sed etiam irr[...]re.

Etenim si qui reges adeunt: & quid reges dico? imo vero infimos magistratus: & servi heros alloquentes, seu id agant injuria ab aliis affecti, seu beneficium ipsi postulantes, seu iram in se excitatam sopire curantes, & oculis & mente omni ad eos conversa, ita colloquium habent: sin mi-

A ἐὰν ἔχῃ ἐν τῷ τῆς νηστείας καὶ τῆς προσευχῆς καιρῷ; ὅτι τῶν σφόδρα ἀτόπων ἦν, Ἰουδαίους μὲν, οἷς ἅπαντα τὰ σωματικὰ διατετύπωτο, οἷς καὶ δύο γυναῖκας ἔχειν ἐφεῖτο, καὶ τὰς μὲν ἐκβάλλειν, τὰς δὲ ἀντεισάγειν, τοσαύτην ποιεῖσθαι τοῦ πράγματος πρόνοιαν, ὡς μέλλοντας θείων ἀκούειν λόγων, ἀποστῆναι καὶ τῆς κατὰ νόμον μίξεως· καὶ ταῦτα οὐ μίαν οὐδὲ δύο μόνον ἡμέρας, ἀλλὰ καὶ πλείους· ἡμᾶς δὲ τοὺς τοσαύτης ἀπολαύοντας χάριτος, τοὺς [a] πνεύματα λαβόντας, τοὺς νεκρωθέντας, τοὺς συνταφέντας τῷ Χριστῷ, τοὺς υἱοθεσίας ἀξιωθέντας, τοὺς εἰς τοσαύτην ἀναχθέντας τιμὴν, μετὰ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα ἀγαθὰ, μηδὲ εἰς τὴν αὐτὴν ἀφι-
B κέσθαι τοῖς νηπίοις ἐκείνοις σπουδήν. Εἰ δὲ ἐπιμένοι τις πάλιν ζητῶν· αὐτὸς δὲ ὁ Μωϋσῆς διὰ τί τοὺς Ἰουδαίους τῆς ὁμιλίας ταύτης ἀπήγαγεν; ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι, ὅτι εἰ καὶ τίμιος ὁ γάμος, ἀλλὰ μέχρι τοσούτου φθάσαι δύναιτ' ἂν, ὥστε μὴ μολῦναι τὸν χρώμενον· τὸ δὲ καὶ ἁγίους ἀποφαίνειν, οὐκέτι τῆς ἐκείνου δυνάμεως, ἀλλὰ τῆς παρθενίας ἐστίν. Ὅτι δὲ οὐ Μωϋσῆς μόνον, οὐδὲ Παῦλος ταῦτα παρήγγελον, ἄκουσον τί φησιν ὁ Ἰωήλ· ἁγιάσατε νηστείαν, κηρύξατε θεραπείαν, συναγάγετε ἐκκλησίαν, συναγάγετε πρεσβυτέρους. Ἀλλ' ἐκεῖνο ἴσως ζητεῖς, ποῦ γυναικὸς ἀπέχεσθαι [b] ἐβούλευσεν; ἐξελθέτω, φησὶ, νυμφίος ἐκ τοῦ κοι-
C τῶνος αὐτοῦ, καὶ νύμφη ἐκ τοῦ παστοῦ αὐτῆς. Τοῦτο γὰρ καὶ Μωσαϊκοῦ μεῖζόν ἐστιν ἐπιτάγματος. Εἰ γὰρ νυμφίον καὶ νύμφην, οἷς ἀκμάζει τὰ τῆς ἐπιθυμίας, οἷς ἡ νεότης σφριγᾷ, οἷς ὁ πόθος ἀκάθεκτος, οὐ χρὴ συνιέναι κατὰ τὸν τῆς νηστείας καιρὸν καὶ τῆς προσευχῆς, πόσῳ μᾶλλον τοὺς λοιποὺς τοὺς οὐκ ἔχοντας τοσαύτην μίξεως ἀνάγκην; τὸν γὰρ εὐχόμενον ὡς χρὴ καὶ νηστεύοντα, πάντα ἀποῤῥῖψαι δεῖ πόθον βιωτικὸν, πᾶσαν φροντίδα καὶ διάχυσιν, καὶ πανταχόθεν ἑαυτὸν συναγαγόντα καλῶς, οὕτω προσιέναι τῷ Θεῷ. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ νηστεία καλὸν, ὅτι περικόπτει τὰς τῆς ψυχῆς φρον-
D τίδας, καὶ τὴν περιῤῥέουσαν τὸν νοῦν ὀλιγωρίαν ἀναστέλλουσα, ὅλην πρὸς ἑαυτὴν ἐπιστρέφει τὴν διάνοιαν. Τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος αἰνιττόμενος ἀπάγει τῆς μίξεως· καὶ τῇ λέξει σφόδρα καιρίως κέχρηται. Οὐ γὰρ εἶπεν, ἵνα μὴ μολυνθῆτε, ἀλλ' ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ· ὡς τῆς πρὸς γυναῖκα ὁμιλίας οὐκ εἰς ἀκαθαρσίαν, ἀλλ' εἰς ἀσχολίαν ἀγούσης.

Ὅπου γὰρ νῦν μετὰ τὴν τοσαύτην ἀσφάλειαν πειρᾶται ἐμποδίζειν ἡμῖν κατὰ τὸν τῆς προσευχῆς καιρὸν ὁ διάβολος, ἂν διακεχυμένην λάβῃ ψυχὴν, καὶ ὑπὸ τῆς πρὸς τὴν γυναῖκα συμπαθείας μεμαλαγμένην, τί οὐκ ἐργάσεται τῇδε κἀκεῖσε τοὺς τῆς διανοίας ἀναῤῥιπίζων ὀφθαλμούς;
E ὅπερ ἵνα μὴ πάθωμεν, μηδὲ, ὅτε μάλιστα ἵλεω σπουδάζομεν ἡμῖν καταστῆσαι τὸν Θεὸν, τότε αὐτὸν παροξύνωμεν διὰ τῆς οὕτω ματαίας εὐχῆς, κελεύει τῆς κοίτης ἀπηλλάχθαι τότε.

Εἰ γὰρ οἱ τοῖς βασιλεῦσι προσιόντες· τί λέγω βασιλεῦσιν; ἐσχάτοις μὲν οὖν ἄρχουσι· καὶ δεσπόταις δοῦλοι ἐντυγχάνοντες, ἄντε ὑφ' ἑτέρων ἠδικημένοι τοῦτο ποιῶσιν, ἄντε αὐτοὶ δεόμενοι παθεῖν εὖ, ἄντε ὀργὴν τινα καθ' ἑαυτῶν ἠγειρμένην κοιμίσαι [c] σπεύδοντες· καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὴν διάνοιαν ἅπασαν ἐπιστρέψαντες πρὸς ἐκείνους, οὕτω

[a] Morel. & Plantin. πνεύματι, Savil. & Reg. πνεῦμα. Infra Reg. ἀφικέσθαι.

[b] Reg. ἐκέλευσεν.
[c] Reg. σπουδάζοντες.

ποιοῦνται τὴν ἐντυχίαν· κἂν μικρὸν ἀπορραθυμήσωσιν, οὐ μόνον οὐ κατώρθωσαν ὑπὲρ ὧν ἐδέοντο, ἀλλὰ καὶ κακόν τι προσλαβόντες [a] ἀπῆλθον. Εἰ οἱ θυμὸν ἀνθρώπων παῦσαι βουλόμενοι, τοσαύτῃ κέχρηνται τῇ σπουδῇ, τί πεισόμεθα ἡμεῖς οἱ δείλαιοι, μετὰ τοσαύτης ῥαθυμίας τῷ πάντων δεσπότῃ προσιόντες θεῷ, καὶ ταῦτα πολλῷ μείζονος ὀργῆς ὄντες ὑπεύθυνοι; οὔτε γὰρ οἰκέτης δεσπότην, οὔτε ἀρχόμενος βασιλέα παροξυνώσειεν ἂν οὕτως, ὡς τὸν θεὸν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἡμεῖς. καὶ τοῦτο ἐμφαίνων ὁ Χριστὸς, τὰ μὲν εἰς τὸν πλησίον ἁμαρτήματα, ἑκατὸν ἐκάλει δηνάρια· τὰ δὲ εἰς τὸν θεὸν, μυρία τάλαντα. ἐπεὶ οὖν τοσαύτην ἐν ταῖς εὐχαῖς προσιόμεθα σβέσοντες ὀργὴν, καὶ ὃν οὕτως καθ' ἑκάστην ἐκπολεμοῦμεν τὴν ἡμέραν καταλλάξοντες, εἰκότως ἡμᾶς ἀπάγει τῆς ἡδονῆς ἐκείνης, μονονουχὶ λέγων· περὶ ψυχῆς ἡμῖν ὁ λόγος, ἀγαπητοί· ὑπὲρ τῶν ἐσχάτων ὁ κίνδυνος· τρέμειν δεῖ καὶ δεδοικέναι καὶ συνεστάλθαι· δεσπότῃ προσίμεν φοβερῷ, πολλὰ παρ' ἡμῶν ὑβρισμένῳ· μεγάλα ἡμῖν ἔχοντι καὶ ὑπὲρ μεγάλων ἐγκαλεῖν. οὐ περιπλοκῶν ἐστὶν ὁ καιρὸς, οὔτε ἡδονῶν, ἀλλὰ δακρύων καὶ στεναγμῶν πικρῶν, προσπτώσεως, ἐξομολογήσεως ἀκριβοῦς, λιτανείας συντεταμένης, ἱκετηρίας πολλῆς. ἀγαπητὸν γὰρ καὶ μετὰ τοσαύτης προσπίπτοντα σπουδῆς, δυνηθῆναι προσιόντα [b] καταμαλάξασθαι τὴν ὀργὴν ἐκείνην· οὐχ ὅτι ἀπηνὴς, οὐδ' ὅτι ὠμὸς ὁ δεσπότης ἡμῶν· καὶ γὰρ σφόδρα ἐστὶν ἥμερος καὶ φιλάνθρωπος· ἀλλ' ἡ τῶν ἁμαρτημάτων τῶν ἡμετέρων ὑπερβολὴ οὐδὲ τὸν χρηστὸν καὶ ἐπιεικῆ καὶ πολυέλεον ἀφίησιν ἡμῖν συγγνῶναι ταχέως· διό φησιν· ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ προσευχῇ. τί οὖν ἂν εἴη τῆς δουλείας ταύτης πικρότερον; [c] βούλομαι ἐπιδοῦναι πρὸς ἀρετὴν, ἀναπτῆναι πρὸς τὸν οὐρανὸν, νηστείαις καὶ εὐχαῖς συνεχῶς προσκαρτερῶν ἀποσμῆξαι τὸν ῥύπον τῆς ψυχῆς· εἶτα ἐὰν μὴ βούληται ἐκείνη ταύτῃ ἐπινεῦσαι τῇ γνώμῃ, [d] ἀναγκάζομαι δουλεύειν αὐτῆς τῇ λαγνείᾳ. διὰ τοῦτο γὰρ ἀρχόμενος ἔλεγε, καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι. διὰ τοῦτο δὲ οἱ μαθηταὶ πρὸς τὸν κύριον εἶπον· εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικὸς, οὐ συμφέρει γαμῆσαι. λογισάμενοι γὰρ ὅτι πολλὴ ἀνάγκη θατέρῳ τῶν μερῶν γενέσθαι τὴν ἐπήρειαν, καὶ στενοχωρηθέντες ὑπὸ τῶν λογισμῶν, ταύτην ἀφῆκαν τὴν φωνήν.

Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος συνεχῶς αὐτὸ στρέφει, ἵνα εἰς τοῦτον τὸν λογισμὸν ἐμβάλῃ τοὺς Κορινθίους. ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω· τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω· ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει· μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους· ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθε. οὐδὲ γὰρ οἱ μακάριοι τότε ἐκεῖνοι ἐκ πρώτης εὐθέως τοῦτο ἔπαθον τῆς φωνῆς, ἀλλ' ὅτε ἐκ δευτέρου ταῦτα ἤκουσαν, τότε συνεῖδον τῆς ἐντολῆς τὴν ἀνάγκην. καὶ γὰρ ὅτε ἐκάθητο ἐπὶ τοῦ ὄρους ὁ Χριστὸς διελέχθη περὶ τούτου, καὶ μεθ' ἕτερα πολλὰ πάλιν οὕτως αὐτοὺς εἰσήγαγεν εἰς τὸν τῆς ἐγκρατείας ἔρωτα· οὕτω συνεχῶς τὰ αὐτὰ λεγόμενα πλείονα ἔχει τὴν ἐνέργειαν. κἀνταῦθα οὖν τὸν διδάσκαλον μιμούμενος ὁ μαθητὴς συνεχῶς περὶ τῶν αὐτῶν διαλέγεται· καὶ οὐδαμοῦ τὴν συγχώρησιν ἁπλῶς τίθησιν, ἀλλὰ μετὰ αἰτίας, διὰ τὰς πορνείας λέγων, καὶ τοὺς πειρα-

a Reg. ἀπίασιν.
b Reg. ἐκμειλίξασθαι.

A nimium torpeant, non solum pro quibus supplicabunt, non perficient, sed malo etiam accepto discedent. Si qui hominum furorem lenire volunt, tantopere laborant: quid nobis miseris fiet, qui omnium principem Deum adeo negligenter adimus, maxime cum longe majori simus iræ obnoxii? Neque enim herum servus, aut regem subditus tam graviter irritat, atque nos Deum in dies. Atque id significans Christus, peccata in alium, centum denarios; in Deum, decem millia talenta nominabat. Quare cum eum, sedandæ tantæ iræ, ejusque, quem quotidie oppugnemus, propitiandi B causa, precibus adimus, merito nos ab ea voluptate arcet: quasi dicat. De anima nobis agitur, carissimi, de summa rerum periculum est: tremendum, horrendum, formidandum est. Herum adimus terribilem, multoties a nobis læsum, multa habentem quæ nobiscum expostulet. Non hoc tempus est amplexuum, non voluptatum, sed lacrymarum, acerborum gemituum, prostrationis, accuratæ confessionis, diligentis supplicationis, frequentium precum: quandoquidem bene cum eo agatur, qui vel tanto studio, iram eam leniat, non quia durus ac crudelis sit Dominus noster; est C enim admodum lenis & humanus, sed scelerum nostrorum magnitudo etsi benignum, clementem, atque misericordem, facile nobis ignoscere non sinit: itaque ait, *Ut jejunio & precibus vacetis.* Quid igitur est hac servitute acerbius? Volo in virtute gradum facere, in cælum evolare jejunio atque precibus assidue intentus, animi sordes abstergere. Quod si illa in id institutum non consentiat, lasciviæ ejus servire cogor. Ob id enim initio monebat, *Bonum est homini mulierem non tangere*, & discipuli etiam Domino dicebant: *Si ea est* D *viri cum uxore causa, non expedit matrimonium contrahere*: quippe cogitantes necesse esse alterutram in partem damnum admitti, eaque cogitatione in angustum deducti, eam vocem emiserunt.

Matth. 18. 34.

Matth. 19. 10.

Quare etiam Paulus id assidue repetit, ut in eam cogitationem Corinthios inducat: *Suam quisque uxorem habeat: Uxori vir debitam benevolentiam reddat: Uxor sui corporis domina non est: Ne defraudate alter alterum: Eodem convenite.* Nam nec beati illi id ad primam vocem tum senserunt, sed postquam id secundo audierunt, tum vero præcepti necessitatem intellexe- E runt. Etenim Christus, qui & in monte considens, & rursum post alia multa, de eo disseruisset, ita eos ad continentiæ studium incitavit. Adeo eadem assidue repetita, plus habent efficaciæ. Itaque & hîc, discipulus magistrum imitatus, crebro idem usurpat, neque usquam permissionem meram prodit, sed cum causa, propter fornicationem inquiens, & tentatio-

XXXIII. Idem iterum repetere, eorum esse qui Christum imitentur.

Matth. 5.

c Reg. βούλει φησὶν ἐπιδοῦναι.
d Reg. ἀνάγκαζει δουλεύειν.

nes Satanicas, atque incontinentiam, præter exſpectationem virginitatis laudem in diſputatione de matrimonio texens.

XXXIV. Virginitatem admirandam eſſe, & multis coronis dignam.

Nam ſi in matrimonio degentes diutius abjungere veretur, ne quem diabolus aditum inveniat, quibus coronis dignæ ſint, quæ neque ab initio eo ſolatio opus habuerunt, & ad extremum invictæ permanſerunt? Ut ne dicam, nec diaboli machinas utriſque ex æquo admoveri. Nam illis, opinor, nec moleſtus eſt, qui quidem ſciat perfugium iis proximum eſſe, ſtatimque ſi quem vehementiorem impetum ſentiant, in portum ſe recipere licere: neque enim iis permittit beatus Paulus longius navigare, ſed defeſſos redire jubet, ſinens eodem rurſum convenire. At virgo aſſidue navigare, & ſine portu æquor permetiri cogitur: atque etſi graviſſima tempeſtas conſurgat, ne ſic quidem ei fas eſt navem ſubducere ac quieſcere. Igitur quaſi qui mare infeſtant, ubi civitas aut navale, aut portus ſit, navigantes non invadunt: id enim eſt temere periclitari: ſin navigium in alto offendant, auxilii deſtitutionem audaciæ incitamentum nacti, omnia movent atque verſant, neque prius deſiſtunt, quam aut eos demergant, aut id ipſi patiantur: ita & acer hic pirata virgini graves fluctus, ingentem tempeſtatem, ac procellas intolerabiles, omnia ſuſque deque miſcens, ut vi atque impetu navem ſubvertat: audivit enim virgini non concedi *eodem convenire*, ſed ei neceſſe eſſe perpetuo adverſus ſpiritualia nequitiæ luctari ac confligere, donec tandem in tranquillum portum evadat. Et enim Paulus virgini tamquam forti militi muris excluſo portas aperiri non permittit, quamvis & valde effero hoſte, & vel eo crudeliore, quod adverſario induciarum poteſtas nulla ſit. Nec vero diabolus ſolum, ſed ipſe etiam libidinis ſtimulus cælibes urget acrius: idque omnibus palam eſt. Nam quorum habemus uſum, eorum cupiditate haud facile tangimur, ſecuritate animo ſegni eſſe permittente. Atque idem nobis confirmat & proverbium populare, ſed in primis verum: Quod in poteſtate, inquit, promtum ſit, id ad cupiditatem haud ſane efficax eſt. Sin ab iis prohibeamur, quæ pridem tenebamus, contra accidit, & quæ propter facultatem a nobis contemnuntur, ea nobis e manibus amiſſa, vehementius deſiderium excitant. Itaque primum hac ratione major eſt apud conjuges tranquillitas: deinde, quod ſi flamma iis altius quandoque eluctetur, eam protinus ſuccedens congreſſus reprimit. At virgo non habens unde ignem exſtinguat, eum ſublimem atque alte graſſantem cernens, cum exſtinguere non poſſit, id unum agit, ne cum igne confligens uratur. An vero quidquam magis inſolens eſt, quam ſolidum intus geſtare rogum, nec aduri? quam flammam in animi penetrali ultro ci-

Ephes. 6. 12.

A σμοὺς σατανικοὺς καὶ τὴν ἀκρασίαν· καὶ ἀνυπόπτως τὸ τῆς παρθενίας ἐγκώμιον ἐργαζόμενος ἐν τοῖς περὶ τοῦ γάμου λόγοις.

Εἰ γὰρ τοὺς ἐν τῷ γάμῳ διατρίβοντας δέδοικεν ἀποστῆσαι ἐπιπολύ, μή τινα παρείσδυσιν ὁ διάβολος εὕρῃ, πόσων ἂν εἶεν ἄξιαι στεφάνων, αἳ μηδὲ παρὰ τὴν ἀρχὴν ταύτης δεηθεῖσαι τῆς παραμυθίας, καὶ μέχρι τέλους ἀχείρωτοι διαμείνασαι; καίτοι οὐδὲ τὰ παρὰ τοῦ διαβόλου μηχανήματα ἐξ ἴσης ἀμφοτέροις προσάγεται. τοῖς μὲν γὰρ οὔτε ἐνοχλεῖν αὐτὸν οἶμαι, εἰδότα ὅτι πλησίον αὐτοῖς ἡ καταφυγή· κἂν τινος αἴσθωνται σφοδροτέρας προσβολῆς, ἔξεστιν εὐθέως ἐπὶ τὸν λιμένα καταφυγεῖν. οὐδὲ γὰρ ἀφίησιν
B αὐτοὺς ὁ μακάριος Παῦλος πορρωτέρω πλεῖν, ἀλλ' ὑποστρέφειν ἡνίκα ἂν κάμωσι παραινεῖ, πάλιν ἐπιτρέπων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθαι. ἡ δὲ παρθένος δι' ὅλου θαλαττεύειν ἀναγκάζεται, καὶ πέλαγος πλεῖν ἀλίμενον· κἂν ὁ χαλεπώτατος διεγερθῇ χειμὼν, οὐδὲ οὕτω θέμις ὁρμίσαι τὸ σκάφος αὐτῇ καὶ ἀναπαύσασθαι. ὥσπερ οὖν οἱ κατὰ τὴν θάλατταν κακοῦργοι, ἔνθα μὲν ἂν ᾖ πόλις ἢ ἐπίνειον ἢ λιμὴν, οὐκ ἐπιτίθενται τοῖς πλέουσι· τοῦτο γὰρ μάτην κινδυνεύειν ἐστίν· ἂν δὲ ἐν μέσῳ τῷ πελάγει τὸ σκάφος ἀπολάβωσι, τὴν ἐρημίαν τῶν βοηθησόντων τῆς τόλμης ἐφόδιον ἔχοντες, πάντα κινοῦσι καὶ στρέφουσι, καὶ οὐ πρότερον ἀφίστανται ἕως ἂν ἢ καταδύσωσι τοὺς ἐμπλέοντας, ἢ τοῦτο πάθωσιν αὐτοί· οὕτω καὶ ὁ δεινὸς οὗτος
C πειρατὴς τῇ παρθένῳ πολὺν ἐπάγει τὸν χειμῶνα, καὶ χαλεπὸν τὸν σάλον, καὶ ἀφορήτους τὰς τρικυμίας, πάντα ἄνω καὶ κάτω κινῶν, ὥστε τῇ βίᾳ καὶ τῇ ῥύμῃ περιτρέψαι τὸ σκάφος. ἤκουσε γὰρ ὅτι τὸ, ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθαι ἡ παρθένος οὐκ ἔχει, ἀλλ' ἀνάγκη δι' ὅλου παλαίειν αὐτὴν, δι' ὅλου μάχεσθαι πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, ἕως ἂν εἰς τὸν εὔδιον καταπλεύσῃ λιμένα. καθάπερ γὰρ στρατιώτην γενναῖον ἔξω τειχῶν ἀποκλείσας τὴν παρθένον ὁ Παῦλος, οὐκ ἀφίησιν ἀνοιγῆναι τὰς πύλας αὐτῇ, κἂν σφόδρα ὁ πολέμιος ἀγριαίνῃ πρὸς αὐτὴν, κἂν αὐτῷ τούτῳ σφοδρότερος γίνηται, τῷ τὸν ἀντίπαλον μηδεμίαν ἐξουσίαν ἔχειν
D [a] ἀνακωχῆς. οὐχ ὁ διάβολος δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ τῆς ἐπιθυμίας οἶστρος μειζόνως τοῖς μὴ γεγαμηκόσιν ἐνοχλεῖ. καὶ τοῦτο παντί που δῆλόν ἐστιν. ὧν μὲν γὰρ τὴν ἀπόλαυσιν ἔχομεν, οὐ ταχέως ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας ἁλισκόμεθα, τῆς ἀδείας τῇ ψυχῇ ῥαθυμεῖν συγχωρούσης. καὶ τοῦτο καὶ παροιμία τις ἡμῖν μαρτυρεῖ, δημώδης μὲν, σφόδρα δὲ ἀληθής. τὸ γὰρ ἐν ἐξουσίᾳ, φησὶν, ἕτοιμον, οὐκ ἔστι πρὸς ἐπιθυμίαν σφοδρόν· ἂν δέ ποτε κωλυθῶμεν ὧν πάλαι ἦμεν κύριοι, τοὐναντίον γίνεται, καὶ τὰ διὰ τὴν ἐξουσίαν παρ' ἡμῶν καταφρονούμενα, ταῦτα, ὅταν τὸ κῦρος ἡμῶν ἐκφύγῃ, σφοδρότερον ἡμῶν τὴν ἐπιθυμίαν διήγειρε. πρῶτον μὲν οὖν
E ταύτῃ μείζων παρὰ τοῖς γεγαμηκόσιν ἡ γαλήνη· δεύτερον δὲ, ὅτι κἂν εἰς ὕψος ἀρθῆναι φιλονεικήσῃ ποτὲ ἡ φλὸξ, κατέσβεσε ταχέως αὐτὴν ἐπελθοῦσα ἡ μίξις. ἡ δὲ παρθένος οὐκ ἔχουσα [b] ὅπως σβέσῃ τὸ πῦρ, ὁρᾷ μὲν αὐτὸ κορυφούμενον καὶ εἰς ὕψος αἰρόμενον· σβέσαι δὲ οὐκ ἰσχύουσα, ἑνὸς γίνεται μόνου τοῦ μὴ φλεχθῆναι μαχομένην πυρί. ἆρ' ἔστι τι τούτου παραδοξότερον, παρὰ ἔνδον βαστάζειν τὴν πυρὰν, καὶ μὴ καίεσθαι; συστρέφειν μὲν ἐν τοῖς τῆς ψυχῆς ταμιείοις τὸ

[a] Reg. ἀνακωχῆς. καὶ περὶ μὲν τῆς παρθένου ταῦτα. ταύτης δὲ οὐχ ὁ διάβολος μόνος.

[b] Reg. ὅτω σβέσει.

A φλόγα, ἀνέπαφον δὲ τὴν διάνοιαν διατηρεῖν; οὐδεὶς γὰρ αὐτῇ συγχωρεῖ τοὺς ἄνθρακας τούτους ἔξω κενῶσαι· ἀλλ' ὅπερ ὁ παροιμιαστὴς ἀδύνατον εἶναί φησιν ἐπὶ τῆς τοῦ σώματος φύσεως, τοῦτο ὑπομένειν αὐτὴ καταναγκάζεται ἐπὶ τῆς ψυχῆς. τί δὲ ἐκεῖνός φησι; περιπατήσει τις ἐπ' ἀνθράκων πυρὸς, τοὺς δὲ πόδας οὐ κατακαύσει; ἀλλ' ἰδοὺ αὕτη περιπατεῖ καὶ φέρει τὴν βάσανον. ἀποδήσει τις πῦρ ἐν κόλπῳ, τὰ δὲ ἱμάτια οὐ κατακαύσει; αὕτη δὲ οὐκ ἐν ἱματίοις, ἀλλ' ἔνδον ἔχουσα τὸ πῦρ ἄγριαῖνον καὶ ἠχοῦν, ἀνέχεται καὶ στέγει τὴν φλόγα. ἔτ' οὖν τολμήσει τις, εἰπέ μοι, τῇ παρθενίᾳ τὸν γάμον παραβάλλειν; ἀντιβλέψαι δὲ ὅλως; ἀλλ' οὐκ ἀφίησιν ὁ μακάριος Παῦλος, πολὺ τὸ μέσον ἑκατέρου τοῦ πράγματος θείς. B ἡ μὲν γὰρ τὰ τοῦ κυρίου, φησὶν, ἡ δὲ τὰ τοῦ κόσμου μεριμνᾷ. συναγαγὼν τοίνυν εἰς ταυτὸν τοὺς γεγαμηκότας, καὶ ταύτῃ χαρισάμενος, ἄκουσον πῶς αὐτοῖς ἐνδείξει πάλιν. ἐπὶ τὸ αὐτὸ γὰρ, φησι, συνέρχεσθε, ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ σατανᾶς. καὶ δεῖξαι βουλόμενος ὅτι οὐ τῆς ἐκείνου πείρας τὸ πᾶν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἡμετέρας νωθείας τὸ πλέον, τὴν κυριωτέραν αἰτίαν ἐπήγαγε, διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν εἰπών· τίς οὖν οὐκ ἂν ἐρυθριάσειε ταῦτα ἀκούων; τίς οὐκ ἂν σπουδάσειεν ἐκφυγεῖν τῆς ἀκρασίας τὸν ψόγον; οὐδὲ γὰρ πρὸς πάντας ἡ παραίνεσις αὕτη, ἀλλὰ πρὸς τοὺς σφόδρα κατωφερεῖς. C ἂν οὕτως ἧς δοῦλος τῶν ἡδονῶν, φησὶν, ἂν οὕτω χαῦνος ὡς διαπαντὸς ἐκκεχύσθαι πρὸς τὴν μίξιν καὶ κεχηνέναι, συνέρχου τῇ γυναικί. οὐκ ἄρα ἀποδεχομένου οὐδὲ ἐπαινοῦντος ἡ συγχώρησις, ἀλλὰ σκώπτοντος καὶ καταγινώσκοντος. οὐδὲ γὰρ ἂν εἰ μὴ σφόδρα ἠθέλησε καθάψασθαι τῆς τῶν φιληδόνων ψυχῆς, τὴν τῆς ἀκρασίας ἔθηκε λέξιν, ἐμφατικωτέραν οὖσαν, καὶ πολὺν ἔχουσαν τὸν ψόγον. διὰ τί γὰρ οὐκ εἶπε, διὰ τὴν ἀσθένειαν ὑμῶν; ὅτι ἐκεῖνο μᾶλλον συγγινώσκοντος ἦν· [a] τὸ δὲ τῆς ἀκρασίας, δεικνύντος τῆς ῥᾳθυμίας τὴν ὑπερβολήν. οὐκοῦν ἀκρασίας τὸ μὴ δύνασθαι πορνείας ἀπέχεσθαι, εἰ μὴ διαπαντός τις ἔχοιτο τῆς γυναικὸς, καὶ τῆς μίξεως ἀπολαύοι. D τί οὖν ἂν εἴποιεν ἐνταῦθα οἱ τὴν παρθενίαν περιττὸν εἶναι τιθέμενοι; αὕτη μὲν ὅσῳ ἂν ἐπιτεθῇ, τοσούτῳ μεῖζον ἔχει τὸ ἐγκώμιον· ὁ δὲ γάμος ὅταν αὐτῷ τις κατακόρως κεχρημένος ᾖ, τότε μάλιστα ἐπαίνου παντὸς ἀπεστέρηται. τοῦτο γάρ, φησι, λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγήν· ἔνθα δὲ ἂν ᾖ συγγνώμη, χώραν ἔπαινος οὐκ ἂν ἔχοι. ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν παρθένων διαλεγόμενός φησιν· ἐπιταγὴν κυρίου οὐκ ἔχω. μήποτε οὖν ἄρα τὸ πρᾶγμα [b] ἐξίσωσε; ἄπαγε. ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς παρθένου γνώμην δίδωσιν, ἐνταῦθα δὲ συγγνώμην. ἐπιτάττει δὲ οὐδέτερον· οὐ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν· ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν, ἵνα μή τις ἀναβῆναι E ἀπὸ τῆς ἀκρασίας βουλόμενος κωλύηται, ὡς ἐπιτάγματος ἀνάγκῃ δεδεμένος· ἐκεῖ δὲ, ἵνα μή τις ἀναβῆναι πρὸς τὴν παρθενίαν ἀδυνατῶν κατακρίνηται, ὡς προστάγματος παρακούων. οὐκ ἐπιτάττω παρθενεύειν, φησί· δέδοικα γὰρ τοῦ πράγματος τὸ δυσκατόρθωτον, [c] οὐκ ἐπιτάττω συνεχῶς συνέρχεσθαι τῇ γυναικί, ἀκρασίας γὰρ οὐ βούλομαι εἶναι νομοθέτης. εἶπον, συνέρχεσθε, κάτω καταβῆναι κωλύων, οὐ τὴν πρὸς τὰ προσωτέρω προθυμίαν ἐμποδίζων. οὐκ ἄρα

[a] Reg. τὸ δὲ εἰπεῖν ἀκρασίαν.
[b] Reg. ἴσωσε.
[c] Hic non pauca deerant in Morel. quæ ex Reg. & Savil. supplentur.

A troque commeante, intactam mentem conservare? Nemo enim eam sinit carbones eos foras ejicere: sed quod Proverbiorum auctor in natura corporis desperatum dicit, id illa necesse habet in animo sustinere. Quid vero dicit? *Ambulabit quis super carbones, nec ejus pedes adurentur?* ecce autem hæc ambulat, ac perfert cruciatum: *aut ignem in sinu ligabit, & non ejus urentur vestimenta?* at hæc non vestibus, sed intus ignem continens efferum atque resonantem, flammam sustinet ac tegit. Et adhuc quisquam, sodes, matrimonium cum virginitate conferre, an vel obtueri ausit? At B non permittit beatus Paulus, qui ingens utriusque rei discrimen ponit: nam illa quæ sunt Domini, hæc quæ sunt mundi curat. Collectis igitur in unum conjugibus, & in Virginis gratiam, audi quid illis exprobret. *Eodem* enim, inquit, *convenite, ne vos tentet Satanas.* Ac volens ostendere totum ejus tentationi non deberi, sed nostræ etiam ignaviæ plurimum, principaliorem causam addit, inquiens, *propter vestram intemperantiam.* Quis non id audiens erubescat? quis non intemperantiæ notam effugere moliatur? neque enim cohortatio hæc ad omnes pertinet, sed ad valde de- C missos. Quod si, inquit, tam es servus voluptatum, si tam mollis, ut semper in venerem effusus atque inhians sis, congredere sane cum uxore. Non est igitur permissio hæc probantis ac commendantis, sed irridentis ac improbantis. Nam ni voluptuosorum mentem egregie tangere voluisset, intemperantiæ vocem non adhibuisset, quæ & vehemens est, & ingens vituperium continet. Cur enim non dixit, propter vestram imbecillitatem? quod ea vox magis ignoscentis esset, illa intemperantiæ, summam ignaviam notantis. Igitur intemperantiæ est, non posse a fornicatione abstinere, nisi D uxori semper hæreas, ac coïtu fruare. Quid mihi hic dicent, qui virginitatem supervacaneam statuunt? nam hæc quo contensior est, eo majorem habet laudem: at matrimonium, ubi eo plus satis utare, tum maxime laudis omnis expers est. Id enim, inquit, dico, secundum indulgentiam, non secundum præceptum: jam ubi est indulgentia, laudi nullus est locus. At enim & de virginibus disserens ait, *Præceptum Domini non habeo.* Num igitur rem exæquat? minime gentium: nam de virgine sententiam dicit: hic consensum præbet. Ac neutrum præcipit, non eadem de causa: sed E hic, ne qui ab intemperantia se sustollere vellet, prohiberetur, velut præcepti necessitate obstrictus; illic, ne qui ad virginitatem attingere nequivisset, damnaretur, ceu in præceptum contumax. Non præcipio, inquit, virginem esse: vereor enim rei difficultatem. Non præcipio congredi frequenter cum uxore: nolo enim incontinentiæ legislator esse. Dixi, *convenite*, ut vetem in præceps ferri, non ut sublimius studium impediam. Non ergo id

Prov. 6. 27.

Infra Reg. τοῦτο εἴπομεν ἀκρασία. Paulopost in eodem deest, ἐν ἐγκρατείᾳ.

præcipue vult, ut assidue uxore utamur, sed
nimirum id segniorum intemperantia san-
xit. Nam si Pauli voluntatem scire vis, au-
1. Cor. 7. 7. di quæ sit: *Volo*, inquit, *omnes homines*
sic esse, ut ego sum, continentes. Igitur qui
velis omnes continentes esse, neminem
vis esse conjugem. Non equidem: at non
propterea volentes veto & insimulo, sed
cum optem ac percupiam omnes sic esse,
ut ego sum, tum illud propter fornicatio-
nem etiam concedo: ideoque in principio
dicebam, *Bonum est homini mulierem non*
tangere: quia id præoptarem.

XXXV. Necessario Paulum continentiæ exemplum se proposuisse.

Sed quare hic sui meminit, inquiens,
Volo omnes homines sic esse ut ego sum? quod
si non addidisset, sui sane mentionem effu-
gisset. Cur igitur adjecit, *ut ego sum?* non
quo se extolleret: nam hic ille est, qui cum
1. Cor. 7. 7. prædicationis laboribus Apostolis præstaret,
indignum se vel Apostoli nomine existi-
mat. Cum enim dixisset, *Ego sum minimus*
Apostolorum, velut majus quiddam quam
1. Cor. 15. 9. pro dignitate sua eloquutus, statim se ca-
stigat, addens, *Qui non sum dignus vocari*
Apostolus. Cur igitur hic cohortationi sese
proponit? Non temere id quidem, aut si-
ne causa, sed qui sciret discipulos tum ma-
xime ad præstantium rerum studium inci-
tari, si præceptorum habeant exempla. Ita-
que ut qui operibus vacuus, verbis solum
philosophatur, haud sane auditori prodest:
ita qui consilium a se primo perfectum ha-
bet exhibendum, vel hac in primis ratione
auditorem inducit. Præterea purum se ab
invidia atque fastu ostendit, qui excellens
hoc & præcipuum, cum discipulis com-
mune esse velit, neque iis præstare curet,
sed in omnibus eos sibi exæquare. Habeo
& tertiam causam dicere. Quamnam? Vi-
debatur res difficilis esse, nec multis faci-
lis: itaque volens eam facilem declarare,
eum, qui id opus absolvisset, in medium
adducit, ne admodum laboriosum crede-
rent, sed ducem intuentes & ipsi animis
aucti eamdem viam inirent. Idem & alibi
facit. Nam Galatas alloquens, iisque legis
timorem eximere studens, quo ad anti-
quam consuetudinem ferebantur, plera-
que ad eam pertinentia servantes, quid di-
Galat. 4. 12. cit? *Estote sicut ego, quia & ego sicut vos*,
ac quod ait, ejusmodi est: Nihil sit, in-
quit, quod dicatis, me resipiscentem nunc
jam e gentibus, metus ex legis violatione
ignarum, suaviter hæc omnia vobis philo-
sophari: & ego enim ut vos aliquando ser-
vitutem hanc servivi, subjectus legis jussis,
præceptorum observationes exsequutus: sed
postquam apparuit gratia, totum me ab illa
ad hanc contuli. Nec jam ea res est trans-
Rom. 7. 3. gressio, cum in alius viri manum conveneri-
mus. Quare non est quod quisquam dicat,
alia facere me, alia monere, aut securitate
mihi quæsita, vos in periculum dare. Nam

A αὐτοῦ βούλημα προηγούμενόν ἐστιν τὸ, χρῆσθαι διαπαντὸς γυναικὶ, ἀλλ' ἡ τῶν ῥαθυμοτέρων τοῦτο ἐνομοθέτησεν ἀκρασία. ἐπεὶ εἰ τὸ Παύλου βούλημα θέλεις μαθεῖν, ἄκουσον ποῖόν ἐστιν· θέλω, φησὶ, πάντας ἀνθρώπους εἶναι ὡς καὶ ἐμαυτὸν ἐν ἐγκρατείᾳ. οὐκοῦν εἰ πάντας θέλεις ἐν ἐγκρατείᾳ εἶναι, οὐδένα θέλεις εἶναι ἐν γάμῳ. οὐδὲ γάρ· οὐ μὴν διὰ τοῦτο κωλύω τοὺς βουλομένους, οὐδὲ αἰτιῶμαι· ἀλλ' εὔχομαι μὲν καὶ ποθῶ πάντας εἶναι ὡς καὶ ἐμαυτόν· συγχωρῶ δὲ κἀκεῖνο διὰ τὰς πορνείας· διὰ τοῦτο καὶ ἀρχόμενος εἶπον, καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι, ὅτι τοῦτο μᾶλλον ποθῶ.

B Τίνος δὲ ἕνεκεν ἐνταῦθα ἑαυτοῦ μέμνηται, λέγων· θέλω δὲ πάντας ἀνθρώπους εἶναι ὡς καὶ ἐμαυτόν; καίτοι εἰ μὴ τοῦτο [a] προσέκειτο, τὴν περιαυτολογίαν ἐξέφυγεν ἄν. τίνος οὖν ἕνεκεν προσέθηκεν, ὡς καὶ ἐμαυτόν; οὐκ ἐπαίρων ἑαυτόν. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ [b] πλεονέκτης μὲν τῶν ἀποστόλων ἐν τοῖς ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος πόνοις· ἀνάξιον δὲ καὶ τῆς προσηγορείας ἀποστολικῆς ἑαυτὸν εἶναι νομίζων. εἰπὼν γὰρ, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ ἐλάχιστος τῶν ἀποστόλων· ὥσπερ τι τῆς ἀξίας αὐτοῦ μεῖζον φθεγξάμενος, ἐπιλαμβάνεται ταχέως ἑαυτοῦ, λέγων· ὃς οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος. τίνος οὖν ἕνεκεν ἐνταῦθα τῇ παραινέσει πρόσκειται; οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ ὡς ἔτυχεν· ἀλλ' ᾔδει τοὺς μαθητὰς

C τότε μάλιστα εἰς τὸν τῶν καλῶν ἐναγομένους ζῆλον, ὅταν παρὰ τῶν διδασκάλων ἔχωσι τὰ παραδείγματα. ὥσπερ οὖν ὁ χωρὶς ἔργων ἐν τοῖς λόγοις μόνον φιλοσοφῶν οὐδὲν ὀνίνησι μέγα τὸν ἀκροατήν· οὕτως ὁ παρ' ἑαυτοῦ πρότερον κατορθωθὲν ἔχων δεῖξαι τὴν συμβουλὴν, ταύτῃ μάλιστα πάντων ἐπάγεται τὸν ἀκούοντα. πρὸς δὲ τούτοις καὶ φθόνου καὶ τύφου καθαρεύοντα δείκνυσιν ἑαυτόν· ὃ γὰρ ἐξαίρετον τοῦτο κοινὸν εἶναι βούλεται τῶν μαθητῶν, οὐδὲν αὐτῶν πλέον ἔχειν ζητῶν, ἀλλ' ἐν ἅπασιν αὐτοὺς ἐξισοῦν [c] ἑαυτῷ. ἔχω καὶ τρίτην αἰτίαν εἰπεῖν· ποίαν δὴ ταύτην; δύσκολον εἶναι τὸ πρᾶγμα ἐδόκει, καὶ οὐ κατὰ τὴν τῶν πολλῶν

D εὐκολίαν· βουλόμενος οὖν αὐτὸ δεῖξαι ῥᾷστον, τὸν ἠνυκότα εἰς μέσον τίθησιν· ἵνα μὴ σφόδρα ἐπίπονον εἶναι αὐτὸ νομίζωσιν, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἡγησάμενον ἰδόντες μετὰ τοῦ θαρρεῖν καὶ αὐτοὶ τῆς αὐτῆς ἐπιβαίνωσιν ὁδοῦ. τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ ποιεῖ. τοῖς Γαλάταις γὰρ διαλεγόμενος, καὶ τὸν ἀπὸ τοῦ νόμου φόβον ἐκλῦσαι σπεύδων, δι' ὃν ἐπὶ τὴν παλαιὰν κατεφέροντο συνήθειαν, πολλὰ τῶν ἐκεῖ φυλάττοντες, τί φησί; γίνεσθε ὡς ἐγὼ, ὅτι κἀγὼ ὡς ὑμεῖς· ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· οὐκ ἂν ἔχοιτε, φησὶν, εἰπεῖν, ὅτι ἐξ ἐθνῶν ἐπιστρέψας νῦν καὶ τὸν ἐκ τῆς τοῦ νόμου παραβάσεως οὐκ εἰδὼς φόβον, ἀκινδύνως ἅπαντα ταῦτα φιλοσοφεῖς πρὸς ἡμᾶς. καὶ γὰρ ἐγὼ, φησὶν, ὡς ὑμεῖς ἐδούλευσα ταύτην τὴν δου-

E λείαν ποτέ· ἐζυγωμένην ὑπὸ τοῖς ἐπιτάγμασι τοῦ νόμου· ἐφύλαξα τῶν ἐντολῶν τὰς παρατηρήσεις. ἀλλὰ τῆς χάριτος ἐπιφανείσης, ὅλον ἐμαυτὸν ἀπ' ἐκείνου πρὸς ταύτην μετέθηκα. οὐκέτι γὰρ τὸ πρᾶγμα παράβασίς ἐστιν, ἀνδρὶ γινομένων ἡμῶν ἑτέρῳ· ὥστε οὐδεὶς ἂν ἔχοι τοῦτο λέγειν, ὅτι ἕτερα πράττων, ἕτερα παραινῶ, οὐδὲ ὅτι τὸ ἐμαυτοῦ σκεπάσας ἀσφαλὲς, ὑμᾶς εἰς κίνδυνον ἐνέβαλον. εἰ γὰρ

[a] Reg. προσέκειτο· ἀλλ' ἕκαστος ἴδιον ἔχει χάρισμα, τὴν [illegible]

[b] Savil. πλεονεκτήσας, Reg. πλεονεκτησάμενος.

[c] Reg. ἑαυτῷ θέλων.

κίνδυνος τὸ πρᾶγμα ἦν, οὐκ ἂν ἐμαυτὸν προὔδωκα, οὐδ᾽ ἂν τῆς οἰκείας ἠμέλησα σωτηρίας. ὥσπερ οὖν ἐκεῖ τὸ παράδειγμα παρ᾽ ἑαυτοῦ θεὶς τὸν φόβον ἐξέλυσεν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὴν ἀγωνίαν ἐκβάλλει μέσον ἑαυτὸν ἐμβάλλων.

a Ἀλλ᾽ ἕκαστος ἴδιον χάρισμα ἔχει, φησίν, [a] ὃς μὲν οὕτως, ὃς δὲ οὕτως. θέα τῆς ἀποστολικῆς ταπεινοφροσύνης οὐδαμοῦ τὸν χαρακτῆρα παραπολλύμενον, ἀλλ᾽ ἀκριβῶς πανταχοῦ διαλάμποντα· χάρισμα θεοῦ καλεῖ τὸ αὐτοῦ κατόρθωμα, καὶ ἔνθα πολὺν ἵδρωσεν ἱδρῶτα, τοῦτο ὅλον ἀνατίθησι τῷ δεσπότῃ. καὶ τί θαυμαστὸν εἰ ἐπὶ τῆς ἐγκρατείας τοῦτο ποιεῖ, ὅπου γε καὶ περὶ τοῦ κηρύγματος διαλεγόμενος, τῷ αὐτῷ κέχρηται τρόπῳ· ὑπὲρ οὗ μυρίοις ἤνεγκε πόνοις, θλίψεις συνεχεῖς, ταλαιπωρίας ἀφάτους,
b [b] θανάτους καθημερινούς; τί οὖν περὶ τούτου φησί; πλέον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα· οὐκ ἐγὼ δέ, ἀλλ᾽ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί. οὐ τὸ μὲν αὐτοῦ, τὸ δὲ τοῦ θεοῦ φησιν, ἀλλ᾽ ὅλον τοῦ θεοῦ. τοῦτο εὐγνώμονος οἰκέτου, μηδὲν ἴδιον νομίζειν, ἀλλὰ πάντα δεσποτικά· μηδὲν ἴδιον ἡγεῖσθαι αὐτοῦ, ἀλλὰ πάντα τοῦ κυρίου. τοῦτο καὶ ἑτέρωθι ποιεῖ. εἰπὼν γάρ, ἔχοντες χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα, προϊὼν προστασίας καὶ ἐλεημοσύνας καὶ μεταδόσεις ἐν τούτοις ἠρίθμησεν· ὅτι δὲ κατορθώματα ταῦτα καὶ οὐ χαρίσματα, παντί που δῆλόν ἐστι. ταῦτα δὲ εἶπον, ἵν᾽ ὅταν ἀκούσῃς αὐτοῦ λέγοντος, ἕκαστος ἴδιον χάρισμα ἔχει, μὴ ἀναπέσῃς, μηδὲ εἴπῃς πρὸς ἑαυτόν· οὐ δεῖται τὸ πρᾶγμα τῆς ἐμῆς σπουδῆς· χάρισμα αὐτὸ ὁ Παῦλος ἐκάλεσε. μετριάζων γάρ, οὐκ εἰς τὴν τῶν χαρισμάτων τάξιν καταλέξαι τὴν ἐγκράτειαν βουλόμενος, τοῦτό φησιν· οὐκ ἂν οὕτως ἠναντιώθη καὶ ἑαυτῷ καὶ τῷ Χριστῷ· τῷ μὲν Χριστῷ λέγοντι· εἰσὶν εὐνοῦχοι οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· καὶ ἐπαγαγόντι, ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω· ἑαυτῷ δέ, καταδικάζων τὰς χηρείαν μὲν ἑλομένας, οὐ βουληθείσας δὲ ἐπιμεῖναι τῇ προθέσει. εἰ γὰρ χάρισμά ἐστι, τίνος ἕνεκεν αὐταῖς ἀπειλεῖς, λέγων· ὅτι ἔχουσι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν; οὐδαμοῦ γὰρ τοὺς οὐκ ἔχοντας χαρίσματα ὁ Χριστὸς ἐκόλασεν, ἀλλὰ πανταχοῦ τοὺς οὐ βίον ἐπιδεικνυμένους ὀρθόν. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ μάλιστα ἐπιζητούμενον παρ᾽ αὐτῷ, πολιτεία ἀρίστη καὶ ἔργα ἄληπτα. τῶν δὲ χαρισμάτων ἡ διανομὴ οὐκ ἐν τῇ τοῦ λαμβάνοντος κεῖται προαιρέσει, ἀλλ᾽ ἐν τῇ τοῦ παρέχοντος κρίσει. διὰ τοῦτο οὐδαμοῦ τοὺς τὰ θαύματα ἐργαζομένους ὁ Χριστὸς ἐπαινεῖ, ἀλλὰ καὶ τοὺς μαθητὰς ἐπὶ τούτῳ μέγα φρονοῦντας ἀπάγει τῆς τοιαύτης ἡδονῆς, λέγων, μὴ χαίρετε ὅτι τὰ δαιμόνια ὑμῖν ὑπακούει. οἱ γὰρ μακαριζόμενοι πανταχοῦ οἱ ἐλεήμονές εἰσιν, οἱ ταπεινοί, οἱ ἐπιεικεῖς, οἱ τῇ καρδίᾳ καθαροί, οἱ εἰρηνοποιοί, οἱ ταῦτα πάντα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια πράττοντες. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Παῦλος τὰ κατορθώματα ἀριθμῶν τὰ ἑαυτοῦ, ἐν τούτοις καὶ τῆς ἐγκρατείας ἐμνημόνευσεν. εἰπὼν γάρ, ἐν ὑπομονῇ πολλῇ, ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις, ἐν πληγαῖς, ἐν φυλακαῖς, ἐν κόποις, ἐν ἀκαταστασίαις, ἐν ἀγρυπνίαις, ἐν νηστείαις, ἐπήγαγεν, ἐν ἁγνείᾳ· οὐκ ἂν τοῦτο ποιήσας, εἰ χάρισμα τὸ πρᾶγμα ἦν. τί δὲ καὶ σκώπτει τοὺς οὐκ ἔχον-

A ſi periculum ageretur, non me equidem prodidiſſem, non ſalutem meam neglexiſſem. Igitur ut illic ſe exemplum proponens, metum ſolvit; ita & hic ſe in medium adducto ſolicitudine liberat.

Sed habet, inquit, proprium quiſque donum, alius quidem ſic, alius vero ſic. Vide hic mihi Apoſtolicæ humilitatis ſignum nuſquam deperditum, ſed ubique ſerio elucens: Dei donum appellat ſuam virtutem, & in quo multum deſudavit, id omne Domino tribuit. Et quid mirum ſi id in continentia facit, cum de prædicatione etiam diſſerens, pro quo mille labo- B res, perpetuas afflictiones, inenarrabiles ærumnas, quotidianam necem ſuſcepiſſet, idem uſurpet? Quid ergo de eo dicit? *Plus illis omnibus laboravi: non ego autem, ſed gratia Dei mecum.* Non partim ſuum, partim Dei cenſet, ſed totum Dei. Hoc grati ſervi eſt, nihil proprium ducere, ſed omnia heri, nihil ſuum putare, ſed omnia domini. Atque idem facit alibi. Nam cum dixiſſet, *Habentes donationes ſecundum gratiam, quæ data eſt nobis, differentes*; in orationis progreſſu magiſteria, liberalitatem, ac largitiones in iis numerat: quæ virtutes, non dona eſſe, facile omnes in- C telligunt. Hæc autem ideo diſſerui, ne dicentem audiens, *Proprium quiſque donum habet*, concidas, ac tecum ſermocinere: Opera mea hic nihil opus eſt: id donum Paulus nominavit. Nam modeſtiæ cauſa, non qui continentiam donis accenſere vellet, ita loquitur. Neque enim & ſecum & cum Chriſto pugnat: non cum Chriſto dicente, *Sunt eunuchi, qui ſeipſos propter regnum cæleſte caſtrarunt*: atque addente, *Qui poteſt capere, capiat.* Non ſecum, qui viduitatem amplexas, ſed in eo propoſito D perſiſtere nolentes, damnet. Nam ſi donum eſt, cur eis comminaris, dicens: *Damnationem habent, quia primam fidem irritam fecerunt?* Nuſquam enim Chriſtus dotes non habentes punivit, ſed ubique vitam rectam non exhibentes, adeoque quod potiſſimum requirit, vita eſt optima, & actiones irreprehenſæ. Donorum autem diſtributio poſita eſt non in accipientis optione, ſed in donantis arbitrio. Itaque prodigia patrantes Chriſtus adeo non laudat, ut etiam diſcipulos ea re glorianteſ, ab eo gaudio removeat, monens ne gauderent dæmonia ſibi ſubjici. Nam qui beati prædicantur ubique, miſericordes ſunt, hu- E miles, mites, animo puri, pacifici, qui hæc omnia atque iis ſimilia præſtant. Quin ipſe etiam Paulus præclara ſua facinora recenſens, in iis & continentiæ meminit: iis enim verbis, *In multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis, in plagis, in carceribus, in laboribus, in ſeditionibus, in vigiliis, in jejuniis*, addit, *in caſtitate*: minime id facturus, ſi donum eſſet. Cur autem & mordet eam non ha-

XXXVI. Virginitatem modeſtiæ cauſa ab Apoſtolo donum appellari.

1. Cor. 7. 7.

1. Cor. 15. 10.

Rom. 12. 6.

Matth. 19. 12.

1. Tim. 5. 12.

Luc. 10. 20.

Matth. 5.

2. Cor. 6. 4.

a Reg. ὁ μὲν οὕτως, ὁ δὲ οὕτως.

b Reg. [illegible]

bentes, intemperantes eos vocans? cur qui virginem suam non elocat, rectius facit? cur beatior vidua si sic manserit? Nam quod jam dixi, non prodigiorum, sed actionum beatitudines sunt, quemadmodum & pœnæ. Quo pacto, inquam, eadem cohortans perseverat, si id in nobis non est, nec post divinum favorem operam etiam nostram desiderat? Ei enim sententiæ, *Volo omnes homines sic esse, ut ego sum, continentes*, iterum subdit, *dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis, si sic permaneant, ut ego*, iterum se proponit eadem de causa. Nam qui exemplum haberent proximum & tamquam domesticum, facilius in virginitatis labores erant ausuri. Quod si & supra inquiens, *Volo omnes sic esse ut ego sum*, & hic, *Bonum est, si sic permaneant, ut ego*, neutro loco causam adjecit, ne mirare: neque enim id ex arrogantia facit, sed ratus satis esse causæ sententiam suam, qua ductus rem perfecisset.

1. Cor. 7. 7.

XXXVII. Multas esse molestias in secundis nuptiis.

Quod si quis rationes etiam postulat, primum mihi omnium mortalium existimationem, tum quæ hic usu veniant, indaget. Nam cum legumlatores nec matrimonia ea castigent, & permittant etiam ac concedant, multa & a multis cum domi, tum in foro in eos jactantur dicteria, reprehensiones, maledicta: quippe eos æque ac perjuros vulgo, ut sic dixerim, declinant, neque aut amicos habere, aut cum iis pacta conventa firmare, neque invicem quidquam audent credere. Etenim cum eos vident tantæ consuetudinis, amicitiæ, familiaritatis, ac societatis memoriam tam facile ex animo deponere, ea iis cogitatio quemdam quasi torporem offundit, ut non temere eos candide admittant, ceu leves atque versatiles. Neque ob hæc solum eos aversantur, sed etiam propter rerum gestarum insuavitatem. Quid enim, quæso, injucundius est, quam post gravem luctum, ploratus, lacrymas, sordidam comam, pullum amictum, subito plausus, tori nuptiales, strepitus a priori diversus, velut actoribus in scena ludentibus, ac nunc hoc, nunc illud repræsentantibus? Nam & illic eumdem videre est interdum regem, interdum omnium pauperrimum: & hic, qui pridem ad tumulum volutabatur, repente prodit sponsus: qui comam vellebat, rursum eodem capite coronam gestat: dejectus ac mœrens, & qui sæpe plorans apud eos qui se consolarentur defunctæ laudes usurpavit, ac vitam sibi vitalem negavit, iisque qui se a lamentis abducerent, succensuit, plerumque inter eos ipsos iterum comitur ac renidet, & oculis pridem lacrymantibus, iisdem ridens eos intuetur, ac quo ore cuncta hæc paulo ante abjurabat, eo nunc abblanditur ac salutat omnes. Omnium vero tristissimum est, bellum liberis creatum, filiabus domestica leæna: nam id omnino est noverca. Hinc quo-

A τας αὐτὴν, ἀκρατεῖς αὐτοὺς καλῶν. Διὰ τί δὲ καὶ ὁ μὴ ἐκγαμίζων τὴν ἑαυτοῦ παρθένον, κρεῖσσον ποιεῖ; τίνος δὲ ἕνεκεν μακαριωτέρα ἡ χήρα, ἐὰν οὕτως μείνῃ; ὅπερ γὰρ ἔφθην εἰπὼν, οὐ θαυμάτων, ἀλλὰ ἔργων οἱ μακαρισμοὶ, ὥσπερ οὖν καὶ κολάσεις. πῶς δὲ καὶ ἐπιμένει πάλιν παραινῶν ὑπὲρ τῶν αὐτῶν, εἰ μὴ ἐφ' ἡμῖν τὸ πρᾶγμα ἦν, καὶ μετὰ τὴν τοῦ θεοῦ ῥοπὴν καὶ τῆς παρ' ἡμῶν ἐδεῖτο σπουδῆς; εἰπὼν γὰρ, θέλω πάντας ἀνθρώπους εἶναι ὡς καὶ ἐμαυτὸν ἐν ἐγκρατείᾳ, πάλιν φησί· λέγω δὲ τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις καλὸν αὐτοῖς ἐστιν, ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγώ· πάλιν ἑαυτὸν τίθησι διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. τὸ γὰρ παράδειγμα
B ἐγγύθεν ἔχοντες καὶ οἰκεῖον, μειζόνως ἂν τῶν τῆς παρθενίας κατετόλμησαν πόνων. εἰ δὲ καὶ ἀνωτέρω λέγων θέλω πάντας εἶναι ὡς καὶ ἐμαυτόν· καὶ ἐνταῦθα, καλὸν αὐτοῖς ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγὼ, οὐδαμοῦ τὴν αἰτίαν προστίθησι, μὴ θαυμάσῃς. οὐ γὰρ ἀπαυθαδιζόμενος τοῦτο ποιεῖ, ἀλλ' ἱκανὴν εἶναι νομίζων αἰτίαν τὴν αὐτοῦ γνώμην, μεθ' ἧς τὸ πρᾶγμα κατώρθωσεν.

Sed mulis in foro circumvehi jucundum est. Imo id inanis tantum fastus est, voluptate omni carens : atque ut nec tenebræ quam lux, nec conclusum quam solutum esse, nec multis quam nullo egere, melius est : sic huic quoque suis pedibus non utenti nihilo melius est. Omitto enim molestias quas hinc sustinere est necesse. Nam nec cum vult, ei domo prodire licet, sed plerumque cum, ut inde exeat, magna aliqua utilitas efflagitat, domi manere cogitur, velut mendici qui pedibus mutili, non habent quo vehantur. Quod si vir mulos alii usui mandaverit, simultas, contentio, pertinax silentium : sin ipsa futuri ignara idem fecerit, omisso viro, in se iram vertit, assidue ea se injuria consumens. Et quanto satius erat pedibus utentem; nam ea causa nobis eos Deus fabricatus est; nihil horum malorum subire, quam mollitie hac, in tantam miseriæ ac mœroris necessitatem se inducere? Neque enim hæ solæ causæ eas domi continent : sed seu uterque, seu alter forte mulus pedibus dolet, idem contingit : & cum in pascua dimittuntur : fit autem id quotannis, atque in multos dies : rursum tamquam vinctæ domi manendum est, & nec negotio quidem necessario vocante, ædibus prodeundum. Quod si quis dicat, eam a *salutantium turba expeditam esse, non coactam notorum oculis patere ac pudefieri; is valde ignorare mihi videtur, quæ muliebri naturæ pudorem & adimant & afferant : siquidem non conspici aut latere id efficit, sed illud, petulantia intus animum possidens; hoc, modestia atque verecundia. Itaque multæ ea custodia solutæ, ac per mediam turbam in foro gradientes, non solum in se accusatores non concitarunt, sed multos etiam modestiæ admiratores habuerunt : quæ & habitu, & ingressu, & vestium neglectu, luculentum tamquam radium internæ probitatis emitterent : nec paucæ intus desidentes sinistram sibi opinionem contraxerunt. Potest enim quæ conclusa sit, etiam magis quam quæ prodeant, volentibus egregie petulantem se & impudentem exhibere.

LXVII. Molestum esse multas famulas habere.

Sed forsan ancillarum grex jucundus est. Hac quidem voluptate nihil pejus, tantum habere curarum : nam & ægritudine cujusque, & morte turbari atque angi est necesse. Ac sunt hæc forte tolerabilia, necnon quæ his etiam graviora sunt, quotidie curis distendi, segnitiem castigando, nequitiam tollendo, rixas sedando, omnemque reliquam vitiositatem corrigendo : at illud certe omnium gravissimum est, quod quidem

τέξῃ τέκνα. ἡ δὲ παρθένος ἀνωτέρω ταύτης ἕστηκε τῆς ὠδῖνος καὶ τῆς ἀρᾶς. ὁ γὰρ τὴν ἀπὸ τοῦ νόμου κατάραν λύσας, καὶ ταύτην ἔλυσε μετ' ἐκείνης.

Ἀλλὰ τὸ περιφέρεσθαι ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἐπὶ ἡμιόνων ἡδύ. τῦφος τοῦτο περιττὸς μόνον, ἡδονῆς δὲ ἀπεστέρηται πάσης· καὶ ὥσπερ οὔτε σκότος τοῦ φωτὸς ἄμεινον, οὐδὲ τὸ συγκεκλεῖσθαι τοῦ λελύσθαι, οὔτε τὸ πολλῶν χρῄζειν τοῦ μηδενός· οὕτως οὐδὲ αὐτὴ τοῖς οἰκείοις ποσὶ μὴ κεχρημένη ἄμεινον διακείσεται. τὰς γὰρ ἀηδίας ὅσας ἐκ τούτων ὑπομένειν ἀνάγκη παρίημι. καὶ γὰρ οὐχ ὅτε βούλεται ἔξεστιν [a] αὐτὴν τῆς οἰκίας προεξελθεῖν, ἀλλὰ καὶ πολλάκις χρησίμου τινὸς κατεπειγούσης ἐξόδου, οἴκοι μένειν ἀναγκάζεται, καθάπερ τῶν ἐπαιτῶν οἱ τοὺς πόδας ἀποτετμημένοι, καὶ οὐκ ἔχοντες ὅπως φέροιντο. κἂν μὲν ὁ ἀνὴρ τύχῃ τὰς ἡμιόνους ἀπασχολήσας, μικροψυχία, καὶ μάχη, καὶ πολλὴ παρασιώπησις· ἂν δὲ αὐτὴ μηδὲν τῶν μελλόντων προορωμένη τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐργάσηται, τὸν ἄνδρα ἀφεῖσα, καθ' ἑαυτῆς τρέπει τὸν θυμὸν, διατρώγουσα συνεχῶς ὑπὸ τῆς ἐπηρείας ἑαυτήν. καὶ πόσῳ βέλτιον ἦν τοῖς ποσὶ κεχρημένην· διὰ γὰρ τοῦτο ἡμῖν αὐτοὺς ἐποίησεν ὁ θεός· μηδὲν τούτων ὑπομένειν τῶν δεινῶν· ἢ βουλομένην θρύπτεσθαι, τοσαύτας ἔχειν λύπης καὶ μικροψυχίας ἀνάγκας; οὐδὲ γὰρ αὗται μόναι αἱ προφάσεις αὐτὰς οἴκοι κατέχουσιν, ἀλλὰ κἂν ἀλγῆσαι τοὺς πόδας τύχῃ, αἵ τε ἀμφοτέρας τὰς ἡμιόνους, αἵ τε θατέραν, τὸ αὐτὸ γίνεται· καὶ ὅταν δὲ εἰς πόαν [b] ἀφεθῆναι συμβῇ· συμβαίνει δὲ τοῦτο καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, καὶ ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις· ἀνάγκη πάλιν οἴκοι μένειν ὥσπερ δεδεμένην, καὶ μηδὲ χρείας καλούσης ἀναγκαίας ἐξιέναι τῆς οἰκίας. εἰ δὲ λέγοι τις, ὅτι τοῦ πλήθους ἀπήλλακται τῶν ἐντυγχανόντων, οὐκ ἀναγκαζομένη καθ' ἕκαστον τῶν γνωρίμων ὁρᾶσθαι καὶ ἐρυθριᾷν· σφόδρα ἀγνοεῖν μοι δοκεῖ καὶ τὰ ἀπαλλάττοντα καὶ τὰ περιβάλλοντα τὴν γυναικείαν φύσιν τῆς αἰσχύνης. οὔτε γὰρ τὸ φαίνεσθαι, οὔτε τὸ κρύπτεσθαι τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ [c] τὸ μὲν ἡ κατέχουσα τὴν ψυχὴν ἔνδον προπέτεια· τὸ δὲ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ αἰδώς. διὰ ταῦτα καὶ τῶν ἀπηλλαγμένων τῆς εἱρκτῆς ἐκείνης πολλαὶ, καὶ διὰ μέσου τοῦ πλήθους ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς βαδίζουσαι, οὐ μόνον οὐκ ἐπεσπάσαντο κατηγόρους, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἔσχον τῆς σωφροσύνης τοὺς θαυμαστάς· καὶ διὰ τοῦ σχήματος, καὶ διὰ τοῦ βαδίσματος, καὶ διὰ τοῦ τῶν ἱματίων ἀνεπιτηδεύτου, τῆς ἔνδον κοσμιότητος ἀφιεῖσαι τὴν ἀκτῖνα λαμπράν· οὐκ ὀλίγαι δὲ τῶν ἔνδον καθημένων πονηρᾷ δόξῃ περιέβαλον ἑαυτάς. ἔνεστι γὰρ καὶ συγκεκλεισμένην μᾶλλον τῶν φαινομένων τοῖς βουλομένοις ἐπιδείκνυσθαι μετὰ πολλῆς τῆς προπετείας καὶ τῆς ἰταμότητος.

Ἀλλ' ἴσως τὸ τῶν θεραπαινίδων πλῆθος [d] ἡδύ· ταύτης μὲν οὐδὲν χεῖρον τῆς ἡδονῆς, τοσαύτας ἔχειν τὰς φροντίδας. ἀνάγκη γὰρ ἐφ' ἑκάστῃ καὶ ἀρρωστούσῃ, καὶ τελευτώσῃ ταράττεσθαι καὶ ἀθυμεῖν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως φορητὰ, καὶ τὰ τούτων ἔτι χαλεπώτερα· δεῖ τὸ καθ' ἑκάστην διατείνεσθαι τὴν ἡμέραν, ῥᾳθυμίαν ἐπιστρέφουσαν, κακουργίαν ἐκκόπτουσαν, ἀχαριστίας παύουσαν, τὴν ἄλλην πᾶσαν αὐτῶν κακίαν παιδαγωγοῦσαν· τὸ δὲ πάντων χαλεπώτερον ὅπερ μά-

a Reg. αὐτῇ.
b Reg. [illegible]
c Reg. τὸ μὲν ἡ μὴ κατέχουσα, Alii τὸ μὲν ἡ κατέχουσα.
d Post, ἡδύ, Reg. τοσαύτας μὲν οὐ, ὅσαι τὸ πλῆθός εἰσι. ἀνάγκη γάρ.

λιστα ἐν τῷ πλήθει τῆς τοιαύτης θεραπείας συμβαίνειν εἴωθεν, ὅταν ἐν τῇ τῶν θεραπαινίδων ἐκείνων ἀγέλῃ εὐπρεπής τις οὖσα τύχῃ. ἀνάγκη γὰρ τοῦτο πάντως ἐν τῷ πλήθει συμπεσεῖν. οὐδὲ γὰρ ὥστε πολλὰς κτήσασθαι μόνον, ἀλλ' ὥστε καὶ εὐειδεῖς ἐξίσης οἱ πλουτοῦντες σπουδάζουσιν. ὅταν οὖν συμβῇ [a] τινα διαλάμπειν ἐν αὐταῖς, ἄν τε ἔχῃ τὸν δεσπότην τῷ φίλτρῳ, ἄν τε μηδὲν περαιτέρω τοῦ θαυμασθῆναι ἰσχύσῃ, τὰ τῆς ὀδύνης ἴσα γίνεται τῇ δεσποίνῃ παρευδοκιμουμένῃ, εἰ καὶ μὴ τῷ πόθῳ, ἀλλὰ τῇ τοῦ σώματος ὥρᾳ, καὶ τῷ θαύματι. ὅταν οὖν τὰ δοκοῦντα εἶναι παρ' αὐτοῖς λαμπρὰ καὶ ζηλωτὰ, τοσαύτας ἔχῃ τὰς θλίψεις· τί ἄν τις εἴποι περὶ τῶν λυπηρῶν;

Ἀλλ' οὐχ ἡ παρθένος ὑπομένει τούτων οὐδὲν, ἀλλ' ἀπήλλακται ταραχῆς τὸ δωμάτιον, καὶ κραυγὴ πᾶσα ἐκποδὼν ἀπελήλαται. ὥσπερ δὲ [b] ἐν εὐδινῷ λιμένι σιγὴ πάντα κατέχει τὰ ἔνδον, καὶ τῆς σιγῆς πλείων ἑτέρα ἀταραξία τὴν ψυχὴν· ἅτε ἀνθρώπινον μὲν οὐδὲν μεταχειριζομένην, διαπαντὸς δὲ τῷ θεῷ διαλεγομένην, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀτενέστερον ὁρῶσαν. τίς ἂν οὖν ταύτην ἀναμετρήσειε τὴν ἡδονήν; ποῖος λόγος τὴν εὐφροσύνην τῆς οὕτω διακειμένης παραστήσειε ψυχῆς; οὐκ ἔστιν οὐδείς· ἀλλ' οἱ τοῦ κυρίου κατατρυφῶντες αὐτοὶ μόνοι τὸ μέγεθος ἴσασι ταύτης τῆς τρυφῆς, καὶ πῶς πᾶσαν σύγκρισιν ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος νικᾷ. ἀλλ' ὁ πολὺς ἄργυρος ὁρώμενος πανταχοῦ πολλὴν παρέχει τὴν τέρψιν τοῖς ὀφθαλμοῖς. καὶ πόσῳ βέλτιον εἰς τὸν οὐρανὸν ἐνορᾷν, καὶ πολλῷ μείζονα ἐκεῖθεν καρποῦσθαι τὴν ἡδονήν; ὅσον γὰρ ὁ χρυσὸς καττιτέρου καὶ μολύβδου, τοσοῦτον ὁ οὐρανὸς χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ πάσης ὕλης λαμπρότερός τέ ἐστι καὶ φαιδρότερος· καὶ αὕτη μὲν χωρὶς φροντίδος ἡ θεωρία· ἐκείνη δὲ μετὰ πολλῆς τῆς μερίμνης· ὃ μάλιστα πανταχοῦ τὴν ἐπιθυμίας λυμαίνεται. ἀλλ' οὐ βούλει τὸν οὐρανὸν ἰδεῖν; ἔξεστί σοι τὸν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς κείμενον ἄργυρον ἰδεῖν. πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον· ἐπειδὴ οὕτως ἐπτόησθε πρὸς τὸν τῶν χρημάτων ἔρωτα. ἀλλ' οὐκ ἔχω τι εἰπεῖν. πολλὴ γάρ με ἐνταῦθα κατέχει ἀπορία, καὶ οὐ δύναμαι συνιδεῖν, πόθεν ἅπαν ὡς εἰπεῖν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ὅταν μὲν ἐξῇ μετ' εὐκολίας καὶ ἀνέσεως τέρπεσθαι, οὐδὲ ἡδονὴν τὸ πρᾶγμα ἡγοῦνται· ἐν δὲ τῷ φροντίζειν καὶ περισπᾶσθαι καὶ μεριμνᾷν, μάλιστα πάντων ἥδονται. διὰ τί γὰρ αὐτοὺς οὐχ οὕτω τέρπει ὁ κείμενος ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἄργυρος, ὡς ὁ κατὰ τὴν οἰκίαν· καίτοι γε λαμπρότερος ἐκεῖνός ἐστι, καὶ μερίμνης ἁπάσης ἐλευθέραν ἀφίησι τὴν ψυχήν; ὅτι, φησὶν, ἐκεῖνος μὲν οὐκ ἐμὸς, οὗτος δὲ ἐμός. ἡ πλεονεξία ἄρα ἐστὶν ἡ τὴν ἡδονὴν ἔχουσα, οὐχ ἡ τοῦ ἀργύρου φύσις· ἐπεὶ εἰ τοῦτο ἦν, καὶ ἐκεῖθεν ὁμοίως τέρπεσθαι ἔδει. εἰ δὲ χρήσεως ἕνεκεν λέγοις, πολλῷ βέλτιον ἡ ὕελος· καὶ ταῦτα αὐτοὶ οἱ πλουτοῦντες εἴποιεν ἂν, οἱ τὰ ἐκπώματα ἀπὸ τῆς ὕλης ταύτης ὡς τὰ πολλὰ κατασκευάζοντες. εἰ δέ που διὰ τὸν τῦφον ἀναγκασθεῖεν καὶ ἐξ ἀργύρου ταῦτα ποιῆσαι, πρότερον ἔνδοθεν θέντες τὴν ὕελον, οὕτως ἔξωθεν τὸν ἄργυρον περιβάλλουσι· δεικνύντες ὅτι αὕτη μὲν πρὸς [c] πόμα ἡδίων καὶ ἐπιτηδεία, ἐκεῖνος δὲ πρὸς τῦφον μόνον καὶ ἀλαζονείαν πε-

A vel maxime in ejusmodi famulitii copia evenire solet, si in eo grege aliqua venusta sit: id enim omnino in ea multitudine accidere necesse est, divitibus non multas solum, sed etiam æque formosas studiose parantibus. Itaque si inter eas ulla præstans sit, seu amore sui herum capiat, seu nihil ulterius possit, quam ut admirationi sit; hera æque dolebit, quod ab ea superetur, si non amore, at corporis venustate atque admiratione. Quare si in iis quæ apud eos illustria ac præclara habeantur, tantum inest ærumnarum, quid de acerbis dicendum?

LXVIII. De tranquillitate quæ virginitati inest.

B At non virgo horum quidquam patitur, quin & domuncula turbis libera est, & clamor omnis profligatus: quasique in tranquillo quodam portu, omnia intus silentium possidet, & vel silentio major animum serenitas: quippe nihil humanum tractantem, sed assidue cum Deo colloquentem, atque in eum fixe contuentem. Et quis eam voluptatem metiatur? quæ oratio mentis sic affectæ lætitiam repræsentet? Equidem nulla, sed ii soli qui in Deo delicias ponant, earum magnitudinem sciunt, & quanto omnem comparationem vincant agnoscunt. At ingens argenti C vis undique conspicua, valde oculos oblectat. Et quanto præclarius est in cælum suspicere, atque inde majorem longe voluptatem capere? Nam quanto aurum stanno & plumbo, tanto cælum auro, argento, atque omni materia illustrius ac splendidius est: quin contemplatio hæc curis vacua est, illa admodum solicita, quod quidem vel maxime concupiscentiam cohibet. At non vis in cælum spectare? licet depositum in foro argentum cernere. *Ad verecundiam vestram dico*, ut cum beato 1. Cor. 6. 5. Paulo loquar: quoniam pecuniarum amo- D re tam estis stupidi. Atque hic quid dicam nescio. Valde enim me scrupulus quidam suspendit, nec video, cur omne pene hominum genus, cum facile ac jucunde oblectari liceat, id nec in voluptate quidem ponant: in solicitudine, distractione, atque curis potissimum gaudeant. Nam cur non eos æque depositum in foro argentum, ac domesticum oblectat, quod quidem & probatius sit, & animum angore omni liberum dimittat? Quoniam, inquit, illud meum non est, hoc meum est. Avaritia E igitur jucunda est, non argenti natura: quod si esset, inde etiam æque oblectari oportebat. Sin dicas, usus gratia, multo præstat vitrum: atque id divites ipsi confirmant, qui ex ea materia pocula ut plurimum parant. Quod si fastu quodam etiam ex argento fabricari cogantur, prius vitro interius constituto, ita argento exterius obducunt: ostendentes illud ad potum suavius & commodius esse, hoc ad fastum solum & inanem ostentationem.

[a] συμβῇ τινα εὐειδῆ εἶναι ἐν αὐταῖς, ἄν τε ἕλκῃ τόν. Reg.
[b] Reg. ἐν εὐδιαιῷ. Morel. & Savil. ἐν εὐδινῷ. Savil. in marg. εὐδίᾳ.
[c] Reg. πρὸς πόμα.

Quid est autem hoc, Meum & non meum? Nam equidem cum verba hæc accuratius expendo, voces tantum esse mihi videntur. Multi enim illud dominium[a] suum refugiens, nec vivi retinere potuerunt; & quibus ad finem usque permansit, ii volentes nolentes mortis tempore ejus potestate exciderunt. Nec solum in argento & auro, sed in balneis quoque, hortis, ædibus, meum & non meum, verba solum mera deprehendas. Nam usus omnibus communis est: tantum qui domini videantur, hoc plus habent quam qui non sint, eorum inquam curam. Hi enim fruuntur tantum; illi adhibito grandi studio tantumdem consequuntur, quantum hi citra studium.

LXIX. Sumtuosas mensas magnæ insuavitatis plenas esse.

Quod si quis summas delicias miretur: puta, concisarum carnium multitudinem, inutilem vini sumtum, exquisita condimenta, structorum seu mensariorum & pistorum artificia, parasitorum & convivarum turbam: sciat, divites in his nihilo meliori esse loco quam coquos. Nam ut hi dominos, sic illi hospites verentur, ne quid eorum quæ operose & sumtuose iis apparata sint, reprehendant & carpant. Atque hac in parte coquis exæquantur: in alia etiam superant. Neque enim solum accusatores, sed æmulos etiam timent: siquidem multis sæpe ex ejusmodi conviviis invidia creata est, nec ante destitit, quam eos in capitis periculum adduxit. At helluari sæpe suave est. Apagesis: quando ex hoc luxu & gravedo, & ventris obesitas, & spiritus obstructio, & oculorum obscuritas, & vertigo, & caligo, aliaque his etiam fœdiora mala pullulant. Atque utinam ea immoderatio ac jactura quotidianis tantum doloribus circumscripta sit: nunc morbi fere incurabiles ex his mensis originem trahunt, nam & podagra, & tabes, & sacer morbus, & paralysis, multaque his etiam graviora, corpus aggressa, ad extremum spiritum infestant. Quibus malis quæ par explicari voluptas possit? quæ non vitæ durities ad eorum effugium ineunda sit?

LXX. Sobrietatem deliciis & utiliorem & suaviorem esse.

At ejusmodi non est frugalitas, sed ab his infaustis procul remota, sanitatis atque valetudinis causa. Quod si quis voluptatem etiam requirat, in ea, quam in luxu, majorem inveniet: ac primum ex eo quod homo valeat, neque horum malorum quoquam exagitetur, quorum vel singula seorsim satis sint quæ voluptatem exstinguant, & tamquam a fundamentis evertant. Deinde ex cibis ipsis. Quo pacto? Voluptatem efficit appetitus: appetitum non saturitas ac satietas, sed egestas & inopia parit. Ea autem non in divitum, sed in pauperum cœnis assidue præsto est, epulis, quovis structore & coquo gratius, mel instillans. Siquidem divites nec esurientes cibum capiunt, nec sitientes bibunt, & antequam vehemens somni necessitas eis ingruat,

A εἶπον. τί δέ ἐστιν ὅλως ἐμὸς καὶ οὐκ ἐμός; ταῦτα γὰρ ὅταν μετ' ἀκριβείας ἐξετάσω τὰ ῥήματα, ῥήματα μόνον ὁρῶ ψιλά. πολλοὶ μὲν γὰρ καὶ ζῶντες ἀποπηδῶντα αὐτὸν τῆς αὐτῶν δεσποτείας οὐκ ἴσχυσαν κατασχεῖν· οἷς δὲ μέχρι τέλους [a] παρέμεινεν, ἐν τῷ καιρῷ τῆς τελευτῆς καὶ ἑκόντες καὶ ἄκοντες αὐτοῦ τῆς ἐξουσίας ἐξέπεσον. οὐκ ἐπὶ τοῦ ἀργύρου δὲ μόνον καὶ χρυσοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν λουτρῶν, καὶ ἐπὶ τῶν παραδείσων, καὶ ἐν ταῖς οἰκίαις τὸ ἐμὸν καὶ οὐκ ἐμὸν, τοῦτο ῥῆμα ἄν τις ἴδοι μόνον ψιλόν. ἡ μὲν γὰρ χρῆσις κοινὴ πάντων ἐστίν· πλεονεκτοῦσι δὲ οἱ δοκοῦντες αὐτῶν εἶναι κύριοι τῶν οὐκ ὄντων, τὴν ὑπὲρ αὐτῶν φροντίδα. οἱ μὲν γὰρ B ἀπολαύουσι μόνον αὐτῶν· οἱ δὲ μετὰ τοῦ ποιεῖσθαι πολλὴν τὴν ἐπιμέλειαν, τὸ αὐτὸ τοῦτο καρποῦνται, ὃ μετὰ τῆς ἀμελείας ἐκεῖνοι.

Εἰ δέ τις τὴν πολλὴν θαυμάζοι τρυφήν· οἷον τὸ τῶν κατακοπτομένων πλῆθος κρεῶν, τὴν περιττὴν τοῦ οἴνου δαπάνην, τῶν καρυκευμάτων τὴν περιεργίαν, τραπεζοποιῶν καὶ [b] σιτοποιῶν τέχνας, παρασίτων καὶ δαιτυμόνων ὄχλον· εὖ ἴστω ὅτι τῶν μαγείρων αὐτῶν οὐδὲν ἄμεινον ἐν τοῖς τοιούτοις οἱ πλουτοῦντες διάκεινται. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνοι τοὺς δεσπότας, οὕτω τοὺς κεκλημένους αὐτοὶ δεδοίκασι, μή τινος ἐπιλάβωνται τῶν μετὰ πολλοῦ πόνου καὶ δαπάνης παρασκευασθέντων αὐτοῖς. C τούτῳ μὲν ἐξισοῦνται [c] τοῖς μαγείροις· καθ' ἕτερον δὲ καὶ πλεονεκτοῦσιν αὐτῶν. οὐ γὰρ μόνον κατηγόρους, ἀλλὰ καὶ βασκάνους δεδοίκασι. πολλοῖς γὰρ πολλάκις ἀπὸ τῶν τοιούτων συμποσίων ἐτέχθη φθόνος, καὶ οὐ πρότερον ἔστη, ἕως κινδύνους ἐπήγαγε τοὺς ἐσχάτους. ἀλλὰ σιτεῖσθαι πολλὰ πολλάκις ἡδύ. ἄπαγε· ὅταν καρηβαρεῖν, καὶ γαστρὸς διάτασις, καὶ πνεύματος ἔμφραξις, καὶ σκοτοδινίαι, καὶ ἴλιγγοι, καὶ ἀχλύες, καὶ τὰ ἔτι τούτων ἀτοπώτερα ἀπὸ τῆς τρυφῆς ταύτης ἀναβλαστάνῃ δεινά. καὶ εἴθε μέχρι τῶν παρ' ἡμέραν λυπηρῶν, τὰ τῆς ἀσχημοσύνης ἐκείνης καὶ τὰ τῆς ζημίας ἵστατο μόνον· νυνὶ δὲ μάλιστα τῶν νόσων αἱ δυσίατοι ἀπὸ τῶν τοιούτων τραπεζῶν ἔχουσι τὴν ἀρχήν. D καὶ γὰρ ποδαλγίαι, καὶ φθόη, καὶ νόσος, καὶ παράλυσις, καὶ πολλὰ ἔτι τούτων χαλεπώτερα, ἀπολαβόντα τὸ σῶμα, πολιορκεῖ εἰς ἐσχάτας ἀναπνοάς. τίνα οὖν ἄν τις ἔχοι τούτων ἀντίῤῥοπον τῶν κακῶν ἡδονὴν εἰπεῖν; ποίαν δὲ οὐκ ἄν τις ἕλοιτο σκληραγωγίαν ὑπὲρ τῆς τούτων ἀπαλλαγῆς;

Ἀλλ' οὐχ ἡ εὐτέλεια τοιαύτη, ἀλλὰ πόῤῥω τούτων ἀφέστηκε τῶν δυσχερῶν, ὑγιείας καὶ εὐεξίας οὖσα ποιητική. εἰ δὲ καὶ ἡδονήν τις ἐπιζητοίη, καὶ ταύτην παρ' αὐτῇ μείζονα οὖσαν εὑρήσει τῆς τρυφῆς. καὶ πρῶτον μὲν ἀπὸ τοῦ ἐῤῥῶσθαι, καὶ μηδενὶ τῶν κακῶν ἐνοχλεῖσθαι ἐκείνων, ὧν ἕκαστον καὶ καθ' ἑαυτὸν πᾶσαν ἱκανὸν σβέσαι καὶ ἀνατρέψαι ἐκ βάθρων ἡδονήν· E δεύτερον δὲ καὶ ἀπὸ τῶν σιτίων αὐτῶν. πῶς; ὅτι ἡδονῆς ποιητικὸν ἐπιθυμία· ἐπιθυμίαν δὲ οὐχ ὁ κόρος, οὐδὲ ἡ πλησμονὴ, ἀλλ' ἡ ἔνδεια καὶ ἡ σπάνις ποιεῖ. αὕτη δὲ οὐκ ἐν ἐκείνοις τοῖς συμποσίοις τοῖς τῶν πλουτούντων, ἀλλ' ἐν τοῖς τῶν πενομένων ἀεὶ πάρεστι, παντὸς τραπεζοποιοῦ καὶ μαγείρου μᾶλλον ἐπιστάζουσα πολὺ τοῖς προκειμένοις τὸ μέλι. οἱ μὲν γὰρ πλουτοῦντες οὔτε πεινῶντες ἐσθίουσι, καὶ χωρὶς τοῦ διψῆν πίνουσι καὶ πρὶν σφοδρῶς αὐτοῖς ἐπελθεῖν τὴν ἀνάγκην

[a] παρῆν Reg. Infra idem κοινὴ πᾶσίν ἐστι.
[b] Reg. σιτοποιῶν καὶ μαγείρων τέχνας.
[c] Reg. τοῖς οἰκέταις, Morel. & Savil. τοῖς μαγείροις.

τοῦ ὕπνου καθεύδουσιν· οὗτοι δὲ ἐν χρείᾳ τούτων καθιστάμενοι πρότερον, οὕτως αὐτῶν μετέχουσιν· ὃ μάλιστα πάντων αὔξει τὰ τῆς ἡδονῆς. διὰ τί γάρ, εἰπέ μοι, καὶ ὁ Σολομῶν τὸν ὕπνον τοῦ δούλου φησὶν εἶναι ἡδύν, οὑτωσὶ λέγων, ἡδὺς ὕπνος τῷ δούλῳ, ἄν τε πολύ, ἄν τε ὀλίγον φάγῃ; ἆρα διὰ τὴν στρωμνὴν τὴν ἁπαλήν; καὶ μὴν ἐπὶ ἐδάφους ἢ ἐπὶ στιβάδος οἱ πλείους καθεύδουσιν. ἀλλὰ διὰ τὴν ἄδειαν; ἀλλ' οὐδὲ μικρᾶς καιροῦ ῥοπῆς εἰσὶ κύριοι. ἀλλὰ διὰ τὴν ῥαστώνην; ἀλλ' οὐ διαλιμπάνουσι μόχθοις κοπτόμενοι καὶ ταλαιπωρίαις. τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ ποιοῦν τὸν ὕπνον [a] ἡδύν, ἢ τὸ πρότερον εἰς χρείαν καταστάντας οὕτως αὐτοῦ μεταλαμβάνειν; τοὺς δὲ πλουτοῦντας ἂν μὴ μέθῃ βαπτισθέντας ἡ νὺξ καταλάβῃ, ἀνάγκη διαπαντὸς ἀγρυπνεῖν καὶ ἐπιστρέφεσθαι καὶ ἀλύειν ἐπὶ τῶν μαλακῶν κειμένους στρωμάτων.

Ἐνῆν καὶ ἑτέρωθεν δεῖξαι τῆς τρυφῆς τὴν ἀηδίαν, τὴν ζημίαν, καὶ τὴν ἀσχημοσύνην, τὰς νόσους καταλέγοντα ὅσας ἐναπομόργνυται τῇ ψυχῇ πολλῷ πλείους καὶ χαλεπωτέρας οὔσας τῶν σωματικῶν. καὶ γὰρ μαλακοὺς καὶ ἀνάνδρους, καὶ θρασεῖς, καὶ ἀλαζόνας, καὶ ἀσελγεῖς, καὶ ὑβριστάς, καὶ ἀκολάστους, καὶ ἀκροχόλους, καὶ ὠμούς, καὶ ἀγεννεῖς, καὶ πλεονέκτας, καὶ δουλοπρεπεῖς, καὶ πρὸς ἅπαν εἰπεῖν τῶν χρησίμων καὶ ἀναγκαίων ἀχρήστους καθίστησιν· ὧν τἀναντία πάντα ἡ αὐτάρκεια ποιεῖ. ἀλλὰ νῦν πρὸς ἕτερον ἡμῖν ὁ λόγος ἐπείγεται. διὸ μόνον ἐκεῖνο προσθέντες τῶν ἀποστολικῶν πάλιν ἁψώμεθα ῥημάτων. εἰ γὰρ τὰ δοκοῦντα εἶναι ζηλωτὰ τοσούτων γέμει κακῶν, καὶ τοσοῦτον τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι τὸν νιφετὸν ἐπάγει τῶν νοσημάτων, ποῦ τὰ λυπηρὰ θήσομεν; οἷον ἀρχόντων φόβους, δήμων ὁρμάς, συκοφαντῶν καὶ βασκάνων ἐπιβουλάς· ἃ μάλιστα τοὺς πλουτοῦντας περιστοιχίζεται· ἐν οἷς καὶ τὰς γυναῖκας μειζόνως τῶν κακῶν ἀνάγκη κοινωνεῖν, διὰ τὸ μὴ γενναίως τὰς τοιαύτας φέρειν μεταβολάς.

Καὶ τί λέγω γυναῖκας; καὶ γὰρ αὐτοὶ οἱ ἄνδρες ταλαιπώρως ὑπὸ τῶν τοιούτων ἁλίσκονται· ὁ μὲν γὰρ ἐν αὐταρκείᾳ ζῶν οὐδεμίαν μετάπτωσιν δέδοικεν· ὁ δὲ ἐν ἐκείνῳ τῷ ὑγρῷ καὶ διακεχυμένῳ βίῳ δαπανηθείς, εἴποτε συμβαίη τινὶ περίστασίν τινα καὶ ἀνάγκην παραδοθῆναι πενίᾳ, τεθνήξεται πρότερον ἢ ταύτην οἴσει τὴν μεταβολήν, διὰ τὸ ἀμελέτητον καὶ ἀγύμναστον. διὰ ταῦτα ὁ μακάριος Παῦλος ἔλεγε· θλῖψιν τῇ σαρκὶ ἕξουσιν οἱ τοιοῦτοι· ἐγὼ δὲ ὑμῶν φείδομαι. εἶτα μετὰ τοῦτο φησίν· ὁ καιρὸς συνεσταλμένος τὸ λοιπόν ἐστιν.

Καὶ τί τοῦτο πρὸς τὸν γάμον; ἴσως ἂν εἴποι τις. καὶ σφόδρα μὲν οὖν πρὸς αὐτόν. εἰ γὰρ ἐν τῷ παρόντι βίῳ συγκέκλεισται· ἐν δὲ τῷ μέλλοντι οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίζονται· ὁ δὲ παρὼν καιρὸς πρὸς τὸ τέλος ἐπείγεται, καὶ ἐπὶ θύραις τὰ τῆς ἀναστάσεως ἕστηκεν, οὐ γάμων καιρὸς οὐδὲ κτημάτων, ἀλλ' ἐνδείας καὶ τῆς ἄλλης φιλοσοφίας ἁπάσης τῆς ἐκεῖ χρησιμευούσης ἡμῖν. ὥσπερ γὰρ ἡ παρθένος ἕως μὲν ἂν οἴκοι μένῃ μετὰ τῆς μητρός, πολλὴν τῶν παιδικῶν ἁπάντων ποιεῖται φροντίδα, καὶ κιβώτιον ἐν τῷ ταμιείῳ καταθεμένη, τῶν ἀποκειμένων ἐκεῖ καὶ τὴν κλεῖν αὐτὴ κέκτηται, καὶ τὴν ἐξουσίαν ἅπασαν ἔχει, καὶ τοσαύτην ὑπὲρ τῆς τῶν μικρῶν ἐκείνων καὶ φαύλων φυλακῆς ἀναδέχεται μέρι-

[a] Reg. ἡδύν; οἱ πόνοι, καὶ τὸ πρότερον εἰς χρείαν.

A consopiuntur: hi eorum prius indigi, ita demum ea percipiunt: quod quidem voluptatem auget maxime. Cur enim & Salomon servi somnum dulcem confirmat his verbis: *Dulcis est servo somnus, sive multum sive parum comederit?* Eccles. 5. 11. an propter mollem torum? at humi, aut super cespite ut plurimum dormiunt. An propter libertatem? at nec temporis momentum habent liberum. An propter otium? at laboribus & ærumnis assidue affligantur. Quid est igitur quod somnum dulcem reddat, nisi ad necessitatem prius compulsos, ita eum denique inire? Cæterum divitibus B nisi ebriis nox ingruat, pervigilandum est, & in mollibus stragulis jacentes, æstuandum ac dolendum.

LXXI. Animam etiam lædi deliciis.

Poteram & aliunde deliciarum insuavitatem, incommoda, fœditatem ostendere, morbos, quibus animam imbuant, corporalibus longe & plures & graviores percensens. Etenim molles, effeminatos, audaces, arrogantes, lascivos, injurios, impudicos, iracundos, crudeles, illiberales, avaros, sordidos, ad cuncta utilia ac necessaria ineptos præstat: quibus diversa omnia frugalitas efficit. Sed jam alio mihi properat C oratio. Itaque hoc uno addito, rursum Apostolica verba retractemus. Quod si quæ expetenda videantur, tot malis referta, tantas & animo & corpori morborum pruinas accersunt, quo loco acerba sint habenda? magistratuum terror, populorum motus, sycophantarum & æmulorum insidiæ: quæ in primis divites circumstant. Quibus malis mulieres sane etiam vehementius angi est necesse, quod eas vicissitudines impotentius ferant.

LXXII. Delicias cum aliis malis vitæ commutationem afferre.

Et quid mulieres dico, cum vel viri misere iis capiantur: nam qui frugaliter vivit, D commutationem nullam horret: qui frigidam illam ac dissolutam vitam exigit, eum si qua incidens calamitas atque vis inopiæ tradat, utpote qui rudis & inexercitatus sit, ante moriatur, quam vices eas perferat. Itaque beatus Paulus ait, *tribulationem carnis habebunt hujusmodi, ego autem vobis parco:* 1. Cor. 7. 29. ac post addit, *Tempus breve est.*

LXXIII. Non esse tempus hoc matrimonii tempus.

Et quid hoc ad matrimonium? dicat quispiam. Valde sane ad ipsum pertinet: si enim vita hac conclusum est, & in fu- E turo nec ducunt nec ducuntur, atque hoc præsens tempus ad finem decurrit, quasique pro foribus resurrectio est, non jam tempus est matrimonii ac pecuniarum, sed egestatis, & id genus reliquæ philosophiæ, quæ illic nobis profutura sit. Nam quemadmodum virgo quamdiu domi manet apud matrem, magnam puerilium omnium curam suscipit, & arcula in penum deposita, eorum quæ illic condita sint & clavem ipsa possidet, & arbitrium omne tenet, de levium illorum & futilium custodia æque so-

licita, ac qui grandem familiam administrant: cum autem sponsalia adsunt, paternas ædes dimittere coacta, tum vero iis nugis & minutiis liberata, domus gubernationem, opes, & mancipium numerosum, viri cultum, aliaque his majora procuret necesse est: Ita & nobis adultis atque ætate virili, terrenis omnibus, vere puerilibus ludicris, omissis, de cælo, cælestisque vitæ splendore & gloria cogitandum est: desponsi enim sumus & nos sponso, eum a nobis amorem flagitanti, ut non solum terrestribus & levibus his ac futilibus, sed etiam vita propter eum, si opus sit, cedamus. Quare cum illuc discedendum sit, exilem hanc curam a nobis propulsemus: nam nec in regnum ex inopi domo transferendi, de fictilibus, lignis, utensilibus, & reliqua domestica tenuitate laboraremus. Itaque nec jam terrena curemus, tempore nos jam ad cælum vocante: Rom. 13.11. ut & beatus Paulus Romanis scribens ait, *Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus: nox præcessit, dies autem appropinquavit*; 1.Cor.7.29. & rursum, *Tempus breve est*, ut qui uxores habent, perinde sint ac si non haberent. Quorsum igitur matrimonium, eo non usuris, sed perinde ac si non haberent futuris? quorsum opes? quorsum prædia? quorsum vitæ præsidia, quorum usus caducus porro atque intempestivus sit? Nam si apud nos qui judiciis sistendi sunt, scelerum causam dicturi, capitali die instante, non uxoris tantum, sed etiam cibi & potus, atque omni posthabita cura, defensionem solum cogitant: multo magis nobis, non terreno cuidam foro, sed cælesti tribunali sistendis, & dictorum, gestorum, cogitatorum rationem reddituris, ab omnibus abstinendum est, & gaudio & tristitia rerum præsentium, ac circa Luc.14.26. terribilem illam diem unice metuendum. *Si quis* enim, inquit, *venit ad me, nec suum patrem, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, insuper & animam suam odit, non potest meus esse discipulus. Et qui non portat crucem suam, & me sequitur, non potest meus esse discipulus.* Tu vero segnis uxoris cupiditati, risui, mollitiei, deliciis vacas? *Dominus prope est, nihil soliciti sitis:* Tu de pecuniis curas ac solicitus es? Cæleste regnum instat. Tu ædes, luxum, & reliquam voluptatem dis- 1.Cor.7.31. picis? Præterit figura hujus mundi. Quid te de mundi rebus non perennibus, sed caducis, perennium ac stabilium oblitus, crucias? Non jam matrimonium, non dolores partus, non voluptas & coïtus, non divitiarum copia, non prædiorum studium, non cibus, non tegumenta, non agricultura ac navigatio, non artes & ædificia, non urbes, non ædes, sed alius quidam status atque vita consequetur: hæc paulo post cuncta interibunt. Id enim est, *præterit figura hujus mundi*. Quid igitur velut in omnia sæcula hic mansuri, ita in ea-

A μναι, ὥσπερ οἱ τὰς μεγάλας ἐπιτροπεύοντες οἰκίας· ἐπειδὰν δὲ μνηστεύεσθαι δέῃ, καὶ ὁ τοῦ γάμου καιρὸς ἀναγκάζῃ τὴν πατρῴαν οἰκίαν ἀφεῖναι, τότε τῆς εὐτελείας ἐκείνης ἀπαλλαγεῖσα καὶ τῆς ταπεινότητος, οἰκίας προστασίαν, καὶ κτημάτων καὶ ἀνδραπόδων πλῆθος, καὶ ἀνδρὸς θεραπείαν, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τούτων μείζονα μεριμνᾷν ἀναγκάζεται. οὕτω καὶ ἡμᾶς χρὴ, ἐπειδὴ πρὸς τὸ τέλειον ἀγόμεθα βίον καὶ τὸ ἀνδράσι προσήκοντα, τὰ ἐπὶ τῆς γῆς πάντα ἀφέντας τὰ ὄντως παιδικὰ ἀθύρματα, φαντάζεσθαι τὸν οὐρανὸν καὶ τὸ ἐκεῖ διαπρεπὲς τῆς λαμπρότητα καὶ τὴν δόξαν ἅπασαν. ἡρμόσθημεν γὰρ καὶ ἡμεῖς νυμφίῳ οὕτως ζητοῦντι παρ' ἡμῶν ἀγάπην, B ὡς μὴ τῶν ἐν τῇ γῇ μόνον, μηδὲ τῶν μικρῶν τούτων καὶ εὐτελῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἀφίστασθαι δι' αὐτὸν, ὅταν δέῃ. ἐπεὶ οὖν ἐκεῖ λοιπὸν ἀπιέναι χρὴ, ἀπαλλάξωμεν ἑαυτοὺς τῆς φροντίδος τῆς εὐτελοῦς. οὐδὲ γὰρ εἰς βασιλείαν μεθίστασθαι μέλλοντες ἀπὸ πενιχρᾶς οἰκίας, κεραμίδων, καὶ ξύλων, καὶ ἐπίπλων, καὶ τῆς ἄλλης τῆς κατὰ τὴν οἰκίαν ἐφροντίσαμεν ἂν πενίας. μὴ τοίνυν μηδὲ νῦν τὰ ἐν τῇ γῇ μεριμνῶμεν. ὁ γὰρ καιρὸς ἡμᾶς ἤδη καλεῖ πρὸς τὸν οὐρανόν· καθάπερ καὶ Ῥωμαίοις ἐπιστέλλων ὁ μακάριος Παῦλος ἔλεγε· νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν· ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικε. καὶ πάλιν, ἐνταῦθα ὁ καιρὸς συνεσταλμένος τὸ λοιπόν ἐστιν· ἵνα καὶ οἱ C ἔχοντες γυναῖκας, ὡς μὴ ἔχοντες ὦσι. τί οὖν δεῖ γάμου τοῖς οὐ μέλλουσιν ἀπολαύσεσθαι γάμου, ἀλλ' ἐν ἴσῳ τοῖς οὐκ ἔχουσι διακεῖσθαι; τί δὲ χρημάτων; τί δὲ κτημάτων; τί δὲ τῶν βιωτικῶν, τῆς χρήσεως αὐτῶν ἀώρου λοιπὸν οὔσης καὶ παρακαίρου; εἰ γὰρ οἱ μέλλοντες δικαστηρίῳ παρίστασθαι τῷ παρ' ἡμῖν, καὶ λόγον ὑφέξειν τῶν πεπλημμελημένων, τῆς κυρίας γινομένης ἐγγὺς, οὐ γυναικὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ σίτων καὶ ποτῶν, καὶ πάσης ἑαυτοὺς ἀποστήσαντες φροντίδος, τῆς ἀπολογίας γίνονται μόνης· πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς τοὺς οὐκ ἐπιγείῳ τινὶ δικαστηρίῳ, ἀλλ' οὐρανίῳ βήματι παραστήσεσθαι μέλλοντας, καὶ ῥημάτων καὶ πραγμάτων καὶ ἐννοιῶν D εὐθύνας ὑφέξειν, πάντων ἀφίστασθαι χρὴ, καὶ χαρᾶς καὶ λύπης τῆς ἐπὶ τοῖς παροῦσι πράγμασι, καὶ τὴν φοβερὰν μόνην ἐκείνην ἡμέραν μεριμνᾷν. εἴ τις γάρ, φησιν, ἔρχεται πρός με, καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τὰ τέκνα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τὰς ἀδελφὰς, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, οὐ δύναταί μου μαθητὴς εἶναι· καὶ ὅστις οὐ βαστάζει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἔρχεται ὀπίσω μου, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής. σὺ δὲ παρακαθῇ σχολάζων ἐπιθυμίαις γυναικὸς, καὶ γέλωτι, καὶ διαχύσει, καὶ τρυφῇ; ὁ κύριος ἐγγὺς, μηδὲν μεριμνᾶτε. σὺ δὲ ὑπὲρ χρημάτων φροντίζεις, καὶ μεριμνᾷς; ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐφέστηκε. σὺ δὲ περὶ οἰκίας, καὶ τρυ- E φῆς, καὶ τῆς ἄλλης σκοπεῖς ἡδονῆς; παράγει δὲ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου. τί οὖν κόπτεις σαυτὸν ἐν τοῖς τοῦ κόσμου πράγμασι τοῖς οὐ μένουσιν, ἀλλὰ δαπανωμένοις, τῶν μενόντων καὶ βεβαίων ἀμελῶν; οὐκέτι γάμος, οὐκέτι ὠδῖνες, οὐχ ἡδονὴ καὶ μίξις, οὐ χρημάτων εὐπορία, οὐδὲ κτημάτων ἐπιμέλεια, οὐ τροφὴ, οὐδὲ ἐνδύματα, οὐ γεωργία καὶ ναυτιλία, οὐ τέχναι, οὔτε οἰκοδομαὶ, οὐ πόλεις, οὐδὲ οἰκίαι, ἀλλ' ἑτέρα τις κατάστασις καὶ διαγωγή. ταῦτα δὲ πάντα μικρὸν ὕστερον ἀπόλλυται. τοῦτο γάρ ἐστι, παράγει δὲ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου. τί τοίνυν ὡς εἰς τοὺς αἰῶνας ἅπαντας ἐνθάδε μένοντες, οὕτω

πᾶσαν σπουδὴν ἐπιδεικνύμεθα, ὑπὲρ πραγμάτων μεριμνῶντες, ὧν πρὸ τῆς ἑσπέρας πολλάκις ἀποστησόμεθα; τί τὸν μοχθηρὸν αἱρούμεθα βίον, ἐπὶ τὸν ἀπράγμονα καλοῦντος ἡμᾶς τοῦ Χριστοῦ; θέλω γάρ, φησιν, ὑμᾶς ἀμερίμνους εἶναι. ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου.

Πῶς οὖν ἡμᾶς ἀμερίμνους εἶναι βούλει, εἰς ἑτέραν πάλιν ἐμβαλὼν φροντίδα; ὅτι οὔτε φροντίζειν τοῦτό ἐστιν, ὥσπερ οὖν οὐδὲ θλίβεσθαι τὸ διὰ τὸν Χριστὸν θλίβεσθαι· οὐ διὰ τὸ μεταβάλλεσθαι τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν, ἀλλὰ διὰ τὸ τὴν προαίρεσιν τῶν ταῦτα φερόντων μεθ' ἡδονῆς, καὶ τὸ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως κρατεῖν. ὁ μὲν γὰρ ὑπὲρ τούτων φροντίζων, ὧν οὐκ εἰς μακρὸν ἀπολαύσεται χρόνον, πολλάκις δὲ οὐδὲ εἰς βραχύν, εἰκότως ἂν λέγοιτο μεριμνᾷν· ὁ δὲ μείζονας τῶν φροντίδων ἀποληψόμενος τοὺς καρπούς, ἐν τοῖς ἀμερίμνοις πάντη δικαίως ἂν τάττοιτο λόγῳ. καὶ τούτων δὲ χωρὶς τοσοῦτον τῆς μερίμνης ἑκατέρας τὸ μέσον, ὡς μηδὲ μέριμναν ταύτην ἐκείνῃ παραβαλλομένην νομίζεσθαι· οὕτω κουφοτέρα τέ ἐστιν ἐκείνης καὶ σφόδρα εὐκολωτέρα. καὶ ταῦτα ἅπαντα διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἀπεδείξαμεν λόγων· ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου, ὁ δὲ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου· ἀλλ' ὁ μὲν ἀπέρχεται, ὁ δὲ μένει. τοῦτο οὖν μόνον οὐχ ἱκανὸν δεῖξαι τὸ τῆς παρθενίας ἀξίωμα; ὅσον γὰρ τοῦ θεοῦ πρὸς τὸν κόσμον τὸ διάφορον, τοσοῦτον αὕτη βελτίων ἐκείνης ἡ φροντίς. πῶς οὖν συγχωρεῖ τὸν γάμον, τὸν περισπῶντα ἡμᾶς ταῖς φροντίσι, καὶ τῶν πνευματικῶν ἀπάγοντα; διὰ γὰρ τοῦτό, φησιν, εἶπον· ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας ὡς μὴ ἔχοντες ὦσιν· ἵνα οἱ φθάσαντες ἤδη δεθῆναι, ἢ καὶ μέλλοντες, ἑτέρῳ τινὶ τρόπῳ χαυνότερον ἐργάσωνται τὸν δεσμόν. ἐπειδὴ γὰρ διαρρῆξαι αὐτὸν οὐκ ἔνι περιβληθέντα ἅπαξ, ἀνεκτότερον αὐτὸν ποίησον. ἔξεστι γάρ, ἂν βουλώμεθα, πάντα περικόπτειν τὰ περιττά, καὶ μὴ [a] μειζόνως τῶν ἀπὸ τοῦ πράγματος καὶ τῆς φύσεως τικτομένων φροντίδων τὰς παρὰ τῆς ἡμετέρας προστιθέναι νωθείας.

Εἰ δὲ καὶ σαφέστερόν τις θέλοι μαθεῖν τί ποτέ ἐστιν, ἔχοντα γυναῖκα μὴ ἔχειν, τοὺς οὐκ ἔχοντας ἐννοείτω, τοὺς ἐσταυρωμένους, πῶς διάκεινται. πῶς οὖν ἐκεῖνοι διάκεινται; οὐ θεραπαινίδων ἀναγκάζονται πλῆθος ὠνεῖσθαι, οὐ χρυσία καὶ περιδέραια, οὐκ οἰκίας λαμπρὰς καὶ μεγάλας, οὐ πλέθρα γῆς τόσα καὶ τόσα· ἀλλὰ ταῦτα πάντα [b] ἀφελόντες, ὑπὲρ ἱματίου φροντίζουσιν ἑνός, καὶ τροφῆς τῆς αὐτῆς. ἔξεστι καὶ τῷ γυναῖκα ἔχοντι εἰς ταύτην ἑαυτὸν ἀγαγεῖν τὴν φιλοσοφίαν. τὸ γὰρ ἀνωτέρω λεχθέν, μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, περὶ μίξεως εἴρηται μόνης. ἐν τούτῳ γὰρ ἕπεσθαι ἀλλήλοις κελεύει, καὶ οὐδένα ἀφίησιν ἑαυτοῦ κύριον εἶναι. ἔνθα δὲ ἂν δέῃ τὴν ἄλλην φιλοσοφίαν ἀσκεῖν, τὴν ἐν τοῖς ἱματίοις, τὴν ἐν τῇ διαίτῃ, τὴν ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οὐκέτι θατέρῳ λοιπὸν ὁ ἕτερος ὑπεύθυνος γίνεται, ἀλλ' ἔξεστι τοῖς ἀνδράσι κἂν ἡ γυνὴ μὴ βούληται, περικόψαι τρυφὴν ἅπασαν καὶ τὸν περιρρέοντα τῶν φροντίδων ὄχλον· καὶ γυναικὶ πάλιν ὁμοίως οὐδεμία ἀνάγκη μὴ βουλομένῃ καλλωπίζεσθαι, καὶ κενοδοξεῖν, καὶ περιττὰ μεριμνᾷν. εἰκότως· ἐκείνη μὲν γὰρ ἡ ἐπιθυμία φυσική τις ἐστί· καὶ διὰ τοῦτο πολλῆς ἔτυχε τῆς

[a] Reg. & Savil. μειζόνως τῶν ἀπὸ τῆς τοῦ πράγματος φύσεως τικτ- Morel. & Plantin. μειζόνως τῶν ἀπὸ τοῦ πράγματος καὶ τῆς φύσεως.

[b] Reg. ἀφέντες.

A rum rerum studio, a quibus sæpe ante vesperam desciscendum sit, summa ope nitimur? Quid laboriosam vitam deligimus, Christo ad otiosam nos vocante? *Volo* enim, inquit, *vos sine solicitudine esse. Qui sine uxore est, Domini res curat.* 1.Cor.7.32.

LXXIV. Cur cum velit nos sine solicitudine esse, jubeat esse solicitos.

Quomodo igitur nos sine solicitudine esse vis, quos in aliam iterum curam conjicias? Quia hoc, nec curare quidem est, quemadmodum nec affligi, propter Christum afflictari: non mutata quidem rerum natura, sed eorum qui ea cum voluptate patiantur studio, vel rerum naturam vincente. B Nam qui ea curet, quibus non longum tempus fruiturus sit, imo sæpe nec minimum, curare merito dicetur: qui vero curis majorem fructum capturus sit, omni ratione inter eos qui sine solicitudine sunt numerabitur. Præterea autem utriusque curæ tantum est discrimen, ut hæc cum illa comparata, nec cura quidem habeatur: adeo illa & levior est, & multis partibus facilior. Quæ nos omnia superius ostendimus. *Qui sine uxore est solicitus est quæ Domini sunt, qui autem cum uxore est solicitus est quæ sunt mundi.* At hic abit, ille manet. Annon igitur vel hoc solum sufficiat ad virginitatis dignitatem commonC strandam? quanto enim Deus mundo præstat, tanto hæc illâ potior cura est. Cur ergo matrimonium permittit, quod & curis nos obstringat, & a spiritalibus abducat? Ideo enim, inquit, dixi, Ut qui uxores habent, perinde sint ac si non haberent, ut qui jam vincti sunt, aut post vinciendi sunt, alio quopiam modo vinculum relaxent. Nam quoniam haud fas est semel circumjectum rumpere, tolerabilius redde. Siquidem licet si velimus, supervacua omnia recidere, nec nostra ipsorum ignavia alia nobis addere iis curis, quas res ac natura pariat, majora.

LXXV. Quid sit habentem uxorem non habere.

D Quod si quis etiam clarius intelligere vult, quid sit, Uxorem habentem perinde esse ac si non haberet, is mihi non habentes, atque crucifixos cogitet, quomodo degant. Quomodo igitur degunt? Non necesse habent ancillarum gregem coëmere, non aurum ac monilia, non ædes magnificas & amplas, non tot ac tot terræ jugera: sed iis omnibus detractis, amictum unum atque victum procurant: licet autem uxorem habenti ad eam se philosophiam reducere. Nam quod supra ait, *ne defraudate alter alterum*, de coïtu solo dictum est. In eo enim invicem obsequi jubet, neque alterutrum sui dominum esse E sinit. In reliquo philosophiæ exercitio, vestitu, victu, atque aliis omnibus, alter alteri non est obnoxius, sed & viris fas est uxore invita delicias omnes, ac circumfluentem curarum turbam amoliri: & uxori vicissim non est necesse, si nolit, comi, inanem gloriam captare, supervacua curare. Nec injuria: nam cupiditas quidem illa naturalis est: itaque ei & nonnihil con-

donatum eſt, nec poteſt alter alterum nolentem defraudare: hæc vero deliciarum, ſupervacui cultus, inutilis curæ, non a natura proficiſcitur, ſed ex ignavia & inſigni nequitia manat. Quare neque in his, ut in illis, conjuges invicem teneri cogit. Hoc igitur eſt, Uxorem habentes perinde eſſe ac ſi non haberent, ſupervacuas illas propter uxorum fucum ac mollitiem curas non admittere, ſed tantum curarum auctarium ſuſcipere, quantum par ſit unius capitis additamento, atque ejus philoſophice ac tenuiter vitam inſtituentis. Id enim ſe velle, corollario hoc ſignificat, *Et qui flent tamquam non flentes*, & qui in prædiis gaudent, ac ſi non gauderent: nam nec qui non gaudent, prædia curabunt; nec qui non flent, aut inopiam horrere, aut frugalitatem averſari poterunt. Hoc vero eſt uxorem habere, nec habere, mundo

1. Cor. 7. 33. uti, nec abuti. *Qui cum uxore eſt ſolicitus eſt quæ ſunt mundi.* Itaque cum & hic & illic curetur, atque hic etiam temere & fruſtra, imo & moleſte & miſere: nam *tribulationem*, inquit, *carnis habebunt hujuſmodi*: illic, quod ingens bonum ſit: cur non illam potius adſciſcimus curam, quæ non ſolum tot ac tantas remunerationes habeat, ſed hâc, naturâ etiam, levior ſit? Quid enim curat innupta? an opes, an vernas, an œconomos, an agros, an reliqua? an coquis, textoribus, cætero ſervi-

1. Cor. 3. tio inſtat? Minime gentium: quin nihil

1. Tim. 2. horum vel cogitat, ſed unum id laborat, ut animam ſuam tantum ædificet, & templum illud ſanctum non cincinnis, aut auro, aut margaritis, non intritis aut pigmentis, non id genus moleſtiis & ærumnis, ſed animi atque corporis ſanctimonia exornet. At *nupta*, inquit, *curat ut viro placeat.* Admodum ſapienter ad ipſarum rerum examen non deſcendit, neque ea commemoravit, quæ, ut viris placeant, & corpore & animo patiuntur: illud torquentes, oblinentes, atque aliis malis mulctantes: hunc illiberalitate, adulatione, ſimulatione, ſimultate, ineptis & inutilibus curis implentes. Sed uno verbo hæc omnia ſubindicans, recogitanda auditorum conſcientiæ reliquit: atque ita virginitatis præſtantiam declarans, ad cælumque eam tollens, rurſum ſermonem ad matrimonii permiſſionem confert: ubique ſolicitus, ne id quiſquam præceptum eſſe arbitraretur. Quamobrem nec ſuperioribus cohortationibus contentus, cum dixiſſet, *Domini præceptum non habeo*: &, *ſi nupſit virgo*, *non peccavit*: iterum hic ait, *non ut laqueum vobis injiciam.*

LXXVI. Non virginitatem, ſed noſtram inertiam eſſe laqueum.

In quo meritò hoc alicui ſcrupulum moveat, quo pacto qui rem ſupra vinculorum ſolutionem vocet, & ad utilitatem noſtram eam conſulere dicat, ne miſerias habeamus, ut ſine ſolicitudine ſimus, & quod

a Hic multum variant Exemplaria. Morel. διὰ τὸν κνισμὸν, Plantin. διὰ τὸν ἀκνισμὸν, Reg. & Savil. διὰ τὸν ἀκκισμὸν, quæ videtur eſſe vera lectio. Vox ἀκκισμὸς a Luciano & ab aliis frequentatur.

b Reg. ſolus δυνήσονται φέρειν.

A συγγνώμης, καὶ οὐκ ἔστι κύριος ὁ ἕτερος ἀποστερεῖν τὸν ἕτερον μὴ βουλόμενον· ἡ δὲ τῆς τρυφῆς καὶ τῆς θεραπείας τῆς περιττῆς, καὶ τῆς φροντίδος τῆς ἀνονήτου οὐκ ἀπὸ τῆς φύσεως ὁρμᾶται, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ῥᾳθυμίας καὶ τῆς πολλῆς ὕβρεως τίκτεται. διὰ ταῦτα οὐκ ἀναγκάζει καὶ ἐν τούτοις τοὺς γεγαμηκότας ὑπακούεσθαι ἀλλήλοις, καθάπερ καὶ ἐν ἐκείνοις. τοῦτο τοίνυν ἐστὶν, ἔχοντα γυναῖκα μὴ ἔχειν, ὅταν τὰς περιττὰς φροντίδας, τὰς [a] διὰ τὸν ἀκκισμὸν καὶ τὴν διάθρυψιν γινομένας τῶν γυναικῶν μὴ δεχώμεθα, ἀλλὰ τοσαύτην λάβωμεν προσθήκην φροντίδος, ὅσην εἰκὸς μιᾶς ψυχῆς προστεθείσης ἡμῖν, καὶ ταύτης φιλοσόφως καὶ εὐτελῶς ζῆν B προῃρημένης. ὅτι γὰρ τοῦτό φησι, μετὰ τῆς ἐπαγωγῆς ἐδήλωσε· καὶ οἱ κλαίοντες ὡς μὴ κλαίοντες, καὶ οἱ χαίροντες ἐν κτήσεσιν ὡς μὴ χαίροντες. οἱ γὰρ μὴ χαίροντες οὐδὲ τῆς κτήσεως ἐπιμελήσονται, καὶ οἱ μὴ κλαίοντες, οὔτε τὴν πενίαν [b] δυνήσονται φρίττειν, οὔτε τὴν αὐτάρκειαν ἀποστρέφεσθαι. τοῦτό ἐστιν, ἔχειν γυναῖκα καὶ μὴ ἔχειν· τοῦτό ἐστι κεχρῆσθαι τῷ κόσμῳ καὶ μὴ [c] παραχεχρῆσθαι. ὁ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου. ὅταν οὖν καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐκεῖ μέριμνα ᾖ· καὶ ἐνταῦθα μὲν εἰκῇ καὶ μάτην· μᾶλλον δὲ καὶ ἐπὶ λύπῃ καὶ θλίψει· θλῖψιν γὰρ τῇ σαρκί, φησιν, ἕξουσιν οἱ τοιοῦτοι· ἐκεῖ C δὲ ἐπὶ τοῖς ἀπορρήτοις ἀγαθοῖς· τί μὴ ταύτην αἱρούμεθα μᾶλλον τὴν φροντίδα, οὐ τὸ τοιαύτας καὶ τοσαύτας ἔχειν τὰς ἀντιδόσεις, ἀλλὰ καὶ τῇ φύσει κουφοτέραν οὖσαν ἐκείνης; τί γὰρ ἡ μὴ γαμηθεῖσα μεριμνᾷ; ἆρα ὑπὲρ χρημάτων, ὑπὲρ οἰκετῶν, ὑπὲρ οἰκονόμων, ὑπὲρ ἀγρῶν, καὶ τῶν ἄλλων; μαγείροις ἐφέστηκε, καὶ ὑφάνταις, καὶ τῇ λοιπῇ θεραπείᾳ; ἄπαγε. οὐδὲν τούτων εἰς νοῦν βάλλεται· ἀλλ' ἓν φροντίζει [d] μόνον, τὴν αὐτῆς οἰκοδομεῖν ψυχήν. τὸν ναὸν ἐκεῖνον τὸν ἅγιον κοσμεῖν οὐκ ἐν πλέγμασιν ἢ χρυσῷ ἢ μαργαρίταις, οὐκ ἐπιτρίμμασιν οὐδὲ ὑπογραφαῖς, οὐ ταῖς ἄλλαις δυσκολίαις καὶ μοχθηρίαις, ἀλλὰ τῇ ἁγιωσύνῃ τῇ D κατὰ σῶμα καὶ κατὰ πνεῦμα. ἡ δὲ [e] γαμήσασα, φησὶ, μεριμνᾷ πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρί. σφόδρα συνετῶς οὐκ ἦλθεν ἐπὶ τὴν τῶν πραγμάτων αὐτῶν ἐξέτασιν, οὐδὲ εἶπεν ὅσα πάσχουσι γυναῖκες ὑπὲρ τῆς εἰς τοὺς ἄνδρας ἀρεσκείας καὶ τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ· τὸ μὲν βασανίζουσαι καὶ κονιῶσαι καὶ ἑτέραις κολάσεσι κατατείνουσαι· τὴν δὲ ἀνελευθερίας, κολακείας, ὑποκρίσεως, μικροψυχίας, φροντίδων περιττῶν καὶ ἀνονήτων πληροῦσαι· ἀλλὰ μιᾷ ῥήσει πάντα ταῦτα [f] αἰνιξάμενος ἀφῆκε τῷ συνειδότι τῶν ἀκουόντων αὐτὰ ἀναλογίσασθαι· καὶ δείξας οὕτω τῆς παρθενίας τὴν ὑπεροχὴν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἄρας αὐτὴν τὸν οὐρανὸν, πάλιν μετατίθη- E σιν ἐπὶ τὴν τοῦ γάμου συγχώρησιν τὸν λόγον· πανταχοῦ δεδοικὼς μή τις τὸ πρᾶγμα ἐπίταγμα εἶναι νομίσῃ. διόπερ οὐδὲ ἠρκέσθη ταῖς προτέραις παραινέσεσιν, ἀλλ' εἰπών· ἐπιταγὴν κυρίου οὐκ ἔχω· καὶ, ἐὰν γήμῃ ἡ παρθένος, οὐχ ἥμαρτε· πάλιν ἐνταῦθά φησιν, οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω.

Ὑπὲρ οὗ διαπορήσειεν ἄν τις εἰκότως, πῶς ἀνωτέρω λύσιν δεσμῶν τὸ πρᾶγμα καλῶν, καὶ πρὸς τὸ συμφέρον ἡμῖν αὐτὸ συμβουλεύειν λέγων, καὶ ἵνα θλῖψιν μὴ ἔχωμεν, καὶ ἵνα ἀμέριμνοι ὦμεν, καὶ ἐπειδὴ φείδεται

c Reg. & Savil. in marg. καταχεχρῆσθαι, Savil. in textu & Morel. παραχεχρῆσθαι.

d Reg. μόνον τῆς αὐτῆς οἰκονομεῖν.

e Reg. γαμηθεῖσα.

f Reg. ἐνδειξάμενος.

ἡμῶν

ἡμῖν, καὶ διὰ τούτων δεικνὺς τὸ κοῦφον αὐτοῦ καὶ φορητόν, ἐνταῦθά φησιν· οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω; τί οὖν ἐστίν; οὐ τὴν παρθενίαν βρόχον ἐκάλεσεν· ἄπαγε· ἀλλὰ τὸ μετὰ βίας καὶ ἀνάγκης αἱρεῖσθαι τοῦτο τὸ καλόν. καὶ γὰρ οὕτως ἔχει. πᾶν ὅπερ ἂν βιαζόμενος καὶ μετὰ τοῦ μὴ βούλεσθαι καταδέχηταί τις, κἂν σφόδρα κοῦφον ᾖ, πάντων ἀφορητότερον γίνεται, καὶ ἀγχόνης χαλεπώτερον τὴν ἡμετέραν ἀποπνίγει ψυχήν. διὰ τοῦτο εἶπεν, οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω· τουτέστιν, ἅπαντα καλὰ τῆς παρθενίας εἶπον καὶ ἀπέδειξα· καὶ μετὰ ταῦτα ὅμως ἅπαντα τὴν αἵρεσιν ὑμῖν ἐπιτρέπω τοῦ πράγματος, οὐχὶ μὴ βουλομένους ἕλκω πρὸς τὴν ἀρετήν. οὐδὲ γὰρ ὑμᾶς θλῖψαι βουλόμενος ταῦτα συνεβούλευσα, ἀλλ' ὥστε μὴ τὴν εὐσχήμονα προσεδρίαν ὑπὸ τῶν βιωτικῶν ἐκκοπῆναι πραγμάτων. σὺ δέ μοι θέα κἀνταῦθα τοῦ Παύλου τὴν σύνεσιν· πῶς τῇ παραιτήσει πάλιν παραίνεσιν ἐπεισήγαγε, καὶ διὰ τῆς συγχωρήσεως συμβουλήν. τὸ γὰρ εἰπεῖν, οὐκ ἀναγκάζω ἀλλὰ παραινῶ, καὶ προσθεῖναι, διὰ τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον, ἔδειξε τῆς παρθενίας τὸ θαυμαστὸν, καὶ τὸ κέρδος ὅσον ἡμῖν ἐν τῇ κατὰ θεὸν ἀπ' αὐτῆς γίνεται [a] πολιτείᾳ. οὐ γὰρ ἔνι τὴν βιωτικαῖς ἐμπεπλεγμένην φροντίσι, καὶ πανταχοῦ περιελκομένην εὐπρόσεδρον εἶναι, τῆς σπουδῆς καὶ σχολῆς ἁπάσης εἰς πολλὰ μεριζομένης· εἰς ἄνδρα, λέγω, καὶ οἰκίας ἐπιμέλειαν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἅπερ ὁ γάμος ἐπισύρεσθαι εἴωθε.

Τί οὖν, φησὶν, ὅταν καὶ ἡ παρθένος πολλὰ πραγματεύηται, καὶ μερίμνας ἔχῃ βιωτικάς· ἄπαγε, ἔξω ταύτην ἑλκύσας τοῦ τῶν παρθένων χοροῦ. οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ μὴ γαμηθῆναι ποιῆσαι παρθένον, ἀλλὰ δεῖ καὶ τῆς ψυχικῆς ἁγνείας· ἁγνείαν δὲ λέγω, οὐ τὸ πονηρᾶς καὶ αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας ἀπηλλάχθαι μόνον, καὶ καλλωπισμάτων, καὶ περιεργίας, ἀλλὰ καὶ φροντίδος εἶναι καθαρὰν βιωτικῆς. ἂν δὲ μὴ τοῦτο ᾖ, τί τὸ ὄφελος σωματικῆς καθαρότητος; ὥσπερ γὰρ στρατιώτου οὐδὲν αἰσχρότερον γένοιτ' ἂν τὰ ὅπλα ῥίψαντος καὶ καπηλείοις σχολάζοντος· οὕτως οὐδὲ παρθένων ἀσχημονέστερον βιωτικαῖς ἐνδεδεμένων φροντίσι. καὶ γὰρ αἱ πέντε ἐκεῖναι καὶ λαμπάδας εἶχον, καὶ παρθενίαν ἤσκησαν· ἀλλ' οὐδενὸς τούτων ἀπώναντο, ἀλλὰ τῶν θυρῶν ἀποκλεισθεισῶν, ἔμενον ἔξω καὶ [b] ἀπώλλυντο. καὶ γὰρ ἡ παρθενία διὰ τοῦτο καλὸν, ὅτι πᾶσαν ἐκκόπτει φροντίδος ὑπόθεσιν περιττῆς, καὶ πᾶσαν σχολὴν, καὶ τοῖς κατὰ θεὸν ἀνατίθησιν ἔργοις. ὡς ἂν μὴ τοῦτο ἔχοι, πολὺ τοῦ γάμου πάλιν ἐλάττων γίνεται, ἀκάνθας ἐν τῇ ψυχῇ περιφέρουσα, καὶ τὸν καθαρὸν καὶ οὐράνιον συμπνίγουσα σπόρον.

Εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν, φησὶν, ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει, ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος, καὶ οὕτως ὀφείλει γίνεσθαι, ὃ θέλει ποιείτω, οὐχ ἁμαρτάνει, γαμείτωσαν. τί λέγεις, ὃ θέλει ποιείτω· καὶ οὐ διορθοῖς τὴν ἐσφαλμένην γνώμην, ἀλλ' ἐπιτρέπεις γαμεῖν; διὰ τί γὰρ οὐκ εἶπες· εἰ δὲ ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει, ἄθλιός ἐστι καὶ ταλαίπωρος, πρᾶγμα οὕτω θαυμαστὸν ἐπονείδιστον εἶναι νομίζων. διὰ τί μὴ συνεβούλευσας ταύτης ἀπαλλαγέντα τῆς ὑποψίας, ἀπαγαγεῖν τοῦ γάμου τὴν αὐτοῦ θυγατέρα; ὅτι, φησὶ, τῶν σφόδρα ἀσθενῶν, καὶ χαμαὶ συρομένων ἦσαν αἱ τοιαῦται ψυχαί· τὰς δὲ οὕτω διακειμένας οὐκ ἐνῆν

[a] Reg. πολιτείᾳ, οὐ πανταχοῦ περιελκομένης διὰ τὸ εὐπρόσεδρον.

[b] Reg. ἀπώλλυντο.

A nobis parceret: atque iis omnibus ejus levitatem ac facilitatem notet, hic dicat, *Non ut laqueum vobis injiciam?* Quid igitur est? Non virginitatem: Apage: sed vi & coactione bonum hoc amplecti, id laqueum vocat. Nam ita se res habet: Quidquid compulsus & invitus suscipias, quantumvis leve sit, difficillimum redditur, & vel reste gravius mentem strangulat. Ideo ait, *Non ut laqueum vobis injiciam.* Id est, Virginitatis bona omnia proposui & explicui, atque interim post hæc omnia optionem vobis permitto, non, invitos ad virtutem traho: neque enim vos affictare volens, B hæc consului, sed ne honesta assiduitas humanis rebus frangatur. Vide sis autem mihi & hic Pauli prudentiam, ut deprecationibus, rursum exhortationem addat, ac permittens consulat. Nam qui dicit, *Non cogo, sed hortor:* ac subjicit, Propter *honestatem & assiduitatem*, virginitatis admirabilitatem atque fructum, qui ex ea ad divinam vitam manat, ostendit. Neque enim potest quæ humanis curis implicetur, & huc illuc distrahatur, assidua esse, studio omni atque otio in multa distributo, in virum, ac familiæ curam, C aliaque cuncta quæ matrimonium attrahere solet.

Quid vero, inquit, si & virgo de multis laboret, atque humana curet? Apage: qui virginum choro eam exemeris. Siquidem ad virginem præstandam haud satis est non nupsisse, sed animi quoque castitate opus est. Castitatem autem intelligo, non fœda ac flagitiosa solum libidine, ornatu, curiositate vacare, sed vitæ etiam curis solutam esse ac liberam: quod ni sit, quorsum corporis castitatem? Nam ut milite, qui abjectis armis in popinis occupetur, nihil turpius: ita nec virgine vitæ curis obD stricta, quidquam inhonestius. Etenim quinque illæ & lucernas habebant, & virginitatem exercuerant: quorum nihil eis profuit, sed clausis foribus, exclusæ perierunt: quippe ob id præstans est virginitas, quod omnem supervacuæ curæ ansam præcidat, otium omne atque studium divinis operibus consecrans. Quod nisi habeat, matrimonio longe deterior est, spinas in animo circumferens, & legitimum ac cæleste semen suffocans. LXXVII. Quæ de terrenis rebus sollicita sit virginem non esse. *Matth. 25.*

*Si quis autem, ait, turpem se videri existimat super virgine sua, quod sit superadulta, atque ita faciendum est, quod volet fa*E*ciat, non peccat: nubant.* Itane, quod volet faciat? nec falsam existimationem corrigis, sed nubere permittis? Cur enim non dixisti, Quod si quis in virgine sua indecorum esse putat, miser & infelix est, rem tam admirandam infamem arbitratus? Cur non consuluisti, opinione ea dimissa, filiam a matrimonio arcere? Quia, inquiet, animæ illæ admodum infirmæ & humi repentes erant, illæque sic affectæ statim ad vir- LXXVIII. Cur non acriter eum carpat, qui in virgine sua indecorum se esse putat. *1. Cor. 7. 36.*

ginitatis sermones adduci non poterant. Nam qui ad mundi res tam est attonitus, & hujus vitæ laudator, ut post tantam exhortationem, quod cælo dignum est & angelici instituti affine, probro habuisset, consilium eo inducens quî tulisset? Et quid mirum si id in re concessa Paulus fecit, qui idem in vetita & illegitima faciat? Exempli causa: ciborum delectum habere, & alios probare, alios rejicere, Judaïcæ imbecillitatis erat: quidam tamen apud Romanos ea imbecillitate laborabant: quos adeo non incessit vehementer, ut aliud quiddam majus etiam faciat: omissis enim iis qui peccassent, qui eos prohibere vellent objurgat, his verbis, *Tu autem quid judicas fratrem tuum?* (Rom. 14.10.) At non, Colossensibus scribens, idem facit, sed magna auctoritate & eos carpit, & philosophatur, dicens: *Nemo ergo vos judicet in cibo atque potu.* (Coloss. 2.16.) Et rursum: *Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid tamquam viventes in mundo decernitis? Ne tangito, neu gustato, neu attrectato: quæ omnia usu pereunt.* Cur igitur id facit? Quod hi confirmati essent: Romani adhuc magna indulgentia opus haberent, & exspectaret illa, dum fides in eorum prius animis consthabiliretur: veritus ne ante tempus & æquo citius zizania revellere aggressus, cum iis sanæ doctrinæ stirpes una etiam revelleret. (Matth. 13.) Itaque nec acriter incessit, nec irreprehensos dimittit, sed clam & nec opinantes in aliis castigandis perstringit. Nam qui dicat, *Suo domino stat, aut cadit*, ille increpanti silentium imponere videtur, sed re vera increpati illius animum vellicat: ostendens iis rebus duci, non stabilium esse, & firmiter consistentium, sed qui adhuc titubent, quibusque, ni stent, periculum sit ne cadant. Eamdem legem & hic servat, propter insignem imbecillitatem eorum quibus pudendum esset: neque enim aperte cum petit, sed laudando eo qui suam virginem servet, egregie verberat. Nam quid ait? *Sed qui stat firmus in corde suo:* quod ad distinctionem dictum est ejus, qui leviter & facile jactetur, neque adhuc firmus gradiatur, nec viriliter stet. Deinde quia sciebat orationem eam satis esse, ut ejus animum pungeret, vide ut eam rursum obnubat, causam haud sane reprehensione dignam afferendo. Eo enim dicto, *Sed qui stat firmus in corde suo*, addit, *non habens necessitatem, potestatem autem habens.* Atqui consequens erat ut diceret, Sed qui constans est, neque id indecorum esse putat. Verum id acerbius erat. Itaque aliud substituit, eum consolans, atque ad hanc potius causam venire passus. Siquidem minus indignum est coactum, quam dedecori habentem id vetare. Nam illud imbecilli & miseri animi est; hoc etiam depravati, nec rerum naturam recte discernere scientis. Sed nondum hæc dicendi erat locus: etenim nec necessi-

A ἀδελφὸν ἀγαγεῖν ἐπὶ τοὺς ὑπὲρ τῆς παρθενίας λόγους. ὁ γὰρ οὕτω πρὸς τὰ τοῦ κόσμου πράγματα ἐπτοημένος, καὶ τὸν παρόντα βίον θαυμάζων, ὡς καὶ μετὰ τὴν τοσαύτην παραίνεσιν αἰσχύνης ἄξιον εἶναι νομίζειν, ὃ τοῦ οὐρανοῦ ἄξιόν ἐστι, καὶ τῆς ἀγγελικῆς πολιτείας ἐγγύς· πῶς ἂν ἠνέσχετο συμβουλῆς εἰς τοῦτο ἐναγούσης αὐτόν; καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ ἐπὶ πράγματος συγκεχωρημένου τοῦτο ὁ Παῦλος ἐποίησεν, ὅπου γε ἐπὶ κεκωλυμένου καὶ παρανόμου τὸ αὐτὸ πάλιν ποιεῖ; οἷόν τι λέγω· τὸ τῆς τῶν βρωμάτων παρατηρήσεως ἔχεσθαι, καὶ τοῦτο μὲν ἐγκρίνειν, ἐκεῖνο δὲ ἐκβάλλειν, Ἰουδαϊκῆς ἀσθενείας ἦν. ἀλλ' ὅμως ἦσαν παρὰ Ῥωμαίοις οἱ ταύτην ἔχοντες τὴν B ἀσθένειαν· καὶ οὐ μόνον αὐτῶν οὐ κατηγόρησε μετὰ σφοδρότητος, ἀλλὰ καὶ ἕτερόν τι πλέον τούτου ποιεῖ. τοὺς γὰρ ἁμαρτάνοντας ἀφεὶς, τοῖς ἐπιχειροῦσι κωλύειν αὐτοὺς ἐπιτιμᾷ, λέγων· σὺ δὲ τί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου; ἀλλ' οὐχ ὅταν Κολοσσαεῦσιν ἐπέστελλε, τοῦτο ἐποίησεν, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς ἐξουσίας καὶ καθάπτεται αὐτῶν, καὶ φιλοσοφεῖ, λέγων· μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει ἢ ἐν πόσει· καὶ πάλιν· εἰ ἀπεθάνετε ἐν Χριστῷ ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου, τί ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ δογματίζεσθε; μὴ ἅψῃ, μηδὲ γεύσῃ, μηδὲ θίγῃς, ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει. τί δήποτε οὖν τοῦτο ποιεῖ; ὅτι ἐκεῖνοι μὲν ἦσαν ἰσχυροί· C Ῥωμαῖοι δὲ πολλῆς ἔτι τῆς συγκαταβάσεως ἐδέοντο, καὶ περιέμενε πρότερον τὴν πίστιν ἐν ταῖς ἐκείνων παγῆναι ψυχαῖς· δεδοικὼς μὴ πρὸ καιροῦ τοῦ δέοντος θᾶττον, ἐπὶ τὸ τὰ ζιζάνια ἀνασπάσαι ἐλθὼν, πρόρριζα μετ' αὐτῶν συναναπάσῃ καὶ τὰ τῆς ὑγιοῦς διδασκαλίας φυτά. διὰ τοῦτο οὔτε καθικνεῖται αὐτῶν σφοδρῶς, οὔτε ἀνεπιτιμήτους ἀφίησιν· ἀλλὰ καθάπτεται μὲν, ἀνυπόπτως δὲ καὶ λανθανόντως, καὶ ἐν τῇ τῶν ἑτέρων ἐπιτιμήσει. τὸ γὰρ λέγειν, τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήκει ἢ πίπτει, δοκεῖ μὲν ἐπιστομίζειν τὸν ἐπιπλήττοντα ἐκείνῳ· τὸ δὲ ἀληθὲς τὴν τούτου δάκνει ψυχὴν, ἐμφαίνων ὅτι τὸ τὰ τοιαῦτα αἱρεῖσθαι, οὐ τῶν βεβαίων οὐδὲ τῶν παγίως D ἑστώτων ἐστὶν, ἀλλὰ τῶν ἔτι σαλευομένων, τῶν εἰ μὴ σταῖεν καὶ πεσεῖν κινδυνευόντων. τὸν αὐτὸν δὴ κἀνταῦθα φυλάττει νόμον, διὰ τὴν πολλὴν ἀσθένειαν τῶν ἐπαισχυνομένων τῷ πράγματι. οὐ γὰρ φανερῶς πρὸς αὐτὸν ἀποτείνεται, ἀλλ' ἐν τοῖς ἐπαίνοις τοῦ τὴν αὐτοῦ διατηροῦντος παρθένον, δίδωσιν αὐτῷ σφοδρὰν τὴν πληγήν. τί γὰρ φησίν; ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. τοῦτο δὲ πρὸς ἀντιδιαστολὴν εἴρηται τοῦ εὐκόλως καὶ εὐχερῶς περιφερομένου, καὶ οὐδέποτε βέβαια βαδίζειν εἰδότος, οὐδὲ ἑστάναι μετὰ πολλῆς τῆς ἀνδρείας. εἶτα ἐπειδὴ συνεῖδεν ἱκανὸν ὄντα τὸν λόγον δάκνειν τὴν ἐκείνου ψυχὴν, ὅρα πῶς αὐτὸν συνεσκίασε πάλιν, αἰτίαν ἐπά- E γων οὐ σφόδρα κατηγορίας ἀξίαν. εἰπὼν γάρ· ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· προσέθηκε· μὴ ἔχων ἀνάγκην, ἐξουσίαν δὲ ἔχων. καί τοι ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν· ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος, καὶ μὴ νομίζει τὸ πρᾶγμα ἀσχημοσύνην εἶναι· ἀλλὰ τοῦτο πληκτικώτερον ἦν· διὸ ἕτερον ἀντὶ τούτου προσέθηκε παραμυθούμενος αὐτὸν, καὶ διδοὺς μᾶλλον ἐπὶ ταύτην ἐλθεῖν τὴν αἰτίαν. οὐ γὰρ οὕτω δεινὸν τὸ πρᾶγμα δι' ἀνάγκην κωλύειν, ὡς δι' αἰσχύνην. τοῦτο μὲν γὰρ ψυχῆς ἐστιν ἀνελευθέρου καὶ ταλαιπώρου· ἐκεῖνο δὲ καὶ διεστραμμένης, καὶ οὐδὲ τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν ἐπισταμένης κρίνειν ὀρθῶς. ἀλλὰ τούτων οὔπω τῶν λόγων ἦν ὁ καιρός· ἐπεὶ

ὅτι γε οὐδὲ ἀνάγκης ἐπικειμένης θέμις τὴν προῃρημένην παρθενεύειν κωλύεσθαι, ἀλλὰ πρὸς πάντα ἵστασθαι χρὴ γενναίως τὰ διακωλύοντα τὴν καλὴν ταύτην ὁρμὴν, ἄκουσον τί φησιν ὁ Χριστός· ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. ὅταν γάρ τι μετίωμεν τῶν τῷ θεῷ δοκούντων, ἅπας ὁ κωλύων ἐχθρὸς ἔστω καὶ πολέμιος, κἂν πατὴρ ᾖ, κἂν μήτηρ, κἂν ὁστισοῦν. ἀλλ' ὁ Παῦλος ἔτι διαβαστάζων τῶν ἀκουόντων τὸ ἀτελὲς, ταῦτα ἔγραφε, λέγων· ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος μὴ ἔχων ἀνάγκην· καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου τὸν λόγον ἔστησε· καίτοι γε τὸ, μὴ ἔχων ἀνάγκην, καὶ ἐξουσίαν ἔχων, ταυτόν ἐστιν· ἀλλὰ τῷ μήκει τοῦ λόγου καὶ τῇ συνεχείᾳ τῶν συγχωρήσεων τὴν εὐτελῆ καὶ μικρὰν παραμυθεῖται διάνοιαν· μετὰ τούτων καὶ ἑτέραν αἰτίαν προσθεὶς τὸ, ὃς κέκρικεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ ἐλεύθερον εἶναι, οὐδὲ ἀπὸ τούτου [a] μόνον ὑπεύθυνός ἐστιν, ἀλλ' ὅταν ἕληται καὶ κρίνῃ, τότε καλῶς ποιεῖ. εἶτα ἵνα μὴ νομίσῃς διὰ τὴν πολλὴν συγκατάβασιν μηδὲν εἶναι τὸ μέσον· τίθησι πάλιν τὴν διαφορὰν μεθ' ὑποστολῆς μὲν, τίθησι δ' ὅμως λέγων· ὥστε καὶ ὁ ἐκγαμίζων καλῶς ποιεῖ· ὁ δὲ μὴ ἐκγαμίζων κρεῖσσον ποιεῖ. ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν ὅσον τὸ κρεῖττον, οὐκ ἔδειξε, διὰ τὴν αὐτὴν πάλιν αἰτίαν. σὺ δὲ εἰ θέλεις μαθεῖν, ἄκουσον τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίζονται, ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἄγγελοι ἐν οὐρανῷ. εἶδες τὸ μέσον· ποῦ τὸν θνητὸν ἡ παρθενία ἀθρόον αἴρει, ὅταν ὄντως ᾖ παρθενία.

Τί γὰρ τῶν ἀγγέλων ἀπεῖχον, εἰπέ μοι, ὁ Ἠλίας, ὁ Ἐλισσαῖος, ὁ Ἰωάννης, οὗτοι οἱ γνήσιοι τῆς παρθενίας ἐρασταί; οὐδὲν ἀλλ' ἢ ὅσον θνητῇ προσδεδέδεντο φύσει· τὰ δὲ ἄλλα εἴ τις ἀκριβῶς ἐξετάσειεν, οὐδὲν χεῖρον ἐκείνων εὑρήσει διακειμένους· καὶ τοῦτο δὲ αὐτὸ τὸ δοκοῦν ἐλάττωμα εἶναι, μέγα εἰς ἐγκωμίων λόγον ἐστί. τὸ γὰρ γῆν οἰκοῦντας, καὶ τῇ τῆς θνητῆς φύσεως ὑποκειμένους ἀνάγκῃ, δυνηθῆναι φθάσαι πρὸς ἐκείνην τὴν ἀρετὴν, ὅρα πόσης ἀνδρείας, πόσης φιλοσοφίας ἦν. ὅτι δὲ αὐτοὺς ἡ παρθενία τοιούτους ἐποίησε, δῆλον ἐκεῖθεν· εἰ γὰρ γυναῖκα εἶχον καὶ παῖδας, οὐκ ἂν εὐκόλως τὴν ἐρημίαν ᾤκησαν· οὐκ ἂν οἰκίας κατεφρόνησαν· οὐκ ἂν τῆς ἄλλης τοῦ βίου κατασκευῆς· νῦν δὲ πάντων τούτων ἀπολυθέντες τῶν δεσμῶν, ὡς ἐν οὐρανοῖς ὄντες οὕτω διετέλουν ἐπὶ τῆς γῆς· οὐ τοίχων ἐδέοντο, οὐκ ὀροφῆς, οὐ κλίνης, οὐ τραπέζης, οὐκ ἄλλου τῶν [b] τοιούτων τινός· ἀλλ' ἀντὶ μὲν στέγης εἶχον τὸν οὐρανὸν, ἀντὶ δὲ κλίνης τὴν γῆν, ἀντὶ δὲ τραπέζης τὴν ἐρημίαν· καὶ τὸ δοκοῦν τοῖς ἄλλοις αἴτιον εἶναι λιμοῦ, τῆς ἐρημίας ἡ ἀκαρπία, τοῦτο τοῖς ἁγίοις ἐκείνοις ἐν ἀφθονίᾳ καθίστη. οὐ γὰρ ἀμπέλων αὐτοῖς ἐδέησεν, οὐδὲ λειμώνων, οὐδὲ ληΐων, οὐδὲ ἀμητοῦ· ἀλλὰ τὸ μὲν ποτὸν αὐτοῖς ἄφθονον παρεῖχον καὶ ἡδὺ πηγαὶ καὶ ποταμοὶ καὶ λίμναι, τράπεζαν δὲ τῷ μὲν ἄγγελος κατεσκεύαζε θαυμαστήν τινα καὶ παράδοξον, καὶ μείζονα ἢ κατ' ἀνθρωπίνην συνήθειαν· ὁ γὰρ εἷς ἄρτος, φησὶ, πρὸς τεσσαράκοντα ἡμερῶν ἀσιτίαν ἤρκεσε· τὸν δὲ ἡ τοῦ πνεύματος χάρις πολλάκις ἔτρεφε θαυματουργοῦσα· καὶ οὐκ αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἐκεῖνον ἑτέρους. ὁ δὲ προφήτου πλέον Ἰωάννης, οὗ μείζων ἐν γεννητοῖς

[a] Reg. μόνον ἐλεύθερος.

A tate incumbente fas esse eam, quæ virgo degere instituerit, arcere, sed adversus omnia, quæ præclarum hoc studium impediant, fortiter nitendum esse, audi quid Christus censeat: *Qui patrem aut matrem amat supra me, non est me dignus:* (Matth. 10. 37.) quippe ubi quid Deo acceptum persequimur, quisquis prohibet, seu pater, seu mater, seu quicumque sit, hostis atque inimicus est habendus. Sed hæc Paulus, qui auditorum imperfectionem adhuc sustineret, scribit, inquiens: *Sed qui stat firmus non habens necessitatem.* Neque hic stetit, etsi, *non habens necessitatem*, & *potestatem habens*, B idem sint: sed sententiæ prolixitate, ac permissionum assiduitate, fractam & exilem mentem solatur: postea & alteram addens causam, *Qui in corde suo statuit:* neque enim sufficit liberum esse, neque hinc solum fit obnoxius, sed ubi eligat atque statuat, tum vero recte facit: deinde ne propter ingentem indulgentiam nihil interesse crederes, iterum discrimen edit, timide ille quidem, sed edit tamen his verbis? *Itaque & qui matrimonio jungit, bene facit, & qui non jungit, melius facit:* (1.Cor.7 38.) ceterum quanto hoc melius sit, hic non C explicat, eadem de causa: quod si scire vis, audi dicentem Christum, *Nec ducunt, nec ducuntur, sed sunt sicut Angeli in cælo.* (Matth. 22. 30.) Vidisti discrimen, quo virginitas mortalem repente attollit, modo vera sit virginitas.

LXXIX. Nulla re inferiorem fuisse Angelis Eliam & qui ejus similes, idque virginitatis beneficio.

Etenim qua re, ab Angelis differebant Elias, Elisæus, Joannes, germani hi virginitatis amatores? Nulla nisi quod mortali natura erant obstricti: cætera si quis accurate inquirat, nihilo iis deterius affectos inveniet, atque hoc ipsum, quo inferiores videbantur, valde ad laudem facit. Nam in terra degentes, ac mortalis naturæ necessitati subjectos, ad eam virtutem eva- D dere potuisse, vide quantæ fortitudinis, quantæ philosophiæ erat. At virginitatem eos tales comparasse, hinc perspicuum est. Si enim conjuges atque liberos habuissent, non tam facile deserta habitassent, nec ædes, & reliquum vitæ apparatum neglexissent. Nunc iis omnibus vinculis soluti, in terra velut in cælo degentes agebant, non parietibus, non tecto, non toro, non mensa, non alio id genus ullo indigentes: quin cælum pro tecto, humum pro toro, solitudinem pro mensa habebant, ac quæ res E aliis famis causa videatur, deserti sterilitas, ea sanctis illis abundantiam præstabat: siquidem nec vitibus, nec pratis, nec frugibus, nec messe opus habebant, sed uberem ac dulcem potum fontes, stagna & fluvii suppeditabant. Mensam uni Angelus paravit inauditam, insolentem, humana consuetudine majorem. *Unus* enim, inquit, *panis ad quadraginta dierum inediam suffecit.* (3 Reg.19.8. Vide 4. Reg. 4.) Alterum spiritus gratia sæpe mirifice pavit; neque eum solum, sed alios etiam ejus causa. Cæterum Joannes plus quam Propheta, quo nullus in feminarum

[b] Reg. [illegible]

Matth. 11. natis major surrexit, nec humani cibi indiguit: qui non frumento, vino, oleo, sed locustis silvestrique melle corporis vitam sustentaret. En terrestres Angelos: en virginitatis vim: efficiebat, ut homines carne atque sanguine coagmentati, humi gradientes, mortalis naturæ necessitati obnoxii, tamquam incorporei, tamquam cælum jam adepti, tamquam immortalitatem consequuti, cuncta præstarent.

LXXX. Quid sit honestas & assiduitas decora.

Quippe erant iis cuncta supervacua, non hæc solum quæ vere supervacua sunt, deliciæ, opes, potentia, gloria, & reliqua somniorum istorum series, sed etiam quæ necessaria videntur, ædes, urbes, artificia. Hoc est *honestas & decora assiduitas*, hoc virginitatis virtus. Nam mirum quidem & multis coronis dignum est, libidinum insaniam frangere, ac furentem naturam coërcere: sed tum vere mirum, cum ejusmodi etiam vita accedit: seorsim autem & per se exile est, neque eo præditos servare potest. Atque hic nobis testes sint, quotquot hodieque virginitatem exercent, quæ tantum absunt ab Elia, & Elisæo, & Joanne, quantum terra a cælo. Ut enim, si *honestatem & decoram assiduitatem* eripias, virginitatis nervos succideris: ita si eam cum vita quam optima conjungas, radicem ac fontem bonorum tenes. Nam quemadmodum radicem terra pinguis ac fertilis, sic vita quam optima virginitatis fructus nutrire novit: imo & radix & fructus virginitatis, vita crucifixa est. Hæc generosos illos ad mirabilem cursum inunxit, vinculis omnibus recisis, liberis ac pernicibus pedibus, tamquam alatos, in cælum evolaturos dimittens. Ubi enim nec uxoris studium, nec liberorum cura sit, perfacilis est egestas. Egestas autem nos cælo vicinos præstat, non terroribus solum, & curis ac periculis, sed reliquis etiam omnibus molestiis liberans.

LXXXI. Quantum bonum sit egestas.

Nam qui nihil habet, ceu omnia tenens, omnia contemnit, & magna libertate adversus magistratus, primates, atque ipsum diademate ornatum utitur. Qui opes contemnit, sensim progressus, facile mortem etiam contemnet: atque his excellior, omnes intrepide alloquetur, neminem pavens ac formidans. At qui opibus occupetur, non opum tantum mancipium est, sed etiam gloriæ, honoris, præsentis vitæ, atque ut semel dicam, omnium quæ ad vi-

1. Tim. 6. 10. tam pertinent. Itaque avaritiam Paulus malorum omnium radicem dixit. Verum & hanc radicem virginitas potis est exsiccare, & aliam optimam nobis indere, unde bona omnia pullulent, libertas, fiducia, fortitudo, zelus ardens, cælestium fervens amor, terrestrium omnium despectus. Ita *honestas & decora assiduitas paratur.*

LXXXII. Contra eos qui dicunt optare virgines in Abrahami sinum venire.

Sed quæ est hæc multorum sapiens oratio? Patriarcha, inquit, Abraham & uxorem habuit, & liberos, & opes, & greges, & armenta: ac post ea omnia Joannes tum Baptista, tum Evangelista, uterque virgo,

a Reg. τῶν τοιούτων ἑρμαθός.

A γυναικῶν οὐκ ἐγήγερται, οὐδὲ ἀνθρωπίνης ἐδεήθη τροφῆς. οὐ γὰρ σῖτος καὶ οἶνος καὶ ἔλαιον, ἀλλ' ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον τὴν τοῦ σώματος αὐτοῦ διεκράτουν ζωήν. Εἶδες ἀγγέλους ἐπὶ τῆς γῆς; εἶδες παρθενίας ἰσχύν; τοὺς αἵματι καὶ σαρκὶ συμπεπλεγμένους, τοὺς χαμαὶ ἐρχομένους, τοὺς ἀνάγκῃ φύσεως ὑποκειμένους θνητῆς, ὡς ἀσωμάτους, ὡς τὸν οὐρανὸν ἤδη λαχόντας, ὡς ἀθανασίας μετειληφότας, οὕτως ἅπαντα ποιεῖν παρεσκεύαζε.

Ταῦτα γὰρ ἐκείνοις ἦν περιττά, οὐ ταῦτα μόνον τὰ ὄντως ὄντα περιττά· τρυφή, καὶ πλοῦτος, καὶ δυναστεία, καὶ δόξα, καὶ ὁ λοιπὸς [a] τῶν ὀνείρων τούτων ὁρμαθός· ἀλλὰ καὶ τὰ δοκοῦντα εἶναι ἀναγκαῖα· οἰκίαι, καὶ πόλεις, καὶ τέχναι· B τοῦτό ἐστιν εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον εἶναι, τοῦτο παρθενίας ἀρετή. θαυμαστὸν μὲν γὰρ καὶ πολλῶν στεφάνων ἄξιον, καὶ τὸ τὴν τῶν ἐπιθυμιῶν περιγενέσθαι λύττης, καὶ μαινομένην κατέχειν τὴν φύσιν· ἀλλὰ τότε ὄντως γίνεται θαυμαστὸν, ὅταν ὁ τοιοῦτος βίος προσῇ· αὐτὸ δὲ καθ' ἑαυτὸ ἀσθενὲς, καὶ οὐχ ἱκανὸν σῶσαι τοὺς ἔχοντας. καὶ μαρτυρήσειαν ἂν ἡμῖν ὅσαι παρθενίαν μὲν ἀσκοῦσι καὶ νῦν· τοσοῦτον δὲ ἀποδέουσιν Ἠλίου καὶ Ἐλισσαίου καὶ Ἰωάννου, ὅσον ἡ γῆ τοῦ οὐρανοῦ. ὥσπερ γὰρ τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον ἂν περιέλῃς, αὐτὰ τὰ νεῦρα τῆς παρθενίας ἐξέκοψας· οὕτως ὅταν αὐτὴν μετὰ πολιτείας ἔχῃς ἀρίστης, τὴν ῥίζαν καὶ τὴν ὑπόθεσιν ἔχεις τῶν καλῶν. C καθάπερ γὰρ [b] ῥίζαν γῆ λιπαρὰ καὶ γόνιμος, οὕτως οἶδεν ἀρίστη πολιτεία τρέφειν τοὺς τῆς παρθενίας καρπούς. μᾶλλον δὲ καὶ ῥίζα καὶ καρπὸς παρθενίας ὁ ἐσταυρωμένος βίος ἐστίν. αὕτη τοὺς γενναίους ἐκείνους πρὸς τὸν θαυμαστὸν ἤλειψε δρόμον, πάντα μὲν αὐτῶν τὰ δεσμὰ περικόψασα, ποσὶ δὲ ἐλύτοις καὶ κούφοις καθάπερ πτηνοὺς ἀφεῖσα πέτεσθαι πρὸς τὸν οὐρανόν. ὅπου γὰρ οὔτε γυναικὸς θεραπεία, οὔτε παίδων ἐπιμέλεια, πολλὴ τῆς ἀκτημοσύνης ἡ εὐκολία· ἀκτημοσύνη δὲ ἐγγὺς εἶναι ποιεῖ τῶν οὐρανῶν, οὐ φόβων μόνον, οὐδὲ φροντίδων, οὐδὲ κινδύνων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης δυσκολίας ἡμᾶς ἀπαλλάττουσα.

D Ὁ μὲν γὰρ μηδὲν ἔχων, ὡς τὰ πάντα κατέχων, οὕτως ἁπάντων καταφρονεῖ, καὶ παῤῥησίᾳ κέχρηται πολλῇ, καὶ πρὸς ἄρχοντας, καὶ πρὸς δυνάστας, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν τὸ διάδημα περικείμενον. ὁ χρημάτων καταφρονῶν ὁδῷ προβαίνων, καὶ θανάτου καταφρονήσει ῥᾳδίως. τούτων δὲ γενόμενος ἀνώτερος, πᾶσι μετὰ παῤῥησίας διαλέξεται, οὐδένα δεδοικὼς, οὐδὲ τρέμων. ὁ δὲ περὶ χρήματα ἠσχολημένος, οὐ χρημάτων ἐστὶ μόνον δοῦλος, ἀλλὰ καὶ δόξης, καὶ τιμῆς, καὶ τῆς παρούσης ζωῆς, καὶ πάντων ἁπλῶς εἰπεῖν τῶν βιωτικῶν. διὰ τοῦτο ῥίζαν αὐτὴν τῶν κακῶν πάντων ὁ Παῦλος ἐκάλεσεν. ἀλλὰ ταύτην ἱκανὴ ξηρᾶναι τὴν ῥίζαν E ἡ παρθενία, καὶ ἑτέραν ἡμῖν ἐνθεῖναι τὴν ἀρίστην, τὴν ἅπαντα βλαστάνουσαν τὰ καλά· ἐλευθερίαν, παῤῥησίαν, ἀνδρείαν, ζῆλον πεπυρωμένον, ἔρωτα τῶν οὐρανίων θερμὸν, ὑπεροψίαν πάντων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς· οὕτω τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον γίνεται.

Ἀλλὰ τίς ὁ σοφὸς τῶν πολλῶν λόγος; ὁ πατριάρχης, φησὶν, Ἀβραὰμ καὶ γυναῖκα εἶχε, καὶ παῖδας, καὶ χρήματα, καὶ ποίμνια, καὶ βουκόλια· καὶ μετὰ πάντα ἐκεῖνα Ἰωάννης ὅ τε Βαπτιστὴς ὅ τε εὐαγγελιστὴς, παρθένοι ἀμφότεροι τυγχά-

b Sic Reg. & Savil. At Plantin. & Morel. ῥίζα.

νοῦντες, καὶ Παῦλος καὶ Πέτρος ἐπὶ τῆς ἐγκρατείας διαλάμψαντες, εἰς τοὺς ἐκείνου κόλπους εὔχονται ἐλθεῖν. τίς σοι τοῦτο εἶπεν, ὦ βέλτιστε; ποῖος προφήτης; τίς εὐαγγελιστής; αὐτὸς, φησιν, ὁ Χριστός. τὸν γὰρ ἑκατοντάρχην ἰδὼν πολλὴν ἔχοντα πίστιν, ἔλεγεν· ὅτι πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἥξουσι, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ. καὶ ὁ Λάζαρος μετ' αὐτοῦ τότε ὁρᾶται ὑπὸ τοῦ πλουσίου τρυφῶν. καὶ τί τοῦτο πρὸς Παῦλον; τί δὲ πρὸς Πέτρον; τί δὲ πρὸς Ἰωάννην; οὐ γὰρ ὁ Λάζαρος Παῦλος καὶ Ἰωάννης ἦν, οὐδὲ οἱ πολλοὶ οἱ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, ὁ τῶν ἀποστόλων ἦσαν χορός. ὥστε περιττὸς ὑμῖν οὗτος ὁ λόγος καὶ μάταιος. εἰ δὲ θέλεις ὅλως ἀκοῦσαι τὰ τῶν ἀποστόλων ἔπαθλα, ἄκουσον τοῦ μέλλοντος αὐτὰ διδόναι, λέγοντος· [a] καθίσεσθε ἐπὶ δώδεκα θρόνοις κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. καὶ οὐδαμοῦ ἐνταῦθα ὁ Ἀβραὰμ, οὔτε ὁ τούτου παῖς, οὐδὲ ὁ ἐκείνου, οὐδὲ ὁ λαχὼν αὐτοὺς κόλπος, ἀλλ' ἀξία πολλῷ μείζων ἐκείνης. τοὺς γὰρ ἐκείνων οὗτοι καθεδοῦνται κρινοῦντες ἐκγόνους. οὐ ταύτῃ δὲ μόνον ἡ διαφορὰ δήλη· ἀλλ' ὅτι ὧν μὲν ὁ Ἀβραὰμ ἔτυχε πολλοὶ τεύξονται. πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται, φησιν, ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ· τῶν δὲ θρόνων ἐκείνων οὐδεὶς ἕτερος ἐπιλήψεται, [b] ἀλλὰ μόνος ὁ τῶν ἁγίων τούτων χορός. ἔτι οὖν, εἰπέ μοι, ποιμνίων μέμνησθε, καὶ βουκολίων, καὶ γάμων, καὶ παίδων; τί οὖν, φησὶν, ὅταν τῶν παρθενευσάντων πολλοὶ μετὰ τοὺς πολλοὺς ἱδρῶτας εὔχωνται χωρῆσαι ἐκεῖ; ἐγὼ δὲ τούτου μεῖζον ἐρῶ, ὅτι πολλοὶ τῶν παρθενευσάντων οὐδὲ ἐκείνων ἐπιτεύξονται τῶν κόλπων, οὐδὲ τῶν ἐλαττόνων, ἀλλ' εἰς τὴν γέενναν αὐτὴν ἀπελεύσονται. καὶ δηλοῦσιν αἱ τοῦ νυμφῶνος ἀποκλεισθεῖσαι παρθένοι. ἆρ' οὖν παρὰ τοῦτο τῆς παρθενίας ἴσος ὁ γάμος· ἢ καὶ χείρων. τὸ γὰρ ὑπόδειγμα τὸ σὸν καὶ χείρονα αὐτὴν ποιεῖ. εἰ γὰρ ὁ μὲν γεγαμηκὼς Ἀβραὰμ ἐν ἀνέσει καὶ τρυφῇ, οἱ δὲ παρθενεύσαντες ἐν γεέννῃ· τοῦτο λείπεται κατὰ τὸν ὑμέτερον ὑποπτεῦσαι λόγον. ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν. οὐ γὰρ μόνον οὐκ ἐλάττων, ἀλλὰ καὶ πολλῷ βελτίων ἡ παρθενία τοῦ γάμου. πῶς; ὅτι οὔτε τὸν Ἀβραὰμ ὁ γάμος τοιοῦτον ἐποίησεν, οὔτε ἡ παρθενία τὰς ἀθλίας ἐκείνας ἀπώλεσεν· ἀλλὰ καὶ τὸν πατριάρχην ἡ λοιπὴ τῆς ψυχῆς ἀρετὴ λαμπρὸν ἀπέδειξε· καὶ ταύτας ἡ λοιπὴ κακία τοῦ βίου τῷ πυρὶ παρέδωκεν. ἐκεῖνος μὲν γὰρ καὶ ἐν γάμῳ ζῶν ἐσπούδασε τὰ τῆς παρθενίας κατορθῶσαι καλά· τὸ εὔσχημον λέγω, καὶ εὐπρόσεδρον· αὗται δὲ καὶ παρθενίαν ἑλόμεναι, εἰς τὸν τοῦ βίου κλύδωνα καὶ τὰς ἐν τῷ γάμῳ πραγματείας κατέπεσον. τί οὖν κωλύει, φησὶ, καὶ νῦν μετὰ τοῦ γάμου καὶ τῶν παίδων, καὶ τῶν χρημάτων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τὸ εὐπρόσεδρον διασῶσαι; πρῶτον μὲν ὅτι οὐδεὶς κατὰ τὸν Ἀβραὰμ νῦν· ἀλλ' οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἐγγύς. καὶ γὰρ τῶν ἀκτημοσύνην ἀσκούντων μᾶλλον ἐκεῖνος χρημάτων κατεφρόνησε, πλοῦτον καὶ γυναῖκα ἔχων, καὶ ἡδονῆς μᾶλλον τῶν παρθενευόντων ἐκράτει. οὗτοι μὲν γὰρ καθ' ἑκάστην ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας φλέγονται τὴν ἡμέραν· ἐκεῖνος δὲ οὕτω ταύτην κατεσβέκει τὴν φλόγα, καὶ οὐδεμιᾷ συνδέδετο προσπαθείᾳ, ὡς μὴ μόνον ἀποσχέσθαι

A & Paulus atque Petrus continentia illustres, in ejus sinum venire optant. Et quis autem tibi id dixit, bone vir? quis Propheta? quis Evangelista? Ipse, inquit, Christus. Nam Centurionem videns summa fiducia præditum, ait: *Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Jacob.* Quin Lazarus cum eo tum delicians a divite videtur. Quid hoc ad Paulum? quid ad Petrum? quid ad Joannem: neque enim aut Lazarus, Paulus ac Joannes erat, aut multi illi ab Oriente & Occidente, Apostolorum chorus erant. B Itaque hæc vobis cassa & inanis est oratio. Quod si Apostolorum præmia plane audire vis, ea distributuri sententiam accipe: *Sedebitis super thronos duodecim, judicantes duodecim tribus Israël.* Nusquam hic aut Abraham, aut ejus natus, aut nepos, aut qui eos acceperit sinus: sed dignitas longe hac sublimior. Nam hi illorum posteros judicaturi sedebunt. Neque hic dumtaxat evidens discrimen est, sed quod quæ Abrahamus est adeptus, multi nanciscentur. *multi* enim, inquit, *ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Jacob*: C thronos autem illos, nisi sanctorum horum chorus, occupabit nemo. Et adhuc greges, armenta, matrimonia, liberos commemoratis? Quid igitur, inquit, si virginum multi post graves sudores eo venire optant? Ego vero majus etiam quiddam dicam, virginum multos nec eos quidem sinus, nec minora consequuturos, sed in gehennam discessuros: atque id virgines ostendunt thalamo exclusæ. Ergo hinc virginitati par est matrimonium: imo hæc etiam deterior. Exemplum quippe tuum illo deteriorem facit. Nam si Abraham conjugatus D in requie & deliciis est, virgines in gehenna, id ex oratione vestra conjectandum relinquitur. Sed non ita est, inquam: quin adeo matrimonio deterior non est, ut longe etiam præstantior sit. Quomodo? Quod nec Abraham matrimonium talem præstitit, nec miseras illas virginitas perdidit; sed & Patriarcham reliqua animæ virtus illustrem reddidit, & has reliqua vitæ nequitia igni tradidit. Siquidem ille in matrimonio degens, virginitatis bonis perfungi studuit, *honestate*, inquam, & *decora assiduitate*: hæ virginitatem amplexæ, E in vitæ procellas & matrimonii negotia reciderunt. Quid igitur, inquit, & nunc vetat maritum, ac liberis, opibus, ceterisque omnibus instructum, *decoram assiduitatem* tueri? Primum quod nemo nunc par est Abrahamo, sed nec parvo intervallo proximus. Nam ille, qui & opes & uxorem haberet, etiam magis quam qui inopiam profiteantur, pecunias contemsit, & voluptatem fortius quam virgines cohibuit. Hi enim quotidie libidinibus ardent; ille adeo eam flammam exstinxerat, neque ulla cupiditate obstrictus tenebatur, ut non solum

Matth. 8. 11.

Luc. 16.

Matth. 19. 28.

Matth. 25.

ἀνθυποφορὰ est ejus quem ex adverso loquentem induxerat.

[a] Reg. & Savil. in marg. ὑμεῖς οἱ ἀκολουθήσαντές μοι, ὅταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδ-

[b] Reg. ἀλλ' ὁ μόνος.

pellice abstineret, sed etiam domo eam pelleret, quo litis ac dissidii occasionem omnem tolleret. Quod equidem nunc haud facile reperire est.

LXXXIII. Non eumdem virtutis modum nobis & antiquis propositum esse. *Matth. 19.* *Luc. 14.*

Præterea autem, quod initio dicebam, & nunc repetam, non eumdem a nobis atque ab illis virtutis modum exigi. Siquidem nunc perfectum esse non licet, nisi omnibus venditis, nisi omnibus valere jussis, non opibus tantum & ædibus, sed anima etiam sua. Tum nondum tantæ accurationis specimen erat. Quid igitur, inquit, accuratius nunc quam Patriarcha vivimus? Deberemus certe, atque id jubemur, sed non præstamus: ideoque longe a justo relinquimur. Nam quin majora nobis certamina proposita sint, nulli dubium est. Itaque Noë laudans scriptura, non simpliciter id facit, sed cum additamento quodam, nam ait, *Noë justus, perfectus in generatione sua, Deo placuit*: non simpliciter perfectus, sed in generatione sua. Multi enim sunt perfectionis modi, aliis atque aliis temporibus definiti: ac quod aliquando perfectum fuit, temporis progressu fit imperfectum. Verbi gratia. Aliquando perfectus erat qui legem exsequebatur: nam hæc qui faciat, inquit, per ea victurus est: at Christus exortus perfectum hoc imperfectum ostendit. *Nisi enim, inquit, abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Tum homicidium solum atrox videbatur: nunc vel ira dumtaxat ac convitium ad gehennam rapere queat. Tum adulterium solum plectebatur: nunc vel flagitiosis oculis mulierem aspicere, non abest a supplicio. Tum perjurium solum a malo erat: nunc vel jurare. *Nam quod præter hæc est, inquit, a malo est.* Ab iis nihil amplius requirebatur, quam amare eos qui se amarent: nunc magnum hoc & præclarum, tam est imperfectum, ut eo perfuncti, nihilo publicanis præstemus.

Gen. 6. 9. *Levit. 18. 5.* *Matth. 5. 8.*

LXXXIV. Merito eorumdem recte factorum non idem præmium nobis & antiquis propositum esse.

Cur igitur non idem præmium iisdem recte factis & nostris & antiquorum, propositum est, sed majorem virtutem exhibeamus necesse est, si eadem quæ illi consequemur? Quia nunc ingens Spiritus gratia effusa est, & magnum adventus Christi munus: adultos quippe pro infantibus reddidit. Itaque quemadmodum nos a pueris nostris puberibus majorem virtutem postulamus, & quæ in prima ætate facientes laudabamus, eadem si viri effecti præstent non æque admiramur, sed alia multo iis graviora edere jubemus: ita & ab humana natura Deus primo quoque tempore eximia quædam facinora non exigebat, ut quæ puerilius affecta esset: at ubi Prophetas Apostolos audivit, Spiritus gratiam consequuta est, virtutis ei magnitudinem auxit. Nec injuria. Nam & mercedem ampliorem, & præmia multo illustriora nunc proposuit: non enim amplius terra ac terrena, sed cælum, & quæ intelligentiam superent, bona, perfunctos exspectant. An

A τῆς παλλακίδος, ἀλλὰ καὶ ἐκβαλεῖν αὐτὴν τῆς οἰκίας ὑπὲρ τοῦ μάχης καὶ στάσεως πᾶσαν ὑπόθεσιν ἀνελεῖν· νῦν δὲ οὐ σφόδρα εὔκολον τοῦτο εὑρεῖν.

Καὶ χωρὶς τούτων δὲ, ὅπερ καὶ ἀρχόμενος ἔλεγον, τοῦτο καὶ νῦν ἐρῶ· ὅτι οὐ τὸ αὐτὸ τῆς ἀρετῆς ἀπαιτούμεθα μέτρον ἡμεῖς τε κἀκεῖνοι. νῦν μὲν γὰρ οὐκ ἔστι τέλειον εἶναι μὴ πάντα πωλήσαντα, μὴ πᾶσιν ἀποταξάμενον, οὐ χρήμασι λέγω μόνον καὶ οἰκίᾳ, ἀλλὰ καὶ τῇ ψυχῇ τῇ ἑαυτοῦ· τότε δὲ οὔπω τοσαύτης ἀκριβείας ἐπίδειξις ἦν. τί οὖν ἀκριβέστερον ἡμεῖς, φησὶ, τῶν πατριαρχῶν βιοῦμεν νῦν; ὠφείλομεν μὲν, καὶ τοῦτο ἐπιτετάγμεθα, οὐ βιοῦμεν δέ· καὶ διὰ τοῦτο B πολὺ τοῦ δικαίου [a] λειπόμεθα· ἐπεὶ ὅτι γε μείζονα ἡμῖν τὰ σκάμματα πρόκειται, παντί που δῆλόν ἐστι. διὰ τοῦτο καὶ τὸν Νῶε θαυμάζουσα ἡ γραφὴ, οὐχ ἁπλῶς τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης τινός. Νῶε γάρ, φησι, δίκαιος τέλειος ὢν ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ τῷ θεῷ εὐηρέστησεν. οὐχ ἁπλῶς τέλειος, ἀλλ' ἐν τῷ τότε καιρῷ. πολλοὶ γὰρ τελειότητος τρόποι κατὰ διαφόρους ὡρισμένοι καιρούς· καὶ τοῦ χρόνου προκόπτοντος τό ποτε τέλειον, ἀτελὲς ὕστερον γίνεται. οἷόν τι λέγω· τέλειος ἦν ποτε ὁ κατὰ τὸν νόμον βιῶν· ὁ ποιήσας γὰρ αὐτὰ, φησὶ, ζήσεται ἐν αὐτοῖς· ἀλλ' ἐλθὼν ὁ Χριστὸς τοῦτο τὸ τέλειον ἔδειξεν ἀτελές. ἐὰν γὰρ μὴ περισσεύ- C σῃ, φησὶν, ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. τότε φόνος ἐδόκει μόνον εἶναι δεινόν· νῦν δὲ καὶ ὀργὴ καὶ λοιδορία μόνη τῇ γεέννῃ παραπέμψαι δύναιτ' ἄν. τότε μοιχεία ἐκολάζετο μόνον· νῦν δὲ καὶ τὸ ἀκολάστοις ὀφθαλμοῖς γυναῖκα ἰδεῖν, οὐκ ἀπήλλακται τιμωρίας. τότε ἡ ἐπιορκία μόνη ἦν ἐκ τοῦ πονηροῦ· νῦν δὲ τὸ ὀμόσαι. τὸ γὰρ περισσὸν, φησι, τούτων, ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστίν. οὐδὲν πλέον ἀπῃτοῦντο οἱ τότε, ἢ τὸ τοὺς φιλοῦντας ἀγαπᾶν· νῦν δὲ τὸ μέγα τοῦτο καὶ θαυμαστὸν οὕτως ἐστὶν ἀτελὲς, ὡς καὶ μετὰ D τὴν κατόρθωσιν αὐτοῦ, μηδὲν πλέον ἡμᾶς ἔχειν τῶν τελωνῶν.

Τί δήποτε οὖν τῶν αὐτῶν κατορθωμάτων οὐχ ὁ αὐτὸς κεῖται μισθὸς ἡμῖν καὶ τοῖς ἐν τῇ παλαιᾷ, ἀλλὰ μείζονα ἐπιδείκνυσθαι δεῖ τὴν ἀρετὴν, εἰ μέλλοιμεν τῶν αὐτῶν ἐκείνοις τυγχάνειν; ὅτι πολλὴ ἡ τοῦ πνεύματος χάρις ἐκκέχυται νῦν, καὶ μεγάλη ἡ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἡ δωρεά. ἄνδρας γὰρ αὕτη τελείους ἀντὶ νηπίων ἐποίησεν· ὥσπερ οὖν ἡμεῖς τοὺς παῖδας τοὺς ἡμετέρους, ὅταν ἡβήσωσι, πολλῷ μείζονα ἀπαιτοῦμεν τὰ κατορθώματα, καὶ ἃ ποιοῦντας πρότερον ἐπῃνοῦμεν κατὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν, ταῦτα γινομένους ἄνδρας, καὶ κατορθοῦντας, οὐκέθ' ὁμοίως θαυμά- E ζομεν, ἀλλ' ἕτερα πολλῷ μείζονα ἐκείνων κελεύομεν ἐπιδείκνυσθαι· [b] οὕτω καὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὁ θεὸς ἐν τοῖς πρώτοις χρόνοις οὐ μεγάλα ἀπῄτει τὰ κατορθώματα, ἅτε νηπιωδέστερον διακειμένην· ἐπειδὴ δὲ προφητῶν ἤκουσεν ἀποστόλων, τῆς τοῦ πνεύματος ἐπέτυχε χάριτος, ἐπέτεινεν αὐτῇ τῶν κατορθωμάτων τὸ μέγεθος. εἰκότως. καὶ γὰρ μισθοὺς μείζονας ἔθηκε, καὶ τὰ ἔπαθλα πολλῷ λαμπρότερα νῦν. οὐκέτι γὰρ γῆ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' οὐρανὸς, καὶ τὰ νοῦν ὑπερβαίνοντα ἀγαθὰ τοῖς κατορθοῦσιν ἀπόκειται. πῶς

a Alii, ἀπολειπόμεθα.

b οὕτω καὶ τὴν ἀνθρωπίνην, in hæc verba desinit Reg. ubi reliqua desiderantur.

οὖν οὐκ ἄτοπον ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἔτι μένειν σμικρότητος ἀνδρωθέντας; τότε μὲν γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη καθ' ἑαυτῆς ἐστασίαζε φύσις, καὶ πόλεμος ἦν ἄσπονδος· καὶ τοῦτον ὁ Παῦλος διηγούμενος οὑτωσί πως φησίν· Βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσί μου· ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔστι ταῦτα. Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκός, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί· καὶ περὶ τούτων εὐχαριστῶν ὁ Παῦλος ἔλεγε· Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Διὰ τοῦτο κολαζόμεθα εἰκότως, ὅτι τῶν συμπεποδισμένων ἴσα τρέχειν οὐ βουλόμεθα οἱ λελυμένοι· μᾶλλον δὲ κἂν ἴσα δυνηθῶμεν, οὐδὲ οὕτως ἀπηλλάγμεθα τῆς κολάσεως. Τοὺς γὰρ βαθείας ἀπολαύοντας εἰρήνης, [a] τῶν σφόδρα βαρυνομένων πολέμῳ, πολλῷ μείζονα δεῖ καὶ λαμπρότερα ἐστάναι τὰ τρόπαια. Εἰ δὲ μέλλοιμεν περὶ χρήματα, καὶ τρυφὴν, καὶ γυναῖκας, καὶ πραγμάτων ἐπιμέλειαν στρέφεσθαι, πότε ἄνδρες ἐσόμεθα, πότε πνεύματι ζήσομεν, πότε τὰ τοῦ Κυρίου μεριμνήσομεν; ὅταν ἀποδημήσωμεν ἐντεῦθεν; ἀλλ' οὐκέτι πόνων οὐδὲ ἀγώνων καιρὸς, ἀλλὰ στεφάνων καὶ κολάσεων. Τότε κἂν παρθένος ᾖ τις οὐκ ἔχουσα ἔλαιον ἐν ταῖς λαμπάσιν, οὐ δυνήσεται παρ' ἑτέρων λαβεῖν, ἀλλ' ἔξω μενεῖ· κἂν ῥυπαρὰ τὰ ἱμάτια ἐνδεδυμένος παραγένηται, οὐ δυνήσεται ἐξελθὼν ἀμεῖψαι τὴν στολὴν, ἀλλ' εἰς τὸ τῆς γεέννης ἀπαχθήσεται πῦρ· κἂν αὐτὸν παρακαλῇ τὸν Ἀβραὰμ, οὐδὲν αὐτῷ πλέον ἔσται λοιπόν. Τῆς γὰρ κυρίας παραγενομένης, καὶ τοῦ βήματος τεθέντος, καὶ τοῦ δικαστοῦ καθίσαντος, καὶ τοῦ ποταμοῦ συρομένου τῆς φλογὸς, καὶ τῆς ἐξετάσεως γινομένης τῶν πεπραγμένων ἡμῖν, οὐκέτι λοιπὸν [b] ἀπεκκλύσασθαι τὰ πλημμελήματα συγχωρούμεθα, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ὀφειλομένην ἀπὸ τούτων δίκην καὶ ἑκόντες καὶ ἄκοντες ἑλκόμεθα μόνον· οὐδενὸς ἡμᾶς ἐξαιτήσασθαι τότε δυναμένου. Ἀλλὰ κἂν τύχῃ τὴν αὐτὴν τοῖς μεγάλοις καὶ θαυμαστοῖς ἀνδράσι παῤῥησίαν ἔχων τις· κἂν Νῶε, κἂν Ἰὼβ, κἂν Δανιὴλ, κἂν ὑπὲρ παίδων δέηται καὶ θυγατέρων, οὐδὲν ἔσται πλέον· ἀλλ' ἀνάγκη λοιπὸν ἀθάνατα κολάζεσθαι τοὺς ἡμαρτηκότας, ὥσπερ οὖν καὶ τιμᾶσθαι τοὺς κατωρθωκότας· ὅτι γὰρ οὔτε τούτων οὔτε ἐκείνων τέλος ἔσται ὁ Χριστὸς ἀπεφήνατο, ὥσπερ τὴν ζωὴν αἰώνιον, οὕτω καὶ τὴν κόλασιν αἰώνιον εἶναι λέγων. Ὅτε γὰρ τοὺς μὲν ἐκ δεξιῶν ἀπεδέξατο, τοὺς δὲ ἐξ εὐωνύμων κατεδίκασεν, ἐπήγαγε λέγων· Ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον· οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. Διὸ χρὴ πάντα ἐνταῦθα πραγματεύεσθαι, καὶ τὸν ἔχοντα γυναῖκα ὡς μὴ ἔχοντα εἶναι, καὶ τὸν ὄντως οὐκ ἔχοντα, μετὰ τῆς παρθενίας καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἀσκεῖν ἀρετὴν, ἵνα μὴ μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀποδημίαν, ἀνόνητα ἀποδυρώμεθα.

A non igitur absurdum sit, adultos adhuc in eadem infantia persistere? Nam humana tum natura adversum se factionibus divisa erat, bello ardens internecino. Atque id describens Paulus, ait, *Aliam video legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me legi peccati, quæ lex est in membris meis.* (Rom. 7. 23.) At nunc hæc non sunt. *Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati damnavit peccatum in carne.* (Rom. 8. 3.) De iisque gratias agens Paulus dicebat. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Ago Deo gratias per Jesum Christum.* (Rom. 7. 24.) B Itaque merito punimur, soluti tantumdem currere, quantum impediti, nolentes. Quamquam ut tantumdem possimus, ne sic quidem pœna solvimur: nam qui alta pace fruatur, longe majus & illustrius tropæum erigere par est, quam qui admodum bello premantur. Quod si in opibus, deliciis, conjugum studio, negotiorum cura assidue versamur, ecquando viri evademus, spiritu vivemus, Domini res curabimus? an postquam hinc migratum erit? at non id laborum ac certaminis, sed præmiorum & pœnarum tempus erit. (Matth. 25.) Tum nec virgini oleum in lucernis non habenti, ab aliis C sumere licebit, sed ea foris manebit: nec qui sordidis indutus adstet, egressus mutare vestem poterit, sed ad gehennæ ignem abripietur: (Matth. 22.) nec si vel Abrahamum imploret, quidquam tum proficiet. Quippe orta jam die propria, posito tribunali, sedente judice, & manante quasi quodam ignis fluvio, (Dan. 7.) habita actionum nostrarum quæstione, non jam flagitia eluere sinemur, sed ad supplicium iis debitum velimus nolimus trahimur modo, nullius tum precibus liberandi: sed quamvis quis pari fiducia sit cum magnis & admirandis viris, D quamvis Noë, Job, Daniel sit, etiamsi pro liberis ac filiabus deprecetur, nihil agat, (Respicit ad Ezech. c. 14. 14.) sed necesse erit peccatores immortales pœnas expendere, ut qui recte fecerunt, honorem inire. Nam neque his, neque illis finem fore Christus declaravit, ut vitam, sic supplicium æternum esse dicens: qui & dextris collaudatis, & sinistris damnatis ita subdit: *Abibunt hi in pœnam sempiternam, justi vero in vitam sempiternam.* (Matth. 25. 46.) Itaque hic serio laborandum est, & qui uxorem haE beat, ei perinde agendum ac si non haberet: & qui vere non habeat, ei cum virginitate reliquæ etiam omnes virtutes exercendæ sunt, ne post ex hac vita decessum, incassum lamentemur.

a Savil. in marg. τοῖς σφοδροῖς βαρυνομένων πολέμοις.
b Savil. in marg. ἀποδύσασθαι. Infra Savil. in marg. ἑλκόμεθα, οὐ μόνον οὐδενὸς ἡμᾶς ἐξελάσαντος.

IN DUOS SEQUENTES AD VIDUAM JUNIOREM TRACTATUS

MONITUM.

INTER *præstantissima S. Doctoris nostri Opuscula connumerari debent hi duo seu Libri seu Tractatus, quorum prior præter pulcherrima monita, lectissimaque consolationis verba, non pauca carptim refert, tum ad Chrysostomi vitam, tum ad historiam illius temporis, opportuna. De secundo autem Libro infra tractabitur. Quo tempore primus scriptus fuerit, ex ipsa Auctoris narratione diligenter explorata expiscari sat commode possumus; sed antequam ejus verba adducamus in medium, quædam de argumento Opusculi prælibanda sunt.*

Therasius vir inter primarios sui temporis conspicuus, genere facultatibusque insignis, quem spes erat ad præfecturas perventurum esse; ad hæc probitate, modestia, pietate ornatus, in ætatis flore diem obiit extremum, postquam annos tantum quinque cum uxore egerat. Quam ut consolaretur, hunc librum edidit Chrysostomus: & primo Dei singularem viduis exhibitam curam ob oculos ponit, quibus etiam viri loco esse probat: hinc honestæ viduitatis dignitatem ex Pauli verbis deprædicat: deque proborum obitu gaudendum esse demonstrat: postea humanæ vitæ volubilitatem ut ostendat, exemplum affert quorumdam insignium virorum, qui ad majorem evecti dignitatem, præcipiti violentaque morte sublati sunt. Nec iis beatiores esse ait Imperatores, sed quo majore fortuna evehuntur, eo gravioribus calamitatibus impeti. Atque ut vetera omittamus, *inquit*, ex iis omnibus, qui ævo nostro imperarunt; fuerunt autem novem, duo solum communi morte vitam clauserunt. Reliquorum autem hic quidem a tyranno, ille vero in bello, alius domesticorum custodum insidiis; alius autem ab illo ipso, qui coronam ac purpuram imposuerat, interfectus occubuit. Uxores porro eorum partim, ut narrant, veneno interierunt, partim mœrore. Earum vero, quæ adhuc superstites sunt, altera quidem filium habens pupillum tremit, ac metuit ne quis eorum, qui imperant, metu futurorum eum de medio tollat; altera vero vix multorum precibus ab exsilio rediit, quo antea ab eo, qui rerum potiebatur, missa erat. Quod ad eorum autem, qui nunc imperant, uxores altera ex pristinis calamitatibus respirans, voluptati magnum habet dolorem admixtum, eo quod qui rerum potitur nimis juvenis ac inexpertus sit, multosque habeat undique insidiantes: altera vero timore exanimata iis, qui capite damnati sunt, miseriorem vitam ducit, eo quod vir ipsius ab eo tempore, quo diadema suscepit, usque ad hodiernum diem in bello & præliis versetur, verecundiaque & probris, quibus undique afficitur magis, quam ex calamitatibus, tabescat. *Deinde postquam multa interposuit de Barbaris seu Gotthis, imperium Romanum invadentibus, insultantibusque, multa quoque strage cuncta replentibus, sic prosequitur:* Ecquid vero mirum, si multi ex Ducibus hoc modo interierunt, quando & Imperator ipse in vico quodam cum paucis militibus conclusus, exire quidem & sese invadentibus opponere minime ausus est, sed intus manens, accenso ab illis igne, una cum iis omnibus, quos secum habebat, combustus est; nec viris solum, sed etiam equis, & trabibus, & muris & omnibus in unum atque eumdem cinerem abeuntibus?

In hisce postremis Chrysostomi dictis miserandam Valentis Imperatoris necem describi liquidum est. Accidit illa anno 378. v. *Idus Augusti, atque adeo post hoc tempus emissa fuit hæc ad viduam juniorem parænesis. Ut porro ex aliis ejus verbis editi opusculi annum subtilius exploremus, singula ordine persequamur oportet. Ex novem, inquit, qui nostro ævo imperarunt,* ἐπὶ τῆς γενεᾶς τῆς ἡμετέρας, *duo soli communi morte vitam clauserunt. Hi novem Imperatores esse videntur, Constantinus, & filii ejus Constantinus, Constantius & Constans: posteaque Gallus, qui licet Cæsar tantum fuerit, hic tamen memoratur trucidatus ab eo,* qui ipsi purpuram imposuerat, *nempe Constantio; sextus, Julianus; septimus, Jovianus; octavus, Valentinianus primus; nonus, Valens. Nam quod Constantinum dicat mortuum* ἐπὶ τῆς γενεᾶς τῆς ἡμετέρας, ævo nostro, *vel ad literam*, generatione nostra, *etiamsi is ante Chrysostomi ortum obierit, nihil mirum. Etenim præterquam quod in more est ea ævo nostro dicere facta, quæ patrum nostrorum tempore contigerunt; id apud ipsum Chrysostomum usitatum reperimus, qui Homilia XV. ad Philippenses dicit, Faustæ uxoris Constantini necem suo tempore contigisse,* ἐπὶ τῶν χρόνων τῶν ἡμετέρων.

Ex

Ex iis itaque novem Imperatoribus duo soli communi morte vitam clauserunt; videlicet Constantinus & Constantius ejus filius. Ex reliquis vero alius a tyranno occisus est nempe Constans a Magnentio; alius in bello periit, nimirum Constantinus junior; alius domesticorum custodum insidiis: is est Jovianus, qui, ut refert Suidas, venenato cibo exstinctus est, μύκητα πεφαρμαγμένον φαγὼν, *quod ipse Chrysostomus confirmat Hom. XV. ad Philippenses,* ὑπὸ δηλητηρίων ἀνῄρηται φαρμάκων. *Alius ab illo ipso, qui purpuram imposuerat, scilicet Gallus Cæsar a Constantio. Hactenus Chrysostomus, qui in recensione, reliquorum trium violentam mortem tacet; Juliani nempe, qui cum Persis pugnans occisus est, Valentiniani primi, qui cum Quadorum legatis responderet iratus, profluvio sanguinis suffocatus derepente interiit, & Valentis, quem postea narrat a Gothis combustum.*

Quod spectat autem ad defunctorum Imperatorum uxores, quas partim veneno partim mœrore exstinctas dicit: nullam hac in re historici nobis lucem ministrant. Ex duabus autem quæ superstites erant, quæ pupillo filio timebat, ne quis Imperatorum eum metu futurorum de medio tolleret; videtur omnino esse uxor Joviani, cujus filio Varroniano jam oculus alter effossus fuerat, ne videlicet paternum imperium affectaret, atque eo spectat illud φόβῳ τῶν μελλόντων, metu futurorum, *ne scilicet paterno jure Imperator acclamari posset. Hæc quippe ad Justinam & filium ejus Valentinianum quadrare non possunt, quippe qui licet tenellus, Imperator acclamatus jam fuerat, & ex familia Imperatoria tunc imperante erat. Altera vero Imperatoris cujusdam defuncti uxor, quæ vix multorum precibus ab exsilio redierat, quænam sit, haud ita facile statui potest, an Valentis uxor Dominica; an potius Severa prior Valentiniani primi uxor, ab illo repudiata & in exsilium missa, quæ defuncto Valentiniano ab exsilio redierit. Hinc ad uxores tunc imperantium progreditur quarum alia, ex pristinis calamitatibus respirans, mœrendi causam habuit quod conjux ejus junior atque inexpertus esset: hæc videtur esse Constantia Constantii filia, cujus conjux Gratianus vix annorum viginti tunc erat: altera vero, quæ conjugi metuebat, quotidie in bellis atque periculis versanti, Flaccilla haud dubie erat, uxor Theodosii Imperatoris.*

Jam ut calculum ponamus, a nece Valentis exordium ducendum est; ea contigit anno 378. mense Augusto. Insequenti anno 379. mense Februario Theodosius a Gratiano Imperator proclamatus est, atque exinde cum Gothis sæpe conflixit, usque ad annum 382. quo attritæ res Gothorum fuerunt. Dum hæc vero scriberet Chrysostomus, Gothi adhuc ferociebant, Romanisque formidolosi erant, ut ille ait, Theodosiusque in bello & præliis versabatur. *Hæc probe competere possunt in annum 380. quo vertente circiter ex spelunca, ubi biennio delituerat, Antiochiam rediit Chrysostomus, vel in sequentem 381. Certe omnes supra recensitæ notæ ad hoc tempus optime quadrant, ad aliud vero minime.*

Restat ut de sequenti ad Viduam tractatu agamus. Si titulo fides habeatur, ad eamdem viduam, nempe Therasii uxorem, hunc etiam misit Chrysostomus: sic quippe legitur in omnibus cùm Editis, tum manuscriptis, τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὴν αὐτὴν περὶ μονανδρίας, ejusdem ad eamdem, de non iterando conjugio: *huic quoque sententiæ favere videtur argumenti genus: nam de juniore vidua agitur, quæ semel nupserit, quæ ambo Therasii uxori competunt. Verum hic non viduam aliquam juniorem alloquitur: sed omnes simul viduas, concionantis more non iterandi conjugii causas docet: licet enim secundæ nuptiæ culpandæ non sint, non sunt tamen laude dignæ, ac nonnullam incontinentiæ notam præ se ferunt. Orationem vero claudit, ut in Homiliis solet:* Hæc, *inquit,* non quo necessaria judicaremus, attulimus, aut quo illas, quæ in viduitate permanere nolunt condemnaremus, sed hoc unum cohortatione, admonitioneque nostra agentes, ut ne terræ perpetuo affixæ hærere velint, sed semel solutæ in libertate maneant, ad cælum aspirent, cælestem vivendi rationem adhibeant, ac junctæ Christo ea omnia præstent, quæ iis conveniunt, quæ tantum nactæ sunt sponsum: quoniam ipsum decet omnis gloria, honor *&c. Hæc concionis epilogum esse nemo non videt. Quare vel in titulo illud,* πρὸς τὴν αὐτὴν, ad eamdem, *a Librario quodam temere adjectum est; vel si eam orationem ad Therasii uxorem vere miserit Chrysostomus, ipsam postea homiliæ more concinnatam in cœtu recitaverit. Ut ut vero sit opportune ponitur post orationem ad Therasii uxorem, quia est ejusdem argumenti, nec debuit moveri loco.*

Flaminii Nobilii interpretationem, utpote accuratam nec inelegantem, aliquot tamen in locis emendatam, e regione Græci textus posuimus.

AD VIDUAM JUNIOREM.

1. GRAVEM te quidem accepiſſe plagam, atque ad maxime vitalem partem jaculum ſuperne immiſſum perveniſſe omnes ſane tibi conſenſerint, ac nemo ne ex iis quidem, qui valde philoſophi ſunt, contradixerit: verum quoniam male acceptos non in luctu, ac lacrymis omne ſuum tempus conſumere oportet; ſed vulnerum quoque curationi plurimum operæ, ſtudiique navare, ne ſi deſpecta fuerint, majorem ipſiſmet lacrymis afferant plagam, atque ipſo luctu vehementiorem flammam excitent; æquum profecto fuerit te eam, quæ per ſermones adhibetur, conſolationem non repudiare, ac lacrymarum fluvios parumper coërcentem ad breve ſaltem tempus iis etiam, qui te conſolari aggrediuntur, te ipſam dare. Hæc enim cauſa eſt, cur & nos non in ipſo luctus vigore, neque ſimul ac fulmen decidit, obturbaremus, ſed cunctantes toto hoc intermedio tempore, ac permittentes te ſatiari fletu, quando jam a caligine illa paululum oculos attollere, atque aures iis, qui te conſolari tentarent, præbere potuiſti, tunc ipſi quoque poſt ancillarum ſermones noſtra adjungeremus. Nam cum adhuc tempeſtas magna eſt, & luctus viget, qui dolorem deponere ſuadet, is ejulatum magis provocat, nihil aliud lucri reportans, quam odium, multamque materiem ejuſmodi oratione ſuppeditat igni, ſimulque de ſe, & inimici, & ſtulti hominis affert opinionem. Verum quando jam æſtus ille deſidere cœpit, ac violentiam fluctuum ſedavit Deus, facile orationis vela pandemus: Nam mediocri quidem tempeſtate poterit fortaſſe ars ſuum officium facere: at cum ventorum impetus invictus fertur, nihil loci eſt peritiæ. His adducti cauſis toto ſuperiore tempore ſiluimus, ac vix nunc emittere vocem aggreſſi ſumus. Audivimus enim a patruo tuo, confidendum poſthac eſſe: nam & famulas, quæ paulo honoratiores ſint, audere de his rebus prolixos inferre ſermones; imo externas quoque mulieres, atque eas quæ aut genere tibi cognatæ, aut alia quavis ratione ad hoc munus obeundum ſint idoneæ. Quod ſi illarum ſermones admittis: valde confidimus, ac pro certo habemus fore, ut noſtros non contemnas, ſed quietem, ac tranquillitatem, quoad poteris, ipſis audiendis adhibeas. Sane muliebris ſexus proclivior quodammodo ad concipiendum dolorem eſt; at cum præterea juventus adeſt, & viduitas immatura, & nullus negotiorum uſus, & curarum magna moles, atque omne priſtinum tempus in deliciis, hilaritate, divitiis inſumtum eſt, multis partibus major redditur calamitas, ut niſi ſupernum adſit auxilium; periculum ſit, ne a quali-

A ΕΙΣ ΝΕΩΤΕΡΑΝ ΧΗΡΕΥΣΑΣΑΝ. [a]

ΟΤΙ μὲν χαλεπὴν ἔλαβες τὴν πληγὴν, καὶ ἐν καιρίῳ τὸ πεμφθὲν καὶ ἄνωθεν ἐδέξω βέλος, ἅπαντες ἄν σοι συνομολογήσαιμεν, καὶ οὐδὲ τῶν σφόδρα φιλοσοφούντων οὐδεὶς ἀντερεῖ· ἐπεὶ δὲ τοῖς πληττομένοις οὐκ εἰς πένθος καὶ δάκρυα τὸν ἅπαντα χρόνον ἀναλίσκειν δεῖ, ἀλλὰ καὶ τῆς θεραπείας τῶν τραυμάτων πολλὴν ποιεῖσθαι τὴν πρόνοιαν, ὥστε μὴ [b] παροφθέντα μείζονα τοῖς δάκρυσι παρασχεῖν τὴν πληγὴν, καὶ τῆς ὀδύνης σφοδροτέραν τὴν φλόγα ἐργάσασθαι, καλὸν καὶ τῆς διὰ τῶν λόγων ἀνασχέσθαι παρακλήσεως, καὶ τοὺς κρουνοὺς μικρὸν ἀνακροῦσαι τῶν δακρύων, χρόνον
B γοῦν βραχὺν καὶ τοῖς παραμυθεῖσθαί σε ἐπιχειροῦσι παρασχεῖν σεαυτήν. διὰ γάρ τοι τοῦτο καὶ ἡμεῖς οὐ παρ' αὐτὴν τοῦ πένθους τὴν ἀκμὴν, οὐδ' ἅμα τῷ κατενεχθῆναι τὸ σκηπτὸν ἠνωχλήσαμεν· ἀλλ' ἀναμείναντες τὸν ἐν μέσῳ τουτονὶ χρόνον, καὶ συγχωρήσαντες ἐμπλησθῆναί σε τῶν ὀδυρμῶν, ὅτε λοιπὸν καὶ διαβλέψαι μικρὸν ἀπὸ τῆς ἀχλύος ἐκείνης, καὶ τὰς ἀκοὰς διανοῖξαι δεδύνησαι τοῖς σε παρακαλεῖν πειρωμένοις, τότε καὶ αὐτοὶ μετὰ τοὺς τῶν θερα-
C παινίδων λόγους, καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν προστεθείκαμεν. ἔτι μὲν γὰρ τοῦ χειμῶνος ὄντος σφοδροῦ, καὶ πολλοῦ τοῦ πένθους πνέοντος, ὁ παρακαλῶν ἀποσχέσθαι τῆς λύπης, πλέον ἂν παρώξυνε πρὸς τὰς οἰμωγὰς, καὶ τὸ μισηθῆναι κερδάνας μόνον, ὕλην ἂν πολλὴν τοῖς τοιούτοις λόγοις παρέχε τῷ πυρὶ μετὰ τοῦ καὶ ἐχθροῦ καὶ ἀνοήτου δόξαν λαβεῖν. ἐπειδὴ δὲ λοιπὸν ἤρξατο λήγειν ἡ ζάλη, καὶ τὸ τῶν κυμάτων ἄγριον κατεστόρεσεν ὁ θεὸς, εὐκόλως τοῦ λόγου τὰ ἱστία [c] ἀναπετάσομεν. ἐν συμμέτρῳ μὲν γὰρ χειμῶνι δυνήσεται ἴσως ἡ τέχνη ποιῆσαι τὸ ἑαυτῆς· ὅταν δὲ ἄμαχος ᾖ τῶν πνευμάτων ἡ προσβολὴ, τῆς ἐμπειρίας ὄφελος οὐδέν. διὰ
D ταῦτα πάντα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον σιγήσαντες· μόλις καὶ νῦν ἐπεχειρήσαμεν ῥῆξαι φωνήν· ἐπειδὴ παρὰ τοῦ θείου ἠκούσαμεν τοῦ σοῦ, ὅτι λοιπὸν χρὴ θαῤῥεῖν· καὶ γὰρ καὶ τῶν θεραπαινίδων τὰς ἐν τιμῇ κατατολμᾶν ὑπὲρ τούτων μακροὺς ἀποτείνειν λόγους, τάς τε ἔξωθεν γυναῖκας, καὶ τὰς γένει προσηκούσας, καὶ τὰς ἄλλως πως ἐπιτηδείως ἐχούσας. ὅτι δὲ τοὺς παρ' ἐκείνων δεχομένη λόγους οὐκ ἀτιμάσεις τοὺς παρ' ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ ἡσυχίαν καὶ ἀταραξίαν παρέξεις αὐτοῖς κατὰ δύναμιν, σφόδρα θαῤῥοῦμεν καὶ πεπιστεύκαμεν.
E καὶ ἄλλως μὲν οὖν τὸ γυναικεῖον γένος ἐπιῤῥεπέστερόν πως ἐστὶ πρὸς συμπάθειαν· ὅταν δὲ καὶ νεότης προσῇ, καὶ χηρεία ἄωρος, καὶ πραγμάτων ἀπειρία, καὶ φροντίδων ὄχλος πολὺς, καὶ τὸ ἐν τρυφῇ καὶ εὐθυμίᾳ καὶ πλούτῳ τὸν ἔμπροσθεν ἅπαντα τετράφθαι χρόνον, πολλαπλάσιον γίνεται τὸ δεινὸν, κἂν ἡ τοῦτο παθοῦσα μὴ τῆς ἄνωθεν τύχῃ ῥοπῆς, καὶ

[a] Collata cum Codice Colbertino 974. & cum Edit. Savil. Colbert. & Morel habent χηρεύσασαν. Savilius in textu, χηρεύσαν, in marg. χηρεύσασαν. Paulopoſt initium καὶ ante ἄνωθεν deeſt in Colbert.

[b] Colb. παροφθέντων.

[c] Morel. ἀναπετάσομεν, Colb. & Savil. ἀναπετάσωμεν.

ὁ τυχὼν αὐτὴν λογισμὸς [a] καταλῦσαι δυνήσεται· ὅπερ πρῶτον καὶ μέγιστον τῆς πολλῆς περὶ σὲ τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας τίθεμαι εἶναι τεκμήριον. τὸ γὰρ τοσούτων συνδραμόντων ἐξαίφνης κακῶν μὴ ἀποπνιγῆναι τῇ λύπῃ, μηδὲ τῆς κατὰ φύσιν ἐκστῆναι φρενῶν, οὐκ ἀνθρωπίνης τινὸς βοηθείας ἦν, ἀλλὰ τῆς τὰ πάντα δυναμένης χειρὸς, τῆς συνέσεως ἧς οὐκ ἔστιν ἀριθμός· τῆς φρονήσεως, ἧς οὐκ ἔστιν ἐξεύρεσις, τοῦ πατρὸς τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ Θεοῦ πάσης παρακλήσεως. αὐτὸς γὰρ πέπαικεν ἡμᾶς φησὶ, καὶ ἰάσεται ἡμᾶς· πατάξει, καὶ μοτώσει ἡμᾶς, καὶ ὑγιάσει ἡμᾶς. ἕως μὲν γάρ σοι συνῆν ὁ μακάριος ἐκεῖνος ἀνὴρ, [b] ἀπέλαυες μὲν τιμῆς καὶ φροντίδος καὶ σπουδῆς· ἀπέλαυες δὲ οἷα παρὰ ἀνθρώπου ἀπολαύειν εἰκὸς ἦν. ἐπειδὴ δὲ ἐκεῖνον ἔλαβε πρὸς ἑαυτὸν ὁ Θεὸς, ἀντ' ἐκείνου σοι γέγονεν αὐτὸς, καὶ οὐκ ἐμὸς οὗτος ὁ λόγος, ἀλλὰ τοῦ μακαρίου προφήτου Δαυίδ· φησὶ γάρ· ὀρφανὸν καὶ χήραν ἀναλήψεται, [c] καὶ ἀλλαχοῦ δὲ αὐτὸν πατέρα καλεῖ τῶν ὀρφανῶν, καὶ κριτὴν τῶν χηρῶν· οὕτω πολλὴν ὑπὲρ τούτου τοῦ γένους πολλαχοῦ ποιούμενον αὐτὸν ὄψει τὴν σπουδήν.

Ἵνα δὲ μὴ συνεχῶς τοῦτο λεγόμενον τὸ ὄνομα στρέφῃ σου τὴν ψυχὴν, καὶ συγχέῃ σου τὸν λογισμὸν, ἐν αὐτῷ τῆς ἡλικίας τῷ ἄνθει ἐπελθὸν, ὑπὲρ τούτου διαλεχθῆναι βουλόμενος πρῶτον, καὶ δεῖξαι, ὅτι οὐ συμφορᾶς, ἀλλὰ τιμῆς ἐστιν ὄνομα, τὸ τῆς χηρείας ὄνομα, καὶ τιμῆς τῆς μεγίστης. μὴ γάρ μοι τὴν τῶν πολλῶν δόξαν τὴν πεπλανημένην εἰς μαρτυρίαν ἀγάγῃς, ἀλλὰ τοῦ μακαρίου Παύλου· μᾶλλον δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν νομοθεσίαν. ἃ γὰρ ἐκεῖνος ἐφθέγγετο, ταῦτα ὁ Χριστὸς ἐλάλει δι' αὐτοῦ, καθὼς καὶ αὐτὸς ἔλεγεν, [d] εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ; τί οὖν φησι; χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα, καὶ πάλιν, νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ. δι' ἀμφοτέρων τοῦ πράγματος ἡμῖν τὸ μέγεθος παραστῆσαι βουλόμενος. καὶ περὶ μὲν ἐπισκόπων διατατόμενος οὐδαμοῦ τίθησιν ἐτῶν ἀριθμόν· ἐνταῦθα δὲ πολλὴν ποιεῖται τὴν ἀκρίβειαν. τί δήποτε; οὐχ ὅτι ἡ χηρεία μείζων ἱερωσύνης ἐστὶν, ἀλλ' ὅτι μείζονα αὗται πόνον ἐκείνων ἔχουσι, πραγμάτων αὐταῖς πολλῶν πολλαχόθεν περιρρεόντων, δημοσίων καὶ ἰδιωτικῶν. καθάπερ γὰρ πόλις ἀτείχιστος εἰς μέσον ἅπασι τοῖς βουλομένοις ἁρπάζειν πρόκειται, οὕτω καὶ κόρη χηρείᾳ συζῶσα πολλοὺς ἔχει πανταχόθεν τοὺς ἐπιβουλεύοντας, οὐ τοὺς τῶν χρημάτων αὐτῆς ἐφιεμένους μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς τὴν σωφροσύνην αὐτῆς διαφθεῖραι σπεύδοντας. καὶ οὐ ταύτας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρας πρὸς τὸ πεσεῖν αὐτὴν ἀφορμὰς προσγινομένας εὑρήσομεν. καὶ γὰρ οἰκέται καταφρονοῦντες, καὶ πράγματα ἀμελούμενα, καὶ τὸ μηκέτι ἐν τῇ προτέρᾳ εἶναι τιμῇ, καὶ τὸ τὰς ὁμήλικας εὖ πραττούσας ὁρᾶν, πολλάκις δὲ καὶ τὸ τρυφῆς ἐπιθυμεῖν, δευτέροις αὐτὰς ἔπεισεν ὁμιλῆσαι γάμοις. εἰσὶ δὲ αἳ νόμῳ μὲν γάμου οὐκ ἐθέλουσι συγγίνεσθαι τοῖς ἀνδράσι· λάθρα δὲ

[a] Colb. Morel. & Savil. in marg. καταλῦσαι δυνήσεται, Savilius in marg. κατακλῖσαι δυνήσεται.
[b] Sic Savil. melius quam Morel. & Colb. qui habent ἀπέλαυσε bis.

A cumque irruente cogitatione dejiciatur: quod equidem vel præcipuum, ac maximum divinæ erga te curæ indicium censuerim. Nam quod tot repente concurrentibus malis non te ægritudo absorbuerit; nec de naturali mentis statu sis deturbata; non id humani alicujus auxilii fuit, sed omnipotentis illius manus, sed intelligentiæ illius, cujus non est numerus, sed prudentiæ illius, quæ investigari non potest, sed patris misericordiarum, ac Dei totius consolationis. *Ipse* enim, inquit, *verberavit nos, & ipse sanabit nos, percutiet, & curabit & sanos faciet nos.* Osee 10. 2. Quamdiu enim B tecum una vivebat beatus ille vir; capiebas quidem fructus honoris, curæ, studii, capiebas autem, quales ex homine capere par erat. Quoniam vero illum ad se vocavit Deus; ipse nunc illius loco se tibi substituit: neque hoc meum est, sed beati Prophetæ Davidis, qui ita inquit, *pupillum & viduam suscipiet*; Psal. 145. 9. & alibi ipsum vocat patrem pupillorum, & judicem viduarum, Psal. 67. 6. omninoque hoc hominum genus magnæ ipsi curæ esse videbis.

Viduis Deus viri loco est.

A non omnino insciam minime toto animo complectetur, atque amabit. Omnes enim fere homines solemus sive zelotypia, sive inanis gloriæ studio, sive nescio qua alia causa adducti, eas res præcipue in amore habere, quibus, antequam in aliorum potestatem venerint, fruimur, quarumque nos primi, ac soli domini sumus. Id & in vestimentis usu venire animadvertas; non enim ea, quibus alii usi sunt, æque cara habemus, atque illa quibus nemo. Idem in domo, idem in vasis: domum enim nobis ab alio datam, non perinde amamus, atque illam, quam nobis ipsi paravimus. B Ac vasis, quæ nuper facta sunt, nobisque primum usui fuerunt, valde parcimus, magnumque illis conservandis studium impendimus. Quæ autem ab aliis ad nos venerunt, non magnopere in deliciis habemus, sed adeo aversamur, ut sæpe in aliam convertamus formam. Quod si in domo, in veste, in vasis hoc animo sumus, cogites velim, in uxore, qua nihil hominibus pretiosius est, quanto vehementius nos affici consentaneum sit. Nam alia quidem nec iis, qui cupiunt, recusamus communicare: hanc autem minime fas est, ac citius vitam profundemus, quam id ferre C animum inducamus. Virginem igitur ut dicebam, utpote intactam & sibi propriam omni animi impetu complectetur, eam vero, quæ alteri prius consuevit, non æque benevolis, atque amicis oculis aspiciet.

6. Neque tu mihi, quæ raro, ac vix semel eveniunt, afferas, sed quæ quotidie in communi vita cernuntur. Neque vero hæ solæ causæ sunt, cur illa fidentius agat, verum etiam aliæ multæ. Nam viduæ quidem maritus facile exprobrare poterit, se quoque ab illa parvifieri, ac despectus indicium proferre infidelitatem, quam erga priorem virum adhibuit, atque ita os illi D obstruere, idque tam de præteritis rebus, quam de iis, quæ fortasse futuræ non sunt. Mortui enim viri contemtus, viventem quoque, ut idem sibi exspectet, admonebit; licet eventurum non sit. Neque vero ille solus hæc perpetuo uxori objiciens molestus erit, sed famuli etiam, atque ancillæ, si minus palam, certe tacito quodam murmure sexcentis ipsam conviciis incessunt. Quod si filios impuberes ex priore viro habuerit, quomodo illos educabit, quomodo curabit? Quibus autem pupillis non illi miserius vivent, qui paterna omnia in alterius potestate videbunt, famulos, do- E mum, prædia, & quod caput omnium est, uxorem? quomodo matris loco ipsam colere illi poterunt? quomodo ipsos illa filiorum loco diligere? quos cum intuetur, erubescat, ac pudore suffundatur, necesse sit? quibusque non omnem impendere maternum affectum potest, magna animi, atque amoris parte in filios, quos ex altero suscepit, translata? Quid igitur, inquies, si valde tenera ætate fuerit, atque exiguo tempore frui viro potuerit? Quin ad puellas

ᶜ Colb. μεταδίδομεν.
ᵈ Savil. & Colb. εἰ δὲ.
ᵉ Sic Savil. & Colb. Morel. vero τοὺς ἐκείνου.

hæc mihi dicta sunt, non illas, quæ jam senuerunt: nam cum illis, si ad nuptias animum adjiciant, ne verbum quidem faciam, neque enim nostra illis oratio a secundo matrimonio abstinendum persuaderet, quod neque temporis longinquitas, neque ætas, neque aliud quidquam persuadere potuit: sed ad juvenes omnis mihi est instituta oratio. Quæris igitur, quid si puella, & quæ uno tantum anno cum priore viro fuerit, alteri nubat? Cur illam præferes ei, quæ viginti aut triginta annos in matrimonio egit? Non hoc meum est, sed
1.Cor.7.4. beati Pauli. Ille enim inquit: *Beatior autem erit, si sic permanserit.* Cæteroqui, tametsi illa diu cum viro vixit, tamen cum uno, eodem, ac solo, quemque ab initio accepit: hæc autem duobus se ipsam dedit, idque intra breve tempus. At non voluntate sua, inquit: nam si prior viveret, unum illum amaret, præterea neminem. Nunc quando immatura morte sublatus est, necessario alteri jungitur. Sed qualis est hæc necessitas? Ego enim hac, quam affers, aliam longe majorem video, quæ ipsam mortuo viro contentam esse suadeat, nimirum gustando percepisse, quantum amari insit in rebus mundanis. Nam, quæ in ipsis perdiu versata, & satiata est, ad easdem rursum se conferet, quasi similes inventura. Quæ autem principia ipsa adeo molesta experta est, quid sibi volens, aut sperans, molestiarum periculum faciet? Nam si quis ad mercaturam animum appulit, si antequam quidquam lucri faciat, simul ac e portu exiit, naufragium fecit, non facile mercaturam posthac exercebit: ita consentaneum est, hanc multa sibi e matrimonio jucunda pollicentem, verum antequam ad ea bene percipienda pervenire queat, tantum luctum deprehendentem, rerum humanarum amorem nisi valde sit intemperans, deponere. Quinetiam si valde iis afficiatur, atque inhiet, principii tamen injucunditas satis idonea est, quæ omnem exstinguat cupiditatem. Tunc enim in iis, quæ suscepimus, potissimum perseverare consuevimus, cum principia ipsa ex sententia processerint: quod si ab initio, atque ab ipsis, ut ita dixerim, carceribus in molestias ac difficultates incurrimus, statim cupiditas defervet, ac totum negotium deponimus. Quamobrem, quarum immatura viduitas est, has mihi alterum matrimonium facilius repudiaturas verisimile videtur, ne eadem rursus perpetiantur. Nam quæ servat viduitatem, in tuto se collocabit, nec similem posthac luctum timebit: quem sane exspectare cogetur, quæ secundo matrimonium contraxit. Huc accedit eamdem quidem esse viduitatem, non tamen eamdem omnibus viduis propositam esse mercedem, sed uni ampliorem, alteri parciorem. Quæ enim ab adolescentia jugum susceperunt, multo majore honore potientur, atque amplioribus muneribus: quæ autem in ipsa jam senectute, non æque, atque illæ. Quid ita? quod illa quidem,

A ταῦτα εἴρηται, οὐ πρὸς τὰς γεγηρακυίας· πρὸς γὰρ ἐκείνας τοῦτο ποιούσας οὐδὲ διαλεχθήσομαι· εἰ γὰρ ὁ πολὺς χρόνος καὶ ἡ ἡλικία, καὶ τὰ ἄλλα πάντα οὐκ ἔπεισεν αὐτὰς ἀποσχέσθαι δευτέρου γάμου, πολύ γε ἧττον ἡμεῖς· οὐ γὰρ ὁ παρ' ἡμῶν πείσει λόγος· ἀλλ' ἅπας μοι πρὸς ταύτας ὁ λόγος ἐστί. τί οὖν ἂν ἡ κόρη, φησὶ, καὶ μόνον ἐνιαυτὸν μετὰ τοῦ προτέρου συνοικήσασα δευτερογαμῆται πάλιν; τίνος ἕνεκεν τὴν εἰκοστὸν ἔτος καὶ τριακοστὸν ἀνηλωκυίας ἐν γάμῳ προτιμήσεις αὐτήν; οὐκ ἔγωγε, ἀλλ' ὁ μακάριος Παῦλος. ἐκεῖνος γάρ φησι, μακαριωτέρα δέ ἐστιν, ἐὰν οὕτω μείνῃ· τί γὰρ εἰ καὶ πολὺν ἐκείνη B χρόνον συνῴκησεν ἀνδρὶ, ἀλλ' ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ καὶ μόνῳ, καὶ ᾧ ἐξ ἀρχῆς ἐκληρώθη; αὕτη δὲ δυσὶν ἔδωκεν ἑαυτὴν, καὶ ταῦτα ἐν βραχεῖ τῷ χρόνῳ· ἀλλ' οὐχ [a] ἑκοῦσα φησίν. εἰ γὰρ ὁ πρότερος ἔζη, οὐκ ἂν ἕτερον ἠγάπησεν ἐπ' ἐκείνῳ. ἐπειδὴ δὲ πρὸ ὥρας ἀπῆλθεν ἐκεῖνος, ὑπὸ τῆς ἀνάγκης δευτέρῳ συνήφθη πάλιν· ποίας ἀνάγκης; ἐγὼ γὰρ ταύτης ἧς λέγεις μείζονα ἑτέραν ἀνάγκην ὁρῶ ἱκανὴν αὐτὴν κατασχεῖν ἐπὶ τῷ τετελευτηκότι, τὸ πικρῶν οὕτως ἀπολαῦσαι πραγμάτων τοῦ κόσμου. ἡ μὲν γὰρ πολὺν αὐτοῖς συγγενομένη χρόνον, καὶ C ἐμπλησθεῖσα καλῶς, ὡς τὴν αὐτῶν τευξομένη τῶν ἴσων ἅψεται πάλιν· ἡ δὲ προοιμίων οὕτω χαλεπῶν πειραθεῖσα, ποίᾳ προαιρέσει καὶ ἐλπίδι πρὸς τὴν πεῖραν ἥξει τῶν χαλεπῶν; οὐδὲ γὰρ εἴ τις βουλόμενος ἐμπορεύσασθαι, πρίν τι κερδάνῃ ἅμα τῷ τὸν λιμένα [b] ἐξελθεῖν ναυάγιον ὑπομείνοι, εὐκόλως ἅψεται τῆς πραγματείας λοιπόν. οὐδὲ ταύτην εἰκότως τὴν πολλὰ μὲν προσδοκήσασαν ἡδέα, πρὶν ἢ δὲ ἐκείνων πεῖραν καλῶς λαβεῖν, τοσοῦτον πένθος ἰδοῦσαν, ἀγαπῆσαι τὰ τοῦ κόσμου πράγματα, εἰ μὴ σφόδρα ἀκρατὴς οὖσα τύχοι. μᾶλλον δὲ εἰ D καὶ σφόδρα πρὸς αὐτὰ διακέοιτο, καὶ λίαν ἔχοι προσπαθῶς, ἱκανὴ τῆς ἀρχῆς ἡ ἀηδία πᾶσαν σβέσαι τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῆς. τότε γὰρ τοῖς πράγμασι μάλιστα ἐπιμένειν εἰώθαμεν, ὅταν προοιμίων πειραθῶμεν καλῶν· ὅταν δὲ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἀπ' αὐτῆς ὡς ἂν εἴποι τις τῆς γραμμῆς χαλεπῶν καὶ δυσκόλων αἰσθώμεθα, ταχέως ἀνακρουόμεθα τῆς προαιρέσεως σβεννυμένης ἡμῖν. ὥστε αἱ τὰς ἀώρους ὑπομείνασαι χηρείας, αὗται εἰκότως ἂν ἀπόσχοιντο γάμου δευτέρου, ὑπὲρ τοῦ μὴ τὰ αὐτὰ πάλιν παθεῖν. ἡ μὲν γὰρ ἐν τῇ χηρείᾳ μένουσα ἕξει τὸ ἀσφαλὲς, καὶ οὐχ ὑπο- E πτεύσει πένθος ἕτερον τοιοῦτον πάλιν· ἡ δὲ προσομιλήσασα γάμῳ δευτέρῳ, καὶ τοῦτο προσδοκᾶν ἀναγκασθήσεται τὸ δεινόν· καὶ ἄλλως δὲ, εἰ καὶ πρᾶγμα ἕν ἐστιν ἡ χηρεία, ἀλλ' οὐ πᾶσαι τοὺς αὐτοὺς ἀπολήψονται τούτου μισθούς. ἀλλ' αἱ μὲν πλείους, αἱ δὲ ἐλάττους. αἱ μὲν γὰρ ἐν νεότητι τὸν ζυγὸν ἀναδεξάμεναι, πλείονος ἀπολαύσονται καὶ τῆς τιμῆς καὶ τῆς δωρεᾶς· αἱ δὲ πρὸς αὐτῷ τῷ γήρᾳ, οὐχ ὁμοίως ἐκείναις· τί δήποτε; ὅτι ἡ μὲν πολλῶν ὄν-

a Colb. ἑκοῦσαι, & mox πρότερος ἔζη.

b Colb. & Savil. ἐξελθεῖν, Morel. εἰσελθεῖν.

A τῶν κωλυμάτων, διὰ τὸν τοῦ θεοῦ φόβον πάντα ἠνέσχετο· αὕτη δὲ οὐδὲ βραχὺν ἱδρῶτα ὑπέμεινεν, οὐδὲ πόνον. πῶς γὰρ οὐδενὸς ὄντος πράγματος τοῦ βίαν παρέχοντος; ὥσπερ οὖν ἡ δευτέρῳ δοῦσα ἑαυτὴν ἐλάττων ἐστὶ τῆς τὸν ἕνα ἄνδρα ἐχούσης· οὕτως ἡ ἐν χηρείᾳ μένουσα ἐν αὐτῇ τῇ νεότητι, πολλῷ τῷ μέτρῳ τῆς ἐν τῷ γήρᾳ τὸν ἄνδρα ἀποβαλούσης ὑπερακοντίσαι δυνήσεται. καί τοί γε ἀμφοτέραις εἷς γέγονεν ὁ ἀνήρ, ἀλλ' ὅμως αὕτη μὲν τὸν τῆς ἁγνείας ἔδραμε δρόμον· ἐκείνη δὲ πολλοῖς ἀπελείφθη τοῖς σταδίοις. μὴ τοίνυν τὸν πόνον ἴδῃς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν μισθόν. B καὶ γὰρ τὰ πολλὰ τῶν κατορθωμάτων οὕτως ἡμῖν δύσκολα φαίνεται, ὅτι τὸν μόχθον αὐτῶν, καὶ τοὺς ἱδρῶτας συνεχῶς στρέφοντες, τοὺς ἀποκειμένους αὐτοῖς μισθοὺς οὐκ ἐν νῷ λαμβάνομεν. ἀλλ' οὐχ οὕτω δεῖ ποιεῖν· ἀλλὰ πάντα ὁμοῦ λογίζεσθαι μετὰ τῶν πόνων καὶ τὰς ἀμοιβὰς, καὶ οὕτως εὔκολα ἡμῖν φανεῖται, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν εὔκολα. καὶ γὰρ ὁ ἀριστεὺς οὐ τὰ τραύματα μόνον, οὐδὲ τὰ πτώματα, οὐδὲ τὸν θάνατον, ἀλλὰ καὶ τὰ τρόπαια, καὶ τὰς νίκας, καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας ἀναλογισάμενος τιμὰς, οὕτως ἐπὶ τὴν ἀριστείαν ἔρχεται. καὶ ὁ γεωργὸς δὲ, οὐχὶ τὸν ἄροτον μόνον, οὐδὲ τὸν ἐν τῷ σκάπτειν πόνον, ἀλλὰ C καὶ τὴν ἅλω, καὶ τὰς ληνοὺς πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν θεὶς, οὕτω τῶν ἔργων ἐφάπτεται· οὕτω καὶ ἡμεῖς ταῖς ἐλπίσι ταῖς χρησταῖς τὸν τῆς χηρείας μόχθον ἐπικουφίσωμεν, καὶ πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς, ἢ ἐκεῖνοι· ἐκείνοις μὲν γὰρ πολλὰ πολλάκις τῶν οὐκ ἐπ' αὐτοῖς κειμένων τὴν προσδοκίαν διέκοψε· τὰς δὲ ἡμετέρας ἐλπίδας οὐδείς ὁ καταισχύνων ἐστὶν, ἂν μὴ βουληθῶμεν αὐτοί. μὴ δὴ βουληθῶμεν, ἀλλ' ἐννοήσαντες ὡς οὐ πολλῷ τῆς παρθένου ἡ χήρα λείπεται· ἔστι δὲ ὅπου αὐτὴν καὶ ὑπερηκόντισεν, ὅταν ἡ μὲν παρθένος περιπλέκηται πράγμασιν· ἡ δὲ χήρα κατὰ τὸν Παῦλον μεμονωμένη καὶ D ἐλπίζουσα ἐπὶ τὸν θεὸν, προσκαρτερῇ ταῖς δεήσεσι καὶ ταῖς προσευχαῖς, καὶ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων ἀπέχηται. ἀναδεξώμεθα τὸν ἀγῶνα τοῦτον, ἵνα τῶν ἐν αὐτῷ στεφάνων τύχωμεν. ταῦτα ἡμῖν οὐκ ἀνάγκης ἕνεκεν εἴρηται, οὐδὲ ὥσπερ ἔφην καταδικάζοντες τὰς οὐ βουλομένας χηρεύειν, ἐπὶ ταύτην ἤλθομεν τὴν παραίνεσιν, ἀλλὰ προτρέποντες καὶ παρακαλοῦντες, μὴ ἐπὶ τοσοῦτον προσδεθῆναι τῇ γῇ, ἀλλ' ἅπαξ λυθείσας, μένειν ἐλευθέρας, καὶ τὸν οὐρανὸν ἐπιζητεῖν, καὶ τὴν πολιτείαν ἐπιδείκνυσθαι E τὴν ἐκεῖ, καὶ ἁρμοσθείσας τῷ Χριστῷ οὕτως ἅπαντα πράττειν, ὡς προσῆκε τὰς τὸν τοιοῦτον ἐχούσας νυμφίον, [a] ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ πατρὶ καὶ τῷ ζωοποιῷ καὶ ἁγίῳ αὐτοῦ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

cum multa obstarent, ob Dei timorem omnia sibi perferenda duxit, huic autem nullo sudore, ac labore opus fuit: quis enim labor, ubi nihil quod vim afferat? Quemadmodum igitur, quæ seipsam alteri viro dedit ei, quæ unicum agnovit, concedat oportet: ita quæ in ipsomet ætatis flore in viduitate perseverat, longo intervallo eam, quæ in senectute virum amisit, anteibit. Atqui utraque unum habuit virum, sed hæc tamen ipsum castitatis curriculum confecit, illa vero longo abest intervallo. Igitur non ad laborem solum, sed etiam ad mercedem spectes. Sic pleraque virtutum officia difficilia nobis videntur, cum sudores, atque ærumnas, quæ subeundæ sunt, assidue animo versamus, neque proposita illis præmia animadvertimus. Quod minime faciendum est, sed circumspectis simul laboribus, ac præmiis, summa subducenda: tunc autem, ut vere sunt, ita a nobis facilia judicabuntur. Nam qui in bello præclare se gerit, non vulnera dumtaxat, casus, ac mortem, sed etiam tropæa, victorias, cæterosque honores omnes reputans, in aciem fortiter descendit. Sic agricola non solum laborem, qui arando, ac fodiendo sumendus est, sed etiam aream, ac torcularia ob oculos proponens, alacriter opera sua urget. Itidem igitur, & nos spe bona ærumnam viduitatis levem reddamus, atque eo magis nos, quam illi: quod illis quidem multa sæpe ex iis, quæ in ipsis sita non erant, exspectationem præciderunt. Nostras autem spes nemo est, qui confundat, nisi voluntas nostra accesserit. Quæ utinam non accedat, sed illud nobiscum cogitantes viduam a virgine non procul abesse, atque etiam interdum illam antecellere, nimirum, cum virgo negotiis se implicarit: *Vidua* autem ex Pauli sententia *desolata, & in Deo spem ponens institerit obsecrationibus, & orationibus*, atque ab hujus vitæ negotiis abstinuerit. In arenam hanc descendamus, ut quæ inde nos manent præmia, consequamur. Hæc, non quo necessaria judicaremus, attulimus, aut quo illas, quæ in viduitate permanere nolunt, condemnaremus, sed hoc unum cohortatione, admonitioneque nostra agentes, ut ne terræ perpetuo affixæ hærere velint, sed semel solutæ in libertate maneant, ad cælum aspirent, cælestem vivendi rationem adhibeant, ac junctæ Christo ea omnia præstent, quæ iis conveniunt, quæ tantum nactæ sunt sponsum: quoniam ipsum decet omnis gloria, honor & adoratio unà cum experte principii Patre ac vivifico sanctoque ipsius Spiritu nunc & semper & in sæcula sæculorum, Amen.

Una cum laboribus præmia quoque spectanda.

1. Tim. 5. 5.

[a] ὅτι αὐτῷ πρέπει &c. Hæc vulgata conclusio deest in Colb. estque fortasse additamentum Librarii.

IN LIBROS DE SACERDOTIO
MONITUM.

EXIMII *Operis argumentum ex ipso ejus proœmio mutuamur. Basilius inter amicos Chrysostomi præcipuus, iisdem atque ille magistris, iisdem disciplinis operam dedit: par erat utriusque animus, par generis conditio; unum circa vitæ rationem propositum, amicitiæ vinculo opportunum. Cum vero proximum esset ut Basilius vitam monasticam amplecteretur, tunc Chrysostomus foro scenæque addictus studia in contraria declinabat. Basilius vero qui Chrysostomi amicitiam & contubernium magni faciebat, hoc ab eo demum impetravit, ut domo uterque sua relicta commune domicilium incolerent. Hæc consilia ubi primum sensit Chrysostomi mater, filium ne se deserat admixtis blanditiis hortatur, dumque ipsi a pristina pene sententia abducto instat Basilius, eadem quæ prius efflagitans: ecce fama undique percrebuit utrumque in Episcopalem dignitatem promovendum esse. Hoc perculsi ambo rumore longe dissimile consilium ineunt; Basilius totum rei judicium permittit amico, in utrumque paratus, sive consentiendum sive fugiendum esset; Chrysostomus vero, qui se tanto honore prorsus indignum, amicum vero dignissimum censebat, ne tam idoneo Ministro Ecclesiam Dei privaret, pia usus arte, nihil urgere dixit, sed hac de re postea suo tempore deliberandum esse: ea scilicet mente, ut incautus Basilius caperetur & Episcopalem ordinem vel invitus acciperet. Ipse vero interim sese occultavit: resque pro voto illi cessit; captus enim Basilius, etsi diu reluctatus, ordinatus tamen est. Hinc querelæ Basilii apud Chrysostomum, & responsiones Chrysostomi, queis totum opus dialogi more constituitur; ibi vero de dignitate & officio Sacerdotum, tam egregie loquitur sanctus Doctor, ut hic liber omnibus semper admirationi fuerit. Isidorus certe Pelusiota Epist. 156. Lib. 1.* Nullum enim, *ait*, nullum, inquam, pectus hujus lectio penetravit, quod non divino amore sauciarit: venerandam quippe rem atque aditu difficilem Sacerdotium esse demonstrat, ejusque rite administrandi rationem docet. Nam Dei arcanorum sapiens ille interpres Joannes, Byzantii Episcopus, atque adeo totius Ecclesiæ oculus, librum illum tam subtiliter & accurate concinnavit, ut omnes tam qui secundum Dei placitum, quam qui negligenter Sacerdotio funguntur, hic tum virtutes tum offensiones suas repræsentatas inveniant. *Suidas vero hunc librum eximium esse dicit*, τῷ τε ὕψει, καὶ τῇ φράσει, καὶ τῇ λειότητι, καὶ τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων, tum sublimitate & dictione, tum lenitate & elegantia verborum.

Sed circa hanc historiam aliquot quæstiones moventur primo: quo, tempore hæc, quæ supra narrata sunt contigerint; deinde quis sit ille Basilius Chrysostomi amicus, & cujus civitatis Episcopus sit ordinatus; demum quo tempore Chrysostomus hosce libros ediderit. Quod spectat ad tempus peractæ rei, certum est, ipso testificante Chrysostomo, id accidisse, cum adhuc ille in forum frequens ventitaret, & scenæ oblectamenta sectaretur; atque adeo ante annum 375. quo cum tardissime in solitudinem se contulit, ubi sex annis severiori disciplinæ sese totum dedit: neque enim post illum secessum, vel forensibus causis operam dedit, vel scenæ spectacula sectatus est umquam. Certum est itidem, ipso sancto Doctore narrante, cum hæc agerentur, jam Chrysostomum & Basilium, magistris & Doctoribus vale dixisse, quorum postremus fuerat Diodorus Tarsensis. Huic vero operam dabant uterque anno circiter 371. unde sequatur ea omnia illo accidisse spatio, quod interfluit annos inter 372. & 375. neque ullo modo posse isthæc vel prius vel postea locari. Adversus hanc tamen Chronologiæ rationem aliquot exsurgunt difficultates: nam si anno 374. vel circiter Chrysostomus ut Episcopus ordinaretur perquisitus est; cum, utpote natus anno 347. vel circiter, anno 374. vigesimum-septimum circiter annum ageret, nondum attigerat ætatem a Synodo Neocæsariensi pro Presbyteris deligendis assignatam, triginta videlicet annorum, quomodo ergo poterat in Episcopum cooptari? Ad hæc vero priusquam Chrysostomus ad Episcopatum perquireretur, mater ejus ipsum alloquens se jam consenuisse, & obitum propediem exspectare dicit: οἱ δὲ γεγηρακότες ἡμεῖς οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὸν θάνατον ἀναμένομεν: *atqui Chrysostomus, ut ipse narrat, ante vigesimum matris annum natus est, unde sequatur ipsam, cum Chrysostomus in Episcopatum perquisitus est, nondum quadragesimum-septimum attigisse annum, & quî poterat illa jam vetula, & per ætatem morti proxima esse? Hæ porro difficultates majores evadent, si in annum 373. vel in 372. hæc perquisitio retrahatur. Verum hæc quantumvis probabilia videantur, ne*

minimam

minimum quidem nos a priore sententia dimoveant: nam eæ, quas modo posuimus, temporis notæ, omnino certæ videntur. Quod autem urgente casu ac necessitate quapiam, viri nondum triginta annos emensi Episcopi antiquitus creati fuerint, non vacat exemplis: etsi illa admodum rara sint. S. Remigius quippe Rhemensis Episcopus creatus est, cum duorum supra viginti annorum esset: & Eleutherius quidam viginti annorum adolescens ab Aniceto Papa Episcopus missus est in Illyricum. Quod spectat autem ad matrem Chrysostomi, quæ sese vetulam & morti proximam dicebat, cum quadraginta septem tantum annorum esset: hæc dicta matris filium compellantis, & ne se deserat hortantis, non sunt ad literam accipienda. Nam, ut alibi non semel monuimus, si ex dictis hujusmodi, quibus senes, extremæ senectutis homines; *vel vicissim*, juvenes, adolescentes, pueri *commemorantur, calculum temporis poneremus, passim chronologiam pessumdare opus esset.*

Jam de Basilio Chrysostomi amico, quis nempe, cujusve civitatis Episcopus fuerit, agendum. Socrates quem multi deinceps sequuti sunt, ait esse Basilium magnum; sed est illud ἀπροσδιόνυσον, ut nemo non videt. Siquidem ille Cæsariensis Episcopus Chrysostomum nostrum ætate longe præcedit, nec ullo modo studiorum ejus socius, nec Antiochiæ ordinatus esse potuit, quid plura dicam, quando palam est labi Socratem? Nec felicius Photius, qui putat esse Basilium Seleuciensem, quem anno 371. vix natum putamus, quandoquidem anno 451. Synodo Chalcedonensi Episcopus interfuit, & anno 458. Imperatori Leoni scripsit. Non audiendi item videntur, qui putant Maximum Chrysostomi amicum, eumdem esse atque Basilium, in his de Sacerdotio libris memoratum: nam quorsum illa nominum tam dissimilium commutatio? Omnibus igitur accurate perpensis verisimile puto Basilium eum esse, qui Synodo Constantinopolitanæ anno 381. Episcopus Raphaneæ subscribit: siquidem tempus apprime quadrat: Raphanea in Syria prope Antiochiam sita erat: commodus sane locus, ut Joannis Chrysostomi frequenti colloquio, imo etiam contubernio frueretur Basilius, quod in fine Dialogi se peroptare dicit.

Restat ut pauca dicamus de tempore, quo hosce libros edidit Chrysostomus: neque enim audiendi sunt ii, qui volunt eodem ipso tempore, quo res peracta est, hæc scripsisse S. Doctorem. Siquidem vel ipsa ordiendi ratio, aliquod elapsum tempus subindicat, & series tota rem meditatam, & in otio adornatam præ se fert. Ait Socrates lib. 6. cap. 3. Chrysostomum, cum Diaconus esset, hos condidisse libros, scilicet ab anno 381. ad annum 386. quo in Presbyterum adlectus est. Palladius vero, secundum interpretationem Latinam Ambrosii Camaldulensis, in secessu & solitudine hæc illum edidisse narrat, scilicet ab anno circiter 375. ad annum 381. quo ex deserto in urbem rediit. Palladium sane incunctanter sequeremur, utpote Chrysostomo æqualem & aliunde fide digniorem, si in Græco textu, quem edidit Emericus Bigotius, eadem ipsa legerentur, sed cum ibi ne γρῦ quidem hac de re compareat, a calculo ferendo supersedemus. Neque enim Ambrosii Camaldulensis lectionem omnino rejiciendam putamus: siquidem ille non hæc somniando commentus videtur: sed illa interpretatus esse, quæ in aliquo exemplari græco legebantur. Ut ut vero sit, nihil de tempore statuemus, donec quidpiam certius emergat.

Interpretationem Germani Brixii, licet aliquam elegantiæ speciem præ se ferret, utpote quæ paraphrasin saperet, neque ita accurate concinnata esset, rejecimus, novamque paravimus.

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS CHRYSOSTOMI DE SACERDOTIO. LIBRI SEX.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ ΠΕΡΙ ΙΕΡΩΣΥΝΗΣ.* ΛΟΓΟΙ ϛʹ.

LIBER PRIMUS.

Hæc insunt Libro primo.

ΛΟΓΟΣ αʹ.

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ αʹ. λόγῳ.

I. Basilius omnibus Chrysostomi amicis antecellit.

1. MIHI quidem amici complures fuere; iique germani & veri, qui amicitiæ leges & probe intelligerent & diligenter observarent. Horum vero complurium unus, qui cæteros omnes amicitia longe superabat, tantum illos retro relinquere studebat, quantum illi reliquos mediocriter erga me affectos. Is ex eorum numero erat, qui lateri meo perpetuo hærerent: etenim iisdem tum disciplinis tum magistris operam dedimus. Unum utriusque erat circa literas studium, una solicitudo: par desiderium iisdem ex rebus natum. Neque enim solum cum ad magistros ventitaremus; sed etiam cum illinc egressos, consilium inire oporteret, quod præstantius vitæ genus nobis capessendum esset, tunc etiam idem consensus apparebat. Erant & alia quæ hanc concordiam firmam inconcussamque servarent. Neque enim ob patriæ amplitudinem alter adversus alterum se efferre poterat: mihi non opes summæ erant, ille extrema premebatur inopia. Imo & facultatum modum propositi paritas æmulabatur: par generis conditio erat, omniaque ad sententiam no-

II. Concordia Basilii & Chrysostomi, & communis circa res omnes disquisitio.

A ΕΜΟΙ πολλοὶ μὲν ἐγένοντο φίλοι, γνήσιοί τε καὶ ἀληθεῖς, [a] καὶ τοὺς τῆς φιλίας νόμους καὶ εἰδότες, καὶ φυλάττοντες ἀκριβῶς· εἷς δέ τις τουτωνὶ τῶν πολλῶν, ἅπαντας αὐτοὺς ὑπερβαλλόμενος τῇ πρὸς ἡμᾶς φιλίᾳ, τοσοῦτον ἐφιλονείκησεν ἀφεῖναι κατόπιν αὐτούς, ὅσον ἐκεῖνοι τοὺς ἁπλῶς πρὸς ἡμᾶς διακειμένους. ἦν δὲ τῶν τὸν ἅπαντά μοι χρόνον παρηκολουθηκότων ἕν· καὶ γὰρ μαθημάτων ἡψάμεθα τῶν αὐτῶν, καὶ διδασκάλοις ἐχρησάμεθα τοῖς αὐτοῖς. ἦν δὲ ἡμῖν καὶ προθυμία καὶ σπουδὴ περὶ τοὺς λόγους, [b] οὓς ἐπονούμεθα, μία· ἐπιθυμία τε ἴση, καὶ ἐκ B τῶν αὐτῶν τικτομένη πραγμάτων. οὐ γὰρ ὅτε εἰς διδασκάλους μόνον ἐφοιτῶμεν, ἀλλὰ καὶ ἡνίκα ἐκεῖθεν ἐξελθόντας βουλεύσασθαι ἐχρῆν, ὁποίαν ἑλέσθαι τοῦ βίου βελτίονα ἡμῖν ὁδόν· καὶ ἐνταῦθα ὁμογνωμονοῦντες ἐφαινόμεθα. καὶ ἕτερα δὲ πρὸς τούτοις ἡμῖν τὴν ὁμόνοιαν ταύτην ἐφύλαττεν ἀρραγῆ καὶ βεβαίαν. οὔτε γὰρ ἐπὶ πατρίδος μεγέθει ἕτερος ἑτέρου μᾶλλον φρονεῖν εἶχεν· οὔτε ἐμοὶ μὲν πλοῦτος ὑπέρογκος ἦν, ἐκεῖνος δὲ ἐσχάτῃ συνέζη πενίᾳ· ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς οὐσίας μέτρον, τὸ τῆς προαιρέσεως ἰσοστάσιον ἐμιμεῖτο. [c] καὶ γένος μὲν ἡμῖν ὁμότιμον ἦν, καὶ πάντα τῇ γνώμῃ

* Libri de Sacerdotio collati sunt cum quatuor Regiis Codicibus, nempe 1819. 1960. 1973. 2294. Colbertinis, 247. 248. 974. 3055. 3061. Coislin. uno 262. & Edit. Savil. & Morel.

a καὶ ante τοὺς τῆς φιλ- legitur in tribus MSS & in Sav. in cæteris deest. Ibid. tres MSS τῇ πρὸς ἡμᾶς φιλίας, in aliis πρὸς ἡμᾶς deest. Paulopost duo MSS & Savil. κατόπιν φέρειν.

b Magna pars MSS. & Savil. in marg. οὓς ἐποιούμεθα; cæteri MSS. & Savil. in textu, οὓς ἐπονούμεθα. Infra aliquot MSS. habent, βίου βελτίω ἡμῖν. Paulopost tres Codices, καὶ ἕτερα ἡμῖν ἐφυλάττετο ἀρραγῆ τε καὶ βέβαια, quæ lectio non spernenda.

c Sic maxima pars Manuscriptorum, melius quam Editi, καὶ γένος δὲ ἡμῖν. Infra καὶ ante οὐκέτι abest a Manuscriptis pene omnibus, licet in Editis legatur. Mox οὗτος desideratur in tribus.

συνέτρεχεν. ἐπεὶ δ' ἔδει τὸν μακάριον, τὸν τῶν μοναχῶν μεταδιώκειν βίον, καὶ τὴν φιλοσοφίαν τὴν ἀληθῆ· οὐκ ἔτι ἡμῖν ὁ ζυγὸς οὗτος ἴσος ἦν, ἀλλ' ἡ μὲν ἐκείνου πλάστιγξ ἐκουφίζετο μετέωρος· ἐγὼ δ' ἔτι ταῖς τοῦ κόσμου πεπεδημένος ἐπιθυμίαις· κατῆλκον τὴν ἐμαυτοῦ, καὶ ἐβιαζόμην κάτω μένειν, νεωτερικαῖς αὐτὴν ἐπιβρίθων φαντασίαις. ἐνταῦθα λοιπὸν ἡ μὲν φιλία βέβαιος [a] ἔμενεν ἡμῖν, καθάπερ καὶ πρότερον· ἡ δὲ συνουσία διεκόπτετο. οὐ γὰρ ἦν τοὺς μὴ περὶ τὰ αὐτὰ σπουδάζοντας, κοινὰς ποιεῖσθαι τὰς διατριβάς. ὡς δέ ποτε καὶ αὐτὸς μικρὸν ἀνέκυψα τοῦ βιωτικοῦ κλύδωνος· δέχεται μὲν ἡμᾶς ἄμφω τὼ χεῖρε [b] προτείνας· τὴν δὲ ἰσότητα οὐδὲ οὕτως ἰσχύσαμεν φυλάξαι τὴν προτέραν. καὶ γὰρ καὶ τῷ χρόνῳ φθάσας ἡμᾶς, καὶ πολλὴν τὴν σφοδρότητα ἐπιδειξάμενος· ἀνωτέρω πάλιν ἡμῶν ἐφέρετο, καὶ εἰς ὕψος ἤρετο μέγα: πλὴν ἀλλ' ἀγαθός τε ὢν, καὶ πολλοῦ τὴν ἡμετέραν τιμώμενος φιλίαν· ἁπάντων ἑαυτὸν ἀποστήσας τῶν ἄλλων, ἡμῖν τὸν ἅπαντα χρόνον συνῆν· ἐπιθυμῶν μὲν τοῦτο καὶ πρότερον· ὅπερ δὲ ἔφην, ὑπὸ τῆς ἡμετέρας κωλυόμενος ῥᾳθυμίας. οὐ γὰρ ἦν τὸν δικαστηρίῳ [c] προσεδρεύοντα, καὶ περὶ τὰς ἐν τῇ σκηνῇ τέρψεις ἐπτοημένον, συγγίνεσθαι πολλάκις τῷ βιβλίοις προσηλωμένῳ, καὶ μηδὲ εἰς ἀγορὰν ἐμβάλλοντι ποτέ. διὰ τοῦτο πρότερον διειργόμενος, [d] ἐπειδή ποτε ἡμᾶς ἔλαβεν εἰς τὴν αὐτὴν τοῦ βίου κατάστασιν· ἀθρόως, ἣν πάλαι ὤδινεν ἐπιθυμίαν, ἀπέτεκε τότε, καὶ οὐδὲ τὸ βραχύτατον τῆς ἡμέρας ἡμᾶς ἀπολιμπάνειν ἠνείχετο μέρος. διετέλει τε παρακαλῶν, ἵνα τὴν οἰκίαν ἀφέντες ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ, κοινὴν ἀμφότεροι τὴν οἴκησιν ἔχωμεν· καὶ ἔπεισέ γε, καὶ τὸ πρᾶγμα ἦν ἐν χερσίν.

Ἀλλά με αἱ συνεχεῖς τῆς μητρὸς ἐπῳδαὶ διεκώλυσαν δοῦναι ταύτην ἐκείνῳ τὴν χάριν, μᾶλλον δὲ λαβεῖν ταύτην παρ' ἐκείνου τὴν δωρεάν. ἐπειδὴ γὰρ ᾔσθετο ταῦτα βουλευόμενον, λαβοῦσά με τῆς δεξιᾶς, εἰσήγαγεν εἰς τὸν ἀποτεταγμένον οἶκον αὐτῇ· καὶ καθίσασα πλησίον ἐπὶ τῆς εὐνῆς, ἧς ἡμᾶς ὤδινεν, πηγάς τε ἠφίει δακρύων, καὶ τῶν δακρύων ἐλεεινότερα προσετίθει τὰ ῥήματα, τοιαῦτα πρὸς ἡμᾶς ἀποδυρομένη. ἐγὼ, παιδίον, φησί, τῆς ἀρετῆς τοῦ πατρὸς τοῦ σοῦ οὐκ ἀφείθην ἀπολαῦσαι ἐπὶ πολύ· τῷ θεῷ τοῦτο δοκοῦν. τὰς γὰρ ὠδῖνας τὰς ἐπὶ σοὶ διαδεξάμενος ὁ θάνατος ἐκείνου, σοὶ μὲν ὀρφανίαν, ἐμοὶ δὲ χηρείαν ἐπέστησεν ἄωρον, καὶ τὰ τῆς χηρείας δεινὰ, ἃ μόναι αἱ παθοῦσαι δύναιντ' ἂν εἰδέναι καλῶς. λόγος γὰρ οὐδεὶς ἂν ἐφίκοιτο τοῦ χειμῶνος ἐκείνου καὶ τοῦ κλύδωνος, ὃν ὑφίσταται κόρη, ἄρτι μὲν τῆς πατρῴας οἰκίας προελθοῦσα, καὶ πραγμάτων ἄπειρος οὖσα· ἐξαίφνης δὲ πένθει τε ἀλέτῳ βαλλομένη, καὶ ἀναγκαζομένη [e] φροντίδος καὶ τῆς ἡλικίας καὶ τῆς φύσεως ἀνέχεσθαι μείζονος. δεῖ γὰρ, οἶμαι, ῥᾳθυμίας τε οἰκετῶν ἐπιστρέφειν, καὶ κακουργίας παρατηρεῖν, συγγενῶν ἀποκρούεσθαι ἐπιβουλὰς, τῶν τὰ δημόσια εἰσπραττόντων τὰς ἐπηρείας, καὶ τὴν ἀπώνειαν ἐν τῇ τῶν εἰσφορῶν καταβολαῖς φέρειν γενναίως. εἰ δὲ καὶ παιδίον καταλιπὼν ὁ τεθνεὼς

[a] Nonnulli habent, ἔμενεν ἐν ἡμῖν.
[b] προτείνας abest a tribus Mss.
[c] Duo Mss. & Savil. in marg. παρεδρεύοντα.

stram concurrebant. Cum autem proximum esset ut beatus ille vir Monachorum vitam veramque philosophiam amplecteretur, jam non par erat statera; sed ejus lanx, ut pote levior, sublimis ferebatur; ego vero mundi cupiditatibus irretitus, lancem meam, juvenilibus onustam cogitationibus deprimebam. Hic demum amicitia quidem firma, ut ante, manebat, sed consuetudo dirimebatur: neque enim una versari poterant qui non iisdem studiis tenerentur. Cæterum ubi & ipse a vitæ hujus fluctibus caput paululum erexi, me ille ambabus apprehendit manibus: at ne sic quidem potuimus æqualitatem pristinam retinere. Etenim cum ille nos tempore antevertisset, ardensque studium exhibuisset, rursus sublimior ferebatur, in altum valde sublatus. Attamen bonus cum esset, amicitiamque nostram magni faceret, a cæterorum omnium contubernio se abducens, nobiscum omni tempore versabatur, quod antea ipsi in voto erat, sed ut dixi, a segnitie nostra prohibitus fuerat. Neque enim poterat is, qui judiciis & foro hærebat, & scenæ oblectamenta sectabatur, cum eo sæpe versari, qui libris deditus, in forum numquam ventitaret. Quamobrem cum antea repulsus, nos ad eamdem vitæ societatem accepisset, quod jam pridem desiderium parturiebat, confestim peperit, ac ne minimam quidem diei partem a nobis abesse patiebatur: sed assidue hortabatur, ut domo uterque sua relicta, commune domicilium incoleremus, quo impetrato, jam res in manibus erat.

3. Statera inæqualis, cum vita Monastica ineunda esset.

4. Propositum communis habitationis utriusque.

Verum assiduæ matris illecebræ obstiterunt, quo minus hanc illi gratiam redderem; imo vero, quo minus id beneficii ab eo acciperem. Enimvero ubi illa odorata est me id consilii inire, dextra apprehensum introduxit me in peculiare sibi domicilium, ac me prope lectum, ubi me enixa fuerat, assidere jusso, emissis lacrymarum fontibus, ipsis lacrymis miserabiliora verba proferebat: his me gemebunda compellans: Ego, inquit, fili, virtute patris tui non multo tempore ita providente numine frui potui. Nam partûs tui dolores excipiens illius obitus, te pupillum, me viduam præmature reliquit, additis viduitatis incommodis, quæ expertis solum probe nota sunt. Nullus enim sermo, illam tempestatem ac procellam exprimere possit, quam puella subit, cum nuper e domo patris emissa, ac negotiorum imperita, repente luctu intolerabili perculsa, solicitudinem ætate ac sexu suo majorem suscipere cogitur. Opus enim est servorum ignaviam emendare, nequitiam observare, cognatorum insidias propulsare: publicanorum molestias, & in vectigalibus exigendis immanitatem fortiter ferre. Quod si is, qui mortem obit, prolem relin-

5. Matris blanditiæ.

[d] Alii, ἐπειδὴ δέ ποτε.
[e] φροντίδα . . . . μείζονα, sic quidam.

A quat; si sit femina, magnam utique matri curam exhibet; sed tamen sumtibus & metu vacantem. At filius sexcentis quotidie timoribus replet, multisque solicitudinibus; mitto enim pecuniarum expensam, quam multam facere cogitur mater, si liberaliter illum educare cupiat. Me tamen horum nullum ad alteras nuptias vel ad alterum in patris tui ædes inducendum sponsum permovit. Sed in procella & turbine mansi, ferreamque viduitatis fornacem non evasi: primo quidem superno fulta subsidio: deinde non modico mihi in calamitatibus solatio erat, quod vultum frequenter tuum aspicerem, ac vivam defuncti imaginem B servarem, quæ illum accurate referret. Quapropter cum adhuc infans esses, necdum loqui valeres, cum maxime pueri parentes oblectare solent, magnæ mihi consolationi fuisti. Neque illud mihi vitio vertere possis, quod licet viduitatem fortiter tulerim, paternas tamen ob viduitatis incommodum tibi minuerim facultates, quod multis in orbitate infeliciter accidisse novi: nam illas tibi integras servavi, licet nihil eorum sumtuum prætermiserim, qui ad liberalem institutionem tuam necessarii erant; idque ex facultatibus meis, exque pecuniis, quas e domo paterna attuleram. Ne vero C putes me tibi exprobrantem hæc dicere: sed pro his omnibus unam postulo gratiam, ne me altera viduitate involvas, neu sopitum jam luctum denuo excites: verum mortem exspectes meam: hinc fortasse brevi emigrandum mihi erit. Nam juvenes quidem ad provectam perduci senectutem sperare possunt; nos autem, qui consenuimus, nihil aliud, quam mortem præstolamur. Cum itaque me terræ tradideris, patrisque ossibus admiscueris, longas suscipito peregrinationes, & quodcumque volueris pelagus trajicito: nemo tunc prohibiturus est. Cæterum donec respiramus, con- D tubernium meum ne respuas, neu in Dei offensionem temere incurras, dum nos, nihil tamen læsus a nobis, tot malis involves. Etenim si conqueri potes, quod te ad mundanas curas pertraham, ac negotiis prospicere tuis cogam, ne leges naturæ, ne educationem, ne consuetudinem, neu aliud quidpiam reverearis, sed nos tamquam insidiatores & inimicos fuge; sin vero nihil non agimus; ut tibi otium paremus ad vitam instituendam, si minus aliud vinculum certe hoc unum te apud nos detineat. Nam etiamsi te a sexcentis aliis amari di- E cas, nullus tibi tantam libertatem procurabit, quandoquidem nemo est, cui existimatio tua æque ac mihi cara sit.

6. Fraus qua in ordinatione usus est Chrysostomus.

Hæc & his plura matris verba erant: quæ cum generoso illi viro renunciarem, ille nedum hujusmodi verbis moveretur, acrius etiam instabat, eadem ipsa, quæ prius, efflagitans. Hæc cum inter nos versaremus, illo frequenter instante, me ab-

A ἀπέλθῃ· θῆλυ μὲν ὄν, πολλὴν καὶ οὕτω παρέξει τῇ μητρὶ τὴν φροντίδα, ὅμως δὲ καὶ ἀναλωμάτων καὶ δέους ἀπηλλαγμένην. Ὁ δὲ υἱὸς μυρίων αὐτὴν φόβων καθ' ἑκάστην ἐμπίπλησι τὴν ἡμέραν, καὶ πλειόνων φροντίδων. Τὸ γὰρ τῶν χρημάτων ἐῶ δαπάνην, ὅσην ὑπομένειν ἀναγκάζεται, ἐλευθερίως αὐτὸν [a] θρέψαι ἐπιθυμοῦσα. Ἀλλ' ὅμως οὐδέν με τούτων ἔπεισε δευτέροις ὁμιλῆσαι γάμοις, οὐδὲ ἕτερον ἐπεισαγαγεῖν νυμφίον τῇ τοῦ πατρὸς οἰκίᾳ τοῦ σοῦ· ἀλλ' ἔμεινον ἐν τῇ ζάλῃ καὶ τῷ θορύβῳ, καὶ τὴν σιδηρᾶν τῆς χηρείας οὐκ ἔφυγον κάμινον· πρῶτον μὲν τῆς ἄνωθεν βοηθουμένη ῥοπῆς. Ἔφερε δέ μοι B παραμυθίαν οὐ μικρὰν τῶν δεινῶν ἐκείνων, καὶ τὸ συνεχῶς [b] τὴν σὴν ὄψιν ὁρᾷν, καὶ εἰκόνα μοι τοῦ τετελευτηκότος φυλάττεσθαι ἔμψυχον, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀπηκριβωμένην καλῶς. Διά τοι τοῦτο καὶ ἔτι νήπιος ὤν, καὶ μηδὲ φθέγγεσθαί πω μαθών, ὅτε μάλιστα τέρπουσι τοὺς τεκόντας οἱ παῖδες, πολλήν μοι παρεῖχες τὴν παράκλησιν. Καὶ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνό γ' ἂν ἔχοις εἰπεῖν καὶ αἰτιάσασθαι, ὅτι τὴν μὲν χηρείαν γενναίως ἤνεγκα, τὴν δὲ οὐσίαν σοι τὴν πατρῴαν ἠλάττωσα, διὰ τὴν τῆς χηρείας ἀνάγκην· ὅπερ πολλοὺς τῶν [c] ὀρφανίᾳ δυστυχησάντων οἶδα παθόντας ἐγώ. Καὶ γὰρ καὶ ταύτην ἀκέραιον ἐφύλαξα C πᾶσαν· καὶ τῶν ὀφειλόντων εἰς τὴν εὐδοκίμησιν δαπανηθῆναι τὴν σὴν, οὐδὲν ἐνέλιπον, ἐκ τῶν ἐμαυτῆς, καὶ ὧν ἦλθον οἴκοθεν ἔχουσα δαπανῶσα χρημάτων. Καὶ μή τοι νομίσῃς ὀνειδίζουσάν με ταῦτα λέγειν νῦν· ἀλλ' ἀντὶ πάντων σε τούτων μίαν αἰτῶ χάριν, μή με δευτέρᾳ χηρείᾳ περιβαλεῖν, μηδὲ τὸ κοιμηθὲν ἤδη πένθος ἀνάψαι πάλιν· ἀλλὰ περίμεινον τὴν ἐμὴν τελευτήν, ἴσως μετὰ μικρὸν ἀπελευσόμεθα χρόνον. Τοὺς μὲν γὰρ νέους ἐλπὶς καὶ εἰς γῆρας ἥξειν μακρόν· οἱ δὲ γεγηρακότες ἡμεῖς οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὸν θάνατον ἀναμένομεν. Ὅταν οὖν με τῇ γῇ παραδῷς, καὶ τοῖς ὀστέοις τοῦ πατρὸς ἀναμίξῃς τοῦ σοῦ, στέλλου μακρὰς ἀποδημίας, καὶ πλέε θάλατταν ἣν ἂν D ἐθέλῃς· τότε ὁ κωλύσων οὐδείς. Ἕως δ' ἂν [d] ἐμπνέωμεν, ἀνάσχου τῆς μεθ' ἡμῶν οἰκήσεως· μὴ δὴ προσκρούσῃς τῷ Θεῷ μάτην καὶ εἰκῆ, τοσούτοις ἡμᾶς περιβάλλων κακοῖς, ἠδικηκότας οὐδέν. Εἰ μὲν γὰρ ἔχεις ἐγκαλεῖν, ὅτι σε εἰς βιωτικὰς περιέλκω φροντίδας, καὶ τῶν πραγμάτων ἀναγκάζω προΐστασθαι τῶν σῶν· μὴ τοὺς τῆς φύσεως νόμους, μὴ τὴν ἀναστροφήν, μὴ τὴν συνήθειαν, μηδὲ ἄλλο μηδὲν [e] αἰδεσθῇς, ἀλλ' ὡς ἐπιβούλους φεῦγε καὶ πολεμίους. Εἰ δὲ ἅπαντα πράττομεν, ὑπὲρ τοῦ πολλήν σοι παρασκευάσαι σχολὴν εἰς τὴν τοῦ βίου τούτου πορείαν· εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον, οὐκ οὖν κατεχέτω σε παρ' ἡμῖν ὁ E δεσμός. Κἂν γὰρ μυρίους σε λέγῃς φιλεῖν, οὐδείς σοι παρέξει τοσαύτης ἀπολαῦσαι ἐλευθερίας· ἐπεὶ μηδὲ ἔστι τις, ὅτῳ μέλει τῆς σῆς εὐδοκιμήσεως ἐξ ἴσης ἐμοί.

Ταῦτα μὲν καὶ τὰ τούτων πλείονα πρὸς ἐμὲ μὲν ἡ μήτηρ, ἐγὼ δὲ πρὸς τὸν γενναῖον ἔλεγον ἐκεῖνον. Ὁ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἐδυσωπεῖτο τοῖς ῥήμασι τούτοις· ἀλλὰ καὶ πλέον ἐνέκειτο, τὰ αὐτὰ ἀπαιτῶν, ἅπερ καὶ πρότερον. Ἐν τούτῳ δὲ ἡμῶν ὄντων· καὶ τοῦ μὲν συνεχῶς ἱκετεύοντος, ἐμοῦ

a Sav. & quidam MSS. ἀναθρέψαι, Morel. & alii θρέψαι.
b Savil. & quidam MSS. εἰς τὴν σήν.
c Savil. & quidam MSS. τὴν ὀρφανίαν, minus recte.
d Savil. & magna pars MSS. ἐμνέωμεν, Morel. & alii, ἐμπνέομεν.
e Savil. & duo MSS. μηδὲν αἰδεσθεὶς, ὡς ἐπιβούλους.

δὲ οὐκ ἐπινεύοντος· ἄφνω τις ἐπιστᾶσα φήμη διετάραξεν ἀμφοτέρους. A ἡ δὲ φήμη ἦν, εἰς [a] τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ἡμᾶς ἀξίωμα μέλλειν προάγεσθαι. ἐγὼ μὲν οὖν, ἅμα τῷ τὸν λόγον ἀκοῦσαι τοῦτον, δέει τε καὶ ἀπορίᾳ συνειχόμην· δέει μὲν, μήποτε καὶ ἄκων ἁλῶ· ἀπορίᾳ δὲ, ζητῶν πολλάκις, πόθεν ἐπῆλθε τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις ἐνθυμηθῆναί τι τοιοῦτο περὶ ἡμῶν. εἰς γὰρ ἐμαυτὸν ἀφορῶν, οὐδὲν εὕρισκον ἔχοντα τῆς τιμῆς ἄξιον ἐκείνης. ὁ δὲ γενναῖος οὗτοσὶ, προσελθών μοι κατ' ἰδίαν, καὶ κοινωσάμενος περὶ τούτων ὡς ἀνηκόῳ γε ὄντι τῆς φήμης· ἐδεῖτο κἀνταῦθα καὶ πράττοντας καὶ βουλευομένους ὀφθῆναι τὰ αὐτὰ, καθάπερ καὶ πρότερον. ἕψεσθαι γὰρ αὐτὸν ἑτοίμως B ἡμῖν, καθ' ὁποτέραν ἂν ἡγώμεθα τῶν ὁδῶν, εἴτε [b] φυγεῖν, εἴτε ἑλέσθαι δέοι. αἰσθόμενος τοίνυν αὐτοῦ τῆς προθυμίας ἐγὼ, καὶ ζημίαν ἡγησάμενος οἴσειν παντὶ τῷ κοινῷ τῆς ἐκκλησίας, εἰ νέου οὕτως ἀγαθοῦ, καὶ πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ἐπιστασίαν ἐπιτηδείου, ἀποστερήσω τὴν τοῦ Χριστοῦ τὴν ἀγέλην, διὰ τὴν ἀσθένειαν τὴν ἐμαυτοῦ· οὐκ ἀπεκάλυψα τὴν γνώμην, ἣν εἶχον περὶ τούτων ἐκείνῳ· καίτοι γε μηδέ ποτε πρότερον ἀνασχόμενος λαθεῖν τι τῶν βουλευμάτων αὐτὸν τῶν ἐμῶν. ἀλλ' εἰπὼν δεῖν τὴν ὑπὲρ τούτων βουλὴν εἰς ἕτερον ἀναβάλλεσθαι καιρόν· οὐ γὰρ νῦν τοῦτο κατεπείγειν· ἔπεισά τε εὐθέως, μηδὲν C ὑπὲρ τούτων φροντίζειν· καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ [illegible] θαρρεῖν, ὡς ὁμογνωμονήσοντος, εἴ ποτε [c] συμβαίνῃ τοιοῦτόν τι παθεῖν. χρόνου δὲ διελθόντος οὐ πολλοῦ, καὶ τοῦ μέλλοντος ἡμᾶς χειροτονήσειν ἐλθόντος, καὶ κρυπτομένου μου· αὐτὸς μηδὲν τούτων εἰδὼς, ἄγεται μὲν ὡς ἐφ' ἑτέρᾳ προφάσει· δέχεται δὲ τὸν ζυγὸν, ἐλπίζων ἐξ ὧν ὑπεσχημένος ἤμην αὐτῷ, καὶ ἡμᾶς πάντως ἕψεσθαι· μᾶλλον δὲ νομίζων ἡμῖν ἀκολουθεῖν. καὶ γάρ τινες τῶν ἐκεῖ παρόντων, ἀσχάλλοντα πρὸς τὴν σύλληψιν ὁρῶντες, ἠπάτησαν βοῶντες· ὡς ἄτοπον εἴη, τὸν μὲν θρασύτερον εἶναι δοκοῦντα παρὰ πᾶσιν, ἐμὲ λέγοντες, μετὰ πολλῆς τῆς D ἐπιεικείας εἶξαι τῇ τῶν πατέρων κρίσει· ἐκεῖνον δὲ, τὸν πολὺ συνετώτερον καὶ ἐπιεικέστερον, θρασύνεσθαι καὶ κενοδοξεῖν, σκιρτῶντα καὶ ἀποπηδῶντα καὶ ἀντιλέγοντα. τούτοις εἴξας τοῖς ῥήμασιν, ἐπειδὴ ἤκουσεν, ὅτι διέφυγον, εἰσελθὼν πρός με μετὰ πολλῆς τῆς κατηφείας, καθέζεται πλησίον μου. καὶ ἐβούλετο μέν τι καὶ εἰπεῖν· ὑπὸ δὲ [d] τῆς ἀπορίας κατεχόμενος, καὶ λόγῳ παραστῆσαι τὴν βίαν, ἣν ὑπέμεινεν, οὐκ ἔχων, ἅμα τῷ χάναι, ἐκωλύετο φθέγγεσθαι ὑπὸ τῆς ἀθυμίας, πρὶν ἢ τοὺς ὀδόντας ὑπερβῆναι, διακοπτούσης τὸν λόγον. ὁρῶν τοίνυν ἐγὼ περιδάκρυν ὄντα, καὶ πολλῆς πεπληρωμένον τῆς ταραχῆς καὶ τὴν E αἰτίαν εἰδώς· ἐγέλων τε ὑπὸ πολλῆς τῆς ἡδονῆς· καὶ τὴν δεξιὰν κατέχων, ἐβιαζόμην [e] καταφιλεῖν· καὶ τὸν θεὸν ἐδόξαζον, ὅτι μοι τὰ τῆς μηχανῆς τέλος εἶχε καλὸν, καὶ οἷον ηὐχόμην ἀεί. ὡς δὲ εἶδε περιχαρῆ τε ὄντα, καὶ φαιδρὸν· καὶ πρότερον ἠπατημένος ὑφ' ἡμῶν ᾔσθετο, καὶ μᾶλλον ἐδάκνετο καὶ ἐδυσχέραινε.

nuente, exortus subito rumor utrumque turbavit, fama enim erat nos ad episcopalem dignitatem promovendos esse. Quibus auditis ego, timore simul & hæsitatione perculsus sum; timore, ne invitus raperer; hæsitatione, cum identidem disquirerem, quo pacto viris illis in mentem venisset de nobis quidquam hujusmodi cogitare. Nam meipsum inspicienti, nihil succurrebat illo dignum honore: generosus autem ille, me seorsim conveniens, cum famam quasi ignoranti aperuisset, rogabat, ut quemadmodum ante, hic etiam factorum consiliorumque consortes videremur: paratum se esse, ad utramvis viam amplecterer, sive fugiendum, sive consentiendum esset, persequendam. Ejus ego animum conspicatus, damnumque ratus me universæ Ecclesiæ illaturum, si tam probo, tam ad multorum præfecturam idoneo juvene gregem Christi ob infirmitatem meam privarem, quod in animo erat non detexi, etsi antea nullum consiliorum meorum ipsi occultassem. Sed cum respondissem ea de re consultationem aliud in tempus rejiciendam esse, neque enim id in præsentia urgere, statim persuasi nihil propterea curandum esse, fiduciamque indidi, me ejusdem sententiæ consortem fore, si quando res hujusmodi contingeret. Haud ita multo elapso tempore, cum is qui nos ordinaturus erat advenisset, ac me ipse occultassem: horum ignarus ille, quasi ad aliud negotium ducitur, jugumque accipit, sperans me, ut promiseram, perinde sequuturum esse: imo potius se, me præeunte, sequuturum. Etenim nonnulli ex iis qui aderant, videntes eum, quod comprehensus esset, ægre ferentem, ei verba dederunt, clamantes, absurdum esse, eum qui omnibus ferocior videbatur, me designantes, cum magna modestia Patrum placito obtemperasse; illum autem multo prudentiorem & moderatiorem, ferocire, vanam gloriam appetere, subsultantem, resilientem, repugnantem. His ille verbis obsequutus, postquam audivit me aufugisse, tristis admodum me adit, assidetque mihi, verba facere cupiens; verum animi angustia detentus, cum eam, quam passus fuerat, vim declarare non posset, in ipso oris hiatu fari prohibebatur, mœrore orationem antequam dentes transiliret, interrumpente. Illum ego intuitus lacrymis perfusum, animoque turbatum, rei causam edoctus, multa cum voluptate in risum prorupi, apprehensamque dexterâ deosculari conatus sum, Deoque gloriam referebam, quod machinamenta mihi recte ac pro voto cessissent. Ille ut me lætum hilaremque vidit, ubi primum se a nobis deceptum esse animadvertit, id longe gravius indigniusque ferebat.

[a] Savil. in textu Morel. & maxima pars MSS. τὸ τῆς ἐπισκοπῆς; Savil. in marg. & quatuor MSS. τὸ τῆς ἱερωσύνης. Mox Savil. & unus παράγεσθαι.

[b] Alii, φυγεῖν, Alii, φεύγειν. Infra non pauci MSS. εἰ νέον οὕτως ἀγαθὸν, ... ἐπιτήδειον, quæ lectio corrupta est. Ibid. Morel. & maxima pars MSS. ἐπίστασιν, Savil. & tres MSS. ἐπιστασίαν, quæ lectio præstare videtur hoc loco.

[c] συμβαίνῃ Morel. συμβαίη Savil. Manuscripti vero pars priorem, pars alteram lectionem habent. Infra αὐτὸς ante μηδὲν deest in quibusdam MSS. & paulopost Morel. ἐκεῖ ἡμᾶς πάντως, alii cum Savil. melius καὶ ἡμᾶς πάντως.

[d] Sic Morel. Savil. & aliquot MSS. Alii vero, τῆς ἐπηρείας. Infra ὑπὸ ante τῆς ἀθυμίας deest in Savil. & Morel. sed habetur in maxima Manuscriptorum parte.

[e] Sic Savil. & quatuor MSS. Alii & Morel. φιλεῖν.

7. Basilii accusatio modesta & simplex.

Porro ab illa perturbatione sedato parumper animo: etsi, inquit, partes nostras respueris, ac nullam jam nostri rationem habeas, nec certe scio qua de causa; oportuit saltem te existimationis tuæ curam habere. Nunc vero omnium ora aperuisti, teque ex inanis gloriæ amore cuncti dicunt hoc ministerium recusasse, nec quisquam est qui te ab hac criminatione eximat. Mihi autem ne in forum quidem ventitare licet: tam multi nempe sunt qui nos conveniunt, ac quotidie incusant. Nam quoties me in quacumque urbis parte vident, seorsim adductum familiares nostri, me in maximam criminis partem vocant. Ejus consilii gnarus, aiunt, nullam enim rerum ad eum pertinentium ignorabas, nihil oportuit dissimulare, sed rem nobiscum communicare, neque defuisset ars, qua illum in retia conjiceremus. Me vero fateri pudet dicere, me id consilium a te jam pridem initum ignorare, ne illi amicitiam nostram fictam esse putent. Nam si ita est, ut vere est, quod ne tu quidem post talia gesta inficiari possis, non e re fuerit externos homines, qui vel mediocrem de nobis opinionem habent, mala celare nostra. Rem itaque ut vere se habet illis aperire vereor, sed tacere cogor, oculosque in terram demittere, atque ab occurrentibus declinare & resilire. Etenim licet prius illud crimen effugiam, restat tamen ut mendacii necessario arguar. Neque enim credent umquam mihi dicenti te Basilium in eorum numero posuisse, quibus arcana scire tua non licet. Verum hæc non multum curo, quando ita tibi jucunda fuere; at reliquum dedecus, qui ferre possimus? Nam alii te arrogantiæ, alii vanæ gloriæ accusant; qui autem reis minus parcere volunt, & hæc utraque improperant, & præterea adjiciunt eam, quam iis qui nos honore affecerunt intulimus, contumeliam, quos etiam dicunt hæc jure passos esse, imo graviora promeruisse; utpote qui tot tantisque relictis viris, pueros heri ac nudiustertius in sæcularibus curis volutatos, ut ad breve tempus supercilia contraherent, pullas vestes inducerent, vultusque tristitiam simularent, derepente ad tantum honorem adduxerint, quantum ne in somnis quidem assequi speravissent. Atque ii quidem, aiunt, qui a prima ætate ad extremam usque senectutem, ascesim, sive exercitationem sectati sunt, in subditorum numero sunt; imperant autem illis ipsorum filii, qui ne leges quidem noverunt, huic exercendo magistratui positas. Hæc & plura loquentes frequenter instant. Ego vero quid ad hæc respondeam ignoro: tu, quæso, mihi suppeditato. Neque enim puto temere te & sine causa fugisse, tantamque suscepisse adversus adeo præstantes viros inimicitiam; sed ponderatis rebus ad id venisse, unde & tibi paratam defensionem adesse arbitror. Dic ergo, num justam habeas excusationem,

A Καί ποτε μικρὸν ἀπ' ἐκείνου καταστὰς τοῦ θορύβου [a] τῆς ψυχῆς· ἀλλ' εἰ καὶ τὸ ἡμέτερον, φησὶ, μέρος διέπτυσας, καὶ λόγον ἡμῶν ἔχεις οὐδένα λοιπόν· ὡς ἔγωγε οὐκ οἶδα ἀνθ' ὅτου· τῆς γοῦν ὑπολήψεως ἔδει σε φροντίσαι τῆς σῆς. νῦν δὲ τὰ πάντων ἠνέῳξας στόματα, καὶ δόξης σε ἐρῶντα κενῆς, τὴν λειτουργίαν ταύτην παρῃτῆσθαι λέγουσιν ἅπαντες· ὁ δὲ ἐξαιρησόμενός σε τῆς κατηγορίας ταύτης, οὐκ ἔστιν· ἐμοὶ δὲ οὐδὲ εἰς ἀγορὰν ἐμβαλεῖν ἀνεκτόν· τοσοῦτοι οἱ προσιόντες ἡμῖν, καὶ καθ' ἑκάστην ἐγκαλοῦντες τὴν ἡμέραν. ὅταν γὰρ ἴδωσι [b] φανέντα που τῆς πόλεως, λαβόντες κατὰ μόνας ὅσοι πρὸς ἡμᾶς οἰκείως
B ἔχουσι, τῷ πλείονί με τῆς κατηγορίας ὑποβάλλουσι μέρει· εἰδότα γὰρ αὐτοῦ τὴν γνώμην φασίν· οὐδὲ γὰρ ἄν σε ἔλαθέ τι τῶν ἐκείνου· οὐκ ἔδει ἀποκρύψασθαι, ἀλλ' ἡμῖν ἀνακοινώσασθαι ἐχρῆν, καὶ πάντως οὐκ ἂν ἠπορήσαμεν πρὸς τὴν ἄγραν μηχανῆς. ἐγὼ δὲ, ὅτι μέν σε οὐκ ᾔδειν ἐκ πολλοῦ ταῦτα βουλευόμενον, αἰσχύνομαι καὶ ἐρυθριῶ πρὸς ἐκείνους εἰπεῖν, μήποτε καὶ ὑπόκρισιν τὴν ἡμετέραν εἶναι νομίσωσι φιλίαν. εἰ γὰρ καὶ ἔστιν, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν, καὶ οὐδὲ ἂν αὐτὸς ἀρνηθείης, ἐξ ὧν εἰς ἡμᾶς ἔπραξας νῦν· ἀλλὰ τοὺς ἔξωθεν καὶ μετρίαν γοῦν περὶ ἡμῶν ἔχοντας δόξαν, καλὸν τὰ ἡμέτερα κρύπτειν κακά. εἰπεῖν μὲν οὖν πρὸς αὐτοὺς τἀληθὲς, καὶ ὡς ἔχει τὰ καθ'
C ἡμᾶς, ὀκνῶ· ἀναγκάζομαι δὲ λοιπὸν σιωπᾶν, καὶ κύπτειν εἰς γῆν, καὶ τοὺς ἀπαντῶντας ἐκτρέπεσθαι, καὶ ἀποπηδᾶν. κἂν γὰρ τὴν προτέραν ἐκφύγω κατάγνωσιν, ψεύδους ἀνάγκη με κρίνεσθαι λοιπόν. οὐδὲ γὰρ ἐθελήσουσί μοι πιστεῦσαί ποτε, ὅτι καὶ Βασίλειον μετὰ τῶν ἄλλων ἔταξας, οἷς οὐ θέμις εἰδέναι τὰ σά. ἀλλὰ τούτων μὲν οὐ πολύς μοι λόγος· ἐπειδή σοι τοῦτο γέγονεν ἡδύ. [c] τὴν δὲ λοιπὴν πῶς οἰσόμεθα αἰσχύνην; οἱ μὲν γὰρ ἀπονοίας, οἱ δὲ φιλοδοξίας σε γράφονται. ὅσοι δέ εἰσιν ἀφειδέστεροι τῶν αἰτιωμένων, ταῦτά τε ἡμῖν ἀμφότερα ἐγκαλοῦσιν ὁμοῦ, καὶ προστιθέασι τὴν εἰς τοὺς τετιμηκότας ὕβριν, δίκαια
D πεπονθέναι λέγοντες αὐτοὺς, καὶ εἰ μείζονα τούτων ἀπαθέντες ἔτυχον παρ' ἡμῶν· ὅτι τοσούτους καὶ τηλικούτους ἀφέντες ἄνδρας, μειράκια χθὲς καὶ πρώην ἐπὶ ταῖς τοῦ βίου μερίμναις ἐγκαλινδούμενα ἵνα χρόνον βραχὺν τὰς ὀφρῦς συναγάγωσι, καὶ φαιὰ περιβάλωνται, καὶ κατήφειαν ὑποκρίνωνται, ἐξαίφνης εἰς τοσαύτην ἤγαγον τιμὴν, ὅσην οὐδὲ ὄναρ λήψεσθαι προσεδόκησαν. καὶ οἱ μὲν ἐκ πρώτης ἡλικίας εἰς ἔσχατον γῆρας τὴν ἑαυτῶν ἐκτείναντες ἄσκησιν, ἐν τοῖς ἀρχομένοις εἰσίν· ἄρχουσι δὲ αὐτῶν οἱ παῖδες αὐτῶν, καὶ μηδὲ τοὺς νόμους ἀκη-
E κοότες [d] καθ' οὓς ταύτην δεῖ διοικεῖν τὴν ἀρχήν. ταῦτα καὶ πλείονα τούτων λέγοντες συνεχῶς ἡμῖν ἐπιφύονται. ἐγὼ δὲ ὅ τι μὲν ἀπολογήσομαι πρὸς ταῦτα, οὐκ ἔχω. δέομαι δέ σου φράσαι μοι· οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῆ ταύτην οἶμαί σε φυγεῖν τὴν φυγὴν, καὶ πρὸς ἄνδρας οὕτω μεγάλους τοσαύτην ἀναδέξασθαι τὴν ἔχθραν· ἀλλὰ μετά τινος λογισμοῦ καὶ σκέψεως ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν, ὅθεν καὶ λόγον ἕτοιμον εἶναί σοι πρὸς ἀπολογίαν στοχάζομαι. εἰπὲ οὖν εἴ τινα πρόφασιν δικαίαν πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας

[a] Duo Mss. τῆς ψυχῆς, ἔφη· ἀλλ'. Infra quidam Mss. ἠνέῳξας melius quam Ed. & alii Codd. qui habent ἀνέῳξας.
[b] Duo Mss. φανέντα τῆς ἡμέρας μέρος τῆς πόλεως.

[c] Quatuor Mss. τῶν δὲ λοιπῶν, quæ lectio non spernenda.
[d] Quidam Mss. καθ' οὓς δεῖ ταύτην αὐτοὺς διοικεῖν τὴν ἀρχήν.

A di inæquabilitatem animum generose præparare decet, iisque parcere qui per ignorantiam illud agunt, eos autem, qui per invidiam, ut miseros infelicesque deplorare, a neutroque horum quidpiam putare a sua vi dicendi esse detractum. Neque enim si optimus pictor, qui omnes in hac arte præcellat, per quam diligenter a se depictam imaginem, ab imperitis derideri videat, ideo debet animo concidere, nec imperitorum judicio picturam parvi ducere; quemadmodum neque picturam quæ nihili sit, ex imperitorum admiratione magni facere. B Nam optimus artifex, ipse suorum opificiorum judex esto, & pulcra fœdave illa existimet, cum mens eadem, quæ illa edidit, hunc calculum feret: aliorum autem opinionem erroneam & artis imperitam, ne quidem in mente reponat. Ne itaque is qui doctrinæ laborem suscepit, aliorum laudes attendat, neque his deficientibus animum despondeat. Verum sermonem suum ad Dei placitum concinnans; (hæc enim ejus norma, hic terminus artificii debet esse, non plausus vel laudes;) si quidem ab hominibus etiam laudetur, laudes C ne rejiciat; sin laudes ab auditoribus non referat, ne quærat illas, nec ideo doleat. Laborum quippe solatium illud satis erit, omniumque maximum, si conscius sibi fuerit, se ad Dei placitum doctrinam concinnasse suam. Nam si contingat eum laudis cupidine abripi, nihil juvabunt ingentes illi labores, nihil dicendi facultas. Animus enim, qui stultas multorum reprehensiones ferre nequit, dissolvitur, ac dicendi studium abjicit. Quamobrem hac primum disciplina imbui par est, nempe contemnendas esse laudes. Neque enim satis est di-D cendi vi præditum esse ad eam facultatem conservandam, nisi hoc etiam adsit. Quod si quis eum accurate examinare velit, qui facultate ista caret, comperiet non minus illum, quam hunc laudum contemtu egere; nam si a popularis auræ cupidine vinci se patiatur, multis in rebus necessario delinquet. Cum enim eo pervenire nequeat, ut dicendi laude florentibus æqualis sit; ipsis tum insidiari, tum invidere, tum crimen offerre, tum alias turpiter injurias in-E ferre non dubitabit; sed nihil non audebit, etiamsi animam perdere opus sit, ut ejus gloriam in suæ tenuitatis conditionem deducat. Ad hæc, a sudoribus laboribusque abstinebit, ceu quadam torpedine ejus animo circumfusa. Nam multum laborantem modicam referre laudem, id sane in altum somnum conjiciat & vertat eum, qui laudes contemnere nequit. Quandoquidem & agricola, cum in sterili agro laborat, & petrosa arare cogitur, cito absistit ab opere, nisi magna laborandi alacritas & famis timor urgeat. Etenim si ii quibus magna inest dicendi facultas, tanta exercitatione opus

7. Sermones omnes eo tantum, ut Deo placeant, dirigendos esse.

8. Qui non sit laudum contemtor, ei multa gravia accidere.

[a] Alii, ἐπαινεῖται, alii, ἐπαινῶν. Infra alii, αὐτὰ τῶν ἀκουόντων μήτε ζητείτω.

[b] Alii, λεπτόγαιον.

habent ut illam conservent; qui nihil omnino collegit, sed ipso certaminis tempore meditari cogitur, quantam difficultatem, quantum tumultum, quantam perturbationem patietur, ut multo labore tantillum quidpiam congregare possit? Si quis vero inferioris dignitatis & ordinis, hac in parte plus, quam ille, clarescere possit, divino quodam hîc opus est animo, ut ne livore capiatur, neu in mœrorem decidat. Nam ab inferioribus superari eum, qui majoris sit dignitatis, illudque fortiter ferre, non exigui, nec nostri, sed adamantini fuerit animi. Ac si quidem is, qui præcellit, probus admodumque modestus fuerit; malum utcumque tolerari potest; sin audax, arrogans & vanæ gloriæ cupidus, mors illi quotidie optanda est, ita nempe ipsi vitam amaram reddet; dum palam antecellit, clam irridet, ac quotidie quidpiam ex ejus autoritate divellit, omniaque ipse esse cupit. Maximumque in his omnibus præsidium habet, libertatem in dicendo, & multitudinis in se studium, subditorumque omnium erga se amorem. An ignoras quantum animis Christianorum concionum desiderium; atque eos qui illam exercent artem, non apud exteros modo, sed etiam apud domesticos fidei in honore haberi? Quis igitur tantum dedecus ferat, cum nempe ipso loquente taceant omnes, & molestiam sibi inferri putent, orationisque finem quasi a laboribus requiem exspectent; altero autem prolixius orante, alacriter auscultent, ac finem dicendi faciente, ægre ferant, tacere volente indignentur? Hæc licet nunc parva tibi videantur ac despicabilia, utpote inexperto: tamen satis sunt ut & animi studium exstinguant, mentisque vim enervent, nisi quis humanis omnibus se morbis eximens, perinde atque incorporeæ potestates affectus esse studeat, quæ nec invidia, neque gloriæ amore, neque alio quopiam simili morbo rapiuntur. Si quis igitur hominum talis est, ut possit hanc captu difficilem, inexpugnabilem & indomitam feram, popularem scilicet auram, conculcare, ac multiplicia illius capita præcidere, imo ne nasci quidem sinere, is facile poterit permultos illos insultus depellere, ac tranquillo quodam portu frui. At si ab illa liber non fuerit, sane multiplex bellum, frequentem tumultum, animi mœstitiam, cæterarumque ægritudinum turbam, contra animam ipse suam præparabit. Quorsum attinet reliquas enumerare difficultates, quas nec docere, neque ediscere quisquam possit, nisi in rebus ipsis fuerit?

A τῆς κτήσεως φυλακήν· ὁ μηδὲν ὅλως συναγαγὼν, ἀλλ' ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἀναγκαζόμενος μελετᾷν, πόσην ὑποστήσεται τὴν δυσχέρειαν, πόσον θόρυβον, πόσην ταραχὴν, ἵνα πολλῷ τῷ μόχθῳ μικρόν τι συναγαγεῖν δυνηθῇ; ἐὰν δέ τις καὶ τῶν [a] μετ' αὐτὸν τεταγμένων, καὶ τὴν ἐλάττω τάξιν λαχόντων, ἐν τῷ μέρει τούτῳ μᾶλλον ἐκείνου διαφανῆναι δυνηθῇ· θείας τινὸς δεῖ ψυχῆς ἐνταῦθα, ὥστε μὴ ἁλῶναι βασκανίᾳ, μηδὲ ὑπὸ ἀθυμίας καταπεσεῖν. τὸ γὰρ ὑπὸ τῶν ἐλαττόνων παρευημερεῖσθαι αὐτὸν ἐν ἀξιώματι καθεστῶτα μείζονι, καὶ φέρειν γενναίως· οὐ τῆς τυχούσης, οὐδὲ τῆς ἡμετέρας, ἀλλά τινος ἀδαμαντίνης ἂν εἴη ψυχῆς. B κἂν μὲν ἐπιεικὴς ᾖ, καὶ μέτριος ἄγαν, ὁ παρευδοκιμῶν· φορητὸν ὁπωσοῦν γίνεται τὸ πάθος· ἂν δὲ καὶ θρασὺς, καὶ ἀλαζὼν, καὶ φιλόδοξος· θάνατον ἐκείνῳ καθ' ἑκάστην εὐκτέον ἡμέραν, οὕτως αὐτῷ πικρὰν καταστήσει τὴν ζωὴν, [b] ὑπερβαίνων φανερῶς, καταμωκώμενος λάθρα, τῆς ἐξουσίας πολλὰ παραιρῶν τῆς ἐκείνου, πάντα αὐτὸς εἶναι βουλόμενος. μεγίστην δὲ ἐν ἅπασι τούτοις τὴν ἀσφάλειαν, τὴν ἐν τῷ λέγειν κέκτηται παρρησίαν, καὶ τὴν τοῦ πλήθους περὶ αὐτὸν σπουδὴν, καὶ τὸ φιλεῖσθαι παρὰ τῶν ἀρχομένων ἁπάντων. ἢ οὐκ οἶδας, ὅσος ταῖς τῶν Χριστιανῶν ψυχαῖς λόγων ἔρως εἰσεκώμασε νῦν; καὶ ὅτι μάλιστα πάντων οἱ τούτους ἀσκοῦντες ἐν τιμῇ, οὐ παρὰ τοῖς ἔξωθεν μόνον, C ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς τῆς πίστεως οἰκείοις; πῶς οὖν ἄν τις ἐνέγκοι τοσαύτην αἰσχύνην, ὅτ' ἂν αὐτοῦ μὲν φθεγγομένου πάντες σιγῶσι, καὶ [c] διενοχλεῖσθαι νομίζωσι, καὶ τοῦ λόγου τὸ τέλος, ὥσπερ τινὰ πόνων ἀνάπαυσιν, περιμένωσι; θατέρου δὲ καὶ μακρὰ λέγοντος μετὰ μακροθυμίας ἀκούωσι, καὶ παύσεσθαι μέλλοντος, δυσχεραίνωσι· καὶ σιγᾷν βουλομένου, παροξύνωνται. ταῦτα γὰρ εἰ καὶ μικρά σοι δοκεῖ νῦν εἶναι, καὶ εὐκαταφρόνητα, διὰ τὸ [d] ἀπείρατον· ἀλλ' ἱκανά γε ἐστὶ προθυμίαν σβέσαι, καὶ ψυχῆς παραλῦσαι δύναμιν, ἢν μὴ πάντων τις ἑαυτὸν τῶν ἀνθρωπίνων ἀνασπάσας παθῶν, ὁμοίως ταῖς ἀσωμάτοις μελετήσῃ διακεῖσθαι δυνάμεσιν, D αἳ μήτε φθόνῳ, μήτε δόξης ἔρωτι, μήτε ἑτέρῳ τινὶ τοιούτῳ θηρῶνται νοσήματι. εἰ μὲν οὖν τίς ἐστιν ἀνθρώπων τοιοῦτος, ὡς δύνασθαι τὸ δυσθήρατον τοῦτο καὶ ἀκαταγώνιστον καὶ ἀνήμερον θηρίον, τὴν τῶν πολλῶν δόξαν, καταπατεῖν, καὶ τὰς πολλὰς αὐτῆς [e] ἐκτεμεῖν κεφαλὰς, μᾶλλον δὲ μηδὲ φῦναι τὴν ἀρχὴν συγχωρεῖν· δυνήσεται εὐκόλως καὶ τὰς πολλὰς ταύτας ἀποκρούεσθαι προσβολὰς, καὶ [f] εὐδίου τινὸς ἀπολαύειν λιμένος. ταύτης δὲ οὐκ ἀπηλλαγμένος, πόλεμόν τινα πολυειδῆ, καὶ θόρυβον συνεχῆ, καὶ ἀθυμίας, καὶ τῶν λοιπῶν παθῶν τὸν ὄχλον [g] κατασκευάζει τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς. E τί δεῖ τὰς λοιπὰς καταλέγειν δυσκολίας, ἃς οὔτε εἰπεῖν οὔτε μαθεῖν δυνήσεταί τις, μὴ ἐπὶ τῶν πραγμάτων γενόμενος αὐτῶν;

a Alii, μετ' αὐτοῖ, alii, μετ' αὐτοῦ.
b Alii, ἐπιβαίνων.
c Plurimi MSS. διοχλεῖσθαι.
d Alii, ἀπείρατον.

e Alii, ἐκτέμνειν.
f Aliquot MSS. εὐδιεινοῦ.
g Savil. & alii MSS. κατασκεδάζει. Morel & aliquot MSS. κατασκευάζει; & ibid. alii, τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ, alii, τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς.

ΠΕΡΙ ΙΕΡΩΣΥΝΗΣ

ΛΟΓΟΣ ς'.

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ ς'. λόγῳ.

A Καὶ τὰ μὲν ἐνταῦθα τοιαῦτα, οἷά περ ἤκουσας. τὰ δὲ ἐκεῖ πῶς οἴσομεν, ὅταν καθ' ἕκαστον τῶν πιστευθέντων ἀναγκαζώμεθα τὰς εὐθύνας ὑπέχειν; οὐ γὰρ μέχρις αἰσχύνης ἡ ζημία, ἀλλὰ καὶ αἰώνιος ἐκδέχεται κόλασις. τὸ γὰρ, πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπείκετε· ὅτι αὐτοὶ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες· εἰ καὶ πρότερον εἶπον, ἀλλ' οὐδὲ νῦν σιωπήσομαι. ὁ γὰρ φόβος ταύτης τῆς ἀπειλῆς συνεχῶς κατασείει μου τὴν ψυχήν. εἰ γὰρ τῷ μόνον ἕνα σκανδαλίζοντι καὶ ἐλάχιστον συμφέρει ἵνα μύλος ὀνικὸς κρεμασθῇ εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ εἰς τὴν θάλατταν· καὶ [a] πάντες οἱ τὴν συνείδησιν τῶν ἀδελφῶν τύπτοντες, εἰς αὐτὸν ἁμαρτάνουσι τὸν Χριστόν· B οἱ μὴ μόνον ἕνα, καὶ δύο καὶ τρεῖς, ἀλλὰ πλήθη τοσαῦτα ἀπολλύντες, τί ποτε ἄρα πείσονται; καὶ ποίαν δώσουσι δίκην; οὐδὲ γὰρ ἀπειρίαν ἔστιν αἰτιάσασθαι, οὐδὲ εἰς ἄγνοιαν καταφυγεῖν, οὐδὲ ἀνάγκην προβαλέσθαι καὶ βίαν· ἀλλὰ θᾶττον ἄν τις τῶν ἀρχομένων, εἴ γε ἐνῆν, ἐν ταῖς οἰκείαις ἁμαρτίαις ἐχρήσατο ταύτῃ τῇ καταφυγῇ, ἢ ἐν ταῖς ἑτέρων οἱ προεστῶτες. τί δή ποτε; ὅτι ὁ ταχθεὶς τὰς τῶν ἄλλων ἀγνοίας ἐπανορθοῦν, καὶ τὸν διαβολικὸν πόλεμον προμηνύειν ἐρχόμενον· οὐ δυνήσεται προβαλέσθαι τὴν ἄγνοιαν, C οὐδὲ εἰπεῖν· οὐκ ἤκουσα τῆς σάλπιγγος, οὐ προῄδειν τὸν πόλεμον. ἐπὶ τούτῳ γὰρ ἐκάθισεν, ὡς ὁ Ἰεζεκιὴλ φησιν, ἵνα καὶ τοῖς ἄλλοις σαλπίζῃ, καὶ προμηνύῃ τὰ μέλλοντα δυσχερῆ. καὶ διὰ τοῦτο ἀπαραίτητος ἡ κόλασις, κἂν εἷς ὢν

[a] Aliquot MSS. καὶ πάντες ὅσοι τὴν συνείδησιν τῶν ἀδελφῶν τύπτουσι. Paulo post Savil. & aliquot MSS. ἕνα μηδὲ δύο, μηδὲ τρεῖς.

DE SACERDOTIO

LIBER SEXTUS.

Hæc insunt Libro sexto.

Res quidem hujus mundi tales sunt, quales audisti: illius autem vitæ (futuræ) res quomodo feremus, cum de singulis nobis commissis hominibus rationem reddere cogemur? Non enim in pudore sistit damnum, sed æternum exspectatur supplicium. Illud enim, *Obedite præpositis vestris, & subjacete eis; quia ipsi vigilant pro animabus vestris, ut rationem reddituri*, etiamsi prius dixeram, tamen ne nunc quidem tacebo. Nam tantæ comminationis metus frequenter animum concutit meum: si enim ei, qui vel minimum unum scandalizaverit, expedit ut mola asinaria suspendatur in collo ejus, & demergatur in mare; & omnes qui conscientiam fratrum suorum percutiunt, in ipsum Christum peccant; qui non unum modo, vel duos vel tres, sed tantam multitudinem perdunt, quid passuri sunt? & quas pœnas daturi? Neque enim imperitia in causam afferenda est, neque ad ignorantiam confugiendum, neque necessitas aut vis obtendi potest; sed potius subditus, si quidem liceret, hoc in propriis peccatis effugio uti posset, quam in aliorum delictis antistites. Quare? Quia is, qui ad hoc deputatus est, ut aliorum ignorantiam emendet, & diabolicum bellum instans prænunciet, nequit ignorantiam obtendere, nec dicere, Non audivi tubam, bellum non prævidi. Ad hoc quippe sedebat, ut Ezechiel ait, ut aliis tuba caneret, & futuras ærumnas prænunciaret. Ideoque supplicium nulla excusatione vitari potest,

1. Pœnas dare Sacerdotes etiam pro populi delictis.

Heb.13.17.

Matth. 18, 6.

1.Cor.8.12.

Ezech 33.3.

etiamsi unus tantum periisset. Nam si accedente framea, populo non tubâ cecinerit, ait, nec speculator signum dederit, adveniensque framea animam invaserit; ipsa quidem propter iniquitatem suam capta est, sanguinem vero ejus de manu speculatoris requiram. Desine ergo nos in tam inevitabile judicium impellere, neque enim de ducendo exercitu, neque de regno sermonem habemus, sed de negotio, quod angelica virtute opus habeat. Etenim solaribus radiis puriorem esse oportet Sacerdotis animam, nequando Spiritus sanctus illum desertum relinquat; ut possit dicere: *Vivo autem, jam non ego: vivit vero in me Christus.* Nam si ii, qui eremum incolunt, & urbe & foro & tumultibus procul, semper portu & tranquillo cælo fruentes, nolunt tamen ejusmodi vitæ instituto confidere; verum sexcentas alias custodias adhibent, undique se circummunientes, & cum magna accuratione omnia & dicere & facere satagentes, ut cum fiducia & puritate sincera, quantum humanæ vires patiuntur, accedere ad Deum possint; quanta putas oportere Sacerdotem uti vi atque violentia, ut possit animam ab omni inquinamento eripere, & spiritualem pulcritudinem illæsam servare? Etenim multo majore, quam illi, eget puritate: ac qui majore indiget, ille pluribus necessitatibus subjacet, quæ possint illum inquinare, nisi assidua vigilantia, multaque animi attentione usus, inaccessum illis animum reddat suum. Nam & oris venustas, & motuum mollities, & incessûs affectata ratio, & vocis confractio, oculorum & malarum stigmata, cincinnorum compositiones, capillitii tinctura, vestium sumtuositas, auri varius ornatus, gemmarum pulcritudo, unguentorum fragrantia, aliaque omnia, quæ muliebre genus affectare solet; animum turbare possunt, nisi temperantiæ austeritate se munierit. Sed ab iis turbari mirum non est; at per res iis contrarias posse diabolum humanas animas confodere, id sane stupore & dubitatione plenum. Jam enim nonnulli, qui hæc venabula effugerant, a longe diversis capti sunt: Etenim neglecta facies, squallida coma, sordida vestis, habitus incompositus, morum verborumque simplicitas, incessus non affectatus, vox inconcinna, victus paupertas, contemtus ac præsidii penuria, itemque solitudo, spectatorem primum ad misericordiam, deinde in extremam perniciem pertraxerunt. Multique ex prioribus elapsi retibus, nempe aureis ornatibus, unguentis, vestimentis cæterisque supra memoratis, in hæc, adeo ab illis diversa, ceciderunt, plerumque. Cum ergo per paupertatem, & divitias; per ornatum & habitus neglectum; per compositos mores & incompositos, atque uno verbo per omnia alia supra enumerata, bellum in spectantis animo accenditur, & machinamenta illum undique

2. Major perfectio in Episcopo, quam in Monachis requiritur.

Galat. 2. 20.

3. Faciliorem esse vitæ rationem Monachorum, quam Præsulum.

A ὁ ἀπολωλὼς τύχῃ. ἐὰν γὰρ τῆς ῥομφαίας ἐρχομένης, μὴ σαλπίσῃ τῷ λαῷ, μηδὲ σημάνῃ, φησὶν, ὁ σκοπὸς, καὶ ἐλθοῦσα ἡ ῥομφαία λάβῃ ψυχήν· αὐτὴ μὲν διὰ τὴν ἀνομίαν αὐτῆς ἐλήφθη, τὸ δὲ αἷμα αὐτῆς ἐκ χειρὸς τοῦ σκοποῦ ἐκζητήσω. παῦσαι τοίνυν ἡμᾶς ὠθῶν εἰς οὕτως ἄφυκτον δίκην. οὐ γὰρ ὑπὲρ στρατηγίας, οὐδὲ ὑπὲρ βασιλείας ἡμῖν ὁ λόγος, ἀλλ' ὑπὲρ πράγματος ἀγγελικῆς ἀρετῆς δεομένου. καὶ γὰρ τῶν ἀκτίνων αὐτῶν καθαρωτέραν τοῦ ἱερέως τὴν ψυχὴν εἶναι δεῖ· ἵνα μηδέ ποτε ἔρημον αὐτὸν [a] καταλιμπάνῃ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα δύνηται λέγειν, ζῶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. εἰ γὰρ οἱ τὴν ἔρημον B οἰκοῦντες, καὶ πόλεως καὶ ἀγορᾶς καὶ τῶν ἐκεῖθεν ἀπηλλαγμένοι θορύβων, καὶ διαπαντὸς λιμένων καὶ γαλήνης ἀπολαύοντες, [b] οὐκ ἐθέλουσι θαῤῥεῖν τῇ τῆς διαίτης ἐκείνης ἀσφαλείᾳ· ἀλλὰ μυρίας ἑτέρας προστιθέασι φυλακὰς, πάντοθεν ἑαυτοὺς περιφράττοντες, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας καὶ λέγειν ἅπαντα καὶ πράττειν σπουδάζοντες, ἵνα μετὰ παῤῥησίας καὶ καθαρότητος εἰλικρινοῦς, ὅσον εἰς ἀνθρωπείαν ἧκε δύναμιν, προσιέναι τῷ θεῷ δύνωνται· πόσης οἴει δεῖν τῷ ἱερωμένῳ καὶ δυνάμεως καὶ βίας, ὥστε δυνηθῆναι παντὸς ἐξαρπάσαι μολυσμοῦ τὴν ψυχὴν, καὶ ἀσινὲς τὸ πνευματικὸν [c] τηρῆσαι κάλλος; καὶ γὰρ πολλῷ μείζονος αὐ- C τῷ δεῖ καθαρότητος, ἢ ἐκείνοις. καὶ ᾧ μείζονος δεῖ, τούτῳ πλείοσιν ἀνάγκαις ἐκείνων ὑπόκειται, ταῖς δυναμέναις αὐτὸν ῥυποῦν, ἂν μὴ τῇ διηνεκεῖ νήψει, καὶ τῷ πολλῷ τόνῳ χρησάμενος, ἄβατον αὐταῖς ἐργάζηται τὴν ψυχήν. καὶ γὰρ προσώπων εὐμορφία, καὶ κινημάτων διάθρυψις, καὶ βαδίσεως ἐπιτήδευσις, καὶ φωνῆς διάκλασις, καὶ ὀφθαλμῶν ὑπογραφαὶ, [d] παρειῶν ἐπιγραφαὶ, καὶ πλεγμάτων συνθέσεις, καὶ τριχῶν βαφαὶ, καὶ ἱματίων πολυτέλεια, καὶ χρυσίων ποικιλία, καὶ λίθων κάλλος, καὶ μύρων εὐοδμία, τἄλλα πάντα, ἃ τὸ γυναικεῖον ἐπιτηδεύει γένος, ἱκανὰ θορυβῆσαι ψυχὴν, ἂν μὴ πολλῇ τῇ τῆς σωφροσύνης αὐστηρότητι ἀπεσκληκυῖα D τύχῃ. ἀλλὰ τὸ μὲν ὑπὸ τούτων ταράττεσθαι, θαυμαστὸν οὐδέν· τὸ δὲ καὶ διὰ τῶν τούτοις ἐναντίων δύνασθαι βάλλειν τὸν διάβολον καὶ κατατοξεύειν τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς· τοῦτό ἐστι τὸ πολλῆς ἐκπλήξεως καὶ ἀπορίας μεστόν. ἤδη γάρ τινες ταῦτα ἐκφυγόντες τὰ θήρατρα, τοῖς πολὺ τούτων ἀφεστηκόσιν ἑάλωσαν. καὶ γὰρ καὶ ἠμελημένη ὄψις, καὶ αὐχμῶσα κόμη, καὶ ῥυπῶσα στολὴ, καὶ σχῆμα ἀνεπίπλαστον, καὶ ἦθος ἁπλοῦν, καὶ ῥῆμα ἀφελὲς, καὶ βάδισις ἀνεπιτήδευτος, καὶ ἀσχημάτιστος φωνὴ, καὶ τὸ πενίᾳ συζῆν, καὶ τὸ καταφρονεῖσθαι, καὶ τὸ ἀπροστάτευτον, καὶ ἡ μόνωσις, πρότερον μὲν εἰς ἔλεον τὸν ὁρῶντα, ἀπ' ἐκεί- E νου δὲ εἰς τὸν ἔσχατον ἤγαγεν ὄλεθρον. καὶ πολλοὶ τὰ πρότερα ἐκφυγόντες δίκτυα, τὰ διὰ τῶν χρυσίων, καὶ τῶν μύρων, καὶ τῶν ἱματίων, καὶ τῶν λοιπῶν ὧν εἶπον συγκείμενα τούτοις, τοῖς τοσοῦτον αὐτῶν ἀφεστηκόσιν, εὐκόλως ἐνέπεσον καὶ ἀπώλοντο. ὅτ' ἂν οὖν καὶ διὰ πενίας καὶ διὰ πλούτου, καὶ διὰ καλλωπισμοῦ, καὶ διὰ σχήματος εἰκῆ κειμένου, καὶ διὰ τρόπων τῶν τε ἐπιτηδευτῶν καὶ τῶν ἀπλάστων, καὶ διὰ πάντων ἁπλῶς, ὧν ἀπηριθμησάμην, ὁ πόλεμος ἀναῤῥιπίζηται τῇ τοῦ θεωμένου ψυχῇ, καὶ τὰ μηχανήματα αὐ-

a Alii, ἐγκαταλιμπάνῃ.
b Alii, οὐκ ἀξιοῦσι θαῤῥεῖν.
c Alii, συντηρῆσαι.

d Savil. & aliquot MSS. καὶ παρειῶν ἐντρίμματα, καὶ πλεγμάτων, alii, καὶ παρειῶν ἐπιγραφαὶ καὶ πλεγ- Paulopost alii, χρυσίων εὐπρέπεια καὶ λίθων. Ibid. alii, μύρων εὐωδμία, alii, εὐωδία.

τὴν περιοχὴν πανταχόθεν· πόθεν ἀναπνεῦσαι δυνήσεται, τοσούτων κύκλῳ περικειμένων παγίδων; ποίαν καταδύσιν εὑρεῖν, οὐ λέγω πρὸς τὸ μὴ κατὰ κράτος ἁλῶναι· τοῦτο μὲν γὰρ οὐ πάνυ χαλεπόν· ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ ἀτάραχον τῶν μιαρῶν λογισμῶν τὴν ἑαυτοῦ φυλάξαι ψυχήν; Ἐῶ παρίημι τὰς τιμὰς, τὰς τῶν μυρίων αἰτίας κακῶν. αἱ μὲν γὰρ παρὰ τῶν γυναικῶν γινόμεναι, τῷ τῆς σωφροσύνης [a] λυμαίνονται τόνῳ· καὶ καταβάλλουσι δὲ πολλάκις, ὅταν τις μὴ διαπαντὸς ἀγρυπνεῖν εἰδῇ πρὸς τὰς τοιαύτας ἐπιβουλάς· τὰς δὲ παρὰ τῶν ἀνδρῶν εἰ μὴ μετὰ πολλῆς τις δέξηται τῆς μεγαλοψυχίας, δύο τοῖς ἐναντίοις ἁλίσκεται πάθεσι, τῇ τε τῆς θωπείας δουλοπρεπείᾳ, καὶ τῇ τῆς [b] ἀλαζονείας ἀνοίᾳ· τοῖς μὲν θεραπεύουσιν αὐτὸν ὑποκύπτειν ἀναγκαζόμενος· διὰ δὲ τὰς παρ' ἐκείνων τιμὰς, κατὰ τῶν ἐλαττόνων ἐξογκούμενος, καὶ εἰς τὸ τῆς ἀπονοίας ὠθούμενος βάραθρον. Ταῦτα εἴρηται μὲν παρ' ἡμῶν· ὅσην δὲ ἔχει τὴν βλάβην οὐκ ἄν τις ἄνευ τῆς πείρας μάθοι καλῶς. οὐ γὰρ δὴ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τούτων πολλῷ πλείονα καὶ σφαλερώτερα, [c] τῷ ἐν μέσῳ στρεφομένῳ συμπίπτειν, ἀνάγκη γένοιτ' ἄν. ὁ δὲ τὴν ἐρημίαν στέργων, πάντων μὲν ἔχει τὴν ἀτέλειαν· εἰ δέ ποτε αὐτῷ καὶ λογισμὸς ἄτοπος ὑπογράψειέ τι τοιοῦτον· ἀλλ' ἀσθενὴς ἡ φαντασία, καὶ ταχέως σβεσθῆναι δυναμένη, διὰ τὸ μὴ προσκεῖσθαι ἔξωθεν τὴν ἀπὸ τῆς θεωρίας ὕλην τῇ φλογί. καὶ ὁ μὲν μοναχὸς ὑπὲρ ἑαυτοῦ μόνου δέδοικεν· εἰ δὲ καὶ ἑτέρων φροντίζειν ἀναγκασθείη, ἀλλ' εὐαριθμήτων λίαν. εἰ δὲ καὶ πλείονες εἶεν· ἀλλὰ τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐλάττους τέ εἰσι, καὶ τὰς ὑπὲρ ἑαυτῶν φροντίδας πολλῷ κουφοτέρας παρέχουσι [d] τῷ προεστάτῃ· οὐ διὰ τὴν ὀλιγότητα μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ πάντες τῶν κοσμικῶν εἰσιν ἀπηλλαγμένοι πραγμάτων· καὶ οὔτε παῖδας, οὔτε γυναῖκα, οὔτε ἄλλο τι μεριμνᾷν ἔχουσι τοιοῦτο. τοῦτο δὲ αὐτοὺς λίαν τε εἶναι εὐπειθεῖς τοῖς ἡγουμένοις, καὶ τὸ κοινὴν τὴν οἴκησιν ἔχειν ἐποίησεν, ὡς δύνασθαι αὐτῶν τὰ πταίσματα ἀκριβῶς συνορᾷν τε καὶ ἐπανορθοῦν, ὅπερ οὐ μικρὸν πρὸς ἀρετῆς ἐπίδοσιν, ἐπιστασία [e] διδασκάλων διηνεκής.

Τῶν δὲ ὑπὸ τῷ ἱερεῖ τεταγμένων τὸ πλέον βιωτικαῖς πεπέδηται φροντίσι, καὶ τοῦτο αὐτοὺς ἀργοτέρους πρὸς τὴν τῶν πνευματικῶν ἐργασίαν καθίστησιν. ὅθεν ἀνάγκη τῷ διδασκάλῳ σπείρειν καθ' ἑκάστην, ὡς εἰπεῖν, ἡμέραν, ἵνα τῇ γοῦν [f] συνεχείᾳ δυνηθῇ κρατηθῆναι παρὰ τοῖς ἀκούουσι τῆς διδασκαλίας ὁ λόγος. καὶ γὰρ πλοῦτος ὑπέρογκος, καὶ δυναστείας μέγεθος, καὶ ῥαθυμία ἀπὸ τρυφῆς προσγινομένη, καὶ πολλὰ ἕτερα πρὸς τούτοις, συμπνίγει τὰ καταβαλλόμενα σπέρματα. πολλάκις δὲ ἡ τῶν ἀκανθῶν πυκνότης, οὐδὲ μέχρι τῆς ἐπιφανείας ἀφίησι τὸ σπειρόμενον πεσεῖν. ἤδη δὲ καὶ θλίψεως ὑπερβολὴ, καὶ πενίας ἀνάγκη, καὶ ἐπήρειαι συνεχεῖς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα τοῖς προτέροις ἐναντία, ἀπάγει τῆς περὶ τὰ θεῖα σπουδῆς· τῶν δὲ ἁμαρτημάτων οὐδὲ τὸ πολλοστὸν αὐτοῖς μέρος δυνατὸν γενέσθαι καταφανές. πῶς γὰρ, ὧν τοὺς πλείονας οὐδὲ ἐκ προσ-

circumsistant, undenam respirare poterit tot illi circumpositis laqueis? Quas inveniat latebras, non dico, ne vi capiatur, id quippe non admodum difficile est; sed ut animum suum a fœdis cogitationibus imperturbatum custodiat? Mitto honores, innumerorum causas malorum. Etenim qui a mulieribus deferuntur, temperantiæ assiduitate enervantur; attamen ii sæpe dejiciunt eum, qui contra tales insidias perpetuo vigilare nescit. Honores autem a viris delatos, nisi quis magna cum animi constantia exceperit, a duobus contrariis morbis corripitur, a servitute scilicet quæ ex adulatione nascitur, & ab arrogantiæ insania, dum adulatoribus suis se subjicere cogitur, & ex honoribus per eos delatis adversus tenuiores inflatur, & in amentiæ barathrum dejicitur. Hæc quidem a nobis dicta sunt: quam vero damnosa sint, nonnisi expertus probe discere potest. Neque enim hæc tantum, sed longe his plura & & periculosiora in medio versanti accidere necesse fuerit. Qui vero solitudinem colit, horum omnium immunitatem consequitur: si quando absurda cogitatio, quid simile ipsi repræsentaverit, imbecilla tamen est phantasia, quæ cito possit exstingui, quia nulla extrinsecus flammæ materia ex oculorum aspectu suppeditatur. Ac Monachus quidem sibi soli timet; si vero de aliis quandoque curare cogatur, certe paucissimi illi sunt; sin plures fuerint, at multo minores numero, quam ii qui in Ecclesiis versantur, atque ii multo leviorem præfecto suo solicitudinem exhibent, non ob paucitatem tantum, sed quoniam omnes a sæcularibus rebus vacui degunt, nec liberos, nec uxorem, neque ullam hujuscemodi curam susceperunt. Id porro illos admodum præfectis morigeros efficit, & quod communi domicilio utantur, facile possunt eorum delicta & cognosci & emendari, quod non modicum confert ad virtutis incrementum, cum scilicet magister perpetuam gerat solicitudinem.

Eorum vero, qui Sacerdoti subsunt, maxima pars sæcularibus curis sunt addicti, quod illos ad spiritualia opera peragenda segniores reddit. Unde & doctorem necesse est singulis, ut ita dicam, diebus sementem jacere, ut assiduitate illa possit doctrinæ verbum ab auditoribus retineri. Etenim divitiæ ingentes, potentiæ magnitudo, segnities ex voluptate nata, multaque alia, jactum semen suffocant. Sæpe vero spinarum frequentia, ne ad superficiem quidem terræ semen cadere sinit. Hinc vero ærumnarum magnitudo, vis paupertatis, molestiæ assiduæ, aliaque hujusmodi, prioribus contraria, a divinorum studio abducunt. Peccatorum autem ne tantilla quidem pars potest in eorum notitiam venire. Quomodo enim, cum maximam eorum partem ne de facie quidem

4. Sacerdotem orbi terrarum esse præpositum.

a Unus, λυμαίνεται τόνῳ ἢ καταβάλλει.
b Alii, ἀλαζονείας ἀπονοίᾳ.
c Savil. & alii, τοῖς ἐν μέσῳ στρεφομένοις. Mox alii, ἔρημον.

d Sav. & alii, τῷ προεστῶτι. Mor. & quidam MSS. τῷ προστάτῃ.
e Alii, διδασκάλου.
f Sav. & plurimi MSS. συνεχείᾳ, Morel. & pauci, συνηθείᾳ.

norit? Ac quæ ad populum quidem spectant his sunt perplexa difficultatibus. Quod si quis ea, quæ ad Deum pertinent, exploraverit; priora nihil prorsus esse videbuntur, ita majorem hæc diligentioremque curam postulant. Nam qui pro tota civitate, & quid dico civitate? imo pro universa terra oratorem agit, Deoque supplicans, ut omnium peccatis sit propitius non virorum tantum, sed etiam eorum qui obierunt, qualem, quæso, oportet esse? Equidem neque Moysis neque Heliæ fiduciam, ad hujusmodi supplicationem sufficere posse putaverim: etenim ac si mundus totus sibi concreditus sit, ac si omnium pater ipse sit, sic ad Deum accedit, rogans omnia mundi bella exstingui, tumultus sedari, pacem, prosperitatem, omnium singulis imminentium, qua privatim, qua publice malorum celerem depulsionem. Oportet autem illum singulos, pro quibus precatur, adeo in omnibus antecellere, ut præfectus subditis præcellere debet. Cum autem Spiritum sanctum invocaverit, & horrendum illud sacrificium obtulerit, & communem omnium Dominum assidue tractaverit, quo illum, quæso, in ordine constituemus? Quamnam ab illo puritatem, quam pietatem exigemus? Cogita quales oporteat esse manus illas, qualem eam linguam, quæ illa verba effundat, quâ denique non puriorem sanctioremque illam animam, quæ tantum Spiritum suscipiat? Tunc Angeli Sacerdoti adsunt, totusque cælestium virtutum ordo clamat, ac vicinus altari locus, in illius, qui ibidem jacet honorem, iis repletus est: idque vel ex iis, quæ tunc peraguntur, credibile est. Ego vero aliquem olim narrantem audivi, quemdam senem, virum admirabilem, ac revelationibus assuetum, dixisse, visione hujusmodi se quodam tempore dignum habitum fuisse, scilicet multitudinem Angelorum derepente vidisse, quantum ejus facultas ferebat, splendidis vestibus indutorum, & altare circumdantium, inclinato capite; ac si quis milites præsente Imperatore stantes videret: quod & ipse mihi persuadeo. Alius item narravit mihi, non ab alio edoctus, sed cum ipse vidisset & audisset, scilicet eos qui ex hac vita migraturi sunt, si mysteriis pura conscientia participaverint, animam efflaturos, ab Angelis satellitum more ipsos, ob illud quod acceperunt, stipantibus illuc abduci. Tu vero nondum exhorrescis, hujusmodi animam in tam sacrum mysterium introducens, & sordidis indutum vestibus in Sacerdotum dignitatem illum promovens, quem a reliquo convivarum choro Christus expulit. Animam quippe Sacerdotis, instar lucis totum orbem illustrantis splendere oportet. Nostra autem anima, ob pravam conscientiam tantas habet circumfusas tenebras, ut semper se abdat, nec possit umquam cum fiducia Dominum suum obtueri. Sacerdotes sal sunt mundi: nostram

Preces pro defunctis.

Invocatio Spiritus sancti in oblatione sacrificii.

Math. 22. 13.

a Alii, ἁπανταχοῦ.
b Aliquot MSS. ἅπαν τὸ βῆμα καὶ ὁ περὶ.

A ὄψεως ἴσασι; καὶ τὰ μὲν πρὸς τὸν λαὸν αὐτῷ τοσαύτην ἔχει τὴν ἀμηχανίαν. εἰ δέ τις τὰ πρὸς τὸν θεὸν ἐξετάσειεν, οὐδὲν ὄντα εὑρήσει ταῦτα, οὕτω μείζονος καὶ ἀκριβεστέρας ἐκεῖνα δεῖται τῆς σπουδῆς. τὸν γὰρ ὑπὲρ ὅλης τῆς πόλεως· καὶ τί λέγω πόλεως; πάσης μὲν οὖν τῆς οἰκουμένης πρεσβεύοντα, καὶ δεόμενον ταῖς ἁπάντων ἁμαρτίαις ἵλεων γενέσθαι τὸν θεὸν, οὐ τῶν ζώντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπελθόντων, ὁποῖόν τινα εἶναι χρή; ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ τὴν Μωσέως καὶ τὴν Ἠλίου παῤῥησίαν, οὐδέπω πρὸς τὴν τοσαύτην ἱκετηρίαν ἀρκεῖν ἡγοῦμαι. ὥσπερ γὰρ τὸν ἅπαντα κόσμον πεπιστευμένος, καὶ αὐτὸς ὢν ἁπάντων πατὴρ, οὕτω προσέρχεται τῷ θεῷ· δεόμενος B τοὺς [a] πανταχοῦ πολέμους σβεσθῆναι, λυθῆναι τὰς ταραχὰς, εἰρήνην, εὐετηρίαν, πάντων τῶν ἑκάστῳ κακῶν ἐπικειμένων, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, ταχεῖαν αἰτῶν ἀπαλλαγήν. δεῖ δὲ πάντων αὐτὸν, ὑπὲρ ὧν δεῖται, τοσοῦτο διαφέρειν ἐν ἅπασιν, ὅσον τὸν προεστῶτα τῶν προστατευομένων εἰκός. ὅταν δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καλῇ, καὶ τὴν φρικωδεστάτην ἐπιτελῇ θυσίαν, καὶ τοῦ κοινοῦ πάντων συνεχῶς ἐφάπτηται δεσπότου· ποῦ τάξομεν αὐτὸν, εἰπέ μοι; πόσην δὲ αὐτὸν ἀπαιτήσομεν καθαρότητα, καὶ πόσην εὐλάβειαν; ἐννόησον γὰρ ὁποίας τὰς ταῦτα διακονουμένας χεῖρας εἶναι χρή, C ὁποίαν τὴν γλῶτταν τὴν ἐκεῖνα προχέουσαν τὰ ῥήματα· τίνος δὲ οὐ καθαρωτέραν καὶ ἁγιωτέραν, τὴν τοσοῦτον πνεῦμα ὑποδεξαμένην ψυχήν; τότε καὶ ἄγγελοι παρεστήκασι τῷ ἱερεῖ, καὶ οὐρανίων δυνάμεων [b] ἅπαν τὸ τάγμα βοᾷ· καὶ ὁ περὶ τὸ θυσιαστήριον πληροῦται τόπος εἰς τιμὴν τοῦ κειμένου. καὶ τοῦτο ἱκανὸν μὲν καὶ ἐξ αὐτῶν πιστώσασθαι [c] τῶν ἐπιτελουμένων τότε. ἐγὼ δὲ καί τινος ἤκουσα διηγουμένου ποτὲ, ὅτι αὐτῷ τις πρεσβύτης, θαυμαστὸς ἀνὴρ, καὶ ἀποκαλύψεις ὁρᾷν εἰωθὼς, ἔλεγεν ὄψεως ἠξιῶσθαι τοιαύτης ποτὲ, καὶ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἄφνω πλῆθος ἀγγέλων ἰδεῖν, ὡς αὐτῷ δυνατὸν ἦν, στολὰς ἀνα- D βεβλημένων λαμπρὰς, καὶ τὸ θυσιαστήριον κυκλούντων, καὶ κάτω νευόντων, ὡς ἂν εἴ τις στρατιώτας παρόντος βασιλέως ἑστηκότας ἴδοι. καὶ ἔγωγε πείθομαι. καὶ ἕτερος δέ τις ἐμοὶ διηγήσατο, οὐ παρ' ἑτέρου μαθὼν, ἀλλ' αὐτὸς ἰδεῖν ἀξιωθεὶς καὶ ἀκοῦσαι, ὅτι τοὺς μέλλοντας ἐντεῦθεν ἀπαίρειν, ἂν τύχωσι τῶν μυστηρίων μετασχόντες ἐν καθαρᾷ συνειδήσει, ὅτ' ἂν ἀποπνεῖν μέλλωσι, δορυφοροῦντες αὐτοὺς, δι' ἐκεῖνο τὸ ληφθὲν, ἀπάγουσιν ἐντεῦθεν ἄγγελοι. σὺ δὲ οὔπω φρίττεις, εἰς οὕτως ἱερὰν τελετὴν, τοιαύτην εἰσάγων ψυχὴν, καὶ τὸν τὰ ῥυπαρὰ ἐνδεδυμένον E ἱμάτια εἰς τὸ τῶν ἱερέων ἀναφέρων ἀξίωμα, ὃν καὶ τοῦ λοιποῦ τῶν δαιτυμόνων χοροῦ ἐξώσεν ὁ Χριστός; φωτὸς γὰρ δίκην τὴν οἰκουμένην καταυγάζοντος, λάμπειν δεῖ τοῦ ἱερέως τὴν ψυχήν. ἡ δὲ ἡμετέρα τοσοῦτον ἔχει περικείμενον αὐτῇ σκότος ἐκ τῆς πονηρᾶς συνειδήσεως, ὡς ἀεὶ καταδύεσθαι καὶ μηδέποτε δύνασθαι μετὰ παῤῥησίας εἰς τὸν αὐτῆς ἀτενίσαι δεσπότην. οἱ ἱερεῖς τῆς γῆς εἰσιν ἅλες· τὴν δὲ ἡμε-

c Savil. & alii, τῶν ἐπιτελουμένων. Alius, τῶν τελουμένων. Morel. τῶν ἐκτελουμένων.

τέραν

πέραν ἄνοιαν, καὶ τὴν ἐν ἅπασιν ἀπειρίαν, τίς ἂν ἐνέγκοι ῥᾳδίως, πλὴν ὑμῶν τῶν καθ' ὑπερβολὴν ἡμᾶς ἀγαπᾷν [a] εἰθισμένων; οὐ γὰρ μόνον καθαρὸν οὕτως, ὡς τηλικαύτης ἠξιωμένον διακονίας, ἀλλὰ καὶ λίαν συνετὸν, καὶ πολλῶν ἔμπειρον εἶναι δεῖ· καὶ πάντα μὲν εἰδέναι τὰ βιωτικὰ, τῶν ἐν μέσῳ στρεφομένων οὐχ ἧττον· πάντων δὲ ἀπηλλάχθαι μᾶλλον τῶν τὰ ὄρη κατειληφότων μοναχῶν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνδράσιν αὐτὸν ὁμιλεῖν ἀνάγκη, καὶ γυναῖκας ἔχουσι, καὶ παῖδας τρέφουσι, καὶ θεράποντας κεκτημένοις, καὶ πλοῦτον περιβεβλημένοις πολὺν, καὶ δημόσια πράττουσι, καὶ ἐν δυναστείαις οὖσι· ποικίλον αὐτὸν εἶναι δεῖ. Ποικίλον δὲ λέγω, οὐχ ὕπουλον, οὐ κόλακα, οὐχ ὑποκριτήν· ἀλλὰ πολλῆς μὲν ἐλευθερίας καὶ παῤῥησίας ἀνάμεστον, εἰδότα δὲ καὶ συγκατιέναι χρησίμως, ὅταν ἡ τῶν πραγμάτων ὑπόθεσις τοῦτο ἀπαιτῇ· καὶ χρηστὸν εἶναι ὁμοῦ καὶ αὐστηρόν. Οὐ γάρ ἐστιν ἑνὶ τρόπῳ [b] χρῆσθαι τοῖς ἀρχομένοις ἅπασιν· ἐπεὶ μηδὲ ἰατρῶν παισὶν, ἑνὶ νόμῳ τοῖς κάμνουσι προσφέρεσθαι καλόν· μηδὲ κυβερνήτῃ, μίαν ὁδὸν εἰδέναι τῆς πρὸς τὰ πνεύματα μάχης. Καὶ γὰρ καὶ ταύτην τὴν ναῦν συνεχεῖς περιστοιχίζονται χειμῶνες. Οἱ δὲ χειμῶνες οὗτοι οὐκ ἔξωθεν προσβάλλουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔνδοθεν τίκτονται· καὶ πολλῆς χρεία καὶ συγκαταβάσεως καὶ ἀκριβείας.

Πάντα δὲ ταῦτα τὰ διάφορα εἰς ἓν τέλος ὁρᾷ, τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν, τὴν τῆς Ἐκκλησίας οἰκοδομήν. Μέγας ὁ τῶν μοναχῶν ἀγὼν, καὶ πολὺς ὁ μόχθος. Ἀλλ' εἴ τις τῇ καλῶς διοικουμένῃ ἱερωσύνῃ τοὺς ἐκεῖθεν ἱδρῶτας παραβάλοι· τοσοῦτον εὑρήσει τὸ διάφορον, ὅσον ἰδιώτου καὶ βασιλέως τὸ μέσον. Ἐκεῖ μὲν γὰρ εἰ καὶ πολὺς ὁ πόνος, ἀλλὰ κοινὸν τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος τὸ ἀγώνισμα· μᾶλλον δὲ τὸ πλέον τῇ τοῦ σώματος κατορθοῦται κατασκευῇ· κἂν μὴ τοῦτο ἰσχυρὸν ᾖ, μένει καθ' ἑαυτὴν ἡ προθυμία, οὐκ ἔχουσα εἰς ἔργον ἐξελθεῖν. Καὶ γὰρ καὶ [c] νηστεία σύντονος, καὶ χαμευνία, καὶ ἀγρυπνία, καὶ ἀλουσία, καὶ ὁ πολὺς ἱδρὼς, καὶ τὰ λοιπὰ, ὅσα πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἐπιτηδεύουσι ταλαιπωρίαν, πάντα οἴχεται, τοῦ κολάζεσθαι μέλλοντος οὐκ ὄντος ἰσχυροῦ. Ἐνταῦθα δὲ καθαρὰ τῆς ψυχῆς ἡ τέχνη, καὶ οὐδὲν τῆς τοῦ σώματος εὐεξίας προσδεῖται, ὥστε δεῖξαι τὴν αὐτῆς ἀρετήν. Τί γὰρ ἡμῖν ἡ τοῦ σώματος ἰσχὺς συμβάλλεται πρὸς τὸ μήτε αὐθάδεις εἶναι, μήτε ὀργίλους, μήτε προπετεῖς· ἀλλὰ νηφαλίους, καὶ σώφρονας, καὶ κοσμίους, καὶ τἄλλα πάντα, δι' ὧν ἡμῖν ὁ μακάριος Παῦλος τοῦ ἀρίστου ἱερέως [d] ἀνεπλήρωσεν εἰκόνα; Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦ μονάζοντος ἀρετῆς ἔχοι τις ἂν τοῦτο εἰπεῖν· ἀλλὰ καθάπερ τοῖς μὲν θαυματοποιοῖς, ὀργάνων δεῖ πολλῶν, καὶ τροχῶν καὶ σχοινίων καὶ μαχαιρῶν· ὁ δὲ φιλόσοφος ἅπασαν ἐν τῇ ψυχῇ κειμένην ἔχει τὴν τέχνην, τῶν ἔξωθεν [e] οὐ δεόμενος· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα. Ὁ μὲν γὰρ μοναχὸς καὶ τῆς σωματικῆς εὐπαθείας προσδεῖται, καὶ τόπων πρὸς τὴν

a Alii, εἰωθότων.
b Alii, χρήσασθαι. Ibidem quidam MSS. ἐν μιᾷ τρόπῳ τοῖς κάμνουσι, alii, ἕνα μόνον φάρμακον τοῖς κάμνουσι.

A vero insipientiam, & in omnibus imperitiam, quis facile tulerit, nisi vos qui nos ultra modum amare consuevistis? Neque enim purum dumtaxat esse oportet, utpote qui tanto ministerio dignatus sit; sed etiam prudentem & rerum peritum multarum: multa quoque sæcularia nosse debet, non minus, quam ii qui in medio rerum versantur, omnibusque tamen exutum magis, quam Monachi, qui montes occuparunt. Nam cum necesse sit eum cum viris versari, qui & uxores habent, & liberos alunt, & servos possident, qui B divitiis circumfluunt, res publicas agunt, & in magistratibus versantur, multiformem illum esse par est. Multiformem dico, non subdolum, non adulatorem, non hypocritam; sed multa libertate ac fiducia plenum, qui sese utiliter attemperare sciat, cum id negotiorum conditio postulat: mansuetum item & austerum. Non enim uno uti oportet modo erga subditos omnes, quandoquidem nec medicis una erga ægrotos omnes lege uti convenit; neque gubernatori, unam tantum cum ventis pugnandi artem callere: etenim hanc C quoque navem assiduæ tempestates jactant undique. Hujusmodi autem procellæ non extrinsecus tantum adoriuntur, sed etiam intrinsecus nascuntur, multaque opus est tum attemperatione, tum diligentia.

Hæc porro omnia, diversa licet, finem respiciunt unum, nempe Dei gloriam, atque Ecclesiæ ædificationem. Magnum est Monachorum certamen, eorumque labor multus: sed si quis probe administratum sacerdotium cum illorum laboribus conferat, tantum reperiet discrimen, quantum est inter idiotam & regem interval- D lum. Illic enim etiamsi multus adsit labor, at communis animæ corporisque concertatio; imo potius ex corporis exercitatione magna laboris pars perficitur; ac si illud robustum non fuerit, sola & otiosa manet alacritas animi, cum non possit in opus exire; siquidem assiduum jejunium, humi cubatio, vigiliæ, balnei privatio, sudor ingens, cæteraque omnia ad corpus macerandum idonea, statim de medio tolluntur, cum id quod castigandum erat robore careat: hic vero sola puraque ars animi requiritur, neque corporis habitudine est opus, ut animi virtus exhibeatur. Quid enim nobis E confert corporis robur, ut ne arrogantes simus, neque iracundi, neque petulantes; sed vigilantes, temperantes, ornati, cæterisque omnibus præditi quibus beatus Paulus optimi Sacerdotis imaginem nobis depinxit. Verum id de Monachi virtute dici nequit: sed quemadmodum iis, qui res stupendas exhibent, instrumentis multis est opus, itemque rotis, funiculis & gladiis; philosophus vero totam in mente artem reconditam habet, externisque rebus non indiget; ita & hoc loco se res habet. Nam Monachus quidem corporis incolumitate opus habet, itemque locis ad vitam hanc

5. Sacerdotem ad omnia aptum esse debere.

1. Tim. 3. 2.

c Alii, νηστεῖαι &c. in plurali.
d Alii, ἀπετύπωσεν εἰκόνα.
e Alii, οὐδὲν δεόμενος.

instituendam idoneis; ut neque nimis ab hominum consortio remotus, tamen solitudinis quietem nanciscatur; insuperque temperatis anni tempestatibus non careat: nihil quippe sic intolerabile ei, qui jejuniis maceratur, quam aëris intemperies. Non loquor hic de vestium & victus apparatu, quem ut sibi Monachi suppeditent, magnopere laborant, suis ipsi manibus omnia conferre studentes. Sacerdos autem nullius eorum in usum suum opus habebit; utpote qui non peculiarem sibi, sed communem vitam ducat, in iis rebus quæ damnum non afferant; totamque scientiam in animæ thesauris reconditam habeat. Quod si quis vitam illam admiretur, qua quis intra seipsum manens, hominum consortium aversatur, ego quoque illud sapientiæ specimen esse fatear: non tamen idoneum argumentum virtutis animi. Nam qui in portu ad gubernacula sedet, nondum idoneum artis suæ periculum fecit: cum vero qui in medio pelago, sæviente tempestate, navem eripere potuit, nemo est quin gubernatorem optimum dicat. Proinde nec Monachus admodum laudandus, quod apud se vivens, neque turbetur, neque in multa magnaque peccata labatur; neque enim adsunt quæ animum lacessant & incitent. Sed si quis sese in turbas conjecerit, & multorum ferre peccata coactus, immotus firmusque manserit, in tempestate quasi tranquillo tempore animum gubernans suum, hic apud omnes plausu & admiratione dignus, idoneum quippe virtutis suæ experimentum dedit. Ne itaque mireris, si forum, multorumque consortium fugientes, accusatores multos non habeamus: neque enim si dormiens non peccarem, aut non colluctans non caderem, aut non pugnans non ferirer, ideo mirari oporteret. Quis, quæso, quis improbitatem meam revelare poterit? an tectum, an ædes? at ne vocem quidem emittere possint. An mater potius, cui res omnes meæ notæ sunt? At ne cum illa quidem mihi consortium est, neque inter nos ulla umquam rixa suborta est: quod etiamsi accidisset, nulla mater sic amoris & affectus erga prolem expers fuerit, ut quem parturivit, peperit, educavit, nulla impellente causa, nulloque cogente, accuset atque criminetur apud omnes. Nam si quis alioquin hanc animam nostram diligenter explorare voluerit, mala multa reperiet, ipseque non ignoras, qui maxime omnium nos laudibus apud universos efferre soles. Quod autem non modestiæ causa sic loquar, recordare quoties tibi dixerim, cum idem sermo sæpe inter nos incideret, si optio mihi daretur, ubinam magis splendescere vellem, in Ecclesiæne præfectura, an in Monastica vita, me prius illud vitæ genus mille calculis antepositurum: neque enim finem faciebam umquam, eos apud te suspiciendi, qui illo ministerio probe fungi possent. Quod autem illud quod tanti faciebam, non declinaturus fuissem, si mo-

6. Major virtus in Episcopo, quam in Monacho requiritur.

7. Longe diversa vita Episcopi a Monastica.

A διαγωγὴν ἐπιτηδείων· ἵνα μήτε ἄγαν ἀπῳκισμένοι τῆς τῶν ἀνθρώπων ὦσιν ὁμιλίας, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ἐρημίας ἔχωσιν ἡσυχίαν, ἔτι δὲ καὶ τῆς ἀρίστης μὴ ἀμοιρῶσι κράσεως τῶν ὡρῶν. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀφόρητον τῷ κατατεινομένῳ νηστείαις, ὡς ἡ τῶν ἀέρων ἀνωμαλία. τῆς δὲ τῶν ἱματίων κατασκευῆς καὶ διαίτης ἕνεκεν, ὅσα πράγματα ἔχειν ἀναγκάζονται, πάντα αὐτουργεῖν αὐτοὶ φιλονεικοῦντες, οὐδὲν δέομαι λέγειν νῦν. ὁ δὲ ἱερεὺς οὐδενὸς τούτων εἰς τὴν ἑαυτοῦ δεήσεται χρείαν. ἀλλ' ἀπερίεργος ἔσται κοινὸς ἐν ἅπασιν ἐστὶ τοῖς οὐκ ἔχουσι βλάβην, τὴν ἐπιστήμην ἅπασαν ἐν τοῖς τῆς ψυχῆς θησαυροῖς ἀποκειμένην ἔχων. εἰ δέ B τις τὸ μένειν ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ τὰς τῶν πολλῶν ὁμιλίας ἐκτρέπεσθαι, θαυμάζοι· τῆς καρτερίας μὲν τοῦτο δεῖγμα καὶ αὐτὸς εἶναι φαίην ἄν· οὐ μὴν ἁπάσης τῆς ἀνδρείας τῆς ἐν τῇ ψυχῇ τεκμήριον ἱκανόν. ὁ μὲν γὰρ εἴσω λιμένων ἐπὶ τῶν οἰάκων καθήμενος, οὔπω τῆς τέχνης ἀκριβῆ δίδωσι βάσανον· τὸν δὲ ἐν μέσῳ τῷ πελάγει καὶ τῷ χειμῶνι δυνηθέντα διασῶσαι τὸ σκάφος, οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν εἶναι φαίη κυβερνήτην ἄριστον. οὐ τοίνυν ἡμῖν οὐδὲ τὸν μοναχὸν [a] θαυμαστέον ἂν εἴη λίαν καὶ μεθ' ὑπερβολῆς, ὅτι μένων ἐφ' ἑαυτοῦ οὐ ταράττεται, οὐδὲ διαμαρτάνει πολλὰ καὶ μεγάλα ἁμαρτήματα· οὐδὲ γὰρ ἔχει τὰ παροξύνοντα καὶ διε- C γείροντα τὴν ψυχήν. ἀλλ' εἴ τις πλήθεσιν ὅλοις ἑαυτὸν ἐκδεδωκὼς, καὶ τὰς τῶν πολλῶν φέρειν ἁμαρτίας ἀναγκασθεὶς, ἔμεινεν ἀκλινὴς καὶ στερρὸς, ὥσπερ ἐν γαλήνῃ τῷ χειμῶνι τὴν ψυχὴν διακυβερνῶν· οὗτος κροτεῖσθαι καὶ θαυμάζεσθαι παρὰ πάντων ἂν εἴη δίκαιος, ἱκανὴν γὰρ τῆς οἰκείας ἀνδρείας τὴν δοκιμασίαν ἐπεδείξατο. μὴ τοίνυν μηδὲ αὐτὸς θαυμάσῃς, [b] εἰ τὴν ἀγορὰν φεύγοντες ἡμεῖς, καὶ τὰς τῶν πολλῶν συνουσίας, οὐκ ἔχομεν τοὺς κατηγόρους πολλούς. οὐδὲ γὰρ εἰ καθεύδων οὐχ ἥμαρτον, οὐδ' εἰ μὴ παλαίων οὐκ ἔπιπτον, οὐδ' εἰ μὴ μαχόμενος D οὐκ ἐβαλλόμην, θαυμάζειν ἐχρῆν. τίς γὰρ, εἰπέ, τίς δυνήσεται κατειπεῖν καὶ ἀποκαλύψαι τὴν μοχθηρίαν τὴν ἐμήν, ὁ ὄροφος οὗτος καὶ ὁ οἰκίσκος; ἀλλ' οὐκ ἂν δύναιντο ῥῆξαι φωνήν. ἀλλ' ἡ μήτηρ ἡ μάλιστα πάντων εἰδυῖα τὰ ἐμά. μάλιστα μὲν οὐδὲ πρὸς αὐτὴν ἐστί μοί τι κοινὸν, οὐδὲ εἰς φιλονεικίαν ἤλθομεν πώποτε. εἰ δὲ καὶ τοῦτο ἦν συμβὰν, οὐδὲ μία οὕτως ἐστὶ μήτηρ ἄστοργος καὶ μισότεκνος, ὡς τοῦτον, ὃν ὤδινε καὶ ἔτεκε καὶ [c] ἔθρεψε, μηδεμιᾶς ἀναγκαζούσης προφάσεως, μηδὲ βιαζομένου τινὸς, κακίζειν καὶ διαβάλλειν παρὰ πᾶσιν. ἐπεὶ ὅτι γε, εἴ τις τὴν ἡμετέραν πρὸς ἀκρίβειαν ἐθέλοι βασανίζειν ψυχὴν, πολλὰ αὐτῆς εὑρήσει τὰ σαθρὰ, οὐδὲ αὐτὸς ἀγνοεῖς, ὁ μά- E λιστα πάντων ἡμᾶς τοῖς ἐγκωμίοις ἐπαίρειν παρὰ πᾶσιν εἰωθώς. καὶ ὅτι γε οὐ μετριάζων ταῦτα λέγω νῦν, ἀναμνήσθητι σαυτὸν, ὁσάκις εἶπον πρὸς σὲ, λόγου τοιούτου γινομένου πολλάκις ἡμῖν· ὅτι, εἴ τις αἵρεσίν μοι προὐτίθη, ποῦ μᾶλλον βουλοίμην εὐδοκιμεῖν, ἐν τῇ τῆς ἐκκλησίας προστασίᾳ, ἢ κατὰ τὸν τῶν μοναχῶν βίον, μυρίαις ἂν ψήφοις τὸ πρότερον ἐδεξάμην ἔγωγε. οὐ γὰρ διέλιπόν ποτε μακαρίζων πρὸς σὲ τοὺς ἐκείνης τῆς διακονίας περιγενέσθαι δυνηθέντας καλῶς. ὅτι δὲ ὅπερ ἐμακάριζον, οὐκ ἂν ἔφυγον,

a Alii, θαυμαστόν.
b Alii, ὅτι τὴν.
c Alii, ἐξέθρεψε.

ἱκανῶς ἔχων μετελθεῖν· οὐδεὶς ἀντερεῖ. Ἀλλὰ τί πάθω; οὐδὲν γὰρ οὕτως ἄχρηστον εἰς ἐκκλησίας προστασίαν, ὡς αὐτὴ ἡ ἀργία καὶ ἀμελετησία, ἣν ἕτεροι μὲν ἄσκησίν τινα θαυμαστὴν εἶναι νομίζουσιν· ἐγὼ δὲ αὐτὴν ὡσπερεὶ παραπέτασμα τῆς οἰκείας ἔχω φαυλότητος, τὰ πλείονα τῶν ἐλαττωμάτων τῶν ἐμαυτοῦ ταύτῃ συγκαλύπτων, καὶ οὐκ ἐῶν φαίνεσθαι. Ὁ γὰρ [a] ἐνεθισθεὶς τοσαύτης ἀπολαύειν ἀπραγμοσύνης, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ διάγειν πολλῇ· κἂν μεγάλης ᾖ φύσεως, ὑπὸ τῆς ἀνασκησίας θορυβεῖται καὶ ταράττεται, καὶ τῆς οἰκείας δυνάμεως περικόπτει μέρος οὐ μικρὸν, τὸ ἀγύμναστον. Ὅταν δὲ ὁμοῦ καὶ βραδείας ᾖ διανοίας, καὶ τῶν τοιούτων λόγων καὶ ἀγώνων ἄπειρος· ὅπερ δὴ τὸ ἡμέτερον· τῶν λιθίνων οὐδὲν διοίσει, ταύτην δεξάμενος τὴν οἰκονομίαν. Διὰ τοῦτο τῶν ἐξ ἐκείνης ἐρχομένων τῆς παλαίστρας εἰς τοὺς ἀγῶνας τούτους, ὀλίγοι διαφαίνονται· οἱ δὲ πλείους ἐλέγχονται, καὶ καταπίπτουσι, καὶ πράγματα ὑπομένουσιν ἀηδῆ καὶ χαλεπά. Καὶ οὐδὲν ἀπεικός. Ὅταν γὰρ μὴ περὶ τῶν αὐτῶν οἵ τε ἀγῶνες ὦσι καὶ τὰ γυμνάσια, τῶν ἀγυμνάστων ὁ ἀγωνιζόμενος οὐδὲν διενήνοχε. Δόξης μάλιστα δεῖ καταφρονεῖν τὸν εἰς τοῦτο ἐρχόμενον τὸ στάδιον· ὀργῆς ἀνώτερον εἶναι, συνέσεως ἔμπλεων πολλῆς. Τούτῳ δὲ τῷ τὸν μονήρη στέργοντι βίον [b] οὐδεμία γυμνασίας ὑπόθεσις πρόκειται. Οὔτε γὰρ τοὺς προσκρούοντας ἔχει πολλοὺς, ἵνα μελετήσῃ κολάζειν τοῦ θυμοῦ τὴν δύναμιν· οὔτε τοὺς μακαρίζοντας καὶ κροτοῦντας, ἵνα παιδευθῇ τοὺς παρὰ τῶν πολλῶν διαπτύειν ἐπαίνους· τῆς τε ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀπαιτουμένης συνέσεως, οὐ πολὺς αὐτοῖς ὁ λόγος. Ὅταν οὖν ἔλθωσιν εἰς τοὺς ἀγῶνας, ὧν μὴ μεμελετήκασι τὴν πεῖραν· ἀπορῶνται, ἰλιγγιῶσιν, [c] εἰς ἀμηχανίαν ἐκπίπτουσι· καὶ πρὸς τῷ μηδὲν ἐπιδοῦναι πρὸς ἀρετὴν, καὶ ἃ ἔχοντες ἦλθον πολλοὶ πολλάκις ἀπώλεσαν.

Καὶ ὁ ΒΑΣΙΛ. Τί οὖν; τοὺς ἐν τῷ μέσῳ στρεφομένους, καὶ πραγμάτων φροντίζοντας βιωτικῶν, καὶ τετριμμένους πρὸς μάχας καὶ λοιδορίας, καὶ μυρίας δεινότητος γέμοντας, καὶ τρυφᾶν εἰδότας, ἐπιστήσομεν τῇ τῆς ἐκκλησίας οἰκονομίᾳ; ΧΡΥΣΟΣΤ. Εὐφήμει, ἔφην, ὦ μακάριε σύ. [d] Τούτους γὰρ οὐδ' εἰς νοῦν βάλλεσθαι δεῖ, ὅταν ἱερέων ἐξέτασις ᾖ. Ἀλλ' εἴ τις μετὰ τοῦ πᾶσιν ὁμιλεῖν καὶ συναναστρέφεσθαι δύναιτο τὴν καθαρότητα, καὶ τὴν ἀταραξίαν, τήν τε ἁγιωσύνην καὶ τὴν καρτερίαν καὶ νῆψιν, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοῖς μοναχοῖς προσόντα ἀγαθὰ, φυλάττειν ἀκέραια καὶ ἀπαρασάλευτα, [e] μᾶλλον τῶν μεμονωμένων ἐκείνων. Ὡς ὅ γε πολλὰ μὲν ἔχων ἐλαττώματα, δυνάμενος δὲ αὐτὰ τῇ μονώσει καλύπτειν, καὶ ποιεῖν ἄπρακτα, τῷ μηδενὶ καταμιγνύναι ἑαυτὸν, εἰς μέσον ἐλθὼν, οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ καταγέλαστος γενέσθαι κερδανεῖ, καὶ κινδυνεύσει μειζόνως· ὃ μικροῦ δεῖν ἐπάθομεν ἂν ἡμεῖς, εἰ μὴ ἡ τοῦ Θεοῦ κηδεμονία τὸ πῦρ ταχέως ἀπέσχε τῆς ἡμετέρας κεφαλῆς. Οὐ γὰρ ἔστι λαθεῖν τὸν οὕτω διακεί-

[a] Alii, ἐθισθείς.
[b] Alii, οὐδεμίας. Infra Savil. & aliquot MSS. οὔτε τοὺς θαυμάζοντας ἢ κρ-

A do rite administrando par fuissem, nemo negaverit. Verum quid faciam? Nihil enim minus aptum ad Ecclesiæ præfecturam, quam socordia & incuria, quam alii exercitationem quamdam admirabilem esse putant: ego vero illam ceu velamen ignaviæ meæ habeo, qua defectuum meorum partem maximam obtego, neque sese prodere patior. Nam qui tanto est otio & tantæ quieti assuetus, quantumvis magna sit præditus indole, peritiæ defectu statim perturbatur & angitur, ac non minimam virtutis ejus partem resecat exercitationis inopia. Cum autem simul & tardioris ingenii, & B verborum certaminumque hujusmodi expers fuerit; quæ sane nostra conditio est, a lapidibus nihil differet, si hanc suscipiat administrationem. Quamobrem pauci admodum sunt, qui ex palæstra illa in hæc certamina descendant: ex iis vero complures sese quales sint produnt, animo concidunt, resque & ingratas & acerbas ferre coguntur. Neque id mirum insolensve est. Cum enim certamina exercitationesque non circa res solitas versantur, tum is qui decertat ab inexercitatis nihil differt. Gloriam in primis contemnat oportet is, qui in hoc stadium descendit, ira superior sit, pruden- C tia plenus multa; huic autem qui Monasticam amplectitur vitam, nulla exercitationis occasio proponitur: neque enim adsunt multi, qui illum ad iram concitent, ut iræ vim coercere studeat: neque qui illum mirentur, ipsique plaudant, ut popularem auram respicere discat: prudentiæ autem, quæ in Ecclesia administranda requiritur, non magna apud illos cura habetur. Cum igitur ad certamina descenderint, quorum nullum antea periculum fecerunt, hærent, vertigine & consilii inopia laborant: ac præterquam quod ad virtutem nullum progressum faciunt, etiam eorum, quæ prius habebant, plerumque D jacturam faciunt.

8. Facilior vita Monachi, quam Sacerdotis.

Tum BASIL. Quid igitur? An eos, qui in medio rerum versantur, qui de sæcularibus negotiis curam gerunt, qui in rixis & conviviis ætatem contriverunt, qui ingenti dexteritate pleni sunt, qui deliciis assuevere, Ecclesiæ regimini præficiemus? CHRYS. Bona verba, quæso, o vir beate. Hi quippe ne in mentem quidem venire debent, cum de Sacerdotum delectu agitur. Sed si quis in omnium consortio & contubernio, possit puritatem, tranquillitatem, sanctitatem, patientiam & sobrietatem, necnon alia quæ Monachis insunt bona, intemerata & inconcussa E magis, quam Monachi ipsi servare. Quandoquidem is, qui vitiis multis laborat, cum possit illa in solitudine tegere, curareque ne in opus erumpant, si cum nullo consortium habeat; is, inquam, si in medium prodeat, nihil aliud lucrabitur, nisi ut deridendum se propinet, magisque periclitabitur, quod nobis propemodum accidisset, nisi Dei providentia ignem a capite nostro citius abegisset. Neque enim qui sic affec-

[c] Alii, εἰς ἀμηχανίας ἐμπίπτουσι.
[d] Alii, τούτου γάρ.
[e] Unus, μᾶλλον τῶν φαινομένων ἐκείνων.

tus est latere potest, palam constitutus, A sed qui sit statim deprehenditur. Ac quemadmodum metallicas materias ignis probat, sic Cleri probatio humanos discernit animos. Ac si quis iracundus, si ignavus, si vanæ gloriæ cupidus, si arrogans, sive alio quopiam morbo sit affectus, omnia retegit, vitiaque sua revelat: nec revelat tantum, sed graviora, & valentiora efficit. Etenim corporis vulnera, attrita, curatu difficiliora evadunt: itemque animi morbi, si perfrices irritesque, exasperari consueverunt, illisque correptos plura peccare co- B gunt. Nam ad gloriæ cupidinem efferunt eum, qui sibi non attendit, necnon ad arrogantiam & pecuniarum cupiditatem, in delicias quoque pertrahunt, in ignaviam, in segnitiem, paulatimque ad ulteriora, quæ ab illis gignuntur, mala. Multa quippe in medio sunt, quæ possint animæ diligentiam solvere, ipsumque ad Deum cursum sistere: atque in primis colloquia cum mulieribus. Neque potest Antistes, qui totius gregis curam suscipit, viris tantum curandis operam dare, mulieres vero ne- C gligere: qua in re maxima opus est providentia, quod ad peccandum quisque proclivis sit. Sed oportet eum qui Episcopatum sortitus sit, earum curandæ incolumitati, si non majorem, certe parem solicitudinem impendere. Necesse quippe est illas invisere ægrotantes, consolari lugentes, increpare socordes, juvare laborantes. Dum hæc vero fiunt, multos adrependi aditus inveniet malignus ille, nisi quis accuratâ se custodiâ muniat. Etenim non impudicæ solum, sed pudicæ etiam mulieris oculus animum ferit, adulationes emolliunt, honores in servitutem redigunt: caritasque fervens, bonorum causa omnium, D non recte illa utentibus malorum omnium causa efficitur. Aliquando etiam solicitudines frequentes mentis acumen hebetant, volucremque plumbo graviorem reddunt. Denique ira quæ animum invaserit, fumi instar interiora obtinet omnia. Quis tandem reliqua recenseat damna, contumelias, molestias, querimonias, tum digniorum, tum vulgarium; tum prudentium, tum imprudentium. Hoc enim maxime genus eorum, qui recto animi judicio carent, querelis deditum est, nec facile excusationem admittit. Probum vero E antistitem, ne hos quidem contemnere par est; sed apud omnes, de oblatis criminationibus sese purgare; idque multa cum comitate, & mansuetudine, iniquas potius criminationes condonantem, quam indigne & ægre ferentem. Si enim beatus Paulus ne in furti apud discipulos suspicionem veniret, timuit; ideoque & alios in pecuniarum administrationem secum assumsit: *Ne quis*, inquit, *nos vituperet in hac plenitudine, quæ ministratur a nobis*; quomodo non omnia a nobis agenda sunt,

9. Non esse condemnandas vulgi suspiciones etiam falsas.

2. Cor. 8. 20.

A & adeo tenues, ut ne necessarius quidem suppetat victus, in somnis sibi videntur integris membris, & formosi, & regali frui mensa: sed quæ videbantur, somnus erant, & insomniorum ludibria: siquidem hæc est natura somniorum, vafra quædam ac versuta res est, ac prodigiorum artifex, gaudet novis & incredibilibus simulacris illudere. At vero nec interdiu, nec revera quis umquam videat hoc accidere. Verum omnia nunc contigerunt, facta sunt, perfecta sunt, quemadmodum videtis; hæc, inquam, somniorum visis incrediblilora: & civitas tantæ magnitudinis, tam frequentata, populus & multus, & admirandus ad B meam inhiat exiguitatem, tamquam a nobis magnum quiddam ac præclarum auditurus. Atqui etiamsi mihi amnium more perennium proflueret oratio, sique verborum fontes essent in ore meo, protinus ex tantæ multitudinis ad audiendum concursu, metu sisteretur profluvium, & retro fluenta resilirent. Nunc vero cum tantum absimus a fluminum ac fontium copia, ut nec exiguæ pluviolæ mediocritatem obtineamus, qui fieri possit, ut me non deficiat tam exiguus fluxus, metu arefactus, idemque eveniat, quod in corporibus solet accidere? Quid accidit in corporibus? multa frequenter quæ manu tenemus, C quæ digitis stringimus, præ metu nobis excidunt omnia, dissolutis nervis nostris, corporisque vigore remisso. Itidem mihi profecto nunc metus est, ne idem eveniat in animo nostro, videlicet ne quæ multo cum labore excogitavimus, quamquam & hæc sane perquam exilia parvique momenti, præ pavore veniant in oblivionem, & evanescant abeantque, animum nostrum desertum relinquentia. Quaptopter pariter omnes, tum vos qui cum imperio estis, tum vos qui paretis imperio, obsecro: ut D quantam nobis anxietatem injecistis vestro ad audiendum concursu, tantumdem nobis audaciæ inspiret precum vestrarum diligentia, si rogetis illum, qui dat sermonem evangelizantibus virtute multa, ut Psalm. 67. 12.
nobis quoque det sermonem in apertione oris nostri. Nullus omnino vobis tot ac tantis viris labor erit unius adolescentis animum timore dissolutum, denuo confirmare: quin & par fuerit, ut quod nunc petimus, præstetis: quandoquidem tantam aleam subivimus propter vos vestram- Ephe. 6. 19.
que caritatem, qua nihil violentius aut imperiosius, ut quæ nos non admodum di- E cendi peritos, ad dicendum pertraxit, effecitque ut ad doctrinæ stadium exiremus, licet ante hac hoc palæstræ genus numquam attigerimus, sed semper in auditorum ordine, quieto silentio frui soleamus. Verum quis sit adeo durus & intractabilis, ut istum vestrum conventum silentio prætereat, & amicos nactus audiendi studio flagrantes, non alloquatur, etiamsi om-

a Colb. καθὼς φασί. ταῦτα δὴ ταῦτα τῶν ὀνειράτων ἀπιστότερα· ὅτι πόλις.
b Colb. ἀεννάως ῥέοντας ποταμοὺς, πηγαί. Edit. ἀεννάους ἔρρεον ποταμοὺς καὶ πηγαί.

c Colb. recte, ἀλλὰ ψεκάδος. Morel. & Sav. ἀλλὰ μηδὲ ψεκάδος. Infra Colb. ἐπιλείπῃ... καὶ γένηται ταῦτα. ἃ καί.
d Colb. ἐλασθέντα, φροῦδα οἴχεται, καὶ τὴν διάνοιαν ἡμῶν.

nium hominum esset loquendi imperitissimus? Cupiebam equidem primum in Ecclesia dicturus, procemiorum primitias illi dicare, qui linguam nobis hanc dedit, nimirum Deo. Atque ita sane fieri oportuit: neque enim areæ tantum ac torcularis, verum etiam verborum primitias oportet verbo persolvere, multoque magis verborum quam manipulorum. Quinetiam ut ad vos hic fructus magis pertinet, ita ipsi Deo qui honoratur acceptior est. Botrum enim & spicam suo terra emittit gremio, alit pluviarum irrigatio, colit agricolarum manus: at sacrum hymnum parit animi pietas, alit bona conscientia, Deus in cælestia recipit horrea: porro quanto præstantior est animus terra, tanto hic illo melior est proventus. Quapropter & Prophetarum quispiam vir magnus & admirandus, nomen illi Osee, eos qui Deum offenderant, parabantque illum sibi propitium reddere, adhortatur, ut ferant secum, non armenta boum, neque similæ mensuras tot aut tot, neque turturem, neque columbam, neque aliud quidquam istiusmodi rerum: sed quid? *ferte vobiscum verba*, inquit. Et quale sacrificium, dixerit aliquis, sunt verba? maximum quidem, o carissime, ac splendidissimum, cæterisque omnibus præstantius. Et quis ista dicit? is nimirum qui hæc omnia novit maxime atque exactissime, videlicet magnanimus ille ac magnus David. Is enim cum aliquando Deo gratiarum actiones immolaret pro victoria quam ex hoste tulerat, ita ferme loquitur: *Laudabo nomen Dei mei cum cantico: magnificabo eum in laude.* Mox hujus sacrificii præstantiam nobis aperiens, subjecit, *Et placebit Deo supra vitulum novellum, cornua producentem, & ungulas.* Cupiebam igitur & ipse hodie has mactare victimas, & altare spirituale hisce cruentare hostiis: sed quid faciam? Vir quidam sapiens obturat mihi os, deterretque dicens: *non est speciosa laus in ore peccatoris.* Quemadmodum enim in coronis non sat est flores esse puros, nisi pura sit & manus eas contexens: sic & in sacris hymnis oportet non verba tantum esse pia, verumetiam animum hymnos concinentem. At is mihi impurus est, fiduciæ vacuus, utpote multorum plenus scelerum. Porro sic affectis, non hæc modo lex obturat os, verumetiam alia quædam illâ vetustior, & ante illam lata, quam & ipsam adjecit is, qui modo nobis de sacrificiis loquutus est David. Cum enim ait: *Laudate Dominum de cælis, laudate eum in excelsis:* & paulo post rursus dicens; *Laudate Dominum de terra*: cum utramque invitat creaturam, & quæ sursum est, & quæ inferne, sensibilem atque intelligibilem, conspicuam & inconspicuam, quæ supra cælos est, & quæ sub cælo, & ex utraque chorum constituit unum; atque ita jubet hymnis celebrare regem universorum, nequaquam invitavit peccatorem, sed & hic illi fores occlusit.

Osee 14. 3.
Ps. 68. 31.
Eccl. 15. 9.
Ps. 148. 1.

A ἁπάντων ἀνθρώπων ἀφωνότερος ἦ; ἐβουλόμην οὖν πρῶτον ἐν ἐκκλησίᾳ μέλλων ἀφιέναι λόγον, τῶν προοιμίων ἀπάρξασθαι τῷ τὴν γλῶτταν ἡμῖν ταύτην δεδωκότι θεῷ. καὶ γὰρ οὕτως ἔδει. οὐ γὰρ δὴ μόνον ἅλωνος καὶ ληνοῦ, ἀλλὰ καὶ λόγων ἀπάρχεσθαι δεῖ τῷ λόγῳ, καὶ λόγων πολλῷ μᾶλλον, ἢ [a] δραγμάτων. καὶ γὰρ καὶ ἡμῖν οἰκειότερος ἐστὶν ὁ καρπὸς, καὶ αὐτῷ προσφιλέστερος τῷ τιμωμένῳ θεῷ. βότρυν μὲν γὰρ καὶ ἄσταχυν λαγόνες ἐκφέρουσι γῆς, καὶ τρέφουσιν ὄμβρων ἐπιῤῥοαὶ, καὶ γηπόνων θεραπεύουσι χεῖρες· ὕμνον δὲ ἱερὸν τίκτει μὲν εὐλάβεια ψυχῆς, τρέφει δὲ συνειδὸς ἀγαθὸν, δέχεται δὲ εἰς τὰ ταμιεῖα τὰ οὐρανῶν ὁ θεός.
B ὅσῳ δὲ γῆς ἀμείνων ψυχὴ, τοσούτῳ καὶ αὕτη βελτίων ἐκείνης ἡ φορά. διὰ τοι τοῦτο καὶ τῶν προφητῶν τις, ἀνὴρ θαυμαστὸς καὶ μέγας, Ὠσηὲ ὄνομα αὐτῷ, τοῖς τῷ θεῷ προσκεκρουκόσι καὶ μέλλουσιν ἵλεων καταστήσειν αὐτὸν, [b] παραινεῖ φέρειν μεθ' ἑαυτῶν, οὐχὶ βοῶν ἀγέλας, οὐδὲ σεμιδάλεως μέτρα τόσα καὶ τόσα, οὐδὲ τρυγόνα καὶ περιστεράν, οὐδὲ ἄλλο τι τῶν τοιούτων οὐδέν· ἀλλὰ τί; φέρετε μεθ' ἑαυτῶν λόγους, φησί. καὶ ποία θυσία λόγος; ἴσως εἴποι τις ἄν· μεγίστη μὲν οὖν, ἀγαπητὲ, καὶ σεμνοτάτη, καὶ τῶν ἄλλων ἁπασῶν βελτίων. καὶ τίς ταῦτά φησιν; αὐτὸς ὁ ταῦτα μάλιστα πάντων εἰδὼς ἀκριβῶς, ὁ γενναῖος καὶ
C μέγας Δαυΐδ. τῷ γὰρ θεῷ ποτε εὐχαριστήρια θύων ἐπὶ νίκῃ πολέμου γεγενημένῃ, οὑτωσί πως ἔλεγεν· αἰνέσω τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ μου μετ' ᾠδῆς· μεγαλυνῶ αὐτὸν ἐν αἰνέσει. εἶτα τῆς θυσίας ταύτης τὴν ὑπεροχὴν ἡμῖν ἐνδεικνύμενος, ἐπήγαγε· καὶ ἀρέσει τῷ θεῷ ὑπὲρ μόσχον νέον κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὁπλάς. ἐβουλόμην μὲν οὖν καὶ αὐτὸς ταῦτα τήμερον καταθύειν τὰ ἱερεῖα, καὶ τὸ θυσιαστήριον ἀπὸ τῶν θυμάτων τούτων αἱμάξαι τὸ πνευματικόν. ἀλλὰ τί πάθω; σοφός τις ἀνὴρ ἐπιστομίζει με, καὶ φοβεῖ λέγων·
D οὐχ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν στεφάνων, οὐχὶ τὰ ἄνθη μόνον εἶναι χρὴ καθαρὰ, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑφαίνουσαν αὐτὰ χεῖρα· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ὕμνων τῶν ἱερῶν, οὐχὶ τοὺς λόγους εὐλαβείας μετέχειν χρὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν πλέκουσαν αὐτοὺς ψυχήν. ἡμῖν δὲ ἐναγής τίς ἐστι, καὶ ἀπαῤῥησίαστος, καὶ πολλῶν γέμουσα τῶν ἁμαρτημάτων. τοὺς δὲ οὕτω διακειμένους οὐχ οὗτος ἐπιστομίζει μόνον ὁ νόμος, ἀλλὰ καὶ ἕτερος ἀρχαιότερος ἐκείνου καὶ πρὸ ἐκείνου τεθείς. καὶ γὰρ καὶ τοῦτον εἰσήνεγκεν ὁ περὶ τῶν θυσιῶν ἡμῖν ἄρτι διαλεχθεὶς Δαυΐδ. εἰπὼν γὰρ, αἰνεῖτε τὸν κύριον ἐκ
E τῶν οὐρανῶν, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψίστοις· καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν εἰπὼν, αἰνεῖτε τὸν κύριον ἐκ τῆς γῆς, καὶ τὴν κτίσιν καλέσας ἑκατέραν, τὴν ἄνω, τὴν κάτω, τὴν αἰσθητὴν, τὴν νοητὴν, τὴν ὁρωμένην, τὴν οὐχ ὁρωμένην, τὴν ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν, τὴν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, καὶ χορὸν ἕνα στήσας ἐξ ἑκατέρας, καὶ οὕτω τὸν βασιλέα τῶν ὅλων παρακελευσάμενος ἀνυμνεῖν, οὐδαμοῦ τὸν ἁμαρτωλὸν ἐκάλεσεν, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα αὐτῷ τὰς θύρας ἀπέκλεισε.

a Colb. πραγμάτων, ἴσω καὶ ἡμῖν.

b Colb. παραινεῖ λέγων· φέρετε μεθ' ἑαυτῶν.

Καὶ ἵνα σαφέστερον ὑμῖν γένηται τὸ λεγόμενον, αὐτὸν ὑμῖν ἄνωθεν ἀναγνώσομαι τὸν ψαλμόν. Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν, φησὶν, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψίστοις· αἰνεῖτε αὐτὸν πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, αἰνεῖτε αὐτὸν πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ. Εἶδες ἀγγέλους αἰνοῦντας; εἶδες ἀρχαγγέλους; εἶδες τὰ Χερουβὶμ καὶ τὰ Σεραφίμ; τὰς ἀνωτέρας δυνάμεις; ὅταν γὰρ εἴπῃ, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ, πάντα τὸν ἄνω περιλαμβάνει δῆμον. Μήπου τὸν ἁμαρτωλὸν [a] εἶδες; καὶ πῶς ἦν ἐν οὐρανῷ δυνατὸν ὀφθῆναι, φησίν; οὐκοῦν δεῦρο καὶ εἰς τὴν γῆν σε καταγάγωμεν, πρὸς τὸ ἕτερον τοῦ χοροῦ μεταστήσαντες μέρος· καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα αὐτὸν ὄψει πάλιν. Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῆς γῆς δράκοντες καὶ πᾶσαι ἄβυσσοι, τὰ θηρία καὶ πάντα τὰ κτήνη, ἑρπετὰ καὶ πετεινὰ πτερωτά. Οὐ μάτην, οὐδὲ εἰκῆ μεταξὺ ταῦτα λέγων ἐσίγησα. [b] Ἀλλὰ γὰρ συνεχύθη μοι τῆς διανοίας ὁ λογισμὸς, καὶ πικρὸν ἐπῆλθε δακρῦσαι, καὶ οἰμῶξαι μέγα. Τί γὰρ ἂν γένοιτο ἐλεεινότερον, εἰπέ μοι; σκορπίοι καὶ ἔχεις καὶ δράκοντες πρὸς τὴν εὐφημίαν καλοῦνται τοῦ πεποιηκότος αὐτοὺς, μόνος δὲ ὁ ἁμαρτωλὸς τῆς ἱερᾶς ταύτης χοροστασίας ἀπολείπεται· καὶ εἰκότως. Θηρίον γάρ ἐστι πονηρὸν ἡ ἁμαρτία, καὶ ἀνήμερον, οὐκ εἰς τὰ σύνδουλα τῶν σωμάτων τὴν κακίαν ἐπιδεικνύμενον, ἀλλ' εἰς τὴν δόξαν τὴν δεσποτικὴν τὸν ἰὸν τῆς πονηρίας ἐκχέον. Δι' ὑμᾶς γάρ, φησι, τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι. Διὰ τοῦτο αὐτὸν ὥσπερ ἐξ ἱερᾶς πατρίδος, τῆς οἰκουμένης ἀπήλασεν ὁ προφήτης, καὶ πρὸς τὴν ὑπερορίαν ἀπῴκισεν. Οὕτω που καὶ ὁ μουσικὸς ἄριστος εὐαρμόστου κιθάρας τὴν ἀπηχοῦσαν νευρὰν ἀποτέμνει, ὥστε μὴ τῇ τῶν λοιπῶν φθόγγων ἁρμονίᾳ λυμήνασθαι· οὕτω καὶ ἰατρὸς τεχνικὸς τὸ σεσηπὸς ἐκκόπτει μέλος, ὥστε μὴ τὴν ἐκεῖθεν λύμην τῇ τῶν λοιπῶν μελῶν εὐεξίᾳ ἐπιδραμεῖν· οὕτω καὶ ὁ προφήτης ἐποίησεν, ὥσπερ ἀπηχοῦσαν νευρὰν, καὶ ὥσπερ μέλος νενοσηκὸς, τοῦ παντὸς σώματος τῆς κτίσεως τὸν ἁμαρτωλὸν ἀποκόψας. Τί τοίνυν ἂν εἴη πρακτέον ἡμῖν; ἐπειδὴ γὰρ ἀπερρίφημεν, ἐπειδὴ ἐξεκόπημεν, ἀνάγκη πάντως σιγᾷν· σιγήσομεν οὖν, εἰπέ μοι; καὶ οὐδεὶς ἡμῖν συγχωρήσει τὸν δεσπότην ὑμνῆσαι τὸν ἡμέτερον; ἀλλ' εἰκῆ τὰς ὑμετέρας ἐκαλέσαμεν εὐχάς; εἰκῆ πρὸς τὰς ὑμετέρας κατεφύγομεν πρεσβείας; οὐκ εἰκῆ, μὴ γένοιτο. Εὗρον γὰρ, εὗρον καὶ ἕτερον δοξολογίας τρόπον, αὐτῶν τῶν [c] ὑμετέρων εὐχῶν μεταξὺ τῆς ἀπορίας ταύτης, ὥσπερ ἐν σκότει φανεισῶν ἀστραπῶν ἐπαινέσομαι τοὺς συνδούλους. Ἔξεστι γὰρ καὶ τοὺς ὁμοδούλους ἐπαινεῖν· τούτων δὲ ἐπαινουμένων, εἰς τὸν δεσπότην ἡ δόξα διαβήσεται [d] πάντως. Ὅτι δὲ καὶ ἐντεῦθεν δοξάζεται, δείκνυσι καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς λέγων· Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἰδοὺ λοιπὸν καὶ ἕτερος δοξολογίας τρόπος, ὃν καὶ ἁμαρτωλῷ δυνατὸν εἰπεῖν, καὶ μὴ παραλῦσαι τὸν νόμον.

Τίνα οὖν, τίνα τῶν συνδούλων ἐπαινεσόμεθα; τίνα δὲ ἄλλον, ἀλλ' ἢ τὸν κοινὸν τῆς πατρίδος διδάσκαλον, καὶ δια-

A 2. Cæterum, ut vobis quod dico fiat evidentius, ipsum psalmum ab initio vobis prælegemus. *Laudate Dominum de cælis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes Angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus.* Vides Angelos laudantes? vides Archangelos? Vides Cherubim & Seraphim, summas illas virtutes? cum enim ait, *omnes virtutes ejus*, universum populum cælestem complectitur. Namcubi vides peccatorem? Et quomodo, dixerit aliquis, in cælo videre possum? Ergo age in terram descendamus, ad alteram chori partem transeuntes, nec hic rursus videbis peccatorem. B *Laudate Dominum de terra dracones & omnes abyssi, bestiæ & omnia pecora, reptilia & volucres pennatæ.* Haud frustra neque temere, dum hæc loquor, intersilui. Quia & mentis cogitatio metu confusa est, ad amaras usque lacrymas, gravemque ejulatum fere perducta. Quid enim obsecro possit esse miserabilius? scorpii, serpentes ac dracones invitantur ad laudandum eum a quo conditi sunt: solus peccator ab hac sacra chora submotus est, idque jure optimo. Mala & effera bestia est peccatum, non quidem in conserva corpora malum proferens, sed in ipsam C Domini gloriam effundens malitiam: *Propter vos*, inquit, *nomen meum blasphematur in gentibus.* Eoque peccatorem tamquam e sacra patria abegit ex orbe terrarum Propheta, & exsulare coëgit: atque uti musicus optimus e cithara bene modulata chordam dissonam resecat, ne reliquarum vocum harmonia vitietur: & peritus artis medicus, membrum putrefactum amputat, ne hæc lues ad cætera membra sana transiliat; eumdem ad modum Propheta fecit, dum veluti chordam dissonam ac veluti membrum ægrum, ab universo creaturæ corpore peccatorem resecat. D Quid igitur nobis faciendum est? Posteaquam rejecti sumus, posteaquam resecti sumus, omnino sileamus oportet: dic igitur, obsecro, num tacebimus? neque quispiam nobis permittet hymnis celebrare Dominum nostrum? ergone frustra vestras preces imploravimus? frustra ad vestra confugimus patrocinia? Absit ut frustra: reperi enim, reperi & alterum glorificandi modum, vestris in hac hæsitatione precibus, ceu fulguribus in caligine apparentibus conservos laudabo. Fas enim est & conservos nostros laudare, quibus laudatis haud dubium est, quin ea gloria E ad dominum transeat. Quod autem hinc glorificetur, docet ipse Christus dicens: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est.* En alter glorificandi modus, quo & peccatori fas est uti, ut legem tamen non violet.

3. Quem igitur, quem, inquam, conservorum laudabimus? quem alium, quam illum communem hujus patriæ doctorem,

Peccator ad laudandum Deum non evocatur.

Ps. 148. 10.

Peccatum mala bestia.

Isa. 52. 5.
Rom. 2. 24.

Matth. 5. 16.

Flavianum Episcopum laudat.

a Colb. εἶδες; πῶς γὰρ ἦν.
b Colb. ἀλλὰ καὶ συνεχύθη. Mox idem, πικρῶς ἐπῆλθε. Paulopost idem, σκόρπιοι μὲν καὶ ἔχεις.
c Colb. ὑμετέρων τρόπων μεταξύ. Infra, hæc, ἐπαινέσομαι τοὺς συνδούλους, desunt in Colb. nec ab Interprete lecta sunt. Sed habentur in Savil. & Morel.
d Colb. πάντως. ὥσπερ οὖν καὶ αὐτός φησι, λαμψάτω, & sic legit Interpres, Savil. & Morel. ut in textu.

& per patriam, universi orbis terrarum? Quemadmodum enim vos ille docuit ut usque ad mortem pro veritate staretis: ita & vos alios homines docuistis, a vita citius, quam a pietate recedendum esse. Vultis igitur illi posthac laudum coronas plectamus? volebam equidem & ipse, sed video recte factorum pelagus immensæ profunditatis, vereorque ne sermo noster ad fundum delatus, præ imbecillitate non possit in altum recurrere. Oportet enim vetusta narrare facinora, peregrinationes, vigilias, curas, judicia, pugnas, tropæa tropæis, victorias victoriis cumulatas, res gestas, non nostram modo, sed & omnem humanam linguam superantes, quæque vocem requirunt apostolico spiritu concitatam, qui potest omnia tum eloqui, tum docere: sed hanc partem prætercurrentes, ad alteram, quæ minus habet periculi accedemus, quam vel exigua scapha licet enavigare. Age igitur de temperantia dicere tentabimus, quomodo ventri imperarit, quomodo delicias contempserit, quomodo mensam sumtuosam deriserit, idque cum in domo sumtuosa esset educatus. Nam mirum non est, eum qui in paupertate vixit, ad hanc squallidam asperamque venire vitam, quandoquidem is habet ipsam paupertatem peregrinationis ac viæ comitem, quæ illi sarcinam in dies reddit leviorem. At qui fuit divitiarum dominus, haud facile sese ab illarum explicet complexu, tantum cupiditatum examen animam illam circumvallavit. Tam gravis & caliginosa affectuum nubes mentis illius oculos obducit, ut non sinat ad cælum intuitum erigere, sed cogat deorsum inclinare caput, & ad terram inhiare. Nec est alia res, quæ perinde obstet quo minus proficiscamur in cælum, ac divitiæ, & hinc venientia mala. Nec meus est hic sermo, sed ab ipso Christo devenit sententia: *Facilius est*, inquit, *camelum per foramen acus ingredi, quam divitem in regnum cælorum.* Sed ecce, quod erat difficile, vel impossibile potius, factum est possibile. Et de quo Petrus olim dubitabat apud præceptorem, voluitque ex eo discere, jam ipsa experientia novimus omnes, imo etiam amplius. Non enim jam dives ipse tantummodo ascendit in cælum, verumetiam populum introducit, cum præter divitias, & alia his non minora habeat impedimenta, quod juvenis est, quod ante tempus orphanus, quæ res quemvis hominis animum possint in fraudem illicere. Ejusmodi habent incantamenta, ejusmodi præbent venena: verum hæc iste devicit, & cælum apprehendit, seseque contulit ad cælestem philosophiam, ac neque splendorem præsentis consideravit vitæ, neque ad progenitorum claritatem respexit: imo potius ad majorum claritatem respexit, non quidem istorum quos ipsi natura necessario devinxerat, sed qui juxta pietatis pro-

Flavianus in domo sumtuosa educatus.

Matth. 19. 24.

A τῆς πατρίδος, τῆς οἰκουμένης ἁπάσης; καθάπερ γὰρ ὑμᾶς οὗτος ἐπαίδευσε μέχρι θανάτου ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἑστάναι, οὕτως ὑμεῖς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐδιδάξατε τῆς ψυχῆς μᾶλλον, ἢ τῆς εὐσεβείας ἀφίστασθαι. βούλεσθε οὖν ἐντεῦθεν αὐτῷ πλέξωμεν τοὺς τῶν ἐγκωμίων στεφάνους; ἐβουλόμην καὶ αὐτός· ἀλλ' ὁρῶ πέλαγος ἀχανὲς κατορθωμάτων, καὶ δέδοικα μὴ πρὸς τὸν πυθμένα κατενεχθεὶς ὁ λόγος, ἀσθενήσῃ πάλιν ἀναδραμεῖν. ἀνάγκη γὰρ παλαιὰ διηγήσασθαι κατορθώματα, ἀποδημίας, ἀγρυπνίας, φροντίδας, γνώμας, μάχας, τρόπαια τροπαίοις, καὶ νίκας νίκαις συναπτομένας, πράγματα οὐχὶ τῆς ἡμετέρας μόνον, ἀλλὰ B καὶ πάσης ἀνθρωπίνης μείζονα γλώττης, ἀποστολικῆς δεόμενα φωνῆς πνεύματι κινουμένης, ᾧ πάντα καὶ εἰπεῖν καὶ διδάξαι δυνατόν. ἀλλὰ τοῦτο παραδραμόντες τὸ μέρος, ἐφ' ἕτερον ἀσφαλέστερον ἥξομεν, ὃ καὶ ἀκατίῳ διαπλεῦσαι ἔνι μικρῷ. φέρε οὖν τοὺς περὶ τῆς ἐγκρατείας κινήσωμεν λόγους, καὶ εἴπωμεν πῶς ἐκράτησε γαστρὸς, πῶς ὑπερεῖδε τρυφῆς, πῶς κατεγέλασε τραπέζης πολυτελοῦς, καὶ ταῦτα ἐν πολυτελεῖ τραφεὶς οἰκίᾳ. τὸν μὲν γὰρ ἐν πτωχείᾳ βεβιωκότα, θαυμαστὸν οὐδὲν πρὸς τὸν αὐχμῶντα τοῦτον καὶ σκληρὸν βίον ἐλθεῖν· ἔχει γὰρ τὴν πενίαν συνέμπορον καὶ συνοδοιπόρον, τὸ φορτίον αὐτῷ καθ' ἑκάστην ἐπικουφί- C ζουσαν τὴν ἡμέραν· ὁ δὲ πλούτου γενόμενος κύριος, οὐκ ἂν ῥᾳδίως τὰς ἐκεῖθεν λαβὰς ἀποδύσαιτο. τοσοῦτος τῶν νοσημάτων ἑσμὸς τὴν τοιαύτην περιίπταται [a] ψυχήν. διὸ καὶ καθάπερ νέφος παθημάτων πυκνὸν καὶ γνοφῶδες τὰς τῆς διανοίας διαφράττον ὄψεις, οὐκ ἀφίησι πρὸς τὸν οὐρανὸν ἰδεῖν, ἀλλὰ κάτω νεύειν βιάζεται, καὶ πρὸς τὴν γῆν κεχηνέναι. καὶ οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἕτερον οὕτω κώλυμα πρὸς τὴν ἀποδημίαν τῶν οὐρανῶν, ὡς πλοῦτος καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ πλούτου κακά. οὐκ ἐμὸς οὗτος ὁ λόγος, [b] ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ψῆφός ἐστιν ἐξενηνεγμένη εἰπόντος· εὐκολώτε- D ρόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος εἰσελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ἀλλ' ἰδοὺ τὸ δύσκολον τοῦτο, μᾶλλον δὲ ἀδύνατον, γέγονε δυνατόν· καὶ ὃ πάλαι Πέτρος ἠπόρει πρὸς τὸν διδάσκαλον, καὶ μαθεῖν ἐζήτει, τοῦτο διὰ τῆς πείρας αὐτῆς ἔγνωμεν ἅπαντες, μᾶλλον δὲ καὶ τούτου πλέον. οὐ γὰρ δὴ μόνον οὗτος εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέβη, ἀλλὰ καὶ δῆμον εἰσάγει τοσοῦτον, μετὰ τοῦ πλούτου καὶ ἕτερα τούτου οὐχ ἥττονα κωλύματα ἔχων, νεότητα καὶ ὀρφανίαν ἄωρον, ἃ πᾶσάν εἰσιν ἀνθρώπων μᾶλλον ἱκανὰ E γοητεῦσαι ψυχήν. τοιαύτας ἔχουσιν ἐπῳδὰς, τοιαῦτα κατασκευάζουσι φάρμακα. [c] ἀλλ' ὅμως καὶ τούτων οὗτος ἐκράτησε, καὶ τῶν οὐρανῶν ἐπελάβετο, καὶ πρὸς τὴν ἐκεῖ φιλοσοφίαν μετέθηκεν ἑαυτόν· καὶ οὔτε τὴν λαμπρότητα τοῦ παρόντος ἐνενόησε βίου, οὔτε εἰς τὴν τῶν προγόνων περιφάνειαν εἶδε· μᾶλλον δὲ εἰς τὴν τῶν προγόνων εἶδε περιφάνειαν, οὐ τῶν κατὰ φυσικὴν δὲ ἀνάγκην συνδεδεμένων αὐτῷ, ἀλλὰ τῶν κατὰ προαίρεσιν εὐσεβείας αὐτῷ προσηκόντων.

a Colb. ψυχὴν καὶ νέφος παθημάτων βαρὺ καὶ ζοφῶδες.

b Colb. ἀλλ' ἐξ αὐτῶν ἡ ψῆφος καταβέβηκεν· εὐκοπώτερον γάρ.

c Colb. ἀλλὰ τούτων οὗτος ἐκράτ-

προεστηκότων. διὸ καὶ τοιοῦτος ἐγένετο. Εἶδεν εἰς τὸν πατριάρχην Ἀβραάμ, εἶδεν εἰς τὸν μέγαν Μωϋσῆν, ὃς ἐν οἰκίᾳ τραφεὶς βασιλικῇ, καὶ τραπέζης μετασχὼν Συβαριτικῆς, καὶ μεταξὺ θορύβων ἀπολειφθεὶς Αἰγυπτιακῶν· ἴστε δὲ οἷα τὰ βαρβάρων, ὅσου τύφου καὶ φαντασίας γέμει· πάντα ἀτιμάσας ἐκεῖνα, πρὸς τὸν πηλὸν καὶ τὴν πλινθείαν ἀπηυτομόλησε, τῶν δούλων καὶ αἰχμαλώτων εἶναι ἐπιθυμήσας, ὁ βασιλεὺς καὶ τοῦ βασιλέως υἱός. τοιγαροῦν διὰ τοῦτο μετὰ λαμπροτέρου πάλιν ἐπανῄει τοῦ σχήματος, ἢ πρότερον ἔχων ἀπέβαλε. μετὰ γὰρ τὴν φυγὴν καὶ τὴν παρὰ τῷ κηδεστῇ θητείαν, καὶ τὴν ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας ταλαιπωρίαν, ἐπανῄει τοῦ βασιλέως ἡγούμενος, μᾶλλον δὲ τοῦ βασιλέως γενόμενος θεός. τέθεικα γάρ σε, φησί, θεὸν Φαραώ. καὶ λαμπρότερος ἦν τοῦ βασιλέως, οὐ διάδημα ἔχων, οὐδὲ ἁλουργίδα περικείμενος, οὐδὲ ζεῦγος ἐλαύνων χρυσοῦν, ἀλλὰ πάντα ἐκεῖνον πατήσας τὸν τύφον. πᾶσα γάρ, φησιν, ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν. ἐπανῄει τοίνυν σκῆπτρον ἔχων, διὸ οὐκ ἀνθρώποις ἐκέλευε μόνον, ἀλλ' οὐρανῷ καὶ γῇ καὶ θαλάττῃ, καὶ ἀέρων καὶ ὑδάτων φύσει, καὶ λίμναις καὶ πηγαῖς καὶ ποταμοῖς. πάντα γάρ, ὅσα ἐβούλετο ὁ Μωϋσῆς, ταῦτα ἐγίνετο τὰ στοιχεῖα· καὶ ἐν ταῖς χερσὶ δὲ αὐτοῦ μετεσχηματίζετο πάλιν ἡ κτίσις, καὶ καθάπερ θεράπαινά τις εὐγνώμων, δεσπότου φίλον ἰδοῦσα παραγενόμενον, πάντα ἐπείθετο καὶ ὑπήκουε, καθάπερ αὐτῷ τῷ [a] δεσπότῃ. πρὸς τοῦτον καὶ οὗτος ἰδὼν, τοιοῦτος ἐγένετο, καὶ ταῦτα νέος ὤν, εἰ δήποτε καὶ ἐγένετο νέος. οὐ γὰρ ἔγωγε πείθομαι· οὕτως ἐξ αὐτῶν τῶν σπαργάνων πολιὸν φρόνημα ἦν. ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν τῆς ἡλικίας λόγον νέος ὤν, πάσης φιλοσοφίας ἐπελάβετο, καὶ καταμαθὼν τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν, ὅτι καθάπερ χωρίον ἐστὶν ὑλομανοῦν, τὰ μὲν νοσήματα τῆς ψυχῆς τῷ λόγῳ τῆς εὐσεβείας, καθάπερ δρεπάνῃ τινί, ῥᾳδίως ἐξέκοπτε, καθαρὰς παρέχων τῷ γεωργῷ τὰς ἀρούρας πρὸς τὴν τῶν σπερμάτων καταβολήν, καὶ δεχόμενος ἅπαντα, πρὸς τὸ βάθος παρέπεμπεν· ὥστε κάτωθεν ῥιζωθέντα, μήτε πρὸς τὴν τῆς ἀκτῖνος ἐνδοῦναι προσβολήν, μήτε ὑπὸ τῶν ἀκανθῶν ἀποπνιγῆναι πάλιν. ἀλλὰ τὴν μὲν ψυχὴν ἐθεράπευεν οὕτω· τὰ δὲ τῆς σαρκὸς σκιρτήματα τοῖς τῆς ἐγκρατείας φαρμάκοις κατέστελλεν, ὥσπερ ἵππῳ τινὶ δυσηνίῳ, τῷ σώματι τὸν ἀπὸ τῆς νηστείας χαλινὸν ἐμβάλλων, καὶ μέχρι τοσούτου τείνων ὀπίσω, ὡς αὐτὰ τῶν ἐπιθυμιῶν αἱμάξαι τὰ στόματα μετὰ τῆς προσηκούσης φειδοῦς. οὔτε γὰρ κατέτεινε τὸ σῶμα, ὥστε μὴ συμποδισθέντα τὸν ἵππον ἄχρηστον αὐτῷ γενέσθαι πρὸς τὴν διακονίαν, οὔτε εἰς τὴν ἄγαν εὐεξίαν ἐμπεσεῖν ἠφίει, μήποτε πολυσαρκήσας πάλιν, κατεξαναστῇ τοῦ ἡνιοχοῦντος αὐτὸν λογισμοῦ, ἀλλ' ὁμοῦ καὶ τῆς ὑγιείας αὐτοῦ, καὶ τῆς εὐταξίας ἐπεμελεῖτο. καὶ οὐχὶ νέος μὲν ὢν τοιοῦτος ἦν, ἐπειδὴ δὲ παρῆλθε τὴν ἡλικίαν ἐκείνην, καὶ τὴν πρόνοιαν ταύτην ἔλυσεν· ἀλλὰ καὶ νῦν, ὅτε ὡς ἐν εὐδίῳ λιμένι τῷ γήρᾳ κάθηται, τῆς αὐτῆς ἔχεται ἐπιμελείας πάλιν. ἡ μὲν

[a] Colb. δεσπότῃ, πρὸς ὃν οὗτος ἰδών, & sic legit Interpres.

A positum conjuncti sunt, eoque talis factus est quales illi fuerint. Respexit ad Patriarcham Abraham, respexit ad magnum illum Mosem, qui cum esset in regio educatus palatio, mensa Sybaritica frui consuetus, & inter Ægyptios relictus strepitus ac tumultus; nostis autem cujusmodi sint barbarorum illorum mores, quam fastus & arrogantiæ pleni sint; contemtis illis omnibus, ad lutum & laborem figulorum ultro se contulit, & in servorum numero esse concupivit, qui rex erat & regis filius. Atqui hanc ob causam post reversus est majore cum dignitate, quam antea gerebat atque abjecerat. Siquidem post exsilium, B post servitutem apud socerum, post ærumnas peregre toleratas, rediit, regis ipsius princeps, imo verius regi jam factus Deus. *Feci*, inquit, *te Deum Pharaoni*, ipsoque (*Exod.* 7. 1.) rege splendidior erat, non gestans diadema, neque purpura amictus, neque curru vectus aureo, sed universo illo fastu conculcato. *Omnis enim filiæ regis gloria ab intus.* (*Ps.* 44. 14.) Reversus est igitur sceptrum gestans, quod imperaret, non hominibus tantum, sed & cælo, terræ, marique, aëris & aquarum naturæ, stagnis, fontibus ac fluminibus: in quæcumque enim voluit Moses, in ea vertebantur elementa, & in manibus illius denuo transformabatur creatura: C quæ non aliter quam ancilla quæpiam officiosa, conspicata heri sui amicum advenisse, per omnia parebat, dictoque audientem se præbebat, perinde atque ipsi domino. Ad quem hic, quem nunc laudandum suscipimus, respiciens, illi similis effectus est, cum esset juvenis, si tamen umquam fuit juvenis: non enim sane credo, usque adeo illi ab ipsis cunabulis mens erat cana: sed cum juxta supputationem ætatis esset juvenis, omnem arripuit philosophiam: & posteaquam cognoverat naturam hominis esse veluti fundum quemdam & agrum sylvestrem, animi morbos D oratione pietatis ceu falce quapiam facile resecuit, agricolæ purgata reddens arva ad jaciendum sementem: ea recepta totum semen ad profunda demisit, ut deorsum radicatum, nec ad solarium radiorum impetum cederet, nec a spinis male suffocaretur. Animum quidem ad hunc curavit modum: carnis vero lasciviam temperantiæ remediis compressit, tamquam equo cuipiam rebelli, corpori jejunii frænum injiciens, & adeo in diversum tendens, ut ipsa concupiscentiarum ora, cum moderatione congruente cruentaret. Nam neque E corpus excruciabat, ne immodice stringendo equum, sibi ad ministerium redderet inutilem, neque patiebatur supra modum obesum fieri, ne corpulentior factus, rursus erigeret sese adversus rationem habenas moderantem: sed simul & sanitatis illius & moderationis curam habuit. Neque vero cum talis in juventute fuisset, posteaquam teneram ætatem excessit, hanc quoque curam abjecit: verum etiam nunc qui in senectute, velut in amœno portu sedet, rursus eamdem curam observat. Nam ja-

ventus, o dilecte, pelago furenti similis est, immitibus undis ac ventis malis referto: canities vero velut in tranquillo portu fovet eorum animos, qui consenuerunt, præstans, ut ætatis beneficio parta periculorum immunitate jucunde fruantur. Hac tranquillitate cum hic nunc tuto potiatur, atque in portu, ut dixi, sedens, nihilo minus tamen est solicitus: at hunc timorem accepit a Paulo, qui cum ascendisset in cælum, atque inde reversus terras rursus attigisset, aiebat, *Vereor ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar*: (1. Cor. 9. 27.) eoque hic sese in perpetuo timore constituit, ut esset in perpetua fiducia, assideretque clavo, non ille quidem stellarum exortus observans, neque rupes sub aquis latentes, neque scopulos, sed dæmonum insultus, ac diaboli versutias, cogitationumque pugnas, omnique parte lustrans exercitum, cunctos in tuto constituit. Neque enim illud modo spectat, ne scapha demergatur, sed ne quis eorum, quos secum habet in navi vectores, a tumultu quodam ceu a piratis abripiatur, nihil non curat agitatque. Per hunc, perque hujus sapientiam nos omnes secundo navigamus vento, plena navis vela pandentes.

4. De Meletio Antiocheno loquitur.

4. Sane cum priorem illum patrem amisissemus, qui & hunc nobis genuit, in angustia res nostræ erant: quare miserabiliter lamentabamur, ut qui non sperabamus fore, ut hic thronus alium virum talem acciperet. Verum ubi hic advenit, & in clara luce visus est, effecit ut omnis illa angustia veluti nubes præterierit, & omnes molestiæ evanuerint. Neque sensim nobis luctum illum exemit, sed adeo repente, quasi idem ille beatus e tumulo redivivus in hunc thronum denuo ascendisset. Verum imprudentes amore studioque præclare gestorum patris nostri, sermonem ultra modum produximus, non dico ultra modum eorum quæ hic cum laude gessit; nam de his ne loqui quidem cœpimus; sed ultra nostræ juventutis mediocritatem. Agedum igitur rursus velut in portum orationem silentio ad quietem revocemus: cæterum ea desinere non vult, sed ægre fert, indignaturque cupiens toto prato expleri. Verum id impossibile est, o pueri. Desinamus igitur ea persequi, quæ non possumus assequi, sufficiant nobis ad solatium ea quæ dicta sunt. Quandoquidem in preciosis unguentis non tantum si quis effundat lecythum, verum etiam si quis vel summis digitis superficiem attingat, & aërem novo colore tinxit, & quotquot adsunt, suavitate fragrantiæ replevit. Quod & in præsentia contigit, non viribus eloquentiæ nostræ, sed propter vim ab hoc bene gestorum. Abeamus igitur, abeamus ad preces divertentes, deprecemur Deum, ut communis mater nostra illabefacta & immota maneat, ut hunc patrem, doctorem, pastorem & gubernatorem, ad longam producat vitam. Si qua vobis etiam nostri ratio est; neque enim jam nos ipsos

A γὰρ νεότης, ἀγαπητὲ, πελάγει προσέοικε μαινομένῳ, κυμάτων ἀγρίων καὶ πνευμάτων γέμοντι πονηρῶν· ἡ δὲ πολιὰ, ὥσπερ εἰς λιμένα ἀκύμαντον τὰς τῶν γεγηρακότων ὁρμίζει ψυχὰς, παρέχουσα τὴν παρὰ τῆς ἡλικίας ἐντρυφᾷν ἀσφάλειαν. Ταύτης καὶ οὗτος ἀπολαύων νῦν, καὶ ἐν τῷ λιμένι, ὡς ἔφθην εἰπὼν, καθήμενος, τῶν ἐν μέσῳ πελάγει σαλευόντων οὐχ ἧττόν ἐστιν ἐναγώνιος· καὶ τοῦτον ἐδέξατο παρὰ τοῦ Παύλου τὸν φόβον, ὃς καί τοι εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβὰς, καὶ τὸν μετ' ἐκεῖνον διατρέχων, καὶ τοῦ τρίτου πάλιν ἁψάμενος, ἔλεγε· φοβοῦμαι μήπως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι. Διὰ τοῦτο καὶ οὗτος

B ἐν διηνεκεῖ κατέστησεν ἑαυτὸν φόβῳ, ἵνα διηνεκῶς ἐν τῷ θαῤῥεῖν ᾖ, καὶ κάθηται ἐπὶ τῶν οἰάκων, [a] οὐκ ἀστέρων ἐπιτολὰς παρατηρῶν, οὐδὲ ὑφάλους καὶ σπιλάδας, ἀλλὰ δαιμόνων ἐπαναστάσεις, καὶ διαβόλου κακουργίας, καὶ λογισμῶν μάχας, καὶ κύκλῳ τοῦ στρατοπέδου περιϊὼν, ἅπαντας ἐν ἀσφαλείᾳ καθίστησιν. οὐ γὰρ ὅπως μὴ βαπτισθείη τὸ σκάφος σκοπεῖ μόνον, ἀλλ' ὅπως μηδὲ τῶν ἐμπλεόντων τις πειρασθείη θορύβου τινὸς, ἅπαντα πραγματεύεται. διὰ τοῦτον καὶ τὴν τούτου σοφίαν ἡμεῖς ἐξ οὐρίας πλέομεν ἅπαντες, πλήρη τὰ ἱστία πετάσαντες τῆς νηός.

C Καί τοι γε ὅτε τὸν πρότερον πατέρα ἀπεβάλομεν, ὃς καὶ τοῦτον ἡμῖν ἐγέννησεν, ἐν ἀπορίᾳ τὰ ἡμέτερα ἦν. διὸ καὶ ἐλεεινῶς ἐθρηνοῦμεν, ὡς οὐ προσδοκῶντες τὸν θρόνον τοῦτον ἕτερον ἄνδρα τοιοῦτον [b] δέξεσθαι. ἐπεὶ δὲ οὗτος ἐφάνη καὶ προῆλθεν εἰς μέσον, πᾶσαν ἐκείνην τὴν ἀθυμίαν παρελθεῖν ἐποίησεν, ὥσπερ νέφος, καὶ τὰ σκυθρωπὰ ἀπέκρυψεν ἅπαντα· οὐ κατὰ μικρὸν ἐξαλείφων ἡμῖν τὸ πένθος, ἀλλ' οὕτως ἀθρόον, ὡς ἂν εἰ ὁ μακάριος αὐτὸς ἐκεῖνος ἀπὸ τῆς λάρνακος ἀναστὰς, ἐπὶ τὸν θρόνον ἀνέβη πάλιν τοῦτον. ἀλλὰ γὰρ ἐλάθομεν ἐπιθυμίᾳ πατρικῶν κα-

D τορθωμάτων, πέρα τοῦ μέτρου τοὺς λόγους ἐξάγοντες, οὐ τοῦ μέτρου τῶν τούτῳ κατωρθωμένων· τούτων γὰρ οὐδέπω ἠρξάμεθα· ἀλλὰ τοῦ προσήκοντος ἡμῶν τῇ νεότητι. [c] φέρε οὖν, ὥσπερ εἰς λιμένα, πάλιν τῇ σιγῇ τοὺς λόγους ἀναπαύσωμεν. ἀλλ' οὐκ ἐθέλουσιν ἀφίστασθαι, ἀλλὰ δυσχεραίνουσι καὶ ἀγανακτοῦσι, πάντως ἐμπλησθῆναι τοῦ λειμῶνος ἐπιθυμοῦντες. ἀλλὰ τοῦτο ἀμήχανον, ὦ παῖδες. παυσώμεθα οὖν διώκοντες ἀκίχητα· ἀρκεῖ εἰς παραμυθίαν ἡμῖν καὶ τὰ εἰρημένα· ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τῶν μύρων τῶν πολυτελῶν, οὐκ ἐὰν τὸν λέβητα χέῃ τις μόνον, ἀλλὰ κἂν

E ἄκρας τῆς ἐπιφανείας ἅψηται τοῖς δακτύλοις, τόν τε ἀέρα ἀνέχρωσε, καὶ τοὺς παρόντας τῆς εὐωδίας ἐνέπλησεν ἅπαντας· ὃ δὴ καὶ νῦν γέγονεν, οὐ διὰ τὴν δύναμιν τῶν ἡμετέρων λόγων, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀρετὴν τῶν τούτου κατορθωμάτων. ἀπίωμεν οὖν, ἀπίωμεν εἰς εὐχὰς καταλύσαντες· δεηθῶμεν ὥστε τὴν κοινὴν ἡμῶν μητέρα ἀσάλευτον μένειν καὶ ἀκίνητον, καὶ τὸν πατέρα τοῦτον, τὸν διδάσκαλον, τὸν ποιμένα, τὸν κυβερνήτην, πρὸς μακροτέραν ἐξενεχθῆναι ζωήν. εἴ τις ὑμῖν καὶ ἡμῶν λόγος, οὐ γὰρ δὴ μετὰ τῶν ἱερέων

[a] Sic Savil. & Colb. recte. Morel. vero, καὶ ἀστέρων.
[b] Morel. & Savil. in marg. δέξεσθαι. Savil. in textu & Colb. δέξασθαι.
[c] In hæc verba, τῇ νεότητι, desinit Savil. Reliqua deficiunt.

A ἑαυτοὺς καταλέγειν τολμήσομεν, ἐπειδὴ μηδὲ θέμις τὰ ἐκτρώματα μετὰ τῶν ἀρτιοτόκων ἀριθμεῖν· εἰ δέ τις ὑμῖν καὶ ἐμοῦ λόγος, ὥσπερ ἀμβλωθριδίου τινὸς, δεήθητε πολλὴν ἡμῖν ἄνωθεν γενέσθαι τὴν ῥοπήν. ἔδει μὲν γὰρ ἡμῖν καὶ πρότερον ἀσφαλείας, ὅτε καθ' ἑαυτοὺς ἐζῶμεν τὸν ἀπράγμονα βίον· ἐπειδὴ δὲ εἰς μέσον ἤχθημεν· τὸ δὲ πῶς παρίημι, εἴτε ἀνθρωπίνῃ σπουδῇ, εἴτε χάριτι θείᾳ· οὐδὲν γὰρ ὑμῖν φιλονεικῶ, ἵνα μή τις καὶ εἰρωνεύεσθαι φαίη· πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ ἤχθημεν, καὶ τὸν ζυγὸν τοῦτον ὑπέδυμεν τὸν ἰσχυρὸν καὶ βαρὺν, πολλῶν ἡμῖν δεῖ χειρῶν, μυρίων εὐχῶν, ὥστε δυνηθῆναι τὴν παρακαταθήκην ἀποδοῦναι B σώαν τῷ παρακαταθεμένῳ δεσπότῃ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ὅταν οἱ τὰ τάλαντα πιστευθέντες καλῶνται καὶ εἰσάγωνται, καὶ τὰς εὐθύνας ὑπέχωσι. δεήθητε τοίνυν μὴ τῶν δεδεμένων ἡμᾶς γενέσθαι, μηδὲ τῶν εἰς τὸ σκότος ἐκβαλλομένων, ἀλλὰ τῶν δυναμένων συγγνώμης γοῦν μετρίας τυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος καὶ ἡ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

in sacerdotum numero ponere audebimus, quando nec fas est abortivos partus cum legitimis ac perfectis numerare; quod si qua, inquam, est apud vos & nostri ratio tamquam fetus cujusdam aborsu ejecti, orate ut e supernis nobis multus accedat vigor. Opus quidem erat nobis & prius tutelâ, dum soli vitam degeremus a negotiis liberam: at postquam in medium producti sumus; omitto quomodo, sive humano studio, sive favore divino: nihil enim vobiscum hac de re contendam, ne cui videar per dissimulationem & ironiam loqui; attamen quando producti sumus, ac jugum hoc validum graveque suscepimus, multis nobis opus est manibus, infinitis precibus, quo possimus depositum salvum reddere domino qui deposuit, in die illo, cum ii quibus talenta credita sunt, citabuntur, & judicio sistentur rationem reddituri. Orate igitur, ne nobis eveniat, quod evenit illis alligatis &, in tenebras exteriores conjectis: sed simus in eorum numero, qui poterunt qualemcumque assequi veniam, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria, imperium & adoratio in sæcula sæculorum, Amen.

IN HOMILIAS DE INCOMPREHENSIBILI

MONITUM.

INTER *primas Chrysostomi conciones, eas videlicet, quas anno 386. ad populum Antiochenum habuit, hasce de incomprehensibili consignamus: cujus temporis notas ipse suppeditat; verum intricatas & ut Chrysostomo in more est, non ita diligenter positas. Prima itaque nota petitur, ex Homilia IV. de Incomprehensibili, ubi sic legitur:* Ante hos decem annos quidam tyrannidem affectantes, deprehensi captique sunt, quod vos non ignoratis. Tum aliquis in magistratu constitutus, criminis reus compertus, cum ad mortem, fune ad os alligato duceretur, tota urbs ad Hippodromum accurrit, eductisque e carcere captivis, simul totus populus reum Imperatoriæ ultioni, etsi nulla dignum venia, subduxit. *Palam sane videtur esse, hic de Theodori conspiratione agi, qui anno cum tardissime 374. capite plexus est: missis enim aliis, quæ ex hac Chrysostomi narratione oriuntur, difficultatibus, in ejus vita explanandis, id certe planum videtur, non posse Theodori necem ultra annum 374. differri. Quo posito calculo, non* ante hos decem, *sed* ante hos duodecim *annos dicturus erat Chrysostomus, ut supputatio constaret: nam in Presbyterum adlectus anno 386. aliquot elapsis postea mensibus, hæc concionabatur.*

Alteram notam mutuamur ex Homilia quadam contra Judæos, anno 387. habita, ibi talia fatur Chrysostomus: Quod vero jam dicturus sum, etiam admodum juvenibus est clarum ac perspicuum. Non enim gestum est sub Adriano aut Constantino, sed sub Imperatore, qui fuit ætate nostra ante annos viginti. Etenim cum Julianus, qui Imperatores omnes superavit impietate, vocaret illos ad sacrificandum idolis *&c. ubi parem* ἀναχρονισμὸν *animadvertas. Julianus enim anno 363. exstinctus est, a quo si supputatio duceretur, anno 383. hæc concionatus esset Chrysostomus. Atqui tunc Diaconus ille erat, neque ullam ad populum concionem habuit antequam Presbyter ordinaretur, ut ipse in prima sua Homilia testificatur supra: ordinatus autem est anno 386. ut sæpe diximus, & pluribus commonstrabitur in vita ejus ad calcem Operum adornanda. In annum itaque 386. has Homilias conferimus: neque putamus tamen hasce contra Anomœos disceptationes eodem absolutas anno esse, sed, ut de Homiliis contra Judæos infra dicetur, quas cœperat anno 386. anno sequenti ineunte absolvit. Hujus vero chronologiæ ratio constabit ex iis, quæ in Monito ad Homilias contra Judæos infra dicentur.*

Primam vero absente Flaviano Episcopo ad populum habuit. Hinc solerter ille laudandi Pastoris ansam arripit; postеaque jampridem destinatam contra Anomœos pugnam init: quam se ideo tardius suscepisse commemorat, quod multos Anomœorum videret concionibus adesse suis, ac cum voluptate aures sibi præbere: quamobrem ne prædam abigeret, *ait ille, utque ipsorum animos irretiret, linguam ab hujusmodi certaminibus coërcebat. Demum hortantibus illis ipsis ut in arenam descenderet, Anomœorum errores impetere orsus est, amico tamen animo, non ut adversarios feriret, sed ut jacentes erigeret.*

Secundam contra Anomœos Homiliam interposito multorum dierum spatio pronunciavit: plurima enim Chrysostomum a destinato cursu interpellarunt: contra Judæos nempe habita, eaque admodum necessaria concertatio: Patrum quorumdam spiritualium, *sic ille, adventus: hos porro vicinos quosdam Episcopos fuisse dicit is, qui titulum Homiliæ concinnavit; verum hac de re pluribus in vita Chrysostomi: demum illis ad loca sua reversis, sanctam præconem excepere memoriæ Martyrum frequentes, quibus celebratis intermissam concertationem repetiit.*

In Tertia idem argumentum de incomprehensibilitate Dei *contra Anomœos prosequitur: sub finem vero in Auditores vehementer invehitur, quod concione, cui alacriter operam dabant, soluta, sese statim subducerent, & sacris mysteriis, quæ continuo celebrabantur, non interessent.*

In Quarta post solitas contra Hæreticos velitationes, cœtui gratulatur, quod monitis suis morem gesserit, pravamque ante sacra mysteria recedendi consuetudinem abjecerit: dolet tamen, quod marsupiorum sectores quidam concionem interturbarent, monetque ne aurum argentumve in marsupiis deferant, si velint talem pestem abigere.

In Quinta demum iis breviter retractatis, quæ prius dixerat, nova affert contra Anomœos argumenta. In his porro concionibus elucet Chrysostomi non solum eloquentia, sed etiam ἐνέργεια, seu vis argumentorum: nec minus suspiciendæ sunt responsiones ad objecta Hæreticorum; ita ut haud a vero aberret si quis has Homilias inter præstantissima sancti Doctoris opera computaverit.

Interpretationem porro Theodori Gazæ, utpote παραφραστικῶς adornatam, verbis & aliquando sententiis redundantem rejecimus, novamque edidimus.

DE INCOMPREHENSIBILI *contra Anomœos absente Episcopo.*

HOMILIA I.

QUID est hoc? Pastor abest, & tamen oves rectum ordinem apprime servant. Sane id quoque boni pastoris officium est, ut non tantum ipso præsente, sed etiam absente, omnem ovile diligentiam exhibeat. Irrationabiles quippe oves, cum is, qui ad pascua educturus est, abest, intra septa manere necesse est: vel si absque Pastore e caula prodierint, longe aberrant & vagantur: hic autem nihil hujusmodi, sed etiam absente Pastore, ritu & ordine multo solita pascua adiistis. Imo potius Pastor adest, etsi non carne, saltem affectu; etsi non præsentia corporea, vel ipso saltem tam congruente gregis ordine. Ideoque magis illum admiror beatumque prædico, quod tantum nobis studium indere potuerit. Nam exercitus ducem tum maxime suspicimus, cum etiam illo absente, copiæ suum servant ordinem. Hoc & Paulus in discipulis quærebat, cum diceret:

Philip. 2. 12. *Itaque, Fratres mei, sicut semper obedistis, non ut in præsentia mei tantum; sed multo magis in absentia mea.* Quare multo magis *in absentia mea?* Quia præsente Pastore,

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΕΡΙ ΑΚΑΤΑΛΗΠΤΟΥ, ἀπόντος τοῦ ἐπισκόπου πρὸς Ἀνομοίους.

ΛΟΓΟΣ α'.

ΤΙ τοῦτο; ὁ ποιμὴν οὐ πάρεστι, [a] καὶ τὰ πρόβατα μετὰ πολλῆς εὐταξίας ἕστηκε. καὶ τοῦτο τοῦ ποιμένος τὸ κατόρθωμα, τὸ μὴ μόνον παρόντος, ἀλλὰ καὶ ἀπόντος πᾶσαν ἐνδείκνυσθαι σπουδὴν τὰ ποίμνια. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἀλόγων, ὅταν ὁ πρὸς τὴν νομὴν ἐξάγων μὴ παρῇ, μένειν ἔσω τῶν σηκῶν ἀνάγκη τὰ πρόβατα, ἢ χωρὶς τοῦ ποιμαίνοντος τὰς μάνδρας προκύψαντα πολλὴν ὑπομεῖναι τὴν πλάνην· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλὰ καὶ μὴ παρόντος B τοῦ ποιμαίνοντος πρὸς τὰς συνήθεις νομὰς μετὰ πολλῆς ἀπηντήκατε τῆς εὐταξίας. μᾶλλον δὲ καὶ ὁ ποιμὴν πάρεστιν, εἰ καὶ μὴ τῇ σαρκὶ, ἀλλὰ τῇ διαθέσει, εἰ καὶ μὴ τῇ παρουσίᾳ τοῦ σώματος, ἀλλὰ τῇ εὐταξίᾳ τοῦ ποιμνίου. διὰ τοῦτο μᾶλλον αὐτὸν ἐκπλήττομαι καὶ μακαρίζω, ὅτι τοσαύτην [b] ἡμῖν σπουδὴν ἐναποθέσθαι ἴσχυσεν. καὶ γὰρ καὶ στρατηγὸν τότε μάλιστα θαυμάζομεν, ὅταν καὶ μὴ παρόντος αὐτοῦ τὰ στρατόπεδα εὐτακτῇ. τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ἐπὶ τῶν μαθητῶν ἐζήτει λέγων· ὥστε [c] ἀδελφοί μου καθὼς πάντοτε ὑπηκούσατε· μὴ ὡς ἐν τῇ παρουσίᾳ μου μόνον, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ἀπουσίᾳ μου. διὰ τί πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ἀπουσίᾳ μου; ὅτι παρόντος μὲν ποιμαίνοντος,

Collatæ cum Codicibus Reg. 1819. 1933. 1960. 1963. 1964. 1973. 1975. 2900. Colb. 247. 3055. Coislin. 262.

a Savil. & quatuor MSS. καὶ τὰ θρέμματα μετὰ πάσης. Infra iidem, πᾶσαν ἐπιδείκνυσθαι σπουδήν. Infra alii, χωρὶς τοῦ ποιμένος, alii, χωρὶς τοῦ ποιμαίνοντος, sicque iidem variant in eadem voce duabus interpositis lineis. Infra hæc, εἰ καὶ μὴ τῇ σαρκὶ, ἀλλὰ τῇ διαθέσει, desunt in Morel. sed habentur in Savil, & in maxima Manuscriptorum parte.

b Alii, ἡμῖν, alii, ὑμῖν.

c Alii, ἀγαπητοί μου.

κἂν ἐπέλθῃ λύκος τῇ ποίμνῃ, ῥᾳδίως ἀπελαύνεται τῶν προβάτων· μὴ παρόντος δὲ ἐν μείζονι τὰ ποίμνια ἀγωνίᾳ καθεστάναι ἀνάγκη, μηδενὸς ὄντος τοῦ αὐτὰ τειχίζοντος. καὶ πρὸς τούτοις δὲ, παρὼν μὲν μερίζεται μετ' αὐτῶν τοὺς ἐπὶ τῇ σπουδῇ μισθούς· μὴ παρὼν δὲ γυμνὸν ἀφίησιν αὐτῶν φαίνεσθαι τὸ κατόρθωμα. Ταῦτα καὶ ὁ διδάσκαλος
a εἰπὼν ὑμῖν διαλέγεται, καὶ ὅπου γὰρ ἂν εἴη, νῦν [a] ἡμᾶς καὶ τὸν ἡμέτερον φαντάζεται σύλλογον, καὶ οὐχ οὕτως τοὺς ἐκεῖ συγγινομένους αὐτῷ, καὶ παρόντας, ὡς ὑμᾶς τοὺς ἀπόντας ὁρᾷ νῦν. οἶδα αὐτοῦ τὴν ἀγάπην τὴν ζέουσαν, τὴν πεπυρωμένην, καὶ θερμὴν, καὶ ἀκάθεκτον, ἣν κατὰ πολλοῦ τοῦ βάθους τῆς διανοίας ἐρριζωμένην ἔχει, καὶ μετὰ πολλῆς θεραπεύει τῆς σπουδῆς. καὶ γὰρ οἶδε σαφῶς, ὅτι κεφάλαιον αὕτη πάντων ἐστὶ τῶν ἀγαθῶν, καὶ ῥίζα καὶ πηγὴ καὶ μήτηρ, καὶ ταύτης οὐκ οὔσης τῶν ἄλλων ἡμῖν ὄφελος οὐδέν. αὕτη γάρ ἐστι τῶν μαθητῶν τοῦ κυρίου ἡ εἰκὼν, ὁ χαρακτὴρ τῶν τοῦ θεοῦ δούλων, τὸ γνώρισμα τῶν ἀποστόλων· ἐν τούτῳ γὰρ γνώσονται πάντες, φησὶν, ὅτι μαθηταί μου ἐστέ. ἐν τίνι εἰπέ· ἆρα ἐν τῷ νεκροὺς ἐγείρειν, ἢ λεπροὺς καθαίρειν, ἢ δαίμονας ἀπελαύνειν; οὐχί φησιν, ἀλλὰ πάντα ἐκεῖνα παραδραμὼν, ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, φησὶν, ὅτι μαθηταί μου ἐστὲ, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. ἐκεῖνα μὲν γὰρ τῆς ἄνωθεν χάριτός ἐστι δῶρα μόνης, τοῦτο δὲ καὶ τῆς ἀνθρωπίνης σπουδῆς ἐστι τὸ κατόρθωμα. τὸ δὲ γενναῖον οὐχ οὕτω τὰ ἄνωθεν διδόμενα δῶρα· χαρακτηρίζειν εἴωθεν, ὡς τῶν οἰκείων πόνων τὰ κατορθώματα. διόπερ οὐκ ἀπὸ τῶν σημείων, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἀγάπης γνωρίζεσθαί, φησι, τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ὁ Χριστός. ταύτης γὰρ παρούσης οὐδὲν μέρος φιλοσοφίας ἐλλείπει τῷ κεκτημένῳ, ἀλλ' ὁλόκληρον ἔχει, καὶ παντελῆ, καὶ ἀπηρτισμένην τὴν ἀρετήν· ὥσπερ οὖν ἀπούσης ἔρημός ἐστιν ἁπάντων τῶν ἀγαθῶν· διὰ
b τοῦτο καὶ Παῦλος [b] αὐτὴν ἐπαινεῖ, καὶ ὑψοῖ τῷ λόγῳ· μᾶλλον δὲ ὅσα ἂν εἴπῃ, οὐδέπω τῆς ἀξίας αὐτῆς ἐφικνεῖται.

Τί γὰρ ἂν γένοιτο ταύτης ἴσον, ἣ τοὺς προφήτας συνέχει, καὶ τὸν νόμον ἅπαντα, καὶ ἧς ἄνευ οὐ πίστις, οὐ γνῶσις, οὐ μυστηρίων εἴδησις, οὐκ αὐτὸ τὸ μαρτύριον, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τῶν κεκτημένον διασῶσαι δυνήσεται; καὶ γὰρ ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου, φησὶν, ἵνα καυθήσομαι, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδὲν ὠφελοῦμαι· καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν, ὅτι πάντων μεῖζόν ἐστι, καὶ κορυφὴ τῶν ἀγαθῶν, δηλῶν ἔλεγεν· εἴτε δὲ προφητεῖαι καταργηθήσονται· εἴτε γλῶσσαι παύσονται, εἴτε γνῶσις καταργηθήσεται· μένει δὲ πίστις, ἐλπὶς ἀγάπη, τὰ τρία ταῦτα· μείζων δὲ πάντων ἐστὶν ἡ ἀγάπη. ἀλλὰ γὰρ οὐ τὸ τυχὸν ἡμῖν ζήτημα, ὁ περὶ τῆς ἀγάπης ἐπεισήγαγε λόγος. τὸ μὲν γὰρ προφητείας καταργηθῆναι, καὶ παύσασθαι γλώσσας χαλεπὸν οὐδέν· εἰς καιρὸν γὰρ τὰ χαρίσματα ταῦτα τὴν ἑαυτῶν χρείαν παρασχόντα ἡμῖν, καὶ παυσάμενα παραβλάψαι τὸν λόγον οὐδὲν δυνήσεται. ἰδοὺ γοῦν νῦν προφητεία οὐκ ἔστιν, οὐδὲ γλωσσῶν χάρισμα, καὶ ὁ τῆς εὐσεβείας οὐδὲν ἐνεποδίσθη λόγος· τὸ δὲ καὶ γνῶσιν παύσασθαι, τοῦτό ἐστι τὸ ζητούμενον· εἰπὼν γάρ· εἴτε προφητεῖαι καταργηθήσονται, εἴτε

A etiamsi lupus gregem invadat, facile procul ovibus repellitur, absente vero, majus certamen inire gregem necesse est, nemine servante. Ad hæc autem, Pastor cum grege mercedem, si præsens sit, partitur; sin absit, totum gregi boni operis meritum relinquere videtur. His nos alloquitur & Doctor noster, & ubicumque tandem sit, nos jam nostrumque cœtum mente revolvit, nec tam eos quibuscum jam præsens versatur, quam vos absentes respicit. Novi ferventem illius caritatem, igneam illam, ardentem atque Laus Flaviani.
B insuperabilem, quam intimo animi alte defixam habet, magnoque studio colit. Probe quippe novit, ipsam esse caput bonorum omnium radicem, fontem & matrem, qua destitutis cæterorum nulla nobis utilitas. Hæc enim discipulorum Domini imago est, servorum Dei character, indicium Apostolorum. *In hoc*, inquit, *cognoscent omnes, quod discipuli mei estis*: in quo, dic mihi? Joan. 13. 35. Num quod mortuos suscitetis, leprosos mundetis, aut dæmones expellatis? Minime, inquit, sed his omnibus prætermissis: *In hoc*, inquit, *cognoscent omnes quod disci-*
C *puli mei estis, si vos invicem diligatis*. Illa quippe unius supernæ gratiæ dona sunt, hoc autem humanæ etiam diligentiæ est opus. Generosum autem non tam cælitus data munera secernere solent, quam propriis laboribus edita opera: quare non a signis, sed a dilectione, discipulos suos internosci Christus ait. Hac enim præsente, nulla philosophiæ pars possidenti deficit; sed universam ille perfectamque virtutem obtinet, quemadmodum absente vacuus bonis omnibus est. Quapropter Paulus ip- Ad caritatem humana diligentia requiritur.
D sam laudat verbisque extollit; imo quantumvis dixerit, non ad dignitatem ejus attingit.

2. Quid enim huic par esse possit, quæ Prophetas totamque legem continet, & sine qua non fides, non scientia, non mysteriorum cognitio, non ipsum martyrium, non aliud quidpiam his potitum servare valeat? *Nam si tradidero*, inquit, *corpus meum ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest*. Et alibi rursum eam omni- 1. Cor. 13. 3. bus majorem, & bonorum esse caput ostendit 1. Cor. 13. 8.
E dicens: *Sive Prophetiæ evacuabuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur. Manent autem fides, spes & caritas, tria hæc; major autem omnibus est caritas*. Sed non modicam nobis quæstionem hæc de caritate dicta inducunt: nam quod Prophetiæ evacuentur & linguæ cessent, nihil inde durum; cum enim hæc munera postquam suum præstiterint usum, postea cessabunt, nihil verbo nocumenti afferre poterunt; siquidem jam prophetia non est, non linguarum munus, & tamen pietatis verbum non impeditur. Quod autem scientia destruatur, de illo quæstio movetur. Cum enim dixisset; *Sive Prophetiæ evacuabuntur*, Quomodo intelligatur illud, scientia destruetur.

[a] Alii, ὑμᾶς, & postea ὑμῖν παρεῖ. Paulopost, quatuor MSS. καὶ συμπαρόντας, ὡς ὑμᾶς.

[b] Savil. & multi MSS. αὐτὴν ἐπαινεῖ καὶ ὑψοῖ, Savil. ἀνυψοῖ. Morel. & quidam alii, αὐτὴν ἐπαινεῖ, ὑψοῖ.

sive linguæ cessabunt, intulit, *sive scientia destruetur*. Si autem futurum est ut scientia cesset, non in melius, sed in pejus, res nostræ cedent: sine illa quippe, id quoque, quod homines simus, amittemus. *Deum* enim, inquit, *time*, *& mandata ejus observa: hoc est enim omnis homo*. Si itaque homo esse idem sit quod Deum timere, timor autem Dei ex scientia prodeat; scientiaque destruatur, ut ait beatus Paulus: tunc funditus peribimus, cum scientia non erit, omniaque nostra defluent, ac brutis nihilo melioris erimus, imo multo pejoris conditionis. Hac enim re una illis præstamus, ut in aliis omnibus corporeis, ab illis longe superamur. Quid igitur & de quo loquitur Paulus, cum ait, *scientia destruetur*? Non de universali, sed de particulari quadam scientia loquitur, destructionem vocans progressum in melius; ita ut particularis illa destructa, non amplius sit particularis, sed perfecta. Quemadmodum enim puerilis ætas destruitur, non deletâ substantiâ, sed auctâ staturâ, & in virum perfectum evadente; sic & in scientia evenit. Parva, inquit, hæc, non ultra parva erit, quando deinceps magna efficietur: sic intelligendum illud, *destruetur*: quod clarius in sequentibus explicavit. Ut enim, cum audis *destruetur*, non omnimodam destructionem esse putares, sed incrementum quoddam, & progressum in melius, postquam dixerat, *destruetur*, addidit: *Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus: cum autem venerit quod perfectum est, tunc evacuabitur quod ex parte est*; ita ut non ultra ex parte sit, sed perfectum. Itaque imperfectio ejus destruitur, ut non ultra sit imperfectum, sed perfectum. Destructio igitur est complementum, & in majus augmentum.

Eccle. 12. 13.

5. Atque animadverte mihi Pauli prudentiam: non enim dixit, partem cognoscimus; sed, *ex parte cognoscimus*, ostendens nos partis partem tenere. Fortasse audire optatis, quantam retineamus partem, quantamque relinquamus, & an majorem minoremve partem teneamus. Ut itaque discas te minorem tenere partem, & non tantum minorem, sed, ut ita dicam centesimam, aut decies millesimam, audi quæ sequuntur: vel potius antequam vobis apostolicam vocem legamus, exemplum referam, quo vobis declaretur, ut exemplo fieri potest, quantum relictum sit, & quantum sit quod nunc retinemus. Quantum igitur discrimen est, inter eam, quæ nobis in futuro dabitur, scientiam, & præsentem? Quantum inter virum perfectum & lactentem: æque enim præstat præsenti futura scientia. Quod autem id verum sit, eaque sit illius præcellentia, Paulus iterum declaret: cum enim dixisset, *ex parte cognoscimus*, & vellet ostendere ex quanta parte, nosque brevissimam nunc tenere, intulit: *Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus*,

1. Cor. 13. 11.

καταφεύγεις, καὶ γῆρας προβάλλῃ; μὴ γὰρ ἰσχυρότερον τὸ γῆρας τῆς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ; μὴ γὰρ δυνατωτέρα ἡ φύσις τοῦ δημιουργοῦ τῆς φύσεως; οὐκ οἶδας ὅτι ἰσχυρὰ ἔργα λόγων αὐτοῦ; ὁ λόγος αὐτοῦ τὸν οὐρανὸν ἔστησεν· ὁ λόγος αὐτοῦ τὴν κτίσιν παρήγαγεν· ὁ λόγος αὐτοῦ ἀγγέλους ἐποίησε, καὶ σὺ περὶ γεννήσεως ἀμφιβάλλεις; διὰ ταῦτα ἠγανάκτησεν ὁ ἄγγελος, καὶ οὐδὲ διὰ τὴν ἱερωσύνην συνέγνω· διὰ ταύτην μὲν οὖν ἐκόλαζε μειζόνως. τὸν γὰρ πλέον τῶν ἄλλων τιμῆς ἔχοντα λόγον, καὶ περὶ τὴν πίστιν τῶν ἄλλων πλεονεκτεῖν ἔδει. καὶ τίς ὁ τρόπος τῆς κολάσεως; ἰδοὺ ἔσῃ σιωπῶν, [a] καὶ μὴ δυνάμενος λαλεῖν. ἡ γλῶσσά σου φησὶ διηκόνησε πρὸς τὴν τῶν ῥημάτων ἀπιστίαν, αὕτη δέξεται τὴν ἐπὶ τῇ ἀπιστίᾳ τιμωρίαν. ἰδοὺ ἔσῃ σιωπῶν, καὶ μὴ λαλῶν, ἕως ἂν γένηται ταῦτα. ἐννόησον φιλανθρωπίαν δεσπότου· ἀπιστεῖς μοι φησί; νῦν δέχου τὴν κόλασιν, καὶ ὅταν διὰ τῶν πραγμάτων παράσχω τὴν ἀπόδειξιν, τότε λύω τὴν ὀργήν· ὅταν μάθῃς, ὅτι δικαίως ἐκολάσθης, τότε σε ἀπαλλάξω τῆς τιμωρίας. ἀκουέτωσαν οἱ Ἀνόμοιοι πῶς ἀγανακτεῖ πολυπραγμονούμενος ὁ Θεός· εἰ δὲ ἐκεῖνος ἀπιστήσας τῇ θνητῇ γεννήσει κολάζεται, σὺ ὁ τὴν ἀπόρρητον καὶ τὴν ἄνω περιεργαζόμενος πῶς διαφεύξῃ τιμωρίαν εἰπέ μοι; ἐκεῖνος οὐκ ἀπεφήνατο, ἀλλὰ μαθεῖν ἠθέλησε, καὶ οὐκ ἔτυχε συγγνώμης· σὺ δὲ ὁ καὶ εἰδέναι διισχυριζόμενος τὰ πᾶσιν ἀθέατα καὶ ἀκατάληπτα, ποίαν ἕξεις ἀπολογίαν; τίνα δὲ οὐκ ἐπισπάσῃ κατὰ σαυτοῦ τὴν τιμωρίαν;

Ἀλλ' οἱ μὲν περὶ γεννήσεως λόγοι τοὺς προσήκοντας ἀναμενέτωσαν καιρούς· τέως δὲ ὁδῷ βαδίζωμεν ἐπὶ τὴν προτέραν ὑπόθεσιν, ἧς πρώην τὰ λείψανα κατελίπομεν, τὴν ὀλεθρίαν ἐκσπάσαι ῥίζαν ἐπιχειροῦντες, τὴν πάντων μητέρα τῶν κακῶν· καὶ ὅθεν αὐτοῖς τὰ δόγματα ταῦτα ἐβλάστησε; ποία δὲ ἡ ῥίζα τῶν κακῶν πάντων; πιστεύσατε· φρίκη με κατέχει μέλλοντα αὐτὴν ἐκλαλεῖν, ὀκνῶ γὰρ διὰ γλώττης ἐκφέρειν ἃ μελετῶσιν ἐπὶ τῆς διανοίας ἐκεῖνοι διαπαντός· τίς οὖν ἐστιν ἡ ῥίζα τούτων τῶν κακῶν; ἐτόλμησεν ἄνθρωπος εἰπεῖν, ὅτι Θεὸν οἶδα, ὡς αὐτὸς ὁ Θεὸς ἑαυτὸν οἶδε. ταῦτα οὖν ἐλέγχου δεῖται; ταῦτα ἀποδείξεως; οὐκ ἀρκεῖ μόνη ἡ προφορὰ τῶν ῥημάτων δεῖξαι πᾶσαν αὐτῶν τὴν ἀσέβειαν; καὶ γὰρ μανία τίς ἐστι ταῦτα σαφὴς, παραπληξία ἀσύγγνωστος, καινότερος ἀσεβείας τρόπος· οὐδεὶς τοιοῦτον οὐδὲν οὐδέποτε, οὔτε εἰς νοῦν βαλέσθαι, οὔτε διὰ τῆς γλώττης προενεγκεῖν ἐτόλμησεν. ἐννόησον ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε τίς εἶ, καὶ τίνα περιεργάζῃ ἄνθρωπος ὢν Θεὸν πολυπραγμονεῖς; ἀρκεῖ γὰρ τὰ ὀνόματα ψιλὰ τῆς ἀνοίας δεῖξαι τὴν ὑπερβολὴν, ἄνθρωπος γῆ καὶ σποδὸς ὑπάρχων, σὰρξ καὶ αἷμα, χόρτος καὶ ἄνθος χόρτου, σκιὰ καὶ καπνὸς, καὶ ματαιότης, καὶ εἴ τι τούτων ἀδρανέστερον καὶ εὐτελέστερον· καὶ μὴ νομίσητε κατηγορίαν εἶναι τῆς φύσεως τὰ λεγόμενα· οὐδὲ γὰρ ἐγὼ ταῦτα λέγω, ἀλλ' οἱ προφῆται ταῦτα φιλοσοφοῦσιν οὐκ ἀτιμάζοντες ἡμῶν τὸ γένος, ἀλλὰ καταστέλλοντες τῶν ἀνοήτων τὸ φύσημα· οὐκ ἐξευτελίζοντες ἡμῶν τὴν φύσιν, ἀλλὰ ταπεινοῦντες τῶν μαινομένων τὴν ἀπόνοιαν. εἰ γὰρ τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα εἰρηκότων ἐκείνων ὅμως ἐφάνησάν τινες

fugis, & senectutem objicis? Num potentior senectus Dei promissione? Num validior natura creatore suo? Nescis fortia esse verborum ejus opera? Verbum ejus cælum constituit: verbum ejus creaturam produxit, verbum ejus Angelos fecit, & tu de filii procreatione dubitas? Ideo indignatus est Angelus, neque sacerdotii causa pepercit; imo vero ob idipsum graviorem intulit pœnam. Nam eum, qui plus cæteris obtinebat honoris, majore, quam alii, fide instructum esse oportebat. Quis autem pœnæ modus? *Ecce eris tacens, & non poteris loqui.* (Luc. 1. 20.) Lingua tua, inquit, incredulitatis tuæ ministra fuit, ipsa incredulitatis pœnas luet. *Ecce eris tacens & non loqueris donec illa fiant.* Animadverte benignitatem Domini. Non credis mihi, inquit, nunc pœnam accipe; cumque rebus ipsis veritatem comprobavero, tunc iram solvam: cum didiceris te jure plexum fuisse, tunc a pœna te liberabo. Audiant Anomœi, quantum irascatur Deus, cum de se curiosius inquiritur. Quod si ille, quia mortali generationi non crederet, plectitur, tu qui arcanam illam & supernam perscrutaris, quomodo supplicium effugies, dic mihi? Ille nihil asseruit; sed ediscere voluit, veniamque consequutus non est: tu vero ea, quæ omnibus invisibilia incomprehensibiliaque sunt, affirmans, quam habebis defensionem? Quod non tibi pertrahes supplicium?

3. Verum hæc de generatione disputatio, suum in tempus reservetur, interimque prius argumentum repetamus, cujus nuper reliquias dimisimus, dum perniciosam illam radicem, omnium malorum matrem, evellere conaremur. Undenam illis hæc dogmata suborta sunt? Quænam illa radix malorum omnium? Credite mihi; me illam pronunciaturum horror occupat: piget ea narrare quæ illi semper meditantur. Quænam igitur est horum malorum radix? Ausus est homo dicere, Deum novi, ut ipse Deus seipsum novit. (Anomœi dicebant se Deum nosse ut se ipse noverat.) Hæccine confutatione indigent? hæccine demonstratione? Annon satis est hæc solum verba proferre, ut tota eorum impietas reveletur? Etenim hæc insania est perspicua, amentia inexcusabilis, novus impietatis modus. Nemo quidpiam hujusmodi vel mente concipere, vel lingua proferre ausus est. Cogita miser & infelix, quisnam sis, & quemnam tam curiose scruteris: homo cum sis Deum exploras. Vel nomina mera satis sunt, ut stultitiæ magnitudinem declarent. Homo terra & cinis, caro & sanguis, fœnum & flos fœni, umbra, fumus, vanitas, & si quid his obscurius & vilius. Neque puteris hæc incusandæ naturæ causa dici: neque enim ego, sed prophetæ ita philosophantur, non ut genus nostrum dedecore afficiant, sed ut insanorum tumorem comprimant; non ut naturam nostram contemnant, sed ut furiosorum arrogantiam dejiciant. Nam si postquam illi tot tantaque dixere, reperti tamen sunt qui

[a] Hæc, καὶ μὴ δυνάμενος λαλεῖν, desunt in quibusdam MSS.

verborum petulantia ipsum diabolum superarunt; si nihil ejusmodi dictum fuisset, quo tandem amentiæ non prorupissent? Si appositam habentes medicinam, adhuc tamen inflantur, quò demum tumoris & arrogantiæ non processissent, nisi talia illi circa naturam humanam protulissent? Audi igitur quid de seipso dicat justus ille Patriar-
Gen. 18. 27. cha, *Ego autem sum terra & cinis*. Cum Deo loquebatur, neque tamen confidentia efferebatur. Imo vel hoc ipsum ut moderate ageret ipsi suadebat. Hi vero, qui ne umbra quidem illius digni sunt, se Angelis ipsis majores esse putant, quod extremæ dementiæ argumentum est. Deum-ne scrutaris, dic mihi, qui sine principio est, invariabilis, incorporeus, incorruptibilis, qui ubique adest, & omnia superat, universaque creatura superior est? Audi quid de illo Prophetæ philosophentur, & metue:
Psalm. 103. 32. *Qui respicit terram, & facit eam tremere.* Aspexit solum, & illam tantam terram concussit: *Qui tangit montes & fumigant.*
Job 9. 6. *Qui concutit terram a fundamentis, & columnæ ejus nutant: qui minatur mari & siccat illud. Qui dicit abysso, desolaberis.*
Psal. 113. 3. *Mare vidit & fugit, Jordanis conversus est retrorsum. Montes exsultaverunt sicut arietes, & colles sicut agni ovium.* Omnis creatura movetur, metuit, contremiscit: hi soli despiciunt, negligunt, salutem suam parvi faciunt: non enim dixerim, Dominum omnium. Nuper eos a supernarum virtutum exemplo admonebamus, Angelis, Archangelis, Cherubim & Seraphim: nunc vero ab insensibili creatura, neque tamen sic afficiuntur pudore. Annon vides hoc cælum, quàm pulcrum, quàm magnum, quàm vario choro stellarum coronatum: quantum temporis duraverit? Plus quinque millibus annis stetit, & diuturnitas temporis nullam ipsi senectutem invexit: sed ceu corpus semper novum, & robur & florem ætatis perpetuo servat; ita & cælum, quam ab initio habuit pulchritudinem conservavit, nec temporis diuturnitate ullatenus imbecillius evasit: sed illud ita pulcrum, magnum, lætum, stellis ornatum, perpetuum, tamdiu consistens, Deus, quem tu curiose scrutaris, & ratiociniorum tuorum limitibus subjicis, ita facile condidit, ac si quis tugurium ludens construeret: quam rem
Hesai. 44. 24. sic declarat Hesaïas Propheta: *Qui statuit cælum sicut cameram, & extendit illud sicut tabernaculum super terram.* Visne terram quoque intueri? Hanc etiam quasi nihil fecit. Nam de illo quidem ait: *Qui statuit cælum sicut cameram, & extendit illud sicut tabernaculum in deserto*: de hac vero, *Qui continet gyrum terræ, qui fecit terram quasi nihil.* Videsne quomodo *nihil* dixerit tantum tamque ingens corpus?

4. Cogita quantam montium molem, quot hominum nationes, quot plantarum varietatem & altitudinem, quot urbes, quot ædificiorum magnitudines, quot quadrupedum, ferarum, reptilium genera dorso

A οἱ τοῦ διαβόλου τὴν μεγαληγορίαν νικήσαντες· εἰ μηδὲν τούτων εἴρητο, ποῦ οὐκ ἂν ἐξελάκτισαν ἀπονοίας; εἰπέ μοι· εἰ ἔχοντες τὸ φάρμακον ἐπικείμενον καὶ ἔτι φλεγμαίνουσι, ποῦ οὐκ ἂν ὄγκου καὶ ἀπονοίας [a] ἐφυσήθησαν, εἰ μὴ τοιαῦτα ἀπεφήναντο περὶ τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπίνης ἐκεῖνοι; ἄκουσον γοῦν τί φησιν ὁ δίκαιος πατριάρχης περὶ ἑαυτοῦ· ἐγὼ δέ εἰμι γῆ καὶ σποδός· Θεῷ διελέγετο, καὶ οὐκ ἐπῆρεν αὐτὸν ἡ παῤῥησία· αὕτη μὲν οὖν αὐτὴ μετριάζειν αὐτὸν ἀνέπειθεν· οὗτοι δὲ οὐδὲ τῆς σκιᾶς ὄντες ἄξιοι τῆς ἐκείνου, τῶν ἀγγέλων αὐτῶν μείζους ἑαυτοὺς εἶναι νομίζουσιν· ὅπερ ἐσχάτης ἐστὶ μανίας ἀπόδειξις.
B Θεὸν εἰπέ μοι περιεργάζῃ τὸν ἄναρχον, τὸν ἀναλλοίωτον, τὸν ἀσώματον, τὸν ἄφθαρτον, τὸν πανταχοῦ παρόντα, καὶ πάντα ὑπερβαίνοντα, καὶ ἀνωτέρω τῆς κτίσεως ἁπάσης ὄντα; ἄκουσον τί φιλοσοφοῦσιν οἱ προφῆται περὶ αὐτοῦ, καὶ φοβήθητι· ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν· εἶδε μόνον καὶ ἐσάλευσε τὴν τοσαύτην καὶ τηλικαύτην γῆν· ὁ ἁπτόμενος τῶν ὀρέων, καὶ καπνίζονται· ὁ σείων τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἐκ θεμελίων, καὶ οἱ στύλοι αὐτῆς σαλεύονται· ὁ ἀπειλῶν θαλάσσῃ, καὶ ξηραίνων αὐτήν· ὁ λέγων τῇ ἀβύσσῳ, ἐρημωθήσῃ· ἡ θάλασσα εἶδε, καὶ ἔφυγεν· ὁ Ἰορδάνης ἀνεχώρησεν εἰς τὰ ὀπίσω· τὰ ὄρη ἐσκίρ-
C τησαν ὡσεὶ κριοὶ, καὶ οἱ βουνοὶ ὡς ἀρνία προβάτων. πᾶσα ἡ κτίσις σαλεύεται, δέδοικε, τρέμει· μόνοι δὲ οὗτοι καταφρονοῦσιν, ὑπερορῶσιν, ἐξευτελίζουσι τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν· οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι τὴν ἁπάντων δεσπότην. πρῴην μὲν οὖν αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἄνω δυνάμεων ἐσωφρονίζομεν· ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων· τῶν Χερουβὶμ, τῶν Σεραφίμ· νῦν δὲ ἀπὸ τῆς ἀναισθήτου κτίσεως, καὶ οὐδὲ ἐντεῦθεν ἐντρέπονται. οὐχ ὁρᾷς τουτονὶ τὸν οὐρανὸν, πῶς καλός; πῶς μέγας; πῶς τῷ ποικίλῳ τῶν ἄστρων ἐστεφάνωται χορῷ; πόσον διήρκεσε χρόνον; πεντακισχίλια γὰρ καὶ πλείω λοιπὸν ἕστηκεν ἔτη, καὶ τὸ πλῆθος τοῦ χρόνου οὐκ ἐπήγαγεν αὐτῷ γῆρας· ἀλλ' ὥσπερ
D σῶμα νέον, καὶ σφριγῶν ἀνθοῦσαν ἔχει καὶ ἐνακμάζουσαν αὐτῷ τῆς ἡλικίας τὴν ὥραν· οὕτω δὴ καὶ ὁ οὐρανὸς, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἔλαχε κάλλος διετήρησε, καὶ οὐδὲν ὑπὸ τοῦ χρόνου γέγονεν ἀσθενέστερος. ἀλλὰ τοῦτον τὸν καλὸν, τὸν μέγαν, τὸν φαιδρὸν, τὸν κατηστερωμένον, τὸν διαρκῆ, τὸν ἐπὶ τοσοῦτον ἑστηκότα χρόνον ὁ Θεὸς οὗτος, ὃν περιεργάζῃ, καὶ τῇ τῶν οἰκείων λογισμῶν ὑποβάλλεις περιγραφῇ, ὡς ἂν εἰ παίζων τις καλύβην ποιήσειεν, οὕτω μετ' εὐκολίας εἰργάσατο. καὶ τοῦτο ἐμφαίνων ὁ Ἡσαΐας ἔλεγεν· ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν, καὶ διατείνας αὐτὸν ὡς σκηνὴν ἐπὶ τῆς γῆς. ἀλλὰ
E καὶ τὴν γῆν βούλει ἰδεῖν; ἀλλὰ καὶ ταύτην ὡς οὐδὲν ἐποίησε. περὶ μὲν γὰρ ἐκείνου λέγει· ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν, καὶ διατείνας αὐτὸν ὡς σκηνὴν ἐπὶ τῆς γῆς· περὶ δὲ ταύτης· ὁ κατέχων τὸν γῦρον τῆς γῆς· ὁ ποιήσας τὴν γῆν ὡς οὐδέν· [b] ὁρᾷς πῶς οὐδὲν εἶπε τὴν τοσαύτην καὶ τηλικαύτην;

Ἐννόησον γὰρ πόσον μὲν ὀρῶν ὄγκον, πόσα δὲ ἀνθρώπων ἔθνη, πόσα δὲ ὕψη καὶ πλήθη φυτῶν, πόσας δὲ πόλεις, καὶ πόσα οἰκοδομημάτων μεγέθη, καὶ πόσα τετραπόδων, θηρίων, ἑρπετῶν πλήθη παντοδαπῶν ἐπὶ τῶν νώτων φέρει

[a] Alii, ἐξεφυσήθησαν.
[b] Sic Savil. & quidam Manuscripti. In Morel. vero & aliis hæc desunt, ὁρᾷς πῶς οὐδὲν εἶπε.

τῆς ἑαυτῆς. ἀλλ' ὅμως τὴν τοιαύτην καὶ τοσαύτην οὕτως εὐκόλως ἐποίησεν, ὡς καὶ τὸν προφήτην μηδὲ παράδειγμα τῆς εὐκολίας δυνάμενον εὑρεῖν εἰπεῖν, ὅτι τὴν γῆν ἐποίησεν ὡς οὐδέν. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἤρκει τὰ μεγέθη, καὶ τὰ κάλλη τῶν ὁρωμένων τοῦ δημιουργοῦ παραστῆσαι τὴν δύναμιν, ἀλλὰ πολλῷ τῷ μέτρῳ ἐλείπετο τοῦ μεγέθους, καὶ τῆς ἰσχύος τοῦ πεποιηκότος αὐτὰ ἁπάσης, εὗρον ἕτερον οἱ προφῆται τρόπον, δι' οὗ κατὰ δύναμιν τὴν ἑαυτῶν ἰσχὺν παραδηλῶσαί τι πλέον ἡμῖν περὶ τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως. ποῖον δὴ τοῦτον; τὸ μὴ τὰ μεγέθη προθεῖναι τῶν κτισμάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν τρόπον τῆς δημιουργίας εἰπεῖν· ἵν' ἑκατέρωθεν B καὶ ἐκ τοῦ μεγέθους τῶν γεγενημένων, καὶ ἐκ τῆς κατὰ τὴν δημιουργίαν εὐκολίας, δυνηθῶμεν ἀξίαν τινὰ κατὰ δύναμιν τὴν ἡμετέραν ἔννοιαν λαβεῖν περὶ τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως. μὴ τοίνυν τὸ μέγεθος ἐξέταζε μόνον τῶν γεγενημένων, ἀλλὰ καὶ τὴν εὐκολίαν τοῦ πεποιηκότος· οὐκ ἐπὶ γῆς δὲ τοῦτο ἐνδείκνυται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς φύσεως τῶν ἀνθρώπων. νῦν μὲν γάρ φησιν, ὁ κατέχων τὸν γῦρον τῆς γῆς, καὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐν αὐτῇ ὡσεὶ ἀκρίδας· νῦν δέ φησιν, ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδου πάντα τὰ ἔθνη ἐναντίον αὐτοῦ. μὴ ἁπλῶς παρέλθῃς τὸν λόγον, ἀλλ' ἀνάπτυξον τὸ εἰρημένον καλῶς C καὶ ἐξέτασον· ἀναλόγισαι πάντα τὰ ἔθνη [a] Σύρους, Κίλικας, Καππαδόκας, Βιθυνούς, τοὺς τὸν Εὔξεινον πόντον οἰκοῦντας, Θρᾴκην, Μακεδονίαν, τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν, τοὺς ἐν ταῖς νήσοις, τοὺς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, τοὺς ὑπὲρ τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην, τοὺς ἐν ταῖς νήσοις ταῖς Βρεττανικαῖς, Σαυρομάτας, Ἰνδούς, τοὺς τὴν τῶν Περσῶν οἰκοῦντας γῆν, τὰ ἄλλα τὰ ἄπειρα γένη, καὶ φῦλα, ὧν οὔτε τὰ ὀνόματα ἴσμεν· ἀλλὰ πάντα ταῦτα τὰ ἔθνη, ὡς σταγὼν, φησὶν, ἀπὸ κάδου ἐναντίον αὐτοῦ· πόσον μέρος εἶ τῆς σταγόνος ταύτης, εἰπέ μοι, ὅτι περιεργάζῃ τὸν θεὸν, ᾧ πάντα τὰ ἔθνη ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδου; D καὶ τί χρὴ λέγειν περὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ θαλάττης καὶ ἀνθρώπων φύσεως; ἀναβῶμεν ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν τῷ λόγῳ, καὶ ἐπὶ τοὺς ἀγγέλους ἔλθωμεν. ἴστε γὰρ δή που τοῦτο, ὅτι τῆς κτίσεως τῆς ὁρωμένης ταύτης εἷς ἄγγελος μόνος ἀντίρροπός ἐστι· μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ τιμιώτερος. εἰ γὰρ ἀνθρώπου δικαίου ἄξιος οὐκ ἂν εἴη πᾶς ὁ κόσμος, καθὼς ὁ Παῦλος δείκνυσι λέγων, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος οὗτος· πολλῷ μᾶλλον ἀγγέλου οὐκ ἂν γένοιτό ποτε ἄξιος· πολλῷ γὰρ τῶν δικαίων ἄγγελοι μείζους· ἀλλ' ὅμως μύριαι μυριάδες εἰσὶν ἀγγέλων ἄνω, καὶ χίλιαι χιλιάδες εἰσὶν ἀρχαγγέλων, θρόνοι, κυριότητες, ἀρχαὶ, καὶ ἐξουσίαι, καὶ ἄπειροι δῆμοι ἀσωμάτων δυνάμεων, E καὶ φῦλα ἀμύθητα, καὶ ταύτας ἁπάσας τὰς δυνάμεις μετὰ τοσαύτης εὐκολίας ἐποίησε, μεθ' ὅσης οὐδεὶς λόγος παραστῆναι δύναται. ἤρκεσε γὰρ αὐτῷ τὸ θελῆσαι πρὸς ἅπαντα, καὶ καθάπερ ἡμῖν ἡ βούλησις οὐ παρέχει κάματον· οὕτως οὐδὲ ἐκείνῳ τὸ δημιουργῆσαι τοσαύτας, καὶ τηλικαύτας δυνάμεις. καὶ τοῦτο ὁ προφήτης ἐμφαίνων ἔλεγε· πάντα ὅσα ἠθέλησεν, ἐποίησεν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ. ὁρᾷς ὅτι οὐ πρὸς δημιουργίαν τῶν ἐν τῇ γῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς

A suo sustinet. Attamen illam talem tantamque ita facile condidit, ut Propheta cum tantæ facilitatis exemplum non haberet, dixerit, eum fecisse terram quasi nihil. Cum enim visibilium magnitudo & pulcritudo non satis esset ad Creatoris potentiam declarandam, sed multo intervallo procul esset a magnitudine & robore ejus, qui ipsa condiderat, alium Prophetæ modum invenerunt, quo pro facultate sua, possent aliquid amplius de Dei potentia declarare. Quodnam illud? Ut non modo creatarum rerum magnitudinem exponerent, sed etiam B modum creationis efferrent, ut ex utraque parte, cum ex magnitudine opificiorum, tum ex creationis facilitate, pro captu nostro dignam possimus de potentia Dei notitiam accipere. Ne itaque opificiorum magnitudinem tantum explores, sed etiam condentis facilitatem. Neque solum in terra hoc deprehenditur, sed & in ipsa hominum natura: modo enim ait, *Qui continet gyrum terræ, & habitantes in ea quasi locustas*; modo, *quasi stilla situlæ omnes gentes in conspectu ejus*. Ne minus considerate hoc dictum præ- C tereas, sed excute, & explora. Repete omnes gentes, Syros, Cilices, Cappadoces, Bithynos, Euxini-Ponti incolas, Thraciam, Macedoniam, Græciam omnem, & Insulas, Italos, eos qui sunt supra continentem nostram, eos qui in Insulis Britannicis, Sauromatas, Indos, Persas, aliasque innumeras gentes, & nationes quarum ne nomina quidem novimus. Verum hæ *omnes gentes quasi stilla situlæ*, inquit, *in conspectu ejus*. Quota pars es ejus stillæ tu, qui Deum scrutaris, cui omnes gentes quasi stilla situlæ? Ecquid oportet de cælo & terra dicere, de mari, deque hominum natura? D Ascendamus in cælum verbo, Angelosque adeamus; scitis enim vel unum Angelum parem esse toti visibili creaturæ; imo longe præstantiorem. Nam si vel uno homine justo totus mundus dignus non sit, ut Paulus ostendit his verbis, *quibus dignus non erat mundus*, multo minus Angelo dignus erit: Angeli quippe multo præstantiores sunt justis. Attamen decem millies dena millia Angelorum sursum sunt, & millia millium Archangelorum; itemque throni, dominationes, principatus & potestates, atque innumeri incorporearum virtutum populi, tri- E busque inenarrabiles. Omnesque illas virtutes cum tanta facilitate condidit, quanta nullus sermo potest exprimere. Satis enim illi fuit ut vellet, & sicut apud nos voluntas nihil laboris affert; sic nullo ipse labore tot tantasque virtutes condidit. Quod declarans Propheta dicebat, *Omnia quæcumque voluit fecit in cælo & in terra*. Viden' non ad terrenarum tantum rerum creationem, sed etiam ad creatio-

Hesai. 40. 22.
Hesai. 40. 15.
He
Ps.

[a] Longe majorem Gentium enumerationem extulit in interpretatione sua Theodorus Gaza; nempe sic: *Syros, Cilices, Cappadoces, Bithynos, Mysos, Phryges, Maones, Lycios, Pamphylios, Iones, Assyrios, Arabes, Indos, Ægyptios, Æthiopes, Pœnos, Hispanos, Gallos, Germanos, Sarmatas, Pannonios, Sauromatas, Massagetas, denique omnes Scythas, degentesque ultra Aquilonem: item Al anos. (f. Alanos) Iberes, Bactrianos, Caspios, Medos, Persas, Parthos, Armenios, Ponti-Euxini vicinos omnes & incolas, Thraces, Macedonas, Græcos omnes: adde Epirum, Daciam, Dalmatiam, Italiam: Insulas omnes tam interioris maris, quam exterioris, cætera, quæ innumerabiles Gentes, &c.* Sed nescio unde expiscatus: omnes quippe Manuscripti, Morel. & Savil. idipsum efferunt, nullo discrimine.

nem supernarum virtutum satis fuisse illius voluntatem? Hæc cum audis, non teipsum deploras, dic mihi? non te in terram defodis & obruis, cum in tantum arrogantiæ proruperis, ut eum quem glorificare & adorare solum fas est, quasi unam vilissimarum rerum scruteris, & comprehendere coneris? Ideo & Paulus multa plenus sapientia, incomparabilem Dei excellentiam, simulque humanæ naturæ vilitatem intuitus, indignatusque adversus eos qui ejus dispensationem curiosius explorarent, rem moleste ferens cum multa vehementia dicebat: *O homo tu quis es, qui respondeas Deo?* Tu quis es? Cogita prius naturam tuam: nullum quippe nomen potest tuam vilitatem declarare.

Rom. 9. 2.

5. At dices, homo sum libertate honoratus. Atqui honoratus es, non ut ad repugnandum, sed ut ad obsequendum honoranti te, illo utereris honore. Honoravit te Deus, non ut illum contumelia afficeres, sed ut illum glorificares; contumelia vero afficit is, qui substantiam ejus curiosius explorat. Nam si dum promissa ejus non exploras, illum gloria afficis; dum exploras & curiose inquiris, non sententias modo ejus, sed etiam eum qui ipsas protulit dedecore afficis. Quod autem Deum glorificet is, qui ejus promissa non curiose scrutatur, audi Paulum de Abrahamo deque ejus obedientia fideque in omnibus dicentem: *Consideravit quidem corpus suum emortuum, & emortuam vulvam Saræ: verum in repromissione Dei non hæsitavit diffidentia, sed confortatus est fide.* Natura & ætas, inquit, in desperationem ipsum conjiciebant, sed fides spem bonam substituebat. *Sed confortatus est in fide dans gloriam Deo, & plenissime sciens, quia quæcumque promisit, potens est & facere.* Viden' eum, qui certior est de rebus a Deo prolatis, gloriam Deo dare? Si itaque is, qui Deo credit, gloriam ipsi dat, qui non credit ipsi, contumeliam illam in suum ipse caput convertit. *Tu quis es, qui Deo respondeas?* Deinde ut ostendat quantum sit Deum inter & hominem intervallum, id demonstrat non quidem quantum oporteret, sed tamen ex proposito exemplo longe majus discrimen esse intelligi potest. Quid igitur ait? *Numquid dicet figmentum ei, qui se finxit, Quid me fecisti sic? Annon habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliam?* Quid ais? Itane Deo debeo subjici, ut lutum figulo? Ita, inquit: tantum enim est Deum inter & hominem intervallum, quantum inter lutum & figulum; vel potius, non tantum, sed multo majus. Luti enim & figuli eadem substantia est, ut apud Job dicitur: *Sino, inquit, habitantes domos luteas, ex quo & ipsi sumus ex eodem luto.* Quod si homo præstantior luto, & formosior appareat, differentiam non diversitas naturæ, sed artificis sapientia fecit: in nullo

Contumelia Deum afficit is qui substantiam ejus curiosius explorat.

Rom. 4. 19.

Rom. 9. 21.

Job 4. 19.

A τὴν κτίσιν τῶν ἄνω δυνάμεων ἤρκεσεν ἡ θέλησις αὐτοῦ μόνη; Ταῦτα οὖν ἀκούων οὐ θρηνεῖς σαυτὸν, εἰπέ μοι, καὶ κατορύττεις πρὸς τοσαύτην ἀπονοίας ἀρθεὶς, ὅτι ὃν δοξάζειν χρὴ μόνον καὶ προσκυνεῖν, τοῦτον ὡς ἕν τι τῶν εὐτελεστάτων πραγμάτων περιεργάζεσθαι φιλονεικεῖς καὶ πολυπραγμονεῖς; Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ὁ πολλῆς σοφίας ἐμπεπλησμένος ὁρῶν τὴν ἀσύγκριτον ὑπεροχὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν εὐτέλειαν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, πρὸς τοὺς περιεργαζομένους αὐτοῦ τὰς οἰκονομίας ἀγανακτῶν, καὶ μετὰ πολλῆς δυσχεραίνων τῆς σφοδρότητος ἔλεγε· Μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; Τίς εἶ; ἐν-
B νόησον σοῦ τὴν φύσιν πρότερον· οὐδὲν γάρ ἐστιν ὄνομα δυνάμενον παραστῆσαί σου [a] τὴν εὐτέλειαν.

Ἀλλ' ἐρεῖς ὅτι ἄνθρωπός εἰμι ἐλευθερίᾳ τετιμημένος· ἀλλ' ἐτιμήθης οὐχ ἵνα εἰς ἀντιλογίαν τῇ ἐλευθερίᾳ, ἀλλ' ἵνα τῇ τιμῇ πρὸς ὑπακοὴν καταχρήσῃ τοῦ τετιμηκότος. Ἐτίμησέ σε ὁ Θεὸς, οὐχ ἵνα αὐτὸν ὑβρίζῃς, ἀλλ' ἵνα δοξάζῃς· ὑβρίζει δὲ ὁ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ περιεργαζόμενος. Εἰ γὰρ τὸ μὴ περιεργάζεσθαι τὰς ἐπαγγελίας αὐτοῦ δοξάζειν αὐτόν ἐστι, τὸ πολυπραγμονεῖν [b] καὶ διερευνᾶν οὐχὶ τὰς ἀποφάσεις μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν ἀποφηνάμενον ἀτιμάζειν ἐστίν· ὅτι δὲ τὸ μὴ περιεργάζεσθαι τὰς
C ἐπαγγελίας αὐτοῦ, δοξάζειν αὐτόν ἐστιν, ἄκουσον τοῦ Παύλου λέγοντος περὶ τοῦ Ἀβραὰμ καὶ τῆς ὑπακοῆς τῆς ἐκείνου, καὶ τῆς ἐν ἅπασι πίστεως· Κατενόησε μὲν γάρ φησι τὸ ἑαυτοῦ σῶμα νενεκρωμένον, καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάῤῥας· εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ, ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει. Ἡ φύσις, καὶ ἡ ἡλικία εἰς ἀπόγνωσιν, φησὶν, ἐνέβαλλον, ἡ δὲ πίστις ἐλπίδας ὑπέτεινε χρηστάς· Ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει δοὺς δόξαν τῷ Θεῷ, καὶ πληροφορηθεὶς ὅτι ὃ ἐπήγγελται, δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι. Ὁρᾷς ὅτι ὁ πληροφορούμενος ὑπὲρ ὧν ἂν ὁ Θεὸς ἀποφαίνηται, δόξαν δίδωσι τῷ Θεῷ; Εἰ τοίνυν δόξαν δίδωσι τῷ
D Θεῷ ὁ πιστεύων αὐτῷ, ὁ ἀπιστῶν αὐτῷ τὴν ἀτιμίαν αὐτοῦ εἰς τὴν ἑαυτοῦ περιτρέπει κεφαλήν. Σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; Εἶτα βουλόμενος δεῖξαι τὸ μέσον ὅσον ἐστὶν ἀνθρώπου καὶ Θεοῦ, ἔδειξεν οὐχ ὅσον ἔδει, πλὴν ἀπὸ τοῦ δοθέντος ὑποδείγματος δυνατὸν καὶ πολλῷ μείζονος διαφορᾶς ἔννοιαν λαβεῖν. Τί γάρ φησι· Μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, Τί με ἐποίησας οὕτως; ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν; Τί
E λέγεις; οὕτως ὀφείλω ὑποκεῖσθαι τῷ Θεῷ ὡς ὁ πηλὸς τῷ κεραμεῖ; Ναί φησι· τοσοῦτον γὰρ τὸ μέσον ἀνθρώπου καὶ Θεοῦ, ὅσον πηλοῦ καὶ κεραμέως· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τοσοῦτον τὸ μέσον, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλέον· πηλοῦ μὲν γὰρ, καὶ κεραμέως οὐσία μία καθάπερ καὶ παρὰ τῷ Ἰὼβ εἴρηται· Ἐῶ δὲ τοὺς κατοικοῦντας οἰκίας πηλίνας, ἐξ οὗ καὶ αὐτοί ἐσμεν ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ. Εἰ δὲ ἀμείνων φαίνεται καὶ εὐπρεπέστερος ἐκείνου ὁ ἄνθρωπος, τὴν διαφορὰν οὐχ ἡ ἐναλλαγὴ τῆς φύσεως, ἀλλ' ἡ σοφία τοῦ τεχνίτου πεποίηκεν· ἐπεὶ τοι

a Alii, τὴν εὐτέλειαν, alii, τὴν οὐδένειαν.

b Alii, καὶ διερευνᾶσθαι.

λοῦ οὐδὲν διέστηκας· εἰ δὲ ἀπιστεῖς, πειθέτωσάν σε αἱ σοροὶ καὶ αἱ λάρνακες. ἐπὶ γὰρ τοὺς τάφους ἀπελθὼν τῶν προγόνων εἴσῃ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει· πηλοῦ μὲν καὶ κεραμέως οὐδὲν τὸ μέσον· θεοῦ δὲ καὶ ἀνθρώπων τῆς οὐσίας τοσοῦτον τὸ μέσον, ὅσον οὐδὲ λόγος παραστῆσαι δυνήσεται, οὐδὲ ἔννοια μετρῆσαι χωρεῖ. ὥσπερ οὖν ὁ πηλὸς ἕπεται τῇ χειρὶ τοῦ κεραμέως, ὅπερ ἂν ἐκεῖνος ἕλκῃ καὶ περιάγῃ· οὕτω καὶ σὺ κατὰ τὸν πηλὸν ἄφωνος ἔσο, ὅταν ὁ θεὸς οἰκονομεῖν τι βούληται. οὐδὲ γὰρ ἀφαιρούμενος τὴν ἐξουσίαν ἡμῶν, μὴ γένοιτο· οὐδὲ τῷ αὐτεξουσίῳ λυμαινόμενος, ταῦτα εἴρηκεν ὁ Παῦλος, ἀλλ' ἐκ πολλῆς τῆς περιουσίας τὴν αὐθάδειαν ἡμῶν ἐπιστομίζων. εἰ δὲ δοκεῖ, καὶ τοῦτο ἴδωμεν. τί ποτε ἄρα ἐβουλήθησαν ἐκεῖνοι μαθεῖν, καὶ οὕτω σφοδρῶς αὐτοὺς ἐπετίμησεν; ἆρα οὐσίαν περιειργάζοντο; οὐδαμῶς, οὐδεὶς γὰρ τοῦτο ἐτόλμησεν οὐδέ ποτε, ἀλλὰ τὸ πολλῷ ἔλαττον, οἰκονομίας ἐζήτουν τοῦ θεοῦ· οἷον διὰ τί ὁ δεῖνα κολάζεται, καὶ διὰ τί ὁ δεῖνα ἐλεεῖται, διὰ τί ὁ δεῖνα ἀπαλλάττεται τιμωρίας, ὁ δὲ ἐν δεινοῖς ἐστί· καὶ ὁ μὲν συγγνώμης ἔτυχεν, ὁ δὲ οὐκ ἔτυχε. ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα ἐζήτουν· πόθεν δῆλον τοῦτο; ἐκ τῶν ἀνωτέρω τούτων· εἰπὼν γὰρ ἄρα οὖν ὃν θέλει ἐλεεῖ· ὃν δὲ θέλει σκληρύνει· ἐρεῖς οὖν μοι· τί ἔτι μέμφεται; τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε; τότε ἐπήγαγε, μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ θεῷ; οἰκονομίας τοίνυν ζητοῦντας περιεργάζεσθαι ἐπιστομίζει ὁ Παῦλος· εἶτα ἐκείνοις μὲν οὐδὲ ταῦτα ἀφίεται· σὺ δὲ τὴν μακαρίαν οὐσίαν τὴν [a] πάντα οἰκονομοῦσαν πολυπραγμονῶν οὐχ ἡγῇ μυρίων ἄξιος εἶναι σκηπτῶν; καὶ πῶς οὐκ ἐσχάτης ταῦτα μανίας; ἄκουσον τοῦ προφήτου λέγοντος, μᾶλλον δὲ τοῦ θεοῦ δι' ἐκείνου· εἰ πατὴρ ἐγώ εἰμι, ποῦ ἐστιν ἡ δόξα μου; καὶ εἰ κύριος ἐγώ εἰμι, ποῦ ἐστιν ὁ φόβος μου; ὁ γὰρ φοβούμενος οὐ περιεργάζεται, ἀλλὰ προσκυνεῖ· οὐ πολυπραγμονεῖ, ἀλλ' εὐφημεῖ καὶ δοξάζει. διδασκέτωσάν σε ταῦτα καὶ αἱ ἄνω δυνάμεις, καὶ ὁ μακάριος Παῦλος· οὐ γὰρ ἑτέροις μὲν ταῦτα ἐπιπλήττει, αὐτὸς δὲ οὐχ οὕτω διάκειται. ἄκουσον γοῦν τί Φιλιππησίοις φησὶ δεικνὺς, ὅτι μερικὴν ἐπίγνωσιν ἔχει· καθάπερ καὶ Κορινθίοις γράφων ἔλεγεν, ὅτι ἐκ μέρους γινώσκομεν, καὶ οὐ παντὸς οὐδέπω, καὶ νῦν ἐπείληπται· ἀδελφοὶ ἐγὼ ἐμαυτὸν οὐ λογίζομαι κατειληφέναι. τί ταύτης σαφέστερον τῆς φωνῆς; σάλπιγγος λαμπρότερον ἐβόησε τῇ οἰκουμένῃ ἁπάσῃ παιδεύων ἀγαπᾷν καὶ στέργειν τῷ δοθέντι τῆς γνώσεως μέτρῳ, καὶ μὴ νομίζειν τὸ πᾶν ἀπειληφέναι ποτέ. τί λέγεις, εἰπέ μοι; τὸν Χριστὸν ἔχεις ἐν σεαυτῷ λαλοῦντα, καὶ λέγεις, ὅτι ἐγὼ οὐ λογίζομαι ἐμαυτὸν κατειληφέναι; διὰ γὰρ αὐτὸ τοῦτό, φησιν, εἶπον, ὅτι τὸν Χριστὸν ἔχω ἐν ἐμαυτῷ λαλοῦντα· αὐτός με ταῦτα ἐδίδαξεν. ὥστε καὶ οὗτοι, εἰ μὴ παντελῶς ἔρημοι τῆς τοῦ πνεύματος ἦσαν βοηθείας, καὶ ἐνέργειαν αὐτοῦ πᾶσαν ἐκ τῆς ἑαυτῶν ἀπώσαντο ψυχῆς, οὐκ ἂν Παύλου λέγοντος, οὐ λογίζομαι ἐμαυτὸν κατειληφέναι, αὐτοὶ τοῦ παντὸς ἐπειληφέναι ἐνόμισαν.

a. Quinque MSS. τὴν ταῦτα οἰκονομοῦσαν.

A quippe differs a luto: quod si non credis: id tibi persuadeant tumuli & urnæ sepulcrales. Nam si sepulcra majorum tuorum adeas, hæc ita se habere deprehendes. Inter lutum itaque & figulum differentia nulla: inter Dei vero & hominis substantiam tantum intervallum est, quantum nec oratione narrare, nec mente æstimare possimus. Quemadmodum igitur lutum figuli manus, quocumque ille duxerit sequitur; ita & tu luti instar mutus esto, quando Deus aliquid dispensare voluerit. Neque tamen ideo Paulus hæc dixit, ut facultatem nostram tolleret, aut liberum arbitrium labefactaret, absit; sed ut arrogantiam nostram magis magisque coërceret.

B Verum si placet videamus, quidnam ipsi ediscere voluerint; ita ut ipsos Paulus tam vehementer refrænaret. An substantiam Dei scrutabantur? Nequaquam: nemo enim id umquam ausus est. Sed quod longe minus est, ejus dispensationes scrutabantur; verbi gratia, quare illum puniret, illius misereretur; quare illum supplicio eximat; hunc in ærumnis sinat; quare ille veniam sit consequutus hic minime. Hæc & similia quærebant. Undenam id liqueat? ex præcedentibus. Cum enim dixisset: *Ergo quem vult miseratur, & quem vult indurat? Dices itaque mihi, quid* Rom. 9. 15.

C *adhuc queritur? Voluntati enim ejus quis resistit?* Tunc intulit, *O homo tu quis es qui respondeas Deo?* Rom. 9. 21. Eos igitur, qui dispensationes Dei scrutabantur reprimit Paulus. Profecto ne id quidem illis concedit, tu vero beatam illam substantiam omnia dispensantem curiose scrutaris? Annon te sexcentis fulminibus dignum censes? Quomodo non id extremæ dementiæ fuerit? Audi Prophetam vel potius Deum dicentem: *Si Pater ego sum, ubi est gloria mea? & si Dominus ego sum, ubi est timor meus?* Mal. 1. 6. Qui enim metuit, non curiose scrutatur, sed adorat;

D non curiose inquirit, sed laudat & glorificat. Hæc te doceant & supernæ virtutes, & beatus Paulus: non enim cum hac de re alios increpat, ipse eodem quo illi modo affectus est. Audi quid Philippensibus dicat, cum declarat se particularem scientiam habere: quemadmodum & Corinthiis scribens dicebat, *ex parte cognoscimus*, totum vero nondum: 1. Cor. 13. 9. & nunc infert, *Fratres, ego me non arbitror comprehendisse.* Philip. 3. 13. Quid hac apertius voce? Tubâ clarius cecinit, orbem totum instituens, ut datam scientiæ mensuram diligerent & amplecterentur, nec existimarent umquam se totum

E accepisse. Quid ais, dic mihi? Christum habes in teipso loquentem, & dicis, *Ego me non arbitror comprehendisse?* 2. Cor. 13. 3. Ideo enim, inquit, dixi me Christum habere in meipso loquentem. Ipse me hæc docuit. Quamobrem hi, nisi Spiritus sancti auxilio prorsus vacui essent, & omnem ejus operationem ex anima sua eliminassent, cum Paulus dicat, non arbitror meipsum comprehendisse, non ipsi se universum comprehendisse putarent.

6. Undenam liquet, dicet quispiam, ipsum ita loquentem, de fide agere, de scientia & de dogmatibus, & non de vitæ institutione, quasi dicat: Ego me imperfectum esse arbitror in vita & institutione? Id certe
2. Tim. 4. 7. planum fecit cum dixit: *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi: in reliquo reposita est mihi corona justitiæ.* Qui vero consummato cursu coronam accepturus est, nequaquam diceret, *non arbitror meipsum comprehendisse.* Alioquin autem quæ agenda & quæ non agenda sunt nemini sunt incerta; sed omnibus manifesta & nota & Barbaris & Persis, & toti hominum generi. Ut autem id clarius reddam, quæ hanc clausulam sequuntur legam.
Philip. 3. 2. Postquam dixisset, *Videte canes, videte malos operarios*, ac multa disseruisset de iis, qui judaïca dogmata intempestive inducunt, subjunxit: *Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta: verumtamen existimo omnia detrimentum esse, ut inveniar non habens justitiam quæ ex lege est; sed justitiam, quæ ex Deo est, quæ per fidem Jesu Christi est.* Postea dicit de qua fide loquatur: *Ut eum cognoscerem, & potentiam resurrectionis ejus & societatem passionum ejus.* Quid est, potentiam resurrectionis ejus? Novus, inquit, resurrectionis modus ostensus est. Multi quidem antea mortui resurrexere, hoc autem modo nullus. Alii quippe omnes postquam resurrexerant, rursum in terram redierunt, ac mortis tyrannide ad tempus liberati, rursus sub ejus imperium redacti sunt. Corpus autem Dominicum postquam resurrexerat, non in terram rediit, sed in cælos ascendit, & totam inimici tyrannidem solvit, atque secum totum orbem suscitavit, jamque in throno regio sedet. Hæc omnia cum mente volveret Paulus, & ostendisset, tot tantaque mirabilia, non ratione declarari posse, sed fide solum posse doceri & declarari, dicebat: *In fide ad cognoscendum potentiam resurrectionis ejus.* Nam si ratio fidem declarare non potest, quia & humanæ naturæ captum, & communem rerum seriem superat; resurrectionem illam, quæ tanto intervallo differt ab aliis resurrectionibus, quæ poterit ratio demonstrare? Nulla certe: sed sola nobis opus est fide, qua persuasum habeamus, corpus mortale resurrexisse, & immortalem accepisse vitam, nullum finem vel terminum habentem. Quod
Rom. 6. 9. & alibi significabat his verbis: *Christus suscitatus non moritur: mors illi ultra non dominabitur*; ita ut duplex fuerit miraculum, & resurrexisse, & illo modo resurrexisse. Ideo dicebat, *In fide ad cognoscendum potentiam resurrectionis ejus.* Quod si resurrectionem ejus non possimus ratione assequi, quanto minus supernam generationem? De his porro disputans Paulus, necnon de Cruce & Passione loquens, hæc quoque ad fidem pertinere dixit: cumque

A Καὶ πόθεν δῆλον, φησὶν, ὅτι περὶ πίστεως ταῦτα λέγει, καὶ γνώσεως καὶ δογμάτων, καὶ οὐχὶ περὶ βίου πολιτείας· ὅτι ἀτελῆ ἐμαυτὸν νομίζω ἐν βίῳ καὶ πολιτείᾳ; μάλιστα μὲν οὖν τοῦτο δῆλον ἐποίησεν εἰπών· τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι· τὸν δρόμον τετέλεκα· τὴν πίστιν τετήρηκα. λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος. ὁ δὲ τὸν στέφανον μέλλων ἀπολαμβάνειν, καὶ τὸν δρόμον τελέσας, οὐκ ἂν εἶπεν, οὐ λογίζομαι ἐμαυτὸν κατειληφέναι. ἄλλως δὲ τὰ πρακτέα, καὶ τὰ μὴ πρακτέα, οὐδενὶ [a] τῶν ἀνθρώπων ἐστὶν ἀφανῆ, ἀλλὰ πᾶσι δῆλα καὶ γνώριμα καὶ βαρβάροις καὶ Πέρσαις, καὶ παντὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει.
B ἵνα δὲ καὶ σαφέστερον ὃ λέγω ποιήσω, αὐτῆς ἀναγνώσομαι τῆς περικοπῆς ἀκολουθίαν· εἰπὼν γὰρ βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, καὶ πολλὰ διαλεχθεὶς περὶ τῶν εἰσαγόντων Ἰουδαϊκὰ [b] δόγματα ἀκαίρως, ἐπήγαγε λέγων· ἅτινα ἦν μοι κέρδη, ταῦτα ἥγημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν. ἀλλὰ μὲν οὖν γε καὶ ἡγήσομαι τὰ πάντα ζημίαν, ἵνα εὑρεθῶ μὴ ἔχων δικαιοσύνην τὴν ἐκ νόμου, ἀλλὰ τὴν ἐκ Θεοῦ δικαιοσύνην τὴν διὰ τῆς πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. εἶτα λέγει ποίας πίστεως, τοῦ γνῶναι αὐτὸν καὶ τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ, καὶ τὴν κοινωνίαν τῶν παθημάτων αὐτοῦ· τί ἐστι δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ;
C καινός τις, φησὶν, ἀναστάσεως ἐδείχθη τύπος. πολλοὶ μὲν γὰρ καὶ πρὸ ἐκείνου πολλάκις ἀνέστησαν νεκροὶ, οὕτω δὲ οὐδὲ εἷς· οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες ἀναστάντες πάλιν εἰς τὴν γῆν ὑπέστρεφον, καὶ πρὸς καιρὸν ἀπαλλαττόμενοι τῆς τοῦ θανάτου τυραννίδος, ὑπὸ τὴν ἀρχὴν πάλιν ἤγοντο τὴν ἐκείνου· τὸ δὲ σῶμα τὸ δεσποτικὸν ἀναστὰν οὐκ εἰς γῆν ὑπέστρεψεν, ἀλλ' εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνέβη, καὶ πᾶσαν τοῦ ἐχθροῦ κατέλυσε τυραννίδα, καὶ μεθ' ἑαυτοῦ τὴν οἰκουμένην συνανέστησεν ἅπασαν, καὶ νῦν ἐν τῷ θρόνῳ κάθηται τῷ βασιλικῷ. ταῦτ' οὖν ἅπαντα ἐννοῶν ὁ Παῦλος καὶ δεικνὺς, ὅτι τὰ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα θαύματα λογισμὸς μὲν οὐδεὶς παραστῆσαι δύναται, πίστις δὲ μόνη δύ-
D ναται διδάξαι καὶ ποιῆσαι σαφῆ, ἔλεγεν, ἐπὶ τῇ πίστει, τοῦ γνῶναι τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ. εἰ γὰρ ἁπλῶς ἀνάστασιν οὐ δύναται παραστῆσαι λογισμὸς, μεῖζον γὰρ τοῦτο τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, καὶ τῆς τῶν πραγμάτων ἀκολουθίας ἐστί· τὴν τοσοῦτον τῶν ἄλλων ἀναστάσεων διαφέρουσαν ἀνάστασιν ποῖος δυνήσεται παραστῆσαι λογισμός; οὐκ ἔστιν οὐδείς· ἀλλὰ πίστεως ἡμῖν δεῖ μόνης, [c] ἢ μέλλοιμεν πείθεσθαι, ὅτι σῶμα θνητὸν καὶ ἀνέστη, καὶ εἰς ζωὴν ἦλθεν ἀθάνατον πέρας οὐδὲν, οὐδὲ τέλος ἔχουσαν· ὅπερ οὖν καὶ ἀλλαχοῦ σημαίνων ἔλεγεν· ὁ Χριστὸς ἐγερθεὶς οὐκέτι ἀπο-
E θνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει. ὥστε διπλοῦν τὸ θαῦμα, καὶ τὸ ἀναστῆναι, καὶ τὸ οὕτως ἀναστῆναι. διὰ τοῦτο ἔλεγεν, ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ γνῶναι δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ. εἰ δὲ τὴν ἀνάστασιν οὐ δυνατὸν λογισμοῖς εὑρεῖν, πόσῳ μᾶλλον τὴν γέννησιν τὴν ἄνω; περὶ δὲ τούτων διαλεγόμενος ὁ Παῦλος καὶ περὶ τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ πάθους λέγων, κἀκεῖνα τῇ τῆς πίστεως ἐπέτρεψε δυνάμει, εἶτα τοῦτον

a Iidem, τῶν ἀνθρώπων, ἄνθρωπε, ἐστίν.
b Sic Savilius & maxima pars Manuscriptorum. In Morel. vero, εὐκαίρως antepositâ virgulâ. Mox in Morel. quædam deerant, quæ ex Savil. & Mss. addita sunt. Paulopost Savil. & quidam Mss. τῆς ἀναστάσεως ἐδείχθη τρόπος.
c Alii, ἢ μέλλοιμεν, alii, εἰ μέλλοιμεν.

ἅπαντα κινήσας τὸν λόγον, προϊὼν εἶπεν, ἀδελφοὶ ἐγὼ ἐμαυτὸν οὐ λογίζομαι κατειληφέναι. οὐκ εἶπεν, ἐγὼ ἐμαυτὸν οὐ λογίζομαι εἰδέναι, ἀλλὰ κατειληφέναι, οὔτε παντελῆ ἄγνοιαν, οὔτε παντελῆ γνῶσιν ἐμαρτύρησεν ἑαυτῷ. τὸ γὰρ εἰπεῖν, οὐ λογίζομαι κατειληφέναι δηλοῦντός ἐστιν, ὅτι ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τέως ἕστηκε, καὶ βαδίζει, καὶ πρόεισι περαιτέρω· τοῦ δὲ τέλους παντὸς οὐκ ἐπείληπται. τοῦτο καὶ ἑτέροις παραινεῖ λέγων οὕτως· ὅσοι τέλειοι, τοῦτο φρονῶμεν. καὶ [a] εἴ τι ἕτερον φρονεῖτε, τοῦτο ὁ θεὸς ὑμῖν ἀποκαλύψει. οὐ λογισμὸς διδάξει, ἀλλ' ὁ θεὸς ἀποκαλύψει. ὁρᾷς ὅτι οὐ περὶ βίου καὶ πολιτείας ἐστὶν ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ δογμάτων καὶ πίστεως; πολιτεία γὰρ καὶ βίος οὐκ ἀποκαλύψεως δεῖται, ἀλλὰ δόγματα καὶ γνῶσις. καὶ ἑτέρωθι δὲ τὸ αὐτὸ δηλῶν ἔλεγεν· εἴ τις δοκεῖ εἰδέναι τι, οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκεν, οὐκ εἶπεν ἁπλῶς οὐδὲν ἔγνωκεν, ἀλλὰ καθὼς δεῖ γνῶναι. ἔχει μὲν γὰρ γνῶσιν, οὐκ ἀκριβῆ δὲ καὶ ἀπηρτισμένην.

Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, μηδὲν περὶ τῶν ἄνω διαλεχθῶμεν, ἀλλ' εἰ βούλει κάτω πρὸς τὴν ὁρωμένην κτίσιν τὸν λόγον ἀγάγωμεν. οὐχ ὁρᾷς τουτονὶ τὸν οὐρανόν; ὅτι μὲν καμάρας εἰκόνα διασώζει ἴσμεν, καὶ τοῦτο αὐτὸ οὐκ ἀπὸ λογισμῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς μαθόντες, καὶ ὅτι πάντοθεν περιλαμβάνει τὴν γῆν, καὶ τοῦτο ἴσμεν, ὁμοίως παρ' ἐκείνης ἀκούσαντες, [b] τίς δὲ τῇ οὐσίᾳ ἐστὶν, ἀγνοοῦμεν. εἰ δέ τις διϊσχυρίζοιτο καὶ φιλονεικοίη, λεγέτω τί τὴν οὐσίαν ἐστὶν ὁ οὐρανός· ἆρα κρύσταλλος πεπηγώς; ἆρα νέφος πεπυκνωμένον; ἆρα ἀὴρ παχύτερος; ἀλλ' οὐδεὶς ἂν ἔχοι σαφῶς εἰπεῖν. ἔτι οὖν ἀποδείξεως εἰπέ μοι δεῖσθε πρὸς τὸ μαθεῖν τὴν μανίαν τῶν τὸν θεὸν εἰδέναι λεγόντων; τοῦ οὐρανοῦ τοῦ ὁρωμένου καθ' ἡμέραν τὴν φύσιν οὐκ ἔχεις εἰπεῖν, καὶ τοῦ ἀοράτου θεοῦ μετ' ἀκριβείας ἐπαγγέλλῃ τὴν οὐσίαν εἰδέναι; καὶ τίς οὕτως ἀναίσθητος, ὡς μὴ τὴν ἐσχάτην τῶν ταῦτα λεγόντων καταγινώσκειν μανίαν; διὸ δὴ ταῦτα παρακαλῶ πάντας ὑμᾶς καθάπερ τοὺς φρενίτιδι περιπεσόντας νόσῳ, καὶ παραπαίοντας κατὰ δύναμιν τὴν ὑμετέραν πειρᾶσθαι θεραπεύειν μετὰ προσομιλίας καὶ ἐπιεικείας αὐτοῖς διαλεγομένους· καὶ γὰρ ἐξ ἀπονοίας αὐτοῖς τὸ δόγμα τοῦτο ἐτέχθη, καὶ πολὺ τῆς διανοίας αὐτῶν τὸ φύσημα· τὰ δὲ φλεγμαίνοντα τῶν τραυμάτων, οὐδὲ ἐπιβολὴν χειρὸς ἀνέχεται, οὐδὲ ἁφὴν ὑπομεῖναι τραχυτέραν. διὰ τοῦτο οἱ σοφοὶ τῶν ἰατρῶν, μαλακῇ τινι σπογγιᾷ τὰ τοιαῦτα [c] καταψήχουσιν ἕλκη· ἐπεὶ οὖν καὶ τούτοις ἕλκος ἐστὶν ἐν τῇ ψυχῇ φλεγμαῖνον, ὥσπερ ἁπαλῇ τινι σπογγιᾷ προσηνὲς ὕδωρ καὶ πότιμον σπῶντες, οὕτω τὰ εἰρημένα ἅπαντα καταντλήσαντες, πειρώμεθα καταστέλλειν αὐτῶν τὸ φύσημα, καὶ τὸν ὄγκον καθαιρεῖν ἅπαντα, κἂν ὑβρίζωσι, κἂν λακτίζωσι, κἂν ἐμπτύωσι, κἂν ὁτιοῦν ποιῶσι, μὴ καταλείπῃς τὴν ἰατρείαν ἀγαπητέ. τοὺς γὰρ ἄνθρωπον παραπλῆγα θεραπεύοντας, ἀνάγκη πολλὰ τοιαῦτα ὑπομένειν· ἀλλ' ὅμως οὐδὲ οὕτως ἀφίστασθαι χρὴ, ἀλλὰ δι' αὐτὰ μὲν οὖν ταῦτα μάλιστα αὐτοὺς ταλανίζειν καὶ δακρύειν χρὴ, ὅτι τοιοῦτον αὐτῶν τῆς ἀρρωστίας ἐστὶ τὸ εἶδος. Ταῦτα πρὸς τοὺς ἰσχυροτέρους λέγω καὶ ἀνε-

[a] Alii, εἴ τι ἕτερον, alii, εἴ τι ἑτέρως.
[b] Alii, τίς δὲ τὴν οὐσίαν. Infra tres MSS. ἂν ἔχοι σαφὲς οὐδὲν εἰπεῖν.

A de his sermonem habuisset, subjunxit: *Fratres, ego me non arbitror comprehendisse.* Philip. 3. 16.
Non dixit, Ego non arbitror me scire, sed comprehendisse, neque omnimodam ignorantiam, neque omnimodam scientiam sibi adscripsit. Cum enim dicit, non arbitror comprehendisse, significat se adhuc in via esse & ire, ulteriusque progredi, sed finem nondum attigisse. Quia de re alios quoque admonet his verbis: *Quicumque perfecti sumus, hoc sentiamus: & si quid aliud sapitis, hoc Deus vobis revelabit.* Philip. 3. 15. Ratio docet, sed Deus revelabit. Vides non de vita & moribus B agi, sed de dogmatibus & fide? Vita enim & mores non opus habent revelatione, sed dogmata & scientia. Et alibi quoque idipsum declarans dicebat: *Si quis existimat se aliquid nosse, nondum quidquam novit.* 1. Cor. 8. 2. Non dixit simpliciter, nihil novit; sed, quemadmodum oporteat scire: scientiam quippe habet, sed non accuratam & perfectam.

7. Atque ut id verum esse discas, nihil de supernis disseramus, sed si vis ad visibilia deorsum sermonem convertamus, Non vides hoc cælum. Quod quidem cameræ vel fornicis formam servet scimus: idque non ratiocinio sed ex Scriptura divina disC cimus: scimus item ipsam totam complecti terram, quia similiter ab eadem Scriptura id didicimus; cujus vero substantiæ sit ignoramus. Si quis autem repugnet & contendat, dicat quæ sit cæli substantia, an crystallus concreta, an nubes addensata, an aër crassior? Sed nemo id plane dicere potest. Num, quæso, ulteriore opus est demonstratione ad eorum comprobandam insaniam, qui se Deum nosse dicunt? Cæli, quod quotidie cernis, naturam non potes dicere, & invisibilis Dei substantiam te probe nosse jactitas? Ecquis ita sensus expers, ut talia loquentium insaniam non damnet? D Quapropter rogo vos omnes, ut moderate & cum mansuetudine ipsos alloquentes, ceu phrenesi captos & furentes, ad meliorem frugem reducere curetis. Etenim hoc ipsis dogma ex arrogantia ortum est: maximoque illi animi tumore laborant. Vulnera autem tumescentia, neque sibi injici manus, neque tactum asperiorem patiuntur. Quamobrem periti medici, molli quadam spongia, hæc abstergunt ulcera. Quoniam ergo inest ipsorum animis ulcus inflatum, quasi molli spongia dulcem potabilemque aquam haurientes, sicque abster E sis omnibus, eorum tumorem comprimere omnemque livorem auferre satagamus: etsi contumelias inferant, etsi recalcitrent, etsi inspuant, etsi quidvis aliud faciant. Ne curandi studium deseras, dilectissime: nam eos, qui furiosum curant hominem, multa similia ferre necesse est. Attamen non propterea desistendum; sed ideo maxime ipsorum miseriam lugere convenit, quia talis est hujus morbi species. Hæc firmioribus & fortioribus loquor, qui nullum ex eo-

Moderate cum hæreticis agendum.

[c] Alii, καταψῶσι. Infra Savil. & alii, καταντλοῦντες.

rum colloquio accipere possint detrimentum. Itaque si quis infirmior sit, eorum consortium fugiat, ab eorum colloquiis resiliat; ne amicitiæ ratio, impietatis occasio evadat. Sic & Paulus facit, ipse quidem
1.Cor.9.20. cum ægris versatur, & ait: *Factus sum Judæis tamquam Judæus, iis, qui sine lege erant, tamquam sine lege essem.* Discipulos autem infirmiores avocat, hisque verbis
1. Cor. 15. 33. monet ac docet: *Corrumpunt bonos mores*
Hesai. 52.4. *colloquia prava*; ac rursum, *Exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus.* Medicus enim si ægrotum adeat, & sibi & illi sæpenumero prodest; infirmior autem & sibi & ægroto nocet, si cum ægris admisceatur: illum quippe nihil juvare poterit; ipseque ex ægritudine magnum hauriet nocumentum. Quodque ii patiuntur qui lippientium oculos inspicientes illius sibi infirmitatis aliquid attrahunt, idipsum patientur ii, qui cum blasphemis illis hominibus
1.Tim.2.4. versantur; si infirmiores sint, magnam impietatis partem contrahunt. Ne igitur maxima nobis damna inferamus, illorum consortium vitemus, Deum clementissimum, qui vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, precantes obsecrantesque, ut eos ab errore liberet & a laqueo diaboli, & ad lumen scientiæ reducat; nempe ad Deum Patrem Domini nostri Jesu Christi, cum vivifico & sancto Spiritu, cui gloria & imperium nunc & semper, & in sæcula sæculorum, amen.

A τηρεάσοις, καὶ δυναμένοις ἐκ τῆς ἐκείνων ὁμιλίας μηδεμίαν παραδέξασθαι βλάβην. ὡς εἴ τις ἀσθενέστερος ᾖ, φευγέτω τέως τὰς συνουσίας, ἀποπηδάτω τὰς συλλόγους, ὥστε μὴ τὴν τῆς φιλίας ὑπόθεσιν, ἀφορμὴν ἀσεβείας γενέσθαι. οὕτω καὶ Παῦλος ποιεῖ, αὐτὸς μὲν τοῖς ἀῤῥωστοῦσιν ἀναμίγνυται καὶ λέγει· ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος, τοῖς ἀνόμοις, ὡς ἄνομος, τοὺς δὲ μαθητὰς καὶ ἀσθενέστερον διακειμένους ἀπάγει παραινῶν οὕτω καὶ διδάσκων· φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ, ὁμιλίαι κακαὶ, καὶ πάλιν· ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν, καὶ ἀφορίσθητε, λέγει κύριος. ὁ μὲν γὰρ ἰατρὸς ἂν ἔλθῃ πρὸς τὸν κάμνοντα, κἀκεῖνον καὶ ἑαυτὸν
B πολλάκις ὠφέλησεν· ὁ δὲ ἀσθενέστερος καὶ ἑαυτὸν καὶ τὸν ἀῤῥωστοῦντα παρέβλαψε, τοῖς νοσοῦσιν ἀναμιγνύμενος· ἐκεῖνόν τε γὰρ οὐδὲν ὠφελῆσαι δυνήσεται, καὶ αὐτὸς ἐπισπάσεται πολλὴν ἀπὸ τῆς ἀῤῥωστίας τὴν βλάβην. καὶ ὅπερ οἱ πρὸς τοὺς ὀφθαλμιῶντας ὁρῶντες πάσχουσιν, ἐφελκόμενοί τι τῆς ἀῤῥωστίας ἐκείνης, τοῦτο καὶ οἱ τοῖς βλασφήμοις ἀναμιγνύμενοι τούτοις ὑπομένουσιν· ἂν ὦσιν ἀσθενέστεροι, πολὺ τῆς ἀσεβείας πρὸς ἑαυτοὺς ἐπισπώμενοι μέρος. ἵν' οὖν μὴ τὰ μέγιστα ἑαυτοὺς [a] παραβλάψωμεν, φεύγωμεν αὐτῶν τὰς συνουσίας, εὐχόμενοι μόνον καὶ παρακαλοῦντες τὸν φιλάνθρωπον θεὸν, τὸν θέλοντα πάντας ἀνθρώπους
C σωθῆναι, καὶ ἐς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ἐλθεῖν, ἀπαλλάξαι μὲν αὐτοὺς τῆς πλάνης, καὶ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος, ἐπαναγαγεῖν δὲ ἐπὶ τὸ τῆς γνώσεως φῶς, ἐπὶ τὸν θεὸν καὶ πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, σὺν τῷ ζωοποιῷ καὶ παναγίῳ πνεύματι, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

[a] Savil. & aliquot Mss. παραβλάπτωμεν, Morel. & alii, παραβλάψωμεν. Infra post hæc verba, ἐπὶ τὸ τῆς γνώσεως φῶς. Savilius & aliquot Mss. ἵνα πάντες ὁμοθυμαδὸν ἐν στόματι δοξάζωμεν τὸν θεὸν καὶ πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ &c. Morel. & alii Codices ut in textu.

DE INCOMPREHENSIBILI, *& quod Deus, ne quidem sese attemperans, a Seraphim ferri possit.*

HOMILIA III.

1. LABORIOSI agricolæ, cum arborem vident infructuosam & sylvestrem, suisque laboribus officientem, quæ vel radicis duritie, vel umbræ densitate, fructiferas stirpes corrumpat, summa cum diligentia resecant. Sæpe autem ventus irruens sectionem juvat, frondiumque comam impetens, ac magna vi quatiens, frangit illam, in terramque prosternit, magnamque illis laboris partem aufert. Cum ergo nos quoque arborem præcidendam curemus sylvestrem & infructuosam, Anomœorum scilicet hæresim, Deum precemur, ut nobis Spiritus gratiam emittat, ut omni vento vehementius ingruens, hæresim radicitus evellat, nobisque laborem reddat leviorem. Jam certe terra inculta, quæ agricolarum manibus non exercita est, herbas vitiosas, spinarum vim & arbores sylvestres ex sinu suo sæpe eduxit; ita & Anomœorum deserta anima, & eo cultu, qui ex Scripturis manat, privata, ex se hanc

ΠΕΡΙ ΑΚΑΤΑΛΗΠΤΟΥ, *καὶ ὅτι οὐδὲ ἡ συγκατάβασις τοῦ θεοῦ φορητὴ τοῖς*
D *Σεραφίμ.*

ΛΟΓΟΣ γʹ.

ΟΙ φιλόπονοι τῶν γεωργῶν ἐπειδὰν ἴδωσι δένδρον ἄκαρπον, καὶ ἀνήμερον τοῖς αὐτῶν λυμαινόμενον πόνοις, καὶ τῇ τῆς ῥίζης τραχύτητι, καὶ τῇ βαρύτητι τῆς σκιᾶς διαφθεῖρον τὰ ἥμερα τῶν φυτῶν, μετὰ πολλῆς ἐκτέμνουσιν αὐτὸ τῆς σπουδῆς. πολλάκις δὲ αὐτοῖς καὶ ἄνεμος ποθὲν ἐπελθὼν, συνεφάπτεται τῆς τομῆς, καὶ τῇ κόμῃ τοῦ δένδρου προσπεσὼν, καὶ μετὰ πολλῆς τινάξας τῆς σφοδρότητος, συνέκλασέ τε αὐτὸ, καὶ εἰς τὴν γῆν ἔῤῥιψε, καὶ τοῦ πόνου τὸ
E πλέον αὐτοῖς ἐπεκούφισεν. ἐπεὶ οὖν καὶ ἡμεῖς δένδρον ἐκτέμνομεν ἄγριον καὶ ἀνήμερον, τὴν Ἀνομοίων τὴν αἵρεσιν, παρακαλέσωμεν τὸν θεὸν πέμψαι τοῦ πνεύματος ἡμῖν τὴν χάριν, ἵνα ἀνέμου σφοδρότερον παντὸς προσβαλοῦσα, πρόῤῥιζον ἀνασπάσῃ τὴν αἵρεσιν, τὸ πλέον ἡμῖν ἐπικουφίζουσα τοῦ πόνου. ἤδη γάρ που καὶ γῆ χερσωθεῖσα, καὶ γεωργικῶν οὐκ ἀπολαύσασα χειρῶν, πονηρὰς βοτάνας καὶ ἀκανθῶν πλῆθος, καὶ δένδρα ἄγρια ἐξέβρασεν ἐκ τῶν οἰκείων κόλπων πολλάκις· οὕτω καὶ ἡ τῶν Ἀνομοίων ἐρημωθεῖσα ψυχὴ, καὶ τῆς ἀπὸ τῶν γραφῶν ἐπιμελείας οὐκ ἀπολαύσασα, οἴκοθεν καὶ παρ'.

A ἑαυτῆς τὴν ἀγρίαν ταύτην καὶ ἀνήμερον ἐξέβρασεν αἵρεσιν. τοῦτο γὰρ τὸ δένδρον οὐ Παῦλος ἐφύτευσεν, οὐκ Ἀπολλὼς ἐπότισεν, οὐχ ὁ Θεὸς ηὔξανεν, ἀλλ' ἐφύτευσε μὲν λογισμῶν ἄκαιρος περιεργία, ἐπότισε δὲ ἀπονοίας τῦφος, ηὔξησε δὲ φιλοδοξίας ἔρως. καὶ δεῖ τῆς τοῦ πνεύματος ἡμῖν φλογὸς, ἵνα μὴ μόνον ἀνασπάσωμεν, ἀλλὰ καὶ κατακαύσωμεν τὴν πονηρὰν ταύτην ῥίζαν. καλέσωμεν τοίνυν αὐτὸν, τὸν ὑπ' ἐκείνων μὲν βλασφημούμενον, ὑφ' ἡμῶν δὲ εὐφημούμενον Θεὸν, καὶ παρακαλέσωμεν, ὥστε καὶ τὴν γλῶτταν ἡμῶν πρὸς πλείονα διεγεῖραι δρόμον, καὶ τὴν διάνοιαν ἡμῖν πρὸς σαφεστέραν διανοῖξαι [a] τῶν λεγομένων σύνεσιν. ὑπὲρ γὰρ αὐτοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ δόξης ἅπας ἡμῖν ὁ πόνος, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας. B τὸν μὲν γὰρ Θεὸν οὐδεὶς οὔτε ἀτιμάζων παραβλάψαι δυνήσεται, οὔτε εὐφημῶν λαμπρότερον ἀποφῆναι· ἀλλ' ἐπὶ τῆς οἰκείας ἀεὶ μένει δόξης, οὔτε εὐφημίαις αὐξανόμενος, οὔτε ἐλαττούμενος βλασφημίαις· τῶν δὲ ἀνθρώπων οἱ μὲν δοξάζοντες αὐτὸν κατ' ἀξίαν· μᾶλλον δὲ κατ' ἀξίαν μὲν οὐδενὶ δυνατὸν, εἰς δὲ δύναμιν τὴν ἑαυτῶν, τὴν ἀπὸ τῆς δοξολογίας ὠφέλειαν καρποῦνται· οἱ δὲ βλασφημοῦντες καὶ ἐξευτελίζοντες, τὴν οἰκείαν λυμαίνονται σωτηρίαν. τὸ γὰρ, ὁ βαλὼν λίθον εἰς ὕψος, εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἔβαλε, περὶ τῶν βλασφημούντων τις εἴρηκε. καθάπερ γὰρ ὁ λίθον πρὸς ὕψος ἀκοντίζων, τοῦ οὐρανοῦ μὲν τὸ σῶμα διατεμεῖν οὐ C δυνήσεται, οὔτε πρὸς τὸ ὕψος φθάσαι ἐκεῖνο, τὴν δὲ πληγὴν τῇ οἰκείᾳ δέχεται κορυφῇ, πρὸς τὸν ἀκοντίσαντα ἐπανιόντος τοῦ λίθου· οὕτω δὴ καὶ ὁ βλασφημῶν τὴν μακαρίαν ἐκείνην οὐσίαν, ἐκείνην μὲν οὐδὲν παραβλάψει ποτὲ πολλῷ μείζονα οὖσαν καὶ ὑψηλοτέραν, ἢ ὥστε δέξασθαί τινα βλάβην, [b] κατὰ δὲ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς τὸ ξίφος ἀκονᾷ, ἀγνώμων περὶ τὸν εὐεργέτην γινόμενος. καλῶμεν τοίνυν αὐτὸν τὸν ἀνέκφραστον, τὸν ἀπερινόητον Θεὸν, τὸν ἀόρατον, τὸν ἀκατάληπτον, τὸν νικῶντα γλώττης δύναμιν ἀνθρωπίνης, τὸν ὑπερβαίνοντα θνητῆς διανοίας κατάληψιν, τὸν D ἀνεξιχνίαστον ἀγγέλοις, τὸν ἀθέατον τοῖς Σεραφὶμ, τὸν ἀκατανόητον τοῖς Χερουβὶμ, τὸν ἀόρατον ἀρχαῖς, ἐξουσίαις, δυνάμεσι, καὶ ἁπλῶς πάσῃ τῇ κτίσει, ὑπὸ δὲ υἱοῦ μόνου καὶ πνεύματος ἁγίου γνωριζόμενον. καὶ οἶδα μὲν ὅτι ἀλαζονείαν καταγνώσονται τοῦ λόγου, ὅτι καὶ ταῖς ἀνωτέρω δυνάμεσιν ἀκατάληπτον αὐτὸν εἶπον εἶναι· ἐγὼ δὲ διὰ τοῦτο πολλὴν αὐτῶν καταγνώσομαι μανίαν καὶ ἀπόνοιαν. ἀλαζονεία γὰρ οὐ τὸ λέγειν, ὅτι τῆς τῶν γενητῶν ἁπάντων καταλήψεως ἀνώτερός ἐστιν ὁ δημιουργὸς, ἀλλὰ τὸ λέγειν, ὅτι τὸν ταῖς ἄνω δυνάμεσιν ἀκατάληπτον, δυνατὸν αὐτοῖς E [c] τοῖς χαμαὶ ἐρχομένοις, καὶ τοσοῦτον ἐκείνων ἀφεστηκόσι, τῇ τῶν οἰκείων λογισμῶν ἀσθενείᾳ περιγράψαι καὶ περιλαβεῖν. ἐγὼ μὲν ἂν μὴ δείξω τοῦτο ὅπερ ὑπεσχόμην, δίκαιος ἂν εἴην ἀλαζονείας ὑποστῆναι ἔγκλημα· ὑμεῖς δὲ εἰ μετὰ τὸ δεῖξαι ταῖς ἄνω δυνάμεσιν ὄντα ἀκατάληπτον, διισχυρίζεσθε καὶ φιλονεικεῖτε αὐτὸν εἰδέναι, πόσων ἂν εἴητε βαράθρων, πόσων δὲ κρημνῶν ἄξιοι, τὰ ταῖς ἀσωμάτοις

τὴν ψυχὴν τῇ μνήμῃ τῶν ἁμαρτημάτων, θλίψωμεν, οὐχ ἵνα στενοχωρήσωμεν, ἀλλ' ἵνα ἀκουσθῆναι παρασκευάσωμεν, ἵνα νήφειν ποιήσωμεν καὶ ἐγρηγορέναι, καὶ αὐτῶν ἅπτεσθαι τῶν οὐρανῶν. οὐδὲν οὕτω φυγαδεύει ῥᾳθυμίαν καὶ ὀλιγωρίαν, ὡς ὀδύνη καὶ θλῖψις πανταχόθεν συνάγουσα τὴν διάνοιαν, καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἐπιστρέφουσα. ὁ θλιβόμενος οὕτω καὶ εὐχόμενος πολλὴν μετὰ τὴν εὐχὴν εἰς τὴν ψυχὴν τὴν ἑαυτοῦ τὴν ἡδονὴν εἰσοικίσασθαι δυνήσεται. καὶ καθάπερ νεφῶν συνδρομὴ παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν ζοφερὸν ποιεῖ τὸν ἀέρα· ἐπειδὰν δὲ ἐπαλλήλους [a] ἐπαφῇ τὰς νιφάδας, ἀποθεμένη τὸν ὑετὸν ἅπαντα, γαληνὸν καὶ φαιδρὸν ἐργάζεται τὸν ἀέρα· οὕτω δὴ καὶ ἀθυμία. ἕως μὲν ἂν ἔνδον συστρέφηται, σκοτοῖ τὸν ἡμέτερον λογισμόν· ἐπειδὰν δὲ διὰ τῶν τῆς εὐχῆς ῥημάτων, καὶ τῶν μετ' ἐκείνων δακρύων κενωθῇ, καὶ εἰς τὸ ἔξω διαπνευσθῇ, πολλὴν τίθησι τῇ ψυχῇ τὴν φαιδρότητα, τῆς ἀντιλήψεως τοῦ θεοῦ, καθάπερ τινὸς ἀκτῖνος εἰς τὴν διάνοιαν ἀφεθείσης τοῦ εὐχομένου. ἀλλὰ τίς ὁ ψυχρὸς τῶν πολλῶν λόγος; ἀπαρρησίαστός εἰμι, φησὶν, αἰσχύνης γέμω, οὐδὲ ἀνοῖξαι τὸ στόμα δύναμαι· σατανικὴ αὕτη εὐλάβεια, ῥᾳθυμίας ταῦτα τὰ προκαλύμματα. ἀποκλεῖσαι γάρ σοι τὰς θύρας τῆς πρὸς τὸν θεὸν εἰσόδου βούλεται ὁ διάβολος. ἀπαρρησίαστος εἶ; μεγάλη παρρησία, μέγα τοῦτο αὐτὸ ὄφελος τὸ νομίζειν ἀπαρρησίαστον εἶναι, ὥσπερ οὖν αἰσχύνη, καὶ κατάκρισις ἐσχάτη τὸ νομίζειν παρρησίαν ἔχειν. κἂν γὰρ πολλὰ ἔχῃς κατορθώματα, καὶ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδῇς πονηρὸν, νομίζῃς δὲ παρρησίαν ἔχειν, πάσης ἐξέπεσες τῆς εὐχῆς· κἂν μυρία φέρῃς ἁμαρτημάτων φορτία ἐπὶ τοῦ συνειδότος, καὶ μόνον τοῦτο πείσῃς σαυτὸν, ὅτι πάντων ἔσχατος εἶ, πολλὴν ἕξεις πρὸς τὸν θεὸν παρρησίαν. καίτοι τοῦτο οὔτε ταπεινοφροσύνη ἐστὶ, τὸ ὄντα ἁμαρτωλὸν νομίζειν εἶναι ἁμαρτωλόν. ταπεινοφροσύνη γάρ ἐστιν, ὅταν τις πολλὰ καὶ μεγάλα συνειδὼς ἑαυτῷ, μηδὲν μέγα περὶ ἑαυτοῦ φαντάζηται· ὅταν τις κατὰ Παῦλον ὢν, καὶ δυνάμενος λέγειν, οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα, λέγῃ πάλιν, ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι. καὶ αὖθις, Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ. τοῦτό ἐστι ταπεινοφροσύνη, τὸ ὑψηλὸν ὄντα ἀπὸ κατορθωμάτων, ταπεινοῦν ἑαυτὸν ἀπὸ διανοίας. ἀλλ' ὅμως ὁ θεὸς διὰ τὴν ἄφατον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν οὐχὶ τοὺς ταπεινοφρονοῦντας μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς εὐγνωμόνως τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν λέγοντας προσίεται καὶ δέχεται, καὶ γίνεται ἵλεως καὶ εὐμενὴς τοῖς οὕτω διακειμένοις. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅσον ἐστὶν ἀγαθὸν μηδὲν μέγα περὶ ἑαυτοῦ φαντάζεσθαι, ἅρματα δύο ποίησον τῷ λόγῳ, ζεῦξον δικαιοσύνην καὶ ἀπόνοιαν, καὶ ἁμαρτίαν μετὰ ταπεινοφροσύνης, καὶ ὄψει τὸ ζεῦγος τῆς ἁμαρτίας, παραλαμβάνον τὴν δικαιοσύνην, οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν δύναμιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἰσχὺν τῆς συζύγου ταπεινοφροσύνης, κἀκεῖνο πάλιν ἐλαττούμενον, οὐ παρὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς δικαιοσύνης, ἀλλὰ παρὰ τὸ βάρος καὶ τὸν ὄγκον τῆς ἀπονοίας. ὥσπερ γὰρ ἡ ταπεινοφροσύνη διὰ τὸ ὑπερβάλλον αὐτῆς ὕψος, τῆς ἁμαρτίας νικᾷ τὴν βαρύτητα, καὶ φθάνει πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀναβῆναι, οὕτω καὶ ἡ ἀπόνοια διὰ τὸ πολὺ βάρος αὐτῆς καὶ τὸν ὄγκον, ἰσχύει καὶ τῆς κουφοτάτης δικαιοσύνης περιγενέσθαι, καὶ καθελκύσαι κάτω ῥᾳδίως αὐτήν.

A peccatorum memoria affligamus; affligamus, inquam, non ut in angustam deducamus viam, sed eam ita comparemus, ut exaudiatur; ut sobriam, vigilem ipsumque cælum tangentem reddamus. Nihil ita segnitiem & socordiam abigit, ut mœror & afflictio, quæ undique mentem colligit, & ad seipsam reverti facit. Qui sic in afflictione & in oratione versatur, post emissas preces, magnam animo voluptatem capere valebit. Ac quemadmodum nubium conflictus, principio aërem caligine offuscat; ubi vero crebras emiserit stillas, evacuata pluvia, serenum lætumque B aërem relinquit; sic & mœror donec intus versatur, cogitationem obducit nostram: postquam autem orationis verbis, comitantibus lacrymis, evacuatus fuerit, & ejectus difflatusque, magnam affert animi lætitiam, Dei patrocinio radii instar in orantis mentem illapso. Verum quisnam ille frigidus multorum sermo? Vereor, inquiunt, pudore suffundor, neque possum vel os diducere. Satanica est hæc verecundia, segnitiei obtentus. Tibi namque diabolus aditum ad Deum occludere tentat. Fiducia-ne cares? Magna fidendi causa, magna utilitas, si te putas fidendi causam C non habere; ut contra pudor extremaque damnatio, si te putas fidendi causam habere: quamquam enim multa bona opera feceris, quamquam nullius sis tibi conscius mali, si putes te fidendi causam habere, ab oratione penitus excidisti. Contra si onera peccatorum innumera in conscientia habes, modo tibi persuadeas te omnium ultimum esse, magnam habebis apud Deum fiduciam: licet id nulla humilitas sit, cum sis peccator, te peccatorem existimare. Humilitas quippe est, cum quis multorum magnorumque meritorum sibi conscius, nihil magni de seipso existimat: cum quis D Paulo similis dicere potest, *Nihil mihi conscius sum*; & tamen addit, *sed non in hoc justificatus sum*: ac rursum, *Christus Jesus venit peccatores salvare, quorum primus sum ego.* Hoc est humilitas, cum quis excelsus operibus, sese mente humiliat. Attamen Deus propter ineffabilem clementiam suam, non eos modo qui humiliter sentiunt; sed etiam eos, qui bono animo sua confitentur peccata, admittit & recipit, sicque affectis propitius est. Ut autem discas quantum bonum sit non altum sapere, duos finge currus, junge justitiam cum arrogantia; & peccatum cum humi- E litate; videbisque peccati currum, justitiæ currum præcedere: non propria vi, sed conjunctæ humilitatis virtute: alium item currum superari videbis, non justitiæ infirmitate; sed onere moleque arrogantiæ. Quemadmodum enim humilitas præcellentia sua peccatorum gravitatem vincit, & ad cælum usque pertingit; sic & arrogantia mole & gravitate sua potest justitiæ levitatem vincere, illamque facile deorsum trahere.

Humilitas fiduciam parit.

1.Cor.4.4.

1.Tim.1.15.

[a] Alii, ἀφῇ. Mox alii, ἐργάζεται τόνδε τὸν τόπον.

7. Ut autem videas hanc bigam illa velociorem esse, recordare Pharisæi ac Publicani. Junxit Pharisæus justitiam & arrogantiam, sic loquens: *Gratias tibi ago, quia non sum sicut cæteri hominum, raptores, injusti, neque sicut hic publicanus.* O insaniam! Universa hominum natura ejus arrogantiam explere non potuit, sed publicano proxime posito insipienter admodum insultavit. Quid igitur ille? probra non repulit, non ægre tulit criminationem, sed quod dicebatur bono excepit animo: inimicique telum ipsi versum est in medicamentum & curationem, probrum in laudem, criminatio in coronam. Tantum est humilitas bonum, tantum lucrum non morderi probris illatis, nec efferari contumeliis. Ex iis quippe magnum fructum ingensque bonum comparare possumus, quod & publicano contigit. Probra enim excipiens, peccata deposuit, cumque dixisset, *propitius esto mihi peccatori*, descendit justificatus præ illo, & dictis facta superata sunt, verbis gesta. Alter quippe justitiam prætendebat, jejunia, decimas; hic verba simplicia proferebat, & omnia peccata deposuit. Non enim verba solum Deus audivit, sed mentem, qua hæc proferrentur vidit, illamque humiliatam & contritam miseratus est, ac benigne excepit. Hæc porro dico, non ut peccemus, sed ut humiliter sentiamus. Nam si publicanus homo, quod est extremum nequitiæ genus, non humili tantum, sed probo animo peccata sua confessus, & id quod erat testificatus, tantam sibi Dei benevolentiam conciliavit, quantam ii, qui cum præclara gesserint, non altum tamen sapiunt, sibi opem attrahunt. Quamobrem etiam atque etiam hortor, rogo & oro, ut frequenter Deo confiteamini. Non te in theatrum conservorum tuorum duco, neque hominibus peccata revelare cogo; conscientiam tuam expande coram Deo, ostende ipsi vulnera, & ab eo medicamenta postula: ostende non exprobranti, sed curanti: licet enim taceas, ipse novit omnia. Dic igitur, ut id lucro tibi sit: dic, ut illis hic depositis, illò abeas purus & a delictis vacuus, & ab intoleranda promulgatione illa libereris. Tres pueri illi in camino degebant: animamque suam pro Domino dederunt: attamen post tot tantaque virtutis officia dicunt: *Non possumus aperire os, confusio & opprobrium facti sumus servis tuis, & colentibus te.* Cur itaque os aperitis? Ut hoc ipsum dicamus, inquiunt, non licere nobis os aperire, & eo ipso Dominum leniamus. Orationis vis vim ignis exstinxit, leonum furorem refrænauit, bella composuit, pugnas sedavit, tempestates sustulit,

Luc. 18. 1.

Luc. 18. 13.

Dan. 3. 33.

A Καὶ ὅτι τοῦτο ἐκείνου τὸ ζεῦγος ταχύτερον, ἀναμνήσθητι τοῦ Φαρισαίου καὶ τοῦ τελώνου. ἔζευξεν ὁ Φαρισαῖος δικαιοσύνην καὶ ἀπόνοιαν, οὕτω λέγων· εὐχαριστῶ σοι ὅτι οὐκ εἰμὶ ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἅρπαγες, πλεονέκται, οὐδὲ ὡς οὗτος ὁ τελώνης. ὢ τῆς μανίας· οὐκ ἐχώρεσεν [a] αὐτοῦ τὴν ἀπόνοιαν πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις, ἀλλὰ καὶ τῷ τελώνῃ πλησίον ἑστῶτι μετὰ πολλῆς ἐπεπήδησε τῆς ἀνοίας. τί οὖν ἐκεῖνος; οὐ διεκρούσατο τὰ ὀνείδη, οὐκ ἤλγησεν ἐπὶ τῇ κατηγορίᾳ, ἀλλὰ κατεδέξατο τὸ εἰρημένον μετ' εὐγνωμοσύνης· καὶ γέγονε τὸ τοῦ ἐχθροῦ βέλος αὐτῷ φάρμακον καὶ ἴασις, καὶ τὸ ὄνειδος ἐγκώμιον, καὶ ἡ κατηγορία στέφανος. B Τοσοῦτόν ἐστι ταπεινοφροσύνη καλόν· τοσοῦτόν ἐστι κέρδος, μὴ δάκνεσθαι ταῖς παρ' ἑτέρων λοιδορίαις, μηδὲ ἐκθηριοῦσθαι πρὸς τὰς τῶν πλησίον ὕβρεις. ἔστι γάρ τι καὶ ἀπ' αὐτῶν καρπώσασθαι μέγα καὶ γενναῖον ἀγαθὸν, ὅπερ οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ τελώνου γέγονε. δεξάμενος γὰρ τὰ ὀνείδη, ἀπέθετο τὰ ἁμαρτήματα, καὶ εἰπὼν, ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ, κατῆλθε δεδικαιωμένος ὑπὲρ ἐκεῖνον, καὶ λόγοι περιεγένοντο ἔργων, καὶ ῥήματα πράξεις ἐνίκησαν. ὁ μὲν γὰρ δικαιοσύνην προεβάλετο, καὶ νηστείαν καὶ δεκάτας· οὗτος δὲ ῥήματα εἶπε ψιλὰ, καὶ πάντα ἀπέθετο τὰ ἁμαρτήματα. οὐ γὰρ τῶν ῥημάτων ἤκουσεν ὁ θεὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν διάνοιαν, μεθ' ἧς ταῦτα προεβάλετο, εἶδε, C καὶ τεταπεινωμένην ὁρῶν καὶ συντετριμμένην, ἠλέησε, καὶ ἐφιλανθρωπεύσατο. ταῦτα δὲ λέγω οὐχ ἵνα ἁμαρτάνωμεν, ἀλλ' ἵνα ταπεινοφρονῶμεν. εἰ γὰρ τελώνης ἄνθρωπος τὸ ἔσχατον τῆς κακίας εἶδος, οὐχὶ ταπεινοφρονήσας, ἀλλ' εὐγνωμονήσας μόνον, καὶ τὰ ἁμαρτήματα εἰπὼν, καὶ ὅπερ ἦν ὁμολογήσας, τοσαύτην εὔνοιαν ἐπεσπάσατο παρὰ τοῦ θεοῦ, [b] ὅσην οἱ μεγάλα μὲν κατωρθωκότες ἀγαθὰ, μηδὲν δὲ μέγα περὶ ἑαυτῶν νομίζοντες, ἐπισπάσονται τὴν βοήθειαν. διὰ τοῦτο παρακαλῶ, καὶ δέομαι καὶ ἀντιβολῶ ἐξομολογεῖσθαι τῷ θεῷ συνεχῶς· οὐδὲ γὰρ εἰς θέατρόν σε ἄγω τῶν συνδούλων τῶν σῶν, οὐδὲ ἐκκαλύψαι τοῖς ἀνθρώποις D ἀναγκάζω τὰ ἁμαρτήματα, τὸ συνειδὸς ἀνάπτυξον ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ, καὶ αὐτῷ δεῖξον τὰ τραύματα, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰ φάρμακα αἴτησον· δεῖξον τῷ μὴ ὀνειδίζοντι, ἀλλὰ θεραπεύοντι. κἂν γὰρ σιγήσῃς, οἶδεν ἐκεῖνος ἅπαντα. εἰπὲ τοίνυν, ἵνα κερδάνῃς· εἰπὲ ἵνα ἐνταῦθα ἀποθέμενος ἀπέλθῃς ἐκεῖ καθαρὸς καὶ ἔξω τῶν πλημμελημάτων, καὶ τῆς ἀφορήτου δημοσιεύσεως ἐκείνης ἀπαλλαγῇς. οἱ τρεῖς παῖδες ἐν καμίνῳ διῆγον, καὶ τὴν ψυχὴν ἐπέδωκαν ὑπὲρ τῆς [c] εἰς τὸν δεσπότην εὐνοίας· ἀλλ' ὅμως μετὰ τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα κατορθώματα λέγουσιν· οὐκ ἔστιν E ἡμῖν ἀνοῖξαι τὸ στόμα, αἰσχύνη καὶ ὄνειδος ἐγενήθημεν τοῖς δούλοις σου, καὶ τοῖς σεβομένοις σε· τί οὖν ἀνοίγετε στόμα; ἵνα αὐτὸ τοῦτο εἴπωμεν, φησιν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἀνοῖξαι τὸ στόμα, καὶ αὐτῷ τούτῳ τὸν δεσπότην ἐπισπασώμεθα. εὐχῆς δύναμις δύναμιν πυρὸς ἔσβεσε, λεόντων θυμὸν ἐχαλίνωσε, πολέμους ἔλυσε, μάχας ἔπαυσε, χειμῶνας ἀνέ-

a Sic Savil. & plurimi MSS. Mor. vero, αὐτοῦ τὴν μανίαν. Hic multum variat Ed. Sav. nam ad hæc verba, ὢ τῆς μανίας, subjungit, ὢ τῆς ὑπερόγκου ἀλαζονείας, ὢ τῆς ὑπερβαλλούσης μεγαλαυχίας. Infra vero post hæc verba, καὶ ἡ κατηγορία στέφανος, hæc inseruntur in Savil. uncinis inclusa [ὁ θεὸς εὐχαριστῶ σοι, ὅτι οὐκ εἰμὶ ὡς πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἢ ὡς οὗτος ὁ τελώνης· νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου· ἀποδεκατῶ ὅσα κτῶμαι. τί λέγεις, ἄθλιε; ἐπὶ νηστείᾳ μεγαλαυχεῖς, οὐκ αἰσθάνῃ τοιαύτην ὑπερηφανίαν νοσῶν; τῆς σῆς ὑπερβαλλούσης ἀλαζονείας τὸν ὄγκον οὐχ ὁρᾷς; διϋλίζεις τὸν κώνωπα, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνεις; καὶ κωμῳδεῖν καὶ μὴ τὸ σὸν σεαυτὸν λέγων, τὸ γεγραμμένον ἀγνοεῖς· ἐγκωμιαζέτω σε ὁ πέλας, καὶ μὴ τὸ σὸν στόμα· ἀλλότριος, καὶ μὴ τὰ χείλη τὰ σά; ὁ δὲ τελώνης μακρόθεν ἑστὼς, οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπᾶραι εἰς τὸν οὐρανὸν, ἀλλ' ἔτυπτε τὸ στῆθος αὐτοῦ λέγων· ὁ θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ. ἤκουσεν ὁ φιλάνθρωπος τῶν ταπεινῶν ῥημάτων, καὶ εὐθέως τὸν στέφανον ἐχαρίσατο. λέγω δὲ ὑμῖν, κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ.] Hæc porro cum absint ab Ed. Mor. & a MSS. omnibus Cod. quos magno numero vidimus, in textu reponenda non duximus.

b Alii, πόσην.

c Sav. εἰς τὸν δεσπότην ὁμολογίας, duo MSS. ἀπολογίας. Mor. εἰς τὸν δεσπότην εὐν-

A λε, δαίμονας ἤλασεν, οὐρανοῦ πύλας ἀνέῳξε, δεσμὰ θανάτου διέκοψεν, ἀῤῥωστίας ἐφυγάδευσεν, ἐπηρείας ἀπεκρούσατο, πόλεις σειομένας ἔστησε, καὶ τὰς ἄνωθεν φερομένας πληγὰς, καὶ τὰς παρὰ ἀνθρώπων ἐπιβουλὰς, καὶ πάντα ἁπλῶς ἀνεῖλεν εὐχὴ τὰ δεινά. εὐχὴν δὲ λέγω πάλιν, οὐ τὴν ἁπλῶς ἐπὶ τοῦ στόματος κειμένην, ἀλλὰ τὴν ἐκ τοῦ βάθους τῆς διανοίας ἀνιοῦσαν. καθάπερ γὰρ τῶν δένδρων, ὅσαπερ ἂν πρὸς τὸ βάθος, παραπέμψῃ τὰς ῥίζας, κἂν μυρίας ἀνέμων δέξηται προσβολὰς, οὐ διακλᾶται, οὔτε διασπᾶται, τῶν ῥιζῶν μετὰ ἀκριβείας τῷ βάθει τῆς γῆς περισφιγγομένων· οὕτω δὴ καὶ εὐχαὶ αἱ κάτωθεν ἐκ τοῦ βάθους τῆς B διανοίας ἀναπεμπόμεναι, ἐῤῥιζωμέναι μετὰ ἀσφαλείας πρὸς ὕψος ἀνατείνονται, καὶ οὐδεμιᾷ λογισμοῦ προσβολῇ παρατρέπονται. διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης φησὶν, ἐκ βαθέων ἐκέκραξά σοι κύριε. ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα ἐπαινῆτε μόνον, ἀλλ᾽ ἵνα καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων ἐπιδείκνυσθε. εἰ γὰρ τὸ πρὸς ἀνθρώπους ἐξειπεῖν τὰς οἰκείας συμφορὰς, καὶ τὰ κατειληφότα ἐκτραγῳδῆσαι κακὰ φέρει τινὰ τοῖς ὀδυνωμένοις παραμυθίαν, ὥσπερ τινὸς διαπνοῆς διὰ τοῦ λόγου γινομένης, πολλῷ μᾶλλον ἂν πρὸς τὸν δεσπότην ἀνακοινώσῃ τις σὺν τὰ τῆς οἰκείας ψυχῆς παθήματα, λήψῃ τινὰ ψυχαγωγίαν καὶ παραμυθίαν πολλήν. ἄνθρωπος μὲν γὰρ καὶ βαρύνεται πολλάκις τὸν πρὸς αὐτὸν ἀποδυρόμενον C καὶ θρηνοῦντα, καὶ διακρούεται, καὶ ἀπωθεῖται· ὁ δὲ θεὸς οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καὶ προσίεται καὶ ἐπισπᾶται, κἂν διημερεύσῃς ἀνακοινούμενος αὐτῷ τὰς σὰς συμφορὰς, τότε σε μᾶλλον φιλεῖ, καὶ ἐπινεύει σου ταῖς ἱκετηρίαις. τοῦτο γοῦν αὐτὸ ἐνδεικνύμενος ὁ Χριστὸς ἔλεγε, δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· καλεῖ οὖν, μὴ παρακούσωμεν· ἐπισπᾶται, μὴ ἀποπηδήσωμεν· κἂν μυρία ἁμαρτήματα ἔχωμεν, τότε μειζόνως προστρέχωμεν. καὶ γὰρ τοὺς τοιούτους καλεῖ. οὐ γὰρ ἦλθόν φησι καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. D καὶ ἐνταῦθα τοὺς πεφορτισμένους τοὺς πεπονηκότας, τοὺς ἐκ βάρους τῶν ἁμαρτημάτων κεκοπωμένους λέγει. θεὸς γὰρ παρακλήσεως λέγεται, καὶ θεὸς οἰκτιρμῶν· ἐπειδὴ τοῦτο ἔργον αὐτῷ διηνεκὲς, τοὺς ὀδυνωμένους καὶ τοὺς θλιβομένους παραμυθεῖσθαι, καὶ παρακαλεῖν· κἂν μυρία ἁμαρτήματα ἔχωσιν. μόνον ἐπιδῶμεν ἑαυτοὺς, μόνον προσδράμωμεν αὐτῷ, καὶ μὴ ἀποστῶμεν, καὶ διὰ τῆς πείρας αὐτῆς εἰσόμεθα τῶν εἰρημένων τὴν ἀλήθειαν, καὶ οὐδὲν ἡμᾶς τῶν ὄντων λυπῆσαι δυνήσεται, ἐὰν ἔχωμεν ἐκτενῆ εὐχὴν καὶ διηκριβωμένην· ὅπερ γὰρ ἂν ἐπέλθῃ, ῥᾳδίως διὰ ταύτης ἀποκρουσόμεθα. καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ περιστάσεις ἀνθρωπίνας E λύειν οἶδεν εὐχῆς δύναμις, ὅπου γε καὶ ἁμαρτημάτων φύσιν σβέννυσι καὶ ἀφανίζει ῥᾳδίως; ἵν᾽ οὖν μετ᾽ εὐκολίας τὸν παρόντα διανύσωμεν βίον, καὶ ὅσα προσετριψάμεθα ἁμαρτήματα, ταῦτα ἀποθώμεθα, καὶ μετὰ παῤῥησίας στῶμεν ἐπὶ τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, τοῦτο διηνεκῶς κατασκευάζωμεν ἑαυτοῖς τὸ φάρμακον, ἀπὸ δακρύων καὶ σπουδῆς, καὶ προσεδρίας, καὶ καρτερίας συντιθέντες αὐτό· οὕτω γὰρ καὶ διηνεκοῦς ἀπολαυσόμεθα τῆς ὑγιείας, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν. ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ᾽ οὗ τῷ πατρὶ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

dæmones fugavit, cæli portas aperuit, vincula mortis abrupit, morbos ejecit, damna repulit, urbes concussas firmavit, inflictas cælitus plagas, hominum insidias, omnia denique mala sustulit oratio. Orationem porro dico, non eam quæ ore tenus effertur; sed eam quæ ex intimo mentis ascendit. Quemadmodum enim arbores illæ, quæ radicem altius miserint, etsi innumeros ventorum impulsus excipiant, non franguntur, nec evelluntur, radicibus in imo terræ firmiter hærentibus; sic orationes ex intimo mentis emissæ, hac innixæ radice, secure in sublime tolluntur, nulloque cogitationum impetu subvertuntur: ideo Propheta dicebat: *De profundis clamavi ad te, Domine.* Psal. 129. Hæc dico non ut laudetis tantum, sed ut factis etiam exhibeatis. Nam si hominibus calamitates proprias narrare, iisque mala sua describere, id quamdam affert mœrentibus consolationem, ac si illa per loquelam exsufflentur; multo magis si animi tui miserias Domino tuo communicaveris, quamdam recreationem consolationemque multam accipies. Homo enim sæpe gravatur, querentis lugentisque fastidio, cumque rejicit abigitque: at Deus non item, sed admittit ac pertrahit: si calamitates tuas ipsi communicare diu pergas, tunc te magis diligit, tuisque precibus annuit. Hoc ipsum indicans Christus dicebat: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Matth. 11. 28. Vocat igitur, ne inobsequentes simus; attrahit, ne resiliamus; etsi peccatis innumeris obnoxii simus, tunc magis accurramus: hujusmodi enim homines vocat ille: *Non veni*, inquit, *vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam.* Matth. 9. 13. Oneratos hic vocat eos, qui laborant, qui peccatorum gravitate affliguntur; vocatur enim Deus consolationis, & Deus misericordiarum: 2. Cor. 1. 3. quoniam hoc ejus officium est perpetuum, ut dolentes & afflictos consoletur & hortetur, etiamsi innumeris sint peccatis onusti. Tantum nos ipsi dedamus, tantum accurramus ad eum, nec desistamus; atque experimento dictorum veritatem ediscemus, nullaque res nos dolore afficere poterit, si assidua & accurata oratione utamur. Quidquid enim accidat, per illam facile depellere poterimus. Ecquid mirum si humanas ærumnas oratio solvere possit, quando peccatorum naturam ita facile exstinguit & delet? Ut igitur præsentem vitam cum facilitate transigamus, & peccata, quæ contraximus, deponamus, cumque fiducia stemus ante tribunal Christi, hoc nobis perpetuo medicamentum paremus, lacrymis, studio, assiduitate, patientia illud condientes; ita enim & perenni fruemur valetudine, & futura consequemur bona, quæ nos omnes adipisci contingat; gratia & humanitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria simulque sancto Spiritui, nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen.

IN TRES SEQUENTES HOMILIAS
MONITUM.

HIC vetustiorum ordinem Manuscriptorum sequimur, quem sequutus item est V. Cl. Fronto Ducæus. Non pauci quippe Codices post quinque contra Anomœos Homilias, sextam adjungunt de S. Philogonio; septimam, de Consubstantiali; octavam, de petitione filiorum Zebedæi: quarum duæ quidem postremæ non tempore tantum, sed etiam argumento cum quinque prioribus conveniunt; Sexta vero, & si post Quintam, nullâ interpositâ aliâ, habita fuerit, argumento peregrina prorsus videretur, nisi initio diceret Chrysostomus, se a solita destinataque contra Anomœos concertatione, S. Philogonii die festo interpellari. Ideo mos obtinuit ut in vetustis Codicibus eumdem ordinem teneret, quem interturbare, Frontonis Ducæi exemplum sequuti, noluimus.

Hæc porro in S. Philogonium Homilia habita est anno 386. vigesima Decembris, quinque diebus ante Natalem Christi, ut dicitur num. 4. Nam illo tempore jam Natalis Christi dies, quemadmodum hodieque in Occidente 25. Decembris Antiochiæ celebrabatur, idque a paucis annis, ut in Monito ad Homiliam in eumdem Natalem enarrabitur: quæ quidem Homilia inter Panegyricos Sermones infra locatur. Sancti vero Philogonii panegyricum non absolvit Chrysostomus; sed maxima præconii parte Flaviano Episcopo, eadem die concionaturo, relicta, in Orationis medio cursum intercipit, ut populum ad Natalem Christi rite celebrandum hortetur, ac postquam peccatoribus pœnitentiæ resipiscentiæque modum præscripsit, Orationem claudit. Hujus porro Philogonii, qui ex Causidico Episcopus Antiochenus fuit circa annum Christi 320. in exortu Arianismi, mentionem facit Athanasius in Epistola ad Episcopos Ægypti & Libyæ p. 278. ubi illum inter Orthodoxos, virosque Apostolicos enumerat, qui pro Fide Catholica scripserunt. Fuit vigesimus-primus Antiochenus Episcopus, qui decessorem habuit Vitalem, successorem autem Paulinum, quem excepit Eustathius. De illo plura vide in Notis posterioribus. Erasmi interpretationem multis in locis emendatam e regione Græci textus edimus.

Sequentem de Consubstantiali Homiliam contra Anomœos habuit, ut indicat ipse num. 2. paucis diebus postquam de eodem argumento concionatus erat, ineunte videlicet anno 387. & quantum conjectare licet quinta Januarii die, qua Circenses ludi celebrabantur. Ea porro anno 387. incidit in Dominicam.

Die sequenti, ut confutaret Anomœos, qui ex petitione filiorum Zebedæi, & ex responsione Christi: Sedere autem ad dexteram vel sinistram meam non est meum dare vobis, *oppugnandi ansam arripiebant, eam habuit Homiliam, quæ memoratis de causis octava inscribitur. Utramque vero Latine fecit Fronto Ducæus, ut nos paucissimis mutatis edimus.*

IN BEATUM PHILOGONIUM,

qui fuit ex patrono causarum factus Episcopus, & quod nihil æque reddit nos Deo probatos, atque si studiosi simus earum rerum, quæ publicæ conducunt utilitati, & quod negligenter adeuntes divina mysteria gravissime puniuntur, etiam si semel tantum in anno scelus hoc commiserint. Dicta est autem quinque diebus ante Natalem Christi.

A ΕΙΣ ΤΟΝ ΜΑΚΑΡΙΟΝ ΦΙΛΟΓΟΝΙΟΝ

γενόμενον ἀπὸ δικολόγου ἐπίσκοπον, καὶ ὅτι τὸ προνοεῖν τῶν κοινῇ συμφερόντων, οὐδὲν ἴσον εἰς εὐδοκίμησιν παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ ὅτι τὸ ῥαθύμως προσιέναι τοῖς θείοις μυστηρίοις κόλασιν ἀφόρητον ἔχει· κἂν ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ τοῦτο τολμήσωμεν. ἐλέχθη δὲ πρὸ πέντε ἡμερῶν τῆς Χριστοῦ γεννήσεως.

HOMILIA VI.

1. EGo quidem & hodie destinaram adversus hæreticos luctaturus vestes exuere, quodque restabat debiti vobis persolvere: verum beati Philogonii dies, cujus festum celebramus, ad ipsius

B

ΛΟΓΟΣ ϛ'.

ΕΓΩ μὲν καὶ τήμερον παρεσκευαζόμην πρὸς τὰ τῶν αἱρετικῶν παλαίσματα ἀποδύσασθαι, καὶ τὸ λειπόμενον ὑμῖν ἀποδοῦναι τοῦ χρέους· ἀλλ' ἡ τοῦ μακαρίου Φιλογονίου ἡμέρα, οὗ τὴν ἑορτὴν ἄγομεν νῦν, πρὸς τὴν ἑαυ-

Collata cum Codicibus Regiis 1958. 1959. 2343. & Colbert. 974. Unus præmittit πρὸ ἑορτῆς τῆς Χριστοῦ γεννήσεως, *ante festum Nativitatis Christi.* Habita autem est vigesima Decembris.

ἐκείνου κατορθωμάτων διήγησιν τὴν γλῶτταν ἡμῶν ἐκάλεσε. καὶ δεῖ πείθεσθαι πάντως· εἰ γὰρ ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτᾷ, εὔδηλον ὅτι ὁ εὐλογῶν ζωῆς ἀπολαύσεται, καὶ εἰ τοὺς φυσικοὺς γονεῖς τοσαύτης παρ' ἡμῶν ἀπολαύειν εὐνοίας χρὴ, πολλῷ μᾶλλον τοὺς πνευματικοὺς, καὶ μάλιστα ὅταν τοὺς μὲν κατοιχομένοις ὁ ἔπαινος μηδὲν ποιῇ λαμπροτέρους· τοὺς δὲ συνιόντας ἡμᾶς καὶ τοὺς λέγοντας καὶ τοὺς ἀκούοντας, βελτίους ἐργάζηται. ὁ μὲν γὰρ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβὰς, οὐδὲν ἂν δέοιτο τῆς ἀνθρωπίνης εὐφημίας πρὸς μείζονα καὶ μακαριωτέραν λῆξιν ἀπελθών· ἡμεῖς δὲ οἱ τέως ἐνταῦθα στρεφόμενοι, καὶ πολλῆς πανταχόθεν παρακλήσεως χρήζοντες, τῶν ἐγκωμίων δεόμεθα τῶν ἐκείνου· ἵνα εἰς τὸν αὐτὸν ζῆλον διαναστῶμεν. διὰ τοῦτο καί τις σοφὸς παραινεῖ λέγων· μνήμη δικαίου μετ' [a] ἐγκωμίων· οὐχ ὡς τῶν ἀπελθόντων· ἀλλ' ὡς τῶν ἐγκωμιαζόντων ταύτῃ τὰ μέγιστα ὠφελουμένων. ἐπεὶ οὖν τοσοῦτον τὸ κέρδος ἡμῖν ἐκ τοῦ πράγματος, πειθώμεθα· καὶ μὴ ἀντιλέγωμεν. καὶ γὰρ ὁ καιρὸς πρὸς τὴν τοιαύτην διήγησιν ἐπιτήδειος. σήμερον γὰρ ὁ μακάριος πρὸς τὴν ἀτάραχον μετετάξατο ζωὴν, καὶ τὸ σκάφος ὥρμησεν, ἔνθα ναυάγιον ὑποπτεῦσαι οὐκ ἔνι λοιπὸν, οὐδὲ ἀθυμίαν τινὰ καὶ ὀδύνην. καὶ τί θαυμαστὸν εἰ καθαρὸν ἐκεῖνο τὸ χωρίον ἀθυμίας ἐστίν. ὅπου γε ἀνθρώποις τοῖς ἔτι ζῶσι διαλεγόμενος ὁ Παῦλος φησί· πάντοτε χαίρετε, ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε; εἰ δὲ ἐνταῦθα ὅπου νόσοι, καὶ ἐπήρειαι, καὶ ἄωροι θάνατοι, καὶ συκοφαντίαι, καὶ φθόνοι, καὶ ἀθυμίαι, καὶ ὀργαὶ, καὶ ἐπιθυμίαι πονηραὶ, καὶ μυρίαι ἐπιβουλαὶ, καὶ καθημεριναὶ φροντίδες, καὶ συνεχῆ καὶ ἐπάλληλα τὰ κακὰ μυρίας πάντοθεν ἐπάγοντα λύπας, ἔφησεν ὁ Παῦλος δυνατὸν εἶναι πάντοτε χαίρειν· εἴ τις μικρὸν ἐκ τοῦ κλυδωνίου τῶν βιωτικῶν πραγμάτων ἀνακύψας, τὸν ἑαυτοῦ καλῶς ῥυθμίσειε βίον· πολλῷ μᾶλλον μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν τούτου ῥᾷδιον ἐπιτυχεῖν τοῦ καλοῦ, ὅτε ταῦτα πάντα ἀνῄρηται, καὶ ἀρρωστίαι, καὶ πάθη, καὶ ἁμαρτημάτων ὑπόθεσις, ὅτε τὸ ἐμὸν καὶ τὸ σὸν οὐκ ἔστι, τὸ ψυχρὸν τοῦτο ῥῆμα, καὶ πάντα εἰς τὴν ζωὴν ἡμῶν εἰσάγον τὰ δεινὰ, καὶ τοὺς μυρίους γεννῆσαν πολέμους. διὸ μάλιστα μακαρίζω τὸν ἅγιον τοῦτον, ὅτι εἰ καὶ μετετάξατο καὶ πόλιν ἀφῆκε τὴν παρ' ἡμῖν· ἀλλ' εἰς ἑτέραν ἀνέβη πόλιν τὴν τοῦ θεοῦ, καὶ καταλιπὼν τὴν ἐκκλησίαν ταύτην, εἰς ἐκείνην ἦλθε τὴν τῶν πρωτοτόκων τῶν ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς· καὶ τὰς ἑορτὰς [b] ταύτας ἀφεὶς, πρὸς τὴν τῶν ἀγγέλων μετέστη πανήγυριν. ὅτι γὰρ καὶ πόλις ἄνω, καὶ ἐκκλησία, καὶ πανήγυρίς ἐστιν, ἄκουσον τοῦ Παύλου λέγοντος· προσεληλύθατε πόλει θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει. οὐ

A benefactorum enarrationem linguam nostram evocavit. Et omnino parendum est; etenim si qui patri matrive maledicit, morte moritur: liquet eum, qui benedixerit illis, vitae praemia recepturum: & si iis qui natura parentes sunt tantam debemus praestare benevolentiam, multo magis id praestandum iis, qui spiritu sunt parentes, potissimum vero cum defunctos nostra laudatio nihilo reddat gloriosiores, nos vero congregatos tum qui loquimur, tum qui audimus, reddat meliores. Nam ille quidem subvectus in caelum haud quaquam egere potest humanis laudibus ad feliciorem sortem profectus: nos vero qui hac- (B) tenus hic versamur, multaque opus habemus exhortatione, illius egemus encomiis, quo videlicet ad ejus imitationem excitemur. Quapropter sapiens quidam hortatur, dicens: *Memoria justi cum laudibus.* Non quasi illi qui decesserunt, sed ii potius qui eos laudibus ornant, maximam inde percipiant utilitatem. Quoniam igitur hac ex re tantum nobis lucrum obvenit, obtemperemus, neque recusemus. Nam & ipsum tempus huic narrationi congruit. Siquidem hodie beatus ille ad tranquillam omnisque turbationis expertem vitam trans- (C) latus est, eoque navigium appulit, ubi deinceps non poterit metuere naufragium, nec ullam animi dejectionem aut dolorem. Et quid mirum est, si locus ille purus est ab omni molestia animi, cum Paulus hominibus adhuc in hac vita degentibus loquens dicat: *Semper gaudete, sine intermissione orate?* Quod si hic, ubi morbi, ubi insectationes, ubi praematurae mortes, ubi calumniae, ubi invidiae, ubi moerores, ubi irae, ubi cupiditates, ubi innumerabiles insidiae, ubi quotidianae sollicitudines, (D) ubi perpetua sibique cohaerentia mala sunt, innumeros ex omni parte dolores afferentia, Paulus dixit fieri posse ut semper gaudeamus, si quis paululum ex rerum mundanarum fluctibus erexerit caput, vitamque suam recte composuerit: multo magis postquam hinc demigraverimus facile compotes erimus ejus boni, cum haec omnia sublata fuerint, adversa valetudo, morbi, peccandi materia, ubi non est meum ac tuum, frigidum illud verbum, & quidquid est malorum in vitam nostram invehens, innumeraque gignens bella. (E) Quamobrem maximopere gratulor hujus sancti felicitati, quod quamquam translatus est, atque civitatem nostram reliquit, tamen in alteram transiit civitatem, nempe Dei, ac digressus ab hac Ecclesia, ad illam pervenit, quae est primogenitorum descriptorum in caelis, ac relictis hisce festis, transiit ad celebritatem Angelorum. Etenim quod & superne sit civitas, Ecclesia, ac celebritas, audi Paulum dicentem: *Accessistis ad civitatem Dei viventis, ad Jerosolymam caelestem, & Ecclesiam primogenitorum descriptorum in caelis, & ad innumerabilem Angelorum frequentiam.* Non

Exod. 21. 16. Levit. 20. 9.

Prov. 10. 8.

1. Thess. 5. 16.

Quam praestet vita futura praesenti.

Hebr. 12. 22.

[a] Savil. & quidam MSS. ἐγκωμίων.

[b] Alii, ταύτας παραδραμὼν, πρός.

solum autem ob multitudinem virtutum cælestium, verum etiam ob abundantiam bonorum, ac juge gaudium & lætitiam, panegyrim, hoc est, frequentiam appellat totam illam vitam. Nec enim aliud panegyrim facere solet, quam multitudinis cœtus, mercium venalium copia, cum triticum, hordeum, & omnigenæ frugum species, ovium greges, boum armenta, vestes, aliaque id genus plurima importantur, aliis quidem vendentibus, aliis vero ementibus. Sed quid, inquis, harum rerum est in cælis? Horum quidem nihil, sed sunt his multo præclariora. Non enim illic sunt triticum, hordeum, ac frugum variæ species, sed illic ubique fructus spiritus caritas, gaudium, bonitas, pax, ac mansuetudo summâ exuberat copiâ. Non ovium greges, non boum armenta, sed spiritus justorum perfectorum, animarum virtutes, vitæque recta facta per omnes cælos videre licet. Non vestes aut amictus, sed coronas quovis auro pretiosiores, tum brabia, certaminum præmia, aliaque innumera bona reposita iis qui recte fecerint: adhæc ibi est frequentia, longe tum copiosior, tum honoratior. Neque enim constat ex viris urbanis indigenisque, sed hic sunt Angelorum infinita millia, illic multa millia Archangelorum, alibi sodalitia Prophetarum, alibi Martyrum chori, Apostolorum ordines, cunei justorum, omniumque qui Deo placuerunt varii cœtus. Profecto miranda quædam panegyris est: quodque maius est omnibus, in media frequentia versatur horum omnium rex. Etenim ubi dixisset, *ad innumerabilium Angelorum frequentiam*, subjecit, *& ad judicem universorum Deum.* Quis umquam vidit in panegyrim prodeuntem regem? Hic quidem nemo vidit, illic autem qui adsunt perpetuo vident, quatenus illum videre licet, non solum præsentem, verumetiam suæ gloriæ splendore condecorantem universum cœtum. Et nostræ quidem celebritates sub meridiem plerumque solvuntur, illa vero non item. Neque enim mensium in orbem recursus, neque annorum circuitus, neque dierum numerum exspectat: sed stat perpetuo, illiusque bona nullo termino clauduntur, finem non habent, nec senescere, nec marcescere possunt, sed sunt tum senii, tum mortis expertia. Nullus illic tumultus, quemadmodum hic, nulla turbatio, sed ingens omnium cum ordine compositio, haud secus atque in cithara quapiam, modulatissimum concentum & quavis musica suaviorem reddentium utriusque creaturæ Domino, dum anima illic velut in sacris adytis, divinisque mysteriis, divinorum arcanorum celebrationem peragit.

2. Ad hanc beatam & senii expertem sortem hodie transiit beatus Philogonius. Quænam igitur oratio par sit viro, quem Deus tam felici sorte dignatus est? Nulla. Sed age, dic mihi, num idcirco sile-

A διὰ τὸ πλῆθος δὲ τῶν ἄνω δυνάμεων μόνον· ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν τῶν ἀγαθῶν ἀφθονίαν, καὶ τὴν διηνεκῆ χαρὰν καὶ εὐφροσύνην, πανήγυριν τὰ ἐκεῖ πάντα καλεῖ· πανήγυριν γὰρ οὐδὲν ἕτερον ποιεῖν εἴωθεν, ἀλλ' [a] ἢ τὸ πλῆθος τῶν συνειλεγμένων, καὶ ἡ δαψίλεια τῶν ὠνίων· ὅταν πυροὶ καὶ κριθαὶ καὶ παντοδαπὰ σπερμάτων εἴδη, καὶ προβάτων ποίμνια, καὶ βοῶν ἀγέλαι, καὶ ἱμάτια καὶ ἕτερα τοιαῦτα εἰσάγηται, τῶν μὲν πωλούντων, τῶν δὲ ἀγοραζόντων. καὶ τί τούτων ἐστὶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς φησι; τούτων μὲν οὐδέν· τὰ δὲ τούτων πολλῷ σεμνότερα. οὐ γὰρ πυροὶ καὶ κριθαὶ καὶ σπερμάτων εἴδη· ἀλλ' ὁ καρπὸς ἐκεῖ πανταχοῦ τοῦ πνεύματος, [b] ἀγάπη καὶ
B χαρὰ καὶ εὐφροσύνη καὶ εἰρήνη καὶ ἀγαθοσύνη καὶ πρᾳότης μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας. οὐ προβάτων ποίμνια καὶ βοῶν ἀγέλαι· ἀλλὰ πνεύματα δικαίων τετελειωμένων, καὶ ψυχῶν ἀρεταὶ, καὶ τρόπων κατορθώματα πανταχοῦ τῶν οὐρανῶν ἐστιν ἰδεῖν· οὐχ ἱμάτια καὶ ἐπιβλήματα· ἀλλὰ στέφανοι χρυσοῦ παντὸς τιμιώτεροι· καὶ βραβεῖα, καὶ ἔπαθλα, καὶ τὰ μυρία τοῖς κατορθοῦσιν ἀποκείμενα ἀγαθά· καὶ τὸ πλῆθος τῶν συνιόντων πολλῷ σεμνότερόν τε καὶ πλέον· οὐ γὰρ ἐξ ἀστικῶν τε, καὶ ἐπιχωρίων ἐστὶν ἀνδρῶν· ἀλλ' ἔνθα μυ-
C ριάδες ἀγγέλων· ἐκεῖ χιλιάδες ἀρχαγγέλων, ἀλλαχοῦ συμμορία προφητῶν, ἑτέρωθι μαρτύρων χοροὶ, ἀποστόλων τάγματα, σύλλογοι δικαίων, τῶν εὐηρεστηκότων ἁπάντων δῆμοι διάφοροι· ὄντως θαυμαστή τις ἐστιν ἡ πανήγυρις· καὶ τὸ δὴ πάντων μεῖζον· ὅτι ἐν μέσῃ τῇ πανηγύρει στρέφεται τούτων ἁπάντων ὁ βασιλεύς· εἰπὼν γάρ· μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει· ἐπήγαγε· καὶ κριτῇ θεῷ πάντων· τίς ποτε εἶδεν ἐν πανηγύρει βασιλέα παραγινόμενον; ἐνταῦθα μὲν οὐδεὶς εἶδε ποτέ· ἐκεῖ δὲ διηνεκῶς οἱ παρόντες ὁρῶσιν ὡς αὐτοῖς ἰδεῖν δυνατόν· καὶ παρόντα, καὶ τῇ [c] τῆς
D ἰδίας δόξης λαμπρότητι κοσμοῦντα τοὺς συνιόντας ἅπαντας. καὶ αὗται μὲν αἱ πανηγύρεις, τῆς ἡμέρας μεσούσης πολλάκις καταλύονται· ἐκείνη δὲ οὐχ οὕτως. οὐ γὰρ περιόδους μηνῶν, οὐδὲ κύκλους ἐνιαυτῶν, οὐδὲ ἡμερῶν ἀριθμὸν ἀναμένει· ἀλλ' ἕστηκε διηνεκῶς, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ πάντα ἀγαθὰ, πέρας οὐκ ἔχει· τέλος οὐκ οἶδεν· οὐ γηρᾶν οὐδὲ μαραίνεσθαι δύναται· ἀλλ' ἔστιν ἀγήρω, καὶ ἀθάνατα· οὐδεὶς ἐκεῖ θόρυβος, καθάπερ ἐνταῦθα· οὐδεμία ταραχή· ἀλλὰ πολὺς ὁ κόσμος πάντων μετὰ τῆς προσηκούσης εὐταξίας,
E ὥσπερ ἐν κιθάρᾳ τινὶ, μετὰ ῥυθμοῦ τὴν παναρμόνιον μελῳδίαν, καὶ πάσης ἡδείω μουσικῆς τῷ δεσπότῃ τῆς κτίσεως [d] ἑκατέρας ἀναπεμπόντων· καὶ τῆς ψυχῆς ἐκεῖ καθάπερ ἐν ἱεροῖς ἀδύτοις καὶ θείοις τισὶ μυστηρίοις, τὴν θείαν τελουμένης μυσταγωγίαν.

Πρὸς ταύτην τὴν μακαρίαν καὶ ἀγήρω λῆξιν μετέστη σήμερον ὁ μακάριος Φιλογόνιος. τίς οὖν ἂν γένοιτο λόγος ἐφάμιλλος ἀνθρώπῳ τῷ τοσαύτης εὐκλείας ἀξιωθέντι; οὐκ ἔστιν οὐδείς. τί οὖν εἰπέ μοι, σιγήσομεν διὰ τοῦτο;

a Alii, ἢ τὸ πλῆθος τῶν συνιόντων, κ. τ.

b ἀγάπη deest in tribus Mss. Infra unus, δικαίων τετελειωμένα καὶ ἁγίων ἀρεταί. καὶ ἐκλεκτῶν κατορθώματα. πανταχοῦ τούτων.

c Alii, τῆς οἰκείας δόξης.

d Alii, ἑκατέρως.

καὶ τίνος ἕνεκεν συνεληλύθαμεν; ἀλλ' ἐροῦμεν ὅτι οὐ δυνησόμεθα τοῦ μεγέθους ἐφικέσθαι τῶν ἔργων; δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο ἀναγκαῖον εἰπεῖν, ἐπεὶ καὶ τοῦτο μέγιστον ἐγκωμίου μέρος· ὅταν μὴ δυνηθῇ τοῖς ἔργοις παρισωθῆναι τὰ ῥήματα· ὧν γὰρ ὑπὲρ φύσιν θνητὴν τὰ κατορθώματα, εὔδηλον, ὅτι καὶ ὑπὲρ ἀνθρωπίνην γλῶτταν τὰ ἐγκώμια. οὐ μὴν διὰ τοῦτο [a] διακρούσεται τὰ ἡμέτερα, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν μιμήσεται δεσπότην· καὶ γὰρ ἐκεῖνος τῇ χήρᾳ δύο μόνους ὀβολοὺς καταβαλλούσῃ, οὐ δύο μόνον ὀβολῶν μισθὸν ἔδωκεν. τί δή ποτε; ὅτι οὐ τῇ ποσότητι τῶν χρημάτων, ἀλλὰ τῷ πλούτῳ τῆς διανοίας προσεῖχεν. ἂν μὲν γὰρ τὰ χρήματα ἐξετάσῃς, πολλὴ ἡ πενία· ἂν δὲ τὴν προαίρεσιν ἀναπτύξῃς, ἄφατον τῆς μεγαλοψυχίας ὄψει τὸν θησαυρόν. ὥστε εἰ καὶ μικρὰ τὰ ἡμέτερα καὶ εὐτελῆ· ἀλλ' ἅπερ ἔχομεν· καὶ εἰ μεγαλοψυχίας ἀποδεῖ τοῦ γενναίου καὶ δικαίου Φιλογονίου· ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτο τῆς μεγαλοψυχίας αὐτοῦ μέγιστον δεῖγμα ἂν εἴη, τὸ μηδὲ τὰ μικρὰ διωθεῖσθαι· ἀλλὰ ταὐτὸν τοῖς πλουτοῦσι ποιεῖν. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι παρὰ τῶν πενήτων μικρὰ λαβόντες ὧν οὐδὲν δέονται, τὰ παρ' αὐτῶν προστιθέασιν· ἀντιδωρούμενοι τοὺς ἅπερ εἶχον εἰσενεγκόντας· οὕτω δὴ καὶ οὗτος λαβὼν παρ' ἡμῶν εὐφημίαν ῥημάτων, ἧς οὐδὲν δεῖται, ἀντιδώσει τὴν διὰ τῶν ἔργων εὐλογίαν ἡμῖν, ἧς ἀεὶ χρῄζομεν. πόθεν οὖν ἡμῖν ἀρκτέον τῶν ἐγκωμίων; πόθεν ἄλλοθεν, ἢ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἣν ἡ τοῦ πνεύματος ἐνεχείρισεν αὐτῷ χάρις· αἱ μὲν γὰρ ἔξωθεν ἀρχαὶ, οὐκ ἂν γένοιντο πάντως τῆς τῶν πιστευομένων αὐτὰς ἀρετῆς ἀπόδειξις· ἀλλὰ πολλάκις καὶ κακίας εἰσὶ κατήγοροι· τίνος ἕνεκεν; ὅτι καὶ προστασίαι φίλων καὶ περιδρομαὶ, καὶ κολακεῖαι, καὶ πολλὰ ἕτερα τούτων αἰσχρότερα, τὰς τοιαύτας ἀρχὰς προξενεῖν εἴωθεν· ὅταν δὲ ὁ θεὸς χειροτονῇ καὶ ψηφίζηται, καὶ ἡ χεὶρ ἐκείνη τῆς ἁγίας ἅπτηται κεφαλῆς, ἀδέκαστος ἡ ψῆφος, ἀνύποπτος ἡ κρίσις, ἀναμφισβήτητος τοῦ χειροτονουμένου γένοιτ' ἂν ἀπόδειξις τὸ τοῦ χειροτονοῦντος ἀξίωμα. ὅτι δὲ ἐκεῖνον ὁ θεὸς ἐχειροτόνησε, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ τρόπου, δῆλον. ἐκ μέσης γὰρ τῆς ἀγορᾶς ἁρπασθεὶς, ἐπὶ τὸν θρόνον ἤγετο τοῦτον· οὕτω σεμνὸν, καὶ λαμπρὸν τὸν πρότερον ἐπεδείξατο βίον· καὶ γυναῖκα ἔχων, καὶ θυγατέρα, καὶ ἐν δικαστηρίῳ στρεφόμενος· οὕτως ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἔλαμψεν, ὡς εὐθέως ἐκεῖθεν ταύτης ἄξιος φανῆναι τῆς ἀρχῆς, καὶ ἀπὸ βήματος [b] δικαστικοῦ ἐπὶ βῆμα ἤγετο ἱερόν. καὶ τότε μὲν ἀνθρώποις συνηγόρει κατὰ ἀνθρώπων ἐπιβουλευόντων, τοὺς ἀδικουμένους τῶν ἀδικούντων ἰσχυροτέρους ποιῶν· ἐνταῦθα δὲ ἐλθὼν, ἀνθρώποις συνηγορεῖ κατὰ δαιμόνων τῶν ἐπηρεαζόντων. ἡλίκον δέ ἐστι δεῖγμα ἀρετῆς, τὸ παρὰ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος τοσαύτης ἀξιωθῆναι τῆς ἀρχῆς, ἄκουσον ἀναστὰς ὁ Χριστὸς τῷ Πέτρῳ τί φησιν; ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸν

A bimus? Et cujus rei gratia convenimus? An dicemus nos haud posse magnitudinem gestorum oratione consequi? Atqui ob hoc ipsum necesse est dicere, quandoquidem hæc est præcipua laudum illius pars, quod factis verba æquiparari non possint. Nam quorum gesta naturam etiam superant mortalem: perspicuum est, horum laudes excedere linguam humanam. Haud tamen ob id aspernabitur officium nostrum, sed suum imitabitur Dominum: siquidem & ille viduæ duos tantum obolos dejicienti, non tantum duorum obolorum mercedem reddidit. Cur ita tandem? Quoniam non B perpendebat pecuniæ modum, sed animi divitias. Nam si pecuniæ modum expendas, magna paupertas est: si voluntatem explices, ineffabilem videbis excelsi animi thesaurum. Proinde quamvis nostræ facultates exiguæ sint minimique precii, attamen quæ possumus offerimus. Et licet non respondeant magnitudini animi præclari justique Philogonii, tamen hoc ipsum magnanimitatis illius maximum fuerit argumentum, quod nec pusilla repellat, sed idem faciat quod solent divites. Siquidem illi cum acceperint a tenuibus C exigua quibus non egent, sua vicissim apponunt, remunerantes eos, qui quod poterant obtulerint: itidem & hic cum acceperit a nobis laudem, qua nequaquam eget, redonabit nobis per ipsa facta benedictionem, qua semper indigemus. Unde igitur laudem illius auspicabimur? an a magistratu, quem Spiritus illi tradidit gratia. Nam mundani magistratus nequaquam possunt eorum, quibus crediti sunt, demonstrare virtutes: quin potius frequenter habent accusationem malitiæ. Quare? Quoniam & patrocinia amicorum, & circumcursationes & adulationes, aliaque permulta his fœdiora tales magistratus solent conciliare: cæterum ubi Deus suo suffragio de- D signarit aliquem, illaque manus sanctum contigerit caput, incorruptum suffragium, alienum a suspicione judicium, indubitata fuerit delecti comprobatio, propter ejus qui delegit auctoritatem. Porro quod elegerit illum Deus, vel ex ipsa morum integritate perspicuum est, quippe quem ex medio abreptum foro ad thronum hunc evexerit: adeo castam & insignem prius egit vitam, cum uxorem haberet ac filiam & in foro versaretur, adeo solem ipsum E splendore vicit, ut protinus hoc magistratu dignus videretur, & a judiciorum tribunali ad sacrum tribunal evectus sit. Ac tum quidem hominibus patrocinabatur adversus homines, qui struebant insidias, eos qui afficiebantur injuria, superiores reddens iis, qui injuriam inferebant: hic autem adest hominibus patrocinans adversus dæmones invadentes. Quantum autem sit pietatis argumentum, quod Deus illum tanto magistratu dignum judicarit, audi, Christus excitatus a morte, quid dicit Petro. Postquam enim illum interro-

Philogonius conjugatus forum sectabatur, postea Episcopus factus est.

[a] Savil. & magna pars MSS. διακρούσονται, & mox μιμήσονται, Morel. & alii, διακρούσεται, & μιμήσεται. Infra μισθὸν ἔδωκεν. Morel. & unus Codex habent, ἀλλὰ πολλῷ πλεῖον, hæc vero absunt a Savil. & ab omnibus MSS. Savil. id in margine habet.

[b] δικαστικοῦ deest in plerisque MSS.

Joan.21.16. gasset, *Petre amas me?* isque respondisset: *Tu Domine scis quod amo te:* non dixit Christus, abjice pecunias, jejunium exerce, macera te laboribus, mortuos excita, dæmones abige, nihil vel horum, vel aliorum miraculorum recteque factorum in medium adduxit, sed omnibus illis prætermissis dicit illi: *Si diligis me, pasce oves meas.* Hoc autem dicebat non solum ut nobis certissime declararet, quantopere ipsum diligeret Petrus: verumetiam ut suum erga suas oves amorem ostenderet, maximum exemplum proposuit Petri erga ipsum amoris, tantum non dicens: Qui diligit oves meas, me diligit. Vide igitur quam multa propter hunc gregem passus sit Christus. Homo factus est, servi formam assumsit; consputus est, alapis cæsus est; postremo ne mortem quidem recusavit, eamque ignominiosissimam; siquidem in cruce ipsum etiam sanguinem effudit. Itaque si quis voluerit illi commendatus esse, curam habeat ovium illius, publicam quærat utilitatem, fratrum suorum saluti prospiciat: nullum enim officium
Luc.22.31. hoc Deo carius est: ideo alibi dicit: *Simon Simon, expetivit Satanas, ut cribraret te tamquam triticum, sed ego rogavi pro te, ut non deficiat fides] tua.* Quod igitur hujus solicitudinis curæque præmium mihi rependis? Sed quam poscit gratiam? eamdem curam, quam nobis impendit, reposcit. Nam *& tu*, inquit, *aliquando conversus, confirma fratres tuos.* Sic & Pau-
1.Cor.11.1. lus ait: *Imitatores mei estote sicut & ego Christi.* Quomodo factus es Christi imitator? Omnibus per omnia placens, non quærens meam utilitatem, sed multorum, ut salvi fierent. Rursus alio loco dicit:
Rom.15.3. *Etenim Christus non sibi ipsi placuit, sed multis:* neque prorsus alia res est, quæ perinde declaret, doceatque, quis sit fidelis & amans Christi, quam si fratrum curam agat, illorumque saluti prospiciat.

3. Hæc audiant & Monachi omnes, qui montium occuparunt cacumina, quique modis omnibus seipsos mundo crucifixerunt; quo pro viribus Ecclesiarum præfectos adjuvent, & incitent precibus, concordia, caritate, scientes quod ni modis omnibus, opitulentur iis, qui tot periculis objiciuntur per gratiam Dei, totque negotiorum curas sustinent, quibuscumque possunt rationibus auxilientur, quamquam procul habitantes, & caput ipsis peribit, & tota destruetur sapientia. Verum hoc esse maximum amicitiæ erga Christum argumentum hinc declaratur: videamus autem quomodo munus hoc Episcopi administrarit. Quin potius non est opus hic pluribus verbis aut voce nostra, quando vestrum studium hoc ultro declarat. Sicut enim aliquis ingressus vineam, vitesque contemplatus pampinis comantes, fructu onustas, maceriis ac septis undique munitas, haud quaquam desiderat orationem cujusquam, qui demonstret vinitoris industriam, & agricolæ virtutem: itidem & hic, si quis

A ἠρώτησεν· Πέτρε φιλεῖς με; εἰπόντος δὲ ἐκείνου· σὺ κύριε, οἶδας ὅτι φιλῶ σε· οὐκ εἶπεν ὁ Χριστός· ῥῖψον τὰ χρήματα, νηστείαν ἄσκησον, σκληραγωγίαν, νεκροὺς ἀνάστησον, δαίμονας ἀπέλασον, οὐδὲν οὔτε τούτων, οὔτε τῶν σημείων τῶν ἄλλων, οὔτε τῶν κατορθωμάτων εἰς μέσον ἤγαγεν· ἀλλὰ πάντα ἐκεῖνα παραδραμών· εἰ φιλεῖς μέ φησι, ποίμαινε τὰ πρόβατά μου. τοῦτο δὲ ἔλεγεν, οὐ μόνον τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης τὸ μέγιστον ἡμῖν σημεῖον ἐπιδεῖξαι βουλόμενος· ἀλλὰ καὶ τῆς φιλίας τὴν περὶ τὰ πρόβατα ἐπιδείκνυται, ἤδη τοῦτο τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας μέγιστον δεῖγμα
B πεποίηται· μονονουχὶ λέγων· ὁ τὰ πρόβατά μου φιλῶν, ἐμὲ φιλεῖ. ἴδε γοῦν ὅσα ὑπέμεινε διὰ τὴν ποίμνην ταύτην ὁ Χριστός. ἄνθρωπος ἐγένετο, δούλου μορφὴν ἀνέλαβεν, ἐνεπτύσθη, ἐρραπίσθη· τελευταῖον, οὐδὲ θάνατον παρῃτήσατο, καὶ θάνατον τὸν [a] ἐπονείδιστον· ἐν σταυρῷ γὰρ τὸ αἷμα ἐξέχεεν. ὥστε εἴ τις εὐδοκιμεῖν βούλοιτο παρ' αὐτῷ, τούτων ἐπιμελείσθω τῶν προβάτων· τὸ κοινῇ συμφέρον ζητείτω· τῶν ἀδελφῶν κηδέσθω τῶν ἑαυτοῦ· οὐδὲν γὰρ τούτου παρὰ θεῷ προτιμότερον κατόρθωμα· διὰ τοῦτο καὶ
C ἀλλαχοῦ φησι· Σίμων, Σίμων, ᾔτησεν ὁ σατανᾶς σινιάσαι σε ὡς τὸν σῖτον· κἀγὼ ἐδεήθην περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλίπῃ ἡ πίστις σου· τίνα οὖν ταύτης τῆς κηδεμονίας καὶ τῆς προνοίας ἀποδίδως μοι τὴν ἀμοιβήν; ἄρα ποίαν ἀμοιβὴν ζητεῖ; τὴν αὐτὴν ταύτην πάλιν· καὶ σὺ γάρ φησί ποτε ἐπιστρέψας στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου. οὕτω καὶ ὁ Παῦλος φησί· μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. πῶς γενόμενος Χριστοῦ μιμητής; πάντα πᾶσιν ἀρέσκων· καὶ μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι. καὶ ἀλλαχοῦ φησι· καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυ-
D τῷ ἤρεσεν, ἀλλὰ τοῖς πολλοῖς· καὶ οὐδὲν οὕτω γνώρισμα καὶ χαρακτὴρ γένοιτ' ἂν τοῦ πιστοῦ, καὶ τοῦ Χριστὸν φιλοῦντος, ὡς τὸ τῶν ἀδελφῶν κήδεσθαι, καὶ τῆς σωτηρίας ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἐκείνων.

Ταῦτα καὶ μοναχοὶ πάντες ἀκουέτωσαν, καὶ οἱ τὰς τῶν ὀρῶν κατειληφότες κορυφάς· καὶ οἱ διὰ πάντων σταυρώσαντες ἑαυτοὺς τῷ κόσμῳ· ἵνα κατὰ δύναμιν τὴν ἑαυτῶν, τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτας συγκροτῶσιν, ἀλείφωσιν εὐχαῖς, ὁμονοίᾳ, ἀγάπῃ· εἰδότες ὡς εἰ μὴ [b] τοὺς προβεβλημένους παρὰ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος, καὶ τοσούτων φροντίδας ἀναδεδεγμένους συγκροτοῖεν παντὶ τρόπῳ, καὶ
E πόῤῥωθεν καθήμενοι, τὸ κεφάλαιον αὐτοῖς ἀπόλωλε τοῦ βίου, καὶ ἡ πᾶσα ἠκρωτηριάσθη σοφία. ἀλλ' ὅτι μὲν τῆς περὶ τὸν Χριστὸν φιλίας μέγιστον τοῦτο δεῖγμα, ἐντεῦθεν δῆλον· ἴδωμεν δὲ καὶ πῶς τὴν ἐπισκοπὴν ταύτην διῴκησε. μᾶλλον δὲ οὐ δεῖ λόγου λοιπὸν ἐνταῦθα, οὐδὲ τῆς ἡμετέρας φωνῆς, τῆς ὑμετέρας σπουδῆς αὐτὸ τοῦτο δηλούσης. ὥσπερ γὰρ εἰς ἀμπελῶνά τις εἰσελθὼν, καὶ τὰς ἀμπέλους ἰδὼν κομώσας τοῖς φύλλοις, τῷ καρπῷ βριθομένας, θριγκοῖς καὶ φραγμοῖς πάντοθεν τετειχισμένας· οὐδὲν δεήσεται λόγου τινὸς καὶ ἀποδείξεως ἑτέρας, ὥστε μαθεῖν τοῦ ἀμπελουργοῦ καὶ τοῦ γηπόνου τὴν ἀρετήν· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα· εἰσ-

a Alii, ἐπονείδιστον· ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ αἷμα,

b Alii, τὸν προβεβλημένον, & infra, ἀναδεδεγμένον.

εἰσελθών τις καὶ τὰς πνευματικὰς ταύτας ἀμπέλους ἰδὼν, καὶ τὸν καρπὸν τὸν ὑμέτερον, οὐδενὸς δεήσεται λόγου, καὶ διδασκαλίας, ὥστε μαθεῖν τὸν ὑμῶν προεστῶτα. καθάπερ οὖν καὶ ὁ Παῦλος φησίν· ἡ ἐπιστολὴ ἡμῶν, ὑμεῖς ἐστὲ ἐγγεγραμμένη καὶ ἀναγινωσκομένη. δείκνυσι γὰρ τὴν πηγὴν ὁ ποταμὸς, καὶ ὁ καρπὸς τὴν ῥίζαν. ἐχρῆν μὲν οὖν εἰπεῖν καὶ τὸν καιρὸν, καθ' ὃν τὴν ἀρχὴν ἐνεχειρίσθη ταύτην· οὐδὲ γὰρ τοῦτο μικρὸν εἰς ἐγκωμίου μέρος· ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἱκανὸν δεῖξαι τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἀρετήν· πολλὴ γὰρ ἡ δυσκολία τότε ἦν, ἄρτι τοῦ διωγμοῦ παυσαμένου, καὶ τῶν λειψάνων ἔτι μενόντων τῆς χαλεπωτάτης ζάλης ἐκείνης, καὶ πολλῆς τῶν πραγμάτων διορθώσεως δεομένων. καὶ τούτοις ἐχρῆν προσθεῖναι πάλιν, ὡς ἡ τῶν αἱρετικῶν αἵρεσις ἐπ' αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν λαβοῦσα ἐνεκόπτετο, τῆς ἐκείνου σοφίας πάντα προορώσης· ἀλλ' ὅμως ἐφ' ἑτέραν ἀναγκαίαν ὑπόθεσιν ὁ λόγος ἡμῖν ἐπείγεται· διὰ τοῦτο τῷ κοινῷ πατρὶ, καὶ ζηλωτῇ τοῦ μακαρίου Φιλογονίου ταῦτα καταλιπόντες εἰπεῖν, ἅτε ἀκριβέστερον ἡμῶν εἰδότι τὰ ἀρχαῖα πάντα, πρὸς ἑτέραν δημηγορίας ὁδὸν βαδιούμεθα. καὶ γὰρ ἑορτὴ μέλλει προσελαύνειν, ἡ πασῶν ἑορτῶν σεμνοτάτη καὶ φρικωδεστάτη, ἣν οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι, μητρόπολιν πασῶν τῶν ἑορτῶν προσειπών. τίς δέ ἐστιν αὕτη; ἡ κατὰ σάρκα τοῦ Χριστοῦ γέννησις· ἀπὸ γὰρ ταύτης τὰ θεοφάνια, καὶ τὸ πάσχα τὸ ἱερὸν, καὶ ἡ ἀνάληψις, καὶ ἡ πεντηκοστὴ τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ὑπόθεσιν ἔλαβον. εἰ γὰρ μὴ ἐτέχθη κατὰ σάρκα ὁ Χριστὸς, οὐκ ἂν ἐβαπτίσθη, ὅπερ ἐστὶ τὰ θεοφάνια· οὐκ ἂν ἐσταυρώθη, ὅπερ ἐστὶ τὸ πάσχα· οὐκ ἂν τὸ πνεῦμα κατέπεμψεν, ὅπερ ἐστὶν ἡ πεντηκοστή. ὥστε ἐντεῦθεν, ὥσπερ ἀπό τινος πηγῆς ποταμοὶ διάφοροι ῥυέντες, αὗται ἐτέχθησαν ἡμῖν αἱ ἑορταί. οὐ κατὰ τοῦτο δὲ μόνον δικαία ταύτης ἂν εἴη τῆς [a] προεδρείας ἀπολαύειν ἡ ἡμέρα, ἀλλ' ὅτι καὶ τὸ ἐν αὐτῇ γινόμενον, τῶν ἄλλων ἁπάντων πολὺ φρικωδέστερόν ἐστι· τὸ μὲν γὰρ ἄνθρωπον γενόμενον τὸν Χριστὸν ἀποθανεῖν, τῆς ἀκολουθίας λοιπὸν ἦν· εἰ γὰρ ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν· ἀλλὰ θνητὸν σῶμα ἀνέλαβεν. καὶ ἦν μὲν καὶ τοῦτο θαυμαστόν· τὸ δὲ θεὸν ὄντα, ἄνθρωπον θελῆσαι γενέσθαι καὶ ἀνασχέσθαι καταβῆναι τοσοῦτον· ὅσον οὐδὲ διάνοια δέξασθαι δύναται, τοῦτό ἐστι τὸ φρικωδέστατον, καὶ ἐκπλήξεως γέμον. ὃ δὴ καὶ Παῦλος θαυμάζων ἔλεγεν· καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον· ποῖον μέγα; θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί· καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· οὐ γὰρ ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται ὁ θεός· ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται. ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι. διὰ τοῦτο μάλιστα ἀσπάζομαι τὴν ἡμέραν ταύτην, καὶ φιλῶ, καὶ τὸν ἔρωτα εἰς μέσον προτίθημι, ἵνα κοινωνοὺς ὑμᾶς ποιήσω τοῦ φίλτρου. διὰ τοῦτο δέομαι πάντων ὑμῶν καὶ ἀντιβολῶ μετὰ πάσης σπουδῆς καὶ προθυμίας παραγενέσθαι, τὴν οἰκίαν ἕκαστον κενώσαντα τὴν ἑαυτοῦ· ἵνα ἴδωμεν τὸν δεσπότην ἡμῶν ἐπὶ τῆς φάτνης κείμενον, ἐσπαργανωμένον, τὸ φρικτὸν ἐκεῖνο καὶ

[a] Alii, προσεδρείας, alii, προεδρείας.

A ingressus conspiciat vites spirituales, vestrumque fructum contempletur, nil opus habuerit, ut ex cujusquam oratione discat, qualis sit vester præpositus. Sicut & Paulus scribit: *Epistola mea vos estis, quæ inscripta est, & legitur.* (2.Cor.3.2.) Fluvius arguit qualis sit fons, & fructus indicat qualis sit radix. Dicendum igitur erat & tempus quo principatum hunc suscepit: neque enim hæc minima pars encomii fuerit, sed magni momenti ad declarandam hominis virtutem. Res tum erat multæ difficultatis cum nuper esset sedata persequutio, manentibus etiamnum gravissimæ tempe-
B statis illius reliquiis, cumque negotia plurimam desiderarent correctionem. His insuper illud adjungendum erat, quod hæreticorum factio sub illo nata negotium exhibuit, illius sapientia cuncta prospiciente. Verum ad aliam necessariam materiam nobis festinat oratio, eoque communi patri, beatique Philogonii sectatori hæc dicenda relinquentes, ut qui melius nobis teneat quidquid est antiquitatum, ad aliam concionandi rationem transeamus. Appetit enim festum omnium festorum maxime venerandum tremendumque: quod si quis appellet omnium festorum metropolim,
C haudquaquam aberret. Quod autem hoc est? Christi in carne Natalis. (De festo Nativitatis & Epiphaniæ Christi.) Ab hoc enim festum Epiphaniorum, ac sacrum Pascha, Ascensio, & Pentecoste originem ac fundamentum ducunt. Nisi enim secundum carnem natus esset Christus, nequaquam baptizatus esset, nam id festum Theophaniorum est: nequaquam fuisset crucifixus, nam hoc est festum Paschæ: nequaquam misisset Spiritum sanctum, quod est festum Pentecostes. Itaque ab hoc, ceu a fonte quopiam diversi fluvii, nata sunt nobis hæc festa. Verum non ob hoc tantum par est hunc diem cæteris anteponi, sed etiam
D quia quod in hoc natum est, cæteris omnibus est venerabilius. Nam quod Christus homo factus, sit mortuus, consequentiæ cujusdam fuit: licet enim nullum omnino peccatum perpetrasset, mortale tamen corpus assumserat: & erat quidem hoc admirandum: cæterum quod Deus cum esset, voluerit homo fieri, tantumque sese demittere sustinuerit, quantum ne cogitatione quidem complecti queas, hoc est omnium maxime reverendum, stuporisque plenum. Quod quidem & Paulus admirans dicebat, *Et manifeste magnum pietatis mysterium.* (1.Tim.3.16.) Quod magnum? *Deus manifestatus*
E *in carne.* Ac rursum alibi: *Non enim Angelos apprehendit Deus, sed semen Abrahæ apprehendit. Unde debuit per omnia fratribus assimilari.* (Hebr.2.16.) Propter *hoc potissimum amplector diligoque diem hunc, & amorem ejus in medium propono, ut vos hujus participes reddam: eoque rogo vos omnes obsecroque, summo studio summaque cum alacritate velitis adesse, sed prius suam quisque domum evacuet, ut videamus Dominum nostrum in præsepi jacentem ac fasciis involutum, tremendum ac

stupendum spectaculum. Quid enim excusabimus, aut quam veniam obtinebimus, si cum ipse nostri causa descenderit e cælis, nos ad illum vel ex ædibus ire gravemur? cum alienigenæ barbarique Magi ex Perside occurrant, ut illum videant in præsepi jacentem, tu vero qui Christianus es ne breve quidem spatium emetiri sustineas, ut hoc felici spectaculo perfruaris. Nam si cum fide accesserimus, proculdubio videbimus illum in præsepi jacentem. Siquidem hæc mensa vicem explet præsepis. Nam & hic ponetur corpus dominicum, non quidem fasciis involutum sicuti tunc, sed undique Spiritu sancto vestitum. Qui mysteriis initiati sunt, intelligunt quæ dicuntur. Ac Magi quidem nihil aliud quam adorarunt, tibi vero si cum pura accesseris conscientia, permittemus, ut sumas, & sumto domum abeas. Accede igitur tu quoque munera offerens, non qualia deferebant illi, sed multo religiosiora. Obtulerunt illi aurum, offer tu temperantiam ac virtutem: obtulerunt illi thus, offer tu puras preces, quæ sunt odoramenta spiritualia: obtulerunt illi myrrham, offer tu humilitatem, & cor submissum cum eleemosyna. Quod si hisce cum muneribus accesseris, multa cum fiducia particeps eris hujus sacræ mensæ. Nam hæc ideo nunc loquor, quod sciam certo futurum, ut in illa die complures accedant irruantque ad victimam hanc spiritualem. Igitur ne faciamus ad detrimentum & condemnationem animæ nostræ, sed ad salutem: jam nunc obtestor obsecroque, ut omnibus modis repurgati, ita demum sacra adeatis mysteria.

Corpus Dominicum in Mysteriis.

4. Neque mihi quisquam dixerit, vereor, habeo conscientiam peccatis oppletam, sarcinam circumfero gravissimam. Sufficit enim horum quinque dierum tempus, si sobrius fueris, si oraveris, si vigilaveris, ut multitudinem peccatorum reddas contractiorem. Nec illud perpende quod breve tempus est; sed illud considera quod benignus est Dominus. Quandoquidem & Ninivitæ tridui spatio tantam iram Dei a se depulerunt, nec obstitit illis temporis angustia, sed animi promtitudo, amplectens Domini benignitatem, totum peragere valuit. Et meretrix illa brevi temporis momento, cum ad Christum accessisset, omnia probra diluit. Quin & calumniantibus Judæis, quod illam admisisset, tantamque præbuisset fiduciam, Christus illis quidem silentium imposuit, hanc vero malis omnibus liberatam, comprobatoque illius studio, ita domum remisit. Quid ita tandem? Quoniam ferventi animo, & flagranti corde, ardentique accessit fide, sanctosque illos ac sacros attigit pedes, solutis capillis, fontibus lacrymarum ex oculis emissis, unguento profuso. Etenim per quæ deceperat homines, per eadem paravit remedia pœnitentiæ: per quæ avocarat oculos intemperantium, per hæc emisit lacrymas: per capillos arte compo-

Cum vera pœnitentia brevi potest conscientia mundari.

Jon. 3.

Luc. 7.

Pœnitentiæ modus.

A παράδοξον θέαμα. ποία γὰρ ἡμῖν ἀπολογία· ποία δὲ συγγνώμη, ὅταν αὐτὸς μὲν ἐκ τῶν οὐρανῶν δι' ἡμᾶς καταβαίνῃ, ἡμεῖς δὲ μηδὲ ἐκ τῆς οἰκίας πρὸς αὐτὸν ἐρχώμεθα; ὅταν μάγοι μὲν ἄνθρωποι βάρβαροι καὶ ἀλλόφυλοι ἐκ Περσίδος τρέχωσιν, ὥστε αὐτὸν ἰδεῖν ἐπὶ τῆς φάτνης κείμενον· σὺ δὲ ὁ χριστιανὸς μηδὲ μικρὸν διάστημα ὑπομένῃς, ὥστε τῆς μακαρίας ταύτης ἀπολαῦσαι θεωρίας. καὶ γὰρ ἂν μετὰ πίστεως παραγινώμεθα, πάντως αὐτὸν ὀψόμεθα ἐπὶ τῆς φάτνης κείμενον. ἡ γὰρ τράπεζα αὕτη, τάξιν τῆς φάτνης πληροῖ· καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα κείσεται τὸ σῶμα τὸ δεσποτικόν· οὐχὶ ἐσπαργανωμένον, καθάπερ τότε,
B ἀλλὰ πνεύματι πανταχόθεν ἁγίῳ περιεσταλμένον. ἴσασιν οἱ μεμυημένοι τὰ λεγόμενα· οἱ μὲν οὖν μάγοι προσεκύνησαν μόνον· σὺ δὲ ἂν μετὰ καθαροῦ προσέλθῃς συνειδότος, καὶ λαβεῖν σοι αὐτὸ συγχωρήσομεν καὶ ἀπελθεῖν οἴκαδε. πρόσιθι τοίνυν καὶ σὺ δῶρα προσάγων, μὴ τοιαῦτα, οἷα ἐκεῖνοι· ἀλλὰ πολλῷ σεμνότερα. προσήνεγκαν ἐκεῖνοι χρυσόν· προσένεγκε σὺ σωφροσύνην καὶ ἀρετήν· προσήνεγκαν ἐκεῖνοι λιβανωτόν· προσένεγκε σὺ εὐχὰς καθαράς, τὰ θυμιάματα τὰ πνευματικά· προσήνεγκαν ἐκεῖνοι σμύρναν· προσένεγκε σὺ ταπεινοφροσύνην, καὶ τεταπεινωμένην καρδίαν καὶ ἐλεημοσύνην. ἂν μετὰ τούτων
C προσέλθῃς τῶν δώρων, μετὰ ἀδείας ἀπολαύσῃ πολλῆς τῆς ἱερᾶς ταύτης τραπέζης. καὶ γὰρ ἐγὼ διὰ τοῦτο τούτους κινῶ τοὺς λόγους νῦν· ἐπειδὴ οἶδα ὅτι πάντως πολλοὶ κατ' ἐκείνην προσελεύσονται τὴν ἡμέραν, καὶ ἐπιπεσοῦνται τῇ πνευματικῇ ταύτῃ θυσίᾳ· ἵνα οὖν μηδὲ ἐπὶ κακῷ· μηδὲ ἐπὶ κρίματι τῆς ἡμετέρας ψυχῆς τοῦτο ποιῶμεν· ἀλλ' ἐπὶ σωτηρίᾳ, ἐντεῦθεν ἤδη προδιαμαρτύρομαι καὶ παρακαλῶ, παντὶ τρόπῳ καθάραντας ἑαυτοὺς οὕτω προσιέναι τοῖς ἱεροῖς μυστηρίοις.

Καὶ μή μοι λεγέτω τις, αἰσχύνης γέμω· ἁμαρτημάτων ἔχω τὸ συνειδὸς πεπληρωμένον· φορτίον ἐπιφέ-
D ρομαι βαρύτατον· ἱκανὴ γὰρ τῶν πέντε ἡμερῶν τούτων ἡ προθεσμία, ἐὰν νήφῃς καὶ [a] προσεύχῃ καὶ ἀγρυπνῇς, τὸ πολὺ τῶν ἁμαρτημάτων ὑποτέμνεσθαι. μὴ γὰρ ὅτι βραχὺς ὁ χρόνος ἴδῃς· ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπησον, ὅτι φιλάνθρωπος ὁ δεσπότης· ἐπεὶ καὶ Νινευῖται ἐν τρισὶν ἡμέραις τοσαύτην ὀργὴν ἀπεκρούσαντο· καὶ οὐδὲν ἐνεπόδισεν ἡ τοῦ καιροῦ στενοχωρία· ἀλλ' ἴσχυσεν ἡ τῆς ψυχῆς προθυμία τῆς φιλανθρωπίας ἐπιλαβομένη τοῦ δεσπότου τὸ πᾶν ἐργάσασθαι· καὶ ἡ πόρνη δὲ ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ προσελθοῦσα τῷ Χριστῷ, τὰ ὀνείδη πάντα ἀπενίψατο, καὶ τῶν Ἰουδαίων ἐγκαλούντων· ὅτι προσήκατο καὶ
E μετέδωκεν αὐτῇ παῤῥησίας τοσαύτης ὁ Χριστὸς, τοὺς μὲν ἐπεστόμισεν· ἐκείνην δὲ πάντων ἀπαλλάξας τῶν κακῶν, καὶ τῆς σπουδῆς ἀποδεξάμενος, οὕτως ἀπέπεμψε. τί δή ποτε; ὅτι μετὰ θερμῆς διανοίας, καὶ πεπυρωμένης ψυχῆς καὶ ζεούσης προσῆλθε πίστεως, καὶ τῶν ἁγίων καὶ ἱερῶν ἐκείνων ἥψατο ποδῶν, τοὺς βοστρύχους λύσασα, πηγὰς δακρύων ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἀφεῖσα, τὸ μύρον κενώσασα. δι' ὧν γὰρ ἐγοήτευσε τοὺς ἀνθρώπους, διὰ τούτων τὰ φάρμακα τῆς μετανοίας κατεσκεύασε· δι' ὧν ἀνεπτέρωσε τὰς τῶν ἀκολάστων ὄψεις, διὰ τούτων ἐδάκρυσε· διὰ τῶν πλοκάμων, δι' ὧν ὑπο-

[a] Alii, προσέχῃς, alii, προσεύχῃ. Utraque lectio quadrare potest.

σκέλισεν εἰς ἁμαρτίαν πολλούς, διὰ τούτων τοὺς πόδας ἀπέμαξε τοῦ Χριστοῦ. διὰ τοῦ μύρου, δι' οὗ πολλοὺς ἐδελέασε, διὰ τούτου τοὺς πόδας ἐκείνου ἤλειψε. καὶ σὺ τοίνυν δι' ὧν παρώξυνας τὸν θεόν· διὰ τούτων ἵλεων ποίησον πάλιν. παρώξυνας αὐτὸν διὰ χρημάτων ἁρπαγῆς; διὰ τούτων αὐτὸν κατάλλαξον, καὶ τὰ ἁρπαγέντα ἀποδοὺς τοῖς ἠδικημένοις, καὶ ἕτερα τούτοις [a] προσεπιδούς, εἰπὲ κατὰ τὸν Ζακχαῖον· ἀποδίδωμι τετραπλάσιονα ὧν ἥρπασα πάντων. παρώξυνας διὰ γλώττης καὶ λοιδορίας ὑβρίσας πολλούς; ἐξιλέωσαι διὰ γλώττης πάλιν, εὐχὰς καθαρὰς ἀναπέμπων, εὐλογῶν τοὺς λοιδοροῦντας· ἐγκωμιάζων τοὺς κακῶς λέγοντας· χάριν ὁμολογῶν τοῖς ἀδικοῦσι. ταῦτα οὐχ ἡμερῶν δεῖται, οὐδὲ ἐνιαυτῶν πολλῶν· ἀλλὰ προαιρέσεως μόνης, καὶ ἐν μιᾷ κατορθοῦται ἡμέρᾳ. ἀπόστηθι τῆς πονηρίας· ἐπιλαβοῦ τῆς ἀρετῆς· παῦσαι τῆς κακίας. καὶ ὑπόσχου μηκέτι ταῦτα ποιεῖν, καὶ ἀρκεῖ σοι τοῦτο εἰς ἀπολογίαν· ἐγὼ διαμαρτύρομαι καὶ ἐγγυῶμαι, ὅτι τῶν ἁμαρτανόντων ἡμῶν ἕκαστος ἂν ἀποστὰς τῶν προτέρων κακῶν ὑπόσχηται τῷ θεῷ μετὰ ἀληθείας μηκέτι αὐτῶν ἅψασθαι, οὐδὲν ἕτερον ὁ θεὸς ζητήσει πρὸς ἀπολογίαν μείζονα. φιλάνθρωπος γάρ ἐστι καὶ ἐλεήμων, καὶ καθάπερ ἡ ὠδίνουσα ἐπιθυμεῖ τεκεῖν· οὕτω καὶ αὐτὸς ἐπιθυμεῖ τὸν ἔλεον ἐκχέαι τὸν ἑαυτοῦ· ἀλλ' αἱ ἁμαρτίαι αἱ ἡμέτεραι τοῦτο διακόπτουσιν. ἀνέλωμεν τοίνυν τὸ τειχίον, καὶ ἐντεῦθεν ἤδη τῆς ἑορτῆς ἀρξώμεθα, τὰς πέντε ἡμέρας ταύτας πᾶσιν ἀποταξάμενοι· ἐρρέτω δικαστήρια· ἐρρέτω βουλευτήρια· οἰμωζέτω βιωτικὰ πράγματα, καὶ συμβόλαια καὶ συναλλάγματα· τὴν ψυχήν μου βούλομαι σῶσαι. τί ὠφελεῖται ἄνθρωπος ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ· τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ. ἐξῆλθον ἀπὸ Περσίδος οἱ μάγοι· ἔξελθε σὺ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, πρὸς τὸν Ἰησοῦν ὅδευσον. οὐκ ἔστι πολὺ τὸ μέσον, ἂν ἐθέλωμεν. οὐ γὰρ πέλαγος ἀνάγκη διαπερᾶσαι, οὐδὲ ὀρῶν ὑπερβῆναι κορυφάς· ἀλλ' οἴκοι καθήμενον, εὐλάβειαν ἐπιδεικνύμενον, καὶ πολλὴν τὴν κατάνυξιν, ἔστιν [b] ἰδεῖν, ἅπαν καταλῦσαι τὸ τειχίον· ἀνελεῖν τὸ κώλυμα· συστεῖλαι τῆς ὁδοῦ τὸ μῆκος· θεὸς γὰρ ἐγγίζων ἐγώ εἰμι, φησί, καὶ οὐ θεὸς πόρρωθεν· καὶ ἐγγὺς κύριος πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ. νῦν δὲ εἰς τοσοῦτο ἀνοίας καὶ καταφρονήσεως πολλοὶ τῶν πιστῶν ἐληλάκασιν· ὡς καὶ μυρίων γέμοντες κακῶν, καὶ μηδεμίαν ὅλως ἑαυτῶν ἐπιμέλειαν ποιούμενοι ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχεν ἐν ταῖς ἑορταῖς [c] τῇ τραπέζῃ ταύτῃ προσέρχονται, οὐκ εἰδότες ὅτι καιρὸς κοινωνίας οὐχ ἑορτὴ καὶ πανήγυρις· ἀλλὰ συνειδὸς καθαρὸν καὶ βίος ἐγκλημάτων ἀπηλλαγμένος. καὶ καθάπερ τὸν οὐδὲν ἑαυτῷ συνειδότα φαῦλον καθ' ἑκάστην δεῖ προσιέναι τὴν ἡμέραν· οὕτω τὸν ἐν ἁμαρτήμασι προκατειλημμένον, καὶ μὴ μετανοοῦντα οὐδὲ ἐν ἑορτῇ προσιέναι ἀσφαλές. οὐ γὰρ δὴ τὸ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ προσελθεῖν ἀπαλλάττει τῶν ἐγκλημάτων ἡμᾶς, ἂν ἀναξίως προσίωμεν, ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο μειζόνως καταδικάζει· ὅτι

[a] Alii, προσδούς. Paulopost, quidam Mss. ἀποδώσω.
[b] ἰδεῖν deest in aliquot Mss.

A sitos multos illexerat ad peccatum, per eosdem pedes abstersit Christi. Unguento multos inescarat, per hoc pedes illius unxit. Proinde & tu nunc quibus rebus provocasti Deum, per has rursum facito propitium. Provocasti illum pecuniarum rapina, per easdem illum reconcilia, cumque & rapta restitueris illis, quos injuria affeceras, & alia insuper addideris, dicito juxta Zacchæum: reddo omnium, quæ ra- *Luc.* 19. 8.
pui, quadruplum. Provocasti lingua & maledicentia, multis contumelia affectis, vicissim lingua placato, puras emittens preces, B benedicens maledicentibus, laudans vituperantes, gratias agens injuriam inferentibus. Hæc non egent multis diebus annisve, sed solo animi proposito, & unico die perficiuntur. Discede a malo, virtutem amplectere, desiste a pravitate: pollicere te posthac ista non commissurum, & istud sufficiet ad excusationem. Ego testificor ac fidejubeo fore, ut si nostrum quisque qui peccatis obnoxii sumus recedens a pristinis malis, ex animo vereque promittat Deo se postea numquam ad illa rediturum, nihil aliud Deus requiret ad C excusationem majorem. Benignus enim est, & quemadmodum parturiens cupit eniti fetum, ita & ille cupit effundere suam misericordiam: sed illi obstant peccata nostra. Diruamus igitur maceriam, atque ex hoc jam tempore festum auspicemur, hosce dies quinque negotiis omnibus valere jussis, valeat forum, valeat curia, facessant mundanæ curæ, cum pactis & contractibus: animam meam servare cupio. *Quid prodest homini si totum mundum lucretur, ani-* *Matth.* 16.
mæ vero suæ detrimentum patiatur? Egres- 26.
si sunt a Perside Magi, egredere tu e temD poraris negotiis, ad Jesum proficiscere: non est longum intervallum si velimus. Non enim necesse est trajicere mare, neque montium superare cacumina, sed domi sedens, si pietatem exhibeas, multamque cordis compunctionem, potes illum videre, potes totam diruere maceriam, totum submovere obstaculum, abbreviare viæ longitudinem. *Deus enim*, inquit, *ap-* *Jerem.* 23.
propinquans ego sum, & non Deus procul, & *Dominus prope est omnibus invocantibus* *Psalm* 144.
ipsum in veritate. Nunc autem multi fide- 18.
E lium in tantam vecordiam tantumque venere contemtum, ut cum innumeris scateant malis, nullamque vitæ suæ curam habeant, in diebus festis negligenter ac temere ad mensam hanc accedant, haud intelligentes, quod communionis tempus non est festum, neque celebritas, sed conscientia pura, vitaque a peccatis repurgata. Sicut enim qui sibi nullius mali conscius est, hunc oportet singulis diebus accedere: sic qui peccatis occupatus est, nec pœnitet, eum ne in festis quidem accedere tutum est. Neque enim semel in anno accedere, liberat nos a peccatis, si indigne accesserimus: quin hoc ipsum potius auget damnationem, quod cum semel tan-

[c] Alii, τῇ τραπέζῃ προσιέναι ταύτῃ, οὐκ εἰδ-

tum accedamus, ne tum quidem pure accedimus. Quapropter adhortor vos omnes ne negligenter, veluti festo die cogente, ad divina mysteria accedatis, sed si quando hujus sacræ hostiæ futuri participes estis, multis ante diebus repurgetis vos ipsos per pœnitentiam, precationem & eleemosynam, perque spiritualem exercitationem, nec denuo convertamini canis in morem ad proprium vomitum. Annon enim absurdum tantam habere curam rerum corporalium, ut appetente festo multis ante diebus vestem e scriniis pulcherrimam diligenter appares, emas calceamenta, mensa largior splendidiorque paretur, denique variam undiquaque rerum copiam excogites, omnibusque modis temetipsum ornes, nitidumque reddas: animæ vero neglectæ, sordentis, squallidæ, fame contabescentis nullum habeas respectum, cum sola maneat impura, ac corpus quidem nitidum huc adducas, animam vero nudam incultamque? Atqui corpus quidem videt conservus, neque quidquam est detrimenti, quomodocumque fuerit habitum: illam autem videt Dominus, qui gravissime punit negligentiam. An nescitis quod hæc mensa plena est igne spirituali: & quemadmodum fontes aquæ vim exundant, ita hæc flammam quamdam habet arcanam? Ne igitur accesseris stipulam afferens, non ligna, non fœnum, ne augeas incendium, exurasque animam ad communionem accedentem: sed accede ferens lapides preciosos, aurum, argentum, quo puriorem reddas materiam, multoque cum lucro discedas. Si quid mali est, abigas ab animo. Habet quis inimicum, graviter læsus est, solvat simultatem, coërceat animum exardescentem, intumescentemque, ne quis sit intus tumultus aut perturbatio. Regem enim excepturus es per communionem: cum autem rex ingreditur animam, oportet magnam esse tranquillitatem, multumque silentium, profundam cogitationum quietem. Sed atrociter læsus es, nec potes iram remittere. An igitur teipsum magis etiam & gravius lædes? Neque enim tantis malis te afficiet inimicus quæcumque fecerit, quibus teipsum afficis, si non illi reconcilieris, sed Dei leges conculcaris. Ille te contumelia affecit, dic mihi, num tu ideo Deum afficies contumelia? Etenim non recipere in gratiam eum qui molestiam attulit, non tam est illum ulcisci, quam afficere contumelia Deum, legis hujus auctorem. Proinde ne respicias ad conservum, neque ad magnitudinem injuriarum, quas intulit ille, sed Deum, illiusque timorem in animo habens, id tecum reputa, te quo majorem vim admoveris animo tuo, post innumera mala cogens illum redire in gratiam cum eo, qui molestiam intulit, tanto majus præmium laturum a Deo, qui hæc præcepit. Et sicut hic Deum excipis multo cum honore,

A ἅπαξ προσιόντες, οὐδὲ τότε καθαρῶς προσίεμεν. Διὰ τοῦτο παρακαλῶ πάντας ὑμᾶς μὴ ἁπλῶς διὰ τὴν τῆς ἑορτῆς ἀνάγκην τῶν θείων ἅπτεσθαι μυστηρίων· ἀλλ' εἴ ποτε μέλλοιτε τῆς ἁγίας ταύτης μεθέξειν προσφορᾶς, πρὸ πολλῶν ἡμερῶν [a] ἑαυτοὺς διακαθαίρειν διὰ μετανοίας, καὶ εὐχῆς, καὶ ἐλεημοσύνης, καὶ τῆς περὶ τὰ πνευματικὰ σχολῆς· καὶ μὴ πάλιν ἐπιστρέφεσθαι καθάπερ κύων ἐπὶ τὸν ἴδιον ἔμετον. πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον τῶν μὲν σωματικῶν τοσαύτην ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν, ὥστε ἑορτῆς παραγούσης, πρὸ πολλῶν ἡμερῶν καὶ ἱμάτιον ἐκ τῶν κιβωτίων τὸ κάλλιστον ἀνελομένους περιτρεπίζειν, καὶ ὑποδήματα ὠνεῖσθαι, B καὶ τραπέζῃ δαψιλεστέρᾳ κεχρῆσθαι, καὶ πολλοὺς πάντοθεν προσεπινοεῖν πόρους, καὶ παντὶ τρόπῳ φαιδρύνειν ἑαυτὸν καὶ καλλωπίζειν· τῆς δὲ ψυχῆς ἠμελημένης, ῥυπώσης, αὐχμώσης, λιμῷ διαφθειρομένης, ἀκαθάρτου μενούσης, μηδένα ποιεῖσθαι λόγον· ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα καλλωπίζοντα εἰσάγειν ἐνταῦθα· ἐκείνην δὲ γυμνὴν καὶ ἀσχημονοῦσαν; καίτοι τοῦτο μὲν ὁ σύνδουλος ὁρᾷ· καὶ βλάβος οὐδὲν κἂν ὁπωσοῦν διακείμενον ᾖ· ἐκείνην δὲ ὁ δεσπότης, καὶ μεγίστην ἐπάγει κόλασιν τῆς ἀμελείας. οὐκ ἴστε ὅτι πυρὸς αὕτη γέμει ἡ τράπεζα πνευματικοῦ, καὶ καθάπερ αἱ πηγαὶ φύσιν ὕδατος ἀναβλύζουσιν· οὕτω καὶ αὕτη φλόγα τινὰ ἔχει ἄῤῥητον; C μὴ τοίνυν προσέλθῃς καλάμην ἔχων, μὴ ξύλα, μὴ χόρτον· ἵνα μὴ πλείονα τὸν ἐμπρησμὸν ἐργάσῃ, καὶ κατακαύσῃς τὴν μεταλαμβάνουσαν ψυχήν. ἀλλ' ἔχων λίθους τιμίους, χρυσὸν, ἄργυρον· ἵνα καθαρωτέραν ποιήσῃς τὴν ὕλην, ἵνα πολλὴν λαβὼν τὴν ἐμπορίαν, ἀπέλθῃς. εἴ τι πονηρὸν, [b] ἐξόρισον, φυγάδευσον ἀπὸ τῆς ψυχῆς σου. ἔχει τις ἐχθρὸν, καὶ τὰ μεγάλα ἠδίκηται; καταλυέτω τὴν ἔχθραν, καταστελλέτω τὴν διάνοιαν φλεγμαίνουσαν, οἰδοῦσαν· ἵνα μηδεὶς ἔνδον θόρυβος ᾖ μηδὲ ταραχή. βασιλέα γὰρ ὑποδέχεσθαι μέλλεις διὰ τῆς κοινωνίας. βασιλέως δὲ ἐπιβαίνοντος D τῇ ψυχῇ, πολλὴν εἶναι δεῖ τὴν γαλήνην, πολλὴν τὴν ἡσυχίαν· βαθεῖαν τῶν λογισμῶν τὴν εἰρήνην. ἀλλὰ μεγάλα ἠδίκησαι, καὶ οὐ φέρεις ἀφεῖναι τὴν ὀργήν· τί τοίνυν σαυτὸν πολλῷ μείζονα ἀδικεῖς καὶ χαλεπώτερα; οὐ γὰρ τοιαῦτά σε διαθήσεται ὁ ἐχθρὸς ἅπερ ἂν ποιῇ· οἷα σὺ σαυτὸν μὴ καταλλαττόμενος πρὸς ἐκεῖνον, ἀλλὰ τοὺς τοῦ Θεοῦ καταπατῶν νόμους. ὕβρισέ σε ἐκεῖνος· διὰ τοῦτο οὖν σὺ τὸν θεὸν ὑβρίζῃ εἰπέ μοι; τὸ γὰρ μὴ καταλλάττεσθαι τῷ λελυπηκότι, οὐκ ἐκεῖνόν ἐστιν ἀμυνομένου τοσοῦτον, ὅσον τὸν θεὸν ὑβρίζοντος τὸν ταῦτα νομοθετήσαντα. μὴ τοίνυν E πρὸς τὸν σύνδουλον ἴδῃς· μηδὲ πρὸς τὸ μέγεθος τῶν ἀδικημάτων ἐκείνου· ἀλλὰ τὸν θεὸν καὶ τὸν ἐκείνου φόβον εἰς νοῦν βαλλόμενος, ἐκεῖνο σκόπησον· ὅτι ὅσῳ ἂν μείζονα πάσχῃς βίαν κατὰ ψυχὴν, μετὰ μυρία κακὰ ἀναγκαζόμενος καταλλάττεσθαι [c] τῷ λελυπηκότι, τοσούτῳ πλείονος ἀπολαύσῃ τιμῆς παρὰ τοῦ ταῦτα κελεύσαντος θεοῦ· καὶ καθάπερ αὐτὸν μετὰ πολλῆς ὑποδέχῃ τιμῆς ἐνταῦθα,

[a] ἑαυτοὺς deest in quibusdam Mss.
[b] Sic Savil. & omnes fere Mss. In Morel. vero, ἐξόρισον deest.
[c] Alii, τῷ πεποιηκότι κακῶς, τούτῳ.

οὕτω καὶ αὐτὸς μετὰ πολλῆς ὑποδέξεταί σε τῆς δόξης ἐκεῖ, μυριοπλασίους ἀποδιδούς σοι τῆς ὑπακοῆς ταύτης τὰς ἀμοιβάς· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ δόξα, τιμὴ, κράτος καὶ προσκύνησις ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

A sic & ipse te illic multa cum gloria excipiet, reddetque tibi millecuplam istius obedientiæ mercedem: quam nobis omnibus assequi contingat, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo gloria sit Patri, honor, imperium & adoratio, simulque sancto Spiritui in sæcula sæculorum, Amen.

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΑΠΟΛΕΙΦΘΕΝΤΑΣ τῆς συνάξεως, καὶ τοῦ ὁμοούσιον εἶναι τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ ἀπόδειξις, καὶ ὅτι τὰ ταπεινῶς εἰρημένα, καὶ γεγενημένα παρ' αὐτοῦ, οὐ δι' ἀσθένειαν δυνάμεως, οὐδὲ δι' ἐλάττωσιν ἐγένετο, καὶ ἐλέγετο, ἀλλὰ δι' οἰκονομίας διαφόρους. ἀπὸ τοῦ περὶ ἀκαταλήπτου, καὶ ἀκολούθως.

IN EOS, QUI AD SYNAXIM non occurrerunt, & quod Filius Patri sit consubstantialis, demonstratio, quodque ea, quæ humiliter, ab eo dicta B *sunt & facta, non propter imbecillitatem potentiæ, vel ut minor censeatur, facta sint, & dicta, sed propter diversas dispensationis rationes: ex disputatione de incomprehensibili & consequenter.*

ΛΟΓΟΣ ζʹ.

ΠΑΛΙΝ ἱπποδρομίαι, καὶ πάλιν ὁ σύλλογος ἡμῶν ἐλάττων γέγονε· μᾶλλον δὲ ἕως ἂν ὑμεῖς παρῆτε, οὐκ ἂν γένοιτο ἐλάττων. ὥσπερ γὰρ γεωργὸς, εἰ τὸν σῖτον ἀκμάζοντα, καὶ ἀπηρτισμένον ἴδῃ, οὐ πολὺν ποιεῖται λόγον τῶν φύλλων καταπιπτόντων, οὕτω δὴ, καὶ ἐγὼ νῦν τοῦ C καρποῦ παρόντος ἡμῖν, οὐ τοσαύτην ποιοῦμαι τὴν ὀδύνην, τὰ φύλλα [a] ἀναρπαζόμενα βλέπων. ἀλγῶ μὲν γὰρ καὶ διὰ τὴν ῥαθυμίαν ἐκείνων. παραμυθεῖται δὲ ὅμως τὴν ἐπ' ἐκείνοις ἀλγηδόνα ἡ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης ἡ προθυμία. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ κἂν παραγένωνταί ποτε, οὔτε τότε πάρεισιν· ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα αὐτοῖς ἐνταῦθα ἵδρυται· ἡ διάνοια δὲ ἔξω πλανᾶται. ὑμεῖς δὲ κἂν ἀπολειφθῆτέ ποτε, καὶ τότε πάρεστε· τὸ μὲν γὰρ σῶμα ὑμῶν ἔξω, ἡ διάνοια δὲ ἐνταῦθα. ἐβουλόμην μὲν οὖν μακρὸν κατ' ἐκείνων ἀποτεῖναι λόγον, ἀλλ' ἵνα D μὴ δόξω σκιαμαχεῖν, ἐπιτιμῶν τοῖς μὴ παροῦσι, μηδὲ ἀκούουσι, τούτοις εἰς τὴν ἐκείνων παρουσίαν τηρήσας τοὺς λόγους, τὴν ὑμετέραν ἀγάπην ἐπὶ τὸν συνήθη λειμῶνα, καὶ τὸ πέλαγος τῶν θείων γραφῶν [b] κατὰ τὴν θείαν χάριν ὁδηγῆσαι πειράσομαι. ἀλλὰ διανάστητε, καὶ γρηγορεῖτε· ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν πλεόντων κἂν ἅπαντες καθεύδωσιν, ὁ δὲ κυβερνήτης ἐγρηγορὼς ᾖ μόνος, οὐδείς ἐστι κίνδυνος, τῆς νήψεως τῆς ἐκείνου καὶ τῆς τέχνης ἀντὶ πάντων ἀρκούσης τῷ πλοίῳ· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλὰ κἂν μυριάκις ὁ λέγων νήφῃ, οἱ δὲ ἀκούοντες μὴ τὴν αὐτὴν ἀγρυπνίαν ἐπιδείκνυνται, E καταποντισθεὶς ἡμῖν ὁ λόγος οἰχήσεται, οὐχ εὑρὼν διάνοιαν [c] τὴν ἀποδεξαμένην αὐτόν. διὸ χρὴ νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι· καὶ γὰρ ὑπὲρ μειζόνων ἡμῖν ἡ ἐμπορία· οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ χρυσίου, καὶ ἀργυρίου καὶ τῶν ἀπολλυμένων πραγμάτων πλέομεν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς μελλούσης ζωῆς, καὶ τῶν ἐν οὐρανοῖς θησαυρῶν, καὶ πλείους ἐνταῦθα αἱ ὁδοὶ τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ τῶν ἐν τῇ γῇ· κἂν μὴ μετὰ ἀκριβείας τις αὐτὰς εἰδῇ τεμεῖν, ναυάγιον ὑποστήσεται χαλεπώτατον. πάντες τοί-

HOMILIA VII.

1. ITERUM Circensia, iterumque nobis imminutus est conventus: imo vero quamdiu vos adestis, fieri nequit, ut imminuatur. Nam sicut agricola si fruges C adultas viderit & maturas, quod cadant folia, non admodum curat: sic nimirum & ego cum fructus nobis adsit, non ita doleo, dum folia nobis abripi cerno. Mihi quidem propter illorum negligentiam dolet, verumtamen conceptum ob illos dolorem mitigat vestræ alacritas caritatis. Enimvero illi quantumvis advenerint aliquando, ne tum quidem adsunt, sed hic quidem corpus eorum est situm, mens autem foris vagatur: at vos licet absitis aliquando, tunc etiam adestis: corpus enim vestrum foris, mens autem hic vestra ver- D satur. Statueram equidem prolixam in illos orationem habere; sed ne, dum minime præsentes, nec audientes increpo, cum umbra videar depugnare, his sermonibus in illorum adventum reservatis, ad consuetum Scripturæ pratum ac pelagus caritatem vestram deducere Deo favente conabor. Sed attendite animum, atque vigilate: nam inter eos quidem, qui navigant, licet dormiant omnes, si solus vigilet gubernator, nullum est periculum, dum illius vigilantia & ars navigio pro omnibus sufficit: hic vero non ita: sed licet vigi- E let orator, nisi vigilantiam eamdem exhibeant auditores, demersus hic sermo noster peribit, neque mentem ullam, a qua possit excipi, nanciscetur. Quapropter sobrios esse nos ac vigilantes oportet: siquidem præstantioribus in rebus negotiatio nostra consistet, nec ad aurum, vel ad argentum, vel ad res pereuntes, sed ad futuram vitam & cælestes thesauros adipiscendos navigamus: multoque plures hic quam in mari vel in terra sunt viæ: quod si quis accurate illas tenere nesciverit, acerbissimum naufragium patietur. Quot-

Collata cum Codicibus Regiis 1819. 1973. 2900. Colbertinis vero 247. 248. 629. 3055. Coisliniano, 262.

[a] Aliquot MSS. ἀναρριπιζόμενα.

[b] Alii, κατὰ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν.

[c] Savil. & MSS. ὑποδεξαμένην, unus, ὑποδεξομένην.

quot igitur nobiscum navigatis, ne confidentiam vectorum, sed vigilantiam & solicitudinem exhibete gubernatorum: nam & illi dum dormientibus cæteris omnibus ad gubernacula sedent, non vias tantum in aquis circumspiciunt, sed & in cælum ex tanto respiciunt intervallo, ac veluti manu quadam a stellarum cursu deducti, navim cum securitate moderantur: neque pelagus imperitus ullus interdiu tam intrepide posset intueri, atque illi tranquille media nocte, cum mare terrorem magis incutit, vigilantes pacate suam artem exercent, & non semitas solum inter undas, neque cursus astrorum, sed & ventorum exitus circumspiciunt: tantaque virorum illorum est sapientia, ut sæpe ventorum impetum vehementius ingruentem ac navigium subversurum, crebris velorum mutationibus excipientes, solerter periculum omne depellant, & violentis ventorum incursibus artem suam opponentes tempestati navim eripiant. Quod si pro mundanis illi rebus hoc sensibile mare navigantes, animo semper sunt adeo vigilanti, multo magis ita nos esse comparatos oportet: cum periculum negligentibus majus immineat, majorque sit securitas vigilantibus. Nam neque ex asseribus nostra hæc cymba compacta est, sed ex divinis est conglutinata Scripturis, nec illam stellæ superne deducunt, sed hanc nobis sol justitiæ navigationem moderatur: neque Zephyri flatus sed lenem Spiritus auram præstolantes ad gubernacula sedemus.

2. Vigilemus itaque, viasque circumspiciamus, nam de Unigeniti gloria rursus nobis est sermo, siquidem hominum, Angelorum, Archangelorum & omnis, ut summatim dicam, creaturæ captum incredibilem in modum superare substantiam Dei, nec ab illa comprehendi posse, atque Unigenito soli, simulque Spiritui sancto cognitam & perspectam esse ostendimus: nunc autem ad alteram partem certaminis oratio traducitur: quærimus enim an ejusdem virtutis, an ejusdem potentiæ sit, an ejusdem cum Patre substantiæ Filius: imo vero non quærimus, sed Christi beneficio jam invenimus, & firmiter tenemus, sed ad hoc ipsum demonstrandum iis, qui impudenter his obsistunt, jam nos accingimus. Enimvero pudet me, ac rubore suffundor, cum ejusmodi sum orationem ingressurus: quis enim nos non rideat, qui res adeo claras probare ac demonstrare conemur? quis eos non damnet, qui quærunt num consubstantialis Patri sit Filius? id enim est non Scripturis solum, sed & communi hominum omnium sententiæ ac rerum naturæ adversari. Nam ejusdem esse substantiæ genitum atque genitorem, non in hominibus solum, sed & in cunctis animantibus & in arboribus cernere licet. Annon igitur absurdum est, si cum in plantis, in hominibus & animalibus immota

Filium consubstantialem esse Patri probatur.

A νῦν ὑμεῖς οἱ μεθ' ἡμῶν πλέοντες, μὴ τὴν τῶν ἐπιβατῶν ἄδειαν, ἀλλὰ τὴν τῶν κυβερνητῶν ἀγρυπνίαν ἐπιδείκνυσθε, καὶ φροντίδα· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τῶν λοιπῶν καθευδόντων ἁπάντων ἐπὶ τῶν οἰάκων καθήμενοι, οὐ μόνον τὰς ἐν τοῖς ὕδασι περισκοποῦσιν ὁδοὺς, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἐκ τοσούτου βλέποντες τοῦ διαστήματος, ὥσπερ τινὸς χειρὸς τῆς τῶν ἄστρων πορείας χειραγωγούσης αὐτοὺς, μετ' ἀσφαλείας τὸ σκάφος [a] εὐθύνουσι, καὶ οὐδεὶς ἰδιώτης τὸ πέλαγος οὕτως ἀδεῶς ἐν ἡμέρᾳ ἰδεῖν δύναιτ' ἂν, ὡς ἐκεῖνοι μεθ' ἡσυχίας ἐν μέσῃ νυκτὶ, ὅτε φοβερωτέρα ἡ θάλασσα φαίνεται, ἐγρηγορότες ἀταράχως τὴν ἑαυτῶν ἐπιδείκνυνται τέχνην, B καὶ οὐχὶ τὰς ἐν τοῖς ὕδασιν ἀτραποὺς μόνον, οὐδὲ τῶν ἄστρων τοὺς δρόμους, ἀλλὰ καὶ ἀνέμων ἐξόδους περισκοποῦσι, καὶ τοσαύτη τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἐστὶν ἡ σοφία, ὡς πολλάκις πνεύματος ῥύμην σφοδρότερον ἐμπεσοῦσαν, καὶ μέλλουσαν περιτρέπειν τὸ πλοῖον, ταῖς πυκναῖς τῶν ἱστίων μεταβολαῖς δεχομένους εὐστόχως ἅπαντα λῦσαι τὸν κίνδυνον, καὶ ταῖς [b] βιαίοις τῶν ἀνέμων ἐμβολαῖς τὴν αὐτῶν ἀντιστήσαντας τέχνην, ἐξαρπάσαι τοῦ κλυδωνίου τὸ σκάφος. Εἰ δὲ ὑπὲρ βιωτικῶν ἐκεῖνοι πραγμάτων αἰσθητὴν πλέοντες θάλασσαν, οὕτως ἐγρηγορυῖαν διηνεκῶς ἔχουσι τὴν ψυχὴν, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς οὕτω παρεσκευάσθαι χρή· καὶ γὰρ καὶ μείζων ὁ κίνδυνος ῥᾳθυμοῦσι, καὶ πλείων ἡ ἀσφάλεια νήφουσιν. C οὔτε γὰρ ἀπὸ σανίδων ἡμῖν τὸ σκάφος τοῦτο κατεσκεύασται, ἀλλ' ἀπὸ τῶν θείων κεκόλληται γραφῶν· οὔτε ἀστέρες αὐτὸ χειραγωγοῦσιν ἄνωθεν, ἀλλ' ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος τοῦτον ἡμῖν κατευθύνει τὸν πλοῦν, καὶ καθήμεθα ἐπὶ τῶν οἰάκων, οὐ ζεφύρου πνοὰς ἀναμένοντες, ἀλλὰ τὴν πρᾳεῖαν αὔραν τοῦ πνεύματος.

Νήφωμεν τοίνυν, καὶ τὰς ὁδοὺς μετ' ἀκριβείας περισκοπῶμεν. περὶ γὰρ τῆς τοῦ μονογενοῦς δόξης ὁ λόγος ἡμῖν ἐστι πάλιν. πρῴην μὲν οὖν ἐδείκνυμεν, ὅτι καὶ ἀνθρώπων, καὶ ἀγγέλων, καὶ ἀρχαγγέλων, καὶ ἁπλῶς πάσης τῆς κτίσεως τὴν σοφίαν, ἡ κατάληψις [c] τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ, μετὰ πολλῆς D ὑπερβαίνει τῆς περιουσίας, καὶ τῷ μονογενεῖ μόνῳ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι γνώριμός ἐστι καὶ σαφής· νυνὶ δὲ πρὸς ἕτερον παλαισμάτων ἡμῖν μέρος ὁ λόγος μεθίσταται. ζητοῦμεν γὰρ εἰ τῆς αὐτῆς δυνάμεως, εἰ τῆς αὐτῆς ἐξουσίας ἐστὶν, εἰ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὁ υἱὸς τῷ πατρί· μᾶλλον δὲ ἡμεῖς οὐ ζητοῦμεν, ἀλλ' εὑρήκαμεν τοῦτο διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ χάριν, καὶ κατέχομεν μετ' ἀσφαλείας· τοῖς δὲ ἀναισχυντοῦσιν ὑπὲρ τούτων αὐτὸ τοῦτο ἀποδεῖξαι παρασκευαζόμεθα νῦν. αἰσχύνομαι μὲν οὖν καὶ ἐρυθριῶ, μέλλων εἰς τούτους ἐμβάλλειν τοὺς λόγους. τίς γὰρ ἡμᾶς οὐ γελάσεται τὰ οὕτω φανερὰ κατασκευάζειν, καὶ ἀποδεικνύναι πειρωμένους; ποία δὲ οὐκ ἂν εἴη κατάγνωσις ζητεῖν, E εἰ ὁμοούσιός ἐστιν ὁ υἱὸς τῷ πατρί; τοῦτο γὰρ οὐχὶ ταῖς γραφαῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ κοινῇ τῶν ἀνθρώπων δόξῃ, καὶ τῇ τῶν πραγμάτων φύσει μαχόμενόν ἐστιν. ὅτι γὰρ ὁμοούσιος ὁ γεννηθεὶς τῷ γεννήσαντι, οὐκ ἐπ' ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ζώων ἁπάντων, καὶ ἐπὶ δένδρων τοῦτο ἴδῃ τις ἄν. πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον ἐπὶ μὲν φυτῶν καὶ ἀνθρώπων, καὶ ζώων ἀκίνητον

a Savil. & aliquot MSS. εὐθύνουσι. Morel. vero, ἰθύνουσι. Infra aliquot MSS. ἡσυχίας ἁπάσης ἐν μέσῃ.
b Aliquot MSS. βιαίαις. Paulopost MSS. plurimi ἀντιστήσαντες. Savil. ἀντιστήσαντας. Morel. ἀντιστήσαντα.
c Alii, τῆς σοφίας, minus recte.

τοῦτον μένειν τὸν νόμον, ἐπὶ θεοῦ δὲ μόνον κινεῖν αὐτὸν καὶ ἀνατρέπειν; πλὴν ἀλλ' ἵνα μὴ δοκῶμεν ἀπὸ τῶν παρ' ἡμῖν πραγμάτων ταῦτα διϊσχυρίζεσθαι, φέρε ἀπὸ τῶν γραφῶν αὐτῶν τοῦτο ἀποδείξωμεν, καὶ κινήσωμεν τοὺς περὶ τούτων λόγους. οὐ γὰρ ἡμεῖς οἱ πεπεισμένοι, ἀλλ' ἐκεῖνοι οἱ ἀπιστοῦντες τὸν [a] γέλωτα ὀφλήσουσιν, οἱ πρὸς τὰ οὕτω φανερὰ ἀνθιστάμενοι, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀντιβλέποντες. ποῖα φανερά φησιν; εἰ γὰρ, ἐπειδὴ υἱὸς λέγεται, ὁμοούσιός ἐστι τῷ πατρὶ, δυνησόμεθα καὶ ἡμεῖς ὁμοούσιοι εἶναι· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς υἱοὶ λεγόμεθα· ἐγὼ γὰρ εἶπον, φησὶ, θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες. ὢ τῆς ἀναισχυντίας· ὢ τῆς ἐσχάτης ἀνοίας· πῶς διὰ πάντων τὴν αὐτῶν μανίαν ἐνδείκνυνται· ὅτε τοὺς περὶ ἀκαταλήπτου λόγους ἐκινοῦμεν, ἐφιλονείκουν ἑαυτοῖς διεκδικεῖν τοῦτο, ὃ τοῦ μονογενοῦς ἦν μόνον, τὸ τὸν θεὸν οὕτως εἰδέναι ἀκριβῶς, ὡς αὐτὸς ἑαυτὸν οἶδε· νῦν δὲ ἐπειδὴ περὶ τῆς τοῦ μονογενοῦς δόξης ἡμῖν ἐστιν ὁ λόγος, φιλονεικοῦσιν αὐτὸν εἰς τὴν οἰκείαν εὐτέλειαν καταγαγεῖν λέγοντες, ὅτι καὶ ἡμεῖς υἱοὶ λεγόμεθα, καὶ οὐ πάντως τοῦτο ὁμοουσίους ἡμᾶς ποιεῖ τῷ θεῷ, υἱὸς [b] λέγῃ σύ· ἀλλ' ἐκεῖνός ἐστιν. ἐνταῦθα ῥῆμα, ἐκεῖ πρᾶγμα. υἱὸς λέγῃ σύ· ἀλλὰ μονογενὴς οὐ λέγῃ καθάπερ καὶ ἐκεῖνος. ἀλλ' ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς οὐ διατρίβεις· ἀλλ' ἀπαύγασμα τῆς δόξης οὐκ εἶ, οὐδὲ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως, οὐδὲ μορφὴ τοῦ θεοῦ ὑπάρχεις. εἰ τοίνυν οὐ πείθει σε τὸ πρότερον, ταῦτα πειθέτω, καὶ πολλὰ ἕτερα πλείονα τούτων, τὴν εὐγένειαν αὐτοῦ μαρτυροῦντα ἐκείνην. ὅταν μὲν γὰρ τὸ ἀπαράλλακτον τῆς οὐσίας αὐτοῦ δεῖξαι βούληται τὸ πρὸς τὸν γεγεννηκότα, ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, φησὶν, ἑώρακε τὸν πατέρα· ὅταν δὲ τὸ ἰσάζον τῆς δυνάμεως, ἐγὼ, φησι, καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· ὅταν δὲ τὸ ἐφάμιλλον τῆς ἐξουσίας, ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς, οὓς θέλει, ζωοποιεῖ· ὅταν δὲ τὴν ταυτότητα τῆς λατρείας, ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα· ὅταν δὲ τὴν αὐθεντίαν τὴν ἐν ταῖς τῶν νόμων μετασκευαῖς, ὁ πατήρ μου, φησὶν, ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι. ἀλλ' οὗτοι πάντα ταῦτα παραδραμόντες, καὶ τὸ υἱὸς ὄνομα οὐ κυρίως ἐκλαβόντες, ἐπειδὴ καὶ αὐτοὶ τετίμηνται [c] τῇ τῶν υἱῶν προσηγορίᾳ, εἰς τὴν αὐτὴν εὐτέλειαν τὸν υἱὸν κατάγουσι λέγοντες, ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες. οὐκοῦν ἐπειδὴ διὰ τὴν τοῦ υἱοῦ προσηγορίαν φὴς μηδὲν ἔχειν σου πλέον τὸν υἱὸν, καὶ κατὰ τοῦτο μηδὲ εἶναι ἀληθινὸν υἱὸν, καὶ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ προσηγορίαν, ἐπειδή σοι μετέδωκε τοῦ ὀνόματος, φιλονεικήσεις ἴσως μηδὲν ἔχειν σου πλέον τὸν πατέρα. ὥσπερ γὰρ υἱὸς ἐκλήθης, οὕτω καὶ θεὸς ἐκλήθης· ἀλλ' ὥσπερ θεὸς κληθεὶς οὐ τολμᾷς εἰπεῖν, ὅτι ψιλὸν ἐκεῖ τὸ ὄνομα, ἀλλ' ὁμολογεῖς ἀληθῆ θεὸν εἶναι τὸν πατέρα· οὕτω μηδὲ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ τόλμα σαυτὸν εἰς μέσον ἄγειν, καὶ λέγειν, ὅτι κἀγὼ υἱὸς κέκλημαι· καὶ ἐπειδὴ τῆς αὐτῆς οὐσίας οὐκ εἰμὶ, οὐδὲ ἐκεῖνος ὀφείλει τῆς αὐτῆς εἶναι· τὰ γὰρ ἀπηριθμημένα ἅπαντα δείκνυσιν ἀληθινὸν ὄντα

a Alii, γέλωτα οἴσουσιν, οἱ.
b Alii, λέγῃ σὺ, ἐκεῖνος δὲ καί ἐστι.

A lex ista maneat, in Deo tantum eam movere velis & subvertere? Sed ne videamur ex rebus tantum, quæ apud nos sunt, hæc confirmare, age ductis ab ipsis Scripturis argumentis id ostendamus, & de his sermonem instituamus. Neque enim nos, qui persuasi sumus, sed illi increduli risu digni judicabuntur, qui rebus adeo claris & evidentibus se opponunt, ac veritati adversantur. Quas tu res claras, inquiunt, narras? si enim quia Filius dicitur, consubstantialis est Patri, poterimus nos quoque consubstantiales esse: nam & nos filii dicimur: *Ego* enim *dixi*, inquit, *dii estis* Psal. 81. 6.
B *& filii Excelsi omnes.* O impudentiam! o dementiam summam! quam evidenter suam in omnibus insaniam produnt. Cum de incomprehensibili Dei substantia sermonem institueremus, hoc sibi vindicare contendebant, quod Unigeniti erat solius, quasi nimirum ita Deum perfecte noverint, ut seipsum novit ipse: jam vero cum de gloria Unigeniti verba facimus, ad suam illam deprimere vilitatem contendunt, aiuntque: Nos etiam filii appellamur: nec tamen plane nos istud consubstantiales Deo reddit. Tu Filius appellaris, at ille est: hic appellatio, illic res ipsa: tu filius appellaris; sed unigenitus ut & ille non appellaris;
C sed in sinu Patris non versaris, sed non es splendor gloriæ, neque figura substantiæ, Heb. 1. 3.
neque Dei forma exsistis. Si ergo tibi non persuaserit illud prius, hæc & his multo plura persuadeant, quæ nobilem ejus originem illam testantur. Quando enim substantiam suam a paterna vult ostendere nulla ex parte diversam, *Qui vidit me*, Joan. 14. 9.
inquit, *vidit Patrem*: quando propriam virtutem, *Ego*, inquit, *& Pater unum sumus*: quando potestatis æqualitatem, *Sicut enim Pater suscitat mortuos, & vivificat: sic & Filius, quos vult, vivificat*: quando cultus identitatem, *Ut omnes ho-* Joan. 10. 30. Joan. 5. 21. Joan. 5. 23.
D *norificent Filium, sicut honorificant Patrem*: quando demum in legum mutationibus auctoritatem, *Pater meus*, inquit, Joan. 5. 17.
operatur, & ego operor. At isti his omnibus prætermissis, dum nomen Filius proprie non accipiunt, quia & ipsi filiorum sunt appellatione decorati, ad eamdem Filium deprimunt vilitatem aiuntque: *Ego dixi dii estis, & filii Excelsi omnes.* Quando igitur propter hanc filii appellationem nihil amplius, quam tu, habere Filium affirmas, & hac ratione fieri ut ne verus quidem sit filius, etiam propter appellationem Dei, quoniam & hoc tibi nomen im-
E pertivit, nihil amplius, quam tu, Patrem habere fortasse contendes. Ut enim filius vocatus es, sic & deus es vocatus: at quemadmodum deus vocatus dicere non audes nudum illic esse nomen, sed verum esse Deum Patrem fateris: ita neque de Filio cum agitur, aude teipsum in medium inferre ac dicere, Filius ego quoque sum vocatus: cumque minime sim ejusdem substantiæ, neque ejusdem ille debet esse: nam quæ sunt enumerata cuncta verum il-

c Aliquot MSS. τῇ προσηγορίᾳ. Morel. & Savil. τῇ τῶν υἱῶν προσηγορίᾳ.

lum esse Filium ejusdem substantiæ cum genitore demonstrant. Quando enim ejusdem esse cum illo formæ atque ejusdem figuræ dicit, quid aliud quam substantiæ non esse ulla ex parte diversitatem ostendit? Nam neque forma est in Deo, neque facies: quemadmodum ista dicis, inquit, dic etiam contraria, quænam tandem contraria? cujusmodi est, quod Patri supplicet: nam si ejusdem virtutis est, ejusdemque substantiæ, ac per potestatem omnia peragit, quam ob causam supplicat?

3. Ego vero non hæc solum dicam, sed & alia quæcumque humilia de ipso dicta sunt, diligenter omnia proponam, si primum illud dixero, mihi quidem eorum, quæ humiliter de ipso sunt dicta, multas & justas proferendas causas suppetere, te autem eorum, quæ sublimia sunt atque gloriosa, nullam aliam posse occasionem afferre, quam quod suam nobis voluerit nobilitatem indicare: quandoquidem id ni ita se habeat, pugna erit & certamen in Scripturis. Nam quod ait, *Sicut Pater suscitat mortuos, & vivificat; sic & Filius, quos vult vivificat*, & quæcumque alia dixi, & quod rursus oret, cum illud ei fuerit agendum, contrarium est: sed si causas aperuero, sublata omnis erit occasio dubitandi. Quænam igitur sunt causæ, cur cum ipse, tum Apostoli de ipso humilia multa dixerint? Prima quidem causa & maxima, quod ipse carne indutus fuerit, ac tum illis, qui tunc erant, tum quicumque post futuri erant, omnibus fidem facere vellet, non umbram aliquam esse, neque figuram tantum id, quod cernebatur, sed veritatem naturæ. Si enim cum tot humilia & humana dixerint Apostoli, & ipse de seipso, potuit tamen diabolus miseris aliquot hominibus & ærumnosis persuadere, ut dispensationis rationem negarent, & eum carnem non suscepisse dicere auderent, atque omne humanitatis fundamentum tollerent: si nihil istorum dixisset, quam pauci fuissent, qui non in barathrum hoc incidissent? Non audis etiamnum Marcionem dispensationem in carne negantem, Manichæum, Valentinum, & multos alios? Ideo multa humana loquitur, humilia, & ab illa ineffabili essentia aliena, ut dispensationis rationi fidem astruat: in id enim summo studio diabolus incumbebat, ut hanc fidem ex hominum mentibus evelleret, cum probe nosset, si fidem dispensationis sustulisset, de plerisque rebus nostris actum fore. Est & altera præter istam causa, nimirum infirmitas auditorum, quodque illi qui tum primum ipsum videbant, ac tum primum audiebant, sublimiores capere dogmatum sermones minime possent. Enimvero non sola niti conjectura, quod dico, ex ipsis demonstrare Scripturis, & docere conabor. Si quid forte magnum & sublime, suaque dignum gloria loquutus esset: quid dico magnum & sublime atque ipsius gloria dignum? si quid forte dixisset quod naturam humanam excederet, perturbaban-

Joan. 5.21.

Cur de Christo humilia dicta fuerint.

Marcion, Manichæus & Valentinus Incarnationem negabant.

A υἱὸν, καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας τῷ γεγεννηκότι. ὅταν γὰρ εἴπῃ, ὅτι τῆς αὐτῆς ἐστὶν αὐτῷ μορφῆς, καὶ τοῦ αὐτοῦ χαρακτῆρος, τί ἄλλο δηλοῖ, ἢ τὸ ἀπαράλλακτον τῆς οὐσίας; οὐ γὰρ δὴ μορφὴ περὶ θεὸν οὐδὲ πρόσωπον· ἀλλ' ὡς ταῦτά φησι λέγεις, εἰπὲ καὶ τὰ ἐναντία. ποῖα ἐναντία; δῆλον ὅτι εὔχεται τῷ πατρί· εἰ γὰρ τῆς αὐτῆς ἐστι δυνάμεως, καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας, καὶ ἀπὸ ἐξουσίας πάντα ποιεῖ, τίνος ἕνεκεν εὔχεται;

Ἐγὼ δὲ οὐ ταῦτα ἐρῶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅσα ἕτερα ταπεινὰ περὶ αὐτοῦ εἴρηται, πάντα παραθήσομαι μετὰ ἀκριβείας, πρότερον ἐκεῖνο εἰπὼν, ὅτι ἐγὼ μὲν τῶν ταπεινῶς εἰρημένων περὶ αὐτοῦ πολλὰς ἔχω, καὶ δικαίας αἰτίας εἰπεῖν· σὺ δὲ τῶν ὑψηλῶν καὶ ἐνδόξων, οὐδεμίαν ἑτέραν ἔχοις ἂν εἰπεῖν πρόφασιν, ἀλλ' ἢ τὸ βούλεσθαι τὴν εὐγένειαν ἡμῖν αὐτὸν ἐνδείκνυσθαι τὴν αὐτοῦ. ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο οὕτως ἔχοι, μάχη καὶ πόλεμος ἐν ταῖς γραφαῖς. τὸ γὰρ λέγειν ὅτι ὥσπερ ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ, καὶ ὅσα ἕτερα εἶπον, καὶ τὸ πάλιν εὔχεσθαι, ἡνίκα ἂν δέῃ τοῦτο ποιεῖν, ἐναντίον· ἀλλ' ἐὰν τὰς C αἰτίας εἴπω, πᾶσα ἀνῄρηται λοιπὸν ἀμφισβήτησις. τίνες οὖν αἱ αἰτίαι τοῦ ταπεινὰ πολλὰ καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς ἀποστόλους εἰρηκέναι περὶ αὐτοῦ; πρώτη μὲν οὖν αἰτία καὶ μεγίστη, τὸ σάρκα αὐτὸν περιβεβλῆσθαι, καὶ βούλεσθαι καὶ τοὺς τότε, καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα πιστώσασθαι πάντας, ὅτι οὐ σκιά τίς ἐστιν, οὐδὲ σχῆμα ἁπλῶς τὸ ὁρώμενον; ἀλλ' ἀλήθεια φύσεως. εἰ γὰρ τοσαῦτα ταπεινὰ καὶ ἀνθρώπινα περὶ αὐτοῦ καὶ τῶν ἀποστόλων εἰρηκότων, καὶ αὐτοῦ περὶ ἑαυτοῦ, ὅμως ἴσχυσεν ὁ διάβολος πεῖσαί τινας τῶν ἀθλίων καὶ ταλαιπώρων ἀνθρώπων ἀρνήσασθαι τῆς οἰκονομίας τὸν λόγον, καὶ τολ- D μῆσαι εἰπεῖν, ὅτι σάρκα οὐκ ἔλαβε, καὶ τὴν πᾶσαν τῆς φιλανθρωπίας ὑπόθεσιν ἀνελεῖν· εἰ μηδὲν τούτων εἶπε, πόσοι οὐκ ἂν εἰς τὸ βάραθρον τοῦτο κατέπεσον; οὐκ ἀκούεις ἔτι καὶ νῦν Μαρκίωνος ἀρνουμένου τὴν οἰκονομίαν, καὶ Μανιχαίου, καὶ Οὐαλεντίνου, καὶ πολλῶν ἑτέρων; διὰ τοῦτο πολλὰ ἀνθρώπινα καὶ ταπεινὰ φθέγγεται, καὶ τῆς οὐσίας ἐκείνης τῆς ἀπορρήτου ἀποδέοντα, ἵνα πιστώσηται τῆς οἰκονομίας τὸν λόγον. καὶ γὰρ σφόδρα ἐσπούδακεν ὁ διάβολος ταύτην E ἐκ τῶν ἀνθρώπων τὴν πίστιν ἀνελεῖν, εἰδὼς ὅτι τῆς οἰκονομίας ἐὰν ἀνέλῃ τὴν πίστιν, τὸ πλέον τῶν καθ' ἡμᾶς οἰχήσεται πραγμάτων. ἔστι καὶ ἑτέρα μετὰ ταύτην αἰτία, ἡ ἀσθένεια τῶν ἀκουόντων, καὶ τὸ μὴ δύνασθαι τότε πρῶτον αὐτὸν ἰδόντας, καὶ τότε πρῶτον ἀκούοντας, τοὺς ὑψηλοτέρους τῶν δογμάτων δέξασθαι λόγους. καὶ ὅτι οὐ στοχασμὸς τὸ λεγόμενον, ἀπ' αὐτῶν σοι παραστῆσαι τούτων πειράσομαι τῶν γραφῶν, καὶ δεῖξαι, εἴ ποτέ τι μέγα καὶ ὑψηλὸν καὶ τῆς αὐτοῦ δόξης ἄξιον ἐφθέγξατο. τί λέγω μέγα καὶ ὑψηλὸν, καὶ τῆς αὐτοῦ δόξης ἄξιον; εἴ ποτέ τι τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως εἶπε πλέον, ἐθορυβοῦντο καὶ

τὸ καὶ ἐσκανδαλίζοντο· εἰ δέ ποτέ τι ταπεινὸν καὶ ἀνθρώπινον, προσέτρεχον, καὶ τὸν λόγον ἐδέχοντο. καὶ ποῦ τοῦτό ἐστιν ἰδεῖν φησι, παρὰ τῷ Ἰωάννῃ μάλιστα. εἰπόντος γὰρ αὐτοῦ· Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν, καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη, λέγουσι· τεσσαράκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις, καὶ Ἀβραὰμ ἑώρακας; ὁρᾷς ὅτι ὡς περὶ ἀνθρώπου ψιλοῦ διέκειντο; τί οὖν αὐτός; πρὸ τοῦ τὸν Ἀβραὰμ γενέσθαι, φησὶν, ἐγώ εἰμι. καὶ ἦραν λίθους, ἵνα βάλλωσιν ἐπ' αὐτόν. καὶ ὅτε περὶ τῶν μυστηρίων μακροὺς ἐπέτεινε λόγους, λέγων· καὶ ὁ ἄρτος δὲ ὃν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς, ἡ σάρξ μου ἐστὶν, ἔλεγον· σκληρός ἐστιν ὁ λόγος οὗτος, τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν; καὶ πολλοὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ οὐκέτι μετ' αὐτοῦ περιεπάτουν. τί οὖν ἔδει ποιεῖν, εἰπέ μοι; τοῖς ὑψηλοτέροις ἐνδιατρίβειν ῥήμασι διηνεκῶς, ὥστε ἀποσοβῆσαι τὴν θήραν, καὶ πάντας ἀποκρούσασθαι τῆς διδασκαλίας; ἀλλ' οὐκ ἦν τοῦτο τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας. καὶ γὰρ πάλιν ἐπειδὴ εἶπεν, ὁ τὸν λόγον μου ἀκούων, θανάτου οὐ μὴ γεύσηται εἰς τὸν αἰῶνα, ἔλεγον· οὐ καλῶς ἐλέγομεν, ὅτι δαιμόνιον ἔχεις; Ἀβραὰμ ἀπέθανε, καὶ οἱ προφῆται ἀπέθανον, καὶ σὺ λέγεις, ὅτι ὁ τὸν λόγον μου ἀκούων οὐ μὴ γεύσηται θανάτου; καὶ τί θαυμαστὸν εἰ τὸ πλῆθος οὕτω διέκειτο, ὅπου γε καὶ αὐτοὶ οἱ ἄρχοντες ταύτην εἶχον τὴν γνώμην; ὁ γοῦν Νικόδημος ἄρχων αὐτὸς ὢν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς εὐνοίας πρὸς αὐτὸν ἐλθὼν καὶ εἰπών· οἴδαμεν ὅτι ἀπὸ θεοῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος, τὸν περὶ τοῦ βαπτίσματος οὐκ ἠδυνήθη δέξασθαι λόγον, πολλῷ μείζονα τῆς ἀσθενείας ὄντα τῆς ἐκείνου· εἰπόντος γὰρ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἂν μή τις γεννηθῇ δι' ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, [a] οὕτως εἰς ἀνθρωπίνας κατέπεσεν ὑπονοίας, καὶ φησὶ, πῶς δύναται ἄνθρωπος γεννηθῆναι γέρων ὤν; μὴ δύναται εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ δεύτερον εἰσελθεῖν, καὶ γεννηθῆναι ἄνωθεν; τί οὖν ὁ Χριστός; εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐπιστεύσατε, πῶς ἐὰν εἴπω ὑμῖν τὰ ἐπουράνια πιστεύσητε; μονονουχὶ ἀπολογούμενος καὶ λέγων, τίνος ἕνεκεν οὐ συνεχῶς αὐτοῖς περὶ τῆς ἄνω γεννήσεως διελέγετο. πάλιν περὶ αὐτὸν τοῦ σταυροῦ τὸν καιρὸν, μετὰ μυρία σημεῖα, μετὰ τὴν πολλὴν ἐκείνην ἀπόδειξιν τῆς αὐτοῦ δυνάμεως, ἵνα εἴπῃ, ὅτι ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῶν νεφελῶν ἐρχόμενον, οὐκ ἐνεγκὼν τὸ λεχθὲν ὁ ἀρχιερεὺς, διέρρηξεν αὐτοῦ τὰ ἱμάτια. πῶς οὖν τούτοις διαλέγεσθαι ἔδει, τοῖς οὐδὲν τῶν ὑψηλῶν φέρουσιν; ὅτι γὰρ ὅλως οὐκ εἶπέ τι μέγα καὶ ὑψηλὸν περὶ ἑαυτοῦ, οὐ θαυμαστὸν ἀνθρώποις χαμαὶ συρομένοις, καὶ οὕτως ἀσθενῶς ἔχουσιν.

Ἤρκει μὲν οὖν καὶ τὰ εἰρημένα δεῖξαι, ὅτι αὕτη ἡ αἰτία, καὶ ἡ πρόφασις ἦν τῆς τῶν τότε λεγομένων εὐτελείας· ἐγὼ δὲ καὶ ἀπὸ θατέρου μέρους τοῦτο πειράσομαι ποιῆσαι φανερόν. ὥσπερ γὰρ αὐτοὺς εἴδετε σκανδαλιζομένους, θορυβουμένους, ἀποπηδῶντας, λοιδορουμένους, φεύγοντας, εἴ ποτέ τι μέγα καὶ ὑψηλὸν ἐφθέγξατο ὁ Χριστὸς, οὕτως ὑμῖν αὐτοὺς δεῖξαι πειράσομαι προστρέχοντας, καταδεχομένους τὴν διδασκαλίαν, εἴ ποτέ τι ταπεινὸν καὶ

[a] Alii, οὕτως εἰς ἀνθρ-

A tur, scandalizabantur: sin autem humile quidpiam & humanum, accurrebant, ac sermonem admittebant. Ubinam tandem id videre est? Apud Joannem præcipue: cum enim dixisset ipse, *Abraham Pater vester exsultavit, ut videret diem meum: & vidit, & gavisus est; Quadraginta*, inquiunt, *annos nondum habes & Abraham vidisti?* Vides ut erga illum tamquam nudum hominem affecti essent? Quid igitur ipse? *Antequam Abraham fieret*, inquit, *ego sum: & tulerunt lapides, ut jacerent in eum*: cumque de mysteriis prolixe dis-

Joan. 8. 56.

B sereret, ac diceret: *Et panis quem ego dabo pro mundi vita, caro mea est*, aiebant: *Durus est hic sermo, quis potest eum audire? & multi discipulorum ejus abierunt retro, & jam non cum illo ambulabant.* Quid ergo quæso faciendum illi fuit? an sublimioribus perpetuo verbis immorandum, ut prædam absterreret, atque omnes a doctrina sua repelleret? at hoc Dei benignitatis non fuit. Nam & rursus cum dixisset, *Qui sermonem meum audit, mortem non gustabit in æternum*, aiebant, *Nonne bene diximus nos, quia dæmonium habes? Abraham mortuus est, & Prophetæ mortui sunt:*

Joan. 6. 52.

Joan 8. 52.

C *& tu dicis, Qui sermonem meum audit, mortem non gustabit?* Et quid mirum, si multitudo sic affecta erat; cum in ea sententia principes ipsi essent? Nicodemus quidem, qui & ipse princeps erat, & multa cum benevolentia ad ipsum venerat dixeratque; *Scimus quia a Deo venisti magister*, sermonem de baptismate capere minime potuit multo illius imbecillitate majorem: cum enim dixisset Christus, *Nisi quis natus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest videre regnum Dei*, sic in humanas incidit suspiciones, ut diceret, *Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? numquid potest in ventrem matris suæ iterum introire*

Joan 3. 2. & seqq.

D *& renasci?* Quid igitur Christus? *Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cælestia credetis?* quasi se defenderet, ac rationem redderet, cur non perpetuo de superna nativitate verba faceret. Sub ipsum rursus passionis tempus, post sexcenta miracula, post multam illam potentiæ suæ declarationem, cum diceret, *Videbitis filium hominis venientem in nubibus*, non ferens dictum illud Pontifex, scidit vestimenta sua: quonam igitur modo verba fieri apud istos oportuit, qui nihil sublime tolerarent? Nihil quippe mirum,

Matth. 26. 64.

E si hominibus qui humi serpebant, & adeo imbecilles erant, nihil omnino de se magnum aut sublime proferret.

4. Sane quidem sufficerent ea quæ dicta sunt, ad ostendendum hanc fuisse caussam & occasionem, cur adeo vilia tunc & abjecta proponeret: verumtamen ex altera parte conabor idipsum reddere manifestum. Ut enim si quando magnum quid & sublime pronunciasset Christus, offendi illos, perturbari, resilire, convitiari, ac refugere vidistis, ita si quando quid humile abjectumque dixisset, accurrisse illos; &

doctrinam admisisse conabor ostendere. Illi enim ipsi qui resiliebant, cum rursus diceret: *A meipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater meus loquor*, statim accurrerunt, & cum indicare vellet Evangelista propter verborum humilitatem illos credidisse, indicium adjunxit dicens, *Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum*: atque aliis pluribus in locis ita evenisse comperiemus; ideo multa sæpe humanitus loquebatur, & rursus non humanitus, sed ut Deum decebat, atque ipsius nobilitas exigebat: cum ut auditorum imbecillitati se attemperaret, tum ut dogmatum sinceritati provideret. Etenim ne forte, si semper ita se demitteret, quam de ipsius dignitate concipi par est, apud posteros opinio læderetur, ne illam quidem partem neglexit, sed tametsi fore prævidebat, ut minime sibi obtemperarent, sed convitiarentur ac resilirent, dixit tamen, cum ut illud quod indicavi constitueret, tum ut causam aperiret, ob quam illis & humilia verba commiscuit: hæc nimirum erat, quod dictorum magnitudinem capere nondum possent. Et sane nisi hoc constituere in animo habuisset, supervacaneum fuisset dogmatum sublimium doctrinam illis proponere, qui neque aures præbere, neque animum adhibere voluissent: jam vero tametsi minime illis prodesset, nos quidem certe erudiebat, & ut convenienti opinione de illo imbueremur, efficiebat; illudque persuadebat in causa fuisse, ut ad tantam humilitatem orationem traduceret, quod sublimitatis eorum quæ dicebantur, nondum capaces essent. Cum igitur eum videris humilia loqui, ne ad essentiæ vilitatem, sed ad imbecillitatem auditorum ipsum sese attemperare puta. Vultis & tertiam causam afferam? Non enim tantum ob carnem qua circumdatus erat, neque ob auditorum imbecillitatem, sed quod auditores docere vellet, ut animo demisso & humili essent, multa humiliter & gessit & dixit: atque hæc tertia rursus est causa. Nam qui humiliter sentire docet, non verbis tantum, sed & factis ad hoc nos erudit, sermone simul & opere modestiam

Matth. 11. 29. præ se ferens. *Discite* enim, inquit, *a me, quia mitis sum & humilis corde*, & alibi

Matth. 20. 28. rursus, *Filius hominis non venit ut ministraretur ei, sed ut ministraret*. Ergo qui docebat nos, ut humiles fieremus, neque principem locum usquam occuparemus, sed inferiores ubique censeri contenti essemus, ac verbis factisque nos ad hoc incitabat, ei multæ suppetebant humiliter loquendi occasiones. Licet & quartam proferre causam nihilo inferiorem allatis: quænam est illa tandem? ne forte propter magnam & immensam hypostasium propinquitatem, nos in unius personæ opinionem incideremus: etsi enim raro tale quid dixerit, jam in eam nonnulli prolapsi sunt impietatem. Sabellius quidem certe Afer

Joan. 10. 30. cum dicentem audisset, *Ego & Pater unum*

Joan. 12. 50.

A εὐτελὲς εἶπεν. αὐτοὶ γὰρ αὐτοὶ οἱ ἀποπηδῶντες, εἰπόντος αὐτοῦ πάλιν ὅτι ἀπ' ἐμαυτοῦ ποιῶ οὐδὲν, ἀλλὰ καθὼς ἐδίδαξέ με ὁ πατήρ μου λαλῶ, εὐθέως προσέδραμον. καὶ βουλόμενος ἡμῖν ἐνδείξασθαι ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι διὰ τὴν ταπεινότητα τῶν ῥημάτων ἐπίστευσαν, ἐπισημαίνεται λέγων· ταῦτα αὐτοῦ λαλήσαντος πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν· καὶ ἀλλαχοῦ πολλαχοῦ τοῦτο εὕροι τις ἂν οὕτω συμβαῖνον. διὰ τοῦτο πολλὰ καὶ πολλάκις ἀνθρωπίνως ἐφθέγγετο, καὶ πάλιν οὐκ ἀνθρωπίνως, ἀλλὰ θεοπρεπῶς, καὶ τῆς εὐγενείας ἄξια τῆς ἑαυτοῦ, τὸ μὲν τῇ τῶν ἀκουόντων συγκαταβαίνων ἀσθενείᾳ, τὸ δὲ τῆς τῶν δογμάτων προνοῶν ὀρθότητος. ἵνα γὰρ μὴ ἡ συγκατάβασις διαπαντὸς

B γινομένη, εἰς τὴν περὶ τῆς ἀξίας αὐτοῦ δόξαν παραβλάψῃ τοὺς μετὰ ταῦτα, οὐδὲ ἐκείνου τοῦ μέρους ἠμέλησεν. ἀλλὰ καί τοι προειδὼς, ὅτι οὐκ ἀκούσονται, ἀλλὰ καὶ λοιδορήσονται αὐτῷ, καὶ ἀποπηδήσουσιν, ὅμως εἶπεν, αὐτό τε τοῦτο ὅπερ εἶπον κατασκευάζων, καὶ δεικνὺς τὴν αἰτίαν, δι' ἣν καὶ ταπεινὰ αὐτοῖς ἀνέμιξε ῥήματα. αὕτη δὲ ἦν, τὸ μηδέπω δύνασθαι δέξασθαι τὸ μέγεθος τῶν [a] λεγομένων. καὶ εἰ μὴ τοῦτο κατασκευάσαι ἐβούλετο, περιττὴ τῶν ὑψηλῶν δογμάτων ἦν ἡ διδασκαλία τοῖς οὐκ ἀκουσομένοις, οὐδὲ προσέξουσιν· νῦν δὲ εἰ καὶ ἐκείνους μηδὲν ὠφέλει,

C ἀλλ' ἡμᾶς ἐπαίδευε, καὶ τὴν προσήκουσαν περὶ αὐτοῦ δόξαν ἔχειν παρεσκεύαζε, καὶ ἔπειθεν ὅτι διὰ τὸ μὴ δύνασθαι μηδέπω τὸ μέγεθος τῶν λεγομένων δέχεσθαι ἐκείνους, ἐπὶ τὸ ταπεινότερον τὸν λόγον μετήγαγεν. ὅταν οὖν ἴδῃς αὐτὸν ταπεινὰ λέγοντα, μὴ τῆς εὐτελείας τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ τῆς ἀσθενείας τῆς κατὰ τὴν διάνοιαν τῶν ἀκροατῶν εἶναι νόμιζε τὴν συγκατάβασιν. βούλεσθε εἴπω καὶ τρίτην αἰτίαν; οὐ γὰρ δὴ μόνον διὰ τὴν τῆς σαρκὸς περιβολὴν, οὐδὲ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀκροατῶν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ βούλεσθαι διδάσκειν ταπεινοφρονεῖν τοὺς ἀκούοντας, πολλὰ ταπεινὰ καὶ ἐποίει καὶ ἔλεγε· καὶ ἔστι καὶ αὕτη τρίτη πάλιν αἰτία. ὁ

D γὰρ ταπεινοφρονεῖν διδάσκων, οὐχὶ διὰ ῥημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν πραγμάτων τοῦτο παιδεύει, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ μετριάζων· μάθετε γάρ φησιν ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι. ὁ τοίνυν ταπεινοὺς διδάσκων γίνεσθαι, καὶ μηδαμοῦ τοῖς πρωτείοις ἐπιτρέχειν, ἀλλὰ καταδέχεσθαι τὸ ἐλαττοῦσθαι πανταχοῦ, καὶ διὰ ῥημάτων, καὶ διὰ πραγμάτων εἰς τοῦτο ἐνάγων, πολλὰς εἶχε προφάσεις τοῦ ταπεινὰ φθέγγεσθαι.

E ἔστι καὶ τετάρτην αἰτίαν εἰπεῖν, οὐκ ἐλάττω τῶν εἰρημένων. τίς δέ ἐστιν αὕτη; τὸ μὴ διὰ τὴν πολλὴν ἐγγύτητα, καὶ ἄφατον τῶν ὑποστάσεων, εἰς ἑνὸς προσώπου ποτὲ ὑπόνοιαν ἡμᾶς ἐμπεσεῖν. ὅπου γε καὶ νῦν ὀλιγάκις αὐτοῦ τι τοιοῦτον εἰπόντος, πρὸς τὴν ἀσέβειαν ταύτην ἤδη τινὲς ἐξώλισθον. Σαβέλλιος γοῦν ὁ Λίβυς ἀκούσας αὐτοῦ λέγοντος, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν,

[a] Alii, λεγομένων, εἰ δὲ μὴ τοῦτο.

2. Animadverte autem hoc etiam loco, quantam ille nostri curam gerat: dum enim eos alloqueretur, qui coronas accipiebant, *Venite*, inquit, *benedicti patris mei. Possidet paratum vobis regnum ante constitutionem mundi*, illis vero qui supplicio afficiebantur non dixit, Discedite a me in ignem qui paratus est vobis, sed, *qui paratus est diabolo.* Nam regnum quidem hominibus paravi, gehennam autem non hominibus, inquit, sed diabolo & angelis illius paravi: quod si vos talem vitam exhibuistis, ut pœna digni & supplicio fieretis, id vobismetipsis imputare merito potestis. Ac vide, quanta sit ejus ad benignitatem propensio; cum enim nondum essent athletæ, præparatæ sunt coronæ, ac præmia destinata. *Nam possidete*, inquit, *paratum vobis regnum ante constitutionem mundi.* (Matt. [illegible]) Et vero in parabola decem virginum idem cernere licet: cum enim adventurus esset sponsus dicunt prudentibus fatuæ: *Date nobis de oleo vestro:* (Matth. 25. 20.) ad quas illæ, *Ne forte non sufficiat nobis & vobis:* non de oleo & igne disserit hoc loco Scriptura, sed de virginitate atque humanitate: ac virginitatem quidem ignis loco habet, eleemosynam autem olei loco, significatque virginitatem humanitate multum indigere, neque libere absque illa salvari. Quinam autem illi sunt, qui oleum istud vendunt? quinam alii, nisi pauperes? non enim accipiunt potius, quam dant. Ne utique censeas eleemosy-

[a] Alii, τὴν πολλὴν περὶ τοῦ γένους ἡμῶν κηδεμονίαν.
[b] Tres Manuscripti, ἡτοίμασεν. Paulopost iidem, ἀγγέλοις αὐτοῦ· εἰ δὲ ὑμεῖς.

nam impensam esse, sed proventum; neque sumtum, sed negotiationem: majora quippe recipis, quam des: das panem, & recipis vitam æternam; das vestem, & immortalitatis recipis indumentum; das tecti communionem, & recipis regnum cælorum; præbes, quæ pereunt, & quæ perpetuo permanent, accipis. At enim quo pacto possum eleemosynam impertiri, cum pauper sim? dicet aliquis. Maxime vero, cum pauper es, tum potes eleemosynam impertiri: nam ille quidem, qui dives est, pecuniarum copia temulentus, gravissima febri correptus, insaturabili amore ductus, fortunas augere vult: pauper autem ab hoc morbo liber, & ægritudinis expers facilius ex bonis suis largietur: non enim pro substantiæ mensura, sed pro animi consiliique mensura, solet eleemosynæ modus præscribi: quandoquidem & illa vidua tum duos obolos misit, & illos qui opibus circumfluebant superavit, & altera vidua cum farinæ pugillum, & olei paululum haberet, animam illam ad cælum pertingentem hospitio excepit, & neutri istarum, egestas impedimento fuit. Noli utique superfluas & inutiles excusationes afferre: non enim collationis abundantiam, sed divitias voluntatis requirit; non ex eorum mensura quæ dantur, sed ex eorum proposito qui largiuntur, eleemosyna solet exhiberi. Pauper es, & omnium mortalium pauperrimus, at illa vidua non egentior: quæ divites longo intervallo superavit; sed ipsa tibi necessaria desunt alimenta? At Sidonia muliere pauperior non es, quæ cum ad ipsum famis fundum devenisset, cum deinceps mortem exspectaret, eamque turba circumsisteret filiorum, ne sic quidem facultatibus suis pepercit, sed per summam illam egestatem immensas divitias comparavit, & manum suam aream, hydriam vero torcular reddidit, atque ut ex paucis multa scaturirent, effecit. Sed ad propositum redeamus, ne continuas digressiones interseramus. Cum itaque venturus sponsus esset, sic inter se virgines colloquebantur: at illæ ad vendentes eas mittebant, sed jam tempus non erat amplius oleum emendi: recte quidem; nam qui vendunt in præsenti vita sunt tantum; post discessum autem ex illa, cum dimissum theatrum fuerit, non licet amplius medicamentum actis rebus reperire, neque veniam atque excusationem, sed supplicio affici deinceps necesse est, quod & tunc temporis accidit. Postquam enim sponsus advenit, hæ quidem ingressæ sunt, quæ lampades accensas habebant; at illæ cum tardius, quam ut ingredi possent, advenissent, thalami fores pulsarunt, & terribilem illam vocem audierunt, *Discedite, nescio vos.* Vides illum rursus cum honore afficere, tum pœnam inferre; cum coronare, tum punire; cum admittere, tum ablegare, atque utriusque partis judicii compotem esse? Hoc & in vinea, hoc & in quinque ac duobus talentis, & uno

Eleemosyna non doni magnitudo, sed dantis animus spectatur. *Marc.* 12. 42.

A ἀνάλωμα εἶναι, ἀλλὰ πρόσοδον· μηδὲ δαπάνην, ἀλλὰ πραγματείαν. [a] Μείζονα γὰρ λαμβάνεις, ἢ δίδως. Δίδως ἄρτον, καὶ λαμβάνεις ζωὴν αἰώνιον· δίδως ἱμάτιον, καὶ λαμβάνεις ἀφθαρσίας περιβόλαιον· δίδως κοινωνίαν στέγης, καὶ λαμβάνεις βασιλείαν οὐρανῶν· παρέχεις τὰ ἀπολλύμενα, καὶ δέχῃ τὰ διηνεκῶς μένοντα. Καὶ πῶς ἂν δυναίμην ἐλεεῖν, πένης ὤν, φησί; Μάλιστα ὅταν πένης ᾖς, τότε δύνασαι ἐλεεῖν. Ὁ μὲν γὰρ πλουτῶν μεθύων τῇ περιουσίᾳ τῶν χρημάτων, καὶ πυρετὸν χαλεπώτατον πυρέττων, καὶ ἀκόρεστον ἔχων ἔρωτα, πλείονα ποιεῖν τὰ ὄντα βούλεται· ὁ δὲ πένης ταύτης ἀπηλλαγμένος τῆς νόσου, καὶ τῆς ἀῤῥωστίας καθαρεύων, B εὐκολώτερον ἐκ τῶν ὄντων προήσεται. Οὐ γὰρ τὰ μέτρα τῆς οὐσίας, ἀλλὰ τὰ μέτρα τῆς γνώμης τὴν ἐλεημοσύνην ἐργάζεσθαι πέφυκεν· ἐπεὶ καὶ ἡ χήρα ἐκείνη τότε δύο κατέβαλεν ὀβολοὺς, καὶ τοὺς τῷ πλούτῳ κομῶντας ὑπερηκόντισε· καὶ ἡ ἑτέρα χήρα ἐν δρακὶ ἀλεύρου, καὶ ὀλίγῳ ἐλαίῳ τὴν οὐρανομήκη ψυχὴν ἐκείνην ἐξενοδόχησε, καὶ οὐδεμίᾳ τούτων γέγονεν ἡ πενία κώλυμα. Μὴ δὴ προφασίζου περιττὰ καὶ ἀνόνητα· οὐ γὰρ περιουσίαν [b] εἰσφορᾶς ἀπαιτεῖ, ἀλλὰ πλοῦτον προαιρέσεως, οὐκ ἀπὸ τοῦ μέτρου τῶν διδομένων, C ἀλλ' ἀπὸ τῆς προθέσεως τῶν παρεχόντων δείκνυσθαι πέφυκε. Πένης εἶ, καὶ πάντων ἀνθρώπων πενέστερος; ἀλλ' οὐκ εἶ τῆς χήρας ἐκείνης πτωχότερος, ἣ τοὺς πλουτοῦντας ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ὑπερηκόντισεν. Ἀλλὰ καὶ αὐτῆς ἀπορεῖς τῆς ἀναγκαίας τροφῆς; ἀλλ' οὐκ εἶ τῆς Σιδωνίας ἀπορώτερος, ἣ πρὸς αὐτὸν ἐλθοῦσα τοῦ λιμοῦ τὸν πυθμένα, τὸν θάνατον προσδοκωμένη λοιπὸν, καὶ χοροῦ παίδων περιεστῶτος, οὐδὲ οὕτως ἐφείσατο τῶν ὄντων, ἀλλὰ διὰ τῆς ἐπιτεταμένης πενίας, πλοῦτον ἄφατον ἐπρίατο, ἅλωνα τὴν D χεῖρα, καὶ ληνὸν τὴν ὑδρίαν ἐργασαμένη, ἐξ ὀλίγων πολλὰ πηγάζειν παρασκευάσασα. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον [c] ἴωμεν, ἵνα μὴ συνεχεῖς τὰς παρεκβάσεις ποιώμεθα. Ἐπειδὴ οὖν ἔμελλεν ὁ νυμφίος ἔρχεσθαι, ταῦτα πρὸς ἀλλήλας αἱ παρθένοι διελέγοντο. Ἐκεῖναι δὲ πρὸς τοὺς πωλοῦντας ἔπεμπον αὐτάς. Ἀλλ' οὐκ ἦν καιρὸς οὐκέτι λοιπὸν ἀγοράζειν ἔλαιον· εἰκότως· οἱ γὰρ πωλοῦντες ἐν τῷ παρόντι βίῳ μόνον εἰσί· μετὰ δὲ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν, καὶ τὸ λυθῆναι τὸ θέατρον, οὐκ ἔστι λοιπὸν φάρμακον τοῖς γεγυμνωμένοις εὑρεῖν· οὐδὲ συγγνώμην καὶ ἀπολογίαν, ἀλλ' E ἀνάγκη λοιπὸν κολάζεσθαι· ὅπερ καὶ τότε γέγονεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἦλθεν ὁ νυμφίος, αἱ μὲν εἰσῆλθον λαμπρὰς ἔχουσαι τὰς λαμπάδας· αἱ δὲ, ὑστερήσασαι τῆς εἰσόδου, τὰς θύρας ἐπάταξον τοῦ νυμφῶνος, καὶ τὸ φοβερὸν ῥῆμα ἐκεῖνο ἤκουον· Ὑπάγετε, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. Εἶδες αὐτὸν πάλιν καὶ τιμῶντα καὶ κολάζοντα, καὶ στεφανοῦντα, καὶ τιμωροῦντα, καὶ δεχόμενον καὶ ἀποπέμποντα· καὶ ἑκατέρου τοῦ μέρους τῆς κρίσεως ὄντα κύριον; Τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ ἀμπελῶνος, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν πέντε καὶ δύο ταλάντων, καὶ τοῦ ἑνὸς ἴδοι τις

a Quatuor MSS. μείζω γάρ.

b Aliquot MSS. εἰσφορᾶς ἀπαιτεῖ· ἀλλὰ πλοῦτον προαιρέσεως, ὃς οὐκ ἀπὸ τοῦ μέτρου τῶν διδομένων· ἀλλ' ἀπὸ τῆς προθυμίας τῶν παρεχόντων δείκνυται. πένης

c Unus, ἐπανίωμεν.

ἂν. τοὺς μὲν γὰρ ἀπεδέξατο, καὶ εἰσήγαγεν ἐπὶ πλείοσι· τὸν δὲ ἐκέλευσε δεθέντα ἔξω βάλλεσθαι εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον.

Ἀλλὰ τίς [a] αὐτῶν ὁ πολὺς λόγος, μᾶλλον δὲ πολλῆς ἀνοίας γέμων; ἔχειν μὲν ἐξουσίαν κολάζειν, καὶ στεφανοῦν, καὶ τιμωρεῖσθαι, καὶ ἀμοιβὰς διδόναι· ἀλλὰ τὴν ἀνωτάτω προεδρείαν, φησὶ, καὶ τὴν ὑψηλοτάτην τιμὴν, ταύτην ἔφησεν οὐκ εἶναι αὐτοῦ δοῦναι. τί οὖν ἐὰν μάθῃς ὅτι οὐδέν ἐστιν ὑπεξῃρημένον αὐτοῦ τῆς ψήφου, ἀποθήσῃ τὴν ἄκαιρον ταύτην φιλονεικίαν; οὐκοῦν αὐτοῦ πάλιν ἄκουε λέγοντος. ὁ πατὴρ οὐ κρίνει οὐδένα· ἀλλὰ πᾶσαν τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ υἱῷ. εἰ τοίνυν πᾶσαν ἔχει τὴν κρίσιν, οὐδὲν ὑπεξῄρηται τῆς ψήφου· ὁ γὰρ πᾶσαν ἔχων τὴν κρίσιν, κύριός ἐστι πάντας καὶ τιμωρεῖσθαι, καὶ στεφανοῦν. τὸ δὲ ἔδωκεν, ἐνταῦθα μὴ ἀνθρωπίνως ἀκούσῃς, ἀγαπητέ· οὐ γὰρ οὐκ ἔχοντι ἔδωκεν, οὐδὲ ἀτελῆ ἐγέννησεν, οὐδὲ ὕστερον αὐτῷ [b] προσεγένετο, ἀλλὰ τὸ ἔδωκε τοιοῦτόν ἐστι, τοιοῦτον αὐτὸν ἐγέννησε, τέλειον, ἀπηρτισμένον, ταύτῃ δὲ κέχρηται τῇ λέξει, ἵνα μὴ δύο γεννητοὺς νομίσῃς θεούς· ἀλλ' ἵνα εἰδῇς καὶ τὴν ῥίζαν καὶ τὸν καρπόν· οὐχ ἵνα ὕστερον αὐτῷ προσγεγενῆσθαι νομίσῃς τοῦτο. καὶ γὰρ ἐρωτώμενος ἀλλαχοῦ· οὐκοῦν βασιλεὺς εἶ σύ; οὐκ εἶπεν ὅτι ἔλαβον τὴν βασιλείαν, οὐκ εἶπεν ὅτι προσεγένετο αὐτῷ ὕστερον ἡ βασιλεία· ἀλλ' ὅτι ἐγὼ εἰς τοῦτο γεγέννημαι. εἰ βασιλεὺς ἀπηρτισμένος ἐγεννήθη, εὔδηλον ὅτι καὶ κριτὴς καὶ δικαστής· βασιλέως γὰρ μάλιστα τὸ κρίνειν, καὶ δικάζειν, καὶ τιμᾶν, καὶ τιμωρεῖσθαι. καὶ ἑτέρωθεν δὲ τοῦτο ἴδοι τις ἂν, ὅτι καὶ τὰς ἄνω τιμὰς κύριος αὐτός ἐστι διδόναι. ὅταν γὰρ παραγάγωμεν εἰς τὸ μέσον τὸν πάντων ἀνθρώπων ἀμείνω, καὶ δείξωμεν τοῦτον ὑπ' αὐτοῦ στεφανούμενον, ποία λοιπὸν ὑπολειφθήσεται πρόφασις ὑμῖν; τίς οὖν ἁπάντων ἀνθρώπων ἀμείνων; τίς δὲ ἕτερος, ἀλλ' ἢ ὁ σκηνοποιὸς ἐκεῖνος, ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος, ὁ γῆν καὶ θάλατταν καθάπερ ὑπόπτερος περιδραμὼν, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, ὁ νυμφαγωγὸς τοῦ Χριστοῦ, ὁ τῆς ἐκκλησίας φυτουργὸς, ὁ σοφὸς ἀρχιτέκτων, ὁ κήρυξ, ὁ δρομεὺς, ὁ ἀγωνιστὴς, ὁ στρατιώτης, ὁ παιδοτρίβης· ὁ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ὑπομνήματα τῆς οἰκείας ἀρετῆς καταλιπὼν, ὁ πρὸ τῆς ἀναστάσεως εἰς τρίτον ἁρπαγεὶς οὐρανόν· ὁ εἰς παράδεισον ἀπενεχθεὶς, ὁ ἀποῤῥήτων κοινωνήσας τῷ θεῷ μυστηρίων, ὁ τοιαῦτα ἀκούσας καὶ λαλήσας, ἃ ἀνθρωπίνῃ φύσει λαλῆσαι οὐκ ἔνι· ὁ καὶ χάριτος πλείονος ἀπολαύσας, καὶ μείζονα κόπον ἐπιδειξάμενος; ὅτι δὲ πλεῖον ἁπάντων ἔκαμεν, ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος· ὅτι περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα. εἰ δὲ περισσότερον πάντων ἔκαμεν, περισσότερον καὶ στεφανοῦται. ἕκαστος γὰρ τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται κατὰ τὸν ἴδιον κόπον. εἰ τοίνυν μείζονα τῶν ἀποστόλων λαμβάνει στέφανον· τῶν δὲ ἀποστόλων ἴσος οὐδεὶς γέγονεν· οὗτος δὲ κἀκείνων μείζων, εὔδηλον ὅτι τῆς ἀνωτάτω ἀπολαύσεται τιμῆς, καὶ προεδρείας· [c] τίς οὖν

[a] Quatuor MSS. αὐτῶν ὁ δεινὸς λόγος, quæ lectio non spernenda.
[b] Sic maxima pars MSS. atque ita legisse videtur Interp. Mor. vero, ἐγένετο.

A cerni potest: nam illos quidem excepit, & ad majora introduxit, hunc autem vinctum projici in exteriores tenebras imperavit.

3. Sed quis eorum multus est sermo, vel potius qui multam dementiam redolet? Habet ille quidem cum puniendi, tum coronandi potestatem, cum afficiendi supplicio, tum præmia conferendi; sed supremam sedis prærogativam, inquit, & altissimum honorem hunc dare suum non esse dixit. Itaque si nihil ejus calculo subtractum esse cognoveris, num ab hac importuna contentione desistes? Audi ergo rursus eum dicentem: *Pater non judicat quemquam*, *Joan. 5. 22.* B *sed omne judicium dedit Filio.* Si ergo judicium habet omne, nihil ejus calculo sententiæque subtractum est: nam qui judicium habet omne, potestatem habet omnes cum puniendi, tum coronandi. Illud autem, *dedit*, hoc loco ne hominum more accipias carissime: neque enim non habenti dedit, nec imperfectum genuit, neque posterius illi adnatum est: sed illud, *dedit*, hoc sibi vult, talem illum genuit, perfectum, absolutum: verum hac usus est dictione, ne duos genitos arbitreris Deos, sed ut radicem & fructum noveris, non ut hoc illi posterius adnatum esse arbitreris. Nam & interroga- C tus alibi, *Ergo rex es tu?* non se regnum *Matth. 27. 11.* accepisse dixit, non sibi regnum posterius esse dixit attributum, sed, *Ego in hoc natus sum.* Si Rex absolutus est natus, omnino & judicem ac disceptatorem illum esse liquet: Regis enim est maxime judicare ac disceptare; honores deferre, & supplicio afficere. Aliunde quoque poterit istud intelligi, supernos etiam honores tribuere in ipsius potestate situm esse. Cum enim cunctorum hominum optimum in medium produxerimus, & hunc ab eo fuisse coronatum ostenderimus, quis excusationi vestræ deinceps locus relinquetur? Quis igi- D tur est ille tandem omnium hominum optimus? Quis nempe alius, nisi opifex ille tabernaculorum, doctor orbis terrarum, qui mare tamquam alatus percurrit, vas electionis, Christi nuptiarum auspex, Ecclesiæ *Pauli Apostoli encomium.* fundator, sapiens architectus, præco, cursor, athleta, miles, palæstræ magister, qui ubique terrarum monumenta suæ virtutis reliquit, qui tertium in cælum ante resurrectionem raptus est, qui in paradisum sublatus, qui mysteriorum ineffabilium particeps a Deo factus, qui talia audivit & loquutus est, quæ naturæ loqui non licet humanæ, qui gratiam copiosiorem obtinuit, & majorem laborem exhibuit? Plus E autem quam omnes se laborasse, ipsum dicentem audi: *Abundantius illis omnibus laboravi:* *1. Cor. 15. 10.* quod si abundantius, quam omnes, labores sustinuit, abundantius etiam coronabitur. *Unusquisque enim propriam mercedem accipiet secundum proprium laborem.* *1. Cor. 3. 8.* Si ergo majorem quam Apostoli coronam accipit: nemo porro potuit Apostolos æquare, quibus hic tamen major fuit: haud dubium quin supremum illum honorem & sedis prærogativam sit consequuturus: quis

[c] Alii, τί οὖν ἴσον ὁ αὐτὸν στεφανοῖ.

illum igitur coronabit? Ipsum dicentem (2.Tim.4.7.) audi: *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mi-* (Joan.5.22.) *hi Dominus in illa die justus judex. Pater non judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio.* Neque vero tantum inde constat istud, sed etiam ex iis, quæ sequuntur: *Non solum autem mihi: sed & omnibus, qui dilexerint apparitionem ejus.* Cujusnam porro hæc apparitio sit, audi eum (Tit.2.11.) qui narrat: *Apparuit gratia Dei salutaris omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, sobrie & juste, & pie vivamus in hoc sæculo: exspectantes beatam spem & apparitionem gloriæ magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi.*

4. Sed hic quidem pugna, qua cum hæreticis congressi sumus, finem habet, jamque tropæum ereximus, & victoriam retulimus, cum ex iis omnibus, quæ commemorata sunt, in ejus esse potestate situm docuerimus, cum honoribus cumulare, tum pœna mulctare, utpote qui & omne judicium habeat, & omnium optimum coronet, ac victorem pronunciet, & in illis parabolis utrumque præstiterit: sed jam deinceps oportet, ut dubitationem ex animis fratrum eximamus, & quam ob causam ita dixerit, (Quo sensu Christus dixerit, *Non est meum dare.*) doceamus: *Non est meum hoc dare:* multos enim ex eorum occasione, quæ dicta sunt, quæstionem movere arbitror: ut igitur & quæstionem solvamus, & perturbationem animi sedemus, attendite, quæso, animum, & mentem vestram præparate: major quippe jam mihi labor incumbit: non enim æqualis est facilitatis pugnare & docere: hostem vulnerare & domesticum corrigere; sed plus in hoc mihi studii conferendum est: ut neque membrum claudicans negligam, neque perturbatum quemquam prætermittam. Dico enim, sed ne percellant vos quæ dicuntur, neque turbemini; non enim tantum Filii non esse contendo, sed neque Patris, & hoc magna tubaque clariori voce proclamo, neque ipsius esse dare, neque adeo Patris ipsius. Si enim ipsius esset, & Patris esset: si Patris esset, & ipsius esset: propterea non dixit illis simpliciter. Non est meum dare; quid igitur? *Non est meum dare, sed quibus paratum est:* significat neque ipsius esse, neque Patris, sed aliorum quorumdam. Quid ergo sibi vult dictum illud? Sic enim arbitror vobis auctam esse perturbationem, ac majorem dubitationem exortam, & anxios vos esse: verumtamen nolite timere; non enim desistam, donec solutionem adjunxero: finite tantum ut paulo altius initium orationis arcessam, quod aliter fieri nequeat, ut dilucide menti vestræ omnia commendentur. Quid ergo sibi vult, quod est dictum? cum se reciperet Jerosolymam Jesus, accessit cum filiis mater filiorum Zebedæi, (Marc.10.35.) Jacobi & Joannis, sic eum alloquens, *Dic ut sedeant hi duo filii mei unus ad dexteram*

A ἐστιν ὁ αὐτὸν στεφανῶν; ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος· Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα, λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ὃν ἀποδώσει μοι ὁ κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὁ δίκαιος κριτής. Ὁ πατὴρ οὐ κρίνει οὐδένα· ἀλλὰ πᾶσαν τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ υἱῷ. Οὐκ ἐντεῦθεν δὲ τοῦτο μόνον δῆλον· ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἑξῆς· Οὐ μόνον δὲ ἐμοὶ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. Τίνος δέ ἐστιν ἡ ἐπιφάνεια, ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος, Ἐπεφάνη ἡ χάρις τοῦ θεοῦ, ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις, παιδεύουσα ἡμᾶς· ἵνα ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὰς κοσμικὰς B ἐπιθυμίας, σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ἀλλ' ἡ μὲν πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς ἡμῖν μάχη τέλος ἔχει, καὶ τὸ τρόπαιον ἐστήσαμεν, καὶ τὴν νίκην λαμπρὰν ἠράμεθα, ἐκ τῶν εἰρημένων ἁπάντων ἀποδείξαντες, ὅτι κύριος καὶ τιμᾶν καὶ κολάζειν ἐστὶ, πᾶσάν τε τὴν κρίσιν ἔχων, καὶ τὸν ἁπάντων ἄμεινον στεφανῶν καὶ ἀνακηρύττων, καὶ ἐν ταῖς παραβολαῖς ἐκείναις ἑκάτερα αὐτὸς ἐργαζόμενος· δεῖ δὲ λοιπὸν, καὶ τὸν θόρυβον τῶν ἀδελφῶν ἐκ- C βαλεῖν, καὶ διδάξαι τίνος ἕνεκεν οὕτως εἴρηκεν, ὅτι Οὐκ ἔστιν ἐμὸν τοῦτο δοῦναι· καὶ γὰρ οἶμαι πολλοὺς ἐπαπορεῖν τοῖς εἰρημένοις· ἵν' οὖν καὶ τὴν ἀπορίαν λύσωμεν, καὶ τὸν θόρυβον τῆς ψυχῆς κατευνάσωμεν, συντείνατέ μοι τὴν διάνοιαν, παρασκευάσατέ μοι τὴν γνώμην· καὶ γὰρ πλείονός μοι πόνου δεῖ νῦν. Οὐ γάρ ἐστιν ἴσον πολεμεῖν καὶ διδάσκειν· βάλλειν τὸν ἐχθρὸν, καὶ διορθοῦσθαι τὸν οἰκεῖον· ἀλλὰ πλείονός μοι χρεία ἐνταῦθα τῆς σπουδῆς, ὥστε μὴ περιιδεῖν τὸ μέρος χωλεῦον, μηδέ τινα θορυβούμενον παραδρα- D μεῖν. Λέγω γάρ· ἀλλὰ μὴ θορυβεῖσθε πρὸς τὰ λεγόμενα, μηδὲ ταράττεσθε. Οὐ μόνον γὰρ οὐ τοῦ υἱοῦ φημι μὴ εἶναι, ἀλλ' οὐδὲ τοῦ πατρὸς, καὶ μεγάλῃ ταῦτα βοῶ τῇ φωνῇ, καὶ σάλπιγγος λαμπροτέρᾳ, ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτοῦ δοῦναι, οὔτε αὐτοῦ, οὔτε τοῦ πατρός. Εἰ γὰρ αὐτοῦ ἦν, καὶ τοῦ πατρὸς ἦν· εἰ τοῦ πατρὸς ἦν, καὶ αὐτοῦ ἦν. Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, Οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι [a], ἀλλὰ τί; Οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται· δείκνυσιν ὅτι οὔτε οὔτε αὐτοῦ, οὔτε τοῦ πατρός· ἀλλ' ἑτέρων τινῶν. Τί οὖν ἐστι τὸ εἰρημένον; οἶμαι γὰρ ὑμῖν ηὐξῆσθαι τὸν θόρυβον, καὶ πλείονα E γενέσθαι τὴν ἀπορίαν, καὶ ἐναγωνίους εἶναι· ἀλλὰ μὴ δείσητε· οὐ γὰρ ἀποστήσομαι, ἕως ἂν ἐπαγάγω τὴν λύσιν. Μικρὸν δὲ ἀνάσχεσθε ἀνωτέρω τὸν λόγον ἄγοντος. Οὐ γὰρ ἑτέρως μετὰ σαφηνείας ἅπαντα ὑμῶν παρακαταθέσθαι τῇ γνώμῃ δυνατόν. Τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ εἰρημένον; Ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου Ἰακώβου καὶ Ἰωάννου, ἀναχωροῦντι πρὸς τὰ Ἱεροσόλυμα τῷ Ἰησοῦ, προσῆλθε μετὰ τῶν παίδων λέγουσα, Εἰπὲ ἵνα οἱ δύο υἱοί μου καθίσωσιν εἷς ἐκ δεξιῶν

a Quidam MSS. ἀλλὰ τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ τί;

σου, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων σου. ἕτερος δὲ εὐαγγελιστὴς φησὶν, ὅτι οἱ παῖδες ταῦτα ᾔτουν παρὰ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' οὐκ ἔστι διαφωνία· οὐδὲ γὰρ ταῦτα δεῖ τὰ μικρὰ παρατρέχειν, ἀλλὰ τὴν μητέρα [a] προβαλλόμενοι, ἐπειδὴ εἶπεν ἐκείνη καὶ θύραν ἤνοιξε, καὶ αὐτοὶ τὴν ἱκετηρίαν προσήγαγον, οὐκ εἰδότες μὲν ἅπερ ἔλεγον· λέγοντες δὲ ὅμως. εἰ γὰρ καὶ ἀπόστολοι ἦσαν, ἀλλ' ἀτελέστερον ἔτι διέκειντο· καθάπερ νεοττοὶ ὡς ἐν καλιᾷ [b] πλανώμενοι, οὐδέπω τοῦ πτεροῦ παγέντος αὐτοῖς. [c] Καὶ τοῦτο μάλιστα ὑμᾶς ἀναγκαῖον εἰδέναι, ὅτι περὶ τοῦ σταυροῦ ἐν πολλῇ ἦσαν ἀγνοίᾳ. διὸ καὶ ἐπιτιμῶν αὐτοῖς ἔλεγεν· ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; οὔπω νοεῖτε, οὐδὲ συνίετε, ὅτι οὐ περὶ τῶν ἄρτων εἶπον ὑμῖν προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων; καὶ πάλιν, πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι. οὐ μόνον δὲ ἠγνόουν τὰ ὑψηλότερα, ἀλλὰ καὶ ἃ ἤκουον ἀπέβαλλον ἀπὸ φόβου καὶ δειλίας πολλάκις, ὅπερ ὀνειδίζων αὐτοῖς ἔλεγεν· οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ἐρωτᾷ με ποῦ ὑπάγεις· ἀλλ' ὅτι ταῦτα εἶπον ὑμῖν, ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν· καὶ πάλιν, ἐκεῖνος ὑμᾶς ἀναμνήσει πάντα, καὶ διδάξει ὑμᾶς, περὶ τοῦ παρακλήτου λέγων. οὐκ ἂν δὲ εἶπεν ἀναμνήσει, εἰ μὴ πολλὰ τῶν εἰρημένων ἐξέβαλον. ταῦτα δέ μοι οὐχ ἁπλῶς εἴρηται, ἀλλ' ἐπειδὴ φαίνεται Πέτρος, νῦν μὲν ἀπηρτισμένην ὁμολογίαν ὁμολογῶν, νῦν δὲ πάντων ἐπιλελησμένος. ὁ γὰρ εἰπὼν, σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, καὶ μακαρισθεὶς ἐπὶ τούτοις, τοιοῦτον ἥμαρτε μετὰ μικρὸν, ὡς Σατανᾶς προσαγορευθῆναι· λέγει γὰρ, ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ· σκάνδαλόν μου εἶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. τί γένοιτ' ἂν [d] ἀτελέστερον τοῦ τὰ αὐτοῦ μὴ φρονοῦντος, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων; ἐπειδὴ γὰρ περὶ σταυροῦ αὐτῷ διελέγετο καὶ ἀναστάσεως, οὐκ εἰδὼς τῶν λεγομένων τὸ βάθος, οὐδὲ τῶν δογμάτων τὸ ἀπόῤῥητον, οὐδὲ τὴν μέλλουσαν τῇ οἰκουμένῃ σωτηρίαν καταλαμβάνειν, λαβὼν αὐτὸν κατ' ἰδίαν ἔλεγεν· ἵλεώς σοι γίνου, κύριε, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο. ὁρᾷς πῶς οὐδὲ περὶ ἀναστάσεως οὐδὲν ᾔδεσαν σαφές; καὶ τοῦτο αὐτὸ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπισημαινόμενος ἔλεγεν· οὐδέπω γὰρ ᾔδεισαν, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι. οἱ δὲ, ταῦτα οὐκ ἐπιστάμενοι, πολλῷ μᾶλλον τὰ ἄλλα ἠγνόουν· οἷον τὰ περὶ βασιλείας τῆς ἄνω, καὶ τῆς ἀπαρχῆς τῆς ἡμετέρας, καὶ τῆς ἀναλήψεως τῆς εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ [e] χθαμαλοί τινες ἦσαν ἔτι, οὐδέπω δυνάμενοι ὑψηλὰ πέτεσθαι. ἅτε οὖν τοιαύτην ἔχοντες ἔννοιαν, καὶ προσδοκῶντες ὅτι εὐθέως ἀπαντήσει αὐτῷ ἡ βασιλεία ἐν Ἱεροσολύμοις· ταύτης γὰρ οὐδὲν πλέον ᾔδεισαν· ὅπερ οὖν καὶ ἕτερος ἐπισημαίνεται εὐαγγελιστὴς λέγων· ὅτι ἐνόμιζον ἤδη παραγίνεσθαι αὐτοῦ τὴν βασιλείαν, ἀνθρωπίνην τινὰ

A *tuam, & unus ad sinistram tuam:* alter autem Evangelista filios hæc a Christo petiisse dixit: sed non est tamen discrepantia: neque enim sunt hæc minuta percurrenda: verum cum matrem præmisisset, postquam illa dixit, & portam aperuit, ipsi quoque preces admoverunt, nescientes, quid dicerent, sed dicentes tamen. Nam licet Apostoli essent, imperfectiores tamen adhuc erant, tamquam pulli errantes in nido, cum nondum illis pennæ succreverint. Atque hoc maxime vobis esse notum oportet, ante passionem in multa illos ignorantia esse versatos, quapropter & increpans eos dicebat: *Adhuc & vos sine intellectu estis? nondum cognoscitis, nec intelligitis, quia non de panibus dixi vobis, Cavete a fermento Pharisæorum?* & rursus, *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.* Neque vero sublimiora tantum ignorabant, sed illis etiam sæpenumero, quæ audierant, præ metu ac timiditate excidebant, quod illis exprobrans aiebat, *Nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis? Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum:* & rursus, *Ille vobis suggeret omnia, & docebit vos:* de Paracleto verba faciens: cæterum non dixisset, suggeret, nisi multa illis, quæ dicta fuerant, excidissent. Hæc autem a me non temere commemorata sunt, sed quoniam Petrus modo quidem videtur perfectam quamdam confessionem proferre, modo autem omnium oblitus. Nam qui dixerat, *Tu es Christus Filius Dei vivi*, ac propterea beatus prædicatus fuerat, ejusmodi paulo post peccatum admisit, ut Satanas fuerit appellatus. Sic enim ait: *Vade post me Satana, scandalum es mihi: quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum.* Quid imperfectius eo fieri possit, qui non sapiat, quæ sunt ejus, sed quæ sunt hominum? Postquam enim illi de cruce deque resurrectione verba fecerat, cum eorum, quæ dicta fuerant, profunditatem ignoraret, neque jam arcana dogmata futuramque mundi salutem posset comprehendere, separatim assumens eum dixit, *Propitius tibi esto, Domine, non erit tibi hoc.* Vides ut illi nihil de resurrectione certo scirent? & hoc ipsum indicans Evangelista dicebat, *Nondum enim sciebant, quia oporteret eum a mortuis resurgere.* Quod si ista nesciebant, multo magis alia ignorabant, cujusmodi est de cælesti regno, de primitiis nostris, ac de ascensione in cælum, humique repentes adhuc nondum in altum poterant evolare. Cum igitur hac essent opinione imbuti, & exspectarent, ut illi confestim regnum Jerosolymis obveniret: nihil enim amplius quam illud noverant, quod nimirum & alius Evangelista significat, dicens, illos existimasse jam regnum ejus adventare, quod unum aliquod ex humanis regnis suspicarentur, & arbi-

Marc. 10. 35.
Matth. 15. 16.
Joan. 16. 12.
Joan. 16. 5.
Joan. 14. 26.
Matth. 16. 23.

[a] Aliquot MSS. προβαλλόμενοι.
[b] Unus habet, πλαττόμενοι.
[c] Quatuor MSS. καὶ ταῦτα μάλιστα.
[d] ἀτελέστερον τὰ τοῦ θεοῦ μὴ φρονοῦντος.
[e] Unus, χαμηλοί.

trarentur ad illud ineundum non ad crucem & mortem illum pergere: nam licet millies audivissent, certo id scire non poterant.

5. Quoniam igitur nondum quidem evidentem & exactam dogmatum cognitionem adepti erant, sed ad sensibile regnum pergere censebant, & Jerosolymis regnaturum, assumentes eum in via, oportunum se nactos tempus existimantes, hanc petitionem instituunt: nam cum seipsos a cœtu Discipulorum sequestrassent, perinde quasi ad ipsorum arbitrium redactæ res essent, prærogativam sedis postulant, & primas partes inter alios sibi deferri: quippe qui arbitrarentur jam res finem accepisse, totum negotium confici, tempusque coronarum ac præmiorum advenisse: quod ipsum extremæ fuit inscitiæ. Atque ut hæc non sola conjectura verborumque probabilitate niti noveritis, ipsius Jesu, cui perspecta sunt arcana quæque, rem sermone atque auctoritate confirmabo. Postquam enim ista postularunt, audi quid illis respondeat: *Nescitis quid petatis.* Quid hac probatione clarius? Vides illos minime novisse quod petebant, cum de coronis ac præmiis apud illum verba facerent necdum certaminibus inchoatis? Duo sunt igitur quæ innuit, hoc dicens, *Nescitis quid petatis*, unum quod de regno loquantur, de quo sermonem Christus non instituerat: non enim de hoc terreno ac sensibili annunciatum erat: alterum, quod dum sedis prærogativam, & cælestes jam quærunt honores, cæterisque videri clariores & illustriores contendunt, ne suo quidem tempore, sed admodum intempestive ista quærant. Tempus enim illud non coronarum aut præmiorum, sed certaminum, luctarum, laborum, sudorum, stadiorum fuit, atque præliorum. Hoc igitur sibi vult illud quod ait, *Nescitis quid petatis*, dum de his apud me verba facitis, cum necdum labores exantlaveritis, necdum ad ineunda certamina vos exueritis: cum incorrectus adhuc maneat orbis terrarum, cum impietas dominetur, & pereant omnes mortales. Nondum e carceribus exsiliistis, nondum ad ineunda luctamina vos exuistis, *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum, & baptismo, quo ego baptizor, baptizari?* Calicem hoc loco & baptismum crucem suam & mortem appellans; calicem quidem, quoniam cum voluptate illum ebibit; baptismum autem, quia per illam orbem terrarum expurgabat: nec idcirco tantum, sed & propter resurrectionis facilitatem. Ut enim qui baptizatur aqua, multa cum facilitate ascendit, ab aquarum natura nihil impeditus: sic & ille cum in mortem descendisset, multa cum facilitate ascendit, propterea baptismum illam appellat. Quod autem dicit est hujuscemodi. Potestis occidi, & mortem oppetere? horum enim nunc tem-

A αὐτὴν ἀποπλεύοντες, καὶ προσδοκῶντες ἐπὶ τοῦτο αὐτὸν χωρεῖν, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ σταυρὸν καὶ θάνατον. καὶ γὰρ μυριάκις ἀκούοντες, σαφῶς εἰδέναι οὐκ εἶχον.

Ἐπεὶ οὖν τετρανωμένην μὲν τῶν δογμάτων οὐδέπω ἀκρίβειαν ἐκέκτηντο, ἐνόμιζον δὲ αὐτὸν ἐπὶ βασιλείαν χωρεῖν τὴν αἰσθητὴν ταύτην, καὶ βασιλεύειν ἐν Ἱεροσολύμοις, ἀπολαβόντες αὐτὸν ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, ὡς καιρὸν ἐπιτήδειον ἔχειν [a] νομίσαντες, ταύτην αἰτοῦσι τὴν αἴτησιν, ἀπορρήξαντες γὰρ ἑαυτοὺς τοῦ χοροῦ τῶν μαθητῶν, καὶ εἰς ἑαυτοὺς τὸ πᾶν περιστήσαντες, ἀξιοῦσιν ὑπὲρ προεδρείας, καὶ τοῦ B πρῶτοι γενέσθαι τῶν ἄλλων, νομίζοντες ἤδη τὰ πράγματα εἰληφέναι τέλος, καὶ τὸ πᾶν κατωρθῶσθαι, καὶ στεφάνων εἶναι λοιπὸν καὶ ἀμοιβῶν καιρὸν, ὅπερ καὶ αὐτὸ τῆς ἐσχάτης ἀγνοίας ἦν. καὶ ὅτι [b] οὐ στοχασμὸς ταῦτά ἐστιν, οὔτε λόγων πιθανότης, παρ' αὐτοῦ τοῦ Ἰησοῦ, τοῦ τὰ ἀπόρρητα ἐπισταμένου, τὴν ἀπόδειξιν ὑμῖν ἐπάγω. ἐπειδὴ γὰρ ταῦτα ᾔτησαν, ἄκουσον τί φησι πρὸς αὐτούς· οὐκ οἴδατε, τί αἰτεῖσθε. τί ταύτης σαφέστερον τῆς ἀποδείξεως; ὁρᾷς ὅτι οὐκ ᾔδεισαν ὅπερ ᾔτουν, περὶ στεφάνων καὶ ἀμοιβῶν καὶ προεδρείας, καὶ τιμῆς αὐτῷ διαλεγόμενοι, οὐδέπω τῶν ἀγώνων οὔτε C ἀρχὴν εἰληφότων; δύο τοίνυν αἰνίττεται διὰ τοῦ λέγειν, οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε· ἓν μὲν ὅτι περὶ βασιλείας διαλέγονται, ἧς οὐδεὶς ἦν τῷ Χριστῷ λόγος· οὐ γὰρ δὴ περὶ ταύτης ἐπήγγελτο τῆς κάτω καὶ τῆς αἰσθητῆς· ἕτερον δὲ ὅτι προεδρείαν ζητοῦντες ἤδη, καὶ τιμὰς τὰς ἀνωτάτω, καὶ τῶν ἑτέρων βουλόμενοι λαμπρότεροι φανῆναι καὶ περιφανέστεροι, οὐδὲ ἐν καιρῷ ταῦτα ζητοῦσιν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀκαίρως. ὁ γὰρ καιρὸς ἐκεῖνος οὐχὶ στεφάνων, οὐδὲ ἐπάθλων, D ἀλλ' ἀγωνισμάτων, καὶ παλαισμάτων, καὶ πόνων, καὶ ἱδρώτων, καὶ σκαμμάτων, καὶ πολέμων. ὃ οὖν λέγει τοιοῦτόν ἐστιν, οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε, περὶ τούτων μοι διαλεγόμενοι, οὐδέπω καμόντες, οὐδὲ ἀποδυσάμενοι πρὸς τοὺς ἀγῶνας, ἔτι τῆς οἰκουμένης ἀδιορθώτου μενούσης, τῆς ἀσεβείας ἐπικρατούσης, τῶν ἀνθρώπων ἁπάντων ἀπολωλότων. οὐδέπω τῆς βαλβῖδος ἐξεπηδήσατε· οὐδέπω πρὸς τὰ παλαίσματα ἀπεδύσασθε. δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον, ὃ ἐγὼ μέλλω πίνειν, καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι βαπτισθῆναι; ποτήριον ἐνταῦθα καὶ βάπτισμα καλῶν τὸν E σταυρὸν τὸν ἑαυτοῦ, καὶ τὸν θάνατον· ποτήριον μὲν, ἐπειδὴ μεθ' ἡδονῆς αὐτὸν [c] ἐπήει, βάπτισμα δὲ, ὅτι δι' αὐτοῦ τὴν οἰκουμένην ἐκάθηρεν· οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν εὐκολίαν τῆς ἀναστάσεως. ὥσπερ γὰρ ὁ βαπτιζόμενος ὕδατι, μετὰ πολλῆς ἀνίσταται τῆς εὐκολίας, οὐδὲν ὑπὸ τῆς φύσεως τῶν ὑδάτων [d] κωλυόμενος, οὕτω καὶ αὐτὸς εἰς θάνατον καταβὰς, μετὰ πλείονος ἀνέβη τῆς εὐκολίας, διὰ τοῦτο βάπτισμα αὐτὸ καλεῖ. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· δύνασθε σφαγῆναι, καὶ ἀποθανεῖν; τούτων γὰρ ὁ καιρὸς

a Unus, νομίζοντες ταύτην αἰτοῦνται τὴν αἴτησιν, ἵνα ἀπορρήξαντες.

b Quatuor MSS. οὐ στοχασμοὶ ταῦτά εἰσιν, οὐδὲ λόγοι πιθανότητος.

c Savilius & quatuor Manuscripti ἔπιε, Morel. vero, ἐπήει, recte.

d Duo MSS. κατεχόμενος, οὕτω.

νῦν,

νῶν, θανάτων, καὶ κινδύνων, καὶ πόνων. λέγουσιν ἐκεῖνοι, A δυνάμεθα, οὔτε εἰδότες τί ποτε ἦν τὸ λεγόμενον, ἀλλὰ τῇ ἐλπίδι τῆς [a] ἀπολήψεως ὑπισχνούμενοι. λέγει πρὸς αὐτούς· τὸ μὲν ποτήριον πίεσθε, καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε, τὸν θάνατον οὕτω λέγων· καὶ γὰρ Ἰάκωβος ἀπετμήθη μαχαίρᾳ, καὶ Ἰωάννης πολλάκις ἀπέθανε· τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου, καὶ ἐξ εὐωνύμων μου, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται· ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· ἀποθανεῖσθε μὲν, καὶ σφαγήσεσθε, καὶ μαρτυρίῳ τιμηθήσεσθε· τὸ μέντοι πρῶτοι γενέσθαι, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλὰ τῶν ἀγωνιζομένων λαβεῖν, διὰ πλείονος τῆς σπουδῆς, διὰ μείζονος τῆς προθυμίας. ἵνα δὲ B ὃ λέγω γένηται σαφέστερον, ὑποθώμεθα εἶναί τινα ἀγωνοθέτην· εἶτα μητέρα ἀθλητὰς ἔχουσαν δύο παῖδας, προσελθεῖν μετὰ τῶν παίδων αὐτῆς τῷ ἀγωνοθέτῃ, καὶ λέγειν· εἰπὲ ἵνα οὗτοι οἱ δύο υἱοί μου τὸν στέφανον λάβωσι· τί τοίνυν αὐτὸς ἀποκρινεῖται; τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀγωνοθέτης εἰμί· οὐ χάριτι βραβεύω, οὐδὲ ἱκετηρίᾳ καὶ δεήσει τῶν προσιόντων, ἀλλὰ τῷ τέλει τῶν πραγμάτων. τοῦτο γὰρ μάλιστα ἀγωνοθέτου, τὸ μὴ ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχε διδόναι τὰ βραβεῖα, ἀλλ' ἀνδρείαν [b] τιμῶντα. τοῦτο δὴ καὶ ὁ Χριστὸς ποιεῖ· οὐκ ἐξαίρων, φησὶ, τὰ τῆς οὐσίας οὕτως εἶπεν· ἀλλὰ τοῦτο δηλῶν, C ὅτι οὐκ αὐτοῦ μόνον ἐστὶ δοῦναι, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀγωνιζομένων λαβεῖν. εἰ γὰρ αὐτοῦ μόνον ἦν, πάντες ἂν ἄνθρωποι ἂν ἐσώθησαν, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἦλθον· εἰ αὐτοῦ μόνον ἦν, οὐκ ἂν ἐγίνοντο διάφοροι τιμαί. πάντας γὰρ αὐτὸς ἐποίησε, καὶ πάντων ὁμοίως κήδεται. ὅτι δέ εἰσι διάφοροι τιμαὶ, ἄκουε Παύλου [c] τοῦτο δηλοῦντος, καὶ λέγοντος· ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων. ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. καὶ πάλιν, εἴ τις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον χρυσὸν, D ἄργυρον, λίθους τιμίους. τὸ ποικίλον γὰρ τῆς ἀρετῆς ἐμφαίνων ὁ Παῦλος, οὕτω τὸν λόγον διεσκεύασε. ταῦτα δὲ ἔλεγε, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἔστι καθεύδοντας, καὶ ῥέγχοντας εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλὰ διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ λαβεῖν τὰ βραβεῖα ἐκεῖνα. ἐπειδὴ γὰρ διὰ τὸ πολλῆς ἀπολαύειν φιλίας καὶ παῤῥησίας, ἐνόμιζον, ὅτι καὶ τῶν ἑτέρων προτιμηθήσονται· ἵνα μὴ ταῦτα ὑποπτεύοντες ῥαθυμότεροι γένωνται, ταύτης ἀπάγων αὐτοὺς τῆς ὑπονοίας, φησίν· οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' ὑμῶν, εἰ βουληθείητε, λαβεῖν· ἵνα πλείονα ἐπι- E δείξησθε προθυμίαν, ἵνα μείζονα πόνον, ἵνα πολλὴν τὴν σπουδήν· τοῖς γὰρ ἔργοις τίθημι τοὺς στεφάνους, καὶ τοῖς πόνοις τὰς τιμὰς, καὶ τῷ ἱδρῶτι τὰ βραβεῖα· αὕτη παρ' ἐμοὶ σύστασις ἀρίστη, ἡ ἀπὸ τῶν ἔργων ἐπίδειξις.

Ὁρᾷς, πῶς οὐ μάτην ἔλεγον, ὅτι οὔτε αὐτοῦ ἐστιν, οὔτε τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ τῶν ἀγωνιζομένων, καὶ πονούντων, καὶ ταλαιπωρουμένων; διὰ δὴ τοῦτο καὶ τῇ Ἱερου-

A pus eſt, funerum, periculorum, laborum. Verum illi, *Poſſumus*, inquiunt, cum nec intelligant quid dicatur, ſed adducti ſpe impetrandi poſtulata, promittant. Ait illis, *Calicem quidem meum bibetis, & baptiſmo, quo ego baptizor baptizabimini:* mortem ſic appellans: nam & Jacobo gladio caput abſciſſum eſt, & multoties mortuus eſt Joannes. *Sedere autem ad dexteram meam, & ad ſiniſtram meam, non eſt meum dare, ſed quibus paratum eſt.* Quod autem dicit, eſt ejuſmodi. Vos quidem moriemini, occidemini, & honorem martyrii obtinebitis: veruntamen ut omnium primi ſitis, non eſt B meum dare, ſed eorum, qui decertant, accipere, ob majus ſtudium, ob majorem animi alacritatem. Ut autem quod dico manifeſtius evadat, ponamus aliquem eſſe Agonothetam; deinde matrem, cui athletæ duo ſint filii, ad Agonothetam accedere cum filiis ſuis ac dicere, Dic ut hi duo filii mei coronam accipiant: quid igitur ille reſpondebit? Hoc ipſum nimirum, Non eſt meum dare, Agonotheta ſum, qui non ad gratiam, aut ſupplicantium precibus, & prenſatione adductus, ſed operum exitu præmia diſtribuo: id enim maxime eſt Agonothetæ, ut non temere, aut quoquo mo- C do præmia largiatur, ſed honorem fortitudini deferat: id nimirum & Chriſtus facit. Non ut auferret, quæ ſunt ſubſtantiæ, ita loquutus eſt, ſed ut hoc indicaret, non ipſius eſſe ſolius dare, ſed eorum, qui decertant, accipere. Nam ſi ſolius eſſet ipſius, omnes homines ſalvi fierent, & ad agnitionem veritatis venirent: ſi ſolius eſſet ipſius, differentes honores non eſſent: omnes enim ipſe condidit, & æqualiter eſt illi cura de omnibus. Porro differentes eſſe honores ex Paulo id exponente cognoſces; D dum ait, *Alia claritas ſolis, & alia claritas lunæ, & alia claritas ſtellarum. Stella enim a ſtella differt claritate.* Et rurſus, *Si quis ſuperædificat ſupra fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretioſos.* Ut enim virtutis varietatem indicaret Paulus, ſic orationem accommodavit: & hæc dicebat, ſimul innuens non poſſe nos dormiendo vel ſtertendo in regnum cælorum introire, ſed per multas tribulationes accipienda eſſe illa præmia. Nam quia propterea quod plurimum amicitia & gratia apud ipſum valebant, cenſebant fore ut ipſos etiam honore cæteris anteferret, ne ſi hæc illis ſuſpi- E cio inſediſſet, negligentiores evaderent, ut ab hac eos opinione abduceret, dixit, *Non eſt meum dare*, ſed veſtrum, ſi velitis, accipere: ut majorem animi alacritatem exhibeatis, ut majorem laborem, ut ſtudium majus: operibus enim coronas propono, & laboribus honores, & præmia ſudori: hæc apud me commendatio valet maxime, quæ ab operum exhibitione promanat.

6. Vides me non fruſtra dixiſſe nec ipſius eſſe, nec Patris, ſed eorum, qui decertant, labores exantlant, & moleſtiis conflictantur? Propterea nimirum & Jeru-

Certantis eſt præmium mereri & accipere.

1. Cor. 15. 41.

1. Cor. 3. 12.

Luc. 13. 24.

[a] Sic Savil. & quatuor MSS. Morel. vero, ὑπολήψεως perperam.
[b] Savil. & unus, τιμῶντα, alii τιμῶντες.
[c] Alii, τοῦ δηλοῦντος καὶ ...

Luc. 13. 24. ſalem dicebat : *Quoties volui congregare filios veſtros quemadmodum gallina pullos ſuos, & noluiſtis? Ecce relinquetur domus veſtra deſerta.* Vides fieri non poſſe, ut ex illis qui otioſi ſunt, ac deſides, & ſupini jacent, ullus aliquando ſalvus fiat? Ex hoc & aliud quidpiam arcanum diſcimus, non ſatis eſſe martyrium ad ſupremum honorem & altiſſimæ ſedis conciliandam prærogativam. Ecce namque prædixit iſtis fore quidem, ut martyrium paterentur, nec idcirco tamen omnino primos honores conſequerentur : quippe cum eſſent nonnulli, qui majora poſſent a ſe patrata oſtendere : id quod indicans dicebat : *Calicem quidem meum bibetis, & baptiſmo, quo ego baptizor, baptizabimini : ſedere autem ad dexteram, & ad ſiniſtram, non eſt meum dare.* Non quod ſedeat, ſed hoc idem valet, quod majorem conſequi honorem, primas partes obtinere, ſuperiorem omnibus fieri : dixit igitur ſedere ad dexteram & ad ſiniſtram, ut eorum opinioni ſe accommodaret : illi enim primas partes appetebant, & ut cæteris omnibus majores apparerent. Hoc igitur ipſum inquit, ut vos cæteris majores appareatis, omnibuſque ſublimiores, hac una re non poteſtis acquirere : nam mortem quidem oppetetis, ut autem ſupremum honorem obtineatis, non eſt meum concedere, ſed quibus paratum eſt. Et quibuſnam quæſo paratum eſt? videamus, quinam illi ſint beati ac ter beati, quique ſplendidas illas coronas conſequuntur. Quinam igitur illi ſunt, & quas ob res geſtas adeo ſplendide coronantur? Audi quid dicat : Poſtquam enim decem indignati ſunt de duobus, quod ſcilicet cum a cœtu ſe disjunxiſſent, de transferendo in ſe ſupremo honore deliberarent, vide quomodo & illorum paſſionem corrigat, & iſtorum : vocatis enim illis ad ſe ſic ait : *Principes gentium dominantur eorum, & qui magni ſunt, poteſtatem exercent in eos : apud vos autem non ita erit : ſed quicumque voluerit inter vos primus eſſe, fiat omnium ultimus.* Perſpicis hoc illos voluiſſe, ut primi, majores & ſuperiores evaderent, atque ut ita dicam ipſorum principes? Propterea nempe adverſus hoc inſiſtens & eorum arcana in medium proferens dixit, *Qui voluerit inter vos primus eſſe, ſit omnium miniſter.* Si primum conſeſſum appetitis, inquit, & ſummum honorem, ultimum perſequimini locum, & ut omnium ſitis viliſſimi, omnium humillimi, omnium minimi, voſque omnium poſtremos collocetis : hæc enim virtus honorem illum largitur, neque longe abeſt exemplum, quod & multum excedit. *Non enim venit filius hominis, ut miniſtraretur ei, ſed ut miniſtraret, & daret animam ſuam, redemtionem pro multis.* Ut intelligatis iſtud eſſe quod claros reddit & illuſtres, videte, inquit, quomodo res mihi ſucceſſerint, qui neque honore, neque gloria indigeo : nihilominus tamen hac ratione bo-

A σαλὴμ ἔλεγε· ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα ὑμῶν, ὃν τρόπον ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. ὁρᾷς [a] ὅτι τῶν ῥαθυμούντων, καὶ ἀναπεπτωκότων, καὶ ὑπτίων κειμένων, οὐκ ἔνι τινὰ σωθῆναι ποτέ; ἐκ τούτου καὶ ἕτερόν τι μανθάνομεν ἀπόρρητον, ὅτι οὐκ ἀρκεῖ οὐδὲ μαρτύριον τὴν ἀνωτάτω δοῦναι τιμὴν, καὶ τὴν ὑψηλοτάτην προεδρείαν. ἰδοὺ γοῦν τούτοις προεῖπεν, ὅτι μαρτυρήσουσι μὲν, οὐ πάντως δὲ τῶν πρωτείων τεύξονται. εἰσὶ γάρ τινες οἱ καὶ μείζονα δυνάμενοι ἐπιδείξασθαι. καὶ B τοῦτο δηλῶν ἔλεγε· τὸ μὲν ποτήριόν μου πίεσθε, καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι βαπτισθήσεσθε· τὸ δὲ ἐκ δεξιῶν καθίσαι, καὶ ἐξ εὐωνύμων, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι. οὐχ ὅτι καθίζει· ἀλλὰ τὸ μείζονος ἀπολαῦσαι τιμῆς, τὸ τῶν πρωτείων ἐπιτυχεῖν, τὸ ἀνωτέρω πάντων γενέσθαι τοῦτό ἐστι φησίν. τὸ τοίνυν καθίσαι ἐκ δεξιῶν, καὶ ἐξ εὐωνύμων [b] συγκαταβαίνων αὐτοῖς ἐπὶ τῇ ὑπονοίᾳ. ἐκεῖνοι γὰρ [b] τὰ πρωτεῖα ἐζήτουν, καὶ τὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων μείζους φανῆναι. τοῦτο οὖν αὐτό φησι· τὸ τῶν ἄλλων ὑμᾶς μείζους C φανῆναι, καὶ πάντων ἀνωτέρους, οὐκ ἔστιν ἀπὸ τούτου μόνου λαβεῖν. ἀποθανεῖσθε μὲν γάρ· τὸ δὲ τῆς ἀνωτάτω τιμῆς ἀπολαῦσαι οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' ἐκείνοις οἷς ἡτοίμασται. καὶ τίσιν ἡτοίμασται, εἰπέ μοι; ἴδωμεν τίνες οὗτοι οἱ μακάριοι, καὶ τρισμακάριοι, καὶ τῶν λαμπρῶν ἐκείνων ἀπολαύοντες στεφάνων. τίνες οὖν εἰσιν οὗτοι, καὶ τί ποιήσαντες οὕτω στεφανοῦνται λαμπροί; ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος· ἐπειδὴ γὰρ ἠγανάκτησαν οἱ δέκα περὶ τῶν δύο, ὅτι δὴ ἀπορραγέντες τοῦ χοροῦ, τὴν ἀνωτάτω τιμὴν εἰς ἑαυτοὺς περιστῆσαι ἐβούλοντο, ὅρα πῶς καὶ ἐκείνων διορθοῦται τὸ πάθος, καὶ τούτων. καD λέσας γὰρ αὐτοὺς, φησίν· οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν, κατακυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ μεγάλοι αὐτῶν κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν. παρὰ δὲ ὑμῖν, οὐκ ἔσται οὕτως, ἀλλ' ὁ θέλων ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, γενέσθω πάντων ἔσχατος. ὁρᾷς ὅτι τοῦτο ἐβούλοντο, τὸ πρῶτοι γενέσθαι καὶ μείζους, καὶ ἀνώτεροι, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ἄρχοντες αὐτῶν; διὰ δὴ τοῦτο πρὸς τοῦτο ἱστάμενος, καὶ τὰ ἀπόρρητα αὐτῶν εἰς μέσον ἐξάγων ἔλεγεν· ὁ θέλων ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔστω πάντων διάκονος. εἰ προεδρείας ἐρᾶτε, φησὶ, E καὶ τῆς ἀνωτάτω τιμῆς, τὰ ἔσχατα διώκετε, τὸ πάντων εὐτελέστεροι εἶναι, τὸ πάντων ταπεινότεροι, τὸ πάντων μικρότεροι τὸ μετὰ τοὺς ἄλλους ἑαυτοὺς τάττειν. αὕτη γὰρ ἡ ἀρετὴ ἐκείνην δίδωσι τὴν τιμὴν, καὶ τὸ παράδειγμα [c] ἐγγύθεν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας. οὐ γὰρ ἦλθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν. ὅτι γὰρ τοῦτο ποιεῖ λαμπροὺς, καὶ ἐπισήμους, ὁρᾶτε ἐπ' ἐμοὶ, φησὶ, τὸ πρᾶγμα συμβαῖνον, τῷ μὴ δεομένῳ τιμῆς, μηδὲ δόξης. ἀλλ' ὅμως καὶ ἐγὼ τὰ μυρία ἀγαθὰ

[a] Savil. & tres MSS. ὅτι τοὺς ῥαθυμοῦντας καὶ ἀναπεπτωκότας καὶ ὑπτίους κειμένους οὐκ ἔνι σωθῆναι.

[b] Sic Savil. & maxima pars MSS. Morel. vero, τὰ πρωτεῖα.

[c] Alii, ἐκεῖθεν. Mox quidam habent, ἐπ' ἐμοῦ.

διὰ τούτου κατορθῶ. πρὶν ἢ μὲν γὰρ λαβεῖν αὐτὸν τὴν σάρκα, καὶ ταπεινῶσαι ἑαυτὸν, πάντα ἀπολώλει, καὶ διέφθαρτο. ἐπειδὴ δὲ καὶ ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, πάντα εἰς ὕψος ἀνήγαγε, κατάραν ἠφάνισε, θάνατον ἔσβεσε, παράδεισον ἤνοιξεν, ἁμαρτίαν ἐνέκρωσεν, οὐρανοῦ ἁψῖδας ἀνεπέτασε, τὴν ἀπαρχὴν ἡμῶν εἰς οὐρανὸν ἀνήγαγε, τὴν οἰκουμένην εὐσεβείας ἐπλήρωσε, τὴν πλάνην ἀπήλασε, τὴν ἀλήθειαν ἐπανήγαγε, τὴν ἀπαρχὴν ἡμῶν εἰς θρόνον ἀνεβίβασε βασιλικὸν, τὰ μυρία ἀγαθὰ εἰργάσατο, ἃ μήτε ἐγὼ, μήτε πάντες ἄνθρωποι δυνήσαιντ᾽ ἂν τῷ λόγῳ παραστῆσαι. καὶ πρὶν ἢ μὲν ταπεινῶσαι ἑαυτὸν, ἄγγελοι μόνον αὐτὸν ἐγίνωσκον· ἐπειδὴ δὲ ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, ἅπασα ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις ἐπέγνω αὐτόν. ὁρᾷς πῶς ἡ ταπείνωσις οὐκ ἐλάττωσιν εἰργάσατο, ἀλλὰ μυρία κέρδη, μυρία κατορθώματα, καὶ μεῖζον αὐτοῦ τὴν δόξαν διαλάμψαι ἐποίησεν. εἰ δὲ ἐπὶ τοῦ θεοῦ, τοῦ ἀνενδεοῦς, καὶ μηδενὸς προσδεομένου, [a] τὸ ταπεινωθῆναι τοσοῦτον ἀγαθὸν, καὶ πλείους αὐτῷ τοὺς οἰκέτας προσήγαγε, καὶ τὴν βασιλείαν ἐπέτεινε, τί δέδοικας αὐτὸς, μὴ ἀπὸ τοῦ ταπεινωθῆναι ἐλαττωθῇς; τότε ὑψηλότερος ἔσῃ, τότε μέγας, τότε λαμπρὸς, τότε περιφανὴς, ὅταν σεαυτὸν ἐξευτελίσῃς· ὅταν μὴ τῶν πρωτείων ἐρᾷς· ὅταν ἐλαττωθῆναι καταδέξῃ, καὶ σφαγῆναι, καὶ κινδυνεῦσαι· ὅταν τὴν διακονίαν τῶν πολλῶν μεταδιώξῃς, καὶ τὴν θεραπείαν, καὶ τὴν κηδεμονίαν, καὶ ὑπὲρ τούτου πάντα καὶ ποιῆσαι, καὶ παθεῖν ᾖς παρεσκευασμένος. ταῦτα οὖν ἐννοοῦντες, ἀγαπητοὶ, διώκωμεν ταπεινοφροσύνην [b] μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας, καὶ ὅταν ὑβριζώμεθα, καὶ καταπτυώμεθα, καὶ τὰ ἔσχατα πάντα ὑπομένωμεν καὶ ἀτιμαζώμεθα, καὶ καταφρονώμεθα, πάντα μεθ᾽ ἡδονῆς φέρωμεν. οὐδὲν γὰρ οὕτω ποιεῖν ὕψος εἴωθε, καὶ δόξαν, καὶ τιμὴν, καὶ μέγαν δεικνύναι, ὡς ἡ τῆς ταπεινοφροσύνης ἀρετή. ἧς γένοιτο μετὰ ἀκριβείας κατορθοῦντας ἡμᾶς τῶν ἐπηγγελμένων τυχεῖν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ᾽ οὗ δόξα καὶ τιμὴ καὶ προσκύνησις τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A na innumera ſunt a me perfecta. Antequam enim carnem aſſumſiſſet ille, ac ſe ipſum abjeciſſet, perierant omnia, & de omnibus actum erat: poſtquam autem ſeipſum dejecit, omnes in altum evexit, maledictum delevit, mortem exſtinxit, paradiſum aperuit, peccatum mortuum reddidit, cælorum fornices reſeravit, primitias noſtras in cælum ſuſtulit, orbem terrarum pietate complevit, errorem abegit, veritatem reduxit, primitias noſtras regium in thronum ſubvexit, innumera bona præſtitit: quæ neque ego, neque mortales omnes poſſent oratione complecti. B Ac prius quidem, quam ſe humiliaſſet, angeli tantum ipſum noverant: poſtquam autem ſeipſum humiliavit, omnis cum natura agnovit humana. Vides quo pacto quod ſe humiliaverit, nihilo minor ſit redditus, ſed innumera inde lucra, innumera recte facta promanarint, ejuſque gloria clarius idcirco eluxerit. Quod ſi in Deo, qui bonis omnibus affluit, nec ulla re indiget, quod ſeipſum humiliaverit, tantum id boni peperit, plureſque famulos illi conciliavit, ac regnum dilatavit, quid tu vereris, ne cum te humiliaveris, minor fias? tum C ſublimior eris, tum magnus, tum clarus, tum illuſtris, cum teipſum floccifeceris, cum primas partes non appetiveris, ſed inferiores ferre & occidi, & in periculis verſari, contentus fueris, cum miniſterium pleriſque, obſequium, & curam ſtudueris exhibere, atque hujus rei cauſa quidvis agere patique paratus fueris. His igitur conſideratis, dilectiſſimi, humilitatem ſummo ſtudio ſectemur, & cum affecti contumelia fuerimus, cum deſpecti, cum extrema cuncta perpeſſi, cum neglecti, ac ludibrio habiti, cum voluptate perferamus: D nihil enim ſic in altum tollere, gloriam & honorem conciliare, atque efficere ut magnus videare, conſuevit, ut virtus humilitatis. Cujus nobis eximium ſpecimen exhibentibus promiſſa conſequi bona contingat, gratia & benignitate domini noſtri Jeſu Chriſti, cum quo gloria, honor, & adoratio Patri, & Spiritui ſancto nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum, Amen.

[a] Savil. & quatuor MSS. τὸ ταπεινωθῆναι τοσούτων γέγονεν ἀγαθῶν πρόξενον, καὶ πλείους, &c. Infra alii, τότε ὑψηλὸς ἔσῃ.

[b] Savil. in textu, μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας, in marg. τῆς προθυμίας, atque ita Morel. & omnes MSS. uno excepto, qui habet, μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς.

IN DUAS SEQUENTES DE CHRISTI PRECIBUS HOMILIAS

MONITUM.

Ut duas ſequentes de Chriſti precibus Conciones, in prius editis longo intervallo diſſitas, ſimul ponamus, ſubnectamuſque aliis contra Anomæos Homiliis, cum argumenti tum temporis ratio ſuadet. In utraque enim agitur de Chriſti precibus ad Patrem emiſſis; unde inferebant Hæretici Anomæi atque Judæi, non paternæ parem poteſtatem Chriſti; nec eamdem, ſed diſſimilem ſubſtantiam eſſe, quod argumentum ad ſeriem illarum, quas contra Anomæos vertente anno 386. & ineunte 387. habuit, concertationum pertinet. Eodem vero circiter tempore habitas non obſcure ſignificat Chryſoſtomus in ſecunda, num. 2. ubi controverſias de gloria Unigeniti, ſic appellare ſolet ille diſputationes contra Anomæos, tunc viguiſſe innuit. In eadem porro Concione, prioris de Lazaro quatriduano, ſive de Chriſti precibus circa Lazarum quatriduanum, quaſi haud ita pridem habitæ mentionem non ſemel facit.

Verum circa priorem, quæ eſt de Lazaro quatriduano, non ſpernendam nobis movet quæſtionem Haleſius in notis Savilianis, ubi ſic legitur: Orationem hanc ex bibliotheca Regia Lutetiæ deſcriptam emendavimus ex Mſ. in bibliotheca Auguſtana. Haleſio non videtur γνησία. Stylus certe, inquit ille, non abhorret multum: at tractandi ratio, ſimul & inventionis modus Johannem noſtrum non ſapiunt. Ratio quam reddit cur Chriſtus Lazarum nominatim compellarit, apoſtrophe ad infernum & ejuſdem proſopopœia νεανικωτέραν olent audaciam alicujus ingenii recentioris monetæ, non autem illam Johannis ſoliditatem. Referri certe debuit inter ἀμφιβαλλόμενα, aut etiam νοθευόμενα. Sed neſcio quomodo factum eſt, ut, nobis aliud agentibus, in numerum irrepſerit τῶν γνησίων καὶ ἀκιβδήλων. *Hæc Haleſius qui ſi animadvertiſſet, hanc Concionem, diſerte memorari in ea, quæ de Chriſti precibus inſcribitur, in quam nulla νοθείας ſuſpicio cadere poteſt, a tam gravi forte ſententia abſtinuiſſet. Verum quia in Editione Saviliana prior* de Lazaro, *a poſteriore* de Chriſti precibus, *longo intervallo ſeparata jacet, non advertit Haleſius Chryſoſtomum ipſum prioris de Lazaro in hac poſteriore γνησιότητα confirmare. Nam ſic habet num.* 2. Scitis ergo ac meminiſtis, nuper nos de Unigeniti gloria differentes .... atque illas quidem cauſas ſatis tum perſequuti ſumus, & illius, quam pro Lazaro, & alterius, quam in cruce obtulit, orationis memoriam refricuimus, & oſtendimus, hanc quidem ideo fuſam eſſe, ut diſpenſationis in carne fides adſtrueretur, illam vero, ut auditorum imbecillitati conſuleret, cum ipſe nequaquam auxilio indigeret. Porro multa facta etiam ab eo fuiſſe, ut humilitatem illos doceret, audi quæ probent. Aquam miſit in pelvim *&c. Quæ omnia in Concione de Lazaro quatriduano perſpicue narrantur. Et num.* 3. Atque ut intelligatis attemperationis eſſe orationem: principio quidem jam ex iis, quæ circa Lazarum acciderunt demonſtravimus .... Et cauſam tum diximus, quod imbecillitati adſtantium vellet conſulere: quam cauſam etiam dixit ipſe, cum aperte illud addidit: *propter turbam, quæ circumſtat dixi*, & non jam orationem, ſed vocem mortuum excitaſſe, ſatis tum demonſtravimus. *Hæc porro confer cum iis, quæ in Homilia de Lazaro dicit num.* 3. *& ſtatim comperies hanc ipſam Homiliam a Chryſoſtomo, quaſi nuper habitam memorari. Ut vero cæteris occurramus ab Haleſio objectis argumentis: conſideres velim Orationem de Lazaro quatriduano αὐτοσχεδίασμα eſſe Chryſoſtomi. Nam cum ex lectione Evangelii de Lazaro quatriduano, tunc in cœtu Eccleſiæ peracta, Anomœi & Judæi, ut ipſe initio dicit, contradictionis anſam arriperent dicerentque non parem eſſe Patri eum, qui Patrem precaretur, ex tempore Chryſoſtomus hanc Orationem habuit; ubi mira ſolitaque vi ratiociniorum, adverſæ partis argumenta depellit: ac licet Oratio non aſſueta troporum ornamenta præ ſe ferat, quia nimirum id rerum conditio non poſtulabat, attamen ſtylus, neque ipſo penitus diffitente Haleſio, Chryſoſtomum omnino ſapit.*

Sed pergit Haleſius, Ratio quam reddit cur Chriſtus Lazarum nominatim compellet, apoſtrophe ad infernum & ejuſdem proſopopœia νεανικωτέραν olent audaciam alicujus ingenii recentioris monetæ, non autem illam Johannis ſoliditatem. *Ratio autem illa, quam Chryſoſtomus affert, cur Chriſtus Lazarum nominatim compellaverit*, Lazare veni foras, *hujuſmodi eſt:* Ne ſi abſolutam vocem ad mortuos direxiſſet, omnes, qui in ſepulcris erant, excitaret. *Id eſt, ſi dixiſſet tantum*, Veni foras, *cum hæc vox non magis Lazarum, quam alium quempiam evocaret, omnes omnino mortui reſurrecturi erant, tanta nempe erat Chriſti potentia. De ratiocinii hujuſmodi ἀκριβείᾳ non diſputabo; ſed libere dicam: ſi ex hujuſmodi ratiociniis νοθείας ſententia ferenda ſit, quamplurimæ aliæ Chryſoſtomi Homiliæ, quas tamen certo conſtat illum edidiſſe, ex genuinarum ſerie expungendæ erunt. Quod pari ratione dicas* de apoſtrophe ad infernum & de proſopopœia, *quæ ſic habet:* Quando fiebat oratio, non reſurrexit mortuus: ſed quando dixit, *Lazare veni foras*, tunc mortuus reſurrexit. O mortis tyrannidem! O tyrannidem virtutis illius, quæ animam illam detinebat! O inferne! facta eſt oratio, & mortuum non dimittis? Nequaquam, inquit, Qua de cauſa? quia non juſſus ſum dimittere &c. *Quot exſtant apud Chryſoſtomum apoſtrophæ & proſopopœiæ hujuſmodi? Si advertiſſet Haleſius hanc Homiliam in alia, quam Chryſoſtomi eſſe nemo dubitare poteſt, perſpicue memorari, certum habeo ipſum nec apoſtrophen, nec proſopopæiam illam ut νοθείας argumentum allaturum fuiſſe. Quare Frontonis Ducæi exemplum ſequuti, illam inter genuina Opera edere nihil cunctati ſumus, ipſique, ut ſupra dictum eſt, alteram de Chriſti precibus ſubnectimus, non modo quia id argumenti temporiſque ratio poſtulat, ſed etiam quia poſterior prioris γνησιότητα aſſerit & confirmat.*

Utriuſque vero eam interpretationem edimus, quam concinnavit Fronto Ducæus.

A

ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΕΤΡΑΗΜΕΡΟΝ ΛΑΖΑΡΟΝ.

Σήμερον ἐκ νεκρῶν ἐγειρόμενος ὁ Λάζαρος πολλῶν καὶ διαφόρων σκανδάλων τὴν λύσιν ἡμῖν χαρίζεται. καὶ γὰρ οὐκ οἶδ᾽ ὅπως τὸ ἀνάγνωσμα τοῦτο καὶ τοῖς αἱρετικοῖς δέδωκε [a] λαβὴν, καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἀντιλογίας ἀφορμὴν οὐκ ἐξ ἀληθείας, μὴ γένοιτο, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς ἐκείνων κακοτέχνου ψυχῆς. πολλοὶ μὲν γὰρ τῶν αἱρετικῶν λέγουσιν, ὅτι οὐχ ὅμοιος ὁ υἱὸς τῷ πατρί. διὰ τί; ὅτι ἐδεήθη, φησὶ, προσευχῆς ὁ Χριστὸς εἰς τὸ ἐγεῖραι τὸν Λάζαρον. εἰ μὴ γὰρ προσηύξατο, οὐκ ἂν ἤγειρε τὸν Λάζαρον. καὶ πῶς ἔσται, φησὶν, ὅμοιος ὁ προσευξάμενος τῷ δεξαμένῳ τὴν ἱκεσίαν; ὁ μὲν γὰρ προσεύχεται, ὁ δὲ τὴν προσευχὴν παρὰ τοῦ ἱκετεύοντος ἐδέξατο. βλασφημοῦσι δὲ μὴ νοοῦντες ὅπως συγκαταβάσεως ἦν, καὶ τῆς τῶν παρόντων ἕνεκα ἀσθενείας ἡ προσευχή. ἐπεὶ, εἰπέ μοι, τίς μείζων, ὁ νίπτων τοὺς πόδας, ἢ ἐκεῖνος, οὗ νίπτει τοὺς πόδας; πάντως ὅτι ἐκεῖνος μείζων, οὗ ἔνιψε τοὺς πόδας, ὁ νίπτων. ἀλλ᾽ ὁ σωτὴρ ἔνιψε τοὺς πόδας τοῦ προδότου Ἰούδα, μετὰ γὰρ τῶν μαθητῶν ἦν. τίς ἄρα μείζων; ὁ προδότης Ἰούδας τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, ἐπειδὴ ὁ Χριστὸς ἔνιψε τοὺς πόδας αὐτοῦ; μὴ γένοιτο. τί δὲ ταπεινότερόν ἐστι, τὸ νίψαι τοὺς πόδας, ἢ τὸ προσεύξασθαι; πάντως ὅτι τὸ νίψαι τοὺς πόδας. ὁ οὖν τὸ ταπεινότερον μὴ παραιτησάμενος ποιῆσαι, πῶς τὸ ὑψηλότερον παρῃτήσατο ἂν ποιῆσαι; ἀλλὰ πάντα διὰ τὴν τῶν παρόντων ἀσθένειαν ἐγίνετο Ἰουδαίων, ὡς προϊὼν ὁ λόγος ἀποδείξει. ἀλλὰ καὶ Ἰουδαῖοι λαβόντες ἐντεῦθεν ἀντιλογίας ἀφορμὴν, λέγουσι· πῶς τοῦτον οἱ Χριστιανοὶ θεὸν ἔχουσι, τὸν καὶ τὸν τόπον ἀγνοήσαντα, ἔνθα τεθνηκὼς κατέκειτο Λάζαρος; ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγεν ὁ σωτὴρ ταῖς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν ἀδελφαῖς Λαζάρου, Ποῦ τεθείκατε αὐτόν; εἶδες, φησιν, ἄγνοιαν; εἶδες ἀσθένειαν; ὁ καὶ τὸν τόπον ἀγνοήσας, οὗτος θεός; ἀλλ᾽ ἐρῶ πρὸς αὐτοὺς, οὐχ οὕτως ἔχων, ἀλλὰ τὴν ἀντίθεσιν αὐτῶν καταισχῦναι βουλόμενος. ἠγνόησε, λέγεις, ὁ Χριστὸς, ὦ Ἰουδαῖε, διὰ τὸ εἰπεῖν, ποῦ τεθείκατε αὐτόν; οὐκοῦν καὶ ὁ πατὴρ ἠγνόησεν ἐν τῷ παραδείσῳ, ποῦ κέκρυπτο ὁ Ἀδάμ. περιήρχετο γὰρ ὡς ἐπιζητῶν αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ, λέγων· Ἀδὰμ, ποῦ εἶ; ἀντὶ τοῦ, ποῦ ἐκρύβης; διὰ τί τὸ πρότερον οὐκ εἶπε τὸν τόπον, ὅθεν μετὰ παρρησίας ὡμίλει τῷ θεῷ ὁ Ἀδάμ; Ἀδὰμ, ποῦ εἶ; κἀκεῖνος τί; Τῆς φωνῆς σου ἤκουσα περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ ἐφοβήθην, ὅτι γυμνός εἰμι, καὶ ἐκρύβην. εἰ ταύτην, ὦ Ἰουδαῖε, ἄγνοιαν καλεῖς, κἀκείνην κάλεσον ἄγνοιαν. ἔλεγε γὰρ ὁ Χριστὸς ταῖς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν, ποῦ τεθείκατε αὐτόν; ταύτην οὖν ἄγνοιαν καλεῖς; τί οὖν λέγεις, ὅταν ἀκούσῃς τοῦ θεοῦ λέγοντος τῷ Κάϊν, Ποῦ Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; [b] τί λέγεις; εἰ ταύτην ἄγνοιαν καλεῖς, κἀκεί-

Collata cum Mss. Regiis 2032. & 2447.

[a] Alii, βλάβην.

IN QUATRIDUANUM LAZARUM. *Joan. 11.*

[De Christi precibus contra Anomœos. IX.]

1. HODIERNO die suscitatus a mortuis Lazarus, multorum nobis variorumque scandalorum dissolutionem impertit. Hæc enim lectio nescio quo pacto hæreticis ansam, & Judæis contradictionis occasionem dedit : non ex rei veritate, absit, sed ob malitiosum illorum animum. Siquidem multi ex hæreticis dicunt similem Patri non esse Filium : quid ita? quoniam indiguit precibus, inquiunt, Christus ad excitandum a mortuis Lazarum : B nisi enim precatus esset, Lazarum non excitasset. Et qui fieri poterit, ut is qui precatus est, sit similis ei, qui supplicationem admisit? Nam hic quidem precatur, ille vero preces supplicantis admisit. Blasphemant autem, quod non intelligant condescensionis gratia preces, & propter adstantium imbecillitatem fusas esse. Alioqui, dic quæso, quis major est, qui lavat pedes, an ille cujus pedes lavat? omnino illum majorem esse dices, cujus pedes lavit is, qui lavabat. Atqui Judæ proditoris C pedes lavit Salvator : siquidem cum discipulis erat : quis ergo major? num Christo Domino proditor Judas, quandoquidem ejus pedes lavit Christus? absit. Utrum vero humilius lavare pedes, an precari? haud dubium quin pedes lavare. Qui ergo quod erat humilius facere non recusavit, quomodo facere quod erat sublimius recusaret? Sed omnia propter adstantium Judæorum imbecillitatem fiebant, ut ex progressu sermonis apparebit. Quinetiam Judæi contradictionis inde occasionem arripientes dicunt : Qui fit, ut eum Christiani D Deum habeant, qui locum ubi mortuus jacebat Lazarus ignorabat? quandoquidem sororibus Lazari Marthæ & Mariæ Salvator dicebat, *Ubi posuistis eum?* Vides, inquit, ignorantiam? Vides imbecillitatem? illene qui etiam locum ignoravit, est Deus? At ego sic eos alloquar, non quod ita sentiam, sed ut eorum objectionem ignominiose rejiciam. Ignoravit, ais, Christus, ô Judæe, quia dixit, *Ubi posuistis eum?* Itaque ignoravit etiam in paradiso Pater, ubi absconditus esset Adam. Circuibat enim quasi eum in paradiso quærens, ac dicens : *Adam ubi es?* quasi di- E ceret, ubi absconditus es? Quare non prius locum dixit, ex quo cum fiducia cum Deo colloquebatur Adam? *Adam ubi es?* Ille vero quid? *Vocem tuam audivi in paradiso ambulantis, & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me.* Si hanc ô Judæe vocas ignorantiam, illam quoque ignorantiam voca. Dicebat enim Christus Marthæ & Mariæ, *ubi posuistis eum?* Hanc igitur ignorantiam vocas? Quid ergo dices, cum audieris Deum Caino dicentem, *Ubi est Abel frater tuus?* Quid ais? Si hanc ignorantiam vocas, illam quoque

Joan. 13. 5. Christus Judæ pedes lavit.

Joan. 11. 34.

Probatur Christum non ignorasse ubi esset Lazarus.

Gen. 3. 9.

Gen. 4. 9.

[b] τί λέγεις; deest in duobus Mss. Savil. in marg. & Morel. habent.

ignorantiam voca. Accipe alteram etiam ex Scriptura sacra demonstrationem. Dixit Deus Abrahæ, *Clamor Sodomorum & Gomorrhæ venit ad me. Descendens igitur videbo, si secundum clamorem eorum qui venit ad me, consummantur: sin autem non, ut sciam.* Qui novit omnia, antequam fiant, qui corda & renes scrutatur Deus, qui novit cogitationes hominum solus dicebat, *Descendens igitur videbo, si secundum clamorem eorum, qui venit ad me, consummantur: sin autem non, ut sciam.* Si illud est ignorantiæ, hoc quoque erit ignorare. Atqui neque secundum vetus testamentum Pater ignorat, neque secundum novum testamentum Filius. Quid est igitur illud, *Descendens videbo, si secundum clamorem eorum, qui venit ad me, consummantur: sin autem non, ut sciam?* Rumor, inquit, ad me pervenit: sed accuratius volo rursus reipsa experimentum capere: non quod ignorem ego, sed homines a me doceri velim, ut ne temere fidem verbis adhibeant, neque, si quis adversus alterum quidpiam dicat, facile credendum esse, verum ubi prius ipsi diligenter palpaverint, & rem ipsam experimento didicerint, tum demum esse credendum. Atque hac de causa in alio Scripturæ loco dicebat: *Nolite credere omni verbo.* Nihil enim ita vitam hominum evertit & pessumdat, ac si quis statim iis, quæ passim dicuntur, fidem habeat. Hoc etiam Propheta David prophetans dicebat: *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar.*

Gen. 18. 20.

Psal. 93. 11.

Eccl. 19. 16.

Non facile credendum.

Psal. 100. 6.

2. Vides quo pacto nulla acciderit ignorantia Salvatori, cum dixit, *Ubi posuistis eum?* sicut neque Patri cum dixit Adamo, *ubi es?* vel Cain, *ubi est Abel frater tuus?* vel, *Descendens videbo, si secundum clamorem eorum, qui venit ad me, consummantur: sin autem non, ut sciam.* Jam ergo tempus est ut cum iis confligamus, qui Christum dicunt propter imbecillitatem orasse, cum Lazarum suscitaret. Attendite itaque dilectissimi quam diligentissime, quæso. Mortuus est igitur Lazarus, nec in illis locis erat Jesus, sed in Galilæa, dixitque discipulis suis: *Lazarus amicus noster dormit.* Illi autem putantes, quod de somno ejus loqueretur, dicunt illi: *Domine si dormit, salvus erit.* Dicit eis Jesus manifeste, *Lazarus mortuus est.* Venit deinde Salvator Jerosolymam ad locum, ubi Lazarus jacebat, & obviam prodit illi soror Lazari, & ait illi: *Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* Si fuisses hic. Infirma es mulier. Nescit nunc mulier Christum, licet corpore præsens non esset, divinitatis potentia præsentem fuisse: sed ex corporis præsentia magistri virtutem metitur. Dicit ei Martha, *Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Et nunc scio,* inquit, *quia quæcumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus.* Salvator igitur secundum hanc petitionem preces offert. Neque enim precibus indigebat Deus, ut mortuum suscitaret. Annon enim alios etiam mortuos suscitavit? quando illi occurrit qui-

Christus cur precatus fuerit.

Luc. 7. 14.

A νίω ἄγνοιαν κάλεσον. λάβε καὶ ἑτέραν ἀπόδειξιν ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς. εἶπεν ὁ θεὸς τῷ Ἀβραὰμ, κραυγὴ Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας ἥκει πρός με. καταβὰς οὖν ὄψομαι, εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν τὴν ἐρχομένην πρός με συντελοῦνται· εἰ δὲ μὴ, ἵνα γνῶ. ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, ὁ ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς ὁ θεὸς, ὁ εἰδὼς τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων μονώτατος ἔλεγε· καταβὰς οὖν ὄψομαι, εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν τὴν ἐρχομένην πρός με συντελοῦνται· εἰ δὲ μὴ, ἵνα γνῶ. εἰ ἐκεῖνο ἀγνοίας, καὶ τοῦτο ἀγνοῆσαί ἐστιν. ἀλλ' οὔτε ὁ πατὴρ κατὰ τὴν παλαιὰν διαθήκην ἠγνόησεν, οὔτε ὁ υἱὸς κατὰ τὴν καινὴν διαθήκην. τί οὖν ἐστι, καταβὰς ὄψομαι, εἰ κατὰ B τὴν κραυγὴν αὐτῶν τὴν ἐρχομένην πρός με συντελοῦνται. εἰ δὲ μὴ, ἵνα γνῶ; ἀκοὴ, φησιν, ἦλθε πρός με. ἀλλὰ θέλω πάλιν ἀκριβέστερον δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων τὴν πεῖραν λαβεῖν, οὐχ ὅτι ἐγὼ ἀγνοῶ, ἀλλ' ὅτι διδάξαι βούλομαι τοὺς ἀνθρώπους, μὴ ἁπλῶς τοῖς λόγοις προσέχειν μηδὲ, ἐὰν εἴπῃ τίς τι κατὰ τοῦ ἑτέρου, πιστεύειν εὐχερῶς· ἀλλὰ πρότερον αὐτοὺς ψηλαφήσαντας ἀκριβῶς καὶ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων τὴν πεῖραν καταμαθόντας, οὕτω πιστεύειν χρή. ὃ δὴ καὶ τοῦτο ἐν γραφῇ ἑτέρᾳ ἔλεγε, μὴ πιστεύετε παντὶ λόγῳ. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀνατρέπει τὴν ζωὴν C τῶν ἀνθρώπων, ὡς τὸ ταχέως πιστεύειν τινὰ τοῖς λογισμοῖς. τοῦτο καὶ ὁ προφήτης Δαυῒδ προφητεύων ἔλεγε, τὸν καταλαλοῦντα λάθρα τὸν πλησίον αὐτοῦ, τοῦτον ἐξεδίωκον.

Εἶδες πῶς οὐκ ἐμβέβη ἄγνοια τῷ σωτῆρι ἐν τῷ εἰπεῖν, ποῦ τεθείκατε αὐτόν, ὡς οὐδὲ τῷ πατρὶ ἐν τῷ εἰπεῖν τῷ Ἀδὰμ, ποῦ εἶ, ἢ τῷ Κάϊν, ποῦ ὁ ἀδελφός σου Ἄβελ, ἢ, καταβὰς ὄψομαι, εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν τὴν ἐρχομένην πρός με συντελοῦνται· εἰ δὲ μὴ, ἵνα γνῶ; D οὐκοῦν ὥρα δὴ λοιπὸν πρὸς ἐκείνους παραπτάξασθαι τοὺς λέγοντας, ὅτι δι' ἀσθένειαν ὁ Χριστὸς προσευξάμενος ἤγειρε τὸν Λάζαρον. προσέχετε δὴ, ἀγαπητοὶ, μετὰ πάσης ἀκριβείας, παρακαλῶ. ἐτελεύτησε τοίνυν ὁ Λάζαρος, καὶ οὐκ ἦν ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις ὁ Ἰησοῦς, ἀλλ' ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, καὶ ἔλεγε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται. ἐκεῖνοι δὲ νομίζοντες ὅτι περὶ τοῦ ὕπνου τούτου διαλέγεται, λέγουσιν αὐτῷ· κύριε, εἰ κεκοίμηται, σωθήσεται. λέγει αὐτοῖς φανερῶς ὁ Ἰησοῦς, Λάζαρος ἀπέθανεν. ἔρχεται λοιπὸν ὁ σωτὴρ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις εἰς τὸν τόπον ὅπου ὁ Λάζαρος ἔκειτο, καὶ E ἀπαντᾷ αὐτῷ ἡ ἀδελφὴ τοῦ Λαζάρου, καὶ λέγει αὐτῷ, κύριε, εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἀπέθανέ μου ὁ ἀδελφός. εἰ ἦς ὧδε. ἀσθενὴς ἡ γυνή. οὐκ ἐπίσταται νῦν ἡ γυνὴ, ὅτι καὶ μὴ παρὼν ὁ Χριστὸς σωματικῶς, παρῆν τῇ τῆς θεότητος ἐξουσίᾳ· ἀλλὰ τῇ τοῦ σώματος παρουσίᾳ ἐπιμετρεῖται τοῦ διδασκάλου τὴν δύναμιν. λέγει αὐτῷ ἡ Μάρθα, κύριε, εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἀπέθανέ μου ὁ ἀδελφός. καὶ νῦν, φησιν, οἶδα ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσῃ τὸν θεὸν, δίδωσί σοι. ὁ σωτὴρ οὖν πρὸς τὴν αἴτησιν αὐτῆς ποιεῖ τὴν προσευχήν. οὐ γὰρ προσευχῆς ἐδέετο ὁ θεὸς, ἵνα τὸν νεκρὸν ἐγείρῃ. μὴ γὰρ καὶ ἄλλους νεκροὺς οὐκ ἤγειρεν, ὅτε ὑπήντησέ τινα ἐκφερόμενον ἐν

τῇ πύλῃ νεκρὸν, μόνον ἥψατο τῆς σοροῦ, καὶ ἀνέστησε τὸν νεκρόν. μὴ προσευχῆς ἐδεήθη τότε εἰς τὸ ἐγεῖραι τὸν τεθνεῶτα; καὶ πάλιν ἄλλοτε, μόνον λόγῳ εἶπεν ἐπὶ τῆς κόρης, Ταλιθὰ κοῦμι, καὶ εὐθέως παρέδωκεν αὐτὴν τοῖς γονεῦσιν αὐτῆς ὑγιῆ. μὴ προσευχῆς ἐδεήθη τότε; καὶ τί λέγω περὶ τοῦ διδασκάλου; οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ λόγῳ μόνῳ τοὺς νεκροὺς ἤγειραν. Πέτρος τὴν Ταβιθὰν οὐ λόγῳ διήγειρε; Παῦλος οὐ διὰ τῶν ἱματίων αὐτοῦ πολλὰ σημεῖα [a] πεποίηκε; μάθε δὲ καὶ τὸ παραδοξότερον τούτων. ἡ σκιὰ τῶν ἀποστόλων νεκροὺς ἤγειρεν. ἔφερον γάρ, φησιν, ἐπὶ κραββάτων τοὺς κακῶς ἔχοντας, ἵνα κἂν ἡ σκιὰ Πέτρου ἐπισκιάζῃ τινὶ αὐτῶν, καὶ εὐθέως διηγείροντο. τί οὖν; ἡ σκιὰ τῶν μαθητῶν διήγειρε τοὺς νεκροὺς, καὶ ὁ διδάσκαλος προσευχῆς ἐδέετο, ἵνα τὸν νεκρὸν ἐγείρῃ; ἀλλὰ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς γυναικὸς ποιεῖ τὴν προσευχὴν ὁ σωτήρ. λέγει γὰρ αὐτῷ, κύριε, εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἀπέθανέ μου ὁ ἀδελφός· καὶ νῦν οἶδα, ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσῃ τὸν θεὸν, δίδωσί σοι ὁ θεός. προσευχὴν ᾔτησας, προσευχὴν δίδωμι. κεῖται ἡ πηγή. ὅπερ ἐὰν τις προσενέγκῃ ἀγγεῖον, γεμίζει αὐτό. ἐὰν ᾖ μέγα, μέγα λαμβάνει· ἐὰν ᾖ μικρὸν, μικρὸν λαμβάνει. αὕτη τοίνυν προσευχὴν ᾔτησε, καὶ δίδωσι προσευχὴν ὁ σωτήρ· ἄλλος εἶπεν, οὐκ εἰμὶ ἄξιος, ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς, ἀλλὰ μόνον, γενηθήτω σοι, εἰπὲ λόγῳ, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου· καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ σωτήρ· κατὰ τὴν πίστιν σου γενηθήτω σοι. ἄλλος εἶπε, ἐλθὲ θεράπευσόν μου τὴν θυγατέρα· καὶ εἶπεν αὐτῷ, ἀκολουθήσω σοι. πρὸς τὰς προαιρέσεις τοίνυν τῶν ἀνθρώπων καὶ ἡ θεραπεία τοῦ ἰατροῦ προσάγεται. ἄλλη πάλιν ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ λάθρα, καὶ λάθρα τὴν θεραπείαν ἐκαρπώσατο. ἕκαστος ὡς ἐπίστευε, καὶ τὴν θεραπείαν ἐλάμβανε. αὕτη λέγει, οἶδα ὅτι ὅσα αἰτήσῃ τὸν πατέρα, δίδωσί σοι ὁ πατήρ. καὶ ἐπειδὴ προσευχὴν ᾔτησεν ἡ Μάρθα, προσευχὴν δίδωσιν ὁ σωτὴρ, οὐκ αὐτὸς τῆς προσευχῆς ἐπιδεόμενος, ἀλλὰ τῇ τῆς γυναικὸς ἀσθενείᾳ συμπεριφερόμενος, καὶ ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀντίθεος, ἀλλ' ὅτι καὶ ὃ ἂν αὐτὸς ποιῇ, τοῦτο καὶ ὁ πατὴρ ποιεῖ. ἔπλασεν ὁ θεὸς ἐξ ἀρχῆς τὸν ἄνθρωπον· ἀμφοτέρων ἐγένετο τὸ πλάσμα. ποιήσωμεν γάρ, φησιν, ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. πάλιν ἠθέλησε τὸν λῃστὴν εἰς τὸν παράδεισον εἰσενεγκεῖν· καὶ εὐθέως λόγον εἶπε, καὶ τὸν λῃστὴν εἰς τὸν παράδεισον εἰσήγαγε, καὶ οὐκ ἐδεήθη προσευχῆς· καίτοιγε πάντας τοὺς μετὰ τὸν Ἀδὰμ κωλύσας ἦν ὁ Χριστὸς ἐξ ἐκείνης τῆς εἰσόδου. ἔθηκε γὰρ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν φυλάττειν τὸν παράδεισον. ἀλλ' αὐθεντίᾳ Χριστὸς τὸν παράδεισον ἠνέῳξε, καὶ τὸν λῃστὴν εἰσήγαγε· λῃστὴν, δέσποτα, εἰσάγεις εἰς τὸν παράδεισον; ὁ πατὴρ ὁ σὸς διὰ μόνην ἁμαρτίαν τὸν Ἀδὰμ ἐξήγαγεν ἐκ τοῦ παραδείσου, καὶ σὺ τὸν λῃστὴν εἰσάγεις, τὸν μυρίοις κακοῖς, καὶ μυρίαις παρανομίαις ὑπεύθυνον; καὶ ἁπλῶς οὕτω διὰ μίαν φωνὴν εἰς τὸν παράδεισον αὐτὸν εἰσάγεις; ναί. οὔτε γὰρ ἐκεῖνο χωρὶς ἐμοῦ γέγονεν, οὔτε τοῦτο χωρὶς τοῦ πατρός μου· ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἐμὸν, κἀκεῖνο τοῦ πατρός μου. ἐγὼ γὰρ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί.

A dam mortuus, qui in porta civitatis efferebatur, tantummodo loculum tetigit, & mortuum excitavit. Num precibus tum indiguit, ut excitaret defunctum? & alibi rursus tantum verbo puellam est alloquutus. *Talitha cumi*, & confestim tradidit eam parentibus suis sanam. (Marc. 5. 14.) Num precibus tum indiguit? Quid autem de magistro loquor? discipuli ejus solo verbo mortuos suscitabant. Petrus nonne Tabitham verbo excitavit? Paulus nonne suis vestibus signa multa fecit? Disce quidpiam mirabilius istis: Apostolorum umbra mortuos suscitabat. *Efferebant* enim, inquit, *in grabatis ægrotos, ut saltem umbra Petri obumbraret* (Act. 5. 15.) B *quemquam illorum, & confestim excitabantur.* Quid ergo? discipulorum umbra mortuos excitabat, & magister precibus egebat, ut mortuum excitaret? Sed propter mulieris imbecillitatem adhibet preces Salvator. Ait enim ipsi, *Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus: & nunc scio, quia quæcumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus.* Postulasti preces, do preces: Expositus est fons: quodcumque tandem vas qui attulerit, implet illud. Si magnum fuerit, magnum sumit: si exiguum, sumit exiguum. Hæc igitur preces postulavit, & Salvator preces concessit. Alius di- C xit, *Non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, Fiat tibi, & sanabitur puer meus: tum dixit ei Salvator: Secundum fidem tuam fiat tibi.* (Matth. 8. 8.) Alius dixit: *Veni, sana filiam meam:* tum ait illi, *Sequar te.* (Matth. 9. 20.) Itaque prout se habent hominum voluntates, medelam adhibet medicus. Alia rursus clam vestimenti ejus fimbriam tetigit, & clam medelam obtinuit: unusquisque prout credebat, etiam sanitatem recuperabat. Ista dicit: Scio, quia quæcumque poposceris a Patre, dabit tibi Pater, & quoniam preces postulaverat Martha, pre- D ces illi concessit Salvator, non quod ipse precibus indigeret, sed quod mulieris infirmitati morem gereret, seque Deo non adversari ostenderet, verum quidquid ipse fecerit, hoc etiam fieri a Patre. Formavit Deus hominem a principio: fuit utriusque commune figmentum. *Faciamus* enim, inquit, *hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* (Gen. 1. 26.) Rursus latronem voluit in paradisum intromittere, & confestim verbum protulit, ac latronem in paradisum introduxit, neque precibus indiguit: tametsi post Adamum omnes Dominus ab aditu illius arce- (Gen. 3. 24.) E ret. Posuit enim flammeum gladium ad custodiendum paradisum: at Christus auctoritate sua paradisum aperuit, & latronem introduxit. Latronem, Domine, in paradisum introducis? Pater tuus ob unum peccatum Adamum ejecit e paradiso, & tu latronem introducis? eum qui mille malorum, mille scelerum reus erat? & simpliciter ita propter unam vocem in paradisum eum introducis? Ego vero introduco: nam nec illud absque me factum est, neque istud absque Patre meo: sed & hoc meum est, & illud est Patris mei. *Ego enim in Patre, & pater in me.*

[a] In Codice 2032, πεποίηκε. καὶ μάθε τὸ παράδοξον τούτων. & huc desinit ille Codex. Cætera desunt.

3. Atque ut videas orationis opera non fuisse mortuum excitatum, audi orationem. Quid enim ait? *Gratias ago tibi Pater, quoniam audisti me.* Quid ergo? hæccine species est orationis? hæc forma supplicationis? *Gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem*, inquit, *sciebam, quia semper me audis.* Si ergo scis, Domine, semper audiri te a Patre, cur de iis quæ scis Patrem interpellas? Equidem scio, inquit, quia semper audit me Pater: *Sed propter populum, qui circumstat, dixi, ut cognoscant omnes, quia tu me misisti.* Num igitur propter defunctum oravit? num supplicavit, ut resurgeret Lazarus? num dixit, Pater impera morti ut obediat? num dixit, Pater impera inferno, ut portas non occludat, sed promte mortuum reddat? *Sed propter populum hunc circumstantem dixi*, inquit, *ut cognoscant omnes, quia tu me misisti.* Non ergo signum est id quod geritur, sed instructio eorum qui adsunt. Vides, quo pacto non propter mortuum fierent preces, sed propter infideles qui aderant, *Ut cognoscant*, inquit, *quia tu me misisti*: Et quo pacto fieri poterit, dicet aliquis, ut cognoscamus te ab illo missum esse? Attende quæso diligenter. Ecce, inquit, propria mea auctoritate mortuum evoco: Ecce propria potestate morti impero: Patrem voco, patrem: & Lazarum evoco e sepulcro. Si primum illud verum non est, ne hoc fiat secundum: sin autem vere Pater est pater, obediat mortuus ad eorum qui adsunt instructionem. Quid enim Christus dicebat? *Lazare veni foras.* Quando fiebat oratio, non resurrexit mortuus: sed quando dixit, *Lazare veni foras*, tunc mortuus resurrexit. O magnam mortis tyrannidem! O magnam tyrannidem virtutis illius, quæ animam illam detinebat! O inferne, facta est oratio, & mortuum non dimittis? Nequaquam, inquit. Qua de causa? quia non jussus sum dimittere. Custos sum carceris, qui reum hic detineo: nisi jussus fuerim, inquit, non dimittam. Siquidem oratio non propter me, sed propter eos qui aderant infideles, est facta. Nam ego nisi mihi fuerit imperatum, reum non dimittam. Vocem exspecto, ut animam dimittam. *Lazare veni foras.* Audivit præceptum dominicum mortuus, & confestim leges mortis violavit. Erubescant hæretici, & pereant a facie terræ. Satis enim ex ipso Scripturæ textu constat non ad mortuum suscitandum orationem esse factam, sed ut eorum, qui aderant, infidelium infirmitati consuleretur. *Lazare veni foras.* Quare vero mortuum nominatim vocavit? Quæris tu quare? Ne si absolutam vocem ad mortuos direxisset, omnes qui in sepulcris erant, excitaret, idcirco dicit, *Lazare veni foras.* Te unum coram hoc populo interim revoco, ut hac in parte specimen virtutis futurorum exhibeam. Ego enim qui unum excitavi, totum orbem terrarum excitabo. *Ego quippe sum resurrectio & vita. Lazare veni foras.* Et prodiit mortuus ligatus pedes & manus institis. O rem insolitam & mirabilem! Qui a mor-

Ob infideles adstantes oravit Christus.

A Καὶ ἵνα εἰδῇς, ὅτι οὐκ ἐγίνετο προσευχῆς ἔργον τὸ ἀναστῆναι τὸν νεκρὸν, ἄκουσον τῆς προσευχῆς. τί γάρ φησιν; εὐχαριστῶ σοι, πάτερ, ὅτι ἤκουσάς μου. τί οὖν; τοῦτο προσευχῆς εἶδός ἐστι; τοῦτο τύπος ἱκεσίας; εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἤκουσάς μου. ἐγὼ δέ, φησιν, ᾔδειν ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις. εἰ οὖν οἶδας, ὦ κύριε, ὅτι πάντοτέ σου ἀκούει ὁ πατὴρ, τί λοιπὸν περὶ ὧν οἶδας παρενοχλεῖς; ἐγὼ μέν, φησιν, οἶδα ὅτι πάντοτέ μου ἀκούει ὁ πατὴρ, ἀλλὰ διὰ τὸν περιεστῶτα ὄχλον εἶπον, ἵνα γνῶσι πάντες, ὅτι σύ με ἀπέστειλας. μήτι διὰ τὸν νεκρὸν προσηύξατο; μὴ ἱκέτευσεν ἵνα ἀναστῇ ὁ Λάζαρος; μὴ εἶπε, πάτερ, κέλευσον τὸν θάνατον ὑπακοῦσαι; μὴ εἶπε, πάτερ, κέλευσον B τῷ ᾅδῃ, μὴ τὰς πύλας ἀποκλείσῃ, ἀλλὰ προθύμως τὸν νεκρὸν ἀποδοῦναι; ἀλλὰ διὰ τὸν περιεστῶτα τοῦτον ὄχλον εἶπόν, φησιν, ἵνα γνῶσι πάντες, ὅτι σύ με ἀπέστειλας. οὐκοῦν οὐκ ἔστι τὸ γινόμενον σημεῖον, ἀλλὰ κατήχησις τῶν παρόντων. εἶδες πῶς οὐκ ἐγίνετο ἡ προσευχὴ διὰ τὸν νεκρὸν, ἀλλὰ διὰ τοὺς παρόντας ἀπίστους, ἵνα γνῶσι, φησίν, ὅτι σύ με ἀπέστειλας. καὶ πῶς ἔχομεν γνῶναι, φησιν, ὅτι αὐτός σε ἀπέστειλε; πρόσεχε, παρακαλῶ, μετὰ πάσης ἀκριβείας. ἰδού, φησι, μετὰ τῆς ἐμῆς αὐθεντίας καλῶ τὸν νεκρόν· ἰδοὺ τῇ οἰκείᾳ ἐξουσίᾳ ἐπιτάττω τῷ θανάτῳ· καλῶ τὸν πατέρα, πατέρα· καλῶ καὶ τὸν Λάζαρον ἐκ τοῦ C τάφου. εἰ οὐκ ἔστι τὸ πρῶτον ἀληθὲς, μηδὲ τοῦτο γινέσθω. εἰ δὲ ἀληθῶς ὁ πατὴρ, πατὴρ, ὑπακουέτω καὶ ὁ νεκρὸς πρὸς διδασκαλίαν τῶν παρόντων. τί γὰρ ὁ Χριστὸς ἔλεγε; Λάζαρε, δεῦρο ἔξω. ὅτε γέγονεν ἡ προσευχὴ, οὐκ ἀνέστη ὁ νεκρός· ἀλλ' ὅτε εἶπε, Λάζαρε, δεῦρο ἔξω, τότε ἀνέστη ὁ νεκρός. ὢ τυραννὶς τοῦ θανάτου· ὢ τυραννὶς τῆς δυνάμεως ἐκείνης τῆς κατεχούσης τὴν ψυχήν. ὢ ᾅδη, προσευχὴ γέγονε, καὶ οὐκ ἀπολύεις τὸν νεκρὸν, οὐχί, φησι. διὰ τί; ὅτι οὐ προσετάχθην. δέσμιός εἰμι αὐτόθι κατέχων τὸν ὑπεύθυνον· ἐὰν μὴ προσταχθῶ, φησιν, οὐκ ἀπολύω. ἡ γὰρ προσευχή, φησιν, οὐ δι' ἐμὲ γέγονεν, ἀλλὰ D διὰ τοὺς παρόντας ἀπίστους. ἐγὼ γὰρ, ἐὰν μὴ προσταχθῶ, οὐκ ἀπολύω τὸν ὑπεύθυνον. ἀναμένω τὴν φωνὴν, ἵνα ἀπολύσω τὴν ψυχήν. Λάζαρε, δεῦρο ἔξω. ἤκουσε τοῦ δεσποτικοῦ προστάγματος ὁ νεκρὸς, καὶ εὐθέως τοῦ θανάτου τοὺς νόμους παρέλυσεν. αἰσχυνέσθωσαν οἱ αἱρετικοὶ, καὶ ἀπολέσθωσαν ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς. καὶ γὰρ ἀπέδειξεν ὁ λόγος, ὅτι οὐ διὰ τὴν τοῦ νεκροῦ ἀνάστασιν γέγονεν ἡ προσευχὴ, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν τότε παρόντων ἀπίστων ἀσθένειαν· Λάζαρε, δεῦρο ἔξω, καὶ διὰ τί ὀνομαστὶ τὸν νε- E κρὸν ἐκάλεσε; διὰ τί; ἵνα μὴ τὴν φωνὴν ἀπολελυμένην εἰς τοὺς νεκροὺς ἀποτείνας, πάντας τοὺς ἐν τοῖς τάφοις ἐγείρῃ, διὰ τοῦτό φησι, Λάζαρε, δεῦρο ἔξω. σὲ μόνον ἐπὶ τοῦ παρόντος τέως ἀνακαλοῦμαι ὄχλου, ἵνα διὰ τοῦ μέρους καὶ τὴν τῶν μελλόντων ἐπιδείξω δύναμιν. ὁ γὰρ ἕνα ἐγείρας ἐγὼ, τὴν οἰκουμένην ἀνιστῶ. ἐγὼ γάρ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή. Λάζαρε, δεῦρο ἔξω. καὶ ἐξῆλθεν ὁ νεκρὸς δεδεμένος κειρίαις. ὢ τῶν παραδόξων πραγμάτων. ὁ τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν

δεσμῶν

δεσμὰ τοῦ θανάτου λύσας, ὁ τὰς πύλας τοῦ ᾅδου διαρρήξας, A ὁ πύλας χαλκᾶς καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συντρίψας, καὶ τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν δεσμῶν τοῦ θανάτου ἐλευθερώσας, οὐκ ἠδύνατο καὶ τὰς κειρίας λῦσαι τοῦ νεκροῦ; ναὶ, ἠδύνατο· ἀλλὰ κελεύει τοῖς Ἰουδαίοις λῦσαι τὰς κειρίας, ἃς αὐτοὶ πρότερον ἐνταφιάζοντες ἔσφιγξαν, ἵνα τῶν οἰκείων δεσμῶν ἐπιγνώσωσι τὰ γνωρίσματα, ἵνα τῇ πείρᾳ μάθωσιν, ἐξ ὧν ἔπραξαν, ὅτι Λάζαρός ἐστιν ὁ παρ' αὐτῶν [a] ἐνταφιασθεὶς, καὶ Χριστός ἐστιν ὁ κατ' εὐδοκίαν τοῦ πατρὸς παραγενόμενος εἰς τὸν κόσμον, ὁ ζωῆς καὶ θανάτου τὴν ἐξουσίαν ἔχων. αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος B σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

tis vinculis animam solvit, qui fores inferni perfregit, qui portas æreas & vectes ferreos contrivit, & animam a mortis vinculis liberavit, non potuit etiam institas mortui solvere? Sane potuit: sed Judæis imperat solvant institas, quas ipsi prius dum illum sepulcro conderent, strinxerant, ut suorum vinculorum indicia recognoscant, ut experimento discant, ex iis quæ ipsi præstiterint, Lazarum eum esse quem ipsi sepulcro condiderint, & Christum esse, qui secundum Patris beneplacitum in mundum advenit, qui vitæ ac necis habet potestatem. Ipsi gloria & imperium una cum Patre tuo initii experte, simulque sancto ac vivifico Spiritu tuo, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

[a] Post ἐνταφιασθεὶς, Savil. in marg. addit, καὶ ἵνα μὴ τὸ πρᾶγμα ὡς | | φάντασμα διαβάλλωσι.

ΟΤΙ ΤΟ ΜΗ ΛΕΓΕΙΝ, ΑΠΕΡ ΙΣΜΕΝ, καὶ εἰς ἑτέρους ἐκφέρειν, πενεστέρους ποιεῖ, καὶ τὴν χάριν σβέννυσι· καὶ εἰς τὰς εὐχὰς, ἃς ὁ Χριστὸς ηὔξατο, καὶ τὴν ἐξουσίαν, μεθ' ἧς ἅπαντα ἐποίει· καὶ εἰς τὴν τοῦ παλαιοῦ νόμου διόρθωσιν· καὶ ὅτι τὸ σαρκωθῆναι τὴν ἰσότητα αὐτοῦ τὴν πρὸς τὸν πατέρα οὐκ ἐλαττοῖ, ἀλλὰ C καὶ συνίστησι μᾶλλον.

QUOD NON DICERE ET AD ALIOS efferre, quæ scimus, pauperiores nos reddit, & gratiam exstinguit: & in preces, quibus Christus est usus, & auctoritatem, qua omnia faciebat, & in veteris legis emendationem: & quod Incarnatio æqualitatem ipsius cum Patre non minuit, sed confirmat potius.

ΛΟΓΟΣ κ'.

ΙΚΑΝΩΣ ἐν ταῖς ἔμπροσθεν ἐπανηγυρίσαμεν ἡμέραις, τῶν ἄθλων ἐπιλαβόμενοι τῶν ἀποστολικῶν, καὶ τῇ διηγήσει τῶν πνευματικῶν ἐντρυφήσαντες κατορθωμάτων· ὥρα δὴ λοιπὸν ἀποδοῦναι τὸ χρέος ὑμῖν. καὶ γὰρ τὸ κωλύον οὐδέν. καὶ οἶδα μὲν ὅτι ἐπιλέλησθε τῶν ὀφλημάτων ὑμεῖς τῶν ἐμῶν διὰ τὸ τῶν ἡμερῶν πλῆθος· οὐ μὴν διὰ τοῦτο αὐτὰ ἐγὼ ἀποκρύψομαι, ἀλλὰ μετὰ πάσης ὑμῖν ταῦτα ἀποδώσω τῆς προθυμίας. ποιῶ δὲ τοῦτο, οὐ δι' εὐγνωμοσύνην μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ὠφέλειαν ἐμήν. ἐπὶ μὲν D γὰρ τῶν σωματικῶν συναλλαγμάτων κέρδος τῷ δεδανεισμένῳ τὸ τὸν δεδανεικότα ἐπιλαθέσθαι· ἐπὶ δὲ τῶν πνευματικῶν συμβολαίων κέρδος τῷ μέλλοντι καταβάλλειν τὸ χρέος μέγιστον, τὸ τοὺς ὑποδέχεσθαι μέλλοντας διηνεκῶς μεμνῆσθαι τῶν ὀφλημάτων. ἐκεῖ μὲν γὰρ τὸ δάνεισμα ἀποδοθὲν τὸν μὲν καταβαλόντα ἀφίησι, μεθίσταται δὲ πρὸς τὸν ὑποδεξάμενον, καὶ τοῦ μὲν ἠλάττωσε, τοῦ δὲ ἐπλεόνασε τὴν οὐσίαν. ἐπὶ δὲ τῶν πνευματικῶν οὐχ οὕτως, ἀλλὰ δυνατὸν αὐτὸ καὶ καταβαλεῖν, καὶ ἔχειν. καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι τότε μάλιστα αὐτὸ ἔχομεν, ὅταν καταβάλωμεν ἑτέροις. ἂν μὲν γὰρ ἐν τῇ διανοίᾳ κατορύξας E φυλάξω διηνεκῶς μηδενὶ μεταδιδοὺς, ἐλαττοῦταί μοι τὸ κέρδος, μειοῦται τὰ τῆς περιουσίας· ἂν δὲ εἰς ἅπαντας ἐξενέγκω, καὶ ποιήσω μεριστὰς πολλοὺς καὶ κοινωνοὺς, ὧν αὐτὸς ἐπίσταμαι πάντων, αὔξεταί μοι τὰ τοῦ πνευματικοῦ πλούτου. καὶ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὁ μὲν ἑτέροις μεταδιδοὺς αὔξει τὴν παρακαταθήκην, ὁ δὲ ἀποκρύπτων ἐλαττοῖ τὴν ἐργασίαν ἅπασαν, μάρτυρες οἱ τὰ τάλαντα ἐγχειρισθέντες ἐκεῖνοι, ὁ τὰ πέντε, καὶ ὁ τὰ δύο, καὶ ὁ τὸ ἕν. οἱ μὲν γὰρ διπλασίονα τὰ ἐμπιστευ-

HOMILIA X.

1. SUPERIORIBUS diebus abunde in celebri cœtu conciones habuimus, dum Apostolica certamina tractaremus, & spiritualium recte factorum narratione nos oblectaremus: jam vero tempus est, ut vobis debitum persolvamus. Etenim nihil est, quod impediat: atque equidem oblitos esse vos scio debitorum meorum, quod tam multi dies intercesserint: non tamen ea idcirco celabo, sed ea vobis magna animi alacritate persolvam. Id vero facio, non solum, quod bonæ fidei sim debitor, sed etiam quod utilitati meæ consulam. Nam in corporalibus quidem contractibus ei, qui mutuum sumsit, utile est, si is qui mutuatus est, obliviscatur: sed in spiritualibus pactis ei, qui debitum exsoluturus est, utilitatem parit maximam, si qui accepturi sunt, debitorum perpetuo recordentur. Siquidem mutua pecunia restituta deserit eum qui persolvit, & ad eum transit, qui recipit, atque unius imminuit, alterius auget facultates: in spiritualibus vero non item: sed fieri potest ut rem debitam & persolvamus & retineamus: quodque permirum est, tum maxime illam habemus, cum aliis persolverimus. Si enim defossam in mente perpetuo custodiam, nec ulli communicem, minuitur mihi lucrum, decedit aliquid de facultatibus: sin autem ad omnes efferam, multosque consortes ac participes faciam, mihi divitiæ spirituales augentur. Atque hæc ita se habere, eumque qui cæteris communicat, depositum augere; qui vero abscondit, quæstum omnem imminuere, testes sunt illi, quibus fuerant talenta commissa, is cui quinque, is cui duo, & is cui unum. Alii enim duplicata

Dissimile debitum pecuniæ, & spiritualium rerum.

Matth. 25.

proferebant, quæ sibi credita fuerant, & idcirco honoribus afficiebantur: alius autem apud se servavit, nec ulli communicavit, neque duplum reddere valuit, atque idcirco punitus est. Hæc igitur audientes omnes, & quod inde supplicium imminet reformidantes, quod penes nos fuerit bonum, in fratres conferamus, & in medium omnibus persolvamus, neque recondamus. Cum enim cum cæteris communicamus, tum amplius ipsi ditescimus: cum participes lucri multos facimus, tum facultates nostras augemus. Atqui minui gloriam tuam arbitraris, cum tu ea nosti cum multis, quæ solus noveras: imo vero tum augetur gloria, & utilitas tua, cum invidiam proculcas, cum livorem exstinguis, cum amoris in fratres egregium specimen edis. Quod si solus id sciens obambules, homines quidem te tamquam invidum & fratrum osorem aversabuntur, & odio habebunt: Deus autem tamquam ab improbo extremum supplicium exiget: præter hæc autem ipsa etiam gratia confestim nudum te derelinquens aufugiet: quandoquidem frumentum quoque si semper in horreis sit reconditum, consumitur, cum a tinea exedatur: si vero prolatum foras in arva spargatur, multiplicatur rursumque renovatur: ita sermo quoque spiritualis, si semper intus concludatur, dum invidia, torpore, ac tabe corrumpitur, & consumitur anima, cito exstinguitur: sin autem tamquam in arvum fertile in animas fratrum dispergatur, ita fit ut & iis a quibus suscipitur & iis a quibus possidetur, multiplicetur thesaurus. Et quemadmodum fons ex quo frequenter hauritur, purior fit, & copiosius scaturit: obturatus vero destruitur: sic & donum spirituale, ac sermo doctrinæ si frequenter hauriatur, & hauriendus quibusvis exponatur, uberius manat: invidia vero & livore suppressus minuitur, ac tandem exstinguitur. Quando igitur tanta nobis inde utilitas oritur, age quod in nostra potestate situm fuerit, in medium afferamus, totumque vobis debitum exsolvamus, si prius totum debitorum istorum ordinem vobis in memoriam revocaverimus.

2. Scitis ergo ac meministis, nuper nos de Unigeniti gloria disserentes plures condescensionis in verbis causas enumerasse: ac dixisse nos non tantum ob carnis amictum, neque propter infirmitatem auditorum tantum sæpe Christum humiliter loqui, verumetiam multis in locis, quod & humilitatem doceat. Atque illas quidem causas satis tum persequuti sumus, & illius, quam pro Lazaro, & alterius quam in ipsa cruce obtulit, orationis memoriam refricuimus, & ostendimus, hanc quidem ideo fusam esse, ut dispensationis in carne fides adstrueretur, illam vero, ut auditorum imbecillitati consuleret, cum ipse nequaquam auxilio indigeret. Porro multa facta etiam ab eo fuisse, ut humilitatem illos doceret, audi quæ probent. Aquam misit in pelvim, & quasi hoc non sufficeret, adhuc & linteo se præcinxit, ad extremam se dejiciens vilita-

Joan. 13. 4.

A θέντα προσήγαγον, καὶ ἐτιμᾶτο διὰ τοῦτο· ὁ δὲ ἐπεὶ ἐφύλαξε παρ' ἑαυτῷ, καὶ οὐδενὶ μετέδωκε, διπλοῦν τε αὐτὸ ποιῆσαι οὐκ ἴσχυσε, διὰ τοῦτο ἐκολάζετο. Ταῦτα οὖν ἀκούοντες ἅπαντες, καὶ τὴν κόλασιν τὴν ἐκεῖθεν δεδοικότες, ὅπερ ἂν ἔχωμεν ἀγαθὸν, εἰς τοὺς ἀδελφοὺς ἐκφέρωμεν, καὶ εἰς τὸ μέσον ἅπασι καταβάλλωμεν, ἀλλὰ μὴ ἀποκρύπτωμεν. ὅταν γὰρ ἑτέροις μεταδῶμεν, τότε πλουτοῦμεν αὐτοὶ μειζόνως· ὅταν κοινωνοὺς ποιησώμεθα τῆς ἐμπορίας πολλοὺς, τότε τὴν ἡμετέραν αὔξομεν περιουσίαν. ἀλλ' ἐλαττοῦσθαί σοι τὰ τῆς δόξης νομίζεις, ὅταν μετὰ πολλῶν ᾖς εἰδὼς, ἃ μόνος οἶδας αὐτός· καὶ μὴν B τότε αὔξεται καὶ τὰ τῆς δόξης, καὶ τὰ τῆς ὠφελείας, ὅταν τὸν φθόνον καταπατήσῃς, ὅταν τὴν βασκανίαν σβέσῃς, ὅταν φιλαδελφίαν ἐπιδείξῃ πολλήν. ἂν δὲ μόνος εἰδὼς περιίῃς, ἄνθρωποι μὲν ὡς βάσκανον καὶ μισάδελφον ἀποστραφήσονται καὶ μισήσουσιν, ὁ δὲ Θεὸς, ὡς πονηρὸν τὴν ἐσχάτην ἀπαιτήσει σε δίκην· χωρὶς δὲ τούτων, καὶ αὐτή σε ταχέως ἡ χάρις ἔρημον ἐγκαταλιποῦσα οἰχήσεται. ἐπεὶ καὶ ὁ σῖτος, ἂν μὲν ἐν ταῖς ἀποθήκαις ᾖ διηνεκῶς κείμενος, δαπανᾶται, σητὸς αὐτὸν κατεσθίοντος· ἂν δὲ ἐξενεχθεὶς εἰς τὰς ἀρούρας καταβάλληται, πολυπλασιάζεται καὶ ἀνανεοῦται πάλιν· οὕτω καὶ λόγος πνευματικὸς, ἐὰν ἔνδον διαπαντὸς ἀποκλείηται, φθόνῳ καὶ C ὄκνῳ καὶ τηκεδόνι φθειρομένης τῆς ψυχῆς καὶ κατεσθιομένης, κατασβέννυται ταχέως· ἂν δὲ, ὥσπερ εἰς ἄρουραν εὔφορον, εἰς τὰς τῶν ἀδελφῶν ψυχὰς διασπείρηται, πολυπλασίων ὁ θησαυρὸς καὶ τοῖς ὑποδεχομένοις, καὶ τῷ κεκτημένῳ. καὶ καθάπερ πηγὴ συνεχῶς μὲν ἐξαντλουμένη καθαίρεται μᾶλλον καὶ ἀναβλύζει πλέον, καταχωννυμένη δὲ ἀποπνίγεται· οὕτω καὶ χάρισμα πνευματικὸν καὶ λόγος διδασκαλικὸς συνεχῶς μὲν ἀντλούμενος καὶ διδοὺς ἀρύεσθαι τοῖς βουλομένοις, ἀναβλύζει πλέον· βασκανίᾳ δὲ καὶ φθόνῳ καταχωσθεὶς, ἐλαττοῦται καὶ σβέννυται τέλεον. ἐπεὶ οὖν τοσοῦτον τὸ κέρδος ἡμῖν, D ὅπερ ἂν ἔχωμεν, φέρε εἰς μέσον καταθέντες, πᾶσαν ὑμῖν ἀποδῶμεν τὴν ὀφειλὴν, πρότερον ἀναμνήσαντες τῆς ἀκολουθίας τῶν ὀφλημάτων τούτων ἁπάσης.

Ἴστε τοίνυν καὶ μέμνησθε πρῴην, ὅτι περὶ τῆς τοῦ μονογενοῦς δόξης διαλεγόμενοι, πολλὰς ἠριθμοῦμεν αἰτίας τῆς ἐν τοῖς ῥήμασι συγκαταβάσεως· καὶ ἐλέγομεν, ὅτι οὐ μόνον διὰ τὴν τῆς σαρκὸς περιβολὴν, οὐδὲ διὰ τὴν ἀσθένειαν μόνον τῶν ἀκουόντων ταπεινὰ φθέγγεται πολ- E λάκις ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ πολλαχοῦ καὶ ταπεινοφρονεῖν διδάσκων. κἀκείνας μὲν ἱκανῶς τότε ἐπεξήλθομεν τὰς αἰτίας, καὶ τῆς ἐπὶ τῷ Λαζάρῳ, καὶ τῆς πρὸς αὐτῷ τῷ σταυρῷ γενομένης εὐχῆς μνημονεύσαντες, καὶ δείξαντες σαφῶς, ὅτι τὴν μὲν, ἵνα τὴν οἰκονομίαν πιστώσηται, τὴν δὲ, ἵνα τὴν τῶν ἀκουόντων ἀσθένειαν διορθώσηται, πεποίηκεν, οὐδεμιᾶς αὐτὸς δεόμενος βοηθείας. ὅτι δὲ πολλὰ καὶ ταπεινοφρονεῖν αὐτοὺς διδάσκων ἐποίει, καὶ τοῦτο ἄκουσον. ἔβαλεν ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα· καὶ ὡς οὐκ ἀρκοῦν τοῦτο, ἔτι καὶ λεντίῳ διεζώσατο, πρὸς τὴν ἐσχάτην εὐτέλειαν κατάγων ἑαυτόν,

καὶ ἤρξατο νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, μετὰ δὲ τῶν μαθητῶν, καὶ τοῦ προδότου τοὺς πόδας ἔνιψε. τίς οὐκ ἂν ἐκπλαγείη καὶ θαυμάσειε; τοῦ μέλλοντος αὐτὸν προδιδόναι νίπτει τοὺς πόδας· καὶ τὸν Πέτρον διακρουόμενον καὶ λέγοντα, κύριε, οὐ μή μου νίψῃς τοὺς πόδας, οὐ παρατρέχει, ἀλλά φησι πρὸς αὐτόν· ἐὰν μὴ νίψω σου τοὺς πόδας, οὐκ ἔχεις μέρος μετ᾽ ἐμοῦ. ὁ δὲ, κύριε, μὴ τοὺς πόδας μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὴν κεφαλήν. εἶδες εὐλάβειαν μαθητοῦ δι᾽ ἀμφοτέρων, καὶ διὰ τῆς παραιτήσεως, καὶ διὰ τῆς συγκαταθέσεως; εἰ γὰρ καὶ ἐναντία τὰ ῥήματα, ἀλλ᾽ ὑπὸ ζεούσης ἀμφότερα γνώμης ἐλέγετο. ὁρᾷς πῶς πανταχοῦ θερμὸς ἦν καὶ διεγηγερμένος; ἀλλ᾽ ὅπερ ἔλεγον, ἵνα μὴ διὰ τὴν τοῦ πράγματος εὐτέλειαν, τῆς φύσεως καταγνῷς εὐτέλειαν, μετὰ τὸ νίψαι τί φησι πρὸς αὐτοὺς, ἄκουσον. γινώσκετε τί πεποίηκα ὑμῖν; ὑμεῖς καλεῖτέ με, ὁ κύριος, καὶ ὁ διδάσκαλος, καὶ καλῶς λέγετε· εἰμὶ γάρ· εἰ οὖν ἐγὼ ὁ κύριος καὶ ὁ διδάσκαλος ἔνιψα ὑμῶν τοὺς πόδας, οὕτω καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε ἀλλήλοις ποιεῖν. ὑπόδειγμα γὰρ ἔδωκα ὑμῖν, ἵνα ὡς ἐγὼ ἐποίησα ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ἀλλήλοις ποιῆτε. ὁρᾷς ὅτι πολλὰ ὑποδείγματος ἕνεκεν ἐποίει; καθάπερ γάρ τις διδάσκαλος σοφίας πεπληρωμένος παιδίοις ψελλίζουσι συμψελλίζει, καὶ ὁ ψελλισμὸς οὐ τῆς ἀμαθίας τοῦ διδασκάλου, ἀλλὰ τῆς κηδεμονίας τῆς πρὸς τοὺς παῖδάς ἐστι τεκμήριον· οὕτω δὴ καὶ ὁ Χριστὸς, οὐ δι᾽ εὐτέλειαν τῆς οὐσίας ταῦτα ἐποίει, ἀλλὰ διὰ συγκατάβασιν. καὶ δεῖ ταῦτα οὐχ ἁπλῶς παρατρέχειν. καὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο εἰ καθ᾽ ἑαυτὸ νῦν ἐξετάσωμεν, ὅρα ὅσον ἄτοπον ἕψεται. εἰ γὰρ ὁ νίπτων τοῦ νιπτομένου εὐτελέστερος εἶναι δοκεῖ· ἔστι δὲ ὁ μὲν νίπτων ὁ Χριστὸς, οἱ μαθηταὶ δὲ οἱ νιπτόμενοι· ἄρα εὐτελέστερος ἔσται ὁ Χριστὸς τῶν μαθητῶν. ἀλλ᾽ οὐδεὶς ἂν τοῦτο οὐδὲ μαινόμενος εἴποι. ὁρᾷς ὅσον ἐστὶ κακὸν τὰς αἰτίας ἀγνοεῖν, δι᾽ ἃς ὁ Χριστὸς ἐποίει πάντα, ἅπερ ἐποίει; μᾶλλον δὲ βλέπεις, ὅσον ἐστὶν ἀγαθὸν πάντα μετὰ ἀκριβείας ἐξετάζειν· καὶ μὴ ἁπλῶς, ὅτι εἶπέ τι ταπεινὸν ἢ ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί προστιθέναι; οὐκ ἐνταῦθα δὲ μόνον τοῦτο ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ ἀλλαχοῦ δὲ αὐτὸ τοῦτο ᾐνίξατο. εἰπὼν γὰρ, τίς ἐστι μείζων, ὁ ἀνακείμενος, ἢ ὁ διακονῶν; ἐπήγαγεν, οὐχὶ ὁ ἀνακείμενος; ἐγὼ δέ εἰμι ἐν μέσῳ ὑμῶν, ὡς ὁ διακονῶν. καὶ τοῦτο δὲ εἶπε, κἀκεῖνο ἐποίησε, δεικνὺς ὅτι πολλαχοῦ τὰ ἐλάττονα ἁρπάζει εἰς διδασκαλίαν τῶν μαθητῶν, μετριάζειν τε ὁμοῦ πείθων αὐτούς. καὶ δῆλον ὅτι οὐ διὰ τὸ τῆς φύσεως καταδεέστερον, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐκείνων διδασκαλίαν ταῦτα πάντα ἀνέχεται. καὶ γὰρ ἀλλαχοῦ φησιν· οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν, παρὰ δὲ ὑμῖν οὐχ οὕτως· ἀλλ᾽ ὁ θέλων ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔστω πάντων διάκονος. καὶ γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι. εἰ τοίνυν διακονῆσαι ἦλθε καὶ ταπεινοφροσύνην διδάξαι, μὴ θορυβοῦ, μηδὲ καταπίπτε, εἰ τὰ τῶν διακόνων ἴδοις αὐτὸν ἐπιτελοῦντά που καὶ φθεγγόμενον. οὕτω καὶ πολλὰς τῶν εὐχῶν ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐπιτελεῖ γνώμης. καὶ γὰρ προσῆλθον αὐτῷ λέγοντες, κύριε, δίδαξον ἡμᾶς προσεύχεσθαι, ὥσπερ Ἰωάννης ἐδίδαξε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ. τί οὖν ἐχρῆν ποιεῖν,

A tem, ac discipulorum pedes lavare cœpit, & cum discipulis etiam proditoris pedes lavit. Quis non obstupescat & miretur? Ejus, qui proditurus illum erat, pedes lavat, & Petrum, qui recusabat ac dicebat, *Domine non mihi lavabis pedes*, non omittit, sed ait illi: *Si non lavero pedes tuos, non habes partem mecum*: tum ille, *Domine non tantum pedes, sed & manus & caput.* Vides in his duobus discipuli reverentiam, & in recusatione & in assensu? Licet enim contraria sint verba, at tamen præ nimio fervore animi utrumque prolatum est. Vides ut ubique fervens & diligens esset? verum ut dicere
B occœperam, ne propter rei vilitatem, tibi in suspicionem vilitatis ejus natura veniret, postquam eorum lavit pedes, audi quid eis dixerit. *Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me, Domine ac Magister, & bene dicitis, sum etenim. Si ergo ego lavi pedes vestros Dominus ac Magister, ita & vos debetis vobis invicem facere. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos invicem faciatis.* Vides ab eo multa esse facta, ut exemplum daret. Nam quemadmodum in sapientia multa præditus magister cum balbutientibus puerulis balbutit, neque balbuties magistri inscitiam indicat,
C sed quantum de puerulis sit solicitus; sic nimirum & Christus, non ob suæ naturæ vilitatem hæc agebat, sed ob condescensionem. Atque hæc non temere sunt prætereunda. Nam & hoc ipsum, si seorsum ab aliis a nobis excutiatur, vide quanta absurditas hinc sequatur. Si enim is qui lavat, eo qui lavatur vilior & inferior videtur esse: cæterum qui lavat Christus est, & discipuli, qui lavantur: ergo inferior discipulis erit Christus: at hoc nullus, ne si insaniat quidem, dixerit. Vides, quantum sit malum causas, ob quas omnia Christus agebat, ignorare? vel potius, vides, quantum sit
D bonum omnia diligenter excutere, neque quovis modo aliquid ab eo dictum esse vel factum, sed etiam cujus rei gratia, & propter quid, adjungere? Neque vero tantum hoc loco id fecit, sed & alibi hoc ipsum subindicavit. Cum enim dixisset, *quis major est, qui recumbit, an qui ministrat?* adjecit, *Nonne, qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.* Hoc vero etiam dixit, & illud fecit, ostendens multis in locis se minora arripere ad docendos discipulos, & simul ut eos ad modestiam sectandam inducat. Atque hæc illum omnia
E tolerare manifestum est, non quod inferioris sit naturæ, sed ut eos erudiat: siquidem alibi quoque dicit: *Principes gentium dominantur earum, apud vos autem non ita: sed qui vult inter vos esse primus, sit omnium minister.* Nam *Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.* Si ergo venit ut ministraret, & humilitatem doceret, noli turbari, nec animum desponde, sicubi eum quæ ministrorum sunt aut [illegible]ficere videris aut effari. Ita quoque multas orationes ab eadem mente fundit: siquidem accesserunt ad eum dicentes: *Domine, doce nos orare, sicut Joannes docuit discipulos suos.* Quid

Joan. 13. 6.

Ut bonus magister balbutit nobiscum Christus.

Luc. 22. 27.

Matth. 20. 25.

Luc. 11. 1.

ergo, quæso, faciendum fuit? num orare docendi non erant? Atqui hac de causa venerat, ut ad omnem illos philosophiam informaret. Ergo docendi erant? proinde orare oportuit. Verumtamen hoc verbo solum agendum fuit, inquit. Atqui non ita ea quæ verbis, atque ea quæ factis doctrina proponitur, discipulos permovere consuevit: propterea non verbis solum eos orare docet, sed ipse in oratione perseverat, & in desertis totas noctes orando transigit, ut nos erudiat & admoneat, cum in colloquium nobis cum Deo veniendum est, fugiendos tumultus ac vulgi turbas, & in solitudinem secedendum non locorum tantum, sed etiam temporum. Solitudo autem non mons tantum est, sed etiam cubiculum a clamore immune.

Non verbo tantum, sed etiam exemplo docendum.

3. Atque ut intelligatis condescensionis esse orationem: principio quidem jam ex iis quæ circa Lazarum acciderunt demonstravimus: verumtamen aliunde etiam id constat. Quam enim ob causam in majoribus miraculis non orat, sed in minoribus? Nam si, quod auxilio indigeret, orabat, & quod sibi sufficientem virtutem non haberet, in omnibus orare deberet, & patrem vocare: quod si minus in omnibus, saltem in majoribus: nunc autem contrarium agit: cum de rebus majoribus agitur, non orat, ut se, ad alios docendos, id ostendat egisse, non quod careret virtute. Certe quando panes benedixit, suspiciens in cælum oravit, ut nos doceret non prius attingendam esse mensam, quam gratias egerimus conditori frugum Deo: & cum multos mortuos suscitasset, non oravit, sed cum Lazarum solum. Et causam tum diximus, quod imbecillitati adstantium vellet consulere: quam causam etiam dixit ipse, cum aperte illud addidit: *Propter turbam, quæ circumstat, dixi.* Et non jam orationem, sed vocem mortuum excitasse satis tum demonstravimus. Atque ut hoc manifestius intelligas, vide. Quando enim puniendum fuerit, & quando honore afficiendum, & quando peccata dimittenda, & quando leges ferendæ, & quando quidpiam eorum, quæ majoris momenti sunt, agendum fuerit, nusquam illum vocare Patrem invenies, nec orare, sed cum auctoritate cuncta perficere. Atque horum quidem singula ego numerabo: tu vero diligenter considera, quo pacto nusquam indigeat oratione. *Venite*, inquit, *benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum*, & rursus, *Discedite a me maledicti in ignem, qui paratus est diabolo & angelis ejus.* Ecce cum omni auctoritate supplicio afficit, & honore, nec oratione ulla indiget. Rursus quando paralytici corpori mederi voluit, *Surgens tolle lectum tuum, & ambula:* quando a morte liberare, *Talitha cumi, surge:* quando a peccatis immunem reddere, *Confide fili, dimittuntur tibi peccata tua:* quando dæmones increpare, *Tibi dico malignum dæmonium, exi ab eo:* quando reprimendum fuit mare, *Tace, obmutesce:* quando aliquem lepra correptum mundare, *Volo, mundare:* quando le-

Cur Christus oret dum miracula facit.

Matt.7.34.

Probatur Christum eamdem habere potestatem, quam & Pater habet.

Matth. 15. 34.

Marc. 2. 9.

Marc. 5. 41.

Matth. 9. 2.

Marc. 4. 39.

Matth. 8. 3.

A εἰπέ μοι; μὴ διδάξαι αὐτοὺς προσεύχεσθαι; ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἦλθεν, ἵνα εἰς πᾶσαν αὐτοὺς ἐναγάγῃ φιλοσοφίαν. ἀλλ' ἐχρῆν διδάξαι; οὐκοῦν εὔξασθαι ἔδει. ἀλλ' ἔδει ῥήματι τοῦτο μόνον ποιῆσαι, φησιν. ἀλλ' οὐχ οὕτως ἡ διὰ τῶν ῥημάτων, ὡς ἡ διὰ τῶν πραγμάτων διδασκαλία τοὺς μαθητευομένους ἐνάγειν εἴωθε. διά τοι τοῦτο οὐχὶ διδάσκει αὐτοὺς εὐχὴν μόνον τὴν διὰ τῶν ῥημάτων, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς διατελεῖ τοῦτο ποιῶν, καὶ εὔχεται διανυκτερεύων ἐν ταῖς ἐρημίαις, ἡμᾶς παιδεύων καὶ νουθετῶν, ἐπειδὰν μέλλωμεν ὁμιλεῖν τῷ θεῷ, φεύγειν θορύβους καὶ τὰς ἐν μέσῳ ταραχὰς, καὶ B πρὸς ἐρημίαν ἀναχωρεῖν, οὐχὶ τόπων μόνον, ἀλλὰ καὶ καιρῶν. ἐρημία δὲ, οὐχὶ ὄρος μόνον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ οἰκίσκος κραυγῆς ἀπηλλαγμένος.

Καὶ ἵνα μάθητε ὅτι συγκαταβάσεώς ἐστιν ἡ εὐχὴ, μάλιστα μὲν καὶ ἤδη διὰ τῶν περὶ τὸν Λάζαρον συμβάντων ἀπεδείξαμεν· πλὴν ἀλλὰ καὶ ἑτέρωθεν δῆλον. τίνος γὰρ ἕνεκεν ἐπὶ τῶν μειζόνων οὐκ εὔχεται θαυμάτων, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἐλαττόνων· εἰ γὰρ δεόμενος βοηθείας ηὔχετο καὶ οὐκ ἔχων αὐτοτελῆ δύναμιν, ἐπὶ πάντων εὔχεσθαι ἔδει καὶ τὸν πατέρα καλεῖν· εἰ δὲ μὴ ἐπὶ πάντων, κἂν ἐπὶ τῶν μειζόνων. C νῦν δὲ τὸ ἐναντίον ποιεῖ· ἐπὶ τῶν μειζόνων πραγμάτων οὐκ εὔχεται, ἵνα δείξῃ, ὅτι τοὺς ἄλλους παιδεύων τοῦτο ἐποίει, οὐχὶ δυνάμεως δεόμενος. ὅτε γοῦν τοὺς ἄρτους εὐλόγησεν, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν ηὔξατο, ἡμᾶς παιδεύων τραπέζης μὴ πρότερον ἅπτεσθαι, ἕως ἂν εὐχαριστήσωμεν τῷ τοὺς καρποὺς πεποιηκότι θεῷ· καὶ πολλοὺς νεκροὺς ἀναστήσας, οὐκ ηὔξατο, ἐπὶ δὲ Λαζάρου μόνον. καὶ τὴν αἰτίαν τότε εἰρήκαμεν, ὅτι τὴν ἀσθένειαν τῶν παρόντων διορθούμενος· ἣν καὶ αὐτὸς εἶπε, σαφῶς οὕτω προσθεὶς, ὅτι διὰ τὸν ὄχλον τὸν περιεστῶτα εἶπον. καὶ ὅτι οὐχ ἡ εὐχὴ, ἀλλ' ἡ φωνὴ τὸν νεκρὸν ἤγειρεν, ἱκανῶς ἀπεδείξαμεν τότε. καὶ ἵνα μάθῃς τοῦτο σαφέστερον, ὅρα. D ὅταν γὰρ κολάζειν δέῃ, καὶ ὅταν τιμᾶν, καὶ ὅταν ἁμαρτήματα ἀφιέναι, καὶ ὅταν νομοθετεῖν, καὶ ὅταν τι τῶν πολλῷ μειζόνων δέῃ ποιεῖν, οὐδαμοῦ τὸν πατέρα καλοῦντα αὐτὸν εὑρήσεις, οὐδὲ εὐχόμενον, ἀλλὰ μετ' αὐθεντίας ἅπαντα πράττοντα. καὶ τούτων ἕκαστον ἐγὼ μὲν ἀπαριθμήσομαι, σὺ δὲ σκόπει μετ' ἀκριβείας, πῶς οὐδαμοῦ δεῖται εὐχῆς. δεῦτε, φησιν, οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν. καὶ πάλιν, πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· ἰδοὺ κολάζει E καὶ τιμᾷ μετ' αὐθεντίας ἁπάσης, καὶ εὐχῆς οὐδεμιᾶς δεῖται. πάλιν, ὅταν διορθῶσαι σῶμα δέῃ παραλελυμένον, ἐγερθεὶς ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ περιπάτει· ὅταν ἀπαλλάξαι θανάτου, ταλιθὰ κοῦμι, ἀνάστηθι· ὅταν ἐλευθερῶσαι ἁμαρτημάτων, θάρσει, τέκνον, ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι· ὅταν ἐπιτιμῆσαι δαίμοσι, σοὶ λέγω τὸ πονηρὸν δαιμόνιον, ἔξελθε ἀπ' αὐτοῦ· ὅταν καταστεῖλαι τὴν θάλασσαν, σιώπα, πεφίμωσο· ὅταν καθᾶραί τινα λέπρᾳ κατεχόμενον, θέλω, καθαρίσθητι· ὅταν νομοθετῆσαι, ἠκού-

ὥστε ὅτι ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις, οὐ φονεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὃς ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, μωρὲ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. εἶδες πάντα μετ' αὐθεντίας ποιοῦντα δεσποτικῆς, καὶ εἰς γέενναν ἐκβάλλοντα, καὶ εἰς βασιλείαν εἰσάγοντα, καὶ παράλυσιν διορθούμενον, καὶ εἰς θάνατον ἀπελαύνοντα, καὶ ἁμαρτίας ἀφιέντα, καὶ δαίμοσιν ἐπιτιμῶντα, καὶ τὴν θάλατταν καταστέλλοντα; καίτοι τί μεῖζον, εἰπέ μοι, εἰς βασιλείαν εἰσαγαγεῖν, καὶ εἰς γέενναν ἐμβαλεῖν, καὶ ἁμαρτίας ἀφιέναι, καὶ νόμους θεῖναι μετ' αὐθεντίας, ἢ ἄρτους ποιῆσαι; οὐκ εὔδηλον καὶ ὡμολογημένον ἅπασιν, ὅτι ταῦτα ἐκείνων μείζω; ἀλλ' ὅμως ἐπὶ τῶν μειζόνων οὐκ εὔχεται, δεικνὺς ὅτι καὶ ἐπὶ τῶν ἐλαττόνων, οὐ δι' ἀσθένειαν δυνάμεως τοῦτο ἐποίει, ἀλλὰ διὰ διδασκαλίαν τῶν τότε παρόντων. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅσον ἐστὶν ἁμαρτίας ἀφιέναι, παράγω σοι μάρτυρα τὸν προφήτην· οὐδενὸς γὰρ ἑτέρου τοῦτο δείκνυσιν ὁ προφήτης, ἢ τοῦ θεοῦ μόνου. τίς γὰρ θεός, φησιν, ὥσπερ σὺ, ἐξαίρων ἀνομίας, καὶ ὑπερβαίνων ἀδικίας; καὶ τὸ εἰς βασιλείαν δὲ εἰσαγαγεῖν, τοῦ θάνατον λῦσαι, πολλῷ μεῖζόν ἐστι. ἀλλ' ὅμως κἀκεῖνο μετ' ἐξουσίας ποιεῖ. καὶ τὸ νομοθετεῖν δὲ, οὐ τῶν ὑποτεταγμένων, ἀλλὰ τῶν βασιλευόντων ἐστί· καὶ τοῦτο βοᾷ μὲν αὐτὴ τῶν πραγμάτων ἡ φύσις. βασιλέων γὰρ μόνον ἐστὶ τιθέναι νόμους· δείκνυσι καὶ ὁ ἀπόστολος, οὕτω λέγων· περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν κυρίου οὐκ ἔχω, γνώμην δὲ δίδωμι ὡς ἠλεημένος ὑπὸ κυρίου πιστὸς εἶναι. ἐπειδὴ γὰρ δοῦλος ἦν καὶ διάκονος, οὐκ ἐτόλμησε προσθεῖναι τοῖς ἐξ ἀρχῆς νομοθετηθεῖσιν. ὁ δὲ Χριστὸς οὐχ οὕτως· ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς αὐθεντίας τοὺς παλαιοὺς ἀναγινώσκει νόμους, καὶ τοὺς παρ' αὐτοῦ πάλιν εἰσάγει. εἰ δὲ τὸ νόμους ἁπλῶς θεῖναι, βασιλικῆς μόνον ἐστὶν ἐξουσίας, ὅταν εὑρίσκηται μὴ μόνον νόμους τιθεὶς οὗτος, ἀλλὰ καὶ τοὺς παλαιοὺς διορθούμενος, τίς ὑπολείπεται λόγος τοῖς ἀναισχυντεῖν βουλομένοις; ἀπὸ γὰρ τούτου δῆλον, ὅτι τῆς αὐτῆς οὐσίας ἐστὶ τῷ γεγεννηκότι.

Καὶ ἵνα σαφέστερον ὃ λέγω γένηται, ἐπ' αὐτὸ τῆς γραφῆς ἔλθωμεν τὸ χωρίον. ἀνελθὼν εἰς τὸ ὄρος, φησὶν, ἐκάθητο· καὶ παρεστώτων πάντων ἤρξατο λέγειν· μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, οἱ ἐλεήμονες, οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ. εἶτα μετὰ τοὺς μακαρισμοὺς ἐκείνους λέγει, μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι. τίς γὰρ τοῦτο ὑπώπτευσεν; ἢ τί τῶν εἰρημένων ἐναντίον ἦν τοῖς προτέροις, ἵνα τοῦτο εἴπῃ; μακάριοι, φησιν, οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, τουτέστιν, οἱ ταπεινόφρονες· ἀλλὰ τοῦτο καὶ ἡ παλαιὰ εἶπε. θυσία γὰρ τῷ θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον· καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει. καὶ πάλιν, μακάριοι οἱ πρᾳεῖς· καὶ τοῦτο Ἡσαΐας πάλιν βοᾷ ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ λέγων· ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν πρᾶον καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους; μακάριοι οἱ ἐλεήμονες. καὶ τοῦτο πάλιν πανταχοῦ διέσπαρται. μὴ ἀποστερήσῃς γὰρ, φησι, τὴν ζωὴν τοῦ πτωχοῦ, ἱκέτην θλιβόμενον μὴ ἀπαναίνου. καὶ πολὺς πανταχοῦ περὶ φιλανθρωπίας ἐστὶν ὁ λόγος. μα-

Τί οὖν ὁ Χριστός; ὅτε ἔδειξεν, ὅτι θεραπείας ἄξιός C ἐστι, καὶ δικαίως παρὰ τῶν ἄλλων ἐπ' αὐτὸν ἦλθε, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἔγειραι, ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ περιπάτει. ὁρᾷς πῶς οὐδὲν ἀπὸ τῶν τριάκοντα καὶ ὀκτὼ ἐτῶν παρεβλάβη, ἐπειδὴ μεθ' ὑπομονῆς ἤνεγκε τὸ συμβάν; ἥ τε γὰρ ψυχὴ φιλοσοφωτέρα αὐτῷ ἐν τῷ μακρῷ τούτῳ γέγονε χρόνῳ, ὥσπερ ἐν χωνευτηρίῳ τῇ συμφορᾷ δοκιμαζομένη, τήν τε ἰατρείαν μετὰ πλείονος ἀπέλαβε δόξης. οὐ γὰρ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ τῶν ἀγγέλων ἐθεράπευσεν αὐτὸν δεσπότης. τίνος δὲ ἕνεκεν καὶ τὴν κλίνην αὐτῷ ἐκέλευσε λαβεῖν; ἑνὸς μὲν μάλιστα καὶ πρώτου, ἵνα D ἀπαλλάξῃ λοιπὸν τοὺς Ἰουδαίους τῆς τοῦ νόμου παρατηρήσεως. τοῦ γὰρ ἡλίου φαίνοντος, οὐκέτι τῷ λύχνῳ προσεδρεύειν ἔδει· τῆς ἀληθείας δειχθείσης, οὐκέτι τὸν τύπον περιέχειν ἐχρῆν. διὰ τοῦτο, εἴ ποτε τὸ σάββατον ἔλυε, μέγιστον ἐν αὐτῷ σημεῖον εἰργάζετο, ἵνα ἡ τοῦ θαύματος ὑπερβολὴ τοὺς ὁρῶντας ἐκπλήττουσα, τὴν τῆς ἀργίας παρατήρησιν κατὰ μικρὸν ὑποσύρουσα ἐξέλῃ. δεύτερον δὲ, ἵνα ἐπιστομίσῃ αὐτῶν τὰ ἀναίσχυντα στόματα. ἐπειδὴ γὰρ περὶ τὴν κρίσιν τῶν θαυμάτων ἐκακούργουν, καὶ τῇ δόξῃ τῶν γινομένων ἐπηρεάζειν ἐπεχείρουν, ὥσπερ τι τρόπαιον καὶ ἔλεγχον ἀναμφισβήτητον τῆς ὑγείας, τὴν φορὰν E τῆς κλίνης ἐκέλευεν ἐπιδείκνυσθαι· ἵνα μὴ, ὅπερ ἐπὶ τοῦ τυφλοῦ ἔλεγον, τοῦτο καὶ ἐπὶ τούτου λέγωσι. τί δὲ ἔλεγον ἐπὶ ἐκείνου; Οὗτός ἐστιν, οὐκ ἔστιν οὗτος, αὐτός ἐστιν. ἵνα μὴ οὖν καὶ ἐπὶ τούτου λέγωσι τὰ τοιαῦτα, ἡ κλίνη κατήγορος αὐτῶν τῆς ἀναισχυντίας γίνεται, ἐφ' ὕψους φερομένη. ἔστι τι καὶ τρίτον εἰπεῖν, τῶν εἰρημένων οὐκ ἔλαττον. ἵνα γὰρ μάθῃς, ὅτι οὐκ ἀνθρωπίνη τέχνη, ἀλλὰ θεία δύναμις τὸ πᾶν εἰργάσατο, ἐκέλευσεν αὐτῷ φέρειν τὴν κλίνην, τῆς ἀληθοῦς καὶ εἰλικρινοῦς ὑγείας με-

A iisdem malis affectos, liberatos abire viderimus. Propterea & pauper, cum alterum videt divitiis abundantem, tunc magis suam sentit paupertatem: & ægrotans tunc magis excruciatur, cum multos videt, qui morbo laborarint, eum jam deposuisse, sibi autem nihil bonæ spei superesse. In aliorum enim secundis rebus nostras manifestius intuemur calamitates: quod quidem illi tunc eveniebat. Verumtamen cum morbo, cum paupertate, cum solitudine tamdiu depugnans, alios videns liberari, & seipsum quidem semper aggredi, numquam B autem compotem fieri, neque posthac rursus sperans a calamitate liberari; non ideo tamen discessit, ac destitit, sed singulo quoque anno currebat. Nos autem, si quid semel a Deo precati non accepimus; confestim dolemus, & in extremam desidiam incidimus: quamobrem precationem omittimus, studium remittimus. Possumus ne igitur satis pro merito vel Paralyticum laudare, vel nostram condemnare negligentiam? Etenim quanam simus excusatione digni, qua venia, cum illo triginta & octo annos perdurante, nos tam cito a proposito resiliamus?

Constantiam laudat Paralytici.

3. Quid igitur Christus? ubi ostendit di-C gnum esse illum, qui curetur, jure ad illum præ aliis venit, aitque ei, *Surge, tolle grabatum tuum & ambula.* Vides quam ei nullum triginta & octo anni detrimentum attulerint, quoniam casum suum patienter tulerat? Anima enim ipsius in tam longo tempore majores in philosophia progressus fecit, in calamitate, tamquam in conflatoria fornace probata: & majore cum gloria curationem reportavit. Non enim Angelus, sed ipsemet Angelorum Dominus illum sanavit. Cur autem præterea, ut suum sibi lectum tolleret, imperavit? unam quidem præcipue, ac primam ob causam, ut in posterum liberaret Judæos a legis observatione. D Sole enim in conspectum se dante, non erat ulterius lucernæ adhærendum: & patefacta veritate, non jam erat amplectenda figura. Ideo si quando solvebat sabbatum, maximum in eo die signum edebat: ut ipsa excellens miraculi magnitudo videntes obstupefaciens, paulatim illam otii, & cessationis observationem labefactans auferret: deinde vero ut obstrueret ora illorum impudentia. Nam quoniam in judicandis miraculis malitiose agebant, & gloriam rerum quæ gerebantur, calumniis obscurare conabantur; idcirco tamquam tropæum quoddam & argumentum sanitatis indubitabile illam lecti E gestationem præ se ferre ipsum jussit, ne id quod de cæco dicebant, de hoc quoque dicerent. Quid autem de illo dicebant? *Hic est, non est hic: ipse est.* Ergo ne talia quidam de hoc etiam dicerent, lectus alte sublatus accusator fit illorum impudentiæ. Licet præterea tertiam quamdam causam afferre, nihilo iis, quæ dicta sunt, leviorem. Nam ut intelligas non artem humanam, sed divinam potentiam fuisse, quæ totum illud præstiterit; suum ipsi lectum gestandum injunxit, veræ, atque integræ sanitatis maxi-

Joan. 9.

mam & perspicuam demonstrationem præbens: ut ne quis blasphemorum illorum diceret paralyticum simulate, & Christo gratificantem effinxisse tenuis cujusdam ambulationis speciem. Propterea onus illi suis ferendum humeris injunxit. Non enim, nisi bene illi membra consolidata essent, & articuli probe fixi, tantam molem portare humeris potuisset. Ad hæc omnia illud quoque accedit: ostendebat enim simul ac Christus jussit, omnia fieri, & discessum morbi, & reditum sanitatis. Etenim medici quidem tametsi morbis liberent, non tamen subito ægrotos reducere ad sanitatem valent: sed longo pariter tempore egent ad instaurationem; ut reliquiæ morbi paulatim e corpore expellantur, atque ejiciantur. Christus autem non ita: sed eodem temporis momento, & a morbo liberavit, & sanitatem restituit, & nullum intermedium intercessit tempus: sed simulatque ex sancta illa lingua prodiit sacra vox, & morbus e corpore aufugit, & verbum evasit opus, & tota invaletudo undique profugit. Et quemadmodum ancilla quæpiam seditionem movens, cum primum dominum suum viderit; comprimit se, redit que ad convenientem modestiam; ita etiam natura corporis, perinde atque ancilla quædam tunc seditionem movens, & inducens paralysim, postquam dominum suum ad se accedentem vidit, ad suum rediit ordinem, suumque modum recepit. Atque hæc omnia vox ipsa præstitit. Non enim nuda erant verba, sed verba Dei, de quibus scriptum est: *Potentia opera sermonum ejus.* Etenim si hominem, cum non esset, fecerunt, multo magis putrem, & paralysi laborantem restituent. Hoc loco libenter interrogaverim eos, qui curiose versantur in perscrutanda essentia Dei, quomodo coiverunt membra illa? quomodo solidata sunt ossa? quomodo temperamentum illud ventris resolutum convaluit? quo pacto nervi remissi rursus contenti exstiterunt, & dejecta facultas exsurrexit, & erecta est? At non possunt modum hunc dicere. Ergo admirare tantum id quod gestum est: modum autem curiose ne investiges. Quoniam igitur Paralyticus, quod jussus est, fecit, & lectum sumsit, videntes illum Judæi dicunt: *Sabbatum est: non licet tibi tollere grabatum in sabbato.* Cum adorare par esset eum, qui hoc effecerat, cum admirari factum, illi vero de sabbato disserunt, vere excolantes culicem, camelum autem glutientes. Quid igitur ille? *Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, tolle grabatum tuum, & ambula.* Vides gratum hominis animum? confitetur medicum, & dignum esse legislatorem, cui præcipienti fides habeatur. Et quemadmodum illos cæcus argumento conclusit, ita & hic. Quomodo autem ille conclusit? Dicebant ei, *Non est hic homo a Deo: quia sabbatum non custodit.* Quid igitur ille? *Scimus*, inquit, *quod peccatores Deus non audit: hic autem aperuit meos oculos.* Quod autem affert, tale quiddam est. Si transgressus esset legem, peccasset: si peccasset, non tantum potuis-

Cur onus illud ferre jusserit Paralyticum.

Joel. 2, 21.

Contra Anomœos loquitur.

Joan. 5.

Joan. 9.

A γίσην παρέχων ἀπόδειξιν καὶ σαφῆ· ἵνα μή τις τῶν βλασφήμων ἐκείνων λέγῃ, ὅτι συνυποκρινόμενος ὁ παραλυτικὸς, καὶ τῷ Χριστῷ χαριζόμενος, ἐσχηματίσατο βάδισιν ψιλήν. διὰ τοῦτο καὶ φορτίον ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτοῦ κελεύει φέρειν. εἰ γὰρ μὴ ἦν πεπηγότα αὐτῷ καλῶς τὰ μέλη, καὶ τὰ ἄρθρα σφιγγόμενα, οὐκ ἂν ἠδυνήθη βαστάσαι τοσοῦτον ὄγκον ἐπὶ τῶν ὤμων. καὶ πρὸς τούτοις δὲ ἅπασι κἀκεῖνο ἐδείκνυτο, ὅτι ὑφ' ἓν ἅπαντα γίνεται, ὅταν ὁ Χριστὸς προστάττῃ, καὶ ἀπαλλαγὴ νόσου, καὶ ὑγιείας ἐπάνοδος. οἱ μὲν γὰρ ἰατροὶ κἂν ἀπαλλάξωσι νοσημάτων, ἀλλ' ὑφ' ἓν πρὸς ὑγίειαν ἐπαναγαγεῖν τὸν ἀρρωστοῦντα οὐκ B ἰσχύουσιν, ἀλλ' ἑτέρου δέονται μακροῦ χρόνου τοῦ τῆς ἀναλήψεως, ὥστε τὰ λείψανα τῆς ἀρρωστίας κατὰ μικρὸν ἀποξύσαι τοῦ σώματος, καὶ ἐκβαλεῖν. ὁ δὲ Χριστὸς οὐχ οὕτως· ἀλλ' ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ καὶ τῆς ἀρρωστίας ἀπήλλαξε, καὶ τὴν ὑγίειαν ἐπανήγαγε, καὶ μέσος οὐδεὶς ἐγένετο χρόνος, ἀλλ' ἅμα τῆς ἁγίας γλώττης ἐξεπήδησεν ἡ ἱερὰ ἐκείνη φωνὴ, καὶ τὸ νόσημα τοῦ σώματος ἐδραπέτευε, καὶ ὁ λόγος ἔργον ἐγένετο, καὶ ἡ ἀρρωστία πάντα πάντοθεν ἐδραπέτευε. καὶ καθάπερ θεράπαινά τις στασιάζουσα, ἐπειδὰν ἴδῃ τὸν ἑαυτῆς δεσπότην, συστέλλεται, καὶ πρὸς εὐταξίαν τὴν προσήκουσαν ἐπανέρχεται· οὕτω καὶ ἡ φύσις τοῦ C σώματος, καθάπερ θεράπαινά τις τότε στασιάσασα, καὶ τὴν πάρεσιν ἐργασαμένη, ἐπειδὴ τὸν δεσπότην εἶδε τὸν ἑαυτῆς παραγενόμενον, πρὸς τὴν οἰκείαν ἐπανῆλθεν εὐταξίαν, καὶ τὸν πρέποντα κόσμον ἀνέλαβε· καὶ ταῦτα πάντα ἡ φωνὴ εἰργάσατο· οὐ γὰρ ἦν ψιλὰ τὰ ῥήματα, ἀλλὰ ῥήματα θεοῦ, περὶ ὧν φησιν, ὅτι ἰσχυρὰ ἔργα λόγων αὐτοῦ. εἰ γὰρ οὐκ ὄντα ἄνθρωπον ἐποίησε, πολλῷ μᾶλλον σαπέντα καὶ διαλυθέντα πάλιν ἐπανώρθωσεν. ἐνταῦθα ἡδέως ἂν ἐροίμην τοὺς πολυπραγμονοῦντας τοῦ θεοῦ τὴν οὐσίαν, πῶς συνῆλθε τὰ μέλη ἐκεῖνα; πῶς ἐσφίγγετο τὰ ὀστᾶ; πῶς ὁ τόνος τῆς γαστρὸς ὁ διαλελυ- D μένος ἐρρώννυτο; πῶς τὰ χαλασθέντα νεῦρα πάλιν ἐτείνοντο, καὶ ἡ καταβληθεῖσα δύναμις ἀνίστατο καὶ ἀνωρθοῦτο; ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοιεν τὸ πῶς εἰπεῖν. οὐκοῦν θαύμαζε τὸ γεγενημένον μόνον, μὴ περιεργάζου τὸν τρόπον. ἐπειδὴ τοίνυν ἐποίησε τὸ προσταχθὲν, καὶ τὴν κλίνην ἔλαβεν, ἰδόντες αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, λέγουσι· σάββατόν ἐστι, καὶ οὐκ ἔξεστί σοι ἆραι τὸν κράββατον ἐν σαββάτῳ. δέον προσκυνῆσαι τὸν ἐργασάμενον, δέον θαυμάσαι τὸ γεγενημένον, οἱ δὲ περὶ σαββάτου διαλέγονται, ἀληθῶς οἱ τὸν κώνωπα διϋλίζοντες, καὶ τὴν κάμηλον καταπίνοντες. τί οὖν E ἐκεῖνος; ὁ ποιήσας με ὑγιῆ, ἐκεῖνός μοι εἶπεν, ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ περιπάτει. ὁρᾷς εὐγνωμοσύνην ἀνθρώπου; ὁμολογεῖ τὸν ἰατρὸν, καὶ ἀξιόπιστόν φησιν εἶναι τοῦ προστάγματος τὸν νομοθέτην. καὶ ὥσπερ αὐτοὺς ὁ τυφλὸς συνελογίσατο, οὕτω καὶ οὗτος. πῶς δὲ ἐκεῖνος συνελογίσατο; ἔλεγον αὐτῷ· ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ θεοῦ, ὅτι τὸ σάββατον οὐ τηρεῖ. τί οὖν ἐκεῖνος; οἴδαμεν, φησιν, ὅτι ἁμαρτωλῶν ὁ θεὸς οὐκ ἀκούει· οὗτος δὲ ἤνοιξέ μου τοὺς ὀφθαλμούς. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· εἰ παρέβη τὸν νόμον, ἥμαρτεν· εἰ δὲ ἥμαρτεν, οὐκ ἂν τοσοῦτον

τοῦτον ἴσχυσεν. ἔνθα γὰρ ἁμαρτία, ἐπίδειξις δυνάμεως οὐκ ἔστιν. ἀλλὰ μὴν ἴσχυσεν, οὐκ ἄρα ἥμαρτε παραβὰς τὸν νόμον. οὕτω καὶ οὗτος συλλογίζεται. τὸ γὰρ εἰπεῖν, ὁ ποιήσας με ὑγιῆ, τοῦτο ἠνίξατο, ὅτι εἰ οὗτός ἐστιν ὁ ἐπιδειξάμενος δύναμιν, ὡς οὐκ ἂν εἴη δίκαιος παρανομίας ἐγκλήμασιν ὑπεύθυνος γίνεσθαι. τί οὖν οὗτοι; ποῦ ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ὁ εἰπών σοι, ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ περιπάτει; ὅρα τὴν ἀγνωμοσύνην καὶ τὴν ἀναισθησίαν, ὅρα ψυχὴν ἀλαζονείας γέμουσαν. οἱ γὰρ τῶν φθονούντων ὀφθαλμοὶ ὑγιὲς μὲν οὐδὲν βλέπουσιν, ὅθεν δέ ἐστι λαβὴν εὑρεῖν μόνον. οὕτω καὶ οὗτοι, τοῦ θεραπευθέντος ἀμφότερα ὁμολογήσαντος, καὶ ὅτι ἐθεράπευσε, καὶ ὅτι ἐκέλευσεν ἆραι τὴν κλίνην, τὸ μὲν ἀπέκρυψαν, τὸ δὲ εἶπον. ἀπέκρυψαν μὲν τὸ θαῦμα, προβάλλονται δὲ τὴν τοῦ σαββάτου παράλυσιν. οὐ γὰρ εἶπον, ποῦ ἐστιν ὁ ποιήσας σε ὑγιῆ; ἀλλὰ σιγήσαντες ἐκεῖνο, εἶπον, ποῦ ἐστιν ὁ εἰπών σοι, ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ ὕπαγε; οὗτος δὲ οὐκ ᾔδει. ὁ γὰρ Ἰησοῦς ἐξένευσεν, ὄχλου ὄντος ἐν τῷ τόπῳ. τοῦτο ἀπολογία τοῦ ἀνθρώπου μεγίστη, τοῦτο τῆς τοῦ Χριστοῦ κηδεμονίας ἀπόδειξις. ἵν', ὅταν ἀκούσῃς, ὅτι παραγινόμενον αὐτὸν οὐχ ὁμοίως ὑπεδέξατο τῷ ἑκατοντάρχῃ, οὐδὲ εἶπεν, ὅτι εἰπὲ [a] λόγον, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου, μὴ κατηγορήσῃς αὐτοῦ ἀπιστίαν, ἐπειδὴ οὐκ ᾔδει αὐτόν. οὐδὲ γὰρ ᾔδει ὅστις ποτὲ ἦν. πῶς γὰρ αὐτὸν οὐ πώποτε πρότερον ἰδὼν ἠπίστατο; διὰ τοῦτο ἔλεγεν, οὐκ ἔχω ἄνθρωπον, ἵνα βάλῃ με εἰς τὴν κολυμβήθραν. ὡς εἰ ᾔδει αὐτὸν, οὐκ ἂν κολυμβήθρας ἐμνήσθη, οὐδὲ τῆς ἐκεῖ καταβάσεως, ἀλλ' οὕτως ἂν ἠξίωσε θεραπευθῆναι, ὡς καὶ ἐθεραπεύθη. ἀλλ' ἐνόμισεν ἕνα τῶν πολλῶν αὐτὸν εἶναι, καὶ ἄνθρωπον ψιλὸν, καὶ διὰ τοῦτο τῆς προτέρας ἐμνήσθη θεραπείας. ἀπόδειξις δὲ τῆς τοῦ Χριστοῦ κηδεμονίας, πάλιν καταλιπεῖν τὸν ἰαθέντα, καὶ μὴ καταστῆσαι ἐκείνῳ δῆλον ἑαυτόν. ἵνα γὰρ μὴ ὑποπτεύσωσιν οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι ὑποβολιμαῖος ἦν οὗτος ὁ μάρτυς, καὶ τοῦ Χριστοῦ παρόντος καὶ πείθοντος αὐτὸν τοῦτο ἔλεγεν, ἄγνοια καὶ τὸ μὴ παρεῖναι ταύτην ἀνῄρει τὴν ὑποψίαν. εἶπε γὰρ ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι οὐκ ᾔδει αὐτὸν τίς ἐστι.

Διὰ τοῦτο μόνον καὶ καθ' ἑαυτὸν πέμπει τὸν τεθεραπευμένον, ἵνα ὡς βούλωνται, καταμόνας λαβόντες βασανίσωσι τὸ γεγενημένον, καὶ λαβόντες ἱκανὴν τοῦ πράγματος ἀπόδειξιν, παύσωνται τῆς ἀκαίρου μανίας. διὰ τοῦτο αὐτὸς μὲν οὐδὲν φθέγγεται, τὴν δὲ διὰ τῶν πραγμάτων αὐτοῖς ἀπόδειξιν παρέχεται, πανταχοῦ φωνὴν σαφεστάτην ἀφεὶς, καὶ σάλπιγγος λαμπροτέραν ἁπάσης. οὕτω γὰρ καὶ ἀνύποπτος λοιπὸν ἦν ἡ μαρτυρία, ὁ ποιήσας με ὑγιῆ, ἐκεῖνός μοι εἶπεν, ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ ὕπαγε. ὁ παραλυτικὸς εὐαγγελιστὴς γίνεται, διδάσκαλος τῶν ἀπίστων, ἰατρὸς καὶ κῆρυξ εἰς ἐκείνων αἰσχύνην καὶ κατάκρισιν· ἰατρὸς, οὐχὶ διὰ φωνῆς, ἀλλὰ δι' ἔργων, οὐχὶ διὰ λόγων, ἀλλὰ διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν. σαφῆ γὰρ καὶ ἀναμφισβήτητον ἐπεφέρετο τὴν ἀπόδειξιν, καὶ, ὅπερ ἔλεγεν, ἐδείκνυε

[a] Sic Editi. at Reg. & Savil. in marg. λόγῳ.

A set. Ubi enim peccatum, ibi non est locus demonstrandæ potentiæ. At potuit: non ergo peccavit transgressus legem. Eodem modo & hic argumentatur. Nam cum inquit, *Qui me sanum fecit*, hoc significavit, hunc esse, qui potentiam demonstravit, idcircoque minime dignum esse, qui crimine violatæ legis arcessatur. Quid igitur hi? *Ubi est ille homo, qui dixit tibi, tolle grabatum tuum, & ambula?* Vide amentiam atque stuporem: vide animum tumentem arrogantia. Invidentium enim oculi nihil sanum vident, sed illud tantum unde capere ansam possunt: itidem & hi. Cum ille, qui curatus erat, utrumque fassus esset, & curatum se esse B & jussum tollere grabatum, illud quidem silentio præterierunt, hoc autem protulerunt: occultarunt quidem miraculum, prætendunt autem sabbati dissolutionem. Non enim dixerunt, ubi est qui te sanum fecit? Sed hoc reticentes dixerunt: *Ubi est qui dixit tibi, tolle grabatum tuum, & ambula? Is autem nesciebat. Jesus enim declinavit a turba constituta in loco.* Id vero maxima est hominis illius defensio, id Christi providentiæ demonstratio: ut cum audieris paralyticum hunc non eodem modo, ac Centurionem, suscepisse advenientem Dominum, neque dixisse, *Dic verbo, & sanabitur puer* C *meus*; non ipsum infidelitatis nomine condemnes; quandoquidem illum non cognoscebat, non enim sciebat, quisnam ille esset: & quomodo eum quem numquam viderat, novisset? Propterea dicebat: *Hominem non habeo, qui mittat me in piscinam.* Quod si eum novisset, profecto piscinæ, ac descensionis illius mentionem non fecisset, sed eo modo curari postulasset, quo & curatus est. Sed putabat unum esse e multis, ac nudum hominem: atque idcirco usitatæ meminit curationis. Rursus autem Christi providentiæ hæc demonstratio est, quod curatum reliquerit, neque ei sese patefecerit. Etenim ne suspicarentur Judæi, subdititium esse hunc D testem, atque hæc ideo dicere, quod præsentis Christi suasione moveretur, illius ignorantia, & absentia Christi huic suspicioni locum non dabant. Inquit enim Evangelista: *Nesciebat quis esset.*

Invidorum conditio qualis.

4. Idcirco eum, qui curatus erat, solum, ac sine socio mittit; ut quemadmodum cuperent, seorsum adhibentes, examinarent quod factum erat, & cum certam rei demonstrationem accepissent, ab importuno furore cessarent. Propterea ipse quidem nihil loquitur, eam vero quæ per res ipsas fit, demonstrationem eis præbet: quoquo versus E manifestissimam emittens vocem, & tuba qualibet clariorem. Ita enim nulli jam suspicioni erit obnoxium testimonium illud, *Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, tolle grabatum tuum, & ambula.* Paralyticus fit Evangelista, magister infidelium, medicus & præco ad illorum dedecus & condemnationem: medicus non voce, sed operibus: non per sermones, sed per res ipsas. Manifestam enim, & de qua ambigi non posset, præ se ferebat demonstrationem; &

quod dicebat, ipso corpore ostendebat. *Post hæc invenit eum Jesus, & dixit illi. Ecce sanus factus es, jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Vidisti medici sapientiam? Vidisti providentiam? Non solum a præsenti morbo liberavit, sed etiam munit in posterum, idque peropportune. Nam dum ille jaceret in lecto; nihil ejusmodi dixit, non illi peccata in memoriam revocavit. Morosus enim quodammodo, ac miserabilis est ægrotantium animus. Ubi autem expulit invaletudinem, ubi sanitatem reduxit, ubi potentiæ, & providentiæ suæ demonstrationem opere præbuit; tunc peropportune consilium monitionemque adhibet; cum jam fide dignum se operibus ipsis ostendisset. Cur igitur ille abiens manifestum ipsum fecit Judæis? Nimirum cupiens eos habere participes veræ doctrinæ. At illi propter hanc ipsam causam illum oderant, inquit & *persequebantur.* Hoc mihi loco mentem adhibete. Hic enim totum est certamen. *Propterea illum persequebantur, quia hæc faciebat in sabbato.* Videamus igitur, quomodo se defendat. Defensionis enim modus perspicuum nobis facit, utrum ille sit unus subjectorum, an liberorum, utrum ministrantium, an imperantium. Factum illud maximam legis transgressionem præ se

Num. 15. ferebat. Olim enim, qui ligna in sabbato collegerat, propter hoc ipsum lapidatus est, quod onera portaret in sabbato. Hoc magnum crimen objiciebatur Christo, quod sabbatum solveret. Videamus igitur, num forte primum veniam petat ut servus, ac subjectus, an tamquam potestatem habens, & auctoritatem, ostendat, se Dominum, atque eum, qui superior sit lege ac mandata ipse

Joan. 5. dederit? Quomodo igitur se defendit? *Pater meus*, inquit, *usque modo operatur, & ego operor.* Vidisti auctoritatem. Quod si imbecillior, & minor esset Patre; hoc quod dixerat, tantum abest, ut defensioni aptum sit, ut majus potius crimen sit, & graviori obnoxium accusationi. Quotiescumque enim quis illud faciat, quod soli præstantiori liceat facere, deinde deprehensus accusetur, ipse vero ita dicat, quoniam præstantior fecit, idcirco & ego feci; non solum non expedit se ab objectis criminibus, hoc defensionis modo, sed etiam majori reprehensioni, atque accusationi obnoxium se reddit. Superbiæ enim & arrogantiæ est majora suscipere

Christi divinitas asseritur. dignitate sua. Ergo Christus etiamsi inferior fuisset, tantum aberat, ut quæ dicebat, ipsum defenderent, ut potius gravius condemnarent. Verum quoniam Patri æqualis erat; propterea nullam admisit culpam. Ac si vultis, exemplo perspicuum vobis faciam id, quod dico. Soli Imperatori licet gestare purpuram, & diadema in capite, præterea nemini. Ergo si unus e multis hunc ornatum gestans, deinde ad tribunal perductus ita dicat, quia Imperator hujusmodi ornatum gestat, propterea ego etiam gesto; non solum hoc defensionis modo non se liberaret ab accusatione, sed majorem pœnam, ac supplicium sibi accerseret. Rursus flagitio-

A διὰ τοῦ σώματος. Μετὰ ταῦτα εὑρίσκει αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἴδε, ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται. Εἶδες ἰατροῦ σοφίαν; εἶδες κηδεμονίαν; Οὐκ ἀπήλλαξε τοῦ παρόντος νοσήματος μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἀσφαλίζεται· καὶ πῶς; εὐκαίρως. Ὅτε μὲν γὰρ ἦν ἐπὶ τῆς κλίνης, οὐδὲν τοιοῦτον εἶπεν, οὐκ ἀνέμνησεν αὐτὸν ἁμαρτημάτων. Δυσάρεστος γάρ πως καὶ ταλαίπωρός ἐστιν ἡ τῶν ἀῤῥωστούντων ψυχή· ὅτε δὲ ἀπήλασε τὴν ἀῤῥωστίαν, ὅτε πρὸς τὴν ὑγίειαν ἐπανήγαγεν, ὅτε τῆς δυνάμεως αὐτοῦ καὶ τῆς κηδεμονίας ἔργῳ τὴν ἀπόδειξιν πα-

B ρέσχετο, τότε εὔκαιρον ποιεῖται τὴν συμβουλὴν καὶ τὴν παραίνεσιν, ἀξιόπιστος δι' αὐτῶν λοιπὸν τῶν ἔργων φαινόμενος. Τί οὖν ἐκεῖνος ἀπελθὼν κατάδηλον ἐποίησεν αὐτὸν τοῖς Ἰουδαίοις; κοινωνοὺς αὐτοὺς βουλόμενος λαβεῖν τῆς ἀληθοῦς διδασκαλίας· ἀλλ' ἐκεῖνοι διὰ τοῦτο ἐμίσουν αὐτὸν, φησὶ, καὶ ἐδίωκον. Ἐνταῦθά μοι προσέχετε· ἐνταῦθα γὰρ ὁ πᾶς ἐστιν ἀγών. Διὰ τοῦτο ἐδίωκον αὐτὸν, ὅτι ταῦτα ἐποίει ἐν σαββάτῳ. Ἴδωμεν οὖν πῶς ἀπολογεῖται. ὁ γὰρ τῆς ἀπολογίας τρόπος δείκνυσιν ἡμῖν, εἴτε τῶν ὑποτεταγμένων, εἴτε τῶν ἐλευθέρων ἐστὶν, εἴτε τῶν διακονουμένων, εἴτε

C τῶν ἐπιταττόντων. Παρανομία μεγίστη ἐδόκει εἶναι τὸ γεγενημένον. Καὶ γὰρ ξύλα ποτέ τις ἐν σαββάτῳ συλλέξας ἐλιθάσθη διὰ τοῦτο, ὅτι βαστάγματα ἔφερεν ἐν σαββάτῳ. Τοῦτο τὸ μέγα ἁμάρτημα ἐνεκαλεῖτο ὁ Χριστὸς, ὅτι ἔλυσε τὸ σάββατον. Ἴδωμεν οὖν εἰ πρότερον συγγνώμην αἰτεῖ ὡς δοῦλος καὶ ὑποτεταγμένος, ἢ ὡς ἐξουσίαν ἔχων καὶ αὐθεντίαν ἐπιδείκνυται, ὡς δεσπότης, καὶ ἐπικείμενος τῷ νόμῳ, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτὸς δεδωκώς. Πῶς οὖν ἀπολογεῖται, φησίν; Ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ

D ἐργάζομαι. Εἶδες αὐθεντίαν. Καίτοι εἰ καταδεέστερος ἦν ἐλάττων ὢν τοῦ πατρὸς, οὐκ ἔστι τὸ εἰρημένον ἀπολογία, ἀλλ' ἔγκλημα μεῖζον, καὶ κατηγορία χαλεπωτέρα. Ὅταν γὰρ ποιῇ τις, ὃ τῷ μείζονι μόνῳ ποιεῖν ἔξεστιν, εἶτα αἰτίας ἐγκαλῆται καὶ λέγῃ, ὅτι ἐπειδὴ ὁ μείζων ἐποίησε, διὰ τοῦτο κἀγὼ ἐποίησα, οὐ μόνον οὐκ ἀπολύει τῶν ἐγκλημάτων ἑαυτὸν τούτῳ τῆς ἀπολογίας τῷ τρόπῳ, ἀλλὰ καὶ μείζονος μέμψεως καὶ κατηγορίας ὑπεύθυνον ἑαυτὸν καθίστησιν. Ὑπερηφανίας γὰρ καὶ ἀλαζονείας ἐστὶ τὸ τοῖς μείζοσι τῆς ἀξίας ἐπιχειρεῖν πράγμασι. Καὶ ὁ Χριστὸς τοίνυν εἰ

E καταδεέστερος ἦν, οὐκ ἦν ἀπολογία τὸ λεγόμενον, ἀλλ' ἔγκλημα μεῖζον. Ἐπειδὴ δὲ ἴσος αὐτῷ ἦν, διὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἔγκλημα. Καὶ εἰ βούλεσθε ἐπὶ ὑποδείγματος, ὃ λέγω, ποιήσω φανερόν. Τῷ βασιλεῖ φέρειν ἁλουργίδα, καὶ διάδημα ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς μόνῳ ἔξεστιν, ἑτέρῳ δὲ οὐδενί. Ἐὰν τοίνυν φανῇ τις τῶν πολλῶν τοῦτο τὸ σχῆμα περικείμενος, εἶτα καὶ εἰς δικαστήριον ἑλκόμενος λέγῃ, ὅτι ἐπειδὴ ὁ βασιλεὺς τοῦτο τὸ σχῆμα περίκειται, διὰ τοῦτο κἀγὼ περίκειμαι, οὐ μόνον οὐκ ἀφίησιν ἑαυτὸν τῆς κατηγορίας, ἀλλὰ καὶ μείζονος κολάσεως καὶ τιμωρίας καθίστησιν ὑπεύθυνον τῷ τρόπῳ τῆς ἀπολογίας. Πάλιν δὲ τοὺς ἀρχ-

στοις ἀφεῖναι κολάσεως καὶ τιμωρίας, οἷον ἀνδροφόνοις, λῃσταῖς, τυμβωρύχοις, καὶ τοὺς ἕτερα τοιαῦτα τετολμηκότας, βασιλικῆς ἐστι φιλοτιμίας μόνης. κἂν τοίνυν τις δικαστὴς τὸν καταδικασθέντα χωρὶς βασιλικῆς γνώμης ἀφεὶς, ἐγκαλῆται, καὶ λέγῃ καὶ αὐτὸς, ὅτι ἐπειδὴ καὶ βασιλεὺς ἀφίησι, κἀγὼ ἀφίημι, οὐ μόνον οὐκ ἀπαλλάττεται τούτῳ τῷ τρόπῳ, ἀλλὰ καὶ μείζονα ἐξάπτει καθ' ἑαυτοῦ τὴν ὀργήν. καὶ μάλα εἰκότως. οὐδὲ γὰρ δίκαιον ἐν ταῖς [a] παροινίαις ἐπὶ τὴν τῶν μειζόνων αὐθεντίαν ἀναβαίνοντας τοὺς ὑποδεεστέρους, ἐκεῖθεν ἑαυτοῖς πορίζεσθαι τὴν ἀπολογίαν· ἐπειδὴ τοῦτο ὕβρις μείζων ἐστὶν εἰς τοὺς ἐγχειρίσαντας αὐτοῖς τὴν ἀρχήν. διὰ τοῦτο ἂν μὲν ὑποδεέστερος ᾖ τις, οὐδέποτε τοῦτον ἀπολογήσεται τὸν τρόπον· ἐὰν δὲ βασιλεὺς καὶ τῆς αὐτῆς ὢν ἀξίας, μετὰ παῤῥησίας τοῦτο ἐρεῖ. ὡς γὰρ ἡ τῆς ἀρχῆς μία ὑπεροχὴ, οὕτω καὶ ἡ ἐξουσία μία γένοιτο ἂν εἰκότως. ὥστε ἂν φανῇ τις οὕτως ἀπολογούμενος, ἀνάγκη πᾶσα [b] τῆς αὐτῆς ἀξίας εἶναι ἐκείνῳ, οὗ τὴν ἐξουσίαν ὑπὲρ ἑαυτοῦ προβάλλεται. οὐκοῦν ἐπειδὴ καὶ ὁ Χριστὸς οὕτως ἐδικαιολογήσατο πρὸς Ἰουδαίους, ἀναμφισβητήτως ἡμῖν ἀπέδειξεν, ὅτι τῆς αὐτῆς ἀξίας ἐστὶ τῷ πατρί. καὶ μεταγάγωμεν, εἰ δοκεῖ, τὸ ὑπόδειγμα ἐπὶ τὰ ῥήματα τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ ἔργον, ὅπερ εἰργάσατο. ἔστω τοίνυν τὸ μετ' ἐξουσίας λῦσαι τὸ σάββατον, ὅπερ ἡ ἁλουργὶς, καὶ τὸ διάδημα, καὶ τὸ ἀφιέναι τοὺς ὑπευθύνους. ὥσπερ οὖν ἐκεῖνα τῷ βασιλεῖ μόνῳ ἔξεστιν, οὐδενὶ δὲ ἄλλῳ τῶν ὑποκειμένων. ἐὰν δὲ φανῇ τις ποιῶν αὐτὰ, καὶ δικαίως ποιῶν, ἀνάγκη κἀκεῖνον βασιλέα εἶναι, οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, ἐπειδὴ φαίνεται μετὰ αὐθεντίας ταῦτα ποιῶν ὁ Χριστὸς, εἶτα ἐγκαλούμενος τὸν πατέρα προβάλλεται λέγων, ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, ἀνάγκη πᾶσα καὶ τοῦτον ἴσον εἶναι ἐκείνῳ τῷ μετὰ αὐθεντίας ποιοῦντι. οὐ γὰρ ἂν, εἰ μὴ ἴσος ἦν αὐτῷ, τούτῳ τῆς δικαιολογίας ἐχρήσατο τῷ τρόπῳ. καὶ ἵνα σαφέστερον μάθητε τὸ λεγόμενον, ἔλυσαν τὸ σάββατόν ποτε οἱ μαθηταὶ ἐν τῷ τίλλειν τοὺς στάχυας, καὶ ἐσθίειν ἐν σαββάτῳ· ἔλυσε καὶ αὐτὸς νῦν. ἐνεκάλεσαν κἀκείνοις οἱ Ἰουδαῖοι, ἐνεκάλεσαν καὶ τούτῳ. ἴδωμεν πῶς μὲν ὑπὲρ ἐκείνων ἀπολογεῖται, πῶς δὲ ὑπὲρ ἑαυτοῦ· ἵνα ἐκ τῆς διαφορᾶς τὴν ὑπεροχὴν καὶ τὴν ἀπολογίαν αὐτοῦ μάθῃς. πῶς οὖν ὑπὲρ ἐκείνων ἀπολογεῖται; οὐκ ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαυὶδ, ὅτε ἐπείνασεν; ὅταν μὲν γὰρ ὑπὲρ τῶν δούλων ἀπολογῆται, ἐπὶ τὸν σύνδουλον αὐτῶν καταφεύγει Δαυίδ· ὅταν δὲ ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ἐπὶ τὸν πατέρα ἀνάγει τὸν λόγον· ὁ πατήρ μου ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι. καὶ ποίαν ἐργασίαν λέγει, ἴσως εἴποι τις ἄν; ἐν γὰρ ἓξ ἡμέραις κατέπαυσεν ὁ θεὸς ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ· τὴν καθημερινὴν πρόνοιαν. οὐ γὰρ παρήγαγε μόνον τὴν κτίσιν, ἀλλὰ καὶ παραχθεῖσαν αὐτὴν συγκροτεῖ. κἂν ἀγγέλους εἴπῃς, κἂν ἀρχαγγέλους, κἂν τὰς ἄνω δυνάμεις, κἂν πάντα ἁπλῶς τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, τῆς προνοίας ἀπολαύει τῆς ἐκείνου· κἂν ἔρημα γένηται τῆς ἐνεργείας

A sissimis hominibus pœnam ac supplicium remittere, ut homicidis, latronibus, sepulcrorum effossoribus, & cæteris, qui talia quædam perpetrare ausi sunt, solius Imperatoriæ largitatis est. Quod si judex quispiam damnatum sine Imperatoris sententia dimittens, accusetur, & dicat etiam ipse, ego dimisi, quoniam Imperator dimittit; non solum hac ratione minime se liberat, sed etiam majorem erga se iram accendit, & jure quidem. Non enim æquum est, cum inferiores in temulentis forte compotationibus in superiorem auctoritatem irruerint, postea ex illorum more, & facto sibi ipsis parare defensionem. Major enim hæc contumelia est B in eos, qui principatum ipsis tradiderunt. Ideo si quis inferior sit; numquam hac sui defendendi ratione utetur. Sin autem sit Imperator, & eadem præditus dignitate; fidenter id dicet. Etenim quemadmodum eadem est in utroque excellens amplitudo principatus; ita etiam eadem auctoritas, ac licentia esse debet. Quamobrem si exsistat aliquis, qui hac se ratione defendat; necesse omnino est, eamdem dignitatem habeat atque ille, cujus potentiam ad suam defensionem prætendit. Quando igitur Christus hac ratione facti sui justitiam cum Judæis disserens declaravit; sine dubio nobis ostendit C ejusdem se esse dignitatis cum Patre. Ac si libet, conferamus allatum exemplum cum verbis & facto Christi. Sit igitur idem, solvere pro auctoritate sabbatum, ac purpura, diadema, & reorum dimissio. Quemadmodum igitur soli Imperatori illa licent, nemini autem subjectorum, ac si quis eadem faciat, ac jure faciat, illum quoque Imperatorem esse necesse est, ita etiam hac in re, quoniam in conspectum se dat Christus ista pro auctoritate faciens, ac deinde accusatus Patrem prætendit ita dicens, *Pater meus usque modo operatur*; necessarium prorsus est, D & hunc æqualem illi esse, qui pro auctoritate faciat. Non enim nisi æqualis esset; hoc sui facti probandi modo uteretur. Atque ut clarius cognoscatis quæ dicimus: solverant aliquando sabbatum discipuli, cum spicas vellerent, & comederent in sabbato: solvit & ipse nunc. Et illos reprehenderunt Judæi: reprehenderunt & hunc. Videamus qualem quidem pro illis defensionem afferat, qualem vero pro seipso; ut ex differentia præstantiam, & vim defensionis ejus intelligas. Qualem igitur defensionem pro illis affert? *Non legistis quid fecerit David, quando esuriit?* Quando E enim servos defendendos suscipit; confugit ad conservum illorum Davidem: quando autem seipsum; rationem refert ad Patrem. *Pater meus operatur, & ego operor.* Quam vero, quæret fortasse quispiam, operationem dicit? *Nam in sex diebus requievit Deus ab omnibus operibus suis.* Nempe quotidianam providentiam. Non enim solum protulit creaturam, verum etiam prolatam tuetur, & fovet: sive Angelos dixeris, sive Archangelos, sive superiores potestates, sive omnia prorsus, quæ sub aspectum cadunt, & quæ non cadunt; cuncta fruuntur providentia illius: &

Christum Patri æqualem esse probatur. Matth. 12.

Gen. 2.

a Savil. & Morel. παροιμίαις. Reg. παροινίαις.

b Reg. τῆς αὐτῆς ἐξουσίας, & infra similiter.

si destituantur efficaci illius actione, diffluunt, dilabuntur, pereunt. Ergo cum vellet Christus ostendere suum esse providere, non autem sibi provideri, efficaciter agere, non autem agi, & alterius efficientiam subire, ita dixit, *Pater meus operatur, & ego operor*, æqualem se Patri demonstrans.

Cum probis moribus recta fides.

5. Hæc memoria tenete, & quam diligentissime custodite, & contexite philosophiam morum cum recto dogmatum habitu: quod & nuper hortatus sum, & nunc hortor, neque finem hortandi faciam. Morum autem institutionem, & philosophiam nihil æque adducit, atque hoc in loco sæpe versari. Nam quemadmodum squallens terra, si neminem habeat, a quo irrigetur, spinis, & tribulis scatet; quæ autem cultrice manu fruitur; germinat & floret, ac redundat magna fructuum copia; ita sane & anima, illa quidem, quæ fruitur irrigatione divinorum sermonum, germinat & floret, & circumfluit fructibus Spiritus: quæ autem inculta & in squallore, ac sine ejusmodi irrigatione dimittitur; ea sola relinquitur & silvescit, & multas profert spinas, ipsam peccati naturam. Ubi autem spinæ, ibi dracones, & serpentes, & scorpii, & universa potestas diaboli. Quod si his verbis non credis, age conferamus nobiscum eos, qui hoc auxilio caruerunt; ac tunc demum videbitis, quantum intercedat intervallum. Potius autem ipsi nos ipsos examinemus, quales quidem simus, dum divina doctrina fruimur, quales autem, cum diu hac privamur utilitate. Ne igitur tantum lucri profundamus. Hoc enim in loco frequentem esse, omnia conciliat bona. Hinc cum discedunt, & vir mulieri videtur honoratior, & mulier viro amabilior. Etenim mulierem non pulcritudo corporis valde amabilem reddit, sed animæ virtus; non pictura, & fucus, neque aurum, neque vestes pretiosæ: sed temperantia & probitas, & timor stabilis erga Deum. Ad hanc vero, quæ sub intelligentiam cadit pulcritudinem comparandam nusquam alibi accurata exercitationis ratio adhibetur, præterquam in hoc admirabili ac divino loco, Apostolis & Prophetis tergentibus, ornantibus, abradentibus senectutem peccati, adducentibus vigorem juventutis, omnem rugam, omnem maculam, omnem nævum ejicientibus ex animis nostris. Hanc igitur & viri, & mulieres studeamus nobis familiarem facere pulcritudinem, ut nobiscum habitet. Nam corporis pulcritudinem & morbus tabefacit, & temporis longitudo corrumpit, & senectus exstinguit, & mors ingruens totam e medio tollit. Eam vero quæ in anima est, non tempus, non morbus, non senectus, non mors, non aliud hujusmodi quidquam potest perdere: sed perpetuo floret. Et pulcritudo quidem corporis sæpe spectatores ad intemperantiam provocat. At ea, quæ in animo, ipsummet Deum ad sui amorem allicit; prout etiam Propheta dixit, Ecclesiam alloquens, *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliviscere populum tuum*,

Psal. 44.

A ἐκείνης, οἴχεται καὶ διαῤῥεῖ, καὶ ἀπόλλυται. βουλόμενος τοίνυν δεῖξαι ὁ Χριστὸς, ὅτι τῶν προνοούντων ἐστὶ, καὶ οὐχὶ τῶν προνοουμένων, τῶν ἐνεργούντων, οὐχὶ τῶν ἐνεργουμένων, εἶπεν, ὁ πατήρ μου ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι, τὸ πρὸς τὸν πατέρα ἰσοστάσιον ἐπιδεῖξαι βουλόμενος.

Ταῦτα δὲ μέμνησθε, καὶ φυλάττετε μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς πολιτείας φιλοσοφίαν τῇ τῶν δογμάτων ὀρθότητι συνυφαίνετε, ὃ καὶ πρώην παρεκάλεσα, καὶ νῦν παρακαλῶ, καὶ παρακαλῶν οὐ παύσομαι· πολιτείαν δὲ καὶ φιλοσοφίαν οὐδὲν οὕτως, ὡς ἡ ἐνταῦθα ποιεῖ διατριβή. καθάπερ γὰρ ἡ χερσουμένη γῆ, μηδένα τὸν ἀρδεύοντα B ἔχουσα, γέμει ἀκανθῶν καὶ τριβόλων, ἡ δὲ γεωργικῶν ἀπολαύουσα χειρῶν, τέθηλε, καὶ κομᾷ, [a] καὶ πολὺ βρύει τῷ καρπῷ· οὕτω δὴ καὶ ἡ ψυχή· ἡ μὲν τῆς ἀρδείας τῶν θείων ἀπολαύουσα λογίων, τέθηλε, καὶ κομᾷ, καὶ πολὺ βρύει τῷ καρπῷ τοῦ πνεύματος· ἡ δὲ ἐν αὐχμῷ, καὶ ἀμελείᾳ, καὶ ἄνευ τῆς τοιαύτης ἀρδείας καθεστῶσα ἐρημοῦται, καὶ ὑλομανεῖ, καὶ ἀκάνθας ἐκφέρει πολλὰς, τῆς ἁμαρτίας τὴν φύσιν. ἔνθα δὲ ἄκανθαι, ἐκεῖ δράκοντες καὶ ὄφεις καὶ σκόρπιοι, καὶ πᾶσα ἡ δύναμις τοῦ διαβόλου. καὶ εἰ ἀπιστεῖς τῷ λόγῳ, φέρε, τοὺς ἀπολειφθέντας, καὶ ἡμᾶς παραβάλωμεν, καὶ ὄψεσθε τότε πολὺ τὸ μέσον. μᾶλλον δὲ ἡμεῖς ἡμᾶς ἑαυτοὺς ἐξετάσωμεν, τίνες μέν ἐσμεν θείας C ἀπολαύοντες διδασκαλίας, τίνες δὲ ἐπὶ πλέον ταύτης ἀποστερούμενοι τῆς ὠφελείας τυγχάνομεν. μὴ τοίνυν προδῶμεν κέρδος τοσοῦτον. ἡ γὰρ ἐνταῦθα διατριβὴ, πάντων ὑπόθεσίς ἐστι τῶν ἀγαθῶν. ἐντεῦθεν ἀναχωρῶν καὶ ἀνὴρ γυναικὶ φαίνεται τιμιώτερος, καὶ γυνὴ ἀνδρὶ ποθεινοτέρα. γυναῖκα γὰρ ἐπέραστον οὐκ εὐμορφία ποιεῖ σώματος, ἀλλὰ ψυχῆς ἀρετή· [b] οὐκ ἐπιτρίμματα, καὶ ὑπογραφαὶ, οὐδὲ χρυσίον, καὶ ἱμάτια πολυτελῆ, ἀλλὰ σωφροσύνη, καὶ ἐπιείκεια, καὶ φόβος ἐρριζωμένος πρὸς θεόν. καὶ τὸ νοητὸν κάλλος οὐκ ἔστιν ἀλλαχοῦ πρὸς ἀκρίβειαν ἀσκη- D θῆναι, ἀλλ' ἢ ἐν τῷ θαυμαστῷ καὶ θείῳ τούτῳ χωρίῳ, τῶν ἀποστόλων, τῶν προφητῶν ἀποσμηχόντων, καλλωπιζόντων, ἀποξυόντων τῆς ἁμαρτίας τὸ γῆρας, ἐπαγόντων τῆς νεότητος τὴν ἀκμὴν, πᾶσαν κηλῖδα, πᾶσαν ῥυτίδα, πάντα σπῖλον ἐκβαλλόντων τῆς ψυχῆς τῆς ἡμετέρας. τοῦτο τοίνυν καὶ ἄνδρες, καὶ γυναῖκες σπουδάσωμεν ἑαυτοῖς ἐγκατοικίσαι τὸ κάλλος. τὸ μὲν γὰρ τοῦ σώματος καὶ νόσος ἐμάρανε, καὶ πλῆθος χρόνου διέφθειρε, καὶ γῆρας ἔσβεσε, καὶ E θάνατος ἐπελθὼν ἀνεῖλεν ἅπαν· τὸ δὲ τῆς ψυχῆς, οὐ χρόνος, οὐ νόσος, οὐ γῆρας, οὐ θάνατος, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τῶν τοιούτων λυμήνασθαι δύναται, ἀλλὰ μένει διηνεκῶς ἀνθοῦν. καὶ τὸ μὲν τοῦ σώματος τοὺς ὁρῶντας εἰς ἀκολασίαν ἐκκαλεῖται πολλάκις, τὸ δὲ τῆς ψυχῆς κάλλος αὐτὸν τὸν θεὸν πρὸς τὸν ἔρωτα ἐπισπᾶται τὸν οἰκεῖον, καθάπερ καὶ ὁ προφήτης φησὶ, πρὸς τὴν ἐκκλησίαν διαλεγόμενος· ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου

a Reg. καὶ πολλῷ βρύει, & infra similiter.

b Savil. in textu & Reg. οὐκ ἐν γράμματι καὶ, Savil. in marg & Morel. οὐκ ἐπιτρίμματα καὶ, quæ posterior lectio vera.

τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. ἵνα οὖν, ἀγαπητοὶ, γενώμεθα φίλοι τῷ θεῷ, τοῦτο καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐξασκῶμεν τὸ κάλλος, τῇ τῶν γραφῶν ἀναγνώσει πᾶσαν κηλῖδα ἀποσμήχοντες, ταῖς εὐχαῖς, ταῖς ἐλεημοσύναις, τῇ πρὸς ἀλλήλους ὁμονοίᾳ· ἵνα ὁ βασιλεὺς ἐρασθεὶς ἡμῶν τῆς κατὰ τὴν ψυχὴν εὐμορφίας, τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἡμᾶς καταξιώσῃ· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

& domum patris tui: & concupiscet Rex decorem tuum. Igitur, ô dilecti, ut amicitiam cum Deo contrahamus, hanc quotidie pulcritudinem curemus, & colamus, Scripturarum lectione omnem maculam abstergentes, precibus, eleemosynis, mutua concordia: ut rex amator factus nostræ, quæ in animo, pulcritudinis dignetur nos cælorum regno: quod utinam nos omnes consequamur gratia, & humanitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria, simulque Spiritui sancto, nunc & semper & in sæcula sæculorum, Amen.

IN LIBRUM, QUOD CHRISTUS SIT DEUS CONTRA JUDÆOS ATQUE GENTILES.

MONITUM.

ARGUMENTI *ratione moti, hunc librum post Homilias contra Anomœos & de Consubstantiali ponimus. Agitur enim utrobique de Divinitate Christi, quam Anomœi, aliique omnes Ariani, vel negabant, cum dicerent Christum Deum quidem esse, sed non vere Deum; vel ore tantum tenus confitebantur, cum illum simpliciter Deum vocabant: Judæi vero atque Gentiles absque ullo temperamento rejiciebant. Commode igitur hæc opera, quæ ut fors tulit separata fuerant, una serie legenda offerimus: nec minus opportune hunc librum ante Homilias contra Judæos locamus, quando ipse Chrysostomus in hoc opere contra Judæos se concionaturum propediem esse pollicetur: ubi eas ipsas quæ post hunc librum sequuntur Homilias ipsum commemorare verisimile est, ut mox dicetur. Quo autem tempore quave occasione hunc ediderit librum conjecturis non levibus, neque dubiis expiscari possumus. Primo quidem nondum Episcopum fuisse, nec Constantinopoli tunc degisse Chrysostomum suadere videntur hæc verba:* καὶ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει δὲ, οὐδὲ πρὸς τοὺς ἀποστόλους ἐγγὺς, ἀλλὰ πρὸ τὰ πρόθυρα ἔξω ἀγαπητὸν εἶναι ἐνόμισαν οἱ τὰ διαδήματα περικείμενοι τὰ σώματα αὐτῶν κατορύττεσθαι, καὶ γεγόνασι θυρωροὶ λοιπὸν τῶν ἁλιέων οἱ βασιλεῖς. καὶ ἐν τῇ τελευτῇ οὐκ αἰσχύνονται, ἀλλὰ καὶ ἐγκαλλωπίζονται, οὐ μόνον αὐτοὶ, ἀλλὰ καὶ οἱ ἔκγονοι αὐτῶν. *i.* Constantinopoli vero, non prope Apostolos, sed foris ad ipsa limina optaverunt ii, qui diademate redimiebantur, corpora sua sepeliri, atque ita Imperatores piscatorum ostiarii facti sunt: sic in obitu hoc non dedecori, sed honori sibi esse putant, non solum ipsi, sed etiam eorum nepotes. *Hæc vix putentur esse Constantinopoli commorantis: & sane pari modo de Constantinopoli loquitur, quo de urbe Roma paulo ante verba fecerat. Antiochiæ igitur S. Doctorem hanc suscepisse operam certum videtur. Huic non inferiorem temporis notam suppeditat Chrysostomus paulo ante finem operis, ubi postquam ex Veteris Testamenti locis carptim allatis probavit in adventu Christi abrogandum esse cultum Judaïcum, hæc adjicit:* ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἡνίκα ἂν πρὸς Ἰουδαίους λέγωμεν, σαφέστερον καὶ εὐρύτερον ἀναπτύξομεν: verum hæc quando contra Judæos dicemus, clarius & fusius explicabimus. *His porro verbis sequentes contra Judæos Homilias indicare prorsus videtur. Nam ibi ex Prophetarum & Veteris Testamenti auctoritate pluribus commonstrat tollendum abrogandumque post adventum Christi esse cultum Judaïcum. Cum autem non in tribus prioribus contra Judæos Homiliis, quæ anno 386. habitæ sunt; sed in quinque posterioribus potissimum, quas habuit Chrysostomus anno 387. mense circiter Septembri, abrogatum fuisse cultum Judaïcum multis argumentis probe atque erudite demonstret: hinc sequitur hunc seu librum seu sermonem, ubi id se facturum pollicetur, ante mensem Septembrem anni 387. adornatum fuisse.*

An porro concionis more hunc sermonem ad populum habuerit, an scripserit legendum, nec oratorio more recitandum, non ita facile est augurari. Licet enim initio in auditorum cujusve generis & conditionis commodum se brevitati studere profiteatur: attamen hæc numquam concionatus fuisse videtur. Si enim concionatus esset, homiliam certe prolixiorem, quam ut posset una vice tota persolvi, plures in partes divisisset, ut alias non semel fecit. Et alioquin quantumcumque prolixa sit, non integra tamen est: certumque videtur magnam ejus partem in fine desiderari. Sic vero mutilam habuit vetus Interpres, sic prius editi, sic habet etiam Codex Colber-

tinus : unde fortasse dubium oriatur integram-ne umquam ediderit Chrysostomus. Stylus admodum redundat, maxime autem a medio ad finem : eodem orandi genere scriptus quo liber contra Gentes & in S. Babylam, Concio secunda in Eutropium, Homilia de Anathemate, Homiliæ aliquot de Pœnitentia, quæ non sunt ejusdem atque cætera opera elegantiæ, quia fortassis ex tempore scripta. Par suspicio nascitur hunc item librum non fuisse secundis curis expolitum.

Interpretationem incerti auctoris quæ in editis ante legebatur, utpote non satis accuratam, rejecimus, novamque paravimus.

ADVERSUS JUDÆOS ET Gentiles demonstratio, quod Christus sit Deus, ex iis, quæ multis in locis de illo dicta sunt apud Prophetas.

1\. QUONIAM plerique hominum, sive ex innata socordia, sive ex nimia sæcularium rerum quibus se dediderunt, cura atque solicitudine; alii vero ignorantia magna detenti, prolixos sermones non libenter audiunt; operæ precium visum est, multiloquii molestiam resecare : ut sermonis brevitate cum segnitiem eorum tollam, tum iis, qui in lectionis fastidium prolapsi sunt, suadeam, ut præsenti orationi magna cum alacritate aures præbeant. Ideo nullis verborum nominumque lenociniis utens, sed dicta sic temperans, ut famulo, ancillæ, viduæ, institori, nautæ & agricolæ captu facilia sint, brevitati insuper, quantum fas erit, ubique studebo : paucisque doctrinam tradere satagam : atque utroque modo oscitantium auditorum studia excitabo; quo facile & absque labore hæc percipere possint, iisque in memoria repositis, lucrum inde reportent. Primum autem cum Gentilibus manus conseram. Nam si dixerit Gentilis, Unde manifestum est Christum esse Deum? hoc enim ante omnia præstituere oportet, utpote cum cætera inde consequantur; non a cælo demonstrationem petemus, neque ab aliis id genus. Nam si illi dixero, cælum creavit, terram item vel mare; id ipse non feret : si dixero, mortuos suscitavit, cæcos curavit, dæmonas fugavit; neque hoc admittet : si dixero, regnum promisit & occulta bona, si de resurrectione verba fecero, hoc non modo non recipiet, sed etiam ridebit. Unde igitur, maxime si idiota sit, illum instituemus? Unde, inquam, nisi ex iis, quæ apud me & illum in confesso sunt, nec in dubium vocari possunt. Nam si supponam ipsum condidisse cælum & alia, quæ dixi, id ille non facile credet. Quænam igitur sunt ea, quæ ipsum fecisse Gentilis ipse fatetur, neque negare potest? Quod Christianorum genus ipse fundaverit, neque enim illud negaturus est, quod universas per orbem Ecclesias condiderit. Hinc ejus potentiæ argumentum ducemus, & ostendemus ipsum vere Deum esse : dicemusque non esse puri hominis tantum orbem, terram, mare, tam brevi tempore pervadere, & ad res tantas evocare; cum maxime tam absurdis moribus assueti homines essent, &

A [a] ΠΡΟΣ ΤΕ ΙΟΥΔΑΙΟΥΣ ΚΑΙ ΕΛΛΗΝΑΣ ἀπόδειξις, ὅτι ἐστὶ Θεὸς ὁ Χριστός, ἐκ τῶν παρὰ τοῖς προφήταις πολλαχοῦ περὶ αὐτοῦ εἰρημένων.

ΕΠειδὴ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, οἱ μὲν οἴκοθεν ὄντες ῥᾴθυμοι, οἱ δὲ τοῖς βιωτικοῖς ἑαυτοὺς μετὰ πολλῆς ἐκδεδωκότες τῆς σπουδῆς, ἕτεροι δὲ καὶ ὑπὸ ἀμαθίας πολλῆς κατεχόμενοι, οὐκ ἂν ῥᾳδίως μακρῶν ἀνάσχοιντο λόγων, ἀναγκαῖον εἶναι ἐνόμισα τὸν ἐκ τῆς μακρηγορίας ὑποτεμέσθαι πόνον· ὥστε καὶ τὸν ὄκνον ἀνελεῖν τῇ βραχυλογίᾳ τῶν ῥᾳθύμων, καὶ τοὺς σφόδρα αὐτῶν ἀναπεπτωκότας πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν, πεῖσαι τῆς προκειμένης ἡμῖν πραγματείας B μετὰ πολλῆς ἀκροάσασθαι τῆς προθυμίας. Διά τοι τοῦτο οὐδὲ καλλωπίζων ῥήμασί τε καὶ ὀνόμασι τὴν ἑρμηνείαν, ἀλλ' αὐτὰ τιθεὶς τὰ ὀνόματα οὕτως, ὡς καὶ οἰκέτῃ καὶ θεραπαινίδι, καὶ χήρᾳ γυναικί, καὶ καπήλῳ, καὶ ναύτῃ, καὶ γηπόνῳ ῥᾴδια εἶναι καὶ εὔληπτα, πανταχοῦ πειράσομαι συστεῖλαι τὸ μῆκος, ὡς ἂν ἐγχωρῇ, καὶ δι' ὀλίγων τὴν διδασκαλίαν ποιῆσαι, ἑκατέροις τούτοις τὴν ὑπτίων ἀκροατῶν διεγείρων τὴν ὄρεξιν, εἰς τὸ ῥᾳδίως καὶ χωρὶς καμάτου τινὸς τὰ ἐγκείμενα ἐπελθεῖν, καὶ κατασχόντας ἐπὶ μνήμης ταῦτα κερδᾶναι. ποιήσομαι δὲ τὸν ἀγῶνα πρὸς Ἕλληνας πρότερον. Εἰ γὰρ δὴ λέγοι ὁ Ἕλλην, πόθεν δῆλον ὅτι Θεός ἐστιν ὁ Χριστός; τοῦτο γὰρ δεῖ προϋποθέσθαι πρότερον, ὡς C τὰ ἄλλα πάντα τούτῳ ἑπόμενα. οὐκ ἀπ' οὐρανοῦ ποιησόμεθα τὴν ἀπόδειξιν, οὐδὲ ἀπ' ἄλλων τοιούτων. ἐὰν γὰρ εἴπω πρὸς αὐτόν, ὅτι οὐρανὸν ἔκτισεν, ὅτι γῆν, ὅτι θάλασσαν, οὐκ ἀνέξεται. ἂν εἴπω, ὅτι νεκροὺς ἤγειρε, τυφλοὺς ἐθεράπευσε, δαίμονας ἤλασεν, οὐδὲ τοῦτο καταδέξεται. ἂν εἴπω, ὅτι βασιλείαν ἐπηγγείλατο καὶ τὰ ἀπόρρητα ἀγαθά, ἂν περὶ ἀναστάσεως διαλεχθῶ, οὐ μόνον οὐκ ἀνέξεται, ἀλλὰ καὶ γελάσεται. πόθεν οὖν αὐτὸν ἐνάξομεν, καὶ μάλιστα ἐὰν ἰδιώτης ᾖ; πόθεν ἄλλοθεν, ἀλλ' ἢ ἀπὸ τῶν παρ' ἐμοῦ καὶ αὐτοῦ κοινῶς καὶ ἀναντιρρήτως ὁμολογουμένων, καὶ πρὸς ἃ ἀμφιβόλως οὐκ ἔχει; ὅτι μὲν γὰρ οὐρανὸν ἐποίησε, καὶ τὰ ἄλλα, ἅπερ εἶπον, ἐὰν ὑποθῶμαι, D οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο πεισθῆναι ῥᾳδίως. τίνα οὖν ἐστιν ἃ καὶ ἐκεῖνος ὁμολογεῖ αὐτὸν πεποιηκέναι, καὶ οὐδαμῶς ἂν ἀντείποι; ὅτι τὸ Χριστιανῶν γένος αὐτὸς ἐφύτευσεν. οὐ γὰρ δὴ καὶ πρὸς τοῦτο ἀντερεῖ, ὅτι τὰς πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐκκλησίας αὐτὸς ἐπήξατο. ἀπὸ τούτων παρεξόμεθα τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τὴν ἀπόδειξιν, καὶ δείξομεν αὐτὸν ὄντα Θεόν, καὶ ἐροῦμεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνθρώπου ψιλοῦ τοσαύτην ἐν βραχεῖ καιρῷ περιελθεῖν οἰκουμένην, καὶ γῆν, καὶ θάλατταν, καὶ ἐπὶ τοιούτοις καλεῖν πράγμασιν οὕτω, καὶ ταῦτα ὑπὸ ἀτόπου συνηθείας προκατειλημμένους ἀνθρώπους, μᾶλ-

[a] Collata cum Cod. Colb. 3055. ubi perpauca discrimina.

λον δὲ ὑπὸ τοσαύτης κακίας κατεχομένους. καὶ ὅμως ἴσχυσε τούτων πάντων τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐλευθερῶσαι, οὐχὶ Ῥωμαίους μόνον, ἀλλὰ καὶ Πέρσας καὶ ἁπλῶς τὰ τῶν βαρβάρων ἔθνη. καὶ ταῦτα κατώρθωσεν, οὐχ ὅπλοις χρώμενος, οὐ χρήματα δαπανῶν, οὐ στρατόπεδα κινῶν, οὐ πολέμους ἀναῤῥιπίζων, ἀλλὰ δι' ἕνδεκα ἀνθρώπων τὴν ἀρχὴν, ἀσήμων, εὐτελῶν, ἀμαθῶν, ἰδιωτῶν, πενήτων, γυμνῶν, ἀόπλων, ἀνυποδέτων, μονοχιτώνων. τί λέγω, κατώρθωσε; πεῖσαι ἠδυνήθη τοσαῦτα φῦλα ἀνθρώπων, οὐ περὶ τῶν παρόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν μελλόντων φιλοσοφεῖν, καὶ νόμους πατρῴους ἀνασπάσαι, καὶ παλαιὰ ἔθη τοσούτῳ ῥιζωθέντα χρόνῳ ἐκ ῥιζῶν ἀνελεῖν, καὶ ἕτερα ἀντιφυτεῦσαι, καὶ τῶν εὐκόλων ἀπαγαγόντα εἰς τὰ δύσκολα ἐμβιβάσαι τὰ αὐτοῦ· καὶ ταῦτα ποιῆσαι πολεμούμενον παρὰ πάντων, καὶ σταυρὸν ὑπομεμενηκέναι χλευαζόμενον, καὶ θάνατον ἐπονείδιστον. οὐ γὰρ δὴ καὶ πρὸς ταῦτα ἀντεροῦσιν, ὅτι οὐκ ἐσταυρώθη ὑπὸ Ἰουδαίων, καὶ τὰ μυρία ἔπαθε παρ' αὐτῶν, καὶ ὅτι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιδίδωσι τὸ κήρυγμα. καὶ τὸ παράδοξον, οὐκ ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ Πέρσαις ἀνθεῖ, ἔτι καὶ νῦν παρ' αὐτοῖς πολεμούμενον. καὶ γὰρ παρ' ἐκείνοις ἄρτι μαρτύρων δῆμοι πολλοί· καὶ ὅμως οἱ καὶ λύκων αὐτῶν ἀγριώτεροι, δεξάμενοι τὸ κήρυγμα, προβάτων ἡμερώτεροι γεγόνασι, καὶ περὶ ἀθανασίας, καὶ περὶ ἀναστάσεως φιλοσοφοῦσι, καὶ τῶν ἀποῤῥήτων ἀγαθῶν.

Οὐκ ἐν ταῖς πόλεσι δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν ἔρημον ταῦτα ἐξῆλθε τὰ κατορθώματα, καὶ εἰς κώμας, καὶ εἰς χώρας, καὶ εἰς νήσους, καὶ ὅρμους, καὶ ἐπίνεια· καὶ οὐκ ἰδιῶται, οὐδὲ ἄρχοντες ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ τὰ διαδήματα περικείμενοι, μετὰ πολλῆς εἰσιν ὑποτεταγμένοι τῆς πίστεως τῷ σταυρωθέντι. καὶ ὅτι ταῦτα πάντα οὐχ ἁπλῶς γέγονεν, ἀλλὰ μετὰ προῤῥήσεως πρὸ πολλοῦ γεγενημένης χρόνου, ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀποδεῖξαι πειράσομαι· μᾶλλον δὲ, ὥστε ἡμῶν μηδὲ ὕποπτον γενέσθαι τὸν λόγον, ἀναγκαῖον τὰ βιβλία τῶν σταυρωσάντων αὐτὸν Ἰουδαίων εἰς μέσον προθεῖναι, καὶ τὰς περὶ αὐτοῦ μαρτυρίας ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς φυλαττομένων γραφῶν ἔτι καὶ νῦν ὑπ' ὄψεσι τῶν ἀπειθούντων διεξελθεῖν. ὅτι τοίνυν ὁ Θεὸς ἄνθρωπος ἔσται, Θεὸς ὢν, πρῶτος Ἱερεμίας λέγει· Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. μετὰ ταῦτα, ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. εἶδες πῶς ἅπαντα ἐν βραχέσι ῥήμασι προεδήλωσε, καὶ ὅτι Θεὸς ὢν ἄνθρωπος ἐγένετο, καὶ ἀνθρώποις συνανεστράφη, καὶ ὅτι καὶ τὴν παλαιὰν αὐτὸς ἐνομοθέτησεν; ἐξεῦρε γὰρ, φησὶ, πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. δείκνυσι γὰρ ἐνταῦθα, ὅτι καὶ πρὸ τῆς παρουσίας τῆς ἐνσάρκου πάντα αὐτὸς ᾠκονόμει, καὶ πάντα αὐτὸς ἔπραττε, νομοθετῶν, προνοῶν, κηδόμενος, εὐεργετῶν. ἕτερος πάλιν προφήτης, ὅτι οὐκ ἄνθρωπος μόνον ἔσται, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀπὸ παρθένου τεχθήσεται, ἄκουσον πῶς φησιν· Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· τοῦτο δέ ἐστι μεθερμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. Εἶτα

A tot malis irretiti. Et tamen potuit ille humanum genus ab his omnibus liberare; non Romanos tantum, sed Persas & omne Barbarorum genus. Hæc porro fecit, non armis usus, non sumtibus, nullis exercitibus, non commissis præliis; sed principio per undecim viros, ignobiles, viles, ignaros, idiotas, pauperes, nudos, inermes, calceis carentes, una tunica tectos. Quid dico, fecit? Persuadere potuit tot hominum gentibus, ut non de præsentibus tantum, sed etiam de futuris philosopharentur, utque patrias leges evellerent, veteresque mores tanto tempore radicatos penitus tollerent, aliosque B substituerent, qui ab assuetis & facilibus ad difficiliora ejus præcepta traducerent. Hæc vero facere potuit, dum oppugnaretur ab omnibus: crucemque sustinuit, infame supplicium, ac mortem ignominiosissimam. Neque enim negabunt ipsum a Judæis crucifixum innumeraque ab illis passum esse, & tamen quotidie prædicationem accrescere: quodque incredibile videatur, ea non hic tantum, sed & apud Persas floret, etiamsi ab illis oppugnetur. Etenim apud illos quoque Martyrum examina multa: & tamen qui ipsis lupis ferociores erant, accepta prædicatione ovibus mansuetiores evasere: jamque de immorta- C litate, de resurrectione & de ineffabilibus bonis philosophantur.

In Perside Martyres multi.

2. Non in urbibus tantum, sed etiam in deserto hæc præclare gesta videas, in vicis, in agris, in insulis, in portubus & navalibus: non idiotæ, non principes tantum; sed illi ipsi qui diademate redimiuntur, crucifixo magna cum fide subditi sunt. Quod autem hæc non temere contigerint, sed diu ante prædicta sint, jam demonstrare conabor. Imo vero ut ne sermo noster suspectus sit, operæ precium erit libros Judæorum, qui ipsum crucifixerunt, in medium proferre, ipsorumque testimonia ex Scripturis, quæ D penes eos asservantur, excerpta sub incredulorum oculis percurrere. Quod igitur Deus homo futurus sit, Deusque mansurus, primus omnium dicit Jeremias: *Hic Deus noster, non reputabitur alius ad illum. Invenit omnem viam scientiæ, & dedit illam Jacob puero suo, & Israël dilecto suo. Post hæc in terra visus est, & cum hominibus conversatus est.* Vides quomodo omnia paucis verbis declaravit, nempe quod Deus exsistens, homo factus sit, & cum hominibus conversatus sit; & quod veterem legem ipse con- E diderit? nam *invenit*, inquit, *omnem viam scientiæ, & dedit illam Jacob puero suo, & Israël dilecto suo.* Hic quippe docet, etiam ante Incarnationem ipsum omnia dispensasse, omniaque fecisse, legem statuisse, providisse, curasse, benefecisse. Alius iterum propheta quomodo dicat ipsum non modo hominem futurum, sed etiam ex Virgine nasciturum, audi: *Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel.* Quod interpretantur, *nobiscum*

Christum Deum & hominem futurum esse prædictum est.

Baruc. 3. 23.

Hes. 7. 14.

A τεράστια βλέποντες, ταῦτα ἐκ τῆς πρὸς ἡμᾶς ζηλοτυπίας κατορθῶσαι. οὐδεὶς γοῦν αὐτῶν τὰ τέκνα σφάζει νῦν, οὐκ εἰδώλοις προστρέχει, οὐ μόσχον προσκυνεῖ. τὸ τῆς παρθενίας σεμνὸν ἐπὶ μὲν τῆς παλαιᾶς οὐδὲ μέχρις ὀνόματος ἦν· ἐπὶ δὲ τῆς καινῆς ἐπεὶ ἔμελλε διαλάμπειν, ὅρα πῶς καὶ τοῦτο προλέγει ὁ Δαυὶδ οὕτω λέγων· ἀπενεχθήσονται τῷ βασιλεῖ παρθένοι ὀπίσω αὐτῆς, ἀχθήσονται εἰς ναὸν βασιλέως. ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸ τὸ τῶν ἱερέων ὄνομα ἀπεσιώπησε, τὸ τῶν ἐπισκόπων λέγω. καταστήσω γὰρ τοὺς ἄρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ, φησὶ, καὶ τοὺς ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ.

B Ἔμελλε παραγίνεσθαι καὶ εὐθύνας ἀπαιτεῖν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ Ἰουδαίους. ὅρα πῶς καὶ αὐτὸ προλέγει ὅ τε Δαυὶδ, ὅ τε Μαλαχίας· ὁ μὲν οὕτω λέγων· καὶ εἰσῆλθεν ὡς χωνευτήριον, ὡς πόα πλυνόντων, καὶ διακαθαριεῖ τὸ ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον, συνῳδὰ τοῖς Παύλου εἰπὼν γράφοντος οὕτως· ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει, ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται· ὁ δὲ Δαυὶδ, ὁ θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, πάλιν τὴν δευτέραν αὐτοῦ παρουσίαν ἀνακηρύττων. ἡ μὲν γὰρ προτέρα πολλὴν εἶχε τὴν συγκατάβασιν· ἡ δὲ δευτέρα οὐχ οὕτως, ἀλλὰ φρίκης γέμουσι καὶ καταπλήξεως, ἐκ τῶν προτρεχόντων ἀγγέλων, τῆς παρουσίας αὐτοῦ δίκην
C ἀστραπῆς πάντα καταλαμβανούσης. ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ, φησιν, ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν, οὕτως ἔσται ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου· τὸ περιφανὲς ταύτῃ δηλῶν, τὸ αὐτάγγελτον. οὐ γὰρ δεῖται τοῦ κηρύξοντος, ἀλλ' αὐτὴ ἑαυτὴν δείκνυσι. τοῦτο τοίνυν καὶ ὁ Δαυὶδ ἐμφαίνων ἔλεγεν· ὁ θεὸς ἐμφανῶς ἥξει. εἶτα καὶ τὸ δικαστήριον ὑπογράφων τὸ μέλλον, ἐπάγει καὶ λέγει· πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφοδρά. εἶπε τὰς τιμωρίας, λέγει καὶ τὸ λαμπρόν· προσκαλέσεται τὸν οὐρανὸν ἄνω, καὶ τὴν γῆν τοῦ διακρῖναι τὸν λαὸν αὐτοῦ, γῆν ἐνταῦθα τὸ γένος τῶν ἀν-
D θρώπων λέγων. εἶτα μετὰ τοῦ παντὸς γένους καὶ τὸ Ἰουδαϊκὸν ἀριθμῶν, πρὸς γὰρ αὐτοὺς καὶ ἀποτείνεται, πάλιν ἐπάγει λέγων· συναγάγετε αὐτῷ τοὺς ὁσίους αὐτοῦ, τοὺς διατιθεμένους τὴν διαθήκην αὐτοῦ ἐπὶ θυσίαις· καὶ ἀναγγελοῦσιν οἱ οὐρανοὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, ὅτι ὁ θεὸς κριτής ἐστιν. ἔμελλε παραγινόμενος τὴν διὰ θυσιῶν λατρείαν ἐκβάλλειν [a] καὶ μὴ προσίεσθαι, ταύτην δὲ τὴν ἡμετέραν δέχεσθαι. ἄκουσον πῶς καὶ περὶ τούτων προανεφωνήθη· θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι. ὃ καὶ ἀλλαχοῦ δηλῶν ἔλεγε· λαὸς, ὃν οὐκ ἔγνων, ἐδούλευσέ μοι, εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μου·
E τοῦτ' ἔστιν, οὐ θάλατταν ὁρῶν σχιζομένην, οὐ πέτρας ῥηγνυμένας, ἀλλ' ἀκούσας τῶν ἀποστόλων τῶν ἐμῶν. καὶ ἐνταῦθα πάλιν, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι· εἰπὼν δὲ τοῦτο, ἐπιπροστίθησι καὶ λέγει· τότε εἶπον, ἰδοὺ ἥκω· ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ. δύο γὰρ δὴ ταῦτα ἐντεῦθεν δηλοῦται, καὶ ὅτι παρέσται, καὶ ὅτι τότε, ὅταν ἐκβληθῶσιν αἱ θυσίαι· ὃ καὶ γέγονε τῆς ἀρχῆς μεταπεσούσης τῆς Ἰουδαϊκῆς ἐπὶ τὴν Ῥωμαϊκήν. εὕρομεν δὲ καὶ τὸν Βαροὺχ περὶ τῆς παρουσίας αὐτοῦ λέγοντα οὕτως· ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. λέγει δὲ καὶ ὁ Μωϋσῆς,

[a] Colb. καὶ μὴ προσίεσθαι.

προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ὡς ἐμὲ, αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα. καὶ ἔσται, πᾶσα ψυχὴ, ἥτις οὐκ ἀκούσει τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτῆς. ὁρᾷς τοῦτο ἐπ' οὐδενὸς συμβὰν, ἢ ἐπ' αὐτοῦ μόνου; καὶ γὰρ πολλοὶ προφῆται ἀνέστησαν, καὶ πάντων παρήκουσαν, ἀλλ' οὐδὲν ἔπαθον· τούτου δὲ παρακούσαντες οἱ Ἰουδαῖοι, ἀλῆται καὶ πλάνητες, φυγάδες καὶ μετανάσται περιέρχονται πανταχοῦ. ὅρα γάρ· πολιτείας ἠλλοτριώθησαν, ἐθῶν πατρῴων καὶ νόμων, ἐν ἀτιμίᾳ καὶ αἰσχύνῃ καὶ κολάσει καὶ τιμωρίᾳ. ἃ δὲ ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου πεπόνθασιν, οὐδὲ εἰπεῖν ἔνι· οὕτω πᾶσαν συμφορὰν ὑπερέβη ἡ τραγῳδία ἐκείνη, καὶ τὸ προφητικὸν ἐπληροῦτο· ὅτι πᾶς, ὃς ἂν μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται. διὰ τοῦτο τὰ ἐκείνων ἠρήμωται· ἐπειδὴ τοῦ προφήτου παρήκουσαν ἐκείνου. ὅτι ἀναστήσει πάντας, καὶ τοῦτο ἐδήλωσεν Ἡσαΐας εἰπών· ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις. ἡ γὰρ δρόσος ἡ παρὰ σοῦ ἴαμα αὐτοῖς ἐστιν. οὐ μόνον δὲ ταῦτα, ἀλλ' ὅτι καὶ μετὰ τὸν σταυρὸν, μετὰ τὴν σφαγὴν λαμπρότερα ἔσται τὰ κατ' αὐτὸν, ὅτι μετὰ τὴν ἀνάστασιν μᾶλλον ἐπιδώσει τὸ κήρυγμα. ἐπειδὴ γὰρ ἐδέθη, παρεδόθη ὑπὸ μαθητοῦ, ἐνεπτύσθη, ἐλοιδορήθη, ἐμαστιγώθη, ἀνεσκολοπίσθη, οὐδὲ εἰς τάφον, τόγε εἰς ἐκείνους ἧκον, ἠξιώθη τεθῆναι· τὰ ἱμάτια αὐτοῦ διεμερίσαντο οἱ στρατιῶται· ἐπὶ ὑποψίᾳ τυραννίδος τὸν βίον κατέλυσεν, ὡς βλάσφημος, ὡς τύραννος. πᾶς γὰρ ὁ ποιῶν ἑαυτὸν, φησι, βασιλέα, ἀντιλέγει τῷ Καίσαρι: καὶ πάλιν, ἴδε, ὑμεῖς ἠκούσατε τὴν βλασφημίαν αὐτοῦ. ἐπεὶ τοίνυν ταῦτα πάντα ἔμελλε συμβαίνειν, διεγείρων τὸν ἀκροατὴν καὶ θαῤῥεῖν παρασκευάζων, μὴ φοβηθῇς, φησι, τούτων ἕνεκα. τοῦ γὰρ σταυρωθέντος, τοῦ μαστιγωθέντος, τοῦ ὑπὸ λῃστῶν λοιδορηθέντος, τοῦ ἐπὶ ὑπολήψει βλασφημίας ἀναιρεθέντος, τοιαῦτα ἔσται τὰ πράγματα μετὰ τὴν τελευτὴν, μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ὡς μηδένα ἀντειπεῖν, ὅτι οὐ πολλῆς ἐμπέπλησται τῆς τιμῆς. τοῦτο γοῦν καὶ ἐγένετο. ὅπερ δὴ καὶ πόῤῥωθεν προαναφωνῶν ὁ προφήτης ἔλεγεν· ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν· ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι, καὶ ἔσται ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή. ὡσεὶ ἔλεγεν· αὐτὸ τὸ εἶδος τῆς τελευτῆς διαδήματός ἐστι τιμιώτερον. οἱ γοῦν βασιλεῖς διαδήματα ἀποτιθέμενοι, τὸν σταυρὸν ἀναλαμβάνουσι, τὸ σύμβολον αὐτοῦ τῆς τελευτῆς· ἐν πορφυρίσι σταυρὸς, ἐν διαδήμασι σταυρὸς, ἐπὶ εὐχῶν σταυρὸς, ἐπὶ ὅπλων σταυρὸς, ἐπὶ τῆς τραπέζης τῆς ἱερᾶς σταυρὸς, καὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ὁ σταυρὸς ὑπὲρ τὸν ἥλιον διαλάμπει. καὶ ἔσται ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή.

Ἀλλ' οὐ τὰ ἀνθρώπινα τοιαῦτα, ἀλλ' ἀπεναντίας εἴωθε γίνεσθαι. ζώντων μὲν γὰρ τῶν εὐδοκιμούντων, καὶ τὰ ἐκείνων ἀνθεῖ· τελευτησάντων δὲ, συγκαταλύεται καὶ τὰ ἐκείνων. καὶ τοῦτο οὐκ ἐπὶ πλουσίου, οὐκ ἐπ' ἄρχοντος, ἀλλ' ἐπ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ἴδοι τις ἄν. καὶ γὰρ καὶ οἱ νόμοι αὐτῶν καταλύονται, καὶ αἱ εἰκόνες ἀμαυροῦνται, καὶ ἡ μνήμη αὐτῶν σβέννυται, καὶ τὸ ὄνομα αὐτῶν ἐν λήθῃ, καὶ οἱ προσήκοντες ἐν καταφρονήσει, ἐκείνων τῶν ὅπλα κινούντων, τῷ νεύματι μετατιθέντων δήμους καὶ πόλεων καὶ

A *Prophetam vobis excitabit Dominus Deus ex fratribus vestris sicut me, ipsum audietis in omnibus. Et erit, omnis anima, quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de populo suo.* Hesai. 28. 1. Vides hoc in nullo alio impletum, quam in hoc tantum. Nam multi Prophetæ surrexerunt, & omnibus inobsequentes fuerunt, nihilque propterea passi sunt. Huic autem quia non obedierunt Judæi, palabundi, errantes, fugitivi, exsules ubique vagantur. Vide namque quomodo exclusi sint a civitate, atque a paternis legibus & consuetudinibus, cum ignominia, turpitudine, & ultionis pœna. Quæ vero sub Vespasiano B & Tito passi sunt, ne enarrari quidem possunt, ita omnem calamitatem excedit illa tragœdia. Et impletum est Propheticum illud: *Omnis qui non audierit Prophetam illum, exterminabitur.* Ideo apud illos omnia in solitudinem versa, quia Prophetam illum non audierunt. Quod resuscitaturus sit omnes, declaravit Hesaïas his verbis: *Resurgent mortui, & excitabuntur qui in sepulcris sunt. Ros enim qui a te, medicina ipsis est.* Hesai. 26. Neque hoc tantum, sed quod post crucem, post cædem clariores res ejus futuræ sint, quodque post resurrectionem latius C propaganda sit prædicatio (prædictum est). Quia enim ligatus est, proditus a Discipulo, sputis & contumeliis affectus, verberatus, crucifixus, & quantum in illis fuit ne sepulturæ quidem traditus, ac vestimenta ejus diviserunt milites, quia in suspicionem tyrannidis vocatus, & quasi blasphemus obiit; (quasi tyrannus scilicet). *Omnis enim, qui se regem facit, contradicit Cæsari*; Joan. 19. 12. rursum (quasi blasphemus) *Ecce, vos audistis blasphemiam ejus*; Matth. 26. 65. quia, inquam, hæc omnia eventura erant, auditorem excitans, & ad fiduciam præparans; Ne timueris, inquit, horum causa: illius enim, qui crucifixus, flagellatus, a latronibus contumelia D affectus, in blasphemiæ suspicionem vocatus occisus est; illius, inquam, res tali conditione post mortem & post resurrectionem erunt, ut nemo negaverit eum honore magno repletum esse. Hoc utique sic contigit, quod diu ante prænuncians Propheta dicebat: *Erit radix Jessæ, & qui exsurget ut imperet Gentibus: in ipso Gentes sperabunt, & erit requies ejus honor*; Hesai. 11. 10. ac si diceret: Hoc genus mortis diademate honorabilius est. Imperatores enim posito diademate, crucem suscipiunt, symbolum mortis E illius: in purpura crux, in diademate crux, in precibus crux, in armis crux, in sacra mensa crux, & ubique terrarum crux plus, quam sol refulget. *Et erit requies ejus honor.*

9. At non hujusmodi sunt res humanæ, imo in his contra prorsus accidit. Nam viventibus iis, qui gloria fruuntur, res eorum florent; iis vero mortuis, pereunt & omnia. Quod non in divite, neque in principe tantum, sed in ipso Imperatore animadvertas: etenim & leges eorum abrogantur, & imagines obscurantur, memoria eorum exstinguitur, nomen in oblivionem venit, clientes despiciuntur: illorum scilicet qui prius arma moverant, qui nutu solo populos, ur-

bes resque publicas mutaverant, quibus licebat & occidere, & ad supplicium ductos a morte liberare. Attamen hæc omnia pereunt, licet antea floruerint. At secus in Christo, nam ante crucem in luctu res erant, Judas prodidit, Petrus negavit, reliqui fugerunt, solus ille inter inimicos comprehensus est, multi ex iis, qui crediderant, retrorsum abierunt. Postquam autem occisus vitam clausit, ut discas eum, qui crucifixus est, non purum hominem fuisse, res ejus clariores, illustriores ac sublimiores evaserunt. Ante crucem princeps Apostolorum, ne ostiariæ quidem minas tulit, sed post tantam initiationem, aiebat se nescire quis esset: post crucem vero orbem terrarum peragravit: hinc innumeri populi Martyrum jugulati sunt; præoptantes occidi, quam ea loqui, quæ loquutus fuerat princeps Apostolorum, unius ostiariæ terrore superatus. Hinc omnes regiones, & omnes civitates, desertum, habitata & inhabitata terra, crucifixum prædicamus. Reges, Duces, Principes, Consules, liberi, servi, idiotæ, sapientes, insipientes, barbari, variaque hominum genera, demum universa, quam sol respicit, terra tam ampla, hoc nomine & ejus adoratione frequentatur, ut discas quid sit, *Erit requies ejus honor*. Locus autem, qui corpus illud occisum recepit, licet admodum parvus & angustus, innumeris Regum aulis venerabilior, ipsisque Regibus pretiosior: *Et erit requies ejus honor*. Quodque mirabile dictu est: id non ipsi tantum, sed etiam discipulis ejus contigit: nam qui vi ducebantur & circumagebantur, contemti, vincti, innumeris malis affecti, post mortem ipsis Regibus honorabiliores sunt. Id quomodo fiat perpende: in regia urbe Roma, missis aliis omnibus, ad sepulcra piscatoris & tentoriorum opificis accurrunt Imperatores, Consules, exercituum Duces: Constantinopoli vero, non prope Apostolos, sed foris ad ipsa limina, optaverunt ii, qui diademate redimiuntur, corpora sua sepeliri: atque ita Imperatores piscatorum ostiarii facti sunt: sic in obitu hoc non dedecori, sed honori sibi esse putant non solum ipsi, sed etiam eorum nepotes. *Et erit*, inquit, *requies ejus honor*. Tunc honoris magnitudinem videbis, cum mortis ejus symbolum didiceris: mortis, inquam, maledictæ, mortis omnium ignominiosissimæ. Hoc quippe solum mortis genus maledicto obnoxium erat. Exempli causa, facinorosorum olim alii comburebantur, alii lapidabantur, alii alio supplicii genere vitam claudebant: crucifixus autem, in ligno pendens, non id solum mali patiebatur, quod eam subiret damnationem, sed quod male-
Deut. 21. 23. dictus esset: *Maledictus* enim, inquit, *omnis qui pendet in ligno*. Attamen maledictum illud execrabile, extremi supplicii symbolum, nunc desiderabile amabileque factum est. Nihil enim imperatoriam coro-

A πραγμάτων καταστάσεις, τῶν ἀναιρεῖν κυρίων, τῶν ἀπαγομένους ἀνακαλέσασθαι δυναμένων. ἀλλ' ὅμως ἅπαντα καταλύεται, εἰ καὶ πρὸ τούτου εὐδοκίμει. ἐπὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ πᾶν τοὐναντίον. πρὸ μὲν γὰρ σταυροῦ ἐν κατηφείᾳ τὰ πράγματα ἦν. Ἰούδας προέδωκε, Πέτρος ἠρνήσατο, οἱ λοιποὶ φυγάδες ἐγένοντο, μόνος μεταξὺ τῶν ἐχθρῶν ἀπελαμβάνετο, πολλοὶ πιστεύσαντες ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω. ἐπειδὴ δὲ ἐσφάγη καὶ ἐτελεύτησεν, ἵνα μάθῃς ὅτι οὐ ψιλὸς ἄνθρωπός τις ἦν ὁ σταυρωθεὶς, καὶ λαμπρότερα καὶ φαιδρότερα γέγονε καὶ ὑψηλότερα πολλῷ. ὁ μὲν οὖν κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων πρὸ τοῦ σταυροῦ οὐδὲ θυρωροῦ ἀπειλὴν ἤνεγκεν, ἀλλὰ μετὰ τοσαύτην μυσταγωγίαν ἔφησεν αὐτὸν μὴ εἰδέναι· μετὰ δὲ τὸν σταυρὸν τὴν οἰκουμένην
B περιέδραμεν· ἐντεῦθεν μυρίοι δῆμοι μαρτύρων ἐσφάγησαν, ἑλόμενοι μᾶλλον ἀποθανεῖν, ἢ φθέγξασθαι ἅπερ ἐφθέγξατο ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων, μιᾶς θυρωροῦ δείσας ἀπειλήν. οὕτως ἐξ ἐκείνου πᾶσαι χῶραι, καὶ πᾶσαι πόλεις, καὶ ἔρημος, καὶ οἰκουμένη καὶ ἀοίκητος τὸν ἐσταυρωμένον ἀνακηρύττομεν· καὶ βασιλεῖς καὶ στρατηγοὶ καὶ ἄρχοντες καὶ ὕπατοι, καὶ δοῦλοι καὶ ἐλεύθεροι, καὶ ἰδιῶται καὶ σοφοὶ καὶ ἄσοφοι, καὶ βάρβαροι, καὶ τὰ ποικίλα τῶν ἀνθρώπων γένη, καὶ λοιπὸν ὅσην ἥλιος ἐφορᾷ γῆν, ταύτην δὴ τὴν τοσαύτην ἐπέδραμε τὸ ὄνομα καὶ ἡ προσκύνησις, ἵνα μά-
C θῃς τί ἐστιν, ἔσται ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή. ὁ δὲ τὸ σῶμα δεξάμενος ἐκεῖνο τὸ σφαγὲν τόπος, σμικρὸς ὢν καὶ σφόδρα βραχὺς, μυρίων αὐλῶν βασιλικῶν ἐστι σεμνότερος, καὶ αὐτοῖς τοῖς βασιλεῦσι τιμιώτερος. καὶ ἔσται ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή. τὸ δὲ παράδοξον, οὐκ ἐπ' αὐτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ τὸ αὐτὸ τοῦτο δὴ γέγονεν. οἱ γὰρ ἀγόμενοι καὶ περιαγόμενοι, οἱ καταφρονούμενοι καὶ δεσμούμενοι, οἱ τὰ μυρία πάσχοντες δεινὰ, τελευτήσαντες αὐτῶν εἰσι τῶν βασιλέων τιμιώτεροι. καὶ πῶς, σκόπει ἐντεῦθεν. ἐν τῇ βασιλικωτάτῃ πόλει Ῥώμῃ, πάν-
D τα ἀφέντες, ἐπὶ τοὺς τάφους τοῦ ἁλιέως καὶ τοῦ σκηνοποιοῦ τρέχουσι καὶ βασιλεῖς καὶ ὕπατοι καὶ στρατηγοί. [a] καὶ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει δὲ, οὐδὲ πρὸς τοὺς ἀποστόλους ἐγγὺς, ἀλλὰ πρὸς αὐτὰ τὰ πρόθυρα ἔξω ἀγαπητὸν εἶναι ἐνόμισαν οἱ τὰ διαδήματα περικείμενοι τὰ σώματα αὐτῶν κατορύττεσθαι, καὶ γεγόνασι θυρωροὶ λοιπὸν τῶν ἁλιέων οἱ βασιλεῖς. καὶ ἐν τῇ τελευτῇ οὐκ αἰσχύνονται, ἀλλὰ καὶ ἐγκαλλωπίζονται, οὐ μόνον αὐτοὶ, ἀλλὰ καὶ οἱ ἔκγονοι ἐκείνων. καὶ ἔσται, φησὶν, ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή· τότε τῆς τιμῆς τὸ μέγεθος ὄψει, ὅτε καταμάθῃς αὐτοῦ τοῦ θανάτου τὸ σύμβολον, τοῦ θανάτου τοῦ ἐπαράτου, τοῦ θανάτου τοῦ
E πάντων θανάτων αἰσχίστου. τοῦτο γὰρ μόνον τῆς τελευτῆς τὸ εἶδος ὑπὸ ἀρὰν ἔκειτο. οἷόν τι λέγω· τῶν ἁμαρτανόντων τὸ παλαιὸν, οἱ μὲν ἐκαίοντο, οἱ δὲ ἐλιθάζοντο, οἱ δὲ ἑτέρῳ τρόπῳ τιμωρίας τὸν βίον κατέλυον· ὁ δὲ ἀνεσκολοπισμένος καὶ ἐπὶ ξύλου κρεμάμενος, οὐ τοῦτο μόνον ὑπέμεινε τὸ χαλεπὸν, ὅτι τοιαύτῃ ἐκολάζετο καταδίκῃ, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐπάρατος ὁ τοιοῦτος ἦν. ἐπικατάρατος γὰρ, φησὶ, πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. ἀλλ' ὅμως τὸ ἐπάρατον τοῦτο, τὸ ἀπευκτὸν, τὸ τῆς ἐσχάτης τιμωρίας σύμβολον, νῦν γέγονε ποθεινὸν καὶ ἐπέραστον. οὐδὲ γὰρ οὕτω στέφανος βασιλι-

[a] De Ecclesia SS. Apostolorum, in cujus porticu sepulti erant Imperatores, quamque alii a Constantino, a Constantio alii structam volunt, vide Cangium in Constantinopoli sua.

τοὺς καλλωπίζει κεφαλὴν, ὡς σταυρὸς παντὸς κόσμου τιμιώτερος ὤν· καὶ ὃ ἅπαντες ἐπεφρίκεσαν πρότερον, τούτου νῦν τὸ σχῆμα οὕτως ἐστὶν ἅπασι περιμάχητον, ὡς πανταχοῦ τοῦτο εὑρίσκεσθαι παρὰ ἄρχουσι, παρὰ ἀρχομένοις, παρὰ γυναιξὶ, παρὰ ἀνδράσι, παρὰ παρθένοις, παρὰ γεγαμημέναις, παρὰ δούλοις, παρὰ ἐλευθέροις. καὶ γὰρ συνεχῶς αὐτὸ ἅπαντες ἐγχαράττουσιν ἐπὶ τοῦ τῶν μελῶν ἡμῶν ἐπισημοτέρου μέρους, καὶ ὥσπερ ἐν στήλῃ ἐπὶ τοῦ μετώπου καθ' ἑκάστην ἡμέραν διατυπούμενον περιφέρουσιν. οὗτος ἐν τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ, οὗτος ἐν ταῖς τῶν ἱερέων χειροτονίαις, οὗτος πάλιν μετὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐπὶ τὸ μυστικὸν δεῖπνον διαλάμπει. τοῦτον πανταχοῦ χορεύοντα ἴδοι τις ἂν, ἐν οἰκίαις, ἐν ἀγοραῖς, ἐν ἐρημίαις, ἐν ὁδοῖς, ἐν ὄρεσιν, ἐν νάπαις, ἐν βουνοῖς, ἐν θαλάττῃ καὶ πλοίοις καὶ νήσοις, ἐν κλίναις, ἐν ἱματίοις, ἐν ὅπλοις, καὶ ἐν παστάσιν, ἐν συμποσίοις, ἐν σκεύεσιν ἀργυροῖς, ἐν χρυσέοις, ἐν μαργαρίταις, ἐν τοίχων γραφαῖς, ἐν σώμασιν ἀλόγων πολλὰ πεπονηκότων, ἐν σώμασιν ὑπὸ δαιμόνων πολιορκουμένων, ἐν πολέμοις, ἐν εἰρήνῃ, ἐν ἡμέραις, ἐν νυξὶν, ἐν τρυφώντων χορείαις, ἐν σκληραγωγουμένων φρατρίαις. οὕτω περιμάχητον ἅπασι γέγονε τὸ θαυμαστὸν τοῦτο δῶρον, ἡ ἄφατος αὕτη χάρις. οὐδεὶς αἰσχύνεται, οὐκ ἐγκαλύπτεται ἐννοῶν, ὅτι θανάτου τοῦ ἐπαράτου τοῦτο σύμβολον, ἀλλὰ πάντες τούτῳ καλλωπιζόμεθα μᾶλλον, ἢ στεφάνοις καὶ διαδήμασι καὶ μυρίαις μαργαριτῶν περιβολαῖς. οὕτως οὐ μόνον οὐκ ἔστι φευκτὸς, ἀλλὰ καὶ ποθεινὸς καὶ ἐπέραστος καὶ περισπούδαστος ἅπασι, καὶ πανταχοῦ διαλάμπων καὶ διεσπαρμένος ἐν τοίχοις οἴκων, ἐν ὀροφῇ, ἐν βίβλοις, ἐν πόλεσιν, ἐν κώμαις, ἐν ταῖς ἀοικήτοις, ἐν ταῖς οἰκουμέναις. ἡδέως ἂν οὖν ἐροίμην τὸν Ἕλληνα λοιπὸν, πόθεν τῆς καταδίκης ταύτης, τοῦ θανάτου τοῦ ἐπαράτου τούτου τὸ σύμβολον ἅπασι ποθεινὸν, περισπούδαστον, εἰ μὴ μεγάλη τοῦ σταυρωθέντος ἡ δύναμις;

Εἰ γὰρ μηδὲν ἦν, καὶ τοῦτο σὺ νομίζεις καὶ ἀναισχυντεῖς ἔτι, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀντιβλέπεις, καὶ πρὸς τὸ φῶς τυφλώττεις, φέρε σοι δείξωμεν καὶ ἐξ ἄλλης ὑποθέσεως ἡλίκον τοῦτό ἐστι. ποίας δὴ ταύτης; ἔστι τοῖς δικάζουσι πολλὰ βασανιστηρίων εἴδη, ξύλον, ἱμάντες, ὄνυχες, μολιβδίδες, δι' ὧν ξέουσι τὰ σώματα καὶ διασχίζουσι τὰ μέλη καὶ ἐξαρτῶσι. τίς γοῦν ἂν ἕλοιτο ταῦτα εἰς οἰκίαν ἀγαγεῖν; τίς δ' ἂν καταδέξαιτο χειρὸς ἅψασθαι τῶν ταῦτα ἐργαζομένων δημίων, ἢ πλησίον γενέσθαι ἰδεῖν; οὐχὶ μυσάττονται οἱ πλείους, ἔνιοι δὲ καὶ οἰωνίζονται, καὶ οὐδὲ τῆς ἁφῆς, οὐδὲ τῆς ὄψεως ἀνέχονται. οὐ πόρρω φεύγουσιν; οὐκ ἀποστρέφουσι τὸ ὄμμα; τοιοῦτον δή τι καὶ ὁ σταυρὸς ἦν τὸ παλαιὸν, μᾶλλον δὲ τούτων πολὺ χαλεπώτερος. ὥσπερ γὰρ ἔφθην εἰπὼν, οὐχ ἁπλῶς θανάτου, ἀλλὰ θανάτου τοῦ ἐπαράτου τοῦτο σύμβολον ἦν. πόθεν οὖν, εἰπέ μοι, πᾶσιν οὕτω νῦν περισπούδαστος, πᾶσιν οὕτω ποθεινὸς γέγονε, πάντων προτιμότερος; αὐτὸ δὲ τὸ ξύλον ἐκεῖνο, ἔνθα τὸ ἅγιον ἐτάθη σῶμα καὶ ἀνεσκολοπίσθη, πῶς ἐστι περιμάχητον ἅπασι; καὶ μικρόν τι λαμβάνοντες ἐξ ἐκείνου πολλοὶ, καὶ χρυσῷ κατακλείοντες, καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες τῶν τραχήλων ἐξαρτῶσι τὴν ἑαυτῶν καλλωπιζόμενοι; καίτοι κα-

A nam sic exornat, ut crux universo mundo preciosior: & quod omnes olim exhorrescebant, ejus nunc figura ita certatim exquiritur ab omnibus, ut ubique reperiatur, apud principes & subditos, apud mulieres & viros, apud virgines & nuptas, apud servos & liberos: nam illud omnes signum frequenter imprimunt in membrorum nobiliori parte; & in fronte ceu in columna figuratum quotidie circumferunt. Hoc in sacra mensa, hoc in Sacerdotum ordinationibus, hoc rursum cum corpore Christi in mystica cœna refulget. Hoc ubique celebratum videre est, in domibus, in foro, in B desertis, in viis, in montibus, in saltibus, in collibus, in mari, in navibus, in insulis, in lectis, in vestimentis, in armis, in thalamis, in conviviis, in vasis argenteis & aureis, in margaritis, in parietum picturis, in corporibus brutorum male affectis, in corporibus a dæmone obsessis, in bellis, in pace, in diebus, in noctibus, in choreis tripudiantium, in sodalitiis sese macerantium; adeo certatim donum hoc mirabile, ejusque ineffabilem gratiam omnes perquirunt. Nemo pudore afficitur, vel erubescit dum C cogitat hoc maledictæ mortis symbolum esse; sed illo omnes magis exornamur, quam coronis, diadematibus, & mille margaritarum monilibus: ita non modo non aversamur crucem, sed etiam amabilis illa desiderabilisque omnibus est: ubique illa fulget, in parietibus domorum, in tectis, in libris, in urbibus, in vicis, in incultis, in cultis locis. Hic libenter Gentilem interrogarem, undenam fit, ut damnationis maledictæque mortis symbolum, omnibus ita amabile optabileque sit?

Crucis signi usus ubique frequentissimus.

D 10. Quod si nihil hoc esse putas, si adhuc impudens manes, veritatemque aversaris, atque ad lumen cæcutis: age tibi alio argumento commonstramus, quantum sit illud. Quale illud argumentum? Sunt Judicibus multa suppliciorum genera, lignum, lora, ungues, plumbata, quibus corpora lacerant, membra discerpunt atque suspendunt: quisnam vellet hæc in domum suam inferre? Quis vellet carnificis hæc agentis manum contingere, vel ut id videret, propius accedere? Annon plerique hæc exsecrantur, aliique hinc male ominantur, ac E neque tactum, neque aspectum ferunt? Annon etiam procul fugiunt, & oculos avertunt? Talis olim crux erat, imo illis multo gravior. Nam ut ante dixi, non tantum mortis, sed etiam maledictæ mortis symbolum erat. Unde ergo, dic mihi, jam ita desiderabilis optabilisque facta est, omnibusque antefertur? Illud vero ipsum lignum, in quo sacrum corpus passum & crucifixum est, cur certatim omnes adeunt? Cur particulam ejus multi sumentes auro inclusam, tum viri tum mulieres a collo suspendunt ad ornatum: etsi damnationis & ultionis

Veræ Crucis particulæ ab omnibus exquisitæ.

symbolum hoc lignum fuerit? At qui omnia facit, & immutat ea, qui orbem ex tanta nequitia transtulit, & terram cælum effecit, etiam rem hanc vituperio plenam, & mortem omnium ignominiosissimam supra cælos adduxit. Hæc igitur omnia prævidens Propheta dicebat: *Et erit requies ejus honor.* Hoc quippe mortis symbolum, neque enim finem faciam ita loquendi, multis benedictionis argumentum effectum est, & omnimodæ firmitatis murus, diaboli lethifera plaga, dæmonum frænum, camus adversariarum virtutum. Hoc mortem sustulit, hoc inferni portas æreas confregit, vectes ferreos contrivit, diaboli arcem destruxit, peccati nervos excidit, totum orbem damnationi subjectum eripuit, immissam divinitus naturæ nostræ plagam curavit. Quid dico? quod non potuere mare divisum, petræ scissæ, aër mutatus, manna quadraginta annis tot hominum millibus erogatum, lex & alia signa cum in deserto, tum in Palæstina facta, hæc potuit crux, non in una gente, sed in toto orbe; crux, inquam, maledictum symbolum, omnibus horrendum, omnibus exsecrandum, post Crucifixi mortem potuit omnia nullo negotio perficere. Neque hæc solummodo, sed ea, quæ postea sequuta sunt, ejus virtutem declarant. Orbem enim terrarum, qui quoad virtutem sterilis erat, nec melius se habebat, quam desertum, cum non posset quidpiam boni parere, statim paradisum & matrem fecundissimam effecit. Et hoc diu ante prænunciavit Propheta his

Hesai. 54. 1. verbis: *Lætare sterilis, quæ non paris: erumpe & clama, quæ non parturis, quia multi filii desertæ magis, quam ejus quæ habet virum.* Quod vero cum talem eam fecisset, legem ipsi dederit multo præstantiorem priori, id minime tacuerunt Prophetæ: ac vide

Jer. 31. 32. quid præsignificaverint: *Disponam eis testamentum novum, non secundum testamentum, quod disposui patribus eorum in die, qua manum eorum apprehendi, ut educerem eos de terra Ægypti: quia ipsi non manserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus. Quia hoc est testamentum quod disponam eis, dans leges meas in mente eorum, & in corde eorum inscribam eas.* Deinde subitam mutationem & doctrinam facilem declarans ait: *Et non docebunt unusquisque proximum suum, & unusquisque fratrem suum, dicens, Cognosce Dominum, quia omnes scient me a parvo ipsorum usque ad magnum ipsorum,* Quod in adventu suo peccatorum veniam daturus esset, hoc item sic prænuncia-

Jer. 31. 34. vit Propheta: *Hoc erit ipsis a me testamentum, cum auferam iniquitates ipsorum, & peccatorum eorum non recordabor amplius.* Quid hac re manifestius esse possit? vocationem quippe gentium, novæ legis supra veterem excellentiam, facilitatem accessus, credentium gratiam, & donum in baptismo factum his vaticiniis significavit.

A ταδίκης σύμβολον τὸ ξύλον ἦν, καίτοι τιμωρίας. ἀλλ' ὁ πάντα ποιῶν, καὶ μετασκευάζων αὐτὰ, ὁ τὴν οἰκουμένην ἐκ τοσαύτης κακίας μεταθεὶς, καὶ τὴν γῆν οὐρανὸν ἐργασάμενος, οὗτος καὶ τὸ πρᾶγμα τοῦτο ἐπονείδιστον ὂν καὶ πάντων θανάτων αἴσχιστον, ὑπὲρ τῶν οὐρανῶν ἀνήγαγε. ταῦτ' οὖν ἄνωθεν προορῶν ὁ προφήτης ἔλεγε· καὶ ἔσται ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή. τοῦτο γὰρ τὸ τοῦ θανάτου σύμβολον, οὐ γὰρ παύσομαι συνεχῶς τοῦτο λέγων, ἐγένετο εὐλογίας ὑπόθεσις πολλοῖς, καὶ παντοδαπῆς ἀσφαλείας τεῖχος, διαβόλου καιρία πληγὴ, δαιμόνων χαλινὸς, κημὸς τῆς τῶν ἀντικειμένων δυνάμεως. τοῦτο θάνατον ἀνεῖλε,

B τοῦτο τοῦ ᾅδου τὰς χαλκᾶς πύλας συνέκλασε, τοὺς σιδηροῦς μοχλοὺς συνέθλασε, τοῦ διαβόλου τὴν ἀκρόπολιν κατέλυσε, τῆς ἁμαρτίας τὰ νεῦρα ἐξέκοψεν, ὑπὸ καταδίκην κειμένην τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἐξήρπασε, θεήλατον φερομένην κατὰ τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας πληγὴν ἀνέστειλε. τί λέγω; ἅπερ οὐκ ἴσχυσε θάλασσα σχιζομένη, πέτραι ῥηγνύμεναι, ἀὴρ μεταβαλλόμενος, καὶ μάννα ἐπὶ τεσσαράκοντα ἔτεσι τοσαύταις χιλιάσι διαδιδόμενον, καὶ νόμος, καὶ ἕτερα σημεῖα καὶ ἐν ἐρήμῳ, καὶ ἐν Παλαιστίνῃ γενόμενα, ταῦτα ἴσχυσεν ὁ σταυρὸς, οὐκ ἐν ἑνὶ ἔθνει, ἀλλ' ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ, σταυρὸς τὸ ἐπάρα-

C τον σύμβολον, τὸ πᾶσι φευκτὸν, τὸ πᾶσιν ἀπευκτὸν, τὸ ἐπονείδιστον, ἴσχυσε, μετὰ τὸ τελευτῆσαι τὸν σταυρωθέντα, πάντα εὐκόλως ἐργάσασθαι. οὐ ταῦτα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ μετὰ ταῦτα δείκνυσιν αὐτοῦ τὴν ἰσχύν. τὴν γὰρ οἰκουμένην ἄγονον οὖσαν κατὰ τὸν τῆς ἀρετῆς λόγον, καὶ ἐρήμου γῆς οὐδὲν ἄμεινον διακειμένην, οὐδὲ εἰς τὸ τεκεῖν τι χρηστὸν προσδοκωμένην, ἀθρόον παράδεισον καὶ μητέρα πολύπαιδα πεποίηκε. καὶ τοῦτο ἄνωθεν προεδήλωσεν ὁ προφήτης οὕτω λέγων· εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα· ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον, ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. ὅτι τοιαύτην ἐργασά-

D μενος, νόμον ἔδωκεν αὐτῇ πολλῷ τοῦ προτέρου βελτίονα, οὐδὲ τοῦτο ἐσίγησαν οἱ προφῆται· καὶ ὅρα τί προαναφωνοῦντες εἰρήκασι· διαθήσομαι αὐτοῖς διαθήκην καινὴν οὐ κατὰ τὴν διαθήκην, ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν, ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου· ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου, κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν, λέγει κύριος, ὅτι αὕτη ἡ διαθήκη, ἣν διαθήσομαι αὐτοῖς, διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ καρδίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς. εἶτα καὶ τὴν ἀθρόαν μεταβολὴν, καὶ τὴν μετ'

E εὐκολίας διδασκαλίαν παραδηλῶν ἔλεγε· καὶ οὐ μὴ διδάξωσιν ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, λέγων, γνῶθι τὸν κύριον, ὅτι πάντες εἰδήσουσί με ἀπὸ μικροῦ αὐτῶν ἕως μεγάλου αὐτῶν· ὅτι ἁμαρτημάτων ἔμελλε διδόναι συγχώρησιν ἅπασι παραγινόμενος, καὶ τοῦτο πάλιν προανεφώνησεν ὁ προφήτης οὕτως εἰπών· αὕτη αὐτοῖς ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη, ὅταν ἀφέλωμαι τὰς ἀνομίας αὐτῶν, καὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι. τί τούτου σαφέστερον γένοιτ' ἄν; τὴν κλῆσιν γὰρ τῶν ἐθνῶν, τὴν ὑπεροχὴν τοῦ καινοῦ πρὸς τὸν παλαιὸν νόμον, τὴν εὐκολίαν τῆς προσαγωγῆς, τῶν πιστευσάντων τὴν χάριν καὶ τὴν δωρεὰν τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος γινομένην διὰ τούτων ἐνέφηνε τῶν προρρήσεων.

Ὅτι αὐτὸς ἐστὶν ὁ ταῦτα ἐργασάμενος, αὐτὸς παρέσται καὶ κριτὴς μετὰ ταῦτα, ὅρα πῶς καὶ αὐτὸ προαναφωνοῦσι. καὶ γὰρ οὐδὲ τοῦτο παρέδραμον, οἱ μὲν ὁρῶντες αὐτὸν ἐν αὐτῷ τῷ σχήματι, ᾧ μέλλει παραγίνεσθαι, οἱ δὲ διὰ ῥημάτων αὐτὸν προαναφωνοῦντες. ὁ μὲν γὰρ Δανιὴλ, καὶ ταῦτα ἐν μέσῳ βαρβάρων τῶν Βαβυλωνίων, ὁρᾷ αὐτὸν ἐπὶ τῶν νεφελῶν, καὶ ἄκουε τῶν ῥημάτων αὐτῶν τοῦ προφήτου. Ἐθεώρουν, φησὶ, καὶ ἰδοὺ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος ἐπὶ τῶν νεφελῶν, καὶ ἔφθασεν ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν, καὶ ἐνώπιον αὐτοῦ προσηνέχθη, καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ βασιλεία· καὶ πάντες οἱ λαοὶ, φυλαὶ, γλῶσσαι αὐτῷ δουλεύσουσι. καὶ τὸ κριτήριον δὲ αὐτοῦ ὑπογράφων φησίν· Ἐθεώρουν ἕως ὅτου θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ βίβλοι ἀνεῴχθησαν, καὶ ποταμὸς πυρὸς εἷλκεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ· χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὴν τιμὴν δείκνυσιν, ἣν μέλλουσιν ἔχειν οἱ δίκαιοι, λέγων· καὶ τὸ κρίμα ἔδωκεν ἁγίοις ὑψίστου, καὶ τὴν βασιλείαν κατέσχον οἱ ἅγιοι. ὁ δὲ Μαλαχίας, καὶ ὅτι διὰ πυρὸς ἔσται τὸ δικαστήριον ἐκεῖνο, παρίστησι λέγων· ἰδοὺ αὐτὸς εἰσπορεύεται ὡς πῦρ χωνευτηρίου, καὶ ὡς πόα πλυνόντων. εἶδες ἀκρίβειαν προφητῶν, πῶς ἅπαντα προλαβόντες ἀνεκήρυξαν τὰ συμβήσεσθαι μέλλοντα; πῶς οὖν ἔτι τολμᾷς ἀπιστεῖν, τοιαύτας λαβὼν αὐτοῦ ἀποδείξεις τῆς δυνάμεως, ῥήματα πρὸ τοσούτου χρόνου ἀναφωνηθέντα, καὶ πράγματα τοῖς ῥήμασι συμβαίνοντα βλέπων, καὶ οὐδὲν ὅλως διαπεσόν; καὶ ὅτι οὐ πλάσματα ἡμέτερα, μαρτυροῦσιν οἱ τὰ βιβλία καὶ πρῶτοι δεξάμενοι καὶ νῦν κατέχοντες, ἐχθροί τε ὄντες, καὶ τῶν ἐσταυρωκότων ἔκγονοι, καὶ νῦν αὐτὰ κατέχοντες καὶ διατηροῦντες. καὶ πῶς οὐ πιστεύουσι, φησιν, ἔχοντες τὰ βιβλία; ὅτι καὶ τότε θαυματουργοῦντα βλέποντες οὐκ ἐπίστευον. ἀλλὰ τοῦτο οὐ τοῦ ἀπιστουμένου ἔγκλημα, ἀλλὰ τῶν ἐν μεσημβρίᾳ μέσῃ τυφλωττόντων· ἐπεὶ καὶ τὸν κόσμον τοῦτον εἰς μέσον προέθηκε, παναρμόνιον ὄργανον, φωνὰς πανταχόθεν ἀφιέντα, καὶ τὸν δημιουργὸν διακηρύττοντα· καὶ ὅμως τινὲς τῶν ἀνθρώπων εἰσὶν, οἱ μὲν αὐτόματα πάντα λέγοντες, οἱ δὲ ἀγέννητα τὰ ὁρώμενα, οἱ δὲ δαίμοσιν ἐπιγράφοντες τὴν τούτων δημιουργίαν καὶ πρόνοιαν, ἄλλοι τύχῃ, καὶ εἱμαρμένῃ, καὶ γενέσει, καὶ ἄστρων διαφοραῖς. ἀλλ' οὐδέπω τοῦτο τοῦ δημιουργοῦ ἔγκλημα, ἀλλ' ἡ κατηγορία τῶν μετὰ τοσαῦτα φάρμακα ἐν ἐσχάτοις κειμένων νόσοις. ὥσπερ γὰρ ὅταν εὐγνώμων ἡ ψυχὴ, τὸ δέον συνορᾷ, οὐ πολλῶν δεομένη βοηθημάτων εἰς τοῦτο· οὕτω δὴ καὶ ὅταν ἀγνώμων καὶ ἀναίσθητος, κἂν μυρίους ἔχῃ τοὺς χειραγωγοῦντας, προκατειλημμένη πάθεσι, μένει τυφλώττουσα. ὅρα γοῦν τοῦτο πανταχοῦ συμβαῖνον, οὐκ ἐπὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης, ἀλλὰ καὶ ἀλλαχοῦ. πόσοι γοῦν νόμων οὐκ ἀκούσαντες, ἐννομώτατον διετέλεσαν ἐπιδεικνύμενοι βίον; ἄλλοι δὲ ἐκ πρώτης ἡλικίας αὐτοῖς συντραφέντες εἰς ἔσχατον γῆρας τοῖς νόμοις, οὐκ ἐπαύσαντο αὐτοὺς παραβαίνοντες; ταῦτα καὶ ἐπὶ τῶν παλαιῶν συνέβαινε. καὶ γὰρ οἱ μὲν Ἰουδαῖοι, καὶ σημείων καὶ θαυμάτων μυρίων ἀπολαύσαντες, οὐκ ἐγένοντο βελτίους· Νινευῖται δὲ μιᾶς μόνης φω-

A 11. Quod vero qui hæc fecit, is ipse postea judex adfuturus sit, perpende quomodo & hoc prænuncient Prophetæ, neque enim id silentio prætermiserunt; alii quidem videntes eum in eo ipso habitu, quo venturus erat; alii verbis eum præsignificantes. Nam Daniel etiam in medio barbarorum Babyloniorum, videt ipsum in nubibus venientem: audi illius Prophetæ verba: *Aspiciebam*, inquit, *& ecce quasi filius hominis veniens in nubibus, & pervenit usque ad antiquum dierum, & ante eum oblatus est. Et datus est ei principatus & regnum & omnes populi, tribus linguæ ipsi servient.* Et judicium ejus ita subindicat: *Aspiciebam donec throni positi sunt, & libri aperti sunt: & fluvius igneus manabat in conspectu ejus: mille millia ministrabant ei, & decies millies dena millia assistebant ei.* Neque hoc tantum narrat, sed quem justi habituri sunt honorem sic describit: *Et judicium dedit sanctis Altissimi, & regnum obtinuerunt sancti.* Malachias vero hoc judicium per ignem futurum esse declarat his verbis: *Ecce ipse ingreditur sicut ignis conflatorii, & sicut herba fullonum.* Vidistin' Prophetarum accurationem, quomodo omnia, quæ futura sunt, annunciare præoccuparint? Quomodo ergo adhuc incredulus manere audes, talibus acceptis ejus virtutis demonstrationibus? cum verbo videas tamdiu ante prænunciata, resque videas accidere verbis consonas, ita ut nihil omnino excidat: quodque hæc non figmenta nostra sint, testificantur ii, qui primi libros acceperunt, & etiamnum conservant, inimici nostri, abnepotesque eorum qui Dominum crucifixerunt: qui libros, inquam, apud se retinent & conservant. Et qui fieri possit, dicet quispiam, ut libros habentes non credant? Quia tunc etiam, cum eum mirabilia operantem viderent, non crediderunt: sed hoc non est crimen ejus cui non creditur, sed eorum magis, qui in meridie cæcutiunt. Nam & hunc mundum in medio proposuit, instrumentum omni concinnitate elaboratum, vocem undique emittens, & creatorem prædicans: & tamen quidam homines sunt, qui vel automata esse dicunt, vel horum creationem atque providentiam hominibus adscribunt; alii vero fortunæ, fato, genesi, vel stellarum conversionibus. Verum hoc crimen non in opificem cadit, sed in eos, qui inter tot remedia adhuc extremis laborant morbis. Quemadmodum enim bene affectus animus quid facto opus sit videt, nec multis ad hoc eget adjumentis; sic imprudens ac stupidus, etiamsi innumeros habeat magistros, affectibus præoccupatus, in cæcitate perseverat. Hoc igitur semper videas, non in hac re solum, sed in aliis quoque. Quot enim sunt, qui cum nullam audissent legem, honeste ac legitime vixerunt? Alii vero a pueritia ad extremam usque senectutem in legibus educati, eas violandi numquam finem fecerunt. Hæc & apud veteres contigerunt: nam Judæi innumeris signis & miraculis non meliores effecti sunt; Ninivitæ vero una solum audita voce resi-

Dan. 7. 9.

Malac. 3. 2.

puerunt, & a peccatis liberati sunt. Hoc etiam videre est non in nobilibus tantum viris, sed etiam in obscuro loco natis. Quanta doctrina non imbutus est Judas? & tamen proditor factus est. Quam admonitionem habuit latro? attamen in cruce Christum confessus est, & regnum ejus prædicavit. Ne igitur a corruptorum hominum mente, rerum judicium facias; sed ab ipsa rerum veritate congruentem calculum ponas, de iis, qui recta consilia sunt amplexi. Non crediderunt Judæi, crediderunt Gentiles. Quod ipsum non silentio prætermissum est: Sed David quidem dicit: *Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inveterati sunt, & claudicaverunt a semitis suis:* Hesaïas vero: *Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui revelatum est?* & rursum: *Inventus sum ab iis qui me non quærebant: conspicuus factus sum iis, qui me non interrogabant.* Atque in ipso ejus adventu Chananæa & Samaritana mulier crediderunt: Sacerdotes autem & principes bellum insidiasque parabant, aliosque abigebant, & ex Synagoga pellebant eos, qui in ipsum crederent. Ne igitur te ista conturbent: multis hujusmodi exemplis plena vita nostra est, tum nostro tum præterito tempore. Alioquin vero, si non omnes, multi certe ex Judæis & tunc & nostro tempore crediderunt. Quod si non omnes nihil sane novum aut mirabile: talis quippe est ingratus animus; talis mens ratione vacua; talis anima malis affectibus occupata. Cæterum quia prophetias de Christo tantis antea temporibus a Prophetis enunciatas protulimus: age in medium afferamus eas, quæ de illo cum terram circuiret, & cum hominibus conversaretur editæ sunt: ut hinc etiam ejus potentiam ediscas. Cum advenisset igitur, & salutis hominum negotium ageret, tum eorum, qui tunc in vivis, tum etiam eorum, qui post futuri erant; variis illam modis procurabat. Vide, quæso, quid faciat. Miracula edit, & quædam prædicit longis postea temporibus eventura. Ac per ea quæ tunc fiebant, iis quæ diu postea futura erant auditoribus præsentibus fidem faciens: futuris quoque ex eventu prædictionum credibilia reddens miracula illo tempore edita: atque ex hac duplici demonstratione fidem faciens iis, quæ ad regnum pertinebant.

Psal. 17. 49.

Hesai. 53. 1. & 65. 1.

Prædictiones a Christo prolatæ ejus potentiam ostendunt.

12. Nam duplices erant ejus prædictiones, & hæ quidem in præsenti vita eventuræ erant, illæ vero post ipsam consummationem: aliæque aliarum veritatem luculenter commonstrabant. Exempli causa, nam obscurum dictum planum facere satagam; duodecim ipsum discipuli sequebantur: Ecclesiam vero nemo vel re vel nomine tantum noverat: nam Synagoga florebat adhuc. Quid igitur dixit, & orbe fere toto in impietate detento prædixit? *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Examina hoc dictum ut libet, & veritatem ejus refulgen-

Matt. 16. 18.

A νῆς ἀκούσαντες μετεβάλοντο, καὶ τῆς κακίας ἀπηλλάγησαν. τοῦτο καὶ ἐπ᾽ ἀνδρῶν ἴδοι τις ἂν συμβαῖνον εὐτελῶν, οὐκ ἐπισήμων μόνον. πόσης διδασκαλίας οὐκ ἀπέλαυσεν ὁ Ἰούδας, καὶ ὅμως προδότης ἐγένετο; ποίας δὲ παραινέσεως ἀπέλαυσεν ὁ λῃστής; ἀλλ᾽ ἐν σταυρῷ αὐτὸν ὡμολόγησε, καὶ τὴν βασιλείαν ἀνεκήρυξε τὴν ἐκείνου. μὴ τοίνυν ἀπὸ τῆς διεφθαρμένων τὰς γνώμας τὰς κρίσεις ποιοῦ τῶν πραγμάτων, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἀληθείας τὴν προσήκουσαν ψῆφον ἔκφερε περὶ τῶν ὀρθῶς βουλευσαμένων· οὐκ ἐπίστευσαν οἱ Ἰουδαῖοι, οἱ δὲ ἐθνῶν ἐπίστευσαν. καὶ οὐδὲ τοῦτο σεσίγηται, ἀλλ᾽ ἔνθεν μὲν ὁ Δαυὶδ προφητεύων βοᾷ· υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό με, υἱοὶ ἀλλότριοι ἐπαλαιώθησαν, B καὶ ἐχώλαναν ἀπὸ τῶν τρίβων αὐτῶν. ἔνθεν δὲ ὁ Ἡσαΐας λέγων, κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν, καὶ ὁ βραχίων κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; καὶ πάλιν, εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν, ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι. καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ Χαναναία καὶ Σαμαρεῖτις γυνὴ ἐπίστευσαν· ἱερεῖς δὲ καὶ ἄρχοντες ἐπολέμουν καὶ ἐπεβούλευον, καὶ τοὺς ἄλλους ἀπεῖργον καὶ ἀποσυναγώγους ἐποίουν πιστεύοντας εἰς αὐτόν. μηδὲν τοίνυν ξενιζέτω σε ταῦτα. πολλῶν ἐμπέπλησται τοιούτων ὑποδειγμάτων ὁ βίος ἡμῶν, καὶ ἐν τῷ καθ᾽ ἡμᾶς χρόνῳ, καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν οὖσιν· ἄλλως δὲ, εἰ καὶ μὴ πάντες, ἀλλὰ πολλοὶ C καὶ τῶν Ἰουδαίων καὶ τότε καὶ νῦν ἐπίστευσαν· εἰ δὲ μὴ πάντες, οὐδὲν καινὸν, οὐδὲ παράδοξον. τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀγνωμοσύνη, τοιοῦτον ἡ ἄλογος διάνοια, τοιοῦτον ἡ ὑπὸ παθῶν κρατουμένη ψυχή. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τὰς περὶ αὐτοῦ προφητείας παρὰ τῶν προφητῶν εἰρημένας, καὶ πρὸ τοσούτων χρόνων ἀνακηρυχθείσας εἰρήκαμεν, φέρε καὶ τὰς ὑπ᾽ αὐτοῦ ἡνίκα περιεπόλει τὴν γῆν, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστρέφετο, περὶ μελλόντων εἰρημένας εἰς μέσον ἀγάγωμεν, ἵνα κἀντεῦθεν αὐτοῦ μάθῃς τὴν ἰσχύν. παραγενόμενος γὰρ τότε, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων πραγματευόμενος σωτηρίαν, τῶν τε κατ᾽ ἐκεί- D νους ὄντων τοὺς χρόνους, τῶν τε ὕστερον ἐσομένων, ποικίλως αὐτὴν μετεχειρίζετο. καὶ ὅρα τί ποιεῖ. θαύματα ἐργάζεται, καὶ προλέγει τινὰ τῶν μακροῖς ὕστερον χρόνοις ἐκβησομένων. διὰ μὲν τῶν τότε γινομένων τὴν ἀλήθειαν τῶν μετὰ πολὺν χρόνον ἐκβησομένων ἐγγυώμενος παρὰ τοῖς τότε ἀκροαταῖς, τοῖς τε μετὰ ταῦτα ἐσομένοις ἐκ τῶν εἰρημένων ἐκβάσεων ἀξιόπιστα δεικνὺς καὶ τὰ ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ γεγενημένα θαύματα, καὶ ἀπὸ τῆς διπλῆς ταύτης ἀποδείξεως καὶ τὰ περὶ τῆς βασιλείας πιστούμενος.

Καὶ γὰρ διπλαῖ αὐτοῦ αἱ προρρήσεις ἦσαν, αἱ μὲν κατὰ E τὸν παρόντα ἐκβήσεσθαι μέλλουσαι βίον, αἱ δὲ μετὰ τὴν συντέλειαν αὐτήν· καὶ θατέρα τὴν θατέραν συνίστη καὶ ἐδείκνυ μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας ἀληθεύουσαν. οἷόν τι λέγω, καὶ γὰρ ἀσαφὴς ὁ λόγος· διὸ καὶ σαφέστερον αὐτὸν ποιῆσαι πειράσομαι, δώδεκα ἦσαν ἑπόμενοι αὐτῷ μαθηταί· ἐκκλησίας δὲ πρᾶγμα οὐδὲ εἰς νοῦν τις ἐλάμβανε τότε, ἀλλ᾽ οὐδὲ ὄνομα· ἡ γὰρ συναγωγὴ ἦν ἀνθοῦσα ἔτι. τί οὖν εἶπε καὶ προεφώνησε τῆς οἰκουμένης σχεδὸν ἁπάσης ὑπὸ ἀσεβείας κατεχομένης; ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. ὡς βούλει τοῦτο βασάνιζε τὸ ῥῆμα, καὶ ὄψει διαλάμπουσαν αὐτοῦ τὴν

ἀλήθειαν. οὐ γὰρ δὴ τοῦτο θαυμαστόν ἐστι μόνον, ὅτι ᾠκοδόμησεν αὐτὴν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀχείρωτον εἰργάσατο, καὶ ἀχείρωτον ὑπὸ τοσούτων ἐνοχλουμένην πολέμων. τὸ γάρ, πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς, κίνδυνοί εἰσιν εἰς ᾅδην κατάγοντες. εἶδες προῤῥήσεως ἀλήθειαν; εἶδες ἐκβάσεως ἰσχύν; εἶδες ῥήματα ἐπὶ τῶν πραγμάτων διαλάμποντα, καὶ δύναμιν ἄμαχον πάντα ποιοῦσαν εὐκόλως; μὴ γὰρ ἐπειδὴ ῥῆμά ἐστι βραχὺ, τὸ, οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, παραδράμῃς ἁπλῶς, ἀλλ' ἀνάπτυξον τῇ διανοίᾳ, καὶ ἐννόησον ἡλίκον ἐστὶ τὴν ὑφ' ἡλίῳ κειμένην ἅπασαν ἐκκλησιῶν ἐν χρόνῳ βραχεῖ τοσούτων ἐμπλῆσαι, ἔθνη μεταθεῖναι τοσαῦτα, μεταπεῖσαι δήμους, ἔθη καταλῦσαι πατρῷα, συνήθειαν ἐῤῥιζωμένην ἀνασπάσαι, ἡδονῆς τυραννίδα, κακίας ἰσχὺν, ὥσπερ κόνιν ἀπελάσαι, καὶ βωμοὺς καὶ ναοὺς καὶ ξόανα καὶ τελετὰς, καὶ τὰς ἐναγεῖς ἑορτὰς, καὶ τὴν ἀκάθαρτον κνίσσαν, ὥσπερ καπνόν τινα, ἀφανίσαι, καὶ πανταχοῦ θυσιαστήρια ἀναστῆσαι, ἐν τῇ Ῥωμαίων χώρᾳ, ἐν τῇ Περσῶν, ἐν τῇ Σκυθῶν, ἐν τῇ Μαύρων, ἐν τῇ Ἰνδῶν· τί λέγω; ὑπὲρ τὴν οἰκουμένην τὴν καθ' ἡμᾶς. καὶ γὰρ αἱ Βρεττανικαὶ νῆσοι, αἱ τῆς θαλάττης ἐκτὸς κείμεναι ταύτης, καὶ ἐν αὐτῷ οὖσαι τῷ ὠκεανῷ, τῆς δυνάμεως τοῦ ῥήματος ᾔσθοντο. καὶ γὰρ κἀκεῖ ἐκκλησίαι, καὶ θυσιαστήρια πεπήγασιν. ἐκεῖνο τὸ ῥῆμα, ὅπερ ἐφθέγξατο τότε, τοῦτο ἐν ταῖς ἁπάντων πεφύτευται ψυχαῖς, ἐν τοῖς ἁπάντων στόμασι κεῖται. καὶ πᾶσα, ὡς εἰπεῖν, ἡ γῆ ἐξεκαθάρθη ἀκανθῶν πεπληρωμένη, καὶ καθαρὰ γέγονεν ἄρουρα, καὶ τὰ σπέρματα τῆς εὐσεβείας ἐδέξατο. μέγα μὲν οὖν ὄντως, μέγα, μᾶλλον δὲ μέγεθος ὑπερβολῆς καὶ θείας δυνάμεως ἀπόδειξιν ἔχον, τὸ καὶ μηδενὸς ἐνοχλοῦντος, ἀλλ' εἰρήνης οὔσης, καὶ πολλῶν τῶν συνταραττόντων κειμένων, ἐναντιουμένου δὲ μηδενὸς, δυνηθῆναι τοσαύτην οἰκουμένην ἀθρόον ἀπαλλάξαι μὲν τῆς ἐν τοσούτῳ χρόνῳ προκατειληφυίας αὐτὴν πονηρᾶς συνηθείας, μεταθεῖναι δὲ εἰς ἑτέραν πολὺ δυσκολωτέραν. οὐ γὰρ συνήθεια μόνον ἠναντιοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἡδονὴν κατεῖχε, δύο τυραννικὰ πράγματα. ἃ γὰρ ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν παρὰ πατέρων καὶ πάππων καὶ ἐπιπάππων καὶ τῶν ἀνωτέρω προγόνων, καὶ φιλοσόφων καὶ ῥητόρων ἦσαν παρειληφότες, ταῦτα ἐπείθοντο ἀποδύειν· καίπερ ὂν δυσκολώτατον, καὶ ἑτέραν δέχεσθαι συνήθειαν καινὴν ἐπεισελθοῦσαν, καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, πολὺ τὸ ἐπίπονον ἔχουσαν. ἀπῆγε γὰρ τρυφῆς, καὶ ἐνῆγεν εἰς νηστείαν· ἀπῆγε φιλοχρηματίας, καὶ ἐνῆγεν εἰς ἀκτημοσύνην· ἀπῆγεν ἀσελγείας, καὶ ἐνῆγεν εἰς σωφροσύνην· ἀπῆγε θυμοῦ, καὶ ἐνῆγεν εἰς πρᾳότητα· ἀπῆγε φθόνου, καὶ ἐνῆγεν εἰς φιλοφροσύνην· ἀπῆγε τῆς πλατείας ὁδοῦ καὶ εὐρυχώρου, καὶ ἐνῆγεν εἰς τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην καὶ ἀπόκρημνον, καὶ ἐνῆγεν ὡς τραφέντας τῇ πλατείᾳ. οὐ γὰρ δὴ ἄλλους ἀνθρώπους λαβὼν ἔξω τῆς οἰκουμένης καὶ τῆς συνηθείας ταύτης, ἀλλ' αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς ἐν τούτοις κατασαπέντας καὶ πηλοῦ γενομένους μαλακωτέρους, τούτους ἐκέλευσε τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδεύειν ὁδὸν, τὴν τραχεῖαν καὶ σκληρὰν, καὶ ἔπεισε. καὶ πόσους ἔπεισεν; οὐ δύο καὶ δέκα καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν, ἀλλὰ πάντας σχεδὸν τοὺς τὴν ὑφ' ἥλιον οἰκοῦντας. καὶ διὰ τίνων ἔπεισε; διὰ ἀνθρώπων ἕνδεκα, ἀγραμμάτων, ἰδιωτῶν, ἀγλώττων, ἀσήμων,

A tem videbis. Non enim illud solum mirabile, quod eam in universo orbe ædificaverit, sed quod invictam fecerit, & tot agitatam bellis invictam. Illud enim: *Portæ inferi non prævalebunt adversus eam*, pericula sunt quæ in infernum deducunt. Vidistin' prædictionis veritatem? Vidistin' eventus robur? Vidistin' verba rebus ipsis lucentia, & vim insuperabilem omnia nullo negotio facientem? Etsi enim breve dictum sit illud, *ædificabo Ecclesiam meam*, ne simpliciter prætereas, sed in mente revolve, & cogita quantum sit totum orbem tam brevi tempore Ecclesiis replevisse, tantas convertisse B gentes, populis persuasisse, ut paternis solutis legibus radicatam consuetudinem evellerent, voluptatis tyrannidem, nequitiæ vim, ceu pulverem ejicerent, aras, templa, idola, mysteria, prophanas solemnitates, impurumque nidorem, quasi fumum quemdam delerent; ubique altaria excitarent, in regione Romanorum, Persarum, Scytharum, Maurorum, Indorum: quid dico? vel extra orbem nostrum. Nam & Britannicæ insulæ, quæ extra hoc mare sitæ sunt & in ipso Oceano, vim verbi senserunt: illic enim Ecclesiæ & altaria erecta fuere. Verbum illud, quod tunc ille protulit, in omnium animis plantatum est, per omnium ora C fertur: & terra, ut ita dicam, universa, spinis repleta emundata est, ager purus effectus est, pietatisque semina suscepit. Magna sane res est, magna, inquam, imo summæ magnitudinis & divinæ virtutis argumentum: nemine turbas movente, pace summa, licet multi conturbarent & nemo reluctaretur, potuisse tantum orbem confestim a prava tanti temporis consuetudine liberari, in aliam vero consuetudinem longe difficiliorem traduci. Neque tantum consuetudo adversabatur, sed etiam voluptas detinebat: duo tyrannici obices: nam quæ a multorum annorum curriculo a patribus, avis, abavis, D majoribus, philosophis & rhetoribus acceperant, ea respuere, quæ res admodum difficilis erat, docebantur, & novam accipere consuetudinem, eamque, quod gravius erat, valde duram & molestam. Abduxit a voluptate, & induxit in jejunium: abduxit ab amore pecuniarum, & induxit in paupertatem; abduxit a lascivia, & induxit in temperantiam: abduxit ab ira, & induxit in mansuetudinem: abduxit ab invidia, & induxit in benignitatem: abduxit a via lata & spatiosa, & induxit in angustam, arctam & præruptam, induxit, inquam, assuetos viæ E latæ. Non enim alios assumsit homines extra mundum & hanc consuetudinem viventes; sed eos ipsos qui jam in ea computruerant, & luto molliores erant, hos jussit in angusta, aspera, & arcta incedere via, & id persuasit eis. Quot hominibus id persuasit? non uni, vel decem, vel viginti, vel centum hominibus, sed omnibus ferme sub sole habitantibus. Quorum opera id persuasit? undecim opera hominum, illiteratorum, idiotarum, ineloquentium, ignobilium, pau-

perum, patria, opum facultatibus, robore corporis, gloriæ præcellentia, generis splendore, vi verborum, rhetorices gravitate, scientiæ commendatione carentium; sed piscatorum, tabernaculorum opificum, qui diversæ linguæ erant. Neque eadem illi qua auditores lingua instructi erant, sed peregrina atque ab aliis omnibus diversa lingua utebantur, nimirum Hebraïca. Per hos hanc Ecclesiam ædificavit, quæ a finibus usque ad fines terræ extenditur.

13. Neque hoc solum mirabile est; sed quod idiotæ, pauperes, pauci, ignobiles, illiterati ac viles, alterius linguæ, despicabilesque homines, quibus totius orbis emendatio commissa fuerat, jussumque fuerat ad difficiliora ipsum traducere, non illud in pace fecerint, sed innumeris undique bellis exagitati. Per singulas quippe gentes & urbes, & quid dico per singulas gentes & urbes? per singulas etiam domos bella contra ipsos movebantur. Ingressa namque doctrina, filiumque a patre sæpe dividens, nurum a socru, fratrem a fratre, servum a domino, subditum a principe, virum ab uxore, uxorem a viro, patrem a filiis; non enim simul omnes credebant; quotidianas inimicitias, bella frequentia, mille mortes ipsis inducebat, efficiebatque ut sese mutuo quasi communes hostes aversarentur. Etenim eos pellebant universi, reges, principes, idiotæ, liberi, servi, populi, civitates. Neque illos tantum; sed quod gravius erat, neophytos in fide, quos illi instituebant. Commune namque bellum & doctoribus & discipulis excitabatur, quippe cum doctrina illa & regiis sanctionibus & consuetudini, & paternis moribus adversari videretur. Siquidem hortabantur ut ab idolis abstinerent, aras despicerent, quas & patres & majores eorum coluerant, ab impuris dogmatibus resilirent, riderent solemnitates, initiationes respuerent, quæ ipsis maxime tremenda & formidabilia videbantur: pro quibus animam dare maluissent, quam eorum dicta admittere, & in natum ex Maria credere, qui ad præsidis tribunal ductus, sputis dehonestatus, innumeraque passus, exsecranda morte affectus, sepultusque resurrexisset. Quodque stupendum erat, cruciatus omnibus noti erant, flagella nempe, colaphi, contumeliæ oris sputo dehonestati, plagæ, crux, cachinni multi, comœdia omnibus oblata, sepultura quasi gratiæ nomine impetrata; sed quæ ad resurrectionem spectabant non item: illis enim solis post resurrectionem apparuit. Attamen hæc dicendo persuadebant, & sic Ecclesiam ædificabant. Quo pacto & qua ratione? Virtute jubentis: ipse namque viam parabat, ipse omnia difficilia facilia reddebat. Nisi enim divina quædam virtus hæc perpetrasset, ne vel principium quidem aut exordium hæc habuissent. Quo enim id modo fieri potuisset? Verum is qui dixerat, *Fiat cælum*, & opus exhibuit: &, fundetur terra, ejus substantiam produxit; &, luceat sol, & astrum ostendit; quique omnia verbo operatus est,

Mira Evangelii propagatio.

A πενήτων, οὐ πατρίδας ἐχόντων, οὐ περιουσίας χρημάτων, οὐ σώματος δύναμιν, οὐ δόξης περιφάνειαν, οὐ προγόνων λαμπρότητα, οὐ λόγων ἰσχὺν, οὐ ῥητορείας δεινότητα, οὐ τὴν ἀπὸ γνώσεως προστασίαν, ἀλλὰ ἁλιέων, σκηνοποιῶν, ἑτερογλώσσων. οὐδὲ γὰρ ὁμόφωνοι τοῖς πειθομένοις ἦσαν, ἀλλὰ ξένην τινὰ καὶ παρηλλαγμένην παρὰ πάσας τὰς γλώττας κεκτημένοι φωνὴν, τὴν Ἑβραΐδα λέγω, καὶ δι' αὐτῶν ᾠκοδόμησε τὴν ἐκκλησίαν ταύτην, τὴν ἀπὸ περάτων εἰς πέρατα τεταμένην.

Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ θαυμαστὸν, ἀλλ' ὅτι οἱ ἰδιῶται δὴ οὗτοι καὶ πένητες καὶ ὀλίγοι, καὶ ἄσημοι καὶ ἀγράμματοι, καὶ εὐτελεῖς, καὶ ἑτερόφωνοι καὶ εὐκαταφρόνητοι, τῆς οἰ- B κουμένης ἁπάσης τὴν διόρθωσιν ἐγχειρισθέντες, καὶ ἐπὶ τὰ πολλῷ δυσκολώτερα πράγματα ἄγειν αὐτὴν κελευσθέντες, οὐδὲ ἐν εἰρήνῃ ταῦτα ἔπραττον, ἀλλὰ μυρίων πανταχόθεν πολέμων αὐτοῖς ἐγειρομένων. κατὰ γὰρ ἔθνος ἕκαστον, καὶ κατὰ πόλιν· τί λέγω κατὰ ἔθνος καὶ κατὰ πόλιν; κατ' οἰκίαν ἑκάστην πόλεμος αὐτοῖς ἀνεῤῥιπίζετο. εἰσιοῦσα γὰρ ἡ διδασκαλία, καὶ ἀποσχίζουσα παῖδα πολλάκις πατρὸς, καὶ νύμφην πενθερᾶς, καὶ ἀδελφὸν ἀδελφοῦ, καὶ δοῦλον δεσπότου, καὶ ἀρχόμενον ἄρχοντος, καὶ ἄνδρα γυναικὸς, καὶ γυναῖκα ἀνδρὸς, καὶ πατέρα παίδων, οὐ γὰρ ἀθρόον πάντες ἐπείθοντο, καθημερινὰς ἀπεχθείας, συνεχεῖς πολέμους, μυρίους αὐτοῖς ἐπῆγε θανάτους, καὶ ὡς κοινοὺς ἐχθροὺς καὶ πο- C λεμίους ἀποστρέφεσθαι παρεσκεύασε. τούτους γὰρ πάντες ἤλαυνον, βασιλεῖς, ἄρχοντες, ἰδιῶται, ἐλεύθεροι, δοῦλοι, δῆμοι, πόλεις· καὶ οὐκ αὐτοὺς μόνον, ἀλλὰ τὸ δὴ χαλεπώτερον, τοὺς ἔτι νεοπαγεῖς ἐν τῇ πίστει, τοὺς ὑπ' αὐτῶν κατηχουμένους. κοινὸς γὰρ πόλεμος καὶ τοῖς μαθηταῖς καὶ τοῖς διδασκάλοις ἐγίνετο, ἅτε τῆς διδασκαλίας ἀπεναντίας καὶ διατάγμασι βασιλικοῖς, καὶ συνηθείᾳ, καὶ ἔθεσι πατρῴοις φαινομένης. παρῄνουν γὰρ εἰδώλων ἀπέχεσθαι, καταφρονεῖν βωμῶν, οὓς οἱ πατέρες αὐτῶν καὶ οἱ πρόγονοι πάντες ἐθεράπευσαν, ἀφίστασθαι τῶν μυσαρῶν δογμάτων, καταγελᾶν ἑορτῶν, διαπτύειν τὰς τελετάς. ἃ φρικωδέστατα ἐδόκει εἶναι ἐκείνοις καὶ φοβερώτατα, καὶ ὑπὲρ D ὧν ἂν καὶ τὴν ψυχὴν προήκαντο, ἢ αἱρεῖσθαι τὰ παρ' αὐτῶν λεγόμενα, καὶ πιστεύειν εἰς τὸν ἀπὸ Μαρίας τεχθέντα, τὸν ἐν ἡγεμονικῷ δικαστηρίῳ παραστάντα, τὸν ἐμπτυσθέντα, τὸν μυρία παθόντα δεινὰ, τὸν θάνατον ἐπάρατον ὑπομείναντα, τὸν ταφέντα, τὸν ἀναστάντα. καὶ τὸ παράδοξον, ὅτι τὰ μὲν τῶν παθῶν δῆλα πᾶσιν ἦν, αἱ μάστιγες, αἱ ἐπὶ κόῤῥης πληγαὶ, αἱ εἰς πρόσωπον ὕβρεις διὰ τῶν ἐμπτυσμάτων γινόμεναι, τὰ ῥαπίσματα, ὁ σταυρὸς, ἡ πολλὴ χλευασία, ἡ παρὰ πάντων κωμῳδία, ὁ τάφος ὁ ἐν μέρει χάρι- E τος γενόμενος· τὰ δὲ τῆς ἀναστάσεως οὐκέτι· αὐτοῖς γὰρ μόνοις ἀναστὰς ἐφάνη· ἀλλ' ὅμως καὶ ταῦτα λέγοντες ἔπειθον, καὶ οὕτω τὴν ἐκκλησίαν ᾠκοδόμουν. πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; τῇ δυνάμει τοῦ ταῦτα κελεύσαντος. αὐτὸς γὰρ προοδοποιῶν ἦν, αὐτὸς πάντα τε τὰ δύσκολα ῥᾴδια ποιῶν. εἰ γὰρ μὴ θεία τις δύναμις ἦν ἡ ταῦτα κατορθοῦσα, οὐδ' ἂν προοίμιον, οὐδ' ἂν ἀρχὴν ταῦτα ἔλαβε. πῶς γάρ; ἀλλ' ἐκεῖνος ὁ εἰπὼν, γενηθήτω οὐρανὸς, καὶ δείξας τὸ ἔργον· καὶ θεμελιωθήτω ἡ γῆ, καὶ παραγαγὼν τὴν οὐσίαν· καὶ λαμπέτω ἥλιος, καὶ δείξας τὸ ἄστρον, καὶ πάντα ἐργασάμενος

μόνῳ λόγῳ, οὗτος καὶ τὰς ἐκκλησίας ταύτας ἐφύτευσε· καὶ τὸ ῥῆμα ἐκεῖνο, τὸ, οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, τοῦτο πάντα εἰργάσατο. τοιοῦτοι γὰρ οἱ τοῦ θεοῦ λόγοι, ἔργων δημιουργοὶ, ἔργων θαυμαστῶν καὶ παραδόξων. ὥσπερ γὰρ εἶπε, βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, καὶ πάντα ἀθρόον παράδεισος ἦν, καὶ πάντα λειμῶνες, καὶ μυρίοις ἐκόμα φυτοῖς ἡ δεξαμένη τὸ ἐπίταγμα γῆ· οὕτω καὶ νῦν εἶπεν· οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ μετὰ πολλῆς εὐκολίας τοῦτο ἐγίνετο· καὶ τυράννων κατ' αὐτῆς ὁπλιζομένων, καὶ στρατιωτῶν ὅπλα κινούντων, καὶ δήμων πυρὸς σφοδρότερον μαινομένων, καὶ συνηθείας ἀντιπαρατατομένης, καὶ ῥητόρων, καὶ σοφιστῶν, καὶ πλουτούντων, καὶ ἰδιωτῶν, καὶ ἀρχόντων ἀνισταμένων, πυρὸς σφοδρότερον ἐπιὼν ὁ λόγος τὰς ἀκάνθας ἀνήλωσε, τὰς ἀρούρας ἐξεκάθηρεν, ἔσπειρε τοῦ κηρύγματος τὸν λόγον· καὶ τῶν πιστευσάντων, τῶν μὲν δεσμωτήριον οἰκούντων, τῶν δὲ εἰς τὴν ὑπερορίαν μεθισταμένων, τῶν δὲ τὰ χρήματα ἀφαιρουμένων, τῶν δὲ ἀναιρουμένων, καὶ κατακοπτομένων, τῶν δὲ πυρὶ παραδιδομένων, τῶν δὲ καταποντιζομένων καὶ πᾶν εἶδος τιμωρίας ὑπομενόντων, ἀτιμουμένων, ἐλαυνομένων, ὡς κοινῶν ἐχθρῶν διωκομένων πάντοθεν, ἕτεροι πλείους προσῄεσαν, οὐ μόνον οὐδὲν, ἀφ' ὧν ἔπασχον ἕτεροι, εἰς τὸ πεισθῆναι ὀκνηρότεροι γινόμενοι, ἀλλὰ καὶ προθυμότεροι, καὶ μᾶλλον ἐπιπηδῶντες τῇ καλῇ ταύτῃ θήρᾳ· καὶ οὕτως ἡλίσκοντο, οὐκ ἀναγκαζόμενοι, οὐ βιαζόμενοι, ἀλλὰ προστρέχοντες, χάριν εἰδότες τοῖς ἐπὶ τοῦτο ἄγουσι· καὶ χειμάρρους αἱμάτων ὁρῶντες ἀπὸ τῶν ἤδη πεπιστευκότων ἀποῤῥέοντας, θερμότεροι περὶ τὴν πίστιν ἐγίνοντο καὶ θαρσαλεώτεροι· καὶ οὐχὶ τῶν μαθητῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν διδασκάλων, τῶν μὲν δεδεμένων, τῶν δὲ ἐλαυνομένων, τῶν δὲ μαστιζομένων, τῶν δὲ ἕτερα μυρία πασχόντων κακὰ, πλείους οἱ μαθητευόμενοι καὶ σπουδαιότεροι μᾶλλον ἐγίνοντο. καὶ βοᾷ Παῦλος λέγων· ὥστε τοὺς πλείονας τῶν ἀδελφῶν ἐν κυρίῳ πεποιθότας τοῖς δεσμοῖς μου, περισσοτέρως τολμᾶν ἀφόβως τὸν λόγον λαλεῖν. καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν, ὑμεῖς γὰρ μιμηταὶ ἐγενήθητε τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ τῶν οὐσῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ. ὅτι τὰ αὐτὰ ἐπάθετε καὶ ὑμεῖς ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, τῶν καὶ τὸν κύριον ἀποκτεινάντων, καὶ ἡμᾶς κωλυόντων τοῖς ἔθνεσι λαλῆσαι, ἵνα σωθῶσιν. ἑτέροις δὲ πάλιν γράφων οὕτως ἔλεγεν· ἀναμιμνήσκεσθε τὰς προτέρας ἡμέρας, ἐν αἷς φωτισθέντες πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων, γινώσκοντες ἑαυτοῖς κρείττονα ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς, καὶ μένουσαν. εἶδες δυνάμεως ὑπερβολὴν τοῦ ταῦτα ἐργασαμένου; οὐ γὰρ μόνον οὐκ ἠθύμουν, οὐδὲ μόνον οὐκ ἐθλίβοντο ταῦτα πάσχοντες, ἀλλὰ καὶ ἔχαιρον, ἐσκίρτων, ἐπήδων. καὶ περὶ μὲν τούτων οὗτος ταῦτα λέγει, ὅτι τὴν δήμευσιν τῆς οὐσίας μεθ' ἡδονῆς ἐδέξαντο· περὶ δὲ τῶν διδασκάλων ὁ Λουκᾶς ἐν τῇ τῶν πράξεων βίβλῳ, ὅτι ὑπέστρεφον ἐκ προσώπου τοῦ συνεδρίου χαίροντες, ὅτι κατηξιώθησαν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ ἀτιμασθῆναι. περὶ δὲ ἑαυτοῦ πάλιν ὁ Παῦλος· χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου, καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου. καὶ τί θαυμάζεις, εἰ καὶ ἐπὶ παθήμασιν ἔχαιρεν, ὅπουγε καὶ θάνατον μέλλων ὑπομένειν, οὐ μόνον ἔχαιρεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς μαθητὰς εἰς κοινωνίαν τῆς εὐφροσύνης

Tom. I.

A ille etiam has Ecclesias plantavit. Et verbum illud, *Ædificabo Ecclesiam meam*, hæc omnia operatum est. Talia quippe sunt verba Dei, opera exhibent: opera mirabilia atque stupenda. Nam quemadmodum dixit: *Germinet terra herbam fœni*, & omnia mox hortus fuere, omnia pratum, terraque mandatum excipiens infinitis ornabatur plantis; sic & nunc ubi dixit, *Ædificabo Ecclesiam meam*, id nullo negotio factum est: atque tyrannis adversus eam bellum excitantibus, militibus arma moventibus, populis instar ignis furentibus, adversante consuetudine, etiamque rhetoribus, sophistis, divitibus, idiotis, principibus, igne tamen vehemen- Gen. 1. 11.
B tius verbum spinas consumsit, agros purgavit, prædicationis doctrinam seminavit: ac dum ex iis qui crediderant alii in carcere habitarent, alii in exsilium abducti essent, alii pecuniis mulctati, alii occisi, & in frusta concisi, alii igne consumti, alii demersi essent, alii omne genus supplicii subirent, ignominia affecti, pulsi, quasi communes hostes undique ejecti; alii numero plures accesserunt, nec modo ex aliorum cruciatibus nihilo segniores evaserunt ad fidem amplectendam, sed multo alacriores fuerunt, & in pulcram hanc capturam insilierunt; sicque a piscatoribus capiebantur, non coacti sed accurrentes, gratiamque habentes iis, qui se
C in hanc rem deducerent: ac cum sanguinum torrentes ex jam credentibus erumpentes cernerent, ferventiores fidentioresque circa fidem erant. Cumque non tantum discipuli, sed etiam magistri, alii vincti, alii pulsi, alii verberati essent, alii demum innumera paterentur mala, discipuli tamen & plures & ferventiores fiebant. Certe Paulus clamat: *Ita ut plures fratrum in Domino, confidentes vinculis meis, abundantius auderent sine timore verbum loqui*: & alibi rursum: *Vos enim imitatores facti estis ecclesiarum Dei, quæ sunt in Judæa, quia eadem passi estis & vos a contribulibus vestris, quemadmodum & ipsi a Judæis, qui Domi- Philip. 1. 14. 1. Thess. 2. 14.
D num crucifixerunt, & nos impediunt loqui gentibus, ut salventur*. Aliis rursum scribens sic loquitur: *Rememoramini pristinos dies, in quibus illuminati, multum certamen sustinuistis passionum, scientes vobis meliorem substantiam in cælis, & manentem*. Viden' præstantiam virtutis ejus qui talia operatus est? Nam qui tanta patiebantur, non solum non ægre ferebant vel deficiebant, sed & gaudebant, gestiebant, exsultabant. Et de discipulis quidem dicit ille, quod facultatum publicationem cum voluptate accepe- Heb. 10. 32.
E rint: de Magistris vero Lucas in libro Actuum Apostolorum, ait eos reversos esse gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti fuerant pro nomine Christi contumeliam pati. De seipso rursum Paulus: *Gaudeo*, ait, *in passionibus meis, & adimpleo quæ desunt tribulationibus Christi in carne mea*. Etquid miraris, quod in passionibus gauderet, quando mortem subiturus, non modo gaudebat, sed etiam discipulos in gaudii consortium vocabat, quod erat ani- Act. 5. 41.

Colos. 1. 24. mi supra modum lætantis: *Gaudeo*, inquit, *& congratulor omnibus vobis: itidem & vos gaudete, & congratulamini mihi.* Et quid factum est, dic mihi, quod tanto gaudio repletus es? 2. Tim. 4. 6. *Ego*, inquit, *jam delibor, & tempus resolutionis meæ instat.*

15. Sic igitur per universum orbem Ecclesiam ædificabant. Atqui ne parietem quidem unum quisquam possit exstruere lapidibus & calce utens, si expellatur & impediatur: hi vero tot ecclesias ubique terrarum ædificarunt, percussi, vincti, pulsi, fugati, facultatibus mulctati, flagellati, jugulati, combusti, demersi una cum discipulis. Et ædificabant, non lapidibus, sed animabus & institutis, quod plane difficilius est, quam lapidibus construere. Non enim par est murum construere, & animam tanto tempore a dæmonibus agitatam ad resipiscendum persuadere, ut ab insania illa desistat, & ad tantam perveniat temperantiam. Attamen hoc potuerunt nudi & calceis carentes, una induti tunica per universum orbem circumeuntes: habebant enim commilitantem ejus virtutem, qui dixit: Matth. 16. 18. *Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Numera quot tyranni ab illo tempore adversus illam instruxerunt aciem, quot gravissimas persequutiones excitarunt: quo in statu fides fuerit toto illo, quod præteriit, tempore; quando recens plantata erat, quando teneriores erant hominum mentes. Imperatores omnes contra Christianos bellum frustra susceperunt. Gentiles erant Imperatores, Augustus, Tiberius, Caius, Nero, Vespasianus, Titus, & post illum omnes usque ad tempus beati Constantini imperatoris; omnesque illi, alii minus, alii vehementius Ecclesiam oppugnabant; oppugnabant tamen omnes. Quod si qui eorum visi sunt mitius agere; hoc ipsum tamen quod Imperatores palam in impietate viverent, materia bellorum erat, cum alii, qui ipsis adulabantur, gratiam illorum captantes Ecclesiæ bellum inferrent. Attamen omnes hujusmodi insidiæ atque incursus, facilius quam araneæ tela dissipati sunt, citius quam fumus soluti sunt, velocius quam pulvis transierunt. Nam cum insidiis suis majorem Martyrum chorum effecerint, immortalesque illos Ecclesiæ thesauros reliquerint, columnas atque turres; illi non viventes modo, sed etiam mortui, posteris magnæ utilitatis materia facti sunt. Videsne vim prædictionis? *Et portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Ab his & de futuris crede, nullum fore qui obsistat. Si enim cum ex paucis constaret, cum nova res esse videretur, cum nuper plantata doctrina esset, cum tot bella instarent, tot undique commissa prælia nihil potuerunt, neque prævaluerunt; quanto magis nunc cum universam terram occupat, omnemque locum, montes, saltus, colles; etenim & maria & gentes sub sole positas omnes apprehendit; cum impietas apud paucos jam obtineat; atque aræ, templa, idola omnia sublata fuerint, festa item, initiationes, fumus, nidor & profanæ conciones. Quomodo igitur talis tantaque res, tot oblatis impedi-

A ἐκάλει, ὅπερ ἦν ὑπερβαλλόντως εὐφραινομένης ψυχῆς; οὕτω λέγων· χαίρω καὶ συγχαίρω πᾶσιν ὑμῖν· τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ὑμεῖς χαίρετε καὶ συγχαίρετέ μοι. τί γέγονεν, εἰπέ, ὅτι τοσαύτης ἐνεπλήσθης χαρᾶς; ἐγώ, φησιν, ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκεν.

Οὕτω τοίνυν ᾠκοδόμουν τὰς πανταχοῦ ἐκκλησίας. καίτοιγε τοῖχον ἕνα οὐδεὶς ἂν δυνηθείη οἰκοδομῆσαι, διὰ λίθου, καὶ ἀσβέστου συντιθεὶς τὴν οἰκοδομήν, ἐλαυνόμενος, κωλυόμενος· οὗτοι δὲ ἐκκλησίας τοσαύτας πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ᾠκοδόμησαν, κατακοπτόμενοι, δεσμούμενοι, διωκόμενοι, φυγαδευόμενοι, δημευόμενοι, μαστιζόμενοι, σφαττόμενοι, καιόμενοι, καταποντιζόμενοι μετὰ τῶν μαθητῶν· B καὶ ᾠκοδόμησαν οὐ διὰ λίθων, ἀλλὰ διὰ ψυχῶν καὶ προαιρέσεων, ὅπερ δυσκολώτερον πολλῷ τοῦ διὰ λίθων οἰκοδομῆσαι. οὐ γάρ ἐστιν ἴσον συνθεῖναι τοῖχον, καὶ ψυχὴν ἐπὶ τοσούτοις χρόνοις ὑπὸ δαιμόνων ἐκβακχευθεῖσαν, πεῖσαι μεταστῆναι, καὶ τῆς μανίας ἀποστῆναι ἐκείνης, καὶ πρὸς τοσαύτην ἐλθεῖν σωφροσύνην. ἀλλ᾽ ὅμως ἴσχυσαν γυμνοὶ καὶ ἀνυπόδετοι, μονοχίτωνες τὴν οἰκουμένην περιιόντες ἅπασαν· εἶχον γὰρ σύμμαχον καὶ βοηθὸν, τὴν ἄμαχον δύναμιν τοῦ εἰρηκότος, ἐπὶ τῇ πέτρᾳ ταύτῃ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. ἀρίθμησον γοῦν πόσοι τύραννοι ἐξ ἐκείνου παρετάξαντο C πρὸς αὐτήν, πόσοι διωγμοὺς ἐκίνησαν χαλεπωτάτους, πῶς τὸν ἔμπροσθεν ἅπαντα διέκειτο χρόνον, ὅτε νεόφυτος ἦν ἡ πίστις, ὅτε ἁπαλώτεραι αἱ διάνοιαι τῶν ἀνθρώπων. Ἕλληνες ἦσαν βασιλεῖς, Αὔγουστος, Τιβέριος, Γάϊος, Νέρων, Οὐεσπασιανὸς, Τίτος, καὶ μετ᾽ ἐκεῖνον ἅπαντες ἕως τῶν τοῦ μακαρίου Κωνσταντίνου χρόνων τοῦ βασιλέως· καὶ πάντες οὗτοι, οἱ μὲν ἔλαττον, οἱ δὲ σφοδρότερον ἐπολέμουν τὴν ἐκκλησίαν· ἐπολέμουν δ᾽ οὖν ὅμως ἅπαντες. εἰ δέ τινες αὐτῶν καὶ ἡσυχάζειν ἔδοξαν, αὐτὸ τοῦτο τὸ τοὺς βασιλεύοντας καταδήλους εἶναι ἐπὶ ἀσεβείᾳ, ὑπόθεσις πολέμων ἐγίνετο, τῶν ἄλλων κολακευόντων αὐτοὺς, θεραπευόντων ἐν τῷ τῆς ἐκκλησίας πολέμῳ· ἀλλ᾽ ὅμως D πᾶσαι αὗται αἱ ἐπιβουλαὶ καὶ ἔφοδοι, ἀράχνης εὐκολώτερον διεσπάσθησαν, καπνοῦ θᾶττον διελύθησαν, κονιορτοῦ ταχύτερον παρῆλθον. δι᾽ ὧν γὰρ ἐπεβούλευσαν, πολὺν μαρτύρων χορὸν ἐργασάμενοι, καὶ τοὺς ἀθανάτους ἐκείνους τῆς ἐκκλησίας ἀφέντες θησαυροὺς, τοὺς στύλους, τοὺς πύργους, οὐχὶ ζῶντες μόνον, ἀλλὰ καὶ τελευτήσαντες μεγάλης ὠφελείας τοῖς ὕστερον ὑπόθεσις ἐγένοντο. εἶδες προρρήσεως ἰσχύν; καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. ἀπὸ τούτων πίστευε περὶ τῶν μελλόντων, καὶ ὅτι οὐδεὶς αὐτῶν περιέσται. εἰ γὰρ ὅτε ἐξ ὀλίγων συνειστήκει, ὅτε καινοτομίας ἐδόκει εἶναι τὸ πρᾶγμα, ὅτε νεοπαγὴς ἡ διδασκαλία, E ὅτε τοιοῦτοι οἱ πόλεμοι, καὶ τοσαῦται αἱ πανταχόθεν ἀναρριπιζόμεναι μάχαι, οὐκ ἴσχυσαν, οὐ περιεγένοντο, πολλῷ μᾶλλον τὴν οἰκουμένην ἅπασαν καταλαβούσης αὐτῆς καὶ τόπον ἅπαντα, καὶ ὄρη, καὶ νάπας, καὶ βουνοὺς, καὶ γὰρ καὶ θάλατταν, καὶ τὰ ὑφ᾽ ἡλίῳ κείμενα ἔθνη πάντα κατέλαβε, καὶ τῆς ἀσεβείας εἰς ὀλίγους προβάσης λοιπὸν, καὶ βωμῶν, καὶ ναῶν, καὶ εἰδώλων, καὶ πάντων ἀνῃρημένων, καὶ ἑορτῶν, καὶ τελετῶν, καὶ καπνοῦ καὶ κνίσσης καὶ πανηγύρεων ἐναγῶν. πῶς οὖν τοσοῦτον καὶ τηλικοῦτον πρᾶγμα, μετὰ τοσούτων κωλυμάτων.

A καὶ πέρας ἔσχεν οὕτω λαμπρὸν, καὶ ἔκβασιν μαρτυροῦσαν τῇ ἀληθείᾳ, εἰ μὴ θεία τις καὶ ἄμαχος δύναμις ἦν τοῦ ταῦτα προειπόντος καὶ τελέσαντος; οὐδεὶς ἂν πρὸς ταῦτα ἀντείποι, εἰ μὴ σφόδρα τις τῶν μαινομένων καὶ ἐξεστηκότων εἴη, καὶ τῶν κατὰ φύσιν ἀπεστερημένων φρενῶν. οὐχ αὕτη δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτεραι προῤῥήσεις ἀνακηρύττουσιν αὐτοῦ τὴν ἄμαχον δύναμιν. καὶ γὰρ προεῖπε τὰ μέλλοντα μετ' ἀληθείας ἁπάσης καὶ εἰς τέλος ἤγαγε· καὶ ἀμήχανόν τι διαπεσεῖν τῶν παρ' ἐκείνου λεχθέντων. ἀλλ' εὐκολώτερον τὴν γῆν ἀφανισθῆναι καὶ τὸν οὐρανὸν, ἢ τῶν ῥημάτων τι τῶν ἐκείνου καὶ τῶν προῤῥήσεων ἐλεγχθῆναι ψευδῶς εἰρημένον. B διὸ καὶ αὐτὸς καὶ πρὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως τοῦτο αὐτὸ δηλῶν, οὕτω σαφῶς ἀπεφήνατο περὶ τῶν εἰρημένων παρ' αὐτοῦ, λέγων· ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι· καὶ μάλα εἰκότως. οὐ γὰρ λόγοι εἰσὶν, ἀλλὰ θεοῦ λόγοι, ἔργων δημιουργοί· οὕτω τὸν οὐρανὸν ἐποίησεν, οὕτω τὴν γῆν, οὕτω τὴν θάλασσαν, οὕτω τὸν ἥλιον, οὕτω τοὺς τῶν ἀγγέλων δήμους, οὕτω τὰς ἄλλας ἀοράτους δυνάμεις. καὶ τοῦτο σαφὲς ποιῶν ὁ προφήτης ἔλεγεν· αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν, αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν, περὶ πάσης ὁμοῦ τῆς κτίσεως, τῆς ἄνω, τῆς κάτω, τῆς αἰσθητῆς, τῆς νοερᾶς, τῆς ἐν σώματι, τῆς ἀσωμάτου ταῦτα λέγων· ἔδειξε μὲν οὖν, ὅπερ ἔφθην εἰπὼν, C καὶ ἡ περὶ τῆς ἐκκλησίας προαναφώνησις, τῆς ἀληθείας αὐτοῦ, τῆς προνοίας, τῆς ἀγαθότητος, τῆς κηδεμονίας τὸ μέγεθος, τὸν ὄγκον, τὴν ὑπερβολήν.

Φέρε οὖν καὶ ἑτέραν πρόῤῥησιν μεταχειρισώμεθα τοῦ ἡλίου μᾶλλον διαλάμπουσαν, καὶ τῆς ἀκτῖνος φανερωτέραν οὖσαν, καὶ πρὸ τῶν ἁπάντων κειμένην ὄψεως, καὶ πάσαις ταῖς μετὰ ταῦτα γενεαῖς παρεκτεινομένην, ὥσπερ καὶ τὴν προτέραν. τοιαῦται γὰρ αὐτοῦ αἱ προῤῥήσεις αἱ πλείους. οὐ χρόνῳ γὰρ περατοῦνται βραχεῖ, οὐδὲ εἰς μίαν συντελοῦνται γενεὰν, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις, τοῖς τε οὖσι, D τοῖς τε ἐσομένοις αὖθις, τοῖς μετ' ἐκείνους, καὶ τοῖς μετὰ τούτους πάλιν, καὶ ἕως τῆς συντελείας παρεκτεινομένοις πᾶσι παρέχουσι καταμανθάνειν τῆς οἰκείας ἀληθείας τὴν ἰσχὺν, ὥσπερ οὖν καὶ ἡ προτέρα. καὶ γὰρ ἀπὸ τῆς ἡμέρας, ἧς ἐῤῥήθη, μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, ἕστηκε βεβαία καὶ ἀκίνητος, ἀνθοῦσα, λάμπουσα, καθ' ἑκάστην ἀκμάζουσα τὴν ἡμέραν, αὐξανομένη, πρὸς μείζονα ἐπιδιδοῦσα δύναμιν, πᾶσι παρέχουσα τοῖς ἐξ ἐκείνου μέχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἐσομένοις τὰ μέγιστα καρποῦσθαι ἐξ αὐτῆς ἀγαθὰ, καὶ ἄφατον δρέπεσθαι τὴν ὠφέλειαν. καὶ γὰρ καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν, καὶ οἱ πρὸ ἐκείνων, καὶ οἱ πρὸ τούτων E ἀνωτέρω, ἐπέγνωσαν αὐτῆς τὴν δύναμιν, τοὺς μὲν πολέμους ὁρῶντες ἐπιόντας αὐτῇ, καὶ τοὺς κινδύνους καὶ τὰς ταραχὰς, τοὺς θορύβους καὶ τὰ κύματα καὶ τοὺς χειμῶνας· αὐτὴν δὲ ὁρῶντες οὐ καταποντιζομένην, οὐ νικωμένην, οὐ κρατουμένην, οὐ σβεννυμένην, ἀλλὰ ἀνθοῦσαν, αὐξανομένην, πρὸς μεῖζον ὕψος ἐγειρομένην. καὶ αὕτη δὲ, ἣν μέλλω νῦν ἐρεῖν, τοιαύτη τίς ἐστιν εἰς τὸ δεῖξαι αὐτοῦ τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν ἀλήθειαν τῶν εἰρημένων. τίς δέ ἐστιν αὕτη; εἰσελθών ποτε εἰς τὸν ναὸν τὸν Ἰουδαϊκὸν, ἀνθοῦντα τότε καὶ πολλῷ πάντοθεν καταλαμπόμενον τῷ χρυσίῳ καὶ κάλλει καὶ μεγέθει οἰκοδομῶν, ἔχοντα καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν

mentis tam conspicuum finem habuerit, & exitum veritati fidem facientem; nisi divina quædam & invicta virtus esset ejus, qui hæc prædixit & perfecit? Nemo sane his contradixerit, nisi admodum insaniat, ac mente captus sit. Neque hæc tantum sed etiam alia vaticinia ejus invictam virtutem prænunciant. Nam cum omni veritate futura prædixit, & ad finem deduxit, neque fieri potest ut quidpiam ex dictis ejus excidat. Imo citius peribit cælum & terra, quam aliquod verborum aut prædictionum ejus falsi arguatur. Quod ipsum ille ante rerum eventum enuncians, sic clare de verbis suis loquitur: *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Matth. 24. 35. Idque jure merito: non enim verba tantum sunt, sed Dei verba, per quæ res conduntur. Sic cælum fecit, sic terram, mare, solem, sic Angelorum choros, sic alias invisibiles virtutes, quod declarans Propheta dicebat: *Ipse dixit, & facta sunt; ipse mandavit, & creata sunt*: Psal. 148. 5. de omni simul creatura, tum superna, tum infra posita, tum sensibili, tum intellectuali, tum corporea, tum incorporea, ea pronuncians. Illud igitur de Ecclesia vaticinium, ostendit, ut supra dixi, veritatis, providentiæ, bonitatis curæque ejus magnitudinem & excellentiam.

16. Age ergo & aliam prædictionem tractemus, quæ sole sit clarior, radiisque ejus splendidior, quæque ante omnium oculos sita, ad omnes futuras generationes extendatur, sicut & prior. Talia enim sunt pleraque ejus vaticinia, non brevi tempore terminantur, neque in una generatione complentur; sed omnibus hominibus tum viventibus, tum mox futuris, tum sequentibus, & qui usque ad consummationem erunt, veritatis suæ notitiam præbent, quemadmodum & prius vaticinium. Nam a qua die dictum est usque ad consummationem sæculi firma immotaque mansit, florens, fulgens, in dies crescens, plus roboris sumens, & omnibus qui ab illo die usque ad Domini adventum futuri sunt præstans, ut maximos inde fructus, & ineffabilem utilitatem capiant. Nam qui ante nos, & qui ante illos, & qui longe superius fuere, ejus virtutem cognoverunt, bella videntes in eam ingruentia, pericula, tumultus, strepitus, fluctus, tempestates: ipsamvero neque sic submergi, vinci, superari, aut exstingui; sed florere, crescere, ad majorem sublimitatem erigi. Et hoc vaticinium, quod nunc dicturus sum, idoneum est ad dictorum vim & veritatem commonstrandam: Quodnam est illud vaticinium? Cum ingressus aliquando esset in templum Judaïcum, tunc florens, auro fulgens, necnon pulcritudine magnitudineque ædificiorum, alia quoque instructum

omni artificii materiæque varietate, mirantibus Discipulis, quid dixit? *Nonne videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non manebit lapis super lapidem.* Ejus destructionem futuram declarans, desolationem, vastitatem, ruinam, quæ nunc Jerosolymis est: omnia enim ædificia illa præclara conspicuaque diruta sunt. Vides in utroque magnam & ineffabilem ejus potentiam; in eo quod se colentes ædificaverit & auxerit; & in eo quod inimicos suos humiliaverit, destruxerit, radicitusque sustulerit? Nusquam enim huic simile templum erat, tam celebre, tanto cultu insigne. Nam quotquot ubique per orbem erant Judæi, etiam in finibus terræ positi, istuc olim proficiscebantur, dona, hostias, oblationes, primitias & multa alia ferentes, orbisque divitiis templum decorantes, omnesque eo undique confluebant Judæi advenæ. Multum erat loci nomen, & usque ad extrema orbis pervenerat. Sed unum Christi verbum illa omnia delevit & perdidit, ac tamquam pulverem de medio sustulit. Ac quo ne Judæis quidem omnibus, imo nec Sacerdotibus, sed soli summo Sacerdoti ingredi licebat, idque semel in anno tantum cum stola, coronis & mitra, alioque sacro vestimento; nunc & scortis, & mollibus & effeminatis & mœchis patet aditus nemine prohibente. Nam ut verbum illud advenit, omnia delevit & sustulit: tantumque de templo superest, quantum satis est ut ostendatur ubinam templum olim esset. Cogita ergo quantæ & hoc sit virtutis. Etenim qui olim tam potentes erant, qui Gentes & Reges superabant, qui absque sanguine plerumque vincebant, tropæaque innumera nova & admirabilia erigebant; hi templum unum ab illo usque ad hoc tempus ædificare non potuerunt. Quamvis tot Reges fuerint qui illis opem ferrent, tantaque multitudo per orbem diffusa, totque pecuniarum opes adessent. Viden' quomodo quæ ille ædificavit, nemo destruxit; & quæ ille destruxit, nemo ædificavit? Ædificavit Ecclesiam, & nemo ipsam destruere possit; destruxit templum, & nemo ipsum restaurare valet; idque tam diuturno tempore: quamvis illam destruere tentaverint, non potuere tamen; quamvis hoc denuo excitare conati sint, id frustra moliti sunt. Id vero permissum fuit ne quis diceret, si id tentatum esset, fieri potuisse: ecce tentaverunt, & non potuerunt. Nam ætate nostra Imperator, qui omnes impietate superabat, & facultatem tunc dedit, & cooperatus est: opus incœpere, ac ne vel minimum ultra progredi potuere; sed ignis a fundamentis exsiliens, omnes fugavit. Quod autem voluerint, hoc indicium est quod hactenus fundamenta nudata appareant, ut videas ipsos quidem fodere cœpisse, sed ædificare non potuisse, obsistente Christi sententia. Quamvis autem jam olim destructum fuisset hoc templum, at iis, post annos septuaginta rever-

Matt. 24. 2.

Judæi templum restaurare non potuerunt.

Julianus Apostata id frustra tentavit.

A πολυτέλειαν, τὴν ἀπὸ τῆς τέχνης, τὴν ἀπὸ τῆς ὕλης, καὶ τῶν μαθητῶν ἐκπληττομένων, τί φησιν; οὐχ ὁρᾶτε ταῦτα πάντα; ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ μείνῃ ὧδε λίθος ἐπὶ λίθον· τὴν μετὰ ταῦτα αὐτοῦ κατασκαφὴν δηλῶν, τὴν πανωλεθρίαν, τὴν ἐρημίαν, τὸ ἐρείπιον τὸ νῦν ἐν Ἱεροσολύμοις· καὶ γὰρ ἐρείπιον ἐκεῖνα τὰ λαμπρὰ καὶ περιφανῆ γέγονεν οἰκοδομήματα ἅπαντα. εἶδες ἐν ἑκατέρῳ μεγάλην αὐτοῦ καὶ ἄφατον τὴν ἰσχὺν, ἐν τῷ τοὺς θεραπεύοντας αὐτὸν οἰκοδομεῖν καὶ αὔξειν; ἐν τῷ τοὺς προσκεκρουκότας εἰς αὐτὸν ταπεινοῦν καὶ ὀλλύειν, καὶ προρρίζους ἀναιρεῖν; οὐδὲ γὰρ ἦν ὁμοίως ὁ ναὸς τοιοῦτος, οὐδὲ οὕτως ἀοίδιμος, καὶ τοσαύτης ἀπολαύων θεραπείας. B οἱ γὰρ πανταχοῦ γῆς οἰκοῦντες Ἰουδαῖοι, καὶ πρὸς αὐτὰ τῆς γῆς τὰ πέρατα, ἐκεῖσε ἀφικνοῦντο τὸ παλαιὸν, δῶρα καὶ θυσίας καὶ προσφορὰς καὶ ἀπαρχὰς, καὶ πολλὰ ἕτερα φέροντες, καὶ ἀπὸ τῆς οἰκουμένης πλούτῳ καλλωπίζοντες τὸν ναόν. καὶ πάντες ἐκεῖ συνέρρεον οἱ πανταχόθεν Ἰουδαῖοι προσήλυτοι, καὶ πολὺ ἦν τὸ ὄνομα τοῦ τόπου, πρὸς αὐτὰς τῆς οἰκουμένης τὰς ἐσχατιὰς φθάνον. ἀλλ' ἓν ῥῆμα τοῦ Χριστοῦ πάντα ἐκεῖνα ἠφάνισε καὶ ἀπώλεσε, καὶ ὥσπερ κονιορτὸν ἐκ μέσου γενέσθαι ἐποίησε· καὶ ἔνθα οὐδὲ Ἰουδαίοις ἅπασι, μᾶλλον δὲ οὐδὲ τοῖς ἱερεῦσι πᾶσιν, ἀλλ' ἑνὶ μόνῳ τῷ τὴν ἀρχιερωσύνην λαχόντι C εἰσιέναι ἐξῆν, καὶ τοῦτο ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μόνον μετὰ στολῆς καὶ στεφάνων καὶ μίτρας, καὶ ἑτέρας τινὸς ἐσθῆτος ἱερᾶς, νῦν καὶ πόρνοις καὶ μαλακοῖς καὶ ἡταιρηκόσι καὶ μοιχοῖς ἔξεστιν ἐπιβαίνειν, καὶ ὁ κωλύων οὐδείς. τὸ γὰρ ῥῆμα ἐκεῖνο ἐπελθὸν πάντα ἠφάνισε καὶ κατέλυσε. καὶ τοσοῦτον μένει τοῦ ναοῦ, ὅσον δεῖξαι ἔνθα ἦν ὁ ναὸς τὸ παλαιόν. ἐννόησον τοίνυν πόσης καὶ τοῦτο δυνάμεως. οἱ γὰρ τοσοῦτον δυνηθέντες, καὶ ἐθνῶν καὶ βασιλέων περιγενόμενοι, καὶ ἀναιμωτὶ πολλαχοῦ πολέμων κρατήσαντες, καὶ τρόπαια μυρία στήσαντες καινὰ καὶ παράδοξα, οὗτοι ναὸν ἕνα ἐξ ἐκείνου μέχρι τῆς σήμερον οἰκοδομῆσαι οὐκ ἴσχυσαν· καὶ ταῦτα τοσούτων βασι- D λέων γενομένων καὶ συμπραττόντων αὐτοῖς, καὶ πλήθους τοσούτου κατὰ τὴν οἰκουμένην κεχυμένου, καὶ χρημάτων τοσούτων αὐτοῖς παρόντων. εἶδες πῶς ἅπερ ᾠκοδόμησεν, οὐδεὶς καθεῖλε, καὶ ἅπερ καθεῖλεν, οὐδεὶς ᾠκοδόμησεν; ᾠκοδόμησε τὴν ἐκκλησίαν, καὶ οὐδεὶς αὐτὴν καθελεῖν δύναιτ' ἄν· κατέλυσε τὸν ναὸν, καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἀναστῆσαι δύναται, καὶ ταῦτα ἐν οὕτω χρόνῳ μακρῷ. καίτοι καὶ ταύτην καθελεῖν ἐπεχείρησαν, ἀλλ' οὐκ ἴσχυσαν· κἀκεῖνον ἀναστῆσαι ἐσπούδασαν, ἀλλ' οὐκ ἐδυνήθησαν. συνεχωρήθη δὲ καὶ E τοῦτο, ἵνα μηδεὶς ἔχῃ λέγειν, ὅτι εἰ ἐπεχείρησαν, ἴσχυσαν ἄν. ἰδοὺ γοῦν καὶ ἐπεχείρησαν, καὶ οὐδὲν ἠδυνήθησαν. καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς γενεᾶς τῆς ἡμετέρας, ὁ πάντας εἰς ἀσέβειαν νικήσας βασιλεὺς, καὶ ἔδωκεν ἐξουσίαν τότε καὶ συνέπραξε, καὶ τοῦ ἔργου ἥψαντο, καὶ οὐδὲ μικρὸν προσελθεῖν ἠδυνήθησαν, ἀλλὰ πῦρ ἀπὸ τῶν θεμελίων ἐκπηδῆσαν πάντας αὐτοὺς ἀπήλασεν. ὅτι δὲ ἠθελήθησαν, καὶ τούτου δεῖγμά ἐστιν ἕως τοῦ νῦν τὰ θεμέλια γυμνωθέντα· ἵνα εἰδῇς, ὅτι ἐπεχείρησαν μὲν διασκάπτειν, οἰκοδομῆσαι δὲ οὐκ ἴσχυσαν, τῆς ἀποφάσεως ταύτης ἀντιπραττούσης αὐτοῖς. καίτοι γε καὶ ἤδη κατελύθη ὁ ναὸς ποτὲ, καὶ μετὰ ἑβδομήκοντα ἔτη ἐπανελθόντων, αὖθις ἀνέστη, καὶ λαμπρότερος τῆς προ-

τέρου γέγονε· καὶ λέγουσι τοῦτο, καὶ προαναφωνοῦσι πρὶν A γενέσθαι οἱ προφῆται. νῦν δὲ τετρακοσιοστὸν ἔτος ὑπερέβη, καὶ οὐδὲ ἔννοιά τις, οὐδὲ προσδοκία, οὐδὲ ἐλπὶς τοῦ φανῆναι πάλιν αὐτόν. καίτοι τί τὸ κωλύον ἦν, εἰ μὴ θεία δύναμις ἦν ἡ ἀντιπίπτουσα; οὐ χρημάτων περιουσία πολλὴ παρ' αὐτοῖς; οὐ τοὺς ἁπάντων πανταχόθεν φόρους συνάγων [a] ὁ πατριάρχης, ἀπείρους κέκτηται θησαυρούς; οὐκ ἰταμὸν τὸ ἔθνος; οὐκ ἀναίσχυντον; οὐ φιλόνεικον; οὐ προπετές; οὐ πολεμοποιόν; οὐ πολλοὶ κατὰ τὴν Παλαιστίνην; οὐ πολλοὶ κατὰ τὴν Φοινίκην; οὐ πολλοὶ πανταχοῦ; πῶς οὖν οὐκ ἴσχυσαν ἕνα ἀναστῆσαι ναόν, καὶ ταῦτα ὁρῶντες B τὴν λατρείαν αὐτοῖς ἐντεῦθεν πανταχοῦ πεπεδημένην, καὶ τὰ Ἰουδαϊκὰ ἔθη ἠφανισμένα, καὶ τὰ τῶν θυσιῶν, καὶ τὰ τῶν προσφορῶν, καὶ τὰ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων νομίμων ἀνῃρημένα, πεπαυμένα; οὔτε γὰρ στῆσαι βωμὸν, οὔτε θυσίαν ἀνενεγκεῖν, οὐ σπεῖσαι, οὐ πρόβατον ἐπιθεῖναι, οὐ θυμίαμα, οὐκ ἀναγνῶναι νόμον, οὐχ ἑορτὴν ἐπιτελέσαι, οὐκ ἄλλο τι τῶν τοιούτων αὐτοῖς ἐκτὸς τῶν προθύρων ἐκείνων ἐξῆν.

Ἀλλὰ καὶ ἐν Βαβυλῶνί ποτε γενόμενοι, καὶ ἀναγκαζόμενοι παρὰ τῶν πολεμίων ψάλλειν, οὐκ εἶξαν, οὐδὲ ὑπήκουσαν, αἰχμάλωτοι καὶ δοῦλοι ὄντες τοῖς δεσπόταις κακο- C ποιοῦσιν αὐτούς· ἀλλὰ καὶ πατρίδος ἐκπεσόντες καὶ ἐλευθερίας, καὶ περὶ τὸ ζῆν αὐτὸ κινδυνεύοντες, καὶ ὡς ἐν μέσῃ παγίδι τῇ χειρὶ τῶν λαβόντων ἀπειλημμένοι, κελευόμενοι τὴν ᾠδὴν ᾄδειν ἐκείνην τὴν διὰ τῶν ὀργάνων· οὕτως ἔλεγον· ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν, καὶ ἐκλαύσαμεν, ὅτι ἐπηρώτησαν ἡμᾶς οἱ αἰχμαλωτεύσαντες ἡμᾶς λόγους ᾠδῶν. πῶς ᾄσομεν τὴν ᾠδὴν κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; καὶ οὐδὲ ἔχει τις εἰπεῖν, ὅτι διὰ τὴν ἀπορίαν τῶν ὀργάνων τοῦτο οὐκ ἐποίουν. καὶ γὰρ αὐτοὶ τεθείκασι τὴν αἰτίαν εἰπόντες· πῶς ᾄσομεν τὴν ᾠδὴν κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; καὶ τὰ ὄργανα δὲ μετ' αὐτῶν ἦν. ἐν D γὰρ ταῖς ἰτέαις ἐν μέσῳ αὐτῶν ἐκρεμάσαμεν τὰ ὄργανα ἡμῶν, φησὶν, ἀλλ' οὐδὲ νηστείαν νηστεύειν ἐξῆν. καὶ τοῦτο δηλῶν αὐτοῖς ὁ προφήτης ἔλεγε· μὴ νηστείαν νενηστεύκατέ μοι ἔτη ἑβδομήκοντα, λέγει κύριος; ὅτι δὲ οὐδὲ θύειν, οὐδὲ σπένδειν ἐξῆν, ἄκουσον τῶν τριῶν παίδων λεγόντων, οὐκ ἔστιν ἄρχων, οὐδὲ προφήτης, οὐδὲ ἡγούμενος, οὐδὲ τόπος τοῦ καρπῶσαι ἐνώπιόν σου καὶ εὑρεῖν ἔλεος. οὐκ εἶπεν, οὐκ ἔστιν ἱερεὺς, παρῆσαν γὰρ ἱερεῖς, ἀλλ' ἵνα μάθῃς ὅτι τὸ πᾶν τοῦ τόπου ἦν, καὶ ἡ νομοθεσία πᾶσα ἐκεῖ συνεδέδετο, εἶπον, οὐκ ἔστι τόπος. καὶ τί λέγω θύειν καὶ σπένδειν; οὐδὲ ἁπλῶς ἀναγνῶναι τὸν νόμον ἐξῆν αὐτοῖς, καὶ E τοῦτό ποτε ἐγκαλῶν ἕτερος προφήτης ἔλεγε· καὶ ἀνέγνωσαν ἔξω νόμον, καὶ ἐπεκαλέσαντο ὁμολογίαν, οὐ πάσχα, οὐ πεντηκοστὴν, οὐ σκηνοπηγίαν, οὐκ ἄλλο τῶν τοιούτων ἐπιτελέσαι οὐδέν. ἀλλ' ὅμως εἰδότες, ὅτι ταῦτα πάντα ἀπέκλεισεν αὐτοῖς ἡ τοῦ τόπου ἐρήμωσις, κἂν ἐπιχειρῶσι

A sis, statim excitatum est, & priore splendidius fuit. Quod sane Prophetæ dixerant, & antequam fieret prænunciarant. Nunc autem plus, quam quadringentesimus annus est, & nulla cogitatio, nulla exspectatio vel spes est, illud ultra instaurandum fore. Atqui, si non divina virtus obluctaretur, quid obstaret? Annon magna vis pecuniarum penes illos est? Annon ab omnibus undique tributa colligens Patriarcha, immensos possidet thesauros? Annon audax illa natio est? Annon impudens, contentiosa, temeraria, seditiosa? Annon multi sunt in Pa- B læstina? Annon multi in Phœnicia? Annon multi ubique? Quomodo ergo non potuerunt unum denuo construere templum, præsertim videntes cultum suum hinc ubique impediri, Judaïcos ritus aboleri, sacrificia, oblationes, cæteraque hujusmodi legalia de medio tolli, omninoque cessare? Neque enim illis vel aram excitare, vel sacrificium offerre, vel libare, vel ovem imponere, aut suffitum, vel legem recitare, vel festum celebrare, vel quidpiam simile facere licebat extra illa limina.

17. Sane cum Babylone essent, & ab hostibus cogerentur, ut psallerent, non ob- C temperarunt, neque morem gesserunt, tametsi captivi & servi erant, dominisque se vexantibus suberant. Sed etiamsi a patria & a libertate excidissent, & de ipsa vita periclitarentur, & quasi laqueo manu hostium detinerentur, jussi Canticum organis canere, sic dicebant: *Super flumina Babylonis,* Psal. 136. 1. *illic sedimus & flevimus. Quia interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos verba cantionum. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Nec potest quisquam dicere ipsos ob organorum penuriam non cecinisse: causam enim illi protulerunt dicentes: *Quomodo cantabimus* D *Canticum Domini in terra aliena?* Organa vero penes se habebant: *In salicibus,* aiunt, *in medio eorum, suspendimus organa nostra.* Sed neque jejunare licebat illis, Quod declarans Propheta dicebat: Zach. 7. 5. *Numquid jejunium jejunastis mihi annis septuaginta, dicit Dominus?* Quod autem illis nec sacrificare nec libare fas esset audi tres pueros di- Dan. 3. 38. centes: *Non est princeps, neque Propheta, neque dux, neque locus ad sacrificandum coram te, & inveniendum misericordiam.* Non dixerunt, non est Sacerdos; aderant enim sacerdotes: sed ut discas de loco tantum agi, totamque legem ea in re obstrictam esse, E dicebant, *Non est locus.* Et quid de sacrificio & de libatione loquor? ne quidem recitare legem licebat ipsis: quod exprobrans Amos 4. 5. alius Propheta dicebat: *Et legerunt foris legem, & advocaverunt confessionem.* Non Pascha, non Pentecosten, non Scenopegiam, non aliud quid simile celebrare poterant. Attamen etsi noverint se propter loci desolationem ab his omnibus excludi, &

[a] Patriarcham Judæorum multi Scriptores Ecclesiastici memorant. Origenes in Opusculo quem nuper typis dedimus post Præliminaria ad Hexapla, dicit se cum Patriarcha Judæorum Jullo congressum esse. Patriarcham item Judæorum memorant Cyrillus Jerosol. Hieronymus. Maximeque Theodoretus Dial. I. ex cujus dictis arguitur Patriarchas Judæorum, se ex progenie Davidis esse fallo jactitasse. Duo erant Judæorum Patriarchæ, quorum alter in Judæa degebat, alter Babylone. De Patriarchis Judæorum agunt ii qui de Judæorum Republica tractavere. Vide præsertim Petavium in Notis ad Epiphanium: & Jac. Gothofredum ad Cod. Theodosianum T. VI. p. 213.

se, si quid eorum aggrediantur, legem transgredi pœnasque daturos esse, non potuere locum, in quo licebat hæc omnia legitime facere, erigere & restaurare. Nam virtus Christi, quæ Ecclesiam ædificavit, eadem & templum destruxit. Propheta certe prædixit, & venturum Christum, & hæc operaturum, etiamsi is post captivitatem fuerit; audi quid dicat: *Et in vobis concludentur januæ, & non accendetur altare meum gratis. Non est mihi voluntas in vobis, quia ab Oriente solis usque ad Occidentem nomen meum glorificatum est in gentibus, & in omni loco incensum mihi offertur, & sacrificium purum.* Vides quomodo manifeste & Judaïsmum ejecit, & Christianismum effulgentem monstravit, & ubique terrarum diffusum? Cultus vero rationem alius significavit his verbis: *Et adorabunt eum unusquisque ex loco suo, & servient ei sub jugo uno:* Et alius iterum: *Virgo Israël lapsa est, non resurget amplius.* Daniel autem hæc omnia aperte narrat. Universa nempe tollenda esse, hostiam, libamen, unctionem, judicium. Verum hæc quando adversus Judæos sermonem instituemus, clarius fusiusque explicabimus. Interim vero, in destinata pergamus via, Gentiliumque contentionem retundamus. Non tibi dixi mortuos suscitatos, vel leprosos mundatos; ne diceres hæc mendacia esse, fastum, & fabulas. Quis vidit? quis audivit? Iidem ipsi qui narrarunt crucifixum & colaphis cæsum, illi etiam hæc dixerunt. Cur ergo fide dignos in illis putas, in istis vero dicta reprehendis quasi hæc gesta non sint? Atqui si ad magistri gratiam hæc scripserunt, ac temere frustraque jactitarunt, ea tacuissent, quæ tristia ignominiosaque apud multos habebantur. Jam vero illi horum veritatem declarantes, in illis maxime immorati sunt, omniaque diligenter copioseque tractarunt, nec parvo nec magno quopiam prætermisso; sed in signis & miraculis plurima tacuerunt; in cruciatibus autem & iis, quæ ignominiosa videbantur, plurimum immorantes, omnia omnes accurate narrarunt. Verum ego nihil horum apud te commemorans; signa, inquam, & miracula, ut ex abundanti omnem impudentis linguæ furorem compescam; ea quæ nunc videntur, quæ præ omnium oculis posita sunt, quæ sole clariora, quæ ubique in toto orbe dispersa, quæ universum occupant mundum, totamque naturam excedunt; gesta, quæ unius Dei sunt, ea, inquam, in medium adduxi. Quid dicis, non suscitavit mortuos? Num illud etiam dicere potes, Ecclesias in orbe non esse? An dicas insidiis non appetitas esse, non superasse nec victoriam reportare? At quemadmodum dici non potest solem non esse, sic neque hæc dici possunt. Quid ergo? annon vides Judaïci templi ruinam in totius orbis conspectu positam? Cur non tecum hoc reputas: Nisi Deus esset, Deusque fortis, quomodo cultores ejus vexati & exagitati ita creverunt, qui autem illum crucifixerunt, & læserunt, ita dejecti sunt, ut tota republica sua exciderent, & vagi, errones profugi

Malach. 1. 10.

Soph. 3. 10.

Amos 5. 2.

A σι, παρανομοῦντες ἐπιχειροῦσι, καὶ δίκην τούτου διδόασιν· οὐκ ἴσχυσαν τὸν τόπον, ἐν ᾧ ταῦτα πάντα ἐξῆν κατὰ νόμον πράττεσθαι, ἀναστῆσαι καὶ στῆσαι. ἡ γὰρ δύναμις τοῦ Χριστοῦ ἡ τὴν ἐκκλησίαν οἰκοδομήσασα, αὕτη καὶ τοῦτον καθεῖλε. καὶ προεῖπε καὶ τοῦτο ὁ προφήτης, ὅτι καὶ παρέσται ὁ Χριστὸς καὶ ταῦτα ἐργάσεται, καίτοι μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν γενόμενος. ἄκουε δὲ καὶ τί φησι· Καὶ ἐν ὑμῖν συγκλεισθήσονται θύραι, καὶ οὐκ ἀνάψεται τὸ θυσιαστήριόν μου δωρεάν. οὐκ ἔστι μοι θέλημα ἐν ὑμῖν, ὅτι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ
B θυμίαμά μοι προσάγεται καὶ θυσία καθαρά. εἶδες πῶς σαφῶς καὶ τὸν Ἰουδαϊσμὸν ἐξέβαλε, καὶ τὸν Χριστιανισμὸν ἔδειξε διαλάμποντα, καὶ πανταχοῦ τῆς γῆς ἐκτεταμένον; καὶ τὸν τρόπον δὲ τῆς λατρείας ἐδήλωσεν ἕτερος πάλιν· καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ ἕκαστος ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ, καὶ δουλεύσουσιν αὐτῷ ὑπὸ ζυγὸν ἕνα. καὶ ἕτερος πάλιν· παρθένος τοῦ Ἰσραὴλ ἐσφάλη, οὐ μὴ ἀναστῇ ἔτι. καὶ ὁ Δανιὴλ δὲ σαφῶς ἅπαντα ταῦτα διηγεῖται, ὅτι πάντα ἀρθήσεται, καὶ θυσία καὶ σπονδὴ, καὶ χρίσμα καὶ κρίμα. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἡνίκα ἂν πρὸς Ἰουδαίους λέγωμεν, σαφέστερον καὶ εὐρύτερον διαπτύ-
C ξομεν· τέως δὲ τῆς προκειμένης ἐχώμεθα ὁδοῦ, τὴν ἀνοήτων Ἑλλήνων τὴν φιλονεικίαν διορθοῦντες. οὔτε σοὶ νεκροὺς εἶπον ἐγερθέντας, οὔτε λεπροὺς καθαρισθέντας, ἵνα μὴ λέγῃς, ψευδῆ ταῦτα, κόμπος, μῦθος, τίς εἶδε; τίς ἤκουσεν; οἱ εἰπόντες ὅτι ἐσταυρώθη, καὶ ἐπὶ κόρρης πληγὰς ἔλαβεν, οὗτοι ταῦτα εἰρήκασι. πῶς οὖν ἐν ἐκείνοις ἀξιοπίστους εἶναι νομίζων, ἐν τούτοις ἐπιλαμβάνῃ τῶν εἰρημένων, ὡς οὐ γεγενημένων; καίτοιγε εἰ πρὸς χάριν τοῦ διδασκάλου ταῦτα ἔγραφον εἰκῇ καὶ μάτην κομπάζοντες, τὰ σκυθρωπὰ ἂν ἐσιώπησαν, καὶ τὰ πολλοῖς δοκοῦντα ἐπονείδιστα εἶναι· νῦν δὲ δεικνύντες αὐτῶν τὴν ἀλήθειαν, ἐν
D ἐκείνοις μάλιστα ἐνδιέτριψαν, καὶ πάντα μετὰ ἀκριβείας καὶ πολλῆς εἶπον τῆς δαψιλείας· οὐ μικρὸν, οὐ μέγα παραδραμόντες, ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς σημείοις καὶ τοῖς θαύμασι τὰ πλεῖστα παρῆκαν, ἐν δὲ τοῖς παθήμασι καὶ τοῖς δοκοῦσιν ἐπονειδίστοις, τούτοις ἐνδιατρίβοντες, πάντα πάντες μετὰ ἀκριβείας εἰρήκασιν. ἀλλ' ἐγὼ τούτων πρὸς σὲ οὐδὲν εἰρηκὼς, τῶν θαυμάτων λέγω καὶ τῶν σημείων, ἵνα ἐκ περιουσίας πᾶσαν ἀναίσχυντον ἐμφράξω γλῶτταν, τὰ νῦν φαινόμενα, τὰ νῦν πρὸ ὀφθαλμῶν κείμενα, τὰ τοῦ ἡλίου φανερώτερα, τὰ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης διεσπαρμένα, τὰ πᾶ-
E σαν καταλαβόντα τὴν οἰκουμένην καὶ ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνοντα φύσιν κατορθούμενα, καὶ ἃ Θεοῦ μόνου ἦν, ταῦτα εἰς μέσον ἤγαγον. τί λέγεις; οὐκ ἀνέστησε νεκρούς; μὴ καὶ τοῦτο ἔχεις εἰπεῖν, ὅτι αἱ ἐκκλησίαι οὐκ εἰσὶ κατὰ τὴν οἰκουμένην; οὐδ' ὅτι οὐκ ἐπεβουλεύθησαν; οὐδ' ὅτι κρατοῦσι καὶ περιγίνονται; ἀλλ' ὥσπερ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅτι οὐκ ἔστιν ἥλιος· οὕτως οὐδὲ ταῦτα. τί δέ; τὴν κατασκαφὴν τοῦ Ἰουδαϊκοῦ ναοῦ οὐχ ὁρᾷς πρὸ ὀφθαλμῶν κειμένην τῆς οἰκουμένης ἁπάσης; διατί μὴ λογίζῃ πρὸς σεαυτόν· εἰ μὴ Θεὸς ἦν, καὶ Θεὸς ἰσχυρὸς, πόθεν ἂν οἱ μὲν θεραπεύοντες αὐτὸν οὕτως ηὔξοντο καὶ ἐνοχλούμενοι, οἱ δὲ ἐσταυρωκότες αὐτὸν καὶ προσκεκρουκότες οὕτως ἐταπεινώθησαν, ὡς καὶ πολιτείας

ἐκπεσεῖν ἁπάσης, καὶ ἀλῆται καὶ πλάνοι καὶ φυγάδες περιέρχονται, καὶ χρόνος οὐδεὶς οὐδέτερον ἔλυσε; καίτοιγε πρὸς τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν οὗτοι δὴ, οὗτοι οἱ Ἰουδαῖοι καὶ πόλεμον εἵλοντο, καὶ ὅπλα ἐκίνησαν, καὶ μακρῷ χρόνῳ παραταττόμενοι διετέλεσαν, καί που καὶ ἐκράτησαν, καὶ πράγματα παρέσχον τοῖς τότε Αὐγούστοις οὐ τὰ τυχόντα· τοσαύτη ἦν αὐτῶν ἡ δύναμις. ἀλλ᾽ ὅμως οἱ καὶ πολεμήσαντες τοσούτοις βασιλεῦσι καὶ παραταξάμενοι, καὶ χρημάτων ἰσχὺν τοσαύτην καὶ ὅπλων καὶ στρατιωτῶν ἔχοντες, καὶ στρατηγοὺς καὶ μυρίους ἐλάσαντες, ἕνα οὐκ ἴσχυσαν ἀναστῆσαι ναόν· ἀλλὰ συναγωγὰς μὲν πολλαχοῦ τῶν πόλεων ᾠκοδόμησαν, τὸν δὲ τόπον τὸν παρέχοντα αὐτοῖς τῆς οἰκείας πολιτείας τὸ κῦρος, καὶ ἔνθα πάντα τελεῖν εἰώθασι, καὶ ὅθεν ὁ Ἰουδαϊσμὸς συγκεκρότηται, τοῦτον μόνον οὐκ ἴσχυσαν ἀναστῆσαι.

A circumeant, nec quantumvis diuturno tempore alterutrum eorum solutum mutatumque est? Atqui adversus Romanum imperium hi, Judæi, inquam, bellum susceperunt, arma moverunt, multoque tempore illud oppugnarunt, imo aliquando vicerunt, nec parva negotia fecerunt Augustis illius temporis, tanta erant potentia instructi. Attamen qui cum tot Imperatoribus bella gesserunt, qui tanta pecuniarum, armorum, militum vi pollebant, qui duces innumeros repulerunt, unum excitare templum non potuerunt; sed synagogas quidem per urbes exstruxere multas; locum vero illum qui reipublicæ suæ præbet auctoritatem, ubi omnem cultum persolvere consueverant, atque unde Judaïsmus constituitur, hunc, inquam, solum instaurare non potuerunt.

IN LIBROS VIII. CONTRA JUDÆOS.

MONITUM.

HAs *contra Judæos concertationes memoratas vidimus Libro præcedenti, non quasi jam institutas, & in publicis concionibus habitas, sed quasi præparatas:* Daniel autem, *inquit Chrysostomus,* hæc omnia aperte narrat, universa nempe tollenda esse, hostiam, libamen, unctionem, judicium. Verum hæc, quando adversus Judæos sermonem instituemus, clarius fusiusque explicabimus. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἡνίκα ἂν πρὸς τοὺς Ἰουδαίους λέγωμεν, σαφέστερον καὶ εὐρύτερον ἀναπτύξομεν. *Hanc vero postremam Judaïcorum rituum reprobationem solutionemque advenisse, fuse, ut pollicitus erat, demonstrat ille in his contra Judæos Homiliis, maxime vero in quinque ultimis, ubi, Homilia nempe quinta, ex Daniele præsertim hoc argumentum prosequitur. Hæ autem quinque ultimæ anno, ut putamus, 387. habitæ sunt. Vide in Monito præcedenti.*

Homiliarum ordo non unus idemque occurrit tam in Editis, quam in Manuscriptis. David Hæschelius, quem sequutus est Fronto Ducæus, sex consequenter contra Judæos ponit Homilias; nimirum primam eam, quæ incipit, ἐβουλόμην ὑμῖν ἀποδοῦναι; *secundam,* πάλιν οἱ δείλαιοι; *tertiam,* πόθεν ἡμῖν ἄρα; *quartam,* τὰ θηρία ἕως; *quintam,* ἆρα κόρον ἐλάβετε; *sextam,* παρῆλθεν ἡ νηστεία. *Eodem autem ritu eæ habentur in omnibus, quos quatuordecim numero vidimus, Manuscriptis, uno excepto Regio 2900. qui priore prætermissa, cujus initium,* ἐβουλόμην ὑμῖν ἀποδοῦναι; *a secunda, cujus primordium est,* πάλιν οἱ δείλαιοι, *initium ducit, eamque primam inscribit, atque eodem postea numerandi ordine procedit; ita ut quæ sexta est in recensione supra, & in tredecim Manuscriptis, quinta ibi numeretur. Hunc vero ordinem sequuti etiam sunt Erasmus & Henricus Savilius, qui postremus illis quinque Homiliis eam subjungit, quæ in Manuscriptis omnibus, uno excepto Regio, prima locatur, quam tamen sextam non inscribit Savilius, quasi extra numerum positam. Hunc porro ordinem ex tribus Manuscriptis mutuatum se esse testificatur. Vide notas Savilianas ad calcem hujus Tomi. Sex Homiliis contra Judæos septimam, nullo tamen numero notatam adjicit Savilius eam, quæ inscribitur contra eos, qui in Paschate jejunant: quæ in Regio etiam Codice 1963. post sex contra Judæos Homilias locatur. Octavam deinde, nullo tamen apposito numero locat Savilius eam, cui titulus,* contra eos qui Judæorum jejunium jejunant. *Has vero duas postremas Fronto Ducæus procul ab aliis contra Judæos Homiliis in V. Tomum ablegavit.*

Hic magnam cernis varietatem atque ordinis perturbationem, casu potius, quam consilio inductam. Ut vero tantam caliginem discuteremus non parum desudandum nobis fuit. Deo tamen dante & locum & ordinem cujusque nos deprehendisse putamus. Primam itaque constituimus eam, quam & David Hæschelius & Fronto Ducæus primam posuere, cujus initium, ἐβουλόμην ὑμῖν ἀποδοῦναι. *secundam locamus eam, quæ sic incipit,* ὁ μὲν παράνομος καὶ ἀκάθαρτος, *quam Savilius octavo loco posuit, Fronto Ducæus autem in V. Tomum ablegavit: tertiam eam, quæ sic init,* πάλιν χρεία τις, *quam Savilius septimam posuit, Ducæus autem in V. Tomum rejecit: quartam*

illam cujus initium, πάλιν οἱ δείλαιοι, quam Fronto Ducæus secundam, Savilius primam constituit. Reliquas vero consequenter damus, ut in editis omnibus habentur; ita ut quæ tertia est apud Ducæum, & secunda apud Savilium, jam quinta ponatur, & sequentes eadem varietatis ratione numerentur.

Hanc porro novum ordinem non temere constitutum esse probandum nobis incumbit. De prima, cujus initium, ἐβουλόμην ὑμῖν ἀποδοῦναι, nulla erit quæstio, si cæteras eam sequi debere commonstremus. Primam igitur Homiliam habuit postquam certamina contra Anomœos orsus, unaque jam habita concione, instantibus Judæorum feriis, scenopegia, jejuniis, quibus Christiani quidam Antiocheni, partim spectandi, partim etiam una celebrandi atque jejunandi causa, interesse solebant, huic ille morbo ut mederetur, concertationis contra Anomœos cursum intercepit, ac Judæos Judæorumque sequaces adortus est. Id contigit anno 386. ut diximus in Monito ad Homilias de Incomprehensibili, & ex mox dicendis planius erit. Qua vero anni tempestate hæc concionari cœperit, ipse paulo post initium Homiliæ primæ testificatur his verbis: ἑορταὶ τῶν ἀθλίων καὶ ταλαιπώρων Ἰουδαίων μέλλουσι περιελαύνειν συνεχεῖς καὶ ἐπάλληλοι, αἱ σάλπιγγες, αἱ σκηνοπηγίαι, αἱ νηστεῖαι: Feriæ miserorum atque ærumnosorum Judæorum continuæ, & frequentes instant, tubæ, scenopegiæ, jejunia. *His notatur haud dubie mensis Tisri sive September, cujus decimoquinto die incipiebat Scenopegia, seu festum Tabernaculorum. Illo autem mense plura apud Judæos occurrebant festa, quam in quolibet alio totius anni, ut videas apud Buxtorfum, Leusdenum & alios, quod etiam indicat Chrysostomus cum dicit* συνεχεῖς καὶ ἐπάλληλοι. *Hanc solemnitatum frequentiam aliquot diebus antevertisse Chrysostomum cum præmissa verba declarant, tum mox afferenda testificantur. Quare mense Augusto primam Homiliam habuisse videtur.*

Secundam Homiliam, eam nempe, quæ sic incipit, ἡ μὲν παράνομος καὶ ἀκάθαρτος, *decem aut pluribus elapsis a prima diebus habuit, ac quinque diebus ante, quam Judæorum jejunium adesset, ut sic ipse declarat initio,* ἡ μὲν οὖν παράνομος αὐτῶν νηστεία μετὰ πέντε λοιπῶν ἡμέρας ἐφίσταται· ἐγὼ δὲ πρὸ δέκα ἡμερῶν ἢ καὶ πλειόνων προλαβὼν ἐποιησάμην τὴν παραίνεσιν, ὥστε ἀσφαλίσασθαι τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ὑμετέρους: Illegitimum igitur ipsorum jejunium post quinque dies deinceps instat; at ego ante decem dies vel plures cohortationem ad vos habui, ut fratres vestros præmunirem. *Ne vero dubites hanc ipsam esse, quam secundam contra Judæos habuit, vide quomodo ibi de prima loquatur num. 3.* οὐκ ἤκουσας ἐν τῇ προτέρᾳ διαλέξει σαφῶς ἀποδείξαντος ἡμῖν τοῦ λόγου, ὅτι καὶ τὰς ψυχὰς αὐτὰς τῶν Ἰουδαίων καὶ τοὺς τόπους ἐν οἷς συλλέγονται δαίμονες κατοικοῦσι: Non audisti in priori concione quam clare fuerit oratione demonstratum, ipsas animas Judæorum, & loca ubi congregantur, a dæmonibus habitari? *Id vero, nempe & animas Judæorum, & loca eorumdem a dæmonibus habitari, conspicue & fuse probat ille Homilia prima contra Judæos, num. 6. ita ut certo certius sit, illam esse contra Judæos primam, hanc vero secundam, quam dolemus ad nos mutilam devenisse; nihil certe non egimus, ut eam sartam & tectam ederemus: per omnes ferme Europæ Bibliothecas amicorum opera eam in Manuscriptis perquiri Homiliam curavimus: sed frustra cessere conatus omnes. Hanc Homiliam, ut supra diximus, Savilius octavam posuerat, Fronto autem Ducæus procul ab aliis, quasi incertus ejus situs esset, in V. Tomum ablegaverat.*

Tertiam incunctanter ponimus Homiliam in eos qui primo Pascha jejunant, cujus initium: Πάλιν χρεία τις ἀναγκαία καὶ κατεπείγουσα, τὴν περὶ τῶν εἰρημένων τὴν ἀκολουθίαν διακόψασα, πρὸς ἑαυτὴν ἐπισπᾶται τὸν λόγον, καὶ τῶν πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς ἡμᾶς ἀπάγει παλαισμάτων. ἡμεῖς μὲν γὰρ πάλιν περὶ τῆς τοῦ μονογενοῦς δόξης διαλεχθῆναι πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην παρεσκευαζόμεθα, *id est,* Rursus necessarium quoddam & urgens negotium, eorum, quæ nuper dicta sunt, seriem interrumpens, ad seipsum orationem traducit, & a susceptis cum hæreticis certaminibus hodie nos abducit. Nam nos quidem rursus de Unigeniti gloria verba facere ad caritatem vestram parati eramus. *His porro declarat se jam secundo Homiliarum contra Anomœos cursum interpellare, quod se primo fecisse dixit initio Homiliæ I. contra Judæos. Etenim cum primam contra Anomœos, sive de Incomprehensibili orationem habuisset, cursum sistere coactus est, non modo ut contra Judæos concertaret, quod duabus Homiliis præstitit, sed ut Patres quosdam* spirituales, *sic ille, qui Antiochiam venerant exciperet, ac postea occurrentes multas Martyrum solemnitates celebraret. His, inquam, omnibus interpellatus est a cœpta contra Anomœos pugna; ita ut non modicum temporis intervallum fuerit primam inter Homiliam contra Anomœos & tertiam. Cum autem primam contra Judæos Homiliam habuerit mense Augusto anni 386. ut supra diximus, secundam vero ineunte circiter Septembri,* decem, *ait ille,* aut

plu-ribus

pluribus diebus *poſt primam, magnam Septembris partem inſumſerit excipiendis illis* Patribus ſpiritualibus, *ac celebrandis Martyrum ſolemnitatibus, rurſumque Septembri exeunte menſe pugnam cum Anomœis reſumſerit, quam iterum vel nondum exacto Septembri, vel initio Octobris intermiſerit, urgente, ut ille ait, neceſſitate ut contra Judæos iterum certamen haberet. An vero poſt ſecundam contra Anomœos concionem hanc tertiam contra Judæos habuerit, an poſt tertiam vel poſt quartam, id plane incertum eſt : neque hac de re quidpiam certi ſtatui poſſe videtur.*

Ne autem hanc tertiam contra Judæos Homiliam diu poſt Septembrem conſtituamus, prohibere videtur Chryſoſtomus Homilia in diem natalem Chriſti, quam habuit anno 386. die vigeſima-quinta Decembris : Tempus autem tum erat, *inquit*, feſti Tabernaculorum & jejunii ; hoc enim illa verba ſibi volunt, *Humiliate animas veſtras*, idque a Judæis circa finem menſis Gorpiæi, id eſt, Septembris, quod & vos teſtamini, celebrabatur. Tunc enim multos prolixoſque ſermones contra Judæos inſumſimus, importunum eorum jejunium accuſantes. *Eo igitur, ut nos conſtituimus, tempore has tres contra Judæos conciones habuit. Neque tamen ita menſe Septembri habitas dicit has multas prolixaſque Homilias, ut nullam ante, nullam poſt Septembrem pronunciarit. Nam cum ait*, tunc enim multos prolixoſque ſermones contra Judæos habuimus, *tempus circiter annotat, neque Homilias illas omnes menſe Septembri circumſcribit : non enim ſolet Chryſoſtomus tanto ſcrupulo notas temporum conſignare, ut paſſim obſervavimus. Cum vero dicit*, multos prolixoſque ſermones, πολλοὺς καὶ μακροὺς λόγους *: has tres Homilias indicare videtur, etiamque fortaſſis alias, quæ injuriâ temporum interciderint : parum enim adfuit, quin ſecunda etiam Homilia perierit, utpote quæ in uno tantum Codice, magnaque ſui parte mutila reperta ſit. Imo vero certum videtur aliquot ex iis, quas hic memorat, Homilias intercidiſſe, nam in fine tertiæ dicit :* Quemadmodum demonſtravimus, cum hac de re multi habiti fuerint a me ſermones, πολλοὺς ἀνήλωσα λόγους ; *non ſic loquuturus ſi duos tantum hac de re ſermones habuiſſet. Sed cave putes cum Frontone Ducæo, Homilias quinque ſequentes his Chryſoſtomi verbis*, longos prolixoſque ſermones, *ſignificari: illas ſiquidem habuit diu poſt Homiliam in Natalem Domini, anno 386. habitam, unde excerpta illa verba ſunt, ut mox, neque dubiis argumentis palam faciemus.*

Reſtat ut quibuſdam a Tillemontio circa hujus Homiliæ tempus propoſitis dubiis occurramus. Quod ait Chryſoſtomus in hac Homilia, primum diem Azymorum hoc anno incidere in Dominicam, id utique anno 387. contigit. Nec inde tamen inferas eodem anno 387. qualem numeramus a prima Januarii die pronunciatam fuiſſe hanc Homiliam : nam præterquam quod a Septembri menſe annus in Eccleſia Græca inchoatur, nihil frequentius apud Græcos Patres & Scriptores eſt, quam quod hoc anno rem quampiam occurrere dicant, quando ad eam rem minus, quam unius anni ſpatium intercurrit. Quamobrem optime dixerit anno 386. Septembri menſe Chryſoſtomus, primum diem Azymorum hoc anno incidere in diem Dominicam, loquens de primo die Azymorum anni 387. Itaque ſi Tillemontius, qui paulo ante Quadrageſimam vel in ipſa Quadrageſima anni 387. hanc inſtitutam eſſe concionem probabiliter exiſtimat, hac Chryſoſtomi loquendi ratione nitatur, a ſcopo plane aberrat. Aliud eruit argumentum ex his verbis, τὰς μ΄. ταύτας ἡμέρας, hos 40. dies, *quibus ſuſpicatur indicari in ipſa Quadrageſima habitam Homiliam fuiſſe. Non videtur autem hinc plus ſubſidii referre : nam his ſignificari poteſt, hos de quibus loquor; non autem, hos in quibus verſamur 40. dies. Certe huic opinioni refragari videtur Chryſoſtomus cum initio hujus Homiliæ dicit, ſe concionum contra Anomœos ſeriem denuo interpellare cogi, & ex modo ordiendi indicat, ſe hanc tertiam concionem contra Judæos, modico poſt ſecundam elapſo tempore habuiſſe, quæ ſecunda in menſem Septembrem haud dubie referenda, ut ſupra vidimus. Et ſane cum Chryſoſtomus Homilia in die Natali Chriſti anni 386. dicat ſe menſe circiter Septembri multos prolixoſque ſermones contra Judæos inſtituiſſe, congruentius in illud circiter tempus hanc tertiam Homiliam rejicimus, poſtquam vel ſecundam contra Anomœos, vel aliam ex ſequentibus habuerat : non enim conſtat quænam ex illis hanc tertiam contra Judæos præceſſerit. Ad hæc vero ſi in Quadrageſima hanc Homiliam dictam fuiſſe ſtatuamus, ea erit Quadrageſima haud dubie anni 387. in illa vero Quadrageſima curſum Homiliarum contra Anomœos interceperit, ut hanc contra Judæos haberet. Quomodo autem hæc convenire poſſint in Quadrageſimam anni 387. per quam totam de ſtatuis everſis concionatus Chryſoſtomus eſt, tunc totus in deſcribendis deplorandiſque Antiochenorum calamitatibus, quibus medicam manum admovere conabatur ? Cujus argumenti vim ut melius intelligas, conſideres velim, in Quadrageſima anni*

387. *Homilias viginti & unam habitas fuisse, quæ etiamnum supersunt, totæque in deplorandis Antiochenis calamitatibus versantur, in earumque exordiis ut plurimum de præcedentibus Homiliis agitur. Quamobrem, si controversiæ de gloria Unigeniti & contra Anomœos tunc viguissent, & si hæc contra Judæos tunc habita fuisset, id in quodam Proœmio haud dubie memoraturus erat. Ad hæc vero quis putet, in extremis periculis & malis versante civitate, Chrysostomum contra Anomœos & Judæos controversias excitasse, quæ auditorum & otium & sedatam mentem postulabant.*

Longe difficiliorem aliam movet quæstionem Tillemontius, quæ suam pariter & nostram sententiam impetat, quæque hujusmodi est. Hujus Homiliæ titulus est, εἰς τοὺς τὸ πρῶτον πάσχα νηστεύοντας, in eos qui primo Pascha jejunant. *Quod autem hoc ipso anno ii, qui Judæorum calculum in Paschate sequebantur, in ipso Paschate jejunaturi essent, sic declarat Chrysostomus num. 5.* Ecce namque primus dies Azymorum hoc anno in Dominicam diem incidit, & omnino necesse est, ut tota hebdomada jejunemus, & cum Passio præterierit, & crux advenerit, & resurrectio, nos adhuc jejunantes maneamus. Et sæpenumero istud accidit, ut post crucem, post resurrectionem, hebdomada nondum absoluta, jejunium observemus. *Hæc contra eos dicuntur, qui jejunium Judaïco more servabant, quique aliquando in ipso Paschate jejunabant, quando scilicet Judæorum calculus Pascha assignabat post Christianorum Pascha. Tunc enim Christiani illi qui Judaïco ritu jejunium servabant, illo die jejunabant, quo cæteri Christiani Pascha celebrarent. Atqui secundum Tabulas Paschales anno 387. Pascha incidit in 25. Aprilis, nempe quam tardissime potest occurrere: quomodo ergo poterant hoc anno Judaïzantes illi in Paschate jejunare, cum Pascha Judæorum numquam possit ultra 25. Aprilis occurrere? Ingens sane difficultas; sed quæ tamen certas temporis notas a nobis supra positas evertere nequeat. Nam utrum semper Antiocheni invariabili lege Alexandrinorum circa Pascha Domini calculum sequuti sint, id sane non usque adeo nobis compertum est: atque etiamsi semper sequuti sint, an affirmare possumus numquam errorem in calculo intercidisse? Certe fatentur viri calculorum Paschalium peritissimi errorem interdum in calculis hujusmodi contingere, nec multis ab hinc annis contigisse, neque tutum semper esse notas Paschales aliis temporum notis anteponere. Sane tanta videtur eorum, quæ supra diximus, firmitas, ut potius ex computatione nostra contra calculum Paschalem ejusmodi, quam ex calculo Paschali contra computationem nostram decernere liceat.*

Hæc de tribus prioribus contra Judæos Homiliis. Quinque vero sequentes diu post intermissam priorem adversus eosdem concertationem habitas fuisse subindicat ipse Chrysostomus initio quartæ his verbis. Rursus infelices illi mortaliumque omnium miserrimi Judæi jejunaturi sunt: rursus Christi gregem muniamus necesse est. *Sed aperte declarat Homilia sexta num. 6.* Quid autem loquor de prædonibus? Profecto scitis omnes ac meministis, quando apud nos scelerati quidam & præstigiatores statuas principis dejecerunt, quo pacto non illi tantum, qui facinus ausi fuerant, sed quotquot simpliciter præsentes conspecti erant, quoniam videbantur illis assentiri, in judicium abrepti, simulque cum illis abducti, extremo supplicio sint affecti. *Hic memoratam videmus illam tragœdiam, quæ per totam Quadragesimam anni 387. occasione dejectarum statuarum Antiochiæ exhibita est, de qua pluribus initio Tomi sequentis. Hæc porro sexta Homilia habita fuit ipso jejunii Judæorum die, ut ipse Chrysostomus dicit in fine: Quarta decem circiter diebus ante jejunium: Quinta intermedio, ut ex ordiendi modo liquet, tempore: Septima, nondum absoluto Judæorum festo: Octava, post jejunium & festum; ita ut ex Chrysostomi verbis clare colligatur eum minus, quam viginti dierum spatio, quinque postremas contra Judæos Homilias absolvisse. Hac de re difficultas nulla suboriri potest. Utrum autem anno 387. eodem recurrente jejunio, cujus causa tres priores Homilias anno proximo habuerat, has quinque conciones instituerit, etsi non perinde certum videatur, omnino tamen probabile est: in harum quippe Homiliarum decursu Martyrum memorias occurrere dicit sanctus Doctor, quemadmodum & in prioribus illis concionibus anni 386. quas mense circiter Septembri habuisse se testificatur. Videturque Chrysostomus Judaïcum morbum, Christianorum quorumdam animis adhuc hærentem, cui medicam manum anno 386. admoverat, anno etiam insequenti penitus curare voluisse, ipsumque Homiliæ quartæ exordium:* Rursus Judæi jejunaturi sunt, *eamdem proxime recurrentem anni tempestatem prorsus significare videtur.*

Interpretationem Latinam primæ Homiliæ adornavit David Hœschelius, secundæ & tertiæ Homiliæ Fronto Ducæus, quinque posteriorum Erasmus, quas interpretationes aliquot in locis emendatas e regione Græci textus posuimus.

[a] ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως.

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

[b] ΛΟΓΟΙ ΚΑΤΑ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS

CHRYSOSTOMI,

Archiepiscopi Constantinopolitani,

ADVERSUS JUDÆOS ORATIONES.

ΛΟΓΟΣ α´.

A

ΕΒΟΥΛΟΜΗΝ ὑμῖν ἀποδοῦναι τὰ λείψανα σήμερον τῆς ὑποθέσεως, περὶ ἧς καὶ πρῴην ὑμῖν διελέχθην, καὶ δεῖξαι σαφέστερον, πῶς ἀκατάληπτός ἐστιν ὁ Θεός. περὶ γὰρ αὐτοῦ τῇ παρελθούσῃ κυριακῇ τοὺς πολλοὺς ἐκείνους καὶ μακροὺς ἐποιησάμεθα λόγους, ὅτε καὶ μάρτυρας παρηγάγομεν, τόν τε Ἡσαΐαν καὶ τὸν Δαυῒδ καὶ τὸν Παῦλον. ὁ μὲν γὰρ ἐβόα, τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὁ δὲ εὐχαριστεῖ αὐτῷ ὑπὲρ τῆς ἀκαταληψίας, λέγων· ἐξομολογήσομαί σοι, ὅτι φοβερῶς ἐθαυμαστώθης, θαυμάσια τὰ ἔργα σου. καὶ πάλιν, ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ B ἐμοῦ, ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν. ὁ δὲ Παῦλος, οὐκ εἰς αὐτὴν τῆς οὐσίας τὴν ἔρευναν διακύψας, ἀλλ' εἰς τὴν πρόνοιαν αὐτοῦ μόνην, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῆς τῆς προνοίας μέρος μικρὸν ἀπολαβὼν, ὃ περὶ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν ἐπεδείξατο, ὥσπερ πέλαγος ἀχανὲς καὶ ἀκατάληπτον ἰδὼν, οὕτως ἐβόησεν· ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ· ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. καὶ ἦν μὲν ἱκανὴ ἡ διὰ τούτων ἀπόδειξις· ἐγὼ δὲ οὐκ ἠρκέσθην τοῖς προφήταις, οὐκ ἔστην μέχρι τῶν ἀποστόλων· ἀλλ' ἀνέβην εἰς τὸν οὐρανὸν, ἔδειξα ὑμῖν τὸν χορὸν τῶν ἀγγέλων λέγοντα, δόξα ἐν C ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. ἠκούσατε τῶν Σεραφεὶμ πάλιν ἐκπληττομένων καὶ μετὰ φρίκης κραζόντων, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος σαβαὼθ, πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. προσέθηκα καὶ τὰ Χερουβὶμ βοῶντα· εὐλογημένη ἡ δόξα αὐτοῦ ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. κάτω τρεῖς μάρτυρες, ἄνω τρεῖς μάρτυρες, τὸ ἀπρόσιτον τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης δηλοῦντες. ἀναμφισβήτητος λοιπὸν ἡ ἀπόδειξις, καὶ πολὺς ὁ κρότος ἐγίνετο, καὶ διεθερμαίνετο τὸ θέατρον, καὶ ἐπυροῦτο ὁ σύλλογος. ἐγὼ δὲ ἔχαιρον, οὐχ ὅτι αὐτὸς ἐπῃνούμην, ἀλλ' ὅτι ὁ δεσπότης ὁ ἐμὸς ἐδοξάζετο. ὁ γὰρ κρότος ἐκεῖνος καὶ ὁ ἔπαινος, τὸ φιλόθεον τῆς D ὑμετέρας ψυχῆς ἐνεδείκνυτο. καὶ καθάπερ οἰκέται φιλόστοργοι, ἐπειδὰν ἀκούσωσί τινος τὸν ἑαυτῶν ἐπαινοῦντος δεσπότην, ἐκκαίονται τῷ πόθῳ περὶ τὸν λέγοντα, διὰ τὸ πρὸς τὸν δεσπότην φίλτρον· οὕτω καὶ ὑμεῖς ἐποιήσατε τότε, τῇ τῶν κρότων ὑπερβολῇ τὴν πολλὴν περὶ τὸν δεσπότην ἐπιδεικνύμενοι εὔνοιαν. ἐβουλόμην μὲν οὖν καὶ σήμερον ἐπαγωνίσασθαι

ORATIO I.

1. QUOD reliquum erat materiæ, de qua nuper vobis disserui; *Deum comprehendi non posse*: id hodie absolvere & dilucidius docere volebam. De hoc enim, præterita die dominica, tantum verborum, tamque copiose fecimus; productis Hesaia, Davide, atque Paulo testibus. Nam ille, *Generationem ejus quis enarrabit?* clamabat; *Hesai. 53. 8.* hic quod comprehendi non posset, gratias ipsi agens, *Confitebor tibi*, dicebat, *quia terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua.* *Psalm. 138. 13.* Et rursum, *Mirabilis facta est scientia tua* *Ibid. 6.* B *ex me; confortata est: & non potero ad eam.* At Paulus non ad ipsam Dei essentiam respiciebat, sed ad ejus dumtaxat providentiam; quin hujus etiam particulâ solum, quam in gentium vocatione demonstrasset, perceptâ; veluti vastum & immensum mare conspicatus, sic exclamabat; *O altitudo* *Rom. 11. 33.* *divitiarum & sapientiæ, & scientiæ Dei! quam inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus!* Atque hoc satis demonstrationis esse poterat: ego vero non Prophetarum testimoniis fui contentus, non in apostolicis substiti: sed in cælum ascendi, chorum Angelorum vobis monstravi, qui di- C ceret: *Gloria in altissimis Deo, & in terra* *Luc. 2. 14.* *pax, in hominibus beneplacitum.* Audistis Seraphim rursus cum stupore & horrore clamitare, *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus exercituum: plena est omnis terra gloria* *Hesai. 6. 3.* *ejus.* Addidi & Cherubim clamantes, *Be-* *Ezech. 3. 12.* *nedicta gloria Domini de loco ejus.* Tres in terris, totidem in cælis testes, ad Dei majestatem perveniri haud posse, ostenderant. Proinde certa, magno cum applausu, fiebat demonstratio; theatrum incalescebat: cœtus auditorum inflammabatur. Neque vero ego, me laudari, gaudebam: sed Do- D minum meum laudibus cumulari. Nam applausus atque laus ista, animorum vestrorum in Deum amorem commonstrabant. Et quemadmodum servi, herum sincere amantes, hunc laudari si audiant, flagrant desiderio ejus qui prædicat, quia heri amore ardent: ad eumdem etiam modum vos maximo tunc applausu amorem ergi Dominum satis declarastis. Volebam igitur & hodie

[a] In sex Homilias contra Judæos vidimus Cod. Regios 1819. 1960. 1963. 1964. 1973. 2900. Colb. 247. 248. 364. 629. 3055. 3061. Coisl. 262.

[b] Sex MSS. & Savil. λόγος κατὰ Ἰουδαίων· ἐλέχθη δὲ πρὸς τοὺς Ἰουδαΐζοντας καὶ μετ' ἐκείνων νηστεύοντας.

in certamen illud descendere. Nam si veritatis hostes nulla capit satietas conviciorum in beneficum: multo magis nos inexplebili cupiditate celebrandi Deum universorum ardere decet. Sed quid faciam? alius gravissimus morbus, linguæ nostræ medicinam flagitat; morbus in Ecclesiæ corpore insitus. Is prius est tollendus; dein domesticorum priusquam exterorum cura gerenda: postea extraneorum habenda est ratio. Quinam est morbus iste? Feriæ Judæorum miserorum atque ærumnosorum continuæ, & frequentes instant: Tubæ, Scenopegiæ, Jejunia: & multi nostri ordinis, qui se nobiscum sentire dicunt, partim spectatum illas ferias prodeunt, partim etiam una celebrant; una jejunant: quam pravam consuetudinem nunc ab Ecclesia volo arcere. Nam verba contra Anomœos alio tempore fieri poterunt; nec quidquam damni propter moram facietis: Judæorum autem morbo correptos nisi jam curaverimus, dum præ foribus illorum feriæ, propeque adsunt: vereor ne forte quidam, intempestiva consuetudine magnaque ignorantia, illorum nequitiæ consortes fiant, atque deinceps frustra de his verba faciamus. Si enim nihil audiendo hodie cum illis jejunarint: perpetrato peccato, remedium frustra adhibebimus. Quare ad præoccupandum impellor. Idem etiam medici in urgentibus & acutissimis morbis observant, quos prius curare instituunt: omnino autem hoc certamen priori est cognatum. Quia enim impietas Judæorum & Anomœorum affine quid habet: certamina etiam nunc, prioribus affinia, nobis sese offerunt. Nam quod Judæi crimen objiciebant: idem intentant quoque Anomœi. Quid crimini dabant illi? quod Christus Deum, patrem diceret, seque ipsum Dei æqualem faceret. Id in crimen etiam hi trahunt: quin potius non trahunt; sed dictum, ejusque sententiam delent, licet non manu, at cogitatione atque animo.

Christiani quidam Antiocheni Judæorum festis intererant.

Joan. 5. 18.

2. Neque vero miremini, quod Judæos miseros dixerim. Revera enim miseri sunt atque ærumnosi, qui tot bona cælitus sibi in manus delata repudiarunt, deditaque opera rejecerunt. Ortus est illis matutinus justitiæ sol; & ipsi quidem, radiis repulsis, in tenebris sedent: at nos, his innutriti, lucem ad nos ipsi pertraximus, errorisque caligine liberati sumus. Illi radicis sanctæ rami erant, sed fracti sunt: nos non eramus radicis participes, & fructum pietatis tulimus. Illi Prophetas ab ineunte ætate legerunt, & prophetiis enunciatum cruci affixerunt: nos, qui nihil de sacris literis audieramus, hunc ipsum adoravimus. Ideo miseri illi; quia missa sibi bona, aliis rapientibus atque ad sese pertrahentibus, ipsi repulerunt. Ac illi quidem ad filiorum adoptionem vocati, in canes degenerarunt: nos, qui canes eramus, brutam naturam, divina gratia, exuere atque ad

Rom. 11. 16. 17.

A τοῖς παλαίσμασι τούτοις. Εἰ γὰρ οἱ ἐχθροὶ τῆς ἀληθείας κόρον οὐ λαμβάνουσι βλασφημοῦντες τὸν εὐεργέτην· πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς ἀκορέστως ἔχειν δεῖ πρὸς εὐφημίαν τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ. Ἀλλὰ τί πάθω; ἕτερον νόσημα χαλεπώτατον τὴν ἡμετέραν γλῶσσαν πρὸς ἰατρείαν καλεῖ, νόσημα ἐν τῷ σώματι τῆς Ἐκκλησίας πεφυτευμένον. δεῖ δὲ πρότερον τοῦτο ἀνασπάσαντας, τότε φροντίσαι τῶν ἔξωθεν· πρότερον τοὺς οἰκείους θεραπεῦσαι, καὶ τότε τῶν ἀλλοτρίων ἐπιμεληθῆναι. τί δέ ἐστι τὸ νόσημα; ἑορταὶ τῶν ἀθλίων καὶ ταλαιπώρων Ἰουδαίων μέλλουσι προσελαύνειν συνεχεῖς καὶ ἐπάλληλοι, αἱ σάλπιγγες, αἱ σκηνοπηγίαι, αἱ νηστεῖαι· καὶ B πολλοὶ τῶν μεθ' ἡμῶν τεταγμένων, καὶ τὰ ἡμέτερα λεγόντων φρονεῖν, οἱ μὲν ἐπὶ τὴν θέαν ἀπαντῶσι τῶν ἑορτῶν, οἱ δὲ καὶ συνεορτάζουσι καὶ τῶν νηστειῶν κοινωνοῦσι· καὶ τοῦτο τὸ πονηρὸν ἔθος βούλομαι τῆς Ἐκκλησίας ἀπελάσαι νῦν. οἱ μὲν γὰρ πρὸς Ἀνομοίους λόγοι, καὶ ἐν ἑτέρῳ δύνανται γενέσθαι καιρῷ, καὶ οὐδεμία ἀπὸ τῆς ἀναβολῆς γένοιτ' ἂν βλάβη· τοὺς δὲ τὰ Ἰουδαϊκὰ νοσοῦντας, εἰ μὴ νῦν θεραπεύσαιμεν, ὅτε ἐγγὺς καὶ ἐπὶ θύραις εἰσὶν αἱ τῶν Ἰουδαίων ἑορταί· δέδοικα μή ποτε ὑπὸ τῆς ἀκαίρου συνηθείας καὶ τῆς πολλῆς ἀγνοίας, μετάσχωσί τινες τῆς παρανομίας ἐκείνων, καὶ μάταιοι λοιπὸν οἱ περὶ τούτων ἡμῖν γένωνται λόγοι. ἂν γὰρ μηδὲν ἀκούσαντες σήμερον νηστεύσωσι μετ' ἐκείνων· μετὰ τὸ τελεσθῆναι C τὴν ἁμαρτίαν, εἰκῆ λοιπὸν τὸ φάρμακον ἐπιθήσομεν. διόπερ ἐπείγομαι προκαταλαβεῖν. οὕτω καὶ ἰατροὶ ποιοῦσι πρὸς τὰ κατεπείγοντα καὶ ὀξύτατα τῶν νοσημάτων, ἵστανται πρότερον· πάντως δὲ συγγενὴς καὶ οὗτος ὁ ἀγὼν τῷ προτέρῳ. ἐπειδὴ γὰρ συγγενῆ τὰ τῆς ἀσεβείας Ἀνομοίοις καὶ Ἰουδαίοις· συγγενῆ καὶ τὰ ἀγωνίσματα ἡμῖν γέγονε τοῖς πρότερον τὰ νῦν. καὶ γὰρ ὅπερ ἐνεκάλουν Ἰουδαῖοι· τοῦτο ἐγκαλοῦσι καὶ Ἀνόμοιοι. τί δὲ ἐνεκάλουν ἐκεῖνοι; ὅτι πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεὸν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Θεῷ· τοῦτο ἐγκαλοῦσι καὶ οὗτοι, μᾶλλον δὲ οὐκ ἐγκαλοῦσιν, ἀλλ' ἐξαλείφουσι τὸ ῥητὸν μετὰ τῆς διανοίας· εἰ καὶ μὴ τῇ χειρὶ, [a] ἀλλὰ τῇ D γνώμῃ. [a]

Μηδὲ θαυμάσητε, εἰ ἀθλίους ἐκάλεσα Ἰουδαίους. ὄντως γὰρ ἄθλιοι καὶ ταλαίπωροι, τοσαῦτα ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἀγαθὰ, εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐλθόντα, ἀπωσάμενοι καὶ ῥίψαντες μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς. ἀνέτειλεν ἐκείνοις πρώϊμος ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος· κἀκεῖνοι μὲν ἀπώσαντο τὴν ἀκτῖνα, καὶ ἐν σκότῳ κάθηνται· ἡμεῖς δὲ οἱ σκότῳ συντραφέντες, πρὸς ἑαυτοὺς ἐπεσπασάμεθα τὸ φῶς, καὶ τοῦ ζόφου τῆς πλάνης ἀπηλλάγημεν. [b] ἐκεῖνοι τῆς ῥίζης τῆς ἁγίας ἦσαν κλάδοι, ἀλλ' ἐξεκλάσθησαν· ἡμεῖς οὐ μετείχομεν τῆς ῥίζης, [b] καὶ καρπὸν εὐσεβείας ἠνέγκαμεν. ἐκεῖνοι τοὺς προφήτας E ἀνέγνωσαν ἐκ πρώτης ἡλικίας, καὶ τὸν προφητευθέντα ἐσταύρωσαν· ἡμεῖς οὐκ ἠκούσαμεν θείων λογίων, καὶ τὸν προφητευθέντα προσεκυνήσαμεν. διὰ τοῦτο ἄθλιοι, ὅτι τὰ πεμφθέντα αὐτοῖς ἀγαθὰ ἁρπαζόντων ἑτέρων, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἐπισπωμένων, αὐτοὶ διεκρούσαντο. κἀκεῖνοι μὲν εἰς υἱοθεσίαν καλούμενοι πρὸς τὴν τῶν [c] κυνῶν συγγένειαν ἐξέπεσον· ἡμεῖς δὲ κύνες ὄντες, ἰσχύσαμεν διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν ἀποθέσθαι τὴν προτέραν ἀλογίαν, καὶ πρὸς τὴν τῶν [c]

[a] Sic Savil. & maxima pars MSS. Morel. vero, ἀλλὰ τῇ διανοίᾳ καὶ τῇ γνώμῃ. Ibid. aliquot MSS. μὴ θαυμάσητε δὲ εἰ. Infra, quatuor MSS. & Savil. in marg. ἀνέτειλεν ἐκείνοις πρὸ ἡμῶν ὁ τῆς. Morel. Savil. in textu, & alii MSS. ἀνέτειλεν ἐκείνοις πρώϊμος ὁ τῆς δικ-

b Savil. & plurimi MSS. ἐκεῖνοι τῆς ῥίζης. Morel. ἐκείνης τῆς ῥίζης.

c Savil. & duo MSS. κυνῶν δυσγένειαν, quæ lectio non spernenda. Morel. & alii, κυνῶν συγγένειαν.

υἱῶν ἀναβῆναι τιμήν. πόθεν τοῦτο δῆλον; οὐκ ἔστι καλὸν
φησὶ λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις·
πρὸς τὴν Χαναναίαν ὁ Χριστὸς ἔλεγεν, ἐκείνους μὲν τέκνα
καλῶν, κύνας δὲ τοὺς ἐξ ἐθνῶν. ἀλλ' ὅρα πῶς ἀνεστρά-
φη μετὰ ταῦτα ἡ τάξις· κἀκεῖνοι μὲν ἐγένοντο κύνες, τέκνα
δὲ ἡμεῖς. βλέπετε τοὺς κύνας, Παῦλός φησι περὶ αὐτῶν·
βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας· βλέπετε τὴν κατατομήν·
ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἡ περιτομή. εἶδες πῶς κύνες ἐγένοντο οἱ
πρότερον ὄντες τέκνα; βούλει μαθεῖν πῶς οἱ πρότερον
ὄντες κύνες ἡμεῖς, ἐγενόμεθα τέκνα; ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν,
φησὶν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι. οὐδὲν
ἀθλιώτερον ἐκείνων, τῶν πανταχοῦ κατὰ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας
τρεχόντων. καὶ γὰρ ὅτε ἔδει τὸν νόμον τηρεῖν, κατεπάτησαν·
καὶ νῦν ὅτε ἀναπέπαυται ὁ νόμος, τότε φιλονεικοῦσιν αὐτὸν
τηρεῖν. τί γένοιτ' ἂν αὐτῶν ἐλεεινότερον· οἱ μὴ τῇ παρα-
βάσει τοῦ νόμου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ φυλακῇ τοῦ νόμου τὸν θεὸν
παροξύνουσι. διὰ τοῦτό φησι, σκληροτράχηλοι καὶ ἀπερί-
[a] τμητοι τῇ καρδίᾳ, ὑμεῖς ἀεὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ [a] ἀν-
τιπίπτετε· οὐ τῷ παραβαίνειν τὰ νόμιμα μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ
φυλάττειν ἐθέλειν ἀκαίρως. σκληροτράχηλοι, καὶ καλῶς εἶπε
σκληροτράχηλοι. οὐ γὰρ ὑπήνεγκαν τὸν ζυγὸν τοῦ Χριστοῦ, καί-
τοι χρηστὸς ἦν, καὶ οὐδὲν φορτικὸν εἶχεν οὔτε ἐπαχθές. μά-
θετε γάρ φησιν ἀπ' ἐμοῦ· ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ
καρδίᾳ· καὶ, ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, ὅτι ὁ ζυγός
μου χρηστός ἐστι, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν. ἀλλ' ὅμως
οὐκ ἤνεγκαν, διὰ τὴν σκληρότητα τοῦ αὐχένος. καὶ οὐ μόνον
οὐκ ἤνεγκαν, ἀλλὰ καὶ συνέτριψαν καὶ διέῤῥηξαν. ἀπ' αἰῶ-
νος γάρ φησι συνέτριψας τὸν ζυγόν σου, διέῤῥηξας τὸν δεσμόν
σου. οὐχὶ Παῦλος λέγει ταῦτα, ἀλλ' ὁ προφήτης βοᾷ, ζυ-
γὸν καὶ δεσμὸν τὰ σύμβολα τῆς ἀρχῆς λέγων, ὅτι παρῃτή-
[b] σαντο τὴν δεσποτείαν [b] τοῦ Χριστοῦ λέγοντες· ἡμεῖς οὐκ
ἔχομεν βασιλέα εἰ μὴ Καίσαρα· συνέτριψας τὸν ζυγὸν,
διέῤῥηξας τὸν δεσμὸν, ἐξέβαλες σαυτὸν τῆς οὐρανίου βασι-
λείας, καὶ ὑπέθηκας ἀνθρωπίναις ἀρχαῖς. σὺ δέ μοι σκό-
πει, πῶς ἀκριβῶς αὐτῶν ὁ προφήτης τὸ δυσήνιον ἠνίξα-
το. οὐ γὰρ εἶπεν, ἀπέθου τὸν ζυγὸν, ἀλλὰ συνέτριψας τὸν
ζυγόν· ὅπερ σκιρτώντων ἀλόγων ἐστὶν ἁμάρτημα, ἀφη-
νιώντων, παραιτουμένων τὴν ἀρχήν. ἀλλὰ πόθεν αὕτη γέ-
γονεν ἡ σκληρότης; ἀπὸ ἀδηφαγίας καὶ μέθης. τίς τοῦτό
φησιν; αὐτὸς ὁ Μωϋσῆς, ἔφαγεν Ἰσραὴλ καὶ ἐνεπλήσθη,
καὶ ἐλιπάνθη, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος. καθάπερ γὰρ
τὰ ἄλογα, ἐπειδὰν δαψιλοῦς ἀπολαύσῃ φάτνης, εἰς πο-
λυσαρκίαν ἐκβάντα, φιλονεικότερα, καὶ δυσκάθεκτα γίνε-
ται, καὶ οὔτε ζυγοῦ, οὔτε ἡνίας, οὔτε ἡνιόχου χειρὸς ἀνέχεται·
οὕτω καὶ ὁ τῶν Ἰουδαίων δῆμος, ὑπὸ τῆς μέθης καὶ πολυ-
σαρκίας, εἰς κακίαν ἐσχάτην κατενεχθέντες, ἐσκίρτησαν,
καὶ οὐκ ἐδέξαντο τὸν ζυγὸν τοῦ Χριστοῦ, οὐδὲ τὸ ἄροτρον τῆς
διδασκαλίας εἵλκυσαν. ὅπερ οὖν καὶ ἄλλος προφήτης αἰ-
νιττόμενος ἔλεγεν, ὡς δάμαλις παροιστρῶσα παροίστρησεν
Ἰσραήλ· ἕτερος δὲ αὐτὸν, μόσχον ἀδίδακτον ἐκάλει. τὰ
δὲ τοιαῦτα ἄλογα, πρὸς ἐργασίαν οὐκ ὄντα ἐπιτήδεια,
πρὸς σφαγὴν ἐπιτήδεια γίνεται, ὅπερ οὖν καὶ οὗτοι πεπόν-
θασι· καὶ πρὸς ἐργασίαν ἀχρήστους ἑαυτοὺς καταστήσαντες,
πρὸς σφαγὴν ἐπιτήδειοι γεγόνασι. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς

A filiorum honorem ascendere potuimus.
Unde hoc liquet? *Non est bonum*, inquit Matt. 5. 26.
Chananeæ Christus, *panem filiorum capere*,
& catellis objicere: illos filios, ex gentibus
vero oriundos, canes nuncupans. Verum,
quo modo sit inversus ordo, vide: illique
canes, nos liberi facti simus. *Videte canes*, Philip. 3. 2.
de illis, ait Paulus, *videre malos operarios*,
*videte concisionem. Nos enim sumus circum-
cisio.* Cernis quomodo liberi prius, canes
evaserint? Vis ne cognoscere, quî nos e
canibus filii facti simus? *Quotquot autem* Joan. 1. 12.
receperunt eum, inquit, *dedit eis potestatem*,
filios Dei fieri. Nihil istis miserius, qui nus-
quam non saluti suæ adversi currunt. Dum
enim legem servari oportuit, conculcarunt:
B illa nunc cessante, pertinaciter eamdem tue-
ri contendunt. Quid ipsis queat miserabi-
lius esse, qui non transgressione solum, sed
& observatione legis Deum exacerbant?
Ideo *dura cervice*, inquit, *& incircumciso* Act. 7. 51.
corde; vos semper Spiritui sancto resistitis:
non violando leges dumtaxat, sed & intem-
pestive servare illas cupiendo. Dura cervice,
probe sic eos appellavit: non enim jugum
Christi portarunt, licet suave esset, nec
quidquam oneris aut molestiæ haberet. Nam
discite a me, inquit, *quia mitis sum & hu-* Matth. 11. 29.
milis corde, &, *tollite jugum meum super vos*:
C *quia jugum meum suave est, & onus meum
leve.* Non tolerarunt tamen, ob cervicis
duritiem: neque modo non tolerarunt, sed
& confregerunt, & ruperunt. Nam *a sæcu-* Jerem. 2. 20. vide &c. 5. v. 5.
lo, inquit, *confregisti jugum tuum; rupisti* item Psal. 2. v. 3.
vincula tua. Non Pauli hæc sunt verba, sed
Propheta clamat; jugum & vincula, impe-
rii notas dicens: quia Christi dominium Ju-
dæi respuerunt, cum dicerent; *Non habe-* Joan. 19. 15.
mus regem, nisi Cæsarem. Confregisti ju-
gum, diripuisti vinculum, e regno cælorum
teipsum ejecisti, & potestati humanæ subje-
D cisti. Velim hic mihi consideres, quam soler-
ti ænigmate effrenatum illorum animum si-
gnificarit. Non enim inquit, jugum deje-
cisti, sed confregisti, quod est brutorum
animalium, eorumque petulcorum vitium,
quæ frenum respuunt, imperiumque de-
trectant. Verum unde hæc illis durities?
ex crapula & ebrietate. Quis ait hoc? ipse
Moses. *Comedit Israël, & repletus & im-* Deut. 32. 15.
pinguatus est, & recalcitravit dilectus.
Quemadmodum enim animantia bruta,
uberiore pabulo distenta, magis refractaria,
atque indomita fiunt, & neque jugum, nec
frenum, nec aurigæ manum ferunt: ita &
E populus Judaïcus, ex ebrietate & nimia cor-
poris obesitate ad extremam præcipitatus
malitiam, lasciviit, neque Christi jugum
acceptavit, neque doctrinæ aratrum duxit.
Quod alius etiam Propheta subindicans
dixit; *Sicut vitula æstro percita insaniit Is-* Osea 4. 16.
raël. Alius ipsos *vitulum non edoctum fer-* Jerem. 31. 18.
re jugum vocavit. Talia vero bruta animan-
tia, od operas inepta, ad mactandum sunt
apta. Quod his etiam accidit: nam cum ipsi
sese ad operationes inutiles redderent; qui
mactarentur apti fuerunt. Quare Christus

[a] Savil. & unus Cod. ἀντιπίπτετε, καὶ γὰρ ἀντέπιπτον, οὐ τῷ παραβ-

[b] Tres MSS. τῷ Χριστῷ.

19.27. etiam, *Inimicos meos illos*, inquit, *qui noluerunt me regnare in se, adducite huc, & mactate illos.* Tum Judææ, oportebat te jejunare, cum ebrietas istis te malis afficeret; cum impietatem pareret crapula, non jam. Nunc enim jejunium est intempestivum & abominandum. Quo auctore? Hesaïa, qui voce edita clamat; *Non hoc jejunium elegi.* Quid ita? *quia in judicia & pugnas jejunatis, & percutitis pugno subditos.* Quod si, cum pulsares conservos, detestabile tuum fuit jejunium: Domino abs te mactato, acceptum qui fuerit? qua ratione? Eum, qui jejunat, compositum esse decet, contritum, humiliatum; non ira ebrium: & conservos pulsas? Olim igitur in judicia & pugnas jejunarunt: nunc ad petulantiam atque extremam intemperantiam, dum nudis pedibus in foro saltant; jejunii quidem prætextu, sed ebriorum more. Audi quo pacto Propheta jejunare jubeat, *Sanctificate jejunium*, inquit, non cum tripudiis celebrate: *prædicate cultum, congregate senes.* At hi choros mollium cogunt, colluviemque stupro inquinatarum mulierum; theatrum universum, & homines scenicos, ad Synagogam pertrahunt. Nam inter theatrum & ipsorum Synagogam nihil interest. Equidem scio, fore qui me temeritatis arguant, quod inter theatrum atque Synagogam quidquam interesse negarim, at ego illos audaciæ condemno, ni ita sentiant. Damna, si ex me isthæc pronuncio: sin Prophetæ verba dico; enunciatum approba.

Jejunii fructuosi modus.

Joel. 1. 14.

3. Multi, scio, reverentur Judæos, eorumque ritus hodiernos censent esse honestos; quo ipso ad perniciosam istam opinionem radicitus evellendam incitor. Negavi theatro quidquam præstare Synagogam; adducam Prophetæ testimonium: non sunt Judæi Prophetis fide digniores. Quid igitur ille? *Frons meretricis facta est tibi; desiisti erubescere apud omnes.* Ubi vero scortum prostituitur, is locus est prostibulum. Imo non prostibulum dumtaxat, theatrumque est Synagoga: verum etiam spelunca latronum, & latibulum ferarum. Nam *spelunca hyænæ facta est mihi*, inquit, *domus vestra:* nec simpliciter bestiæ, sed bestiæ impuræ. At rursum, *Dereliqui domum meam, deserui hereditatem meam.* Quod si Deus dereliquerit: quæ salutis spes reliqua? si deseruerit Deus, locus ille fit habitatio dæmonum. At omnino, se quoque Deum adorare, dicunt. Sed absit ut hoc dicamus: nemo Judæus Deum adorat. Quis ait hoc? Dei filius. *Si enim patrem meum nossetis, & me nossetis: neque vero me nostis, nec patrem.* Quod testimonium hoc fide dignius adducam? Si Patrem non norunt, Filium crucifixerunt, Spiritus auxilium repulerunt: quis locum illum, esse dæmonum diversorium, affirmare non ausit? non adoratur ibi Deus, absit: sed idololatriæ deinceps locus est: & tamen aliqui illis tamquam sa-

Jerem. 3. 3.

Jerem. 7. 11. & 12. 8.

Jerem. 12. 7.

Joan. 8. 19.

Synagoga Judæorum diversorium dæmonum.

A ἐλεγεν· τοὺς ἐχθρούς μου, τοὺς μὴ θελήσαντάς με βασιλεῦσαι ἐπ' αὐτῶν, ἀγάγετε ὧδε, καὶ κατασφάξατε αὐτούς. τότε ἔδει σε νηστεύειν, ὦ Ἰουδαῖε, ὅτε ἡ μέθη ταῦτά σε εἰργάζετο τὰ δεινά· ὅτε ἀσέβειαν ἔτεκεν ἡ ἀδηφαγία· οὐχὶ νῦν. νῦν γὰρ ἄκαιρος ἡ νηστεία καὶ βδελυκτή. τίς ταῦτα φησίν; αὐτὸς Ἡσαΐας ὁ μεγαλοφώνως βοῶν· οὐ ταύτην τὴν νηστείαν ἐγὼ ἐξελεξάμην. διατί; ὅτι εἰς κρίσεις καὶ μάχας νηστεύετε, καὶ τύπτετε πυγμαῖς τοὺς ὑποχειρίους. εἰ δὲ ὅτε τοὺς συνδούλους ἔτυπτες, βδελυκτή σου ἦν ἡ νηστεία· ὅτε τὸν δεσπότην κατέσφαξας, τότε σου προσδεκτὴ ἡ νηστεία γέγονε; καὶ πῶς ἂν ἔχοι λόγον; τὸν νηστεύοντα κατεσταλ-
B μένον εἶναι χρὴ, συντετριμμένον, τεταπεινωμένον· οὐχὶ μεθύειν ὑπὸ τῆς ὀργῆς· σὺ δὲ τύπτεις τοὺς συνδούλους; τότε μὲν οὖν εἰς κρίσεις καὶ μάχας ἐνήστευον· νῦν δὲ εἰς ἀσελγείας καὶ τὴν ἐσχάτην ἀκολασίαν, γυμνοῖς τοῖς ποσὶν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ὀρχούμενοι, καὶ ἡ μὲν ὑπόθεσις νηστευόντων, τὸ δὲ σχῆμα μεθυόντων. ἄκουσον πῶς κελεύει νηστεύειν ὁ προφήτης· ἁγιάσατε νηστείαν φησίν· οὐκ εἶπε, πομπεύσατε νηστείαν· κηρύξατε θεραπείαν, συναγάγετε πρεσβυτέρους. οὗτοι δὲ χοροὺς μαλακῶν συναγαγόντες, καὶ πολὺν πεπορνευμένων γυναικῶν συρφετὸν, τὸ θέατρον ἅπαν καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς σκηνῆς εἰς τὴν συναγωγὴν ἐπισύρουσι. θεάτρου γὰρ καὶ
C συναγωγῆς οὐδὲν τὸ μέσον. καὶ οἶδα μὲν ὅτι τινὲς τόλμαν καταγινώσκουσι τοῦ λόγου, ὅτι εἶπον, θεάτρου καὶ συναγωγῆς οὐδὲν τὸ μέσον· ἐγὼ δὲ αὐτῶν [a] τόλμαν καταγινώσκω, ἐὰν μὴ οὕτω νομίζωσιν. εἰ μὲν γὰρ οἴκοθεν ἀποφαίνομαι, κατάγνωθι· εἰ δὲ τοῦ προφήτου λέγω τὰ ῥήματα, δέξαι τὴν ἀπόφασιν. a

Οἶδα ὅτι πολλοὶ αἰδοῦνται Ἰουδαίους, καὶ σεμνὴν νομίζουσιν εἶναι τὴν ἐκείνων πολιτείαν νῦν· δι' ὃ τὴν ὀλεθρίαν ὑπόληψιν πρόῤῥιζον ἀνασπάσαι ἐπείγομαι. εἶπον ὅτι θεάτρου ἡ συναγωγὴ οὐδὲν ἄμεινον διάκειται, καὶ ἀπὸ τοῦ προφήτου παράγω τὴν μαρτυρίαν· οὐκ εἰσὶν Ἰουδαῖοι τῶν
D προφητῶν ἀξιοπιστότεροι. τί οὖν ὁ προφήτης φησίν; ὄψις πόρνης ἐγένετό σοι· ἀπηναισχύντησας πρὸς πάντας· ἔνθα δὲ πόρνη [b] ἕστηκεν πορνεῖόν ἐστιν ὁ τόπος· μᾶλλον δὲ οὐχὶ πορνεῖον καὶ θέατρον μόνον ἐστὶν ἡ συναγωγή· ἀλλὰ καὶ σπήλαιον λῃστῶν, καὶ καταγώγιον θηρίων. σπήλαιον γάρ φησιν ὑαίνης ἐγένετό μοι ὁ οἶκος ὑμῶν· οὐδὲ ἁπλῶς θηρίου, ἀλλὰ θηρίου ἀκαθάρτου. καὶ πάλιν, ἀφῆκα τὸν οἶκόν μου, ἐγκαταλέλοιπα τὴν κληρονομίαν μου. ὅταν δὲ ὁ θεὸς ἀφῇ, ποία λοιπὸν σωτηρίας ἐλπίς; ὅταν ὁ θεὸς ἀφῇ, δαιμόνων κατοικητήριον γίνεται ἐκεῖνο τὸ χωρίον. ἀλλὰ πάντως ἐροῦσιν, ὅτι καὶ αὐτοὶ τὸν θεὸν προσκυνοῦσιν· ἀλλὰ μὴ γένοιτο τοῦτο εἰπεῖν, οὐδεὶς b
Ἰουδαῖος προσκυνεῖ τὸν θεόν. τίς ταῦτα φησίν; ὁ υἱὸς τοῦ
E θεοῦ. εἰ τὸν πατέρα γάρ μου ᾔδειτέ φησι, κἀμὲ ᾔδειτε ἄν· οὔτε δὲ ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν πατέρα μου οἴδατε. ποίαν ταύτης ἀξιοπιστοτέραν μαρτυρίαν [c] παραγάγω; εἰ τοίνυν τὸν πατέρα ἀγνοοῦσι, τὸν υἱὸν ἐσταύρωσαν, τοῦ πνεύματος τὴν c
βοήθειαν ἀπεκρούσαντο, τίς οὐκ ἂν θαῤῥῶν ἀποφαίνοιτο, τῶν δαιμόνων καταγώγιον εἶναι τὸν τόπον; οὐ προσκυνεῖται θεὸς ἐκεῖ, μὴ γένοιτο· ἀλλ' εἰδωλολατρείας ἐκεῖνο τὸ χωρίον λοιπόν ἐστιν. ἀλλ' ὅμως τινὲς ὡς σεμνοῖς ἐκείνοις τοῖς

[a] Duo habent, τόλμαν μᾶλλον καταγ- & sic Savil. in
[b] Tres MSS. προέστηκε
[c] Sic Savil. in marg. Morel. & maxima pars MSS. In textu autem Savil. & duo MSS. παραγάγω. Infra quidam MSS. ἀποφαίνοιτο τὸ δαιμόνων. Infra, duo MSS. τόπος περιέχει.

τόποις προσέχουσι. καὶ ταῦτα οὐχὶ στοχαζόμενος λέγω, ἀλλ' αὐτῇ τῇ πείρᾳ μαθών. καὶ γὰρ πρὸ τούτων τῶν τριῶν ἡμερῶν· πιστεύσατε, οὐ ψεύδομαι· γυναῖκά τινα εὐσχήμονα καὶ ἐλευθέραν, κοσμίαν καὶ πιστὴν, εἶδον ἀναγκαζομένην ὑπό τινος μιαροῦ καὶ ἀναισθήτου, δοκοῦντος εἶναι Χριστιανοῦ· οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι τὸν τὰ τοιαῦτα τολμῶντα, Χριστιανὸν εἰλικρινῆ· εἰς τὰ τῶν Ἑβραίων εἰσελθεῖν, κἀκεῖ παρασχεῖν ὅρκον περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων αὐτῷ πραγμάτων. ὡς δὲ προσελθοῦσα ἡ γυνὴ πρὸς συμμαχίαν ἐκάλει, [a] καὶ τὴν ἀνομίαν κωλῦσαι ἠξίου· οὐ γὰρ εἶναι θεμιτὸν αὐτῇ τῶν θείων μεταχούσῃ μυστηρίων, πρὸς ἐκεῖνον τὸν τόπον ἐλθεῖν. ἐμπρησθεὶς οὖν ὑπὸ ζήλου, καὶ πυρωθεὶς, καὶ διαναστὰς, ταύτην μὲν οὐκ εἴασα λοιπὸν ἐπὶ τὴν παρανομίαν ἑλκυσθῆναι [b] ἐκείνην· ἐξήρπασα δὲ τῆς ἀδίκου ταύτης ἀπαγωγῆς· ἐπεὶ δὲ τὸν ἕλκοντα ἠρόμην, εἰ Χριστιανὸς εἴη; κἀκεῖνος ὡμολόγησεν· ἐπεκείμην σφοδρῶς, ἀναισθησίαν ἐγκαλῶν καὶ τὴν ἐσχάτην ἄνοιαν, καὶ ὄνων οὐδὲν ἄμεινον διακεῖσθαι ἔλεγον, εἰ τὸν Χριστὸν λέγων προσκυνεῖν, ἐπὶ τὰ σπήλαια τῶν Ἰουδαίων, τῶν σταυρωσάντων αὐτὸν, ἕλκοι τινά· καὶ μακρὸν κατέτεινα πρὸς αὐτὸν λόγον· πρῶτον μὲν, ὅτι οὐ θέμις ὅλως ὀμνύναι, οὐδὲ ἀνάγκην ἐπάγειν ὅρκων, διδάσκων ἀπὸ τῶν θείων εὐαγγελίων· ἔπειτα, [c] ὅτι οὐ μόνον οὐχὶ πιστὴν καὶ μεμυημένην, ἀλλ' οὐδὲ ἀμύητόν τινα πρὸς ταύτην ἕλκειν ἐχρῆν τὴν ἀνάγκην. ὡς δὲ ἐξέβαλον διὰ πολλῶν καὶ μακρῶν λόγων τὴν πεπλανωμένην ὑπόνοιαν τῆς ἐκείνου ψυχῆς· ἠρώτων τὴν αἰτίαν, δι' ἣν τὴν ἐκκλησίαν ἀφεὶς, [d] ἐπὶ τὰ τῶν Ἑβραίων εἷλκε συνέδρια. ὁ δὲ πολλοὺς ἔφη πρὸς αὐτὸν εἰρηκέναι, φοβερωτέρους τοὺς ἐκεῖ γινομένους ὅρκους εἶναι. ἐπὶ τούτοις ἐστέναξα, καὶ ἐνεπρήσθην ὑπὸ θυμοῦ, καὶ μετὰ ταῦτα ἐγέλων πάλιν. τὴν μὲν γὰρ τοῦ διαβόλου κακουργίαν ὁρῶν, ἐστέναζον, οἷα τοὺς ἀνθρώπους ἀναπείθειν ἴσχυσε· τὴν δὲ ῥᾳθυμίαν τῶν ἀπατωμένων λογιζόμενος, ἐνεπιμπράμην ὑπὸ τοῦ θυμοῦ, καὶ τὴν ἄνοιαν πάλιν τῶν ἀπατηθέντων, ὅση καὶ ἡλίκη τις ἦν, σκοπῶν ἐγέλων. ταῦτα δὲ εἶπον πρὸς ὑμᾶς καὶ διηγησάμην· ἐπειδὴ πρὸς τοὺς τὰ τοιαῦτα καὶ ποιοῦντας καὶ πάσχοντας, ἀπανθρώπως καὶ ἀνηλεήτως διάκεισθε· κἂν ἴδητέ τινα τῶν ἀδελφῶν τῶν ὑμετέρων εἰς παρανομίας τοιαύτας ἐμπίπτοντα· ἀλλοτρίαν, οὐκ οἰκείαν ἡγεῖσθε τὴν συμφορὰν εἶναι, καὶ πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας ἀπολογεῖσθαι νομίζετε, λέγοντες· ἐμοὶ γὰρ τί μέλει; τίς δέ μοι κοινὸς πρὸς ἐκεῖνόν ἐστι λόγος; ἐσχάτης μισανθρωπίας καὶ σατανικῆς ὠμότητος [e] φθεγγόμενοι ῥήματα. τί λέγεις, ἄνθρωπος ὢν, καὶ τῆς αὐτῆς κοινωνῶν φύσεως, μᾶλλον δὲ, εἰ δεῖ φύσεως κοινωνίαν εἰπεῖν, κεφαλὴν μίαν ἔχων τὸν Χριστὸν, τολμᾷς εἰπεῖν, ὅτι οὐδέν σοι κοινόν ἐστι πρὸς τὰ μέλη τὰ σά; πῶς οὖν τὸν Χριστὸν ὁμολογεῖς σὺ κεφαλὴν εἶναι τῆς ἐκκλησίας; καὶ γὰρ ἡ κεφαλὴ πάντα τὰ μέλη συνάπτειν πέφυκε, καὶ πρὸς ἑαυτὰ μετὰ ἀκριβείας ἐπιστρέφειν τε καὶ συνδεῖν. εἰ μηδὲν κοινὸν ἔχεις πρὸς τὸ μέλος σου, οὐδὲ πρὸς τὸν ἀδελφόν σου ἔχεις τι κοινὸν, οὐδὲ κεφαλὴν ἔχεις τὸν Χριστόν. ὡς παιδία μικρὰ φοβοῦσιν ὑμᾶς Ἰουδαῖοι, καὶ οὐκ αἰσθάνεσθε. καθάπερ γὰρ τοῖς παιδίοις ἐκείνοις προσωπεῖα

A crariis adhærent. Atque hæc non conjecturis adductus dico, sed ipsa edoctus experientia. Nam ante hoc triduum mihi credite, non mentior, matronam quamdam honestam, ingenuam, modestam, & fidelem vidi, quam homo quidam impurus, stolidus, opinione Christianus, talia enim audentem, sincerum Christianum non dixerim, Hebræorum ædem intrare, ibique jusjurandum de negotiis sibi controversis dare cogebat. Ut vero illa opem implorabat, & vim sceleratam amoliri cupiebat; sibi enim, quæ divinorum mysteriorum particeps facta esset, illum locum adire, nefas esse: incensus ego zelo, atque ardens, surrexi, nec illam porro ad prævaricationem trahi sum passus, eripuique ab iniqua ista abductione. Postea eum, qui traxerat illam, Christianus ne esset, rogavi. Cui confitenti graviter institi, fatuitatem exprobrans, extremamque dementiam, & asinis illum quidquam præstare negavi, si Christum se adorare profitens, ad Judæorum, qui ipsum crucifixissent, speluncas quemquam traheret. Productoque longius sermone primum, prorsus non licere jurare, neque ad jusjurandum quemquam incitare, ex sacro Evangelio docui. Deinde, non fidelem & initiatam, quin neque eum, qui nondum sit initiatus, in istam necessitatem trahendum fuisse. Postquam diu multumque loquutus animum ejus ab errore opinionis liberavi, causam sciscitatus sum, cur Ecclesia relicta ad Judæorum collegia illam traxerit. At ille, multos sibi dixisse inquiebat, jusjurandum, quod ibi daretur, magis formidandum esse. Ob quæ ingemiscebam, iraque incendebar, deinceps rursus ridebam. Cernens enim diaboli astutiam, ingemui, quod hominibus id persuadere posset: considerata vero eorum qui deciperentur socordia, excandui: & eorumdem quanta esset amentia mecum reputans, risi. Hæc vobis dixi & narravi: quia D animo erga eos, qui talia & perpetrant & experiuntur, estis plane inhumano, nec quidquam iis movemini: sique fratrem quempiam vestrum in hujusmodi peccatum incidere videatis; alienam, non propriam calamitatem esse ducitis. Vosque accusanti purgatos existimatis; dicendo: Quid mihi curæ est? quæ ratio mihi cum illo communis? Quæ verba capitale odium in homines & satanicam crudelitatem sonant. Quid ais, homo cum sis, ejusdemque naturæ particeps; quinimo, si naturæ communio dicenda est, cui E unum caput est Christus; dicere audes, nihil tibi cum membris tuis esse commune? quomodo igitur Christum Ecclesiæ caput confiteris? Nam caput natura omnia membra copulat, & ad se diligenter convertit, colligatque. Si nihil tibi commune est cum membro tuo: neque cum fratre quid commune est tibi, neque caput habes Christum. Judæi vos tamquam parvulos pueros terrent, & non animadvertitis. Nam quemadmodum parvulis illis multi scelerati servi larvas

Historia viri Christiani mulierem in ædem Judæorum ad jurandum intrare cogentis.

Matt. 5. 34.

Col. 1. 18.

Eph. 5. 23.

[a] Savil. & quinque MSS. καὶ τὴν ἄνομον βίαν κωλῦσαι. Morel. & alii, καὶ τὴν ἀνομίαν κωλῦσαι.
[b] Alii, ἐκείνην· ἀλλ' ἐξήρπασα. Ibid. alii, ἐπὶ δὲ τὸν ἕλκ-
[c] Sic unus Cod. In aliis omnibus tum Editis tum MSS. οὐ μόνον deest. Sed illo expuncto, oratio prorsus manca videtur.
[d] Alii cum Morel. ἐπὶ τὰ τούτων εἷλκε.
[e] Alii, φθεγγόμενος, alii, φθεγγόμενοι.

ostendunt terribiles, & ridiculas, quæ natura non sunt terrori, sed simplicibus animis tales videntur, magnumque risum movent: sic Judæi rudiores Christianos larvis suis territant. Quomodo enim terricula sint apud ipsos ea, quæ magno dedecore, & risu plena, quæque hominum impingentium, cum ignominia rejectorum, & damnatorum sunt?

4. Nostra haud sunt talia: sed revera terribilia, & horroris plena. Ubi enim Deus est qui vitæ ac necis potestatem habet, is locus est terribilis: ubi sermones habentur infiniti de pœnis æternis, de fluminibus igneis, de venenato verme, de vinculis rumpi nesciis, de tenebris exterioribus. Illi vero nihil horum ne somniando quidem sciunt, ventri dediti, præsentibus inhiantes, porcis hircisque nihilo meliores, præ lascivia nimiaque crapula. Hocque unum norunt, ventri servire, ebrii esse; pro saltatoribus contundi, pro aurigis vulnerari. Hæccine sunt gravia & terribilia? Quis hoc dixerit? Unde ergo nobis visa sunt terribilia, nisi & servos ignominiâ notatos, quibus nulla est loquendi libertas, quique domo herili exciderunt, terrori esse dicas iis, qui sunt honorati & libertate utuntur? Verum hæc non ita se habent, non ita sane se habent. Si quidem nec cauponæ regiis aulis digniores sunt; quin diversorio quovis locus Synagogæ inhonestior est. Non enim latronum, neque cauponum simpliciter, sed dæmonum est habitatio. Imo non Synagogæ solum, sed ipsæ etiam Judæorum animæ: quod orationis epilogo conabor demonstrare. Quare vos hortor, ut hujus potissimum disceptationis memineritis. Non enim ad ostentationem, neque propter applausum nunc dicimus: sed ut medeamur animis vestris. Nam quis est vobis sermo excusationis reliquus, si in tanta medicorum copia aliqui ægrotent? Duodecim erant Apostoli, & universum mundum allexerunt: major pars urbis est Christiana, & adhuc quidam morbo Judaïsmi laborant. Et qua nos sani defensione utemur? Digni sane etiam ægroti illi sunt crimine: sed neque nos vacamus culpa, ipsis in morbo neglectis. Vix enim ac ne vix quidem si multa nostra cura fruerentur, infirmi esse pergerent. Quare anticipans hæc nunc dico: ut quilibet vestrum attrahat fratrem; etiam si necessitas imponenda sit, etiam si vis facienda, etiam si contumeliis & contentione fuerit opus: omnem moveto lapidem, ipsum ut diaboli laqueo eximas, liberesque a commercio eorum, qui Christum neci dederunt. Si videres in foro duci quempiam ad supplicium, calculo justo damnatum; tibique liberum esset de carnificis manibus ipsum rapere, annon quidvis faceres, ut abduceretur? Nunc cum cernas fratrem tuum non a lictore, sed a diabolo ad perditionis barathrum contra jus & fas trahi: vel symbolam gravaris dare,

Matth. 10. 28.

Matth. 22. 13.

Major pars urbis Antiochiæ Christiana erat.

A δεικνύντες φοβερὰ καὶ καταγέλαστα, τῶν μιαρῶν οἰκετῶν πολλοί, οὐ γάρ ἐστι φύσει φοβερά· ἀλλὰ [a] διὰ τὸ εὐτελὲς τῆς διανοίας τοιαῦτα φαίνεται, πολὺν κινοῦσι γέλωτα· οὕτω δὴ καὶ τοὺς ἀτελεστέρους τῶν Χριστιανῶν μορμολύττονται Ἰουδαῖοι. πῶς γὰρ τὰ παρ' αὐτοῖς φοβερὰ, τὰ πολλῆς αἰσχύνης καὶ γέλωτος γέμοντα, τὰ τῶν προσκεκρουκότων, τὰ τῶν ἠτιμωμένων, τὰ τῶν καταδίκων;

Ἀλλ' οὐ τὰ ἡμέτερα τοιαῦτα· ἀλλ' ὄντως φοβερὰ καὶ φρίκης ἀνάμεστα ἔνθα. γὰρ θεός ἐστι ζωῆς καὶ θανάτου ἐξουσίαν ἔχων, ἐκεῖ φοβερὸς ὁ τόπος· ἔνθα μυρίοι περὶ κολάσεων ἀθανάτων λόγοι, περὶ τῶν πυρίνων ποταμῶν, περὶ τοῦ σκώ- B ληκος τοῦ ἰοβόλου, περὶ τῶν δεσμῶν τῶν ἀρρήκτων, περὶ τοῦ σκότους τοῦ ἐξωτέρου. ἐκεῖνοι δὲ τούτων μὲν οὐδὲν οὐδ' ὄναρ ἴσασι, τῇ γαστρὶ ζῶντες, πρὸς τὰ παρόντα κεχηνότες, ὑῶν καὶ τράγων οὐδὲν ἄμεινον διακείμενοι, κατὰ τὸν τῆς ἀσελγείας λόγον, καὶ τὸν τῆς ἀδηφαγίας ὑπερβολήν. ἓν δὲ ἐπίστανται μόνον, γαστρίζεσθαι καὶ μεθύειν, ὑπὲρ ὀρχηστῶν κατακόπτεσθαι, ὑπὲρ ἡνιόχων τραυματίζεσθαι. ταῦτα οὖν, εἰπέ μοι, σεμνὰ καὶ φοβερά; καὶ τίς ἂν τοῦτο εἴποι; πόθεν οὖν [b] ἡμῖν ἔδοξαν εἶναι φοβερά, πλὴν εἰ μὴ καὶ τοὺς ἠτιμωμένους τῶν οἰκετῶν, καὶ τοὺς ἀπαρρησιάστους, καὶ τῆς δεσποτικῆς οἰκίας ἐκπεσόντας, φοβερούς τις εἶναι λέγοι, τοῖς εὐδοκιμοῦσι καὶ παρρησίαν ἔχουσιν; ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν. ἐπεὶ μηδὲ παν- C δοχεῖα τῶν βασιλικῶν αὐλῶν σεμνότερα· μᾶλλον δὲ καὶ πανδοχείου παντὸς ἀτιμότερον τὸ τῆς συναγωγῆς [c] χωρίον ἐστίν. οὐ γὰρ λῃστῶν οὐδὲ καπήλων ἁπλῶς, ἀλλὰ δαιμόνων ἐστὶ καταγώγιον· μᾶλλον δὲ οὐχ αἱ συναγωγαὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐταὶ αἱ ψυχαὶ τῶν Ἰουδαίων, καὶ τοῦτο πρὸς τῷ τέλει τοῦ λόγου δεῖξαι πειράσομαι. παρακαλῶ τοίνυν ὑμᾶς μνημονεύειν ταύτης μάλιστα τῆς διαλέξεως. οὐ γὰρ πρὸς ἐπίδειξιν, [d] οὐδὲ κρότους λέγομεν νῦν· ἀλλὰ πρὸς θεραπείαν τῶν ὑμετέρων ψυχῶν. τίς γὰρ ἔτι λείπεται λόγος ὑμῖν, ὅταν τοσούτων ἰατρῶν ὄντων, ὦσί τινες νοσοῦντες; δώδεκα ἦσαν οἱ ἀπόστολοι, καὶ τὴν οἰκουμένην ἐπεσπάσαντο· τὸ D πλέον τῆς πόλεως [e] Χριστιανόν· καὶ ἔτι μὴν νοσοῦσί τινες Ἰουδαϊσμόν. καὶ ποίαν ἀπολογίαν ἔχοιμεν ἂν ἡμεῖς οἱ ὑγιαίνοντες; ἄξιοι μὲν γὰρ ἐγκλημάτων κἀκεῖνοι οἱ νοσοῦντες· οὐ μὴν οὐδὲ ἡμεῖς ἀπηλλάγμεθα κατηγορίας, περιορῶντες αὐτοὺς ἐπὶ τῆς ἀρρωστίας. ἀμήχανον γὰρ ἦν, σπουδῆς πολλῆς παρ' ἡμῶν ἀπολαύοντας, μένειν ἐπὶ τῆς ἀσθενείας ἐκείνους. διὰ τοῦτο προλαβὼν λέγω νῦν ταῦτα, ἵνα ἕκαστος ὑμῶν ἐπισπάσηται τὸν ἀδελφὸν, κἂν ἀνάγκην ἐπιθεῖναι δέοι, κἂν βίαν ποιῆσαι, κἂν ὑβρίσαι, κἂν φιλονεικῆσαι· πάντα ποίησον, ὥστε ἐξελέσθαι αὐτὸν τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος, καὶ τῆς κοινωνίας ἀπαλλάξαι τῶν χριστοκτόνων. ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς εἴ τινα εἶδες ἀπαγόμενον, εἰπέ E μοι, δικαίᾳ ψήφῳ καταδικασθέντα, εἶτα κύριος ἦς [f] ἀφαρπάσαι τῶν τοῦ δημίου χειρῶν· οὐκ ἂν ἅπαντα ἔπραξας, ὥστε αὐτὸν ἀπαλλάξαι τῆς ἀπαγωγῆς; τὸν ἀδελφὸν νῦν ὁρᾷς τὸν σὸν, οὐχ ὑπὸ τοῦ δημίου, ἀλλὰ ὑπὸ τοῦ διαβόλου πρὸς τὸ βάραθρον τῆς ἀπωλείας ἑλκόμενον ἀδίκως καὶ ἀνοσίως· καὶ οὐδὲ [g] συμβολὴν προέσθαι ὑπομένεις, ὥστε αὐτὸν

[a] Savil. & quidam Mss. διὰ τὸ ἀτελές.
[b] Alii, ὑμῖν, & mox φοβεροὶ pro φοβερά.
[c] Alii, χωρίον ἐκείνης ἐστίν.
[d] Alius, οὐδὲ κρότου χάριν λέγομεν, ἃ λέγομεν. Mox quidam Mss. λόγος ὑμῖν ὅταν.
[e] Aliquot Mss. χριστιανῶν.
[f] Alii, ἐξαρπάσαι.
[g] Alii, συμβολὴν, & postea, ὑπομένεις.

ἐξελέσθαι

ἐξελέσθαι τῆς παρανομίας ἐκείνης. καὶ ποίας ἂν τύχοις συγγνώμης; ἀλλ' ἰσχυρότερός σου καὶ δυνατώτερός ἐστιν. ἐμοὶ αὐτὸν κατάστησον· αἱρήσομαι τὴν κεφαλὴν ἀποθέσθαι μᾶλλον, ἢ τῶν ἱερῶν αὐτὸν ἀφεῖναι ἐπιβαίνειν προθύρων, ἂν φιλονεικῇ καὶ τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένῃ. τί γάρ σοι κοινὸν μετὰ τῆς ἐλευθέρας, μετὰ τῆς ἄνω Ἱερουσαλήμ; εἵλου τὴν κάτω· δούλευε μετ' ἐκείνης· καὶ γὰρ καὶ αὐτὴ δουλεύει μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς, κατὰ τὸν τοῦ ἀποστόλου λόγον. νηστεύεις μετὰ Ἰουδαίων; οὐκοῦν ἀπόθου καὶ τὰ ὑποδήματα μετὰ Ἰουδαίων, καὶ γυμνοῖς βάδιζε τοῖς ποσὶν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, καὶ κοινώνει τῆς ἀσχημοσύνης αὐτοῖς καὶ τοῦ γέλωτος. ἀλλ' οὐκ ἂν ἕλοιο· αἰσχύνῃ γὰρ καὶ ἐρυθριᾷς. εἶτα σχήματος μὲν αὐτοῖς κοινωνῆσαι αἰσχύνῃ· ἀσεβείας δὲ κοινωνῶν, οὐκ αἰσχύνῃ; καὶ ποίας ἕξεις συγγνώμης, Χριστιανὸς ὢν ἐξ ἡμισείας; πιστεύσατε, τὴν κεφαλὴν πρότερον ἀποθήσομαι, ἢ περιόψομαί τινα τῶν τὰ τοιαῦτα νοσούντων, ἐὰν ἴδω· ἐὰν δὲ ἀγνοήσω, συγγνώμην ὁ θεὸς δώσει πάντως. ταῦτα καὶ ὑμῶν αὐτῶν ἕκαστος λογιζέσθω, μηδὲ πάρεργον ἡγείσθω τὸ πρᾶγμα εἶναι. οὐχ ὁρᾶτε ἐπὶ τῶν μυστηρίων, τί βοᾷ συνεχῶς ὁ διάκονος; ἐπιγινώσκετε ἀλλήλους· πῶς ὑμῖν ἐγχειρίζει τὴν ἀκριβῆ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ἐξέτασιν; τοῦτο καὶ ἐπ' ἐκείνων ποίησον· ὅταν ἐπιγνῷς τινα ἰουδαΐζοντα, κάτασχε· δῆλον ποίησον, ὥστε μὴ κοινωνῆσαι καὶ αὐτὸς [a] τῷ κινδύνῳ. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἔξω στρατοπέδων, ἂν ἁλῷ τις βαρβαρίζων καὶ τὰ Περσικὰ φρονῶν ἐν μέσοις τοῖς στρατιώταις· οὐκ αὐτὸς κινδυνεύει μόνος, ἀλλὰ καὶ ἕκαστος τῶν συνειδότων μὲν, οὐ ποιησάντων δὲ αὐτὸν τῷ στρατηγῷ φανερόν. ἐπεὶ οὖν καὶ ὑμεῖς στρατόπεδόν ἐστε τοῦ Χριστοῦ· μετὰ ἀκριβείας διερευνᾶτε καὶ περιεργάζεσθε, εἴ τις τῶν ἀλλοφύλων ὑμῖν ἀναμέμικται, καὶ ποιεῖτε δῆλον. οὐχ ἵνα ἀποκτείνωμεν, καθάπερ ἐκεῖνοι, οὐδ' ἵνα κολάσωμεν καὶ τιμωρησώμεθα· ἀλλ' ἵνα αὐτὸν ἀπαλλάξωμεν τῆς πλάνης καὶ τῆς ἀσεβείας, καὶ ἡμέτερον ἐξ ὁλοκλήρου ποιήσωμεν. εἰ δὲ μὴ [b] βούλησθε τοῦτο, ἀλλ' εἰδότες κρύπτητε· εὖ ἴστε, ὅτι τὴν αὐτὴν ὑποστήσεσθε τιμωρίαν ἐκείνῳ. καὶ γὰρ ὁ Παῦλος οὐχὶ τοὺς ποιοῦντας μόνον τὰ πονηρὰ, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνευδοκοῦντας αὐτοῖς, ὑποβάλλει κολάσει καὶ τιμωρίᾳ. καὶ ὁ προφήτης δὲ, οὐχὶ τοὺς κλέπτοντας μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς συντρέχοντας αὐτοῖς, ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἄγει δίκην. καὶ εἰκότως· ὁ γὰρ συνειδὼς τῷ τὰ πονηρὰ πράττοντί τινι, καὶ περιστέλλων αὐτὸν καὶ ἀποκρύπτων· πλείονα αὐτῷ παρέχει ῥᾳθυμίας ὑπόθεσιν, καὶ μετὰ μείζονος ἀδείας παρασκευάζει τὴν πονηρίαν ἐργάζεσθαι.

Ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ τοὺς νοσοῦντας ἐπανελθεῖν δεῖ πάλιν. ἐννοήσατε τοίνυν τίσι κοινωνοῦσιν οἱ νηστεύοντες νῦν· τοῖς βοῶσι, σταύρωσον, σταύρωσον· τοῖς λέγουσι, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. εἴ τινες ἁλόντες ἐπὶ τυραννίδι κατεδικάσθησαν· ἆρα ἂν ἐτόλμησας προσελθεῖν καὶ κοινωνῆσαι λόγων αὐτοῖς; οὐκ ἔγωγε οἶμαι. πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον, τοὺς μὲν εἰς ἄνθρωπον γενομένους πονηροὺς μετὰ τοσαύτης φεύγειν σπουδῆς· τοὺς δὲ εἰς αὐτὸν ὑβρίσαντας τὸν θεὸν, ποιεῖσθαι κοινωνούς· καὶ τοὺς προσκυνοῦντας τὸν ἐσταυρωμένον, τοῖς ἐσταυρωκόσι συνεορτάζειν; τοῦτο γὰρ οὐ μόνον ἀνοίας, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐσχάτης μανίας ἐστίν.

A qua ipsum iniquitatis vinculo eximas. Et quomodo venia sis dignus? Sed valentior te est, & potentior. Mihi ipsum ostendito: periculum capitis subibo potius; quam ut patiar sacrorum illum ingredi vestibula, si pertinaciter in proposito manserit. Quid enim tibi cum libera, cum cælesti Jerusalem commune? Delegisti terrestrem; cum ea servito: nam & ipsa cum filiis suis servit, secundum Apostoli verba. *Galat. 4. 26.* Jejunas cum Judæis? depone soleas quoque cum istis; & nudis in foro pedibus ambula particeps indecori gestus & risus eorum. Hoc haud facere gesties: pudet enim, & rubore suffunderis. Jam ge- B stibus eorum uti pudet: impietatis vero eorumdem socius esse non erubescis. Quid autem veniæ impetrabis, cum sis semichristianus? In capitis discrimen prius adducar, credite, quam ullum istiusmodi morbo oppressum negligam, si videro. Sin me latebit: Deus omnino ignoscet. Hæc secum quisque etiam vestrum reputet: nec rem ita levem, quasique obiter curandam existimet. Non attenditis quid in sacra Synaxi Diaconus subinde clamet? *Alii alios noscite:* quomodo in fratres studiose inquirendi facultatem vobis præbeat? Idem in illis observa. Si quem cognoris judaïzantem: prehende; notum fac: ne idem ipse quoque periculum subeas. C Nam & in castris exterorum, si quis miles deprehendatur barbarorum Persarumque fautor: non ipse solum capite periclitatur, sed quilibet ejus rei conscius, nec duci exercitus illum prodens. Cum igitur & vos sitis Christi exercitus, curiose ac diligenter inquirite, num quis alienigena vobis sit admixtus, ejusque nomen deferte; non ut occidamus, velut illi; neque ut pœna suppliciove afficiamus: sed ut errore atque impietate ipsum liberemus, penitusque nostrum reddamus. Quod si nolitis, scientesque ce- D letis: easdem vos, quas illi, pœnas daturos esse, probe nostis. Paulus etenim non eos solum, qui mala perpetrant: verum & approbatores, pœnæ & supplicio subjicit. *Rom. 1. 32.* Atque etiam propheta non fures tantum, sed & cum illis currentes eidem pœnæ addicit, idque merito. *Psal. 49. 18.* Nam qui culpam alterius conscius occulit & tegit: majorem illi dat socordiæ ansam, atque securiorem in committendis delictis reddit.

5. Verum ad ægrotos rursus redeundum. E Cogitate igitur, quibuscum ii commercium habeant, qui nunc jejunant: cum iis qui clamarunt, *Crucifige, crucifige:* qui dixerunt, *sanguis ejus super nos, & super filios nostros.* *Matth. 27. 25.* Si qui tyrannidis affectatæ rei damnati essent, numquid accedere & sermonem cum illis conferre auderes? Non equidem puto. Annon igitur absurdum, eos qui in hominem peccarint, tam studiose fugere; cum iis vero, qui contumeliosi in ipsum Deum fuerunt, societatem inire: & crucifixum adorantes, cum iis qui cruci illum affixere feriari? Quod non dementiæ solum, sed extremæ etiam est insaniæ. Quoniam

[a] Sic Savil. & plurimi Mss. Morel. vero & alii, τοῦ κινδύνου.

[b] Alii, βούλεσθε, & postea κρύπτετε.

vero nonnullis Synagoga quoque venerabilis locus videtur: necessario pauca etiam contra illos dicenda. Cur enim locum illum veneramini, qui contemnendus, abominandus, & unde resiliendum esset? Lex, inquis, reposita ibi est, & libri prophetici. Quid tum? librine istiusmodi, ubi sunt, loco sanctitatem conferunt? Nequaquam. Ego vero ob hoc ipsum magis odi Synagogam, aversorque, quod Prophetas habent, nec iis credunt: literas sacras legunt, nec testimonia acceptant: quod hominum est supra modum injuriosorum. Nam, dic mihi, si venerabilem quemdam, insignem, atque illustrem virum in cauponam duci, aut in speluncam latronum, postea contumeliis, verberibus, atque injuriis affici extremis cerneres; admirandane tibi caupona aut spelunca videretur, eo quod præclarus ille magnusque intus steterit, & contumeliose tractatus fuerit? non arbitror equidem; sed hac ipsa de causa illam potissimum odisses aversatusque esses. Idem judicium de Synagoga esto. Nam Prophetas & Moysen secum illuc importarunt, non ut honorarent, sed ut injuriose cumque ignominia tractarent. Cum enim eos Christum novisse, & de ejus adventu quidquam dixisse negent: qua majore injuria queant sanctos illos afficere, quam accusando, suum ipsos dominum ignorasse, & impietatis socios asserendo? Quare ideo magis & ipsos & Synagogam oderimus, quod in sanctos illos adeo debacchentur. At quid de libris ac locis dico? tempore persequutionum carnifices corpora martyrum tenent, lacerant, flagellis cædunt: num igitur manus eorum sanctæ, quod martyrum corpora tenuerint? nihil minus. Jam, manus quæ sanctorum corpora tenuerunt, impiæ manent, ideo utique quod impie tenuerunt; & ii, qui scripta sanctorum tractant cum injuria, non minus quam carnifices martyrum corpora, venerandi propterea erunt? annon extremæ hoc fuerit insaniæ? Si enim tantum abest, ii sancti ut fiant, qui corpora impie tenuerunt, ut magis etiam polluantur: multo minus scripta sine fide lecta lectoribus umquam prodesse poterunt. Hoc ipsum igitur majoris illos impietatis convincit, libros eo consilio possidere. Neque enim tantum mererentur crimen, si Prophetarum scriptis caruissent; non tam impuri & prophani essent, nisi libros legissent. Nunc nulla ipsis reliqua est venia, præcones veritatis cum habeant, & tam illis, quam veritati hostili animo resistant. Quocirca eo magis prophani atque impuri sunt, quod Prophetas habent, eosque hostiliter tractant. Quare ut fugiatis hortor, & ab eorum conventiculis resiliatis. Non parvum hinc fratribus infirmioribus damnum, nec modica illis hinc superbiæ ansa. Nam si viderint vos, qui adoratis Christum ab ipsis crucifixum, ceremo-

A dico Christum: ipse enim est qui Pauli animam movet: quid igitur iste dicit? *Dies observatis & menses, & tempora, & annos. Timeo vos, ne forte sine causa laboraverim in vobis:* & rursus, *Quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis.* Quotiescumque vero cum dixerit, permisit hoc ejus arbitrio, qui accedit, eumque omni dierum observatione liberavit. Non enim idem sunt Pascha & Quadragesima: sed aliud Pascha, aliud Quadragesima: siquidem Quadragesima semel in anno fit, Pascha vero ter in hebdo- B mada, nonnumquam etiam quater, vel potius quotiescumque volumus. Est enim Pascha non jejunium, sed oblatio, & sacrificium, quod in singulis fit collectis. Hoc autem ita esse, collige ex his Pauli verbis, *Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus,* & *Quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis.* Itaque quotiescumque cum conscientia munda accedis, Pascha celebras, non quando jejunas, sed quando sacrificii illius fis particeps. *Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis.* Pascha vero est mortem C annunciare. Nam quæ hodie fit oblatio, quæque hesterno die celebrata est, & quæ singulis diebus, similis est & eadem cum ea, quæ die illa sabbati facta est, & nihilo fuit illa venerabilior ista, neque vilior hæc quam illa, sed una eademque pariter tremenda & salutaris. Quam igitur ob causam jejunamus, inquit, per hos dies quadraginta? Multi quondam temere ac sine judicio, præcipue vero hoc tempore quo Christus ea tradidit, ad sacra mysteria accedebant. Cum igitur intelligerent Patres, quantum ex temerario accessu detrimenti caperetur, convenientes quadraginta dies jejunii, precum, D auditionis verbi Dei, & conventuum designarunt, ut in his diebus omnes per preces, per eleemosynam, per jejunium, per vigilias, per lacrymas, per confessionem ac per cætera omnia diligenter expurgati, ita pro captu nostro cum conscientia pura accedamus. Porro illos hac sua condescensione magnum quid & egregium præstitisse, dum effecerunt, ut in jejunii consuetudinem veniremus, inde constat. Nam nos quidem si toto anno clamare ac jejunium prædicare non cessemus, nemo verbis nostris animum attendit: quod si tantum Quadragesimæ tempus advenerit, licet cohortetur nemo, licet E consilium det nemo, etiam is, qui negligentissimus fuerit, excitatur, & oblatum ab ipso tempore consilium & cohortationem admittit. Si igitur interroget te Judæus & Gentilis qua de causa jejunes, ne dicas propter Pascha, neque propter crucem: sic enim ansam illi nos arguendi præberes. Neque enim ob Pascha jejunamus, neque ob crucem, sed ob peccata nostra, quoniam ad mysteria sumus accessuri: nam alioqui Pascha non jejunii, neque luctus, sed gaudii & exsultationis est occasio. Crux enim peccatum sustulit, expiatio fuit orbis terrarum, inveterati odii

Gal. 4. 10.

1. Cor. 11. 26.

1. Cor. 5. 7.

1. Cor. 11. 26.

Cur per 40. dies jejunetur.

[a] Pascha hoc loco intelligitur sacrificium, & liturgia, quæ Alexandriæ ter in hebdomada celebrabatur, & aliquando quater. Qua de re ad calcem Operum Chrysostomi fuse disputabitur, ubi de liturgia sermo erit.

reconciliatio, januas cæli aperuit, eos qui odiosi erant, amicos reddidit, in cælum reduxit, naturam nostram in throni dextera collocavit, alia nobis innumera bona largita est. Non igitur lugere ac mœrore contrahi oportet, sed horum omnium causa gaudere ac lætari. Propterea quoque dixit Paulus: *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi*: & rursus, *Commendat autem caritatem suam Deus erga nos: quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est*: & Joannes ita plane loquitur: *Sic enim Deus dilexit mundum*. Quomodo, quæso? & aliis omnibus prætermissis crucem posuit. Cum enim dixisset, *Sic Deus dilexit mundum*, adjecit, *ut filium suum unigenitum daret*, ut crucifigeretur, *ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Si ergo caritatis occasio crux est, & gloriatio, ne dicamus nos ejus causa lugere. Non enim ob illam lugemus, absit, sed ob nostra peccata. Idcirco jejunamus.

Gal. 6. 14. Rom. 5. 8. Joan. 3. 16.

Catechumeni non celebrant Pascha.

5. Sane Catechumenus numquam Pascha celebrat, quamvis jejunet singulis annis, quoniam oblationi non communicat, quemadmodum & qui non jejunat, si cum pura accedat conscientia, Pascha celebrat, sive hodie, sive cras, sive alio quovis tempore communionis fiat particeps. Non enim ex temporum observatione, sed ex pura conscientia optimus judicatur accessus. At nos contrarium agimus, mentem quidem non expurgamus, sed si die illo accedamus, celebrare nos Pascha censemus, quantumvis peccatis redundemus. Sed non ita se res habet, non ita plane, verum licet vel in ipso sabbato cum prava accesseris conscientia, excidisti a communione, & non celebrato Pascha recessisti: quemadmodum contra, licet hodie communices absterfis peccatis, diligenter Pascha celebrasti. Hanc igitur diligentiam oporteret ac vehementiam non in temporum observatione, sed in accessu servare: & quemadmodum quidvis perpeti malletis, quam consuetudinem immutare: ita negligere quidem hoc oporteret, quidvis autem perpeti ac perficere, ut ne cum peccatis accederetis. Ut enim intelligas Deum nullam temporum & observationis istius habere rationem, audi eum judicium exercentem: *Esurientem me vidistis*, inquit, *& aluistis me: sitientem, & dedistis mihi potum: nudum, & operuistis me*: & his qui a sinistris sunt contraria exprobrat. Et rursus alium introducens ob recordationem injuriarum castigat: *Serve enim*, inquit, *nequam, omne debitum illud dimisi tibi, nonne oportuit & te misereri conservi tui, sicut & ego tui misertus sum?* Rursus virgines, quoniam oleum in lampadibus non habebant, a thalamo sponsi exclusit: alium, quod nuptialem vestem non habens esset ingressus, sed sordidis esset vestimentis indutus, fornicatione & impuritate coopertus: quod autem hoc vel illo mense Pascha fecerit, nemo umquam punitus est, aut reprehensus. Sed quid ego de nobis loquor ab omni ejusmodi qua-

Matth. 25. 35. Matth. 18. 32. Matt. 25. 7.

A τ, καταλλαγὴ χρονίας ἔχθρας, ἀνέῳξε τοῦ οὐρανοῦ τὰς πύλας, τοὺς μισουμένους φίλους ἐποίησεν, εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπανήγαγεν, ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου ἐκάθισε τὴν ἡμετέραν φύσιν, μυρία ἕτερα παρέσχεν ἡμῖν ἀγαθά. οὐ τοίνυν πενθεῖν, οὐδὲ κατεστάλθαι χρὴ, ἀγάλλεσθαι δὲ καὶ χαίρειν ὑπὲρ τούτων ἁπάντων. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλός φησιν, ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ πάλιν, συνίστησι δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ὁ θεὸς, ὅτι ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε. καὶ ὁ Ἰωάννης οὕτω πως φησίν· οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον. πῶς, εἰπέ; καὶ πάντα παραδραμὼν τἄλλα, τὸν σταυρὸν τέθεικεν. B εἰπὼν γὰρ, οὕτως ἠγάπησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον, ἐπήγαγεν, ὅτι τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν ἔδωκεν, ἵνα σταυρωθῇ, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. εἰ τοίνυν ἀγάπης ὑπόθεσις καὶ καύχημα ὁ σταυρὸς, μὴ λέγωμεν ὅτι δι' αὐτὸν πενθοῦμεν. οὐ γὰρ πενθοῦμεν δι' ἐκεῖνον, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ διὰ τὰ οἰκεῖα ἁμαρτήματα. διὰ τοῦτο νηστεύομεν.

Ὁ γοῦν κατηχούμενος οὐδέποτε πάσχα ἐπιτελεῖ, καίτοι νηστεύων κατ' ἐνιαυτὸν, ἐπειδὴ προσφορᾶς οὐ κοινωνεῖ· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ μὴ νηστεύων, ἂν μετὰ καθαροῦ προσέλθῃ συνειδότος, πάσχα ἐπιτελεῖ, κἂν σήμερον, κἂν αὔριον, κἂν ὁποτεοῦν μετάσχῃ τῆς κοινωνίας. C οὐ γὰρ ἐν παρατηρήσει καιρῶν, ἀλλ' ἐν συνειδότι καθαρῷ ἡ ἀρίστη κρίνεται πρόσοδος. ἡμεῖς δὲ τοὐναντίον ποιοῦμεν. τὴν μὲν διάνοιαν οὐ καθαίρομεν· εἰ δὲ τῇ ἡμέρᾳ προσέλθοιμεν ἐκείνῃ, νομίζομεν πάσχα ἐπιτελεῖν, κἂν μυρίων γέμωμεν ἁμαρτημάτων. ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν. ἀλλὰ κἂν ἐν αὐτῷ τῷ σαββάτῳ προσέλθῃς μετὰ πονηροῦ συνειδότος, ἐξέπεσες τῆς κοινωνίας, ἀπῆλθες, οὐκ ἐπιτελέσας τὸ πάσχα· ὥσπερ οὖν κἂν σήμερον κοινωνῇς, τὰ ἁμαρτήματα ἀπονιψάμενος, τὸ πάσχα ἐπετέλεσας ἀκριβῶς. ἐχρῆν τοίνυν τὴν ἀκρίβειαν ταύτην ὑμᾶς καὶ τὴν ἀγωνίαν, D μὴ ἐν τῇ τῶν καιρῶν παρατηρήσει, ἀλλ' ἐν τῇ προσόδῳ φυλάττειν. καὶ καθάπερ αἱρεῖσθε νῦν πάντα ὑπομεῖναι, ἢ μεταθεῖναι τὴν συνήθειαν, οὕτως ἔδει τούτου μὲν καταφρονεῖν, πάντα δὲ αἱρεῖσθαι πάσχειν καὶ ποιεῖν, ὥστε μὴ μεθ' ἁμαρτημάτων προσιέναι. ὅτι γὰρ οὐδεὶς λόγος καιρῶν τῷ θεῷ, καὶ παρατηρήσεως τοιαύτης, ἄκουσον αὐτοῦ δικάζοντος· πεινῶντά με ἴδετε, φησὶ, καὶ ἐθρέψατε, διψῶντα, καὶ ἐποτίσατε· γυμνὸν, καὶ περιεβάλετε· καὶ τοῖς ἐξ εὐωνύμων τὰ ἐναντία τούτοις ἐγκαλεῖ. καὶ πάλιν ἄλλον ἐπεισαγαγὼν ἐπὶ E μνησικακίᾳ κολάζει· πονηρὲ γάρ, φησι, δοῦλε, πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἐκείνην ἀφῆκά σοι· οὐκ ἔδει καὶ σὲ ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου, ὡς καὶ ἐγὼ σε ἠλέησα; πάλιν, τὰς παρθένους, ἐπειδὴ ἔλαιον οὐκ εἶχον ἐν ταῖς λαμπάσι, τοῦ νυμφῶνος ἀπέκλεισεν· ἕτερον, ἐπειδὴ ἔνδυμα γάμου οὐκ ἔχων εἰσῆλθεν, ἀλλὰ ῥυπαρὰ ἠμφίεστο ἱμάτια, πορνείας καὶ ἀκαθαρσίας περιβεβλημένος. ὅτι δὲ τῷ δεῖνι μηνὶ, καὶ τῷ δεῖνι ἐποίησε τὸ πάσχα, οὐδεὶς ἐκολάσθη ποτὲ, οὐδὲ ἐνεκλήθη. καὶ τί λέγω περὶ ἡμῶν τῶν ἀπηλλαγμένων πάσης

τοιαύτης ἀνάγκης, καὶ ἄνω πολιτευομένων ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἔνθα μῆνες, καὶ ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ ἐνιαυτῶν περίοδος οὐκ ἔστιν; οὐδὲ γὰρ ἐπ' αὐτῶν τῶν Ἰουδαίων, ἂν ἀκριβῶς ἐπιστῆσαι ἐθελήσῃ τις, οὐ πολὺν ὄψεται τοῦ χρόνου γινόμενον λόγον, ἀλλὰ τὸν τῶν Ἱεροσολύμων αὐτοῦ τόπον προτιμώμενον. ἐπειδὴ γὰρ προσελθόντες ἄνθρωποι τῷ Μωϋσῇ ἔλεγον, ἀκάθαρτοί ἐσμεν ἐπὶ ψυχῇ· πῶς ἵνα μὴ ὑστερήσωμεν ἀπὸ τῶν δώρων τοῦ κυρίου; στῆτε αὐτοῦ, φησι, καὶ ἀνοίσωμεν ἐπὶ τὸν θεόν· εἶτα ἐπειδὴ ἀνήνεγκε, κατήνεγκε νόμον λέγοντα, ὅτι ἄν τις ἀκάθαρτος ἐπὶ ψυχῇ ᾖ, ἢ ἐν ὁδῷ μακρᾷ, καὶ μὴ δύνηται ποιῆσαι ἐν τῷ πρώτῳ μηνὶ τὸ πάσχα, ποιήσει ἐν τῷ δευτέρῳ. εἶτα ἐπὶ μὲν τῶν Ἰουδαίων ἡ τοῦ χρόνου λύεται παρατήρησις, ἵνα εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα τὸ πάσχα γένηται· σὺ δὲ οὐ προτιμᾷς τοῦ χρόνου τῆς ἐκκλησίας τὴν συμφωνίαν, ἀλλ' ἵνα δόξῃς ἡμέρας παρατηρεῖν, εἰς τὴν κοινὴν ἁπάντων ἡμῶν ἐμπαροινεῖς μητέρα, καὶ τὴν ἁγίαν διατέμνεις σύνοδον; καὶ πῶς ἂν ἄξιος εἴης συγγνώμης, ὑπὲρ τοῦ μηδενὸς τοσαῦτα ἁμαρτάνειν αἱρούμενος; καὶ τί χρὴ λέγειν περὶ Ἰουδαίων; ὅτι γὰρ οὐδὲ σφόδρα βουλομένοις ἡμῖν καὶ σπουδάζουσι δυνατὸν πάντως τηρῆσαι τὴν ἡμέραν ἐκείνην, καθ' ἣν ἐσταυρώθη, δῆλον ἐκεῖθεν. εἰ γὰρ καὶ μὴ παρέβαινον Ἰουδαῖοι, μηδὲ ἀγνώμονες ἦσαν, μηδὲ ἀναίσθητοι, μηδὲ ῥᾴθυμοι καὶ [a] καταφρονηταὶ, μηδὲ ἐκπεπτώκεσαν τῆς πατρῴας πολιτείας, ἀλλ' ἀκριβῶς αὐτὴν ἐτήρουν νῦν, οὐδὲ οὕτω δυνατὸν ἦν ἡμῖν ἀκολουθοῦσιν αὐτοῖς ἐπιλαβέσθαι τῆς ἡμέρας αὐτῆς, καθ' ἣν ἐσταυρώθη, καὶ τὸ πάσχα ἐπετέλεσε. καὶ πῶς, ἐγὼ λέγω. ἡνίκα ἐσταυροῦτο, τότε ἡ πρώτη τῶν ἀζύμων ἦν, καὶ παρασκευή. ἀμφότερα δὲ ταῦτα οὐ δυνατὸν ἀεὶ συμπεσεῖν. ἰδοὺ γοῦν κατὰ τὸν παρόντα ἐνιαυτὸν, ἡ πρώτη τῶν ἀζύμων εἰς κυριακὴν ἡμέραν ἐμπίπτει, καὶ ἀνάγκη πᾶσαν νηστεῦσαι τὴν ἑβδομάδα, καὶ τοῦ πάθους παρελθόντος, καὶ τοῦ σταυροῦ γινομένου, καὶ τῆς ἀναστάσεως, ἡμᾶς μένωμεν νηστεύοντες. καὶ πολλάκις τοῦτο συνέβη, μετὰ τὸν σταυρὸν, μετὰ τὴν ἀνάστασιν, μηδέπω τῆς ἑβδομάδος ἀπαρτισθείσης, τὴν νηστείαν ἐπιτελεῖσθαι. οὕτως οὐδεμία καιροῦ παρατήρησίς ἐστι.

Μὴ τοίνυν φιλονεικῶμεν, μηδὲ ἐκεῖνο λέγωμεν, τοσοῦτον ἐνήστευσα χρόνον, καὶ νῦν μεταθήσομαι; δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μετάθου, ἐπειδὴ τοσοῦτον ἀπεσχίσθης χρόνον τῆς ἐκκλησίας, ἐπάνελθε λοιπὸν πρὸς τὴν μητέρα. οὐδεὶς λέγει, ἐπειδὴ τοσοῦτον χρόνον ἐν ἔχθρᾳ διέμεινα, αἰσχύνομαι καταλλαγῆναι νῦν. αἰσχύνη γάρ ἐστιν, οὐ τὸ μεταβάλλεσθαι πρὸς τὸ βέλτιον, ἀλλὰ τὸ μένειν ἐπὶ τῆς ἀκαίρου φιλονεικίας. τοῦτο καὶ Ἰουδαίους ἀπώλεσεν, οἳ τὴν παλαιὰν ἐπιζητοῦντες ἀεὶ συνήθειαν, πρὸς ἀσέβειαν ἀπεσύροντο. καὶ τί λέγω περὶ νηστείας καὶ ἡμερῶν παρατηρήσεως; ὁ Παῦλος τὸν νόμον διετέλει φυλάττων, καὶ πολλοὺς ὑπέμεινεν ἱδρῶτα, καὶ πολλὰς μὲν ὁδοιπορίας, πολλὰς δὲ ἠνέσχετο ταλαιπωρίας ἑτέρας, καὶ πάντων ἐκράτει τῶν ὁμηλίκων κατὰ τὴν τῆς πολιτείας ἐκείνης ἀκρίβειαν. ἀλλ' ὅμως μετὰ τὸ πρὸς τὸ ἄκρον ἐλάσαι τῆς πολιτείας ἐκείνης, ἐπειδὴ συνεῖδεν ὅτι ἐπ' ὀλέθρῳ καὶ βλάβῃ πάντα ἔπραξ-

[a] Sic Reg. Editi vero, καταφρονηταί.

A vis necessitate liberatis, & quorum conversatio sursum in cælis est, ubi menses & sol & luna, & annorum non est circuitus? Ne apud Judæos quidem, si quis diligenter animum attendere voluerit, temporis magnam habitam esse rationem videbit, sed Jerosolymorum illi fuisse locum antelatum. Nam quoniam ad Moysem accedentes dicebant: *Immundi sumus super animam, quomodo non fraudabimur ad offerendum dona Domino? State istic*, inquit, *& offeremus ad Deum:* (Num. 9. 7.) Deinde cum retulisset, legem detulit, quæ præcipiebat, *si quis immundus fuerit super animam vel in via longa, & primo mense* B *Pascha facere non potuerit, faciet in secundo.* Ergone apud Judæos temporis solvitur observatio, ut Jerosolymis Pascha celebretur: & tu concordiam cum Ecclesia tempori non anteferes, sed ut dies observare videaris, communem omnium nostrum matrem injuria afficies, & conventum sacrum divides? Quis igitur venia te dignum censebit, qui nulla de causa talia peccare velis? Quid autem de Judæis loquor? Nam ne nos quidem etiam si vehementer cupiamus & annitamur, diem illum omnino observare posse, quo crucifixus est, inde constat. Licet enim transgressores Judæi non fuissent, neque in- C grati fuissent, neque stupidi, neque desides ac contemtores, neque a paternis ritibus excidissent, sed eos etiamnum diligenter observarent, ne sic quidem fieri posset, ut nos illorum vestigiis insistendo diem istum quo crucifixus est, & Pascha celebravit, assequeremur. Quo vero pacto, ego dicam. Quando crucifixus est, tum primus dies azymorum erat, & Parasceve: hæc enim utraque fieri nequit, ut perpetuo concurrant. Ecce namque primus dies azymorum hoc anno in dominicum diem incidit, & omnino necesse est, ut tota hebdomada jejunemus, & cum passio præterierit, & crux ad- D venerit, & resurrectio, nos adhuc jejunantes maneamus. Et sæpenumero istud accidit, ut post crucem, post resurrectionem, hebdomada nondum absoluta jejunium observemus. Ita nulla temporis est observatio.

(Pascha non possumus observare, quo die crucifixus est Christus.)

6. Ne igitur contendamus, neve illud dicamus, Tanto tempore jejunavi, & nunc morem mutabo? Propter hoc ipsum muta, quod tam multo tempore fueris ab Ecclesia divisus, ad matrem deinceps revertere. Nemo dicit, quandoquidem tanto tempore inimicitias exercui, nunc reconciliari me pudet. Est enim pudor & ignominia non in melius mutari, sed in importuna contentione persistere. Hoc Judæos etiam perdidit, E qui dum veterem consuetudinem semper inquirunt, ad impietatem devolvebantur. Sed quid ego de jejunio dierumque observatione verba facio? Paulus legem servare non desinebat, & multos labores ac sudores sustinebat, & multas peregrinationes, multasque alias ærumnas tolerabat, atque omnes coætaneos suos diligenti religionis illius observatione superabat: verumtamen postquam ad summum religionis illius fastigium pervenerat, cum intellexisset in perniciem ac detrimentum se cuncta præstare,

(Pauli exemplum proponit.)

confestim mutatus est. Nec apud se dixit: Quid hoc rei est? Tanto studio fraudor? tantum laborem amitto? imo vero propter hoc ipsum citius est mutatus, ne detrimentum illud iterum pateretur, ac justitiam ex lege contemsit, ut fidei justitiam acciperet, Philip. 3. 7. & clamat dicens: *Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detri-* Matt. 5. 23. *menta. Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te, vade prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum.* Quid ais? Si frater quidem tuus habeat aliquid adversum te, sacrificium ut offeras tibi non permittit, donec reconciliatus illi fueris; cum vero tota Ecclesia, & tam multi Patres habeant adversum te, audes ac sustines non deposito prius importuno hoc odio ad sacrorum participationem mysteriorum accedere? Et quo pacto poteris sic affectus Pascha celebrare? Hæc a me non ad illos tantum dicuntur, sed etiam ad vos qui sani estis, ut quotquot tales esse videritis, cum multa diligentia & lenitate selectos congregetis, atque ad matrem ipsos reducatis. Licet resistant, licet resiliant, licet aliud quidvis faciant, ne defatigemur, donec eis persuaserimus. Nihil enim est, quod cum pace valeat, & concordia comparari. Propterea quoque cum ingreditur Pater non prius ad hanc sedem ascendit, quam vobis omnibus pacem fuerit precatus, & cum surgit, non prius docere vos incipit, quam omnibus pacem dederit. Sacerdotes etiam cum fuerint benedicturi, ubi prius hoc vobis apprecati fuerint, deinceps incipiunt benedicere. Et vero Diaconus dum cum aliis precari jubet, hoc quoque imperat in oratione, ut Angelum pacis rogemus, & quæ proposita sunt cuncta pacifica, & ab hoc conventu vos dimittens hoc vobis precatur dicens: *In pace discedite:* & nihil in universum potest vel dici vel fieri sine ista. Est enim hæc nutrix ac mater nostra, quæ multo cum studio ac diligentia nos fovet. Pacem porro dico non hanc a sola appellatione, neque illam quæ in mensæ communione consistit, sed pacem secundum Deum, quæ ex spirituali concordia nascitur, quam multi nunc dissipant, a quibus res nostræ intempestiva quadam contentione destituuntur, & res Judæorum augentur, dum eos fide digniores doctores quam suos Patres arbitrantur, & Christi parricidis de passione credunt, quo quid absurdius fieri possit? Nescitis illud figuram, hoc veritatem fuisse? Vide namque quantum sit discrimen. Illud corporalem mortem prohibebat, hoc iram sedavit, quæ adversus universum terrarum orbem ferebatur: illud ab Ægypto vindicavit, hoc ab idololatria liberavit: illud Pharaonem, hoc diabolum suffocavit: post illud Palæstina, post hoc cælum. Quid igitur lucernæ assides, cum sol apparuerit? cur quæso lacte vis nutriri, cum cibus tibi solidus præbeatur? Propterea lacte nutritus es, ne lacte contentus esses: propterea tibi lucerna apparuit, ut ad solem deducereris. Cum igitur res perfectiores advenerint, ad priores

Diaconi vox in Liturgia populum dimittentis.

Ab observatione rituum Judaïcorum deterret.

A τεν, εὐθέως μετέθετο. καὶ οὐκ εἶπε πρὸς ἑαυτὸν, τί τοῦτο; τοσαύτην ζημιοῦμαι σπουδήν; τοσοῦτον ἀπολῶ πόνον; ἀλλὰ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο ταχύτερον μετετέθη, ἵνα μὴ μείνῃ πάλιν ἐπὶ τῆς αὐτῆς ζημίας, καὶ τῆς ἐν τῷ νόμῳ δικαιοσύνης κατεφρόνησεν, ἵνα τὴν ἐκ πίστεως λάβῃ· καὶ βοᾷ λέγων, ἅτινα ἦν μοι κέρδη, ταῦτα ἥγημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν. ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου, φησὶν, ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς, ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ, ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. τί λέγεις; ἂν μὲν ὁ ἀδελφός σου ἔχῃ τι κατὰ σοῦ, οὐ συγχωρεῖ σοι προσενεγκεῖν τὴν B θυσίαν, ἕως ἂν αὐτῷ καταλλαγῇς· ἐκκλησίας δὲ ὁλοκλήρου, καὶ τοσούτων πατέρων ἐχόντων κατὰ σοῦ, τολμᾷς καὶ ὑπομένεις, μὴ καταλύσας τὴν ἔχθραν τὴν ἄκαιρον ταύτην, τοῖς θείοις προσελθεῖν μυστηρίοις; καὶ πῶς δὲ δύναιο πάσχα ἐπιτελεῖν οὕτω διακείμενος; ταῦτα οὐχὶ πρὸς ἐκείνους λέγω μόνους, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὑμᾶς τοὺς ὑγιαίνοντας, ἵνα ὅσους ἂν ἴδητε τοιούτους ὄντας, μετ' ἀκριβείας πολλῆς καὶ πρᾳότητος ἐκλέγοντες συναγάγητε, καὶ πρὸς τὴν μητέρα ἐπαναγάγητε. κἂν ἀντιτείνωσι, κἂν σκιρτῶσι, κἂν ὁτιοῦν ἕτερον πράττωσι, μὴ ἀποκάμωμεν, ἕως ἂν αὐτοὺς πείσωμεν. οὐδὲν γὰρ εἰρήνης ἴσον καὶ συμφω- C νίας. διὰ τοῦτο καὶ εἰσιὼν ὁ πατὴρ, οὐ πρότερον ἐπὶ τὸν θρόνον ἀναβαίνει τοῦτον, ἕως ἂν ἅπασιν ὑμῖν εἰρήνην ἐπεύξηται; καὶ ἀναστὰς οὐ πρότερον ἄρχεται τῆς πρὸς ὑμᾶς διδασκαλίας, ἕως ἂν ἅπασι δῷ τὴν εἰρήνην. καὶ μέλλοντες εὐλογεῖν οἱ ἱερεῖς, πρότερον τοῦτο ὑμῖν ἐπευξάμενοι, οὕτω τῆς εὐλογίας ἄρχονται. καὶ ὁ διάκονος ὁ κελεύων εὔχεσθαι μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ τοῦτο ἐπιτάττει κατὰ τὴν εὐχὴν, αἰτεῖν τὸν ἄγγελον τῆς εἰρήνης, καὶ τὰ προκείμενα πάντα εἰρηνικὰ, καὶ τῆς συνόδου ταύτης ἀπολύων ὑμᾶς, τοῦτο ὑμῖν ἐπεύχεται λέγων, πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ. καὶ οὐδὲν ὅλως ἔνι οὔτε εἰπεῖν, οὔτε πρᾶξαι ταύτης χωρίς. D αὕτη γάρ ἐστιν ἡ τροφὸς ἡμῶν καὶ μήτηρ, θάλπουσα μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας ἡμᾶς. εἰρήνην δὲ λέγω, οὐ τὴν ἀπὸ προσρήσεως ψιλῆς, οὐδὲ τὴν ἀπὸ τῆς κοινωνίας τῶν τραπεζῶν, ἀλλὰ τὴν κατὰ θεὸν εἰρήνην, τὴν ἐκ τῆς συμφωνίας τῆς πνευματικῆς, ἣν πολλοὶ διασπῶσι νῦν, ὑπὸ ἀκαίρου φιλονεικίας τὰ ἡμέτερα καθαιροῦντες, καὶ τὰ Ἰουδαίων αὔξοντες, ἐκείνους ἀξιοπιστοτέρους διδασκάλους τῶν οἰκείων πατέρων ἡγούμενοι, καὶ τοῖς χριστοκτόνοις περὶ τοῦ πάθους πιστεύοντες, οὗ τί γένοιτ' ἂν ἀλογώτερον; οὐκ οἶδας ὅτι ἐκεῖνο τύπος, τοῦτο δὲ ἀλήθεια; ὅρα γὰρ πόσον τὸ διάφορον. ἐκεῖνο θάνατον ἐκώλυε σωματικὸν, τοῦτο ὀργὴν ἔλυσε τὴν κατὰ τῆς οἰκουμένης E φερομένην ἁπάσης· ἐκεῖνο Αἰγύπτου τότε ἀπήλλαξε, τοῦτο εἰδωλολατρείας ἠλευθέρωσεν· ἐκεῖνο τὸν Φαραὼ, τοῦτο τὸν διάβολον ἀπέπνιξε· μετ' ἐκεῖνο Παλαιστίνη, μετὰ τοῦτο οὐρανός. τί τοίνυν τῷ λύχνῳ προσεδρεύεις, τοῦ ἡλίου φανέντος; τί δὴ τῷ γάλακτι τρέφεσθαι βούλει, στερεᾶς σοι διδομένης τροφῆς; διὰ τοῦτο ἐτράφης γάλακτι, ἵνα μὴ μένῃς ἐν τῷ γάλακτι· διὰ τοῦτό σοι ὁ λύχνος ἐφάνη, ἵνα πρὸς τὸν ἥλιον χειραγωγηθῇς. μὴ τοίνυν, τῶν τελειοτέρων παραγινομένων πραγμάτων, πρὸς τὰ πρότερα

ἐπανατρέχωμεν, μηδὲ ἡμέρας, καὶ καιροὺς, καὶ ἐνιαυτοὺς παρατηρῶμεν, ἀλλὰ πανταχοῦ τῇ ἐκκλησίᾳ μετ' ἀκριβείας ἑπώμεθα, τὴν ἀγάπην καὶ τὴν εἰρήνην προτιμῶντες ἁπάντων. Εἰ γὰρ καὶ ἐσφάλλετο ἡ ἐκκλησία, οὐ τοσοῦτον κατόρθωμα ἀπὸ τῆς τῶν χρόνων ἀκριβείας ἦν, ὅσον ἔγκλημα ἀπὸ τῆς διαιρέσεως καὶ τοῦ σχίσματος τούτου. νυνὶ δὲ οὐδείς μοι περὶ καιροῦ λόγος, ἐπειδὴ οὐδὲ τῷ θεῷ, καθάπερ ἀπεδείξαμεν, ἐπεὶ καὶ ὑπὲρ τούτου πολλοὺς ἀνήλωσα λόγους· ἀλλὰ ἓν μόνον ζητῶ, ὅπως ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ ἅπαντα ποιῶμεν, ὅπως μὴ, νηστευόντων ἡμῶν, καὶ τοῦ δήμου παντὸς, καὶ τῶν ἱερέων τὰς κοινὰς ποιουμένων ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης ἱκετηρίας, σὺ μένῃς μεθύων ἐπὶ τῆς οἰκίας. ἐννόησον πῶς διαβολικῆς τοῦτό ἐστιν ἐνεργείας, καὶ ὡς οὐχ ἓν μόνον, οὐδὲ δύο, οὐδὲ τρία ἐστὶ τὰ ἁμαρτήματα; ἀλλὰ πολλῷ πλείω. ἀποσχίζει σε τῆς ἀγέλης, καὶ καταγινώσκειν σε παρασκευάζει πατέρων τοσούτων, εἰς φιλονεικίαν ἐμβάλλει, πρὸς Ἰουδαίους ὠθεῖ, σκάνδαλόν σε αὖ πάλιν περιτίθησι καὶ τοῖς οἰκείοις καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις. πῶς γὰρ δυνησόμεθα ἐγκαλεῖν ἐκείνοις μένουσιν ἐπὶ τῆς οἰκίας, ὅταν σὺ πρὸς ἐκείνους τρέχῃς; οὐ ταῦτα δὲ μόνον ἐστὶ τὰ ἁμαρτήματα, ἀλλ' ὅτι καὶ μεγάλη βλάβη γένοιτ' ἂν, ὅταν μήτε γραφῶν, μήτε συνόδων, μήτε εὐλογίας, μήτε κοινῶν εὐχῶν ἀπολαύῃς ἐν ταῖς νηστείαις ἐκείναις, ἀλλὰ μετὰ πονηροῦ συνειδότος ἅπαντα τοῦτον διάγῃς τὸν χρόνον, δεδοικὼς καὶ τρέμων μὴ γένῃ κατάφωρος, καθάπερ τις ἀλλόφυλος καὶ ἀλλογενὴς, δέον μετὰ παῤῥησίας, μεθ' ἡδονῆς, μετ' εὐφροσύνης, μετ' ἐλευθερίας ἁπάσης κοινῇ μετὰ τῆς ἐκκλησίας πάντα ἐπιτελεῖν. οὐδὲ γὰρ ἡ ἐκκλησία χρόνων ἀκρίβειαν οἶδεν. ἀλλ' ἐπειδὴ παρὰ τὴν ἀρχὴν πᾶσιν ἔδοξε τοῖς πατράσι διῃρημένοις ὁμοῦ συνελθεῖν, καὶ ταύτην ὁρίσαι τὴν ἡμέραν, τὴν συμφωνίαν πανταχοῦ τιμῶσα, καὶ τὴν ὁμόνοιαν ἀγαπῶσα, κατεδέξατο τὸ ἐπιταχθέν. ὅτι γὰρ ἀδύνατον ἢ ἡμᾶς, ἢ ὑμᾶς, ἢ ἕτερον ὁντιναοῦν αὐτῆς ἐπιλαβέσθαι τῆς κυριακῆς ἡμέρας, ἱκανῶς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀποδέδεικται. μὴ τοίνυν σκιομαχῶμεν, μηδὲ ὑπὲρ τῶν τυχόντων φιλονεικοῦντες, ἐν τοῖς μεγάλοις ἑαυτοὺς καταβλάπτωμεν. τὸ μὲν γὰρ τῷδε ἢ τῷδε χρόνῳ νηστεῦσαι οὐκ ἔγκλημα, τὸ δὲ σχίσαι ἐκκλησίαν καὶ φιλονείκως διατεθῆναι καὶ διχοστασίας ἐμποιεῖν, καὶ τῆς συνόδου διηνεκῶς ἑαυτὸν ἀποστερεῖν, ἀσύγγνωστον καὶ κατηγορίας ἄξιον, καὶ πολλὴν ἔχει τὴν τιμωρίαν. ἐνῆν μὲν οὖν καὶ πλείονα τούτων εἰπεῖν, ἀλλὰ τοῖς μὲν προσέχουσι καὶ τὰ εἰρημένα ἀρκεῖ, τοῖς δὲ μὴ προσέχουσιν οὐδὲ, εἰ πλείω τούτων λεχθείη, ἔσται τι πλέον. διόπερ ἐνταῦθα καταλύσαντες τὸν λόγον, κοινῇ πάντες εὐξώμεθα τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ἡμετέρους ἐπανελθεῖν πρὸς ἡμᾶς, καὶ τὴν εἰρήνην ἀσπάσασθαι, καὶ τῆς ἀκαίρου φιλονεικίας ἀποστῆναι, καὶ τῆς ψυχρότητος ταύτης καταγελάσαντας, ὑψηλήν τινα καὶ μεγάλην λαβεῖν διάνοιαν, καὶ τῆς τῶν ἡμερῶν ἀπαλλαγῆναι παρατηρήσεως, ἵνα ὁμοθυμαδὸν πάντες ἐν ἑνὶ στόματι δοξάζωμεν τὸν θεὸν καὶ πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A ne recurramus, neque dies & tempora & annos observemus, sed ubique diligenter Ecclesiam sequamur, & caritatem ac pacem omnibus præferamus. Licet enim Ecclesia falleretur, non tantum laudis ac lucri ex temporum exacta ratione, quantum vituperii ex divisione ac schismate nasceretur: jam vero nullam ego temporis rationem habeo, quandoquidem neque habet Deus, quemadmodum demonstravimus, cum hac de re multi habiti fuerint a me sermones: sed unum id quæro, ut in pace concordiaque cuncta faciamus, ne dum nos jejunamus, ac populus omnis, & preces pro terrarum orbe fundunt Sacerdotes, tu ebrie- B tati domi vaces. Cogita quam hoc sit operationis diabolicæ, nec unum solum, nec duo, nec tria, sed multo plura peccata secum trahat. A grege te divellit, & efficit, ut tam multos patres condemnes, in contentiones præcipitat, ad Judæos expellit, scandalum te rursus & domesticis & alienis proponit. Qui namque poterimus illos reprehendere, si domi maneant, cum tu ad illos curras? Neque vero hæc solum peccata sunt, sed quod magnum detrimentum capiatur, cum neque scripturis, neque concionibus, neque benedictione, neque C communibus precibus in jejuniis illis fruaris, sed cum prava conscientia totum illud tempus traducas metuens ac tremens, ne deprehendaris tamquam alienigena quidam & peregrinus, cum te oporteret cum fiducia, & voluptate, cum lætitia, cum omni libertate simul cum Ecclesia cuncta perficere. Neque enim Ecclesia exactam rationem temporum novit: sed quoniam ab initio Patribus visum est loco dissitis simul convenire, atque hunc diem definire, consensum ubique plurimi faciens, & concordiam diligens, quod mandatum fuit amplexa est. Fieri quippe non posse, ut vel nos vel vos, vel alius quivis ipsum dominicum D diem assequatur, sufficienter est in præcedentibus demonstratum. Ne igitur cum umbra digladiemur, neque de rebus vulgaribus contendentes in magnis nos ipsos lædamus. Nam hoc vel illo tempore jejunare nullum est crimen: Ecclesiam autem dividere, ac contentionibus vacare, & discordias serere, seque sacro conventu perpetuo privare, venia caret, criminatione dignum, & multo supplicio est obnoxium. Ac poterant quidem plura dici, verum iis qui attenti fuerint, ea quæ jam sunt dicta sufficiunt: minus attentis autem, neque si plu- E ra dicantur, quidquam proderit. Quocirca finem hic dicendi facientes omnes simul fratres nostros oremus ut ad nos redeant, & pacem amplectantur, ab importuna contentione discedant, & his ineptiis neglectis mentem & cogitationem attollant, atque a temporum observatione liberentur, ut uno omnes animo, atque uno ore glorificemus Deum & Patrem Domini nostri Jesu Christi, cui gloria & imperium nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

A

CONTRA JUDÆOS, IN TUBAS *Paschatis eorum Antiochiæ habita in magna Ecclesia.*

ORATIO IV.

1. RURSUS infelices illi, mortaliumque omnium miserrimi Judæi jejunaturi sunt: rursus Christi gregem muniamus necesse est. Quandoquidem & pastores, quamdiu noxia bestia molesta non est, sub ilicem aut populum porrecti, fistula canunt, sinentes oves libere pro suo arbitratu pascere: verum simulatque senserint alicunde luporum incursionem imminere, mox abjecta fistula, fundam arripiunt, & omisso calamo, fustibus & saxis obarmant sese, proque ovili consistentes, magno clamore, ingentique ululatu vociferantes, frequenter ipso clamore feram, priusquam irrumpat, abigunt. Itidem & nos superioribus diebus in Scriptura, velut in prato ludentes choreasque ducentes, nihil in enarratione attigimus contentiosi sermonis: eo quod nullus esset, qui nobis obturbaret, aut molestus esset. Cæterum quoniam hodie lupis omnibus sæviores Judæi, oves nobis circumvallaturi sunt; ad pugnos & pugnam accingamur oportet, ne quid nobis ereptum cedat in prædam ferarum. Ne vero mirum vobis videatur, si cum jejunium illud post decem & eo amplius dies venturum sit, nos ab hoc statim tempore munimus & armamus animas vestras: quandoquidem & inter agricolas qui vigilantes & industrii sunt, cum habent vicinum torrentem, qui vexat, læditque segetem, non adventante hyeme, sed tempus illud prævertentes & ripas obsepiunt, & aggeres erigunt, & fossas agunt, denique modis omnibus sese præparant adversus torrentis futuram violentiam. Dum enim tranquillus est, atque angustus, facile est illi admoliri manus: verum posteaquam increvit, multoque aquarum impetu fertur violentus, non perinde facile est exundanti obsistere. Eoque multo ante tempore præveniunt illius eruptionem, undequaque præparantes quidquid agros possit tutos reddere. Sic & milites & nautæ, & agricolæ, & messores facere consueverunt. Siquidem milites priusquam veniat pugnandi tempus, & thoracem abstergunt, & scutum circumspiciunt, & frenos apparant, & equos omni diligentia nutriunt, cæteraque omnia recte diligenterque curant. Similiter & nautæ priusquam navim in portum detrahant: & carinam apparant, & instaurant latera; & remos dolant, & vela consarcinant, denique quidquid præterea ad totius navis armaturam pertinet, diligenter accurant: messores item multis ante diebus & falces acuunt, & aream præparant, boves item & currum, breviter quidquid ipsis ad messem

[a] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΑΤΑ ΙΟΥΔΑΙΩΝ, *εἰς τὰς σάλπιγγας τοῦ πάσχα αὐτῶν, ἐλέχθη δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ.* 1

ΛΟΓΟΣ δʹ.

ΠΑΛΙΝ οἱ δείλαιοι καὶ πάντων ἀνθρώπων ἀθλιώτεροι νηστεύειν μέλλουσιν Ἰουδαῖοι, καὶ πάλιν ἀσφαλίσασθαι τὴν τοῦ Χριστοῦ ποίμνην ἀναγκαῖον. ἐπεὶ καὶ ποιμένες, ἕως μὲν ἂν μηδὲν ἐνοχλῇ θηρίον, ὑπὸ δρῦν, ἢ πεύκην ἑαυτοὺς ῥίψαντες, τῷ καλάμῳ συρίζουσιν, B ἀφέντες ἐπ' ἐξουσίας ἁπάσης τὰ πρόβατα νέμεσθαι· ἐπειδὰν δὲ λύκων καταδρομὴν αἴσθωνται γινομένην, ταχέως τὸν κάλαμον ῥίψαντες, τὴν σφενδόνην μεταχειρίζονται, καὶ τὴν σύριγγα ἀφέντες, ῥοπάλοις καὶ λίθοις ἑαυτοὺς καθοπλίζουσι, καὶ πρὸ τῆς ποίμνης στάντες, καὶ μέγα καὶ διωλύγιον [b] ὀλολύξαντες, τῇ φωνῇ πολλάκις πρὸ τῆς βολῆς τὸ θηρίον ἀπήλασαν. οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς ἐν μὲν ταῖς ἔμπροσθεν ἡμέραις, ὥσπερ ἐν λειμῶνί τινι τῇ τῶν γραφῶν διηγήσει σκιρτῶντες, οὐδενὸς ἡψάμεθα ἀγωνιστικοῦ λόγου· οὐδεὶς γὰρ ἦν ἡμῖν ὁ διενοχλῶν. ἐπειδὴ δὲ σήμερον C οἱ λύκων ἁπάντων χαλεπώτεροι Ἰουδαῖοι περιστήσεσθαι ἡμῶν τὰ πρόβατα μέλλουσιν· ἀνάγκη πυκτεύειν καὶ μάχεσθαι, ὅπως μηδὲν ἡμῖν θηριάλωτον γένηται. καὶ μὴ θαυμάσητε, εἰ μετὰ δέκα καὶ πλείους ἡμέρας τῆς νηστείας ἐκείνης ἀπαντᾶν μελλούσης, ἡμεῖς ἐντεῦθεν ἤδη καθοπλιζόμεθα, καὶ περιφράττομεν τὰς ὑμετέρας ψυχάς· ἐπεὶ καὶ τῶν γεωργῶν οἱ φιλόπονοι, ἐπειδὰν ἔχωσι γείτονα χείμαρρον παρασύροντα τὰς γεωργίας· οὐκ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ χειμῶνος, ἀλλὰ πρὸ τῆς ὥρας ἐκείνης, καὶ ὄχθας περιφράττουσι, καὶ χώματα ἐγείρουσι, καὶ τάφρους ἐλαύνουσι, καὶ πάντα D πρὸς αὐτὸν παρασκευάζονται τρόπον. ἡσυχάζοντι μὲν γὰρ, καὶ κατεσταλμένῳ, ῥᾴδιον ἐπιθέσθαι· αὐξομένῳ δὲ, καὶ μετὰ πολλῆς φερομένῳ τῆς τῶν ὑδάτων ῥύμης, οὐκ ἔτι ὁμοίως εὔκολον ἀπαντᾶν. διὰ τοῦτο φθάνουσιν αὐτοῦ [c] τὰς ἐπιβολὰς πρὸ πολλοῦ τοῦ χρόνου, πᾶσαν πανταχόθεν ἐπινοοῦντες ἀσφάλειαν. οὕτω καὶ στρατιῶται καὶ ναῦται καὶ γεωργοὶ καὶ θερισταὶ ποιεῖν εἰώθασι. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, πρὸ τοῦ καιροῦ τῆς μάχης, καὶ θώρακα ἀποσμήχουσι, καὶ ἀσπίδα περισκοποῦσι, καὶ χαλινοὺς παρασκευάζουσι, καὶ ἵππους τρέφουσι μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιμελείας, καὶ τὰ ἄλλα πάντα εὖ E διατίθενται· καὶ ναῦται, πρὶν ἢ τὸ σκάφος εἰς λιμένα καθελκῦσαι, καὶ τρόπιν ἐπισκευάζουσι, καὶ τοίχους ἀνανεοῦσι, καὶ κώπας ἀποξέουσι, καὶ ἱστία ῥάπτουσι, καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν τοῦ πλοίου κατασκευὴν εὐτρεπίζουσιν. καὶ θερισταὶ δὲ ὁμοίως, πρὸ πολλῶν τῶν ἡμερῶν, καὶ δρεπάνην θήγουσι, καὶ ἅλωνα παρασκευάζουσι, καὶ βοῦς, καὶ ἁμάξας, καὶ ὅσα

[a] Sic tres MSS. postremam vero partem tituli, ἐλέχθη δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, habet etiam Savil. In Editione Morel. legitur, τοῦ αὐτοῦ κατὰ Ἰουδαίων λόγος βʹ. & nihil præterea.

[b] Tres MSS. ἀλαλάξαντες, Savil. Morel. & Alii, ὀλολύξαντες.

[c] Quinque MSS. τὰς ἐπιβουλάς, perperam.

ἀλ

ἂν ἄλλα πρὸς τὸν ἄμητον αὐτοῖς [a] συντελεῖ. καὶ πάντας ἀνθρώπους ἴδοι τις ἂν πρὸ τοῦ καιροῦ τὰς τῶν πραγμάτων ποιουμένους παρασκευάς· ὥστε τοῦ καιροῦ τῶν πραγμάτων ἐπιστάντος, εὔκολον αὐτοῖς γενέσθαι τὴν τῶν ἔργων ἐκπλήρωσιν. τούτους δὴ καὶ ἡμεῖς μιμούμενοι, πρὸ πολλῶν τῶν ἡμερῶν τὰς ὑμετέρας ἀσφαλιζόμεθα ψυχάς· παρακαλοῦντες ὑμᾶς, τὴν ἐναγῆ καὶ παράνομον ταύτην φεύγειν νηστείαν. μὴ γάρ μοι τοῦτο εἴπῃς, ὅτι νηστεύουσιν· ἀλλ' ἐκεῖνό μοι δεῖξον, εἰ κατὰ γνώμην τοῦ θεοῦ τοῦτο ποιοῦσιν. ὡς ἂν μὴ τοῦτο ᾖ· μέθης πάσης ἐστὶν ἡ νηστεία παρανομωτέρα. οὐ γὰρ τὸ πραττόμενον παρ' αὐτῶν χρὴ σκοπεῖν μόνον· ἀλλὰ καὶ τὴν αἰτίαν τῶν γινομένων ἐπιζητεῖν. τὸ μὲν γὰρ κατὰ γνώμην τοῦ θεοῦ γινόμενον, κἂν φαῦλον εἶναι δοκῇ, πάντων ἐστὶν ἄριστον· τὸ δὲ παρὰ γνώμην, καὶ μὴ δοκοῦν ἐκείνῳ, κἂν ἄριστον εἶναι νομίζηται, πάντων ἐστὶ φαυλότατον, καὶ παρανομώτατον. κἂν φονεύσῃ τις κατὰ γνώμην τοῦ θεοῦ, φιλανθρωπίας ἁπάσης βελτίων ἐστὶν ὁ φόνος· κἂν φείσηταί τις καὶ φιλανθρωπεύσηται παρὰ τὸ δοκοῦν ἐκείνῳ, φόνου παντὸς ἀνοσιωτέρα γένοιτ' ἂν ἡ φειδώ. οὐ γὰρ ἡ φύσις τῶν πραγμάτων, ἀλλ' αἱ τοῦ θεοῦ ψῆφοι καλὰ καὶ φαῦλα εἶναι ταῦτα ποιοῦσι.

Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθές· ἄκουσον· βασιλέα τινὰ τῶν Σύρων λαβὼν ὁ Ἀχαάβ, παρὰ τὸ τῷ θεῷ δοκοῦν αὐτὸν ἔσωσε, καὶ προεδρείας ἀπολαῦσαι ἐποίησε, καὶ μετὰ πολλῆς ἀπέπεμψε τῆς τιμῆς. εἶτα προφήτης τις παραγενόμενος, εἶπε πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ· ἐν λόγῳ κυρίου πάταξον δή με. καὶ οὐκ ἠθέλησεν ὁ ἄνθρωπος πατάξαι αὐτόν· καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν· ἀνθ' ὧν οὐχ ὑπήκουσας τῆς φωνῆς κυρίου, ἰδοὺ σὺ ἀποτρέχεις ἀπ' ἐμοῦ, καὶ πατάξει σε ὁ λέων. καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ εὗρεν αὐτὸν [b] ὁ λέων, καὶ ἐπάταξεν αὐτόν. καὶ εὑρίσκει ἄνθρωπον ἄλλον, καὶ εἶπε· πάταξον δή με. καὶ ἐπάταξεν αὐτὸν ὁ ἄνθρωπος, καὶ συνέτριψεν αὐτόν, καὶ κατεδήσατο τὸ πρόσωπον ἑαυτοῦ. τί τούτου γένοιτ' ἂν παραδοξότερον; ὁ τυπήσας τὸν προφήτην, ἐσώθη· καὶ ὁ φεισάμενος, ἐκολάζετο· ἵνα μάθῃς, ὅτι θεοῦ προστάττοντος οὐ δεῖ περιεργάζεσθαι τὴν φύσιν τῶν [c] γινομένων, ἀλλὰ πείθεσθαι μόνον. ἵνα γὰρ μὴ τὸν προφήτην αἰδεσθεὶς φείσηται ὁ πρότερος· οὐχ ἁπλῶς εἶπεν αὐτῷ, πάταξόν με· ἀλλ', ἐν λόγῳ κυρίου. τουτέστιν· ὁ θεὸς ἐπέταξε, μηδὲν περαιτέρω ζήτει, βασιλεύς ἐστιν ὁ νομοθετῶν· αἰδέσθητι τοῦ κελεύοντος τὸ ἀξίωμα, μετὰ πάσης ὑπάκουε τῆς προθυμίας. ἀλλ' οὐκ ἠνέσχετο· διὰ τοῦτο δίκην ἔδωκε τὴν ἐσχάτην, τοῖς μετὰ ταῦτα δι' ὧν ἔπαθε παραινῶν, ἅπερ ἂν ὁ θεὸς ἐπιτάξῃ, πάντα εἴκειν καὶ πείθεσθαι. εἶτα ἐπειδὴ ἐπάταξεν αὐτὸν ὁ δεύτερος ἐκεῖνος, καὶ συνέτριψε, περιέδησε τὴν κεφαλὴν ἑαυτοῦ τελαμῶνι, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπέκρυψε, καὶ ἄδηλον ἑαυτὸν κατέστησε. τίνος οὖν ἕνεκεν τοῦτο ἐποίησεν; ἔμελλεν ἐλέγχειν τὸν βασιλέα, καὶ καταψηφίζεσθαι κατ' αὐτοῦ, διὰ τὴν σωτηρίαν τοῦ Σύρων βασιλέως. ἐπεὶ οὖν ἀεὶ πρὸς τοὺς προφήτας ἀπεχθῶς εἶχεν ἐκεῖνος, ἀσεβὴς ὤν· ἵνα μὴ ἰδὼν

[a] Tres MSS. συντελεῖ. Utraque lectio quadrare potest.

[b] Magna pars MSS. articulum ὁ omittunt. Savil. & Morel. habent.

[c] Sic Sav. & magna pars MSS. Morel. vero, τῶν λεγομένων.

A & trituram conducibile judicant. Imo videas omnes homines, si quid rerum agendum est, prius ad eas apparatum facere; ut cum advenerit rei gerendæ tempus, facile conficiant, quod est opus. Hos igitur & nos imitantes, multis ante diebus præmunimus animas vestras, exhortantes vos, ut impium hoc Judæorum & sceleratum jejunium fugiatis. Neque enim ita dixeris, jejunant, quin potius illud mihi ostendito, eos ex Dei sententia jejunare. Quod ni id fiat, quavis ebrietate sceleratius est jejunium. Neque enim solum considerandum est quid ab B istis fiat, verum illud etiam observandum, quam ob causam faciant. Etenim quod fit juxta Dei voluntatem, quamvis videatur improbum esse, omnium optimum est. Contra, quod fit præter Dei voluntatem & placitum, etsi putetur optimum, tamen est omnium pessimum & iniquissimum. Etiam si quis occidat hominem, ita volente Deo, quavis humanitate melius est hoc homicidium. Rursus si quis parcat, & humanitatis officium collocarit in quempiam præter Dei sententiam, quavis cæde sceleratior est hæc indulgentia. Non enim ipsa rerum natura facit ut eadem vel bona sint vel mala, C sed Dei placitum.

Judæorum jejunium impium.

Ex voluntate Dei tum bonum tum malum penditur.

2. Ut autem intelligas hoc esse verum, audi. Achab, cum regem quemdam Syrorum cepisset, contra Dei voluntatem dedit vitam, & assessu dignatus est, denique multa cum honorificentia dimisit. Mox Propheta quispiam accedens, dixit ad sibi proximum: *In sermone Domini percute me, ille vero noluit eum percutere. Dixit igitur ad illum; Eo quod non audisti vocem Domini, ecce tu recedes a me, & percutiet te leo. Discessit ab illo, & reperit eum leo, & percussit. Ac reperit alium hominem, cui dixit: Percute me. Et percussit eum homo ille, vulneravitque eum, ac ille sibi obligavit faciem.* Quid D hoc stupore dignius fieri possit? qui percussit Prophetam, evasit incolumis: qui pepercit, dedit pœnas: nimirum ut intelligeres, in jussis divinis non oportere curiosum esse, examinareque rerum quæ præcipiuntur naturam, sed nihil aliud quam obtemperare. Etenim ne prior ille veritus parceret Prophetæ, non dixit illi simpliciter, *percute me*, sed addidit, *in sermone Domini:* hoc est, Deus præcepit, ne quære ulterius, Rex est qui hanc præscribit legem: reverere jubentis auctoritatem, summaque cum animi promtitudine obtempera. At id facere non sustinuit, eoque pœnas dedit gravissimas, suo E exemplo posteros adhortans, ut quidquid præceperit Deus, ei per omnia obtemperarent, moremque gererent. Dein cum posterior ille percussisset eum, & vulnerasset, Propheta sibi caput obvinxit loro, & oculos obtexit, denique in eam speciem sese transformavit, ut a nemine posset agnosci. Cujus rei gratia hoc fecit? Erat redarguturus regem, & sententiam in eum laturus de salute regis Syriæ. Is igitur cum, ut erat impius, semper odium gessisset adversus Prophetas, ne conspectum ipsum, & agnitum, ab ocu-

3. Reg. 20, 35.

lis suis submoveret: eoque facto non reciperet correctionem, velut Propheta simul & faciem suam, & negotii narrationem, ut & ipsi contingeret potestas dicendi quæ volebat, & Regis confessionem extorqueret. Etenim cum Rex præteriret, clamore compellans eum, dixit: *Servus tuus egressus est ad exercitus aciem, & ecce vir quidam adduxit ad me virum, dixitque: Serva mihi hunc, quod si elapsus evaserit, erit anima tua pro anima illius, aut dependes argenti talentum. Et accidit dum servus tuus circumspiceret huc & illuc, & ecce vir non comparebat. Et dixit rex Israël. Ecce judex tu apud me: occidisti. Et illico Propheta detraxit velamen ab oculis suis, & agnovit illum Rex Israël, quod esset unus ex filiis Prophetarum. Dixitque ad illum: Hæc dicit Dominus: eo quod dimisisti virum exitio dignum e manu tua, erit anima tua pro anima illius, & tuus populus pro populo illius.* Vides, quod non solum Deus, sed & homines simili modo judicant, non respicientes ad eorum quæ fiunt naturam, sed ad finem potius & causas? Ecce, inquit etiam ipse Rex, tu judex apud me, qui occideris. Homicida es, inquit, eo quod hostem dimiseris. Ob hoc enim Propheta velum addiderat, & velut in aliena causa litem induxit, ut Rex sententiam rectam pronunciaret: quod & accidit. Etenim postquam seipsum sua sententia condemnasset, detracto velo, dixit Propheta: *Quoniam tu dimisisti virum exitio dignum e manu tua, erit anima tua pro anima illius, & populus tuus pro populo illius.* Vides quas pro humanitate pœnas luerit Rex, proque intempestiva clementia quo affectus sit supplicio? Et hic quidem qui servavit, punitur; alter vero qui occidit, probatus est. Igitur & Phinees, qui eodem temporis articulo duplex perpetravit homicidium, virumque simul cum muliere sustulit, Sacerdotio honoratur: nec solum non inquinavit manum sanguine, verum etiam puriorem reddidit. Proinde cum videris eum qui Prophetam percussit esse servatum, eum vero qui non percussit exstinctum; & illum qui pepercerat dare pœnas, punitum; rursus eum qui non pepercit, approbatum: semper apud te potior sit ratio, quid Deus præcipiat, quam quæ sit negotiorum natura. Quod si quid compereris illo approbante geri, illud solum amplectere.

Ibid.

Num. 25.
Psal. 165.

3. Atque hac utentes regula, & jejunium hoc Judæorum expendamus. Etenim ni id fecerimus, sed actiones nudas, per se tantum in medium prolatas, consideremus: ingens erit confusio, magnaque perturbatio. Nam latronibus lacerantur latera, & monumentorum perfossoribus, & præstigiatoribus: verum idem patiuntur & Martyres. Facta quidem sunt eadem, cæterum animus & causa cur hæc fiant, non est eadem, eoque plurimum est discriminis inter hos & illos. Sicut igitur in illis non tormentum tantum expendimus, sed prius animum & causam, ob quam cruciatus inferuntur, consideramus, & ob id Martyres amamus, non quod crucientur, sed quod ob Christum

A αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὄψεως ἀπελάσῃ, εἶτα ἀπελάσας μὴ δέξηται τὴν διόρθωσιν· κρύπτει καὶ τὸ πρόσωπον ἑαυτοῦ, καὶ τὴν τοῦ πράγματος διήγησιν· ὥστε καὶ περιγενέσθαι λέγων, καὶ ἐν οἷς ἐβούλετο ἐκεῖνον συνομολογοῦντα λαβεῖν. ἐπειδὴ γὰρ ὁ βασιλεὺς παρεπορεύετο, ἐβόησε πρὸς αὐτὸν καὶ εἶπεν· ὁ δοῦλός σου ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν στρατείαν τοῦ πολέμου, καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ εἰσήγαγεν ἄνδρα πρός με, καὶ εἶπέ μοι, φύλαξόν μοι τοῦτον· καὶ ἔσται ἐὰν ἐκπηδῶν ἐκπηδήσῃ, ἔσται ἡ ψυχή σου ἀντὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, ἢ τάλαντον ἀργυρίου τίσῃ. καὶ ἐγένετο ὡς ὁ δοῦλός σου περιεβλέπετο ὧδε καὶ ὧδε· καὶ ἰδοὺ αὐτὸς οὐκ ἦν. καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλεὺς
B Ἰσραήλ· ἰδοὺ σὺ δικαστὴς παρ' ἐμοί· ἐφόνευσας· καὶ ἔσπευσε, καὶ ἀφεῖλε τὸν τελαμῶνα ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, καὶ ἐπέγνω αὐτὸν ὁ βασιλεὺς Ἰσραήλ, ὅτι ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν προφητῶν ἐστι, καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν· τάδε λέγει κύριος, ὅτι ἐξαπέστειλας σὺ ἄνδρα ὀλέθριον ἐκ τῆς χειρός σου· ἡ ψυχή σου ἀντὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ὁ λαός σου ἀντὶ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. ὁρᾷς πῶς οὐχ ὁ θεὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ἄνθρωποι ταύτην ἔχουσι τὴν ψῆφον· οὐ τῇ φύσει τῶν πραγμάτων προσέχοντες, ἀλλὰ τῷ τέλει καὶ ταῖς αἰτίαις; ἰδοὺ γοῦν καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῷ φησίν· δικαστὴς σὺ παρ' ἐμοί· ἐφόνευσας. ἀνδροφόνος εἶ, φησὶν, ἐπειδὴ τὸν πολέμιον ἀφῆκας. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης τὸν τελαμῶνα περιεβάλετο,
C καὶ, ὡς ἐπ' ἀλλοτρίου πράγματος, τὴν δίκην εἰσήγαγεν· ἵνα μετὰ γνώμης ὀρθῆς τὴν ἀπόφασιν ὁ βασιλεὺς ἐξενέγκῃ· ὅπερ οὖν καὶ ἐγένετο. ἐπειδὴ γὰρ κατεδίκασεν αὐτόν· περιελὼν τὸν τελαμῶνα, φησὶν ὁ προφήτης· ὅτι ἐξαπέστειλας ἄνδρα ὀλέθριον ἐκ τῆς χειρός σου, ἡ ψυχή σου ἀντὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ὁ λαός σου ἀντὶ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. εἶδες φιλανθρωπίας οἵαν ἔδωκε δίκην; καὶ ἀντὶ τῆς φειδοῦς οἵαν ὑπέμεινε τιμωρίαν; καὶ οὗτος μὲν σώσας κολάζεται· ἕτερος δὲ φονεύσας ηὐδοκίμησεν. ὁ γοῦν Φινεὲς δύο φόνους ἐργασάμενος ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ, καὶ ἄνδρα μετὰ γυναικὸς ἀνελὼν, ἱερωσύνῃ τιμᾶται· οὗτος δὲ οὐ μόνον οὐκ ἐμόλυνε τὴν
D χεῖρα τῷ αἵματι, ἀλλὰ καὶ καθαρωτέραν εἰργάσατο. ὅταν οὖν ἴδῃς, τὸν μὲν τυπτήσαντα τὸν προφήτην, σωζόμενον· τὸν δὲ μὴ τυπτήσαντα, ἀπολλύμενον· καὶ τὸν μὲν φεισάμενον, κολαζόμενον· τὸν δὲ μὴ φεισάμενον, εὐδοκιμοῦντα· πανταχοῦ περὶ τῆς φύσεως τῶν πραγμάτων τοῦ θεοῦ τὰς ψήφους ἐξέταζε· κἂν εὕρῃς τι κατὰ τὸ δοκοῦν ἐκείνῳ γινόμενον, ἐκεῖνο ἀποδέχου μόνον.

Τούτῳ τῷ κανόνι χρώμενοι, καὶ τὴν νηστείαν ταύτην
E ἐξετάζωμεν. εἰ γὰρ δὴ μὴ μέλλοιμεν τοῦτο ποιεῖν, ἀλλὰ γυμνὰ τὰ πράγματα καθ' ἑαυτὰ φέροντες εἰς μέσον σκοποῖμεν μόνον, πολλὴ ἡ σύγχυσις ἔσται, καὶ πολὺς ὁ θόρυβος. καὶ γὰρ καὶ λῃσταὶ τὰ πλευρὰ καταξαίνονται, καὶ τυμβωρύχοι καὶ γόητες· ἀλλὰ καὶ μάρτυρες τὸ αὐτὸ πάσχουσι. καὶ τὰ μὲν γινόμενα τὰ αὐτά· ἡ γνώμη δὲ καὶ ἡ αἰτία, μεθ' ἧς γίνεται, οὐχ ἡ αὐτή· καὶ διὰ τοῦτο πολὺ τὸ μέσον τούτων κἀκείνων. ὥσπερ οὖν ἐπ' ἐκείνων οὐ μόνον τὰς βασάνους ἐξετάζομεν, ἀλλὰ περὶ ἐκείνων τὴν διάνοιαν καὶ τὴν αἰτίαν, ἀφ' ἧς αἱ βάσανοι γίνονται· διὰ τοῦτο δὲ καὶ τοὺς μάρτυρας φιλοῦμεν, οὐκ ἐπειδὴ βασανίζονται, ἀλλ' ἐπειδὴ διὰ

A τὸν Χριστὸν βλασφημίζονται· καὶ τοὺς λῃστὰς ἀποστρεφόμεθα, οὐκ ἐπειδὴ κολάζονται· ἀλλ' ἐπειδὴ διὰ κακίαν κολάζονται. οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα τοῖς γινομένοις ἐπιψήφιζε. κἂν μὲν ἴδῃς διὰ τὸν Θεὸν νηστεύοντας, ἀποδέχου τὸ γινόμενον· ἂν δὲ ἴδῃς παρὰ γνώμην τοῦ Θεοῦ τοῦτο ποιοῦντας, τῶν μεθυόντων, καὶ παροινούντων, καὶ κωμαζόντων μᾶλλον ἀποστρέφου καὶ μίσει. ἐπὶ δὲ τῆς νηστείας ταύτης οὐκ αἰτίαν χρὴ ζητεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τόπον καὶ καιρόν. μᾶλλον δὲ πρὶν ἢ πρὸς Ἰουδαίους ἀποτείνασθαι, τοῖς ἡμετέροις ἡδέως [a] διαλεξώμεθα μέλεσι· τοῖς δοκοῦσι μὲν μεθ' ἡμῶν τετάχθαι, θεραπεύουσι δὲ τὰ ἐκείνων, καὶ τὸν ἀγῶνα ἅπαντα ὑπὲρ αὐτῶν ἀνῃρημένοις, οὓς καὶ πλείονος, B κατὰ τοῦτο, κατακρίσεως τῶν Ἰουδαίων ἁπάντων ἀξίους ὄντας ὁρῶ. καὶ τοῦτο οὐχ οἱ σοφοὶ καὶ συνετοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ὁπωσοῦν λόγου, καὶ διανοίας μετέχοντες, συνομολογήσαιεν ἂν ἡμῖν. οὐ γὰρ χρεία σοφισμάτων, καὶ κατασκευῆς, καὶ μακρῶν περιόδων, ὥστε ἀποδεῖξαι τοῦτο· ἀλλ' ἀρκεῖ ψιλὴν τινα ἐρώτησιν ἐρόμενον ἑλεῖν αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ἀποκρίσεως. τί οὖν; ἕκαστον τῶν τοῦτο νοσούντων ἐρήσομαι, Χριστιανὸς εἶ; τίνος οὖν ἕνεκεν τὰ Ἰουδαίων ζηλοῖς; ἀλλὰ Ἰουδαῖος εἶ· τίνος οὖν ἕνεκεν ἐνοχλεῖς τῇ ἐκκλησίᾳ; ὁ Πέρσης οὐ τὰ Περσῶν φρονεῖ; ὁ βάρβαρος οὐ τὰ βαρβάρων ζηλοῖ; ὁ τὴν Ῥω- C μαίων χώραν οἰκῶν, οὐ τὴν ἡμετέραν μέτεισι πολιτείαν; ἂν ἁλῷ τις, εἰπέ μοι, τῶν παρ' ἡμῖν οἰκούντων τὰ ἐκείνων φρονῶν, οὐκ εὐθέως, χωρὶς λόγου καὶ ἐξετάσεως, κολάζεται, κἂν μυρία ἀπολογεῖσθαι ἔχῃ; ἂν φανῇ τις παρ' ἐκείνοις, τοῖς Ῥωμαίων χρώμενος νόμοις, οὐ τοῦτο αὐτὸ πείσεται πάλιν; πῶς οὖν σὺ πρὸς τὴν παράνομον ἐκείνην μεθιστάμενος πολιτείαν, ἀξιοῖς σώζεσθαι; μὴ γὰρ ὀλίγον ἐστὶ τὸ μέσον ἡμῶν καὶ Ἰουδαίων; μὴ γὰρ ὑπὲρ τῶν τυχόντων ἐστὶν ἡ ἀμφισβήτησις, ἵνα ἓν καὶ τὸ αὐτὸ νο- D μίσῃς [b] εἶναι; τί μιγνύεις τὰ ἄμικτα; ἐσταύρωσαν ἐκεῖνοι τὸν Χριστόν, ὃν σὺ προσκυνεῖς. ὁρᾷς πόσον τὸ μέσον; πῶς οὖν πρὸς ἐκείνους τρέχεις τοὺς ἀνελόντας, ὁ προσκυνεῖν λέγων τὸν ἐσταυρωμένον; μὴ γὰρ ἐγὼ τοῦτον εἰσάγω τὸν ἐγκλημάτων τὸν νόμον, καὶ τὸ τῆς κατηγορίας εἶδος; οὐχὶ καὶ ἡ γραφὴ τούτῳ κέχρηται πρὸς αὐτοὺς τῷ τρόπῳ; ἄκουσον τί φησιν Ἱερεμίας πρὸς αὐτοὺς ἐκείνους, ἀπέλθετε εἰς Κηδάρ, καὶ ἴδετε, ἀποστείλατε εἰς τὰς νήσους Χεττιείμ καὶ ἴδετε, καὶ γνῶτε εἰ γέγονε τοιαῦτα, εἰ ἀλλά- E ξονται ἔθνη θεοὺς αὐτῶν, καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσὶ θεοί· ὑμεῖς δὲ ἠλλάξασθε τὴν δόξαν ὑμῶν, ἐξ ἧς οὐκ ὠφεληθήσεσθε. [c] οὐκ εἶπεν, ἠλλάξασθε τὸν θεὸν ὑμῶν, ἀλλὰ τὴν δόξαν. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν. ἐκεῖνοι, φησίν, εἴδωλα προσκυνοῦντες καὶ δαίμονας θεραπεύοντες, τοσοῦτον περὶ τὴν πλάνην ἔχουσι συνειδός, ὡς μηδὲ ἑλέσθαι καταλιπεῖν ἐκεῖνα, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν αὐτομολῆσαι· ὑμεῖς δὲ τὸν ἀληθῆ θεὸν

A cruciatus ferant; contra, latrones detestamur, non quia puniuntur, sed quod ob malefacta puniuntur: eodem modo hac in re calculum ponas: si videris illos amore Dei jejunantes, amplectere quod fit: at si perspexeris, illos hoc præter divinam voluntatem facientes; magis eos detestare, majoreque odio prosequere, quam ebrios, quam temulentiæ & comessationibus indulgentes. In hoc autem jejunio non satis est causam inquirere, sed & locus & tempus consideranda sunt. Verum priusquam moveamus aciem adversus Judæos, lubens orationem verterim ad eos qui sunt nostri cor- B poris membra, ac nostri quidem ordinis esse videntur, cæterum illorum cultum sequuntur, proque illis defendendis nihil laboris non suscipiunt, qua in parte dignos esse video graviore condemnatione, quam Judæos universos. Id esse verum, non modo sapientes & cordati, verum etiam quicumque vel paulum habent mentis & rationis, mecum fatebuntur. Nec enim opus est sophismatibus, nec apparatu sermonis, nec prolixis periodis ad hoc demonstrandum, cum satis sit illos simplici percontatione interrogatos, ex ipsa responsione capere. Quid igitur? Unumquemque isto morbo affectum per- C contabor: Christianus es? Cur ergo æmularis Judaïca? At Judæus es: quam igitur ob causam molestus es Ecclesiæ? Qui Persa est, nonne quæ Persarum sunt curat? Barbarus, nonne barbarorum ritus æmulatur? Qui habitat in ditione Romanorum, non utitur nostris legibus? Age dic mihi, nonne si quis horum qui apud nos vivunt, cum illis sentire fuerit deprehensus: inauditus citraque examen punitur, etiamsi infinita habeat, quibus causam suam possit defendere? Et si quis apud istos exstiterit, qui Romanis utatur institutis, nonne rursus idem patietur? Quomodo igitur tu qui ad D impium illud vitæ institutum defecisti, audes sperare salutem? An exiguum intervallum est inter nos & Judæos? An de rebus levibus aut vulgaribus inter nos est controversia, ut tu unum & idem esse credas nostrum & illorum institutum? Cur non miscenda misces? Illi crucifixerunt Christum, quem tu adoras. Vides quantum interest? Quî fit igitur, ut ad illos, qui Christum occiderunt, curras, profitens te adorare crucifixum? Neque vero ipse legem hanc fero, qua illos criminer, nec hanc accusationis formam inveni. Annon Scriptura simili mo- E do accusat illos? Audi igitur quid dicat Jeremias adversus illos: *Abite in Cedar, & videte; emittite ad insulas Chetiim, & judicate, num talia facta sint. An Gentes mutent deos suos, & isti non sunt dii. Vos autem mutastis gloriam vestram in eam, ex qua nihil utilitatis capietis.* Non dixit, Mutastis deos vestros, sed gloriam: id est, Illi, inquit, cum adorent idola, colantque dæmones, tam constant in errore, ut ne velint quidem illa relinquere, & ad veritatem transfugere. Vos autem qui verum adora- Jer. 2.

[a] Mss. plurimi, διαλεξόμεθα.
[b] Septem Mss. εἶναι, καὶ μιγνύεις.
[c] Hæc, οὐκ εἶπεν, ἠλλάξασθε τὸν θεὸν ὑμῶν, ἀλλὰ τὴν δόξαν, desunt in Savil. & in Mss. septem, sed cum in Morel. & aliis jaceant, & ad sensum quadrent, intacta maneant.

tis Deum, relicta majorum religione, ultro ad aliena defeciſtis; neque tantum religioſæ mentis præſtatis in veritate, quantum illi præſtant in ſuo errore. Proinde dicit: ſi iſtiuſmodi facta ſunt, ſi mutabunt Gentes deos ſuos, & iſti non ſunt dii: vos autem mutaſtis gloriam veſtram, unde nullam capietis utilitatem. Non dixit, Mutaſtis Deum
Malac. 3. 6. veſtrum: Deus enim non mutatur: ſed, mutaſtis gloriam veſtram. Neque enim me læſiſtis, inquit; neque ulla noxa ad me pervenit: voſmetipſos affeciſtis ignominia, meam gloriam non imminuiſtis, ſed veſtram. Concedite ſane mihi, ut hunc ſermonem etiam ad noſtros accommodem; ſi tamen par eſt illos appellare noſtros, qui cum illis ſentiunt. Abite in Synagogas, & videte, num Judæi mutarint ſuum jejunium; num illi ſub Paſcha nobiſcum celebrarint jejunium, num hoc die umquam comederint? Atqui hoc non eſt jejunium, ſed legis tranſgreſſio, ſed error, ſed peccatum: attamen illi numquam mutarunt. Vos autem mutaſtis gloriam veſtram, unde nihil utilitatis capietis, & ultro ad illorum ritus deſciviſtis. Quando Paſchæ jejunium celebrarunt illi? Quando Martyrum feſtos dies nobiſcum egerunt? Quando diem Epiphaniorum nobiſcum celebrarunt? Illi non accurrunt ad veritatem; & vos ad iniquitatem properatis. Iniquitatem autem dico, quia iſta fiunt non ſuo tempore. Erat olim tempus, quo conveniebat iſta ſervare; jam vero non eſt amplius. Eoque, quod tum juxta legem fiebat, nunc præter legem fit.

σκόρπισε, τότε τὸ ἔθνος πανταχοῦ διέσπειρε· διδάσκων, ὅτι ἀνέστη καὶ ζῇ, καὶ νῦν ἐστιν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ἐπειδὴ γὰρ διὰ τῶν εὐεργεσιῶν οὐκ ἠθέλησας αὐτοῦ γνῶναι τὴν δύναμιν· διὰ τῶν κολάσεων καὶ τῶν τιμωριῶν ἐπαίδευσέ σε τὴν ἄμαχον αὐτοῦ καὶ ἀκαταγώνιστον ἰσχύν. ἀλλ' οὐδὲ οὕτω πιστεύεις· οὐδὲ νομίζεις αὐτὸν εἶναι θεὸν, καὶ τῆς οἰκουμένης δεσπότην· ἀλλ' ἄνθρωπον ἕνα τῶν πολλῶν. φέρε οὖν, ὡς [a] ἐπ' ἀνθρώπῳ ποιησώμεθα τὴν ἐξέτασιν. πῶς δὲ ἐπ' ἀνθρώπων ποιούμεθα τὴν ἐξέτασιν; ὅταν ἴδωμέν τινας ἀνθρώπους ἐν ἅπασιν ἀληθεύοντας, καὶ ἐν μηδενὶ ψευδομένους· κἂν ἐχθροὶ τυγχάνοντες ὦσι, καὶ νοῦν ἔχωμεν, δεχόμεθα τὰ ὑπ' αὐτῶν λεγόμενα. ὥσπερ οὖν ὅταν ἴδωμεν ψευδομένους, κἂν ἀληθεύωσιν ἔν τισιν, οὐδὲ ἐκεῖνα ῥᾳδίως παραδεχόμεθα.

Φέρε οὖν, ἴδωμεν ὁποῖον τὸ ἦθος τοῦ Χριστοῦ· καὶ ποῖος ὁ τρόπος. οὐδὲ γὰρ τοῦτο μόνον προεῖπεν καὶ προανεφώνησεν· ἀλλὰ καὶ ἄλλα τινὰ πολλὰ τῶν μελλόντων ἐκβήσεσθαι μετὰ μακρὸν ὕστερον χρόνον, προανηγόρευσε τότε. ἀγάγωμεν τοίνυν ἐκείνας τὰς προῤῥήσεις εἰς μέσον· κἂν ἴδῃς ἐν ἐκείναις ψευδόμενον· μηδὲ ταύτην καταδέξῃ, μηδὲ νομίσῃς εἶναι πιστόν· ἂν δὲ ἴδῃς ἐν ἅπασιν ἀληθεύοντα, καὶ ταύτην τέλος εἰληφυῖαν τὴν πρόῤῥησιν, [b] καὶ τὸν ἄφατον μαρτυροῦντα χρόνον τῇ τῶν προειρημένων ἀληθείᾳ, μὴ ἀναισχύντει περαιτέρω, μηδὲ φιλονείκει τοῖς ἡλίου φανερωτέροις πράγμασιν. τί οὖν καὶ ἄλλο προεῖπεν, ἴδωμεν. προσῆλθεν αὐτῷ γυνὴ, ἀλάβαστρον μύρου ἔχουσα πολυτίμου, καὶ κατέχεε τὸ ἔλαιον. ἐπετίμησαν οἱ μαθηταὶ τῷ γινομένῳ, λέγοντες· διὰ τί μὴ ἐπράθη τοῦτο τριακοσίων δηναρίων, καὶ ἐδόθη πτωχοῖς; ἐγκαλῶν τοίνυν αὐτοῖς, οὕτω πως φησί· τί κόπους παρέχετε τῇ γυναικί; ἔργον γὰρ καλὸν ἐποίησε. λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅπου ἐὰν κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο εἰς πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ ὃ ἐποίησεν αὕτη λαληθήσεται εἰς μνημόσυνον αὐτῆς. ἆρ' οὖν ἐψεύσατο, ἢ ἠλήθευσεν; ἔλαβε τέλος ἡ προφητεία, ἢ διέπεσεν; ἐρώτησον τὸν Ἰουδαῖον· κἂν μυριάκις ἀναισχυντῇ, πρὸς τὴν πρόῤῥησιν ταύτην ἀντιβλέψαι [c] οὐκ ἔχει. καὶ γὰρ ἐν ἐκκλησίαις ἁπάσαις ἀκούομεν τὴν γυναῖκα λαλουμένην· καὶ ἑστήκασιν ὕπατοι, στρατηγοὶ, ἄνδρες, γυναῖκες, περιφανεῖς, ἐπίσημοι, λαμπροὶ ἐν ἁπάσαις πόλεσιν· καὶ ὅπου περ ἂν ἀφίκῃ τῆς οἰκουμένης, μετὰ πάσης ἡσυχίας ἀκούσῃ τὸ κατόρθωμα τῆς γυναικός· καὶ οὐκ ἔστι μέρος τῆς οἰκουμένης, ὃ τὸ γινόμενον ἠγνόησεν. καίτοι πόσοι βασιλεῖς πολλὰ καὶ μεγάλα εἰργάσαντο [d] τὰς πόλεις ἀγαθὰ, καὶ πολέμους κατώρθωσαν, καὶ τρόπαια πολλὰ ἔστησαν, καὶ ἔθνη διέσωσαν, καὶ πόλεις ἀνέστησαν, καὶ προσόδους μυρίας εἰργάσαντο· ἀλλ' ὅμως σεσίγηνται μετὰ τῶν οἰκείων κατορθωμάτων. καὶ βασιλίδες πολλαὶ, καὶ μεγάλαι γυναῖκες, μυρία τοὺς ἀρχομένους εὐεργετήσασαι, οὐδὲ ἐξ ὀνόματος εἰσί τισι γνώριμαι. ἡ δὲ εὐτελὴς αὕτη γυνὴ, ἔλαιον καταχέασα μόνον, πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ᾄδεται, καὶ χρόνου πλῆ-

[a] Alii, ἐπ' ἀνθρώπῳ. Alii, ἐπ' ἀνθρώπων. Paulopost, alii, καὶ νοῦν ἔχωμεν. Mox unus Cod. ὥσπερ αὖ πάλιν ἂν ἴδωμεν ψευδομένους.

[b] Plurimi MSS. καὶ τὸν ἄφατον μαρτυροῦντα χρόνον. Morel. μαρτυροῦσαν.

[c] Alii, οὐκ ἕξει.

A tuum populum per universum orbem dispersit: videlicet reipsa declarans, se resurrexisse, ac vivere, atque nunc esse in cælis. Quoniam enim ex benefactis noluisti potentiam illius cognoscere, per pœnas ac supplicia demonstravit robur suum, inevitabile pariter, & inexpugnabile. At ne sic quidem credis, aut putas illum esse Deum, ac totius orbis dominum; sed arbitraris hominem fuisse vulgarem. Age igitur, perinde ac si homo tantum fuerit, rem excutiamus. Cum aliquos videmus homines, quos in omnibus comperimus esse veraces, nec ulla in re mentientes: horum, etiamsi fuerint hostes, modo sapiamus, dicta recipimus. B Rursum si viderimus eos mentientes, etiamsi in nonnullis veraces fuerint; nec illa facile recipimus, quæ vere ab illis dicta sunt.

2. Age nunc, consideremus Christi mores, & vitam. Non enim hoc tantum quod diximus, prædixit, atque prænunciavit, verum etiam alia multa, longo post tempore ventura, vaticinatus est. Proferamus igitur prædictiones illas in medium in quibus si videris illum mendacem; ne hanc quidem recipito, neque putes illi fidem habendam. Contra, si videris illum in cæteris omnibus veracem, & hanc ipsam prædictionem evenisse: C deinde cum videas immensum temporum curriculum attestans veritati eorum quæ prædixit, ne velis ultra perfricare frontem, neque rebus sole clarioribus obstrepere. Videamus igitur quid præterea prædixerit. Accessit ad illum mulier alabastrum habens unguenti preciosi, & effudit unguentum. Hoc factum indigne ferentes discipuli, dicebant. *Quare non venumdatum est trecentis denariis, ac datum pauperibus?* Hoc reprehendens, loquitur in hunc modum, *Quid molesti estis mulieri? bonum enim opus fecit. Dico enim vobis, ubicumque prædicatum fuerit hoc Evangelium in universa terra, dicetur & hoc quod hæc fecit, in memoriam ejus.* D Utrumne mentitus est, an dixit verum? Evenit quod prædixit, an fuit inane vaticinium? Interroga Judæum, etsi millies perfricuerit frontem, adversus hanc prædictionem non poterit oculos attollere. In omnibus enim Ecclesiis memorari mulierem audimus. Sunt consules, duces, viri, mulieres, nobiles, illustres, splendidi, in omnibus urbibus; & in quamcumque orbis partem deveneris, summo cum silentio audies hujus mulieris officium: nec est ulla mundi plaga, quæ factum hoc ignoret. Atqui quot reges multa magnaque in urbes contulerunt beneficia, bella cum laude gesserunt, tropæa statuerunt, gentes E conservarunt, urbes condiderunt, & innumeros paravere reditus: & tamen cum his præclare gestis silentio teguntur? Item reginæ primariæque feminæ innumerabilia benefacta contulerunt in eos quibus imperabant, quæ ne de nomine quidem ulli notæ sunt. Hæc autem abjecta mulier, quæ tantum effudit unguentum, toto terrarum orbe decantatur. Ne temporis quidem tam

Christum in prædictionibus prorsus veracem esse demonstratur.

Matt. 26.

[d] Alii, ταῖς πόλεσι. Infra, aliquot MSS. καὶ προσόδους μυρίας προσεκτήσαντο· ἀλλ' ὅμως. Mox idem, βασιλίδες πολλαὶ, ὁμοίως μεγάλα καὶ μυρία. Paulopost tres MSS. γνώριμοι, alii, γνώριμαι. Ibid. καταχέασα, alii, καταχέουσα

immensa longitudo memoriam illius vel exstinxit, vel exstinguet umquam, idque cum factum ipsum non esset insigne: quid enim magni erat unguentum effundere? neque persona esset celebris; erat enim mulier abjecta: neque multi testes aderant; nam inter discipulos res est gesta: neque locus nobilis, neque enim hoc fecit per theatrum transiens, sed in domo decem dumtaxat hominibus præsentibus. Attamen neque personæ vilitas, neque testium paucitas, neque loci obscuritas, neque ulla res alia potuit illius abolere memoriam. Quin potius reginis omnibus ac regibus universis celebrior est nunc hæc mulier; nec ulla ætas oblivioni tradidit quod factum est. Unde id, dic mihi, aut quis hoc effecit? An non Deus ipse, cui tum hoc officium præstabatur, hanc famam per omnia terrarum loca dispersit? Proinde dic mihi, num hujusmodi prædicere, virtutis humanæ videtur? Quis enim sanæ mentis hoc dixerit? Nam prædicere quæ facturus esset, mirum quidem ac prodigiosum: verum prædicere quæ alii facturi sunt, efficereque ut fides illis habeatur, sintque cunctis perspicua, multo majus est ac mirabilius. Rursus prædixit Petro; *Super hanc petram* Matth. 16. 18. *ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Proinde dic age Judæe, quid habes quod reprehendas, aut redarguas ex iis quæ dicta sunt? quid habes, quo doceas hanc prædictionem esse mendacem? Annon testimonium cum rebus consentit, etiamsi mille modis ipse contendas in adversum? Quot enim bella adversus Ecclesiam concitata sunt? quot exercitus instructi, quot arma mota, quod non cruciatus & supplicii genus excogitatum, sartagines, catapultæ, lebetes, fornaces, lacus & præcipitia, bestiarum dentes, maria, & proscriptiones, aliaque innumera tormentorum genera, neque dictis memoranda, neque factis toleranda? Atque hæc non tantum ab extraneis, verum etiam a nostris domesticis. Nam civile quoddam bellum occuparat omnia, vel quovis potius civili bello perniciosius. Neque enim cives modo cum civibus, verum etiam cognati cum cognatis, domestici cum domesticis, amici cum amicis confligebantur: nihil tamen horum dissolvit Ecclesiam, ac ne infirmiorem quidem reddidit. Atque id sane mirum & incredibile, quod hæc in ipsis statim primordiis mota sunt. Nam si tum irruissent hæc acerba, postquam jam radices egerat, & ubique terrarum plantatum erat Evangelium: haud perinde fuisset admirandum, non fuisse subversam Ecclesiam. Cæterum cum in ipso doctrinæ exordio, nuper jacto fidei semine, teneris etiamnum auditorum mentibus, tot bella eruperint; res nostras non solum nulla ex parte fuisse diminutas, verum etiam multam accessionem adjunctam fuisse, hoc nimirum superat omne miraculum. Ne quis autem dicere possit, quod nunc Ecclesia post pacem a regibus præbitam constabilita sit; cum esset minor, cum videretur imbecillior, tunc illam oppugnari permisit Deus: ut ediscas, etiam

a Alii, τὸ ἄδηλον τοῦ τόπου.
b Alii, τὸ μὲν γὰρ περὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ γινομένων προαναφωνεῖν,

A θος τοσοῦτον οὐκ ἔσβεσεν αὐτῆς τὴν μνήμην, οὐδὲ σβέσει ποτέ· καίτοι οὐδὲ τὸ ἔργον περιφανές· τί γὰρ ἦν, τὸ ἔλαιον καταχέαι; οὐδὲ τὸ πρόσωπον ἐπίσημον· γυνὴ γὰρ ἦν ἀπερριμμένη. οὐδὲ οἱ μάρτυρες πολλοί· μεταξὺ γὰρ τῶν μαθητῶν ἐποίησεν· οὐδὲ ὁ τόπος κατάδηλος· οὐδὲ γὰρ ἐν θεάτρῳ παρελθοῦσα τοῦτο εἰργάσατο, ἀλλ' ἐν οἰκίᾳ, δέκα μόνον παρόντων ἀνθρώπων. ἀλλ' ὅμως οὔτε ἡ εὐτέλεια τοῦ προσώπου, οὔτε ἡ ὀλιγότης τῶν μαρτύρων, οὔτε ^a τὸ ἄσημον τοῦ τόπου, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἴσχυσεν αὐτῆς ἀφανίσαι τὴν μνήμην. ἀλλὰ βασιλίδων πασῶν, καὶ βασιλέων ἁπάντων, λαμπροτέρα νῦν ἐστιν ἡ γυνή· καὶ χρόνος οὐδεὶς
B λήθῃ τὸ γενόμενον παρέδωκε. πόθεν εἰπέ μοι· τίνος ταῦτα ἐργασαμένου; οὐχὶ τοῦ θεραπευθέντος τότε θεοῦ, πανταχοῦ τὴν φήμην ταύτην διασπείραντος; ταῦτα οὖν ἀνθρωπίνης δυνάμεως, εἰπέ μοι, τὸ τοιαῦτα προαναφωνεῖν; καὶ τίς ἂν ταῦτα εἴποι νοῦν ἔχων; ^b τὸ μὲν γὰρ τι τῶν ὑπ' αὐτοῦ γινομένων, προλέγειν, θαυμαστὸν μὲν καὶ παράδοξον· τὸ δὲ καὶ τὰ παρ' ἑτέρων γινόμενα προλέγειν, καὶ ποιεῖν εὔπιστα γίνεσθαι, καὶ πᾶσι κατάδηλα, πολλῷ μεῖζον καὶ θαυμαστότερον. πάλιν προεῖπε τῷ Πέτρῳ, ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν· καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. τί οὖν,
C εἰπέ μοι, ἔχεις ἐπιλαβέσθαι τῶν εἰρημένων, ὦ Ἰουδαῖε, καὶ δεῖξαι ψευδῆ ταύτην εἶναι τὴν προαναφώνησιν; ἀλλ' οὐκ ἀνέξεται τῶν πραγμάτων ἡ μαρτυρία, κἂν μυριάκις αὐτὸς φιλονεικῇς. πόσοι γοῦν πόλεμοι κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἀνερριπίσθησαν, καὶ στρατόπεδα πολλὰ παρεσκευάσθησαν, καὶ ὅπλα ἐκινήθησαν, καὶ πᾶν εἶδος κολάσεως, καὶ τιμωρίας ἐπενοήθη, καὶ τήγανα, καὶ καταπέλται, καὶ λέβητες, καὶ κάμινοι, καὶ λάκκοι, καὶ κρημνοί, καὶ θηρίων ὀδόντες, καὶ πελάγη, καὶ δημεύσεις, καὶ ἕτερα μυρία βασανιστήρια, οὐδὲ λόγῳ ῥητά, οὐδὲ ἔργῳ φορητά. καὶ οὐ παρὰ τῶν ἔξωθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν οἰκείων αὐ-
D τῶν. καὶ γὰρ ἐμφύλιός τις τότε τὰ πάντα κατεῖχε πόλεμος· μᾶλλον δὲ ἐμφυλίου παντὸς χαλεπώτερος. οὐ γὰρ πολῖται πολίταις μόνον, ἀλλὰ καὶ συγγενεῖς συγγενέσι, καὶ οἰκεῖοι οἰκείοις, καὶ φίλοι φίλοις συνερρήγνυντο· ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων κατέλυσε τὴν ἐκκλησίαν, οὐδὲ ἐποίησεν ἀσθενεστέραν. καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, καὶ παράδοξον, ὅτι ἐν τοῖς προοιμίοις ταῦτα ^c πάντα ἐκινεῖτο. εἰ μὲν γὰρ τότε ἐπήγετο τὰ δεινά, ὅτε ἐρριζώθη, καὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης κατεφυτεύθη τὸ κήρυγμα· οὐχ οὕτω θαυμαστὸν ἦν, τὸ μὴ καταστραφῆναι τὴν ἐκκλησίαν. τὸ δὲ ἐν ἀρχῇ τῆς
E διδασκαλίας, ἄρτι τῆς πίστεως καταβληθείσης, καὶ τῆς διανοίας τῶν ἀκουόντων ἁπαλωτέρας οὔσης, τοσούτοις συρραγῆναι πολέμοις· καὶ μὴ μόνον μηδὲν ἐλαττωθῆναι τὰ καθ' ἡμᾶς πράγματα, ἀλλὰ καὶ ἐπιδοῦναι πλέον, τοῦτό ἐστι τὸ παντὸς θαύματος ἔχον ὑπερβολήν. ἵνα γὰρ μὴ λέγῃς, ὅτι νῦν ἡ ἐκκλησία ἀπὸ τῆς τῶν βασιλέων εἰρήνης συνέστηκεν· ὅτε ἐλάττων ἦν, ὅτε ἀσθενεστέρα εἶναι ἐδόκει· τότε αὐτὴν πολεμεῖσθαι συνεχώρησεν ὁ θεὸς, ἵνα μάθῃς, ὅτι καὶ ἡ νῦν

θαυμαστὸν ὄντως καὶ
c Unus, πάντα ἐγίνετο,

A ἀσφάλεια αὐτῆς, οὐκ ἀπὸ τῆς τῶν βασιλέων εἰρήνης, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως γέγονε.

Καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ἀναλόγισαι, πόσοι δόγματα ἠβουλήθησαν εἰσαγαγεῖν παρ' Ἕλλησι, καὶ πολιτείαν ἐνστήσασθαι ξένην· οἷον Ζήνων, Πλάτων, Σωκράτης, [a] Διαγόρας, Πυθαγόρας, καὶ ἕτεροι μύριοι· ἀλλ' ὅμως τοσοῦτον ἀπέσχον περιγενέσθαι, ὡς μηδὲ ἐξ ὀνόματος εἶναι τοῖς πολλοῖς γνώριμοι. ὁ δὲ Χριστὸς οὐκ ἔγραψε πολιτείαν μόνον· ἀλλὰ καὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης αὐτὴν κατεφύτευσε. πόσα λέγεται Ἀπολλώνιος ὁ ἐκ Τυάνων πεποιηκέναι; ἀλλ' ἵνα μάθῃς ὅτι ψεῦδος πάντα ἐκεῖνα ἦν, B καὶ φαντασία, καὶ ἀληθὲς οὐδέν· ἐσβέσθη, καὶ τέλος ἔλαβεν. καὶ μηδεὶς ὕβριν εἶναι νομιζέτω τοῦ Χριστοῦ· ὅτι ἐν τοῖς περὶ αὐτοῦ λόγοις, Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος, Ζήνωνος, καὶ τοῦ Τυανέως μεμνήμεθα. οὐ γὰρ ἐξ οἰκείας τοῦτο ποιοῦμεν γνώμης· ἀλλὰ τῇ ἀσθενείᾳ τῶν Ἰουδαίων συγκαταβαίνοντες, τῶν νομιζόντων αὐτὸν ἄνθρωπον εἶναι ψιλόν. ἐπεὶ καὶ Παῦλος οὕτως ἐποίησεν, εἰσελθὼν γὰρ εἰς τὰς Ἀθήνας, οὐκ ἀπὸ προφητῶν οὐδὲ ἐξ εὐαγγελίων αὐτοῖς διελέγετο· ἀλλ' ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τὴν παραίνεσιν ἐποιεῖτο. οὐκ ἐπειδὴ τὸν βωμὸν ἀξιοπιστότερον τῶν εὐαγγελίων εἶναι ἐνόμιζεν· οὐδὲ ἐπειδὴ τὰ γράμματα τὰ C ἐκεῖ κείμενα τῶν προφητῶν ἦσαν τιμιώτερα· ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς Ἕλληνας διελέγετο τοὺς οὐδενὶ τῶν ἡμετέρων πιστεύοντας, ἀπὸ τῶν οἰκείων αὐτοὺς ἐχειρώσατο δογμάτων. διὰ τοῦτο, φησὶν, ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος, τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος· μὴ ὢν ἄνομος θεῷ, ἀλλ' ἔννομος Χριστῷ. οὕτω καὶ ἡ παλαιὰ περὶ τοῦ θεοῦ διαλεγομένη πρὸς Ἰουδαίους ποιεῖ λέγουσα οὕτως· τίς ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς, κύριε; τί λέγεις, ὦ Μωϋσῆ, ὅλως γάρ ἐστι σύγκρισις; οὐ κατὰ σύγκρισιν τοῦτο ποιῶν εἶπον, φησίν· ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς Ἰουδαίους διαλέγομαι, τοὺς μεγάλην περὶ τῶν δαιμόνων ἔχοντας δόξαν, τῇ ἀσθενείᾳ αὐτῶν συγκαταβαί- D νων, τοῦτον τῆς διδασκαλίας εἰσήγαγον τὸν τρόπον. ἐπεὶ οὖν καὶ ἡμῖν πρὸς Ἰουδαίους ὁ λόγος, τοὺς ἄνθρωπον ψιλὸν εἶναι νομίζοντας τὸν Χριστὸν, καὶ παράνομόν τινα· διὰ τοῦτο καὶ ἀπὸ τῶν παρ' Ἕλλησι θαυμαζομένων ἐποιησάμεθα τὴν ἐξέτασιν. εἰ δὲ βούλεσθε καὶ ἀπὸ τῶν παρ' αὐτοῖς τοῦτο ἐγχειρησάντων, καὶ μαθητὰς συναγαγόντων, καὶ εἰς ἄρχοντας, καὶ εἰς προστάτας ἀναρρηθέντων, καὶ σβεσθέντων εὐθέως, ἐπιχειρήσωμεν ταῖς ἀποδείξεσι ταύταις. οὕτω γοῦν καὶ ὁ Γαμαλιὴλ αὐτοὺς ἐπεστόμισεν. ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν αὐτοὺς μαινο- E μένους, καὶ ἐπιθυμοῦντας τὸ αἷμα τῶν μαθητῶν ἐκχέειν· βουλόμενος αὐτοὺς τῆς ἀκαθέκτου μανίας κατασχεῖν· κελεύσας ἔξω ποιῆσαι βραχὺ τοὺς ἀποστόλους, οὕτω πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν· προσέχετε ἑαυτοῖς ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, τί μέλλετε πράσσειν; πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη Θευδᾶς, λέγων εἶναί τινα ἑαυτόν· καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ἄνδρες τετρακόσιοι· κἀκεῖνος ἀπώλετο, καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ διεσκορπίσθησαν· καὶ μετ' ἐκεῖνον ἀνέστη Ἰούδας ὁ Γαλιλαῖος, ὃς ἀπέστησεν ὄχλον ἱκανόν· κἀκεῖνος ἀπέθανε, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπώλοντο. καὶ τὰ νῦν λέγω ὑμῖν, προσέχετε ἑαυτοῖς· ὅτι ἐὰν

quod nunc in tuto sit, non tribuendum esse paci, quam præstant reges, sed a potentia Dei proficisci.

3. Id ut cognoscas esse verum, reputa tecum, quam multi conati sint apud Græcos opiniones novas ac peregrinas vivendi rationes inducere, velut Zeno, Plato, Socrates, Diagoras, Pythagoras, aliique innumeri: tamen adeo non vicerunt, ut plerisque ne de nomine quidem sint noti, Christus autem non modo præscripsit vitæ formam, verum etiam hanc ubique terrarum plantavit. Quam multa fertur Apollonius ille Tyaneus fecisse? verum uti scires, illa omnia esse conficta, vana, nihil habentia veri: exstincta sunt, & finem acceperunt. Jam ne quis arbitretur contumeliam esse Christi, quod de illo verba facientes, Pythagoræ, Platonis, Zenonis, & Tyanei meminerimus: non enim id facimus ex animi nostri sententia, sed ad Judæorum infirmitatem nos ipsos demittentes, qui credunt eum esse nudum hominem; itidem & a Paulo factum est. Is enim ingressus Athenarum urbem, non ex Prophetis nec ex Evangelio cum illis disseruit, sed ab ara cepit exhortationem. Non quod aram illam ad faciendam fidem plus habere momenti crederet, quam Evangelia; neque quod literas illic inscriptas potiores duceret Prophetis: sed quoniam cum gentibus disputabat, quæ nulli nostrorum voluminum credunt, a propriis ipsorum dogmatibus ipsos aggressus est. Hinc est quod ait: *Factus sum Judæis ut Judæus, his qui sine lege erant, tamquam essem sine lege; cum sine lege non essem Deo, sed essem in lege Christi.* Itidem & veteris testamenti Scriptura facit de Deo Judæis loquens, sic enim ait: *Quis similis tui in diis, Domine?* Quid ais Moyses? itane comparatio est ulla Dei veri ac deorum falsorum? Non, inquit, hoc ut comparationem inducam loquutus sum: sed quia ad Judæos mihi erat sermo, qui magnificam de dæmonibus habent opinionem, ad illorum imbecillitatem me accommodans hoc docendi genere sum usus. Quoniam igitur nobis quoque disputatio est adversus Judæos, qui Christum existimant simplicem fuisse hominem, & legis prævaricatorem: propterea ab iis, quæ apud gentes in admiratione sunt, induxi comparationem. Quod si vultis me & eorum, qui apud ipsos Judæos eadem conati sunt & discipulos sibi adsciverunt, & principes aut præsides designati, sed protinus exstincti sunt, exempla recensere; age conabimur & sic demonstrare. Hoc igitur modo Gamaliel os obturavit illis. Cum enim videret illos insanientes, cupidosque effundendi sanguinis discipulorum, studens eos ab impotenti vesania cohibere, jussis paulisper secedere Apostolis, sic ad illos verba fecit. *Prospicite vobis quid de his hominibus sitis facturi. Ante hos enim dies exortus est Theudas, dicens se esse aliquem, & sequuti sunt illum viri quadringenti, & ille periit, & omnes quotquot ei paruerunt, dispersi sunt. Et post illum exortus est Judas Galilæus, qui abduxit turbam magnam, & mortuus est, discipulique illius perierunt. Et nunc dico vobis, Attendite vobis, quoniam si opus hoc fue-*

Multi conati sunt novas inducere leges, unus Christus potuit.

Act. 17.

1. *Cor.* 9. 20.

Exod. 15. 11.

Act. 5. 35.

[a] Unus Cod. Διαγόρας, Ἀναξαγόρας. Mox unus, ἀπέχειν περιγενέσθαι, | ἐπὶ ἐκείνων μὴ οὐδὲ ἐξ ὀνόματος εἶναι τοῖς πολλοῖς.

rit ex hominibus; dissolvetur. Sin ex Deo est, non poteritis illud dissolvere, ne forte comperiamini & adversus Deum pugnare. Unde igitur manifestum est, fore ut si ex hominibus sit dissolvatur. Experimentum, inquit, cepistis a Juda & Theuda. Itaque & hic qui ab istis prædicatur, si talis est, quales fuerunt illi, nec divina potentia peragit omnia; exspectate paulisper, & ipse rerum eventus vobis faciet fidem: ex ipso fine cognoscetis, utrum hic sit impostor, ut dicitis, ac legis transgressor, an Deus universa conservans, ineffabilique potentia res mortalium dispensans moderansque. Quod dico, factum est. Exspectarunt, & ex ipsis factis declarata est divina & inexpugnabilis potentia. Atque hoc inventum, quod ad decipiendos plurimos adhibitum erat, retortum est in caput diaboli. Nam cum videret illum advenisse, volens illius obscurare adventum, veramque dispensationem, submisit deceptores aliquot, quo videlicet & ille unus ex eorum numero putaretur. Quodque in cruce fecit, procurans, ut duo latrones cum illo crucifigerentur: idem fecit in illius adventu, studens veritatem admixto mendacio obscurare: verum nec illic prævaluit, nec hic, quin maxime hoc ipsum potentiam Christi declaravit. Alioqui dic mihi, cur cum tres fuerint crucifixi eodem loco, eodem tempore, sub iisdem judicibus, illi sileantur, hic solus adoretur? Rursus quam ob rem tandem cum plures novam vivendi rationem induxerint, ac discipulos habuerint; illorum ne nomen quidem hodie notum sit, hic per omnes mundi plagas colatur? Res enim potissimum elucescunt ex collatione. Confer ista mihi, o Judææ, ac disce veritatis excellentiam. Quis impostor tot Ecclesias toto terrarum orbe paravit? Quis ab extremis ad extrema mundi cultum suum protulit? Quis omnes subjectos habuit, idque cum essent innumera obstacula? Nemo sane. Annon igitur perspicuum est, Christum non esse impostorem, sed salvatorem, sed beneficum, sed curatorem, sed principem vitæ nostræ. Proinde ad id quod erat propositum redibo, si prius unam adhuc
Matth. 10. 34. prædictionem addidero. *Non veni*, inquit, *mittere pacem super terram, sed gladium:* non declarans quid ipse cuperet, sed rerum eventum prædicens. *Veni enim*, inquit, *separare hominem adversus patrem suum, & nurum adversus socrum suam, & filiam adversus matrem suam.* Unde hæc prædixit, si nihil aliud erat quam homo, & unus quispiam e vulgo? Quod autem dicit, hunc habet sensum: Quoniam evenit, ut in eadem domo unus sit fidelis, alter infidelis: deinde pater velit filium suum pertrahere ad impietatem: hoc ipsum prædicens ait: adeo vincet Evangelii potestas, ut filii quoque contemnant patres suos, & filiæ matres, & parentes liberos. Non solum autem prius habebunt familiares contemnere, verum etiam suam animam

A ἢ ἐξ ἀνθρώπων τὸ ἔργον τοῦτο, καταλυθήσεται. εἰ δὲ ἐκ θεοῦ ἐστιν, οὐ δυνήσεσθε καταλῦσαι αὐτὸ, μή ποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε. πόθεν οὖν δῆλον ἔσται, ὅτι ἐὰν ᾖ ἐξ ἀνθρώπων, καταλυθήσεται; πεῖραν ἐλάβετε, φησὶν, ἀπὸ Ἰούδα καὶ Θευδᾶ. ὥστε καὶ οὗτος ὁ κηρυττόμενος ὑπὸ τούτων, εἰ τοιοῦτός ἐστιν, οἷοι ἐκεῖνοι, καὶ μὴ θείᾳ δυνάμει πάντα ἐργάζηται· μικρὸν ἀναμείνατε, καὶ αὐτὴ τῶν πραγμάτων ὑμᾶς πιστώσεται ἡ ἔκβασις· [a] καὶ διὰ τοῦ τέλους εἴσεσθε σαφῶς, εἴτε ἄνθρωπός ἐστι πλάνος, ὡς φατὲ, καὶ παράνομος· εἴτε θεὸς ὁ πάντα συγκρατῶν, καὶ ἀπορρήτῳ δυνάμει τὰ καθ' ἡμᾶς οἰκονομῶν πράγματα. ὅπερ οὖν καὶ ἐγένετο. B ἀνέμειναν, καὶ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἐδηλοῦτο ἡ θεία καὶ ἄμαχος δύναμις, καὶ τὸ σόφισμα τοῦτο, καὶ πρὸς ἀπάτην τῶν πολλῶν γινόμενον, εἰς τὴν τοῦ διαβόλου περιετρέπετο κεφαλήν. ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν αὐτὸν παραγινόμενον· βουλόμενος συσκιάσαι αὐτοῦ τὴν παρουσίαν, καὶ τὴν ἀληθῆ οἰκονομίαν, εἰσήνεγκεν ἀπατεῶνας τινὰς, οὓς προείπομεν· ἵνα καὶ οὗτος εἷς ἐκείνων νομίζηται εἶναι. καὶ ὅπερ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ πεποίηκε, δύο παρασκευάσας λῃστὰς μετ' αὐτοῦ σταυρωθῆναι· τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς παρουσίας εἰργάσατο, τῇ παραθέσει τοῦ ψεύδους τὴν ἀλήθειαν συσκιάσαι σπεύδων· ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖ τι ἴσχυσεν, οὐδὲ ἐνταῦθα· C ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο μάλιστα τὴν δύναμιν ἔδειξε τοῦ Χριστοῦ. διὰ τί γὰρ, εἰπέ μοι, τριῶν ὄντων τῶν σταυρωθέντων, ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ, ἐν τῷ αὐτῷ καιρῷ, ὑπὸ τῶν αὐτῶν δικαστῶν, ἐκεῖνοι μὲν σεσίγηνται, οὗτος δὲ μόνος προσκυνεῖται; πάλιν, τί δή ποτε πολλῶν εἰσαγαγόντων πολιτείαν καινὴν καὶ μαθητὰς ἐσχηκότων· ἐκείνων μὲν οὐδὲ τοὔνομα μέχρι τήμερόν ἐστι γνώριμον· οὗτος δὲ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης θεραπεύεται; τὰ γὰρ πράγματα ἀπὸ συγκρίσεως μάλιστα φαίνεται. [b] σύγκρινον τοίνυν, ὦ Ἰουδαῖε, καὶ μάθε τῆς ἀληθείας τὴν ὑπεροχήν. τίς πλάνος τοσαύτας πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐκκλησίας ἐκτήσατο; καὶ ἀπὸ περάτων τῆς οἰκουμένης εἰς πέρατα D τοσαύτην αὐτοῦ θεραπείαν ἐξέτεινε, καὶ πάντας ὑποκύπτοντας ἔσχε, καὶ ταῦτα μυρίων ὄντων τῶν κωλυόντων; οὐκ ἔστιν οὐδείς. οὐκοῦν δῆλον, ὅτι ὁ Χριστὸς οὐχὶ πλάνος ἦν, ἀλλὰ σωτὴρ, καὶ εὐεργέτης, καὶ κηδεμὼν, καὶ προστάτης τῆς ζωῆς τῆς ἡμετέρας. μίαν ἔτι πρόρρησιν προσθεὶς, ἐπὶ τὸ προκείμενον βαδιοῦμαι. οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, φησὶν, ἐπὶ τὴν γῆν, ἀλλὰ μάχαιραν, οὐ τὴν γνώμην τὴν ἑαυτοῦ λέγων· ἀλλὰ τὸ τέλος τῶν ἐκβαινόντων πραγμάτων. ἦλθον γὰρ διχάσαι, φησὶν, ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ νύμφην κατὰ τῆς πενθερᾶς αὐτῆς, καὶ θυγατέρα κατὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς. πόθεν ταῦτα προεῖπεν, εἰπέ μοι, εἴγε ψιλὸς ἄνθρωπος ἦν, καὶ τῶν E πολλῶν εἷς; ὃ γὰρ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν. ἐπειδὴ συνέβαινεν οἰκίᾳ ἐν μιᾷ τὸν μὲν εἶναι πιστὸν, τὸν δὲ ἄπιστον· εἶτα τὸν πατέρα βούλεσθαι ἕλκειν ἐπὶ τὴν ἀσέβειαν τὸν υἱὸν τὸν ἑαυτοῦ· τοῦτο αὐτὸ προλέγων, φησίν· οὕτω κρατήσει τοῦ κηρύγματος ἡ δύναμις, ὡς καὶ πατέρων παῖδας ὑπερορᾶν, καὶ μητέρων θυγατέρας, καὶ γονεῖς παίδων. αἱρήσονται γὰρ οὐχὶ τῶν οἰκείων καταφρονεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν

[a] Alii, καὶ πρὸ τοῦ τέλους.
[b] Alii, σύγκρινον τοίνυν τοῦτο, ὦ. Unus, σύγκρινόν μοι ταῦτα, ὦ Ἰουδαῖε, & hanc postremam lectionem sequutus est Interpres.

δοῦναι

ἐκδοῦναι τὴν ἑαυτῶν, καὶ πάντα ὑπομεῖναι καὶ παθεῖν, ὥστε μὴ ἀρνήσασθαι τὴν εὐσέβειαν. πόθεν τούτῳ ταῦτα καὶ εἰδέναι καὶ κατασκευάσαι δυνατὸν, εἴγε ἄνθρωπος ἦν εἷς τῶν πολλῶν; πόθεν ἐπῆλθεν αὐτῷ λογίσασθαι τοῦτο, ὅτι καὶ πατέρων ἔσται παισὶν αἰδεσιμώτερος, καὶ πατράσι παίδων γλυκύτερος, καὶ γυναιξὶν ἀνδρῶν ποθεινότερος; καὶ ταῦτα οὐκ ἐν μιᾷ μόνῃ οἰκίᾳ, οὐδὲ ἐν δυσὶ καὶ τρισὶ, καὶ δέκα, καὶ εἴκοσι, καὶ ἑκατὸν, ἀλλὰ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης, ἐν πόλεσιν ἁπάσαις καὶ χώραις, καὶ γῇ, καὶ θαλάττῃ, καὶ οἰκουμένῃ, καὶ ἀοικήτῳ. καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι εἶπε μὲν ταῦτα, οὐκ ἐπήγαγε δὲ τὸ τέλος. πολλοὶ γοῦν ἐν προοιμίοις καὶ ἐν ἀρχῇ, μᾶλλον δὲ καὶ ἔτι καὶ νῦν διὰ τὴν εὐσέβειαν μισοῦνται, ἐκβάλλονται τῶν οἰκιῶν τῶν πατρῴων, καὶ πρὸς οὐδὲν ἐπιστρέφονται τούτων· ἱκανὴν παραμυθίαν ἔχοντες, τὸ διὰ τὸν Χριστὸν ταῦτα πάσχειν. τίς ταῦτα ἴσχυσέ ποτε ἐν ἀνθρώποις, εἰπέ μοι; οὗτος τοίνυν ὁ ταῦτα ἅπαντα προειπὼν, τὰ περὶ τῆς γυναικὸς ἐκείνης, τὰ περὶ τῆς ἐκκλησίας, τὰ περὶ τοῦ πολέμου τούτου· οὗτος προεῖπεν, ὅτι καὶ ὁ ναὸς πεσεῖται, καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα ἁλώσεται, καὶ οὐκέτι τῶν Ἰουδαίων ἔσται πόλις ἡ πόλις, καθάπερ καὶ πρότερον. εἰ μὲν οὖν ἐψεύσατο πάντα ἐκεῖνα, καὶ μὴ ἔλαβε τέλος· ἀπίστει καὶ τούτοις. εἰ δὲ ὁρᾷς ἐκεῖνα λάμποντα ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν αὐξανόμενα, καὶ οὐδὲ τῆς ἐκκλησίας πύλας ᾅδου [a] κατισχύσαν· καὶ ὅπερ ἐποίησεν ἡ γυνὴ λαλεῖται πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης, μετὰ χρόνον τοσοῦτον· οἱ δὲ ἄνθρωποι οἱ πιστεύσαντες αὐτῷ, καὶ πατέρων καὶ γυναικῶν καὶ τέκνων αὐτὸν προετίμησαν· τίνος ἕνεκεν ταύτῃ μόνῃ τῇ προῤῥήσει ἀπιστεῖς, εἰπέ μοι, καὶ ταῦτα τῆς ἀπὸ τοῦ χρόνου μαρτυρίας ἐπιστομιζούσης σου τὴν ἀναισχυντίαν; εἰ μὲν οὖν μετὰ τὴν ἅλωσιν δέκα μόνον ἔτη ἦν, ἢ εἴκοσι, ἢ τριάκοντα, ἢ πεντήκοντα· μάλιστα μὲν οὐδὲ οὕτως ἐχρῆν ἀναισχυντεῖν· πλὴν ἀλλ' ὅμως ὑπελείπετό τις τοῖς φιλονεικεῖν βουλομένοις πρόφασις. εἰ δὲ οὐχὶ πεντήκοντα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑκατὸν, καὶ δὶς τοσαῦτα, καὶ τρὶς, καὶ πολλῷ πλείονα παρῆλθον ἔτη μετὰ τὴν ἅλωσιν· καὶ οὐδὲ ἴχνος, οὐδὲ σκιά τις ἐφάνη ποτὲ τῆς παρ' ὑμῶν προσδοκωμένης μεταβολῆς· τίνος ἕνεκεν εἰκῇ καὶ μάτην ἀναισχυντεῖς;

Ἤρκει μὲν οὖν τὰ εἰρημένα πρὸς ἀπόδειξιν ὑμῖν, τοῦ μηδέποτε τὸν ναὸν ἀναστήσεσθαι. πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ πολλὴ τῆς ἀληθείας ἡ περιουσία· τὰ εὐαγγέλια ἀφεὶς, ἐπὶ τοὺς προφήτας τρέψομαι, οἷς μάλιστα δοκοῦσι πιστεύειν· καὶ ἀπ' ἐκείνων ποιήσομαι φανερὸν, ὅτι οὔτε τὴν πόλιν, οὔτε τὸν ναὸν λοιπὸν ἀπολήψονται. καίτοι γε οὐδεμίαν εἶχον ἀνάγκην ἀποδεῖξαι, ὅτι οὐκ ἀναστήσεται· οὐδὲ ἐμὸν τοῦτο ἦν, ἀλλ' ἐκείνων, δεῖξαι τοὐναντίον ὅτι ἀναστήσεται. ἐγὼ μὲν γὰρ ἔχω τὴν ἀπὸ τοῦ χρόνου σύστασιν μαρτυροῦσάν μοι καὶ συναγωνιζομένην· ἐκεῖνοι δὲ οἱ δι' αὐτῆς μὲν τῆς ἐκβάσεως τῶν πραγμάτων ἡττώμενοι, καὶ ἐν ἔργοις οὐδὲν ἔχοντες δεῖξαι ὧν λέγουσι, κομπάζοντες δὲ ἁπλῶς καὶ εἰκῇ· αὐτοὶ δίκαιοι ταύτην παρασχεῖν τὴν μαρτυρίαν εἰσίν. ἃ μὲν γὰρ ἐγὼ λέγω, δείκνυμι διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν ἐκβεβη-

A exponere, cunctaque sustinere ac perpeti, ne pietatem abnegent. Unde hæc ille tum scire, tum efficere potuit, si fuit homo unus quispiam e vulgo? Unde illi venit in mentem hæc cogitare, quod ipse filiis esset magis reverendus futurus quam patres; quod parentibus dulcior quam liberi; quod uxoribus desiderabilior quam mariti? idque non una in domo, neque duabus, neque tribus, neque decem, neque viginti, neque centum, sed ubique terrarum, in urbibus omnibus ac regionibus, in terra, in mari, & in parte mundi habitata simul & inhabitabili? Nec illud possis dicere, dixit quidem ista, verum haud perduxit ad effectum. Complures igitur in primordiis Ecclesiæ atque adeo nunc B quoque ob pietatem habentur odio, ejiciuntur e paternis ædibus, nec ad quidquam horum revertuntur, abunde magnum solatium esse ducentes, quod hæc propter Christum perpetiantur. Dic mihi, quis hæc umquam potuit inter homines? Hic igitur hæc omnia prædixit, de muliere illa, de Ecclesia, de bello hoc: idem prædixit templum ruiturum, Jerosolymam captum iri, eamque civitatem non amplius fore civitatem Judæorum, ut antea. *Matth. 24.* Itaque si mentitus est illa omnia, nec evenerunt quæ prædixit, his fidem nega. Quod si vides illa clarissime evenisse, inque dies singulos augescere; neque inferorum C portas adversus Ecclesiam prævalere; si vides quod mulier illa fecit, prædicari tanto jam tempore per universum orbem; si homines qui illi crediderunt, eum pluris faciunt quam parentes, quam uxores, quam liberos; cur, quæso, huic uni prædictioni fidem non adhibes? præsertim cum ex ipso tempore testimonium illius silentium imponat impudentiæ tuæ. Quod si post excidium urbis non transissent nisi decem anni, aut viginti, aut triginta, aut quinquaginta: minime tamen decebat vel tum impudenter obsistere, etiamsi fuisset aliqua reluctandi occasio; jam vero, si non quinquaginta tantum, & cen- D tum, imo bis, ac ter tantum annorum, multoque amplius, præteriit post civitatem captam, nec interim ullum vestigium, aut umbra apparuit ejus, quam exspectatis, mutationis: cur frustra, nullaque de causa in impudentia perseveras?

4. Hæc satis erant ad demonstrandum vobis, numquam fore ut templum restituatur. Verum quando veritas multis modis exuberat: missis Evangeliis, ad Prophetas me verto, quibus maxime videntur fidere: atque ex his perspicuum faciam, neque civitatem, neque E templum umquam posthac restituendum. *Ex Prophetis probatur templum non restituendum esse.* Quamquam nihil erat mihi necesse demonstrare quod non restituetur. Neque enim meæ, sed illorum partes erant docere, quod esset restituendum. Nam ego quidem ex ipso tempore congruum habeo testimonium, mihi patrocinans: ipsi contra, cum ex ipso rerum eventu dejiciantur, nec quidquam eorum, quæ dicunt, queant demonstrare, tamen nihil aliud quam ostentant sese, cum oporteat ipsos testimonium exhibere. Nam illa quæ dico, ex ipso rerum eventu doceo

[a] Aliquot MSS. κατίσχυσαν· ἔτι τε καὶ ὃ

esse vera. Corruit enim civitas, nec tam longo jam tempore instaurata est. Contra quæ dicunt isti, nudis verbis nituntur. Atqui debebant ipsi docere, futurum ut civitas rursus instauretur. Quandoquidem in forensibus etiam judiciis videmus sic fieri probationes. Nam quoties inter ullos aliqua incidit controversia, & alter probationem scripto profert, deinde is adversus quem agitur, inficiatur ea quæ objiciuntur; cogitur ipse postea testes & alias afferre probationes, quibus doceat non esse vera quæ scripto continentur, non autem is qui scriptum produxit. Eodem modo conveniebat & istos hic facere, nobisque in medium producere Prophetam, qui prædixerit omnino futurum, ut civitas restituatur. Nam si præsentis captivitatis finis omnino futurus esset, necesse fuisse, ut Prophetæ id prænuntiarent, palam est omnibus, qui vel obiter libros propheticos inspexerint. Mos enim erat apud Judæos vetus, ut Prophetæ divinitus afflati prædicerent illis, quæ imminerent, seu bona, seu mala. Quare & quam ob rem? Propter insignem illorum improbitatem & impudentiam: siquidem illico beneficiorum Dei obliviscebantur: eaque quæ fiebant, dæmonibus adscribebant, & bona illis imputabant. Etiam nunc, cum illis egressis ex Ægypto, mare scissum esset, aliaque prodigia fierent, obliti quod hæc auctore Deo gererentur, iis qui dii non erant, tribuebant ea quæ fiebant, dicentes Aaroni: *Fac nobis Deos, qui præcedant nos.* Jeremiæ quoque dicunt: *Sermonem quem loquutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te, quoniam faciemus omnia, quæ egredientur ex ore nostro: ut adoleamus reginæ cæli, & libemus illi libamina, quemadmodum fecimus & nos, & patres nostri, & reges nostri & principes nostri, & repleti sumus panibus, & fuimus jucundi, & mala non vidimus: & posteaquam destitimus adolere reginæ cæli, & libare illi libamina; diminuti sumus omnes nos, & gladio fameque defecimus.* Proinde ne quid eorum quæ contingerent, simulacris imputarent, sed potius crederent & ultiones & beneficia ipsis a Deo proficisci; illas quidem ob peccata, hæc vero per Dei benignitatem, Prophetæ divinitus afflati prædicebant illis eventura. Atque ut certius scias, hanc esse causam prædictionis, vide quid dicat vocalissimus ille Hesaïas ad populum Judaïcum, *Scio quod durus es tu, & nervus ferreus cervix tua:* hoc est, inflexibilis: *& frons tua ærea*, hoc est, impudens. Sic & nos frequenter solemus eos qui nesciunt erubescere, χαλκοπροσώπους, id est, æream habentes faciem appellare. *Et annunciavi tibi quæ ventura erant in te, priusquam fierent: & ea te audire feci.* Deinde prædictionis causam enuncians, subjicit: *Ne quando dicas, idola mihi fecerunt, & sculptilia conflatiliaque præceperunt mihi.* Ac rursus, quoniam pervicaces quidam &

Exod. 32. 1.
Jer. 44. 16.
Hesai. 48. 4.

A κότα. καὶ ὅτι ἔπεσε, καὶ ὅτι οὐκ ἀνέστη χρόνον τοσοῦτον· ἃ δὲ ἐκεῖνοι λέγουσιν, ἐν ῥήμασίν ἐστι ψιλοῖς τοῖς αὐτῶν. καὶ ἐχρῆν αὐτοὺς δεῖξαι, ὅτι ἀναστήσεται πάλιν ἡ πόλις. ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς δικαστηρίοις οὕτως ὁρῶμεν γινομένας τὰς ἀποδείξεις· ὅταν γάρ τινες ὑπὲρ ὁτουοῦν πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητῶσι, καὶ θάτερος ὧν λέγει ἐγγράφως παρέχῃ τὰς ἀποδείξεις· εἶτα ὁ ἕτερος ἐπιλαμβάνηται τῶν λεγομένων, αὐτὸς ἀναγκάζεται λοιπὸν μάρτυρας ἢ καὶ ἑτέρους παρέχειν ἐλέγχους, τοῦ μὴ ταῦτα οὕτως ἔχειν, ὡς τὰ [a] γραμμάτιά φησιν· οὐκ ἐκεῖνος ὁ προφέρων τὰ γραμμάτια. οὕτω καὶ νῦν ποιεῖν δεῖ τοὺς Ἰουδαίους καὶ παράγειν ἡμῖν προφήτην εἰς μέσον, τὸν λέγοντα, ὅτι ἀναστήσεται B πάντως ἡ πόλις. ὅτι γὰρ, εἰ καὶ τέλος ἔμελλεν ἕξειν ὑμῖν ἡ παροῦσα αἰχμαλωσία, πᾶσα ἀνάγκη ἦν, τοὺς προφήτας ταῦτα προαναφωνεῖν· παντί που δῆλόν ἐστι, τῷ καὶ ὁπωσοῦν εἰς τὰ προφητικὰ παρακύψαντι βιβλία. καὶ γὰρ ἔθος παρὰ Ἰουδαίοις παλαιὸν, τὸ τὰ μέλλοντα αὐτοὺς καταλαμβάνειν κακὰ ἢ ἀγαθὰ, προαγορεύειν τοὺς προφήτας ἄνωθεν. τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί; διὰ τὴν πολλὴν αὐτῶν ἀγνωμοσύνην καὶ ἀναισχυντίαν. ἐπειδὴ γὰρ παρ' αὐτὰς τὰς εὐεργεσίας ἐπελανθάνοντο τοῦ ταῦτα πεποιηκότος θεοῦ· καὶ τοῖς δαίμοσιν ἐπέγραφον τὰ γινόμενα, καὶ τὰ ἀγαθὰ ἐκείνοις ἐλογίζοντο. καὶ νῦν μὲν ἐξελθόντες ἐξ Αἰγύπτου, τῆς C θαλάσσης σχισθείσης, καὶ τῶν ἄλλων θαυμάτων γινομένων, ἐπιλαθόμενοι τοῦ ταῦτα πεποιηκότος θεοῦ, τοῖς οὐ θεοῖς ἀνετίθεσαν τὰ γινόμενα, καὶ πρὸς Ἀαρὼν λέγουσι· ποίησον ἡμῖν θεοὺς, οἳ προπορεύσονται ἡμῶν. καὶ πρὸς Ἱερεμίαν δὲ φαίνονται λέγοντες, τὸν λόγον ὃν ἐλάλησας πρὸς ἡμᾶς τῷ ὀνόματι κυρίου, οὐκ ἀκουσόμεθά σου· ὅτι [b] ποιοῦντες ποιήσομεν πάντα τὸν λόγον, ὃς ἐξελεύσεται ἐκ τοῦ στόματος ἡμῶν, θυμιᾶν τῇ βασιλίσσῃ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ σπένδειν αὐτῇ σπονδὰς, καθὰ ἐποιήσαμεν ἡμεῖς καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν, καὶ οἱ βασιλεῖς ἡμῶν, καὶ οἱ ἄρχοντες ἡμῶν· καὶ ἐνεπλήσθημεν ἄρτων, καὶ ἐγενήθημεν χρηστοὶ, καὶ κακὰ οὐκ εἴδομεν· καὶ ὡς διελίπομεν θυμιῶντες τῇ βασιλίσσῃ τοῦ D οὐρανοῦ, καὶ σπένδοντες αὐτῇ σπονδάς· ἠλαττώθημεν πάντες ἡμεῖς, καὶ ἐν ῥομφαίᾳ καὶ ἐν λιμῷ ἐξεπέσομεν. ἵνα οὖν μηδὲν τῶν συμβαινόντων τοῖς εἰδώλοις λογίζωνται, ἀλλὰ καὶ τὰς τιμωρίας καὶ τὰς εὐεργεσίας παρὰ τοῦ θεοῦ πιστεύωσιν αὐτοῖς ἀεὶ παραγίνεσθαι· τὰς μὲν, διὰ τὰς ἁμαρτίας, τὰς δὲ, διὰ φιλανθρωπίαν· ἄνωθεν αὐτοῖς προύλεγον οἱ προφῆται τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία τῆς προῤῥήσεως· ἄκουε τί φησιν ὁ μεγαλοφωνότατος Ἡσαΐας, γινώσκω ὅτι σκληρὸς εἶ σὺ, πρὸς τὸν λαὸν τὸν [c] Ἰουδαϊκὸν, καὶ νεῦρον σιδηροῦν ὁ τράχηλός σου, τουτέστιν, ἀκαμπὴς, καὶ τὸ μέτωπόν σου χαλκοῦν, τουτέστιν, ἀναίσχυντον. οὕτω γοῦν καὶ ἡμῖν ἔθος πολλάκις, τοὺς ἐρυθριᾷν μὴ εἰδότας, χαλκοπροσώπους καλεῖν. καὶ E ἀνήγγειλά σοι, φησὶν, ἃ μέλλει ἐπὶ σὲ ἔρχεσθαι, πρὶν ἢ γενέσθαι, καὶ ἀκουστά σοι ἐποίησα. εἶτα τὴν αἰτίαν τῆς προῤῥήσεως λέγων, ἐπήγαγε· μήποτε εἴπῃς, ὅτι τὰ εἴδωλά μοι ἐποίησε, καὶ τὰ γλυπτὰ, καὶ τὰ χωνευτά μοι ἐνετείλατο. καὶ πάλιν ἐπειδὴ φιλόνεικοί τινες ὄντες καὶ ἀλαζόνες, καὶ

a Alii, γράμματα bis, unus γραμματεῖα.
b ποιοῦντες, deest in multis MSS.

c Unus Cod. Ἰουδαϊκὸν ἀποτεινόμενος καὶ νεῦρον, Savil. ἀποτεινάμενος.

μετὰ τὴν ἔκβασιν ἐπαρθέντων ὡς μὴ προακηκοότες, οὐ A προέλεγον οἱ προφῆται τὰ ἐσόμενα μόνον, ἀλλὰ καὶ μάρτυρας ἐλάμβανον τῶν γινομένων· οὕτω γοῦν πάλιν ὁ αὐτὸς Ἡσαΐας φησί· μάρτυράς μοι ποίησον πιστοὺς ἀνθρώπους, τὸν Οὐρίαν καὶ τὸν Ζαχαρίαν υἱὸν Βαραχίου τὸν ἱερέα. καὶ οὐ τοῦτο μόνον· ἀλλὰ καὶ ἐν τόμῳ καινῷ τὴν προφητείαν γράψας ἀπέθετο, ἵνα μετὰ τὴν ἔκβασιν αὐτὰ αὐτῶν καταμαρτυρῇ τὰ γράμματα, ὅτι ἄνωθεν αὐτοῖς καὶ πρὸ πολλοῦ τοῦ χρόνου προηγόρευται. διὰ τοῦτο οὐδὲ ἁπλῶς ἐν τόμῳ γράφει· ἀλλ' ἐν τόμῳ καινῷ, δυναμένῳ πρὸς τὸ μῆκος ἀρκέσαι τοῦ χρόνου, καὶ μὴ διαφθαρῆναι ῥᾳδίως, ἀλλὰ ἀναμεῖναι τὴν ἔκβασιν τῶν ἐν αὐτῷ γεγραμμένων B πραγμάτων· καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, καὶ πάντα αὐτοῖς προανεφώνει τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι ὁ θεὸς, οὐκ ἐντεῦθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν συμβάντων αὐτοῖς κακῶν τε καὶ ἀγαθῶν, ποιήσομαι τὴν ἀπόδειξιν.

a Τρεῖς γοῦν δουλείας ὑπέμειναν χαλεπωτάτας [a] οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ οὐδεμίαν χωρὶς προῤῥήσεως αὐτοῖς ἐπήγαγεν, ἀλλὰ πάσας αὐτοῖς προλεχθῆναι παρεσκεύασεν ὁ θεὸς, καὶ τόπον, καὶ χρόνον, καὶ πρόσωπον, καὶ εἶδος κακώσεως, καὶ τὴν ἐπάνοδον, καὶ τὰ ἄλλα πάντα μετὰ ἀκριβείας προλέγων. καὶ τὴν προτέραν πρόῤῥησιν ἐρῶ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ. πρὸς γοῦν τὸν Ἀβραὰμ διαλεγόμενος, οὕτω πως φησί· γινώσκων γνώσῃ, ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν C γῇ οὐκ ἰδίᾳ. καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ, καὶ κακώσουσιν ἔτη τετρακόσια. τὸ δὲ ἔθνος ᾧ ἐὰν δουλεύσωσι, κρινῶ ἐγὼ, εἶπεν ὁ θεός. τετάρτη δὲ γενεᾷ ἐπανελεύσονται ὧδε, μετὰ ἀποσκευῆς πολλῆς. εἶδες πῶς τὸν ἀριθμὸν εἶπε τῶν ἐτῶν· τετρακόσια ἔτη, τὸν τρόπον τῆς δουλείας, ὅτι οὐχ ἁπλῶς δουλώσουσιν, ἀλλὰ καὶ κακώσουσιν. ἄκουε γοῦν πῶς μετὰ ταῦτα ἐξηγεῖται ὁ Μωϋσῆς τὴν κάκωσιν, τὰ ἄχυρα οὐ δίδοται τοῖς οἰκέταις σου, καὶ λέγουσιν ἡμῖν τὴν πλινθουργίαν ποιεῖν. καὶ ἐμαστιγοῦντο καθ' ἑκάστην ἡμέραν· ἵνα μάθῃς, b τί ἐστι τὸ, δουλώσουσι καὶ [b] κακώσουσι, καὶ, τὸ ἔθνος ᾧ ἐὰν δουλεύσωσι, κρινῶ ἐγώ· τὸν καταποντισμὸν τῶν Αἰγυπτίων D λέγων, τὸν διὰ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης. ὃν ἐν ταῖς ᾠδαῖς Μωϋσῆς ἀναγράφων οὕτως ἔλεγεν· ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν. εἶτα καὶ τὸν τρόπον τῆς ἐπανόδου· ὅτι ἐξελεύσονται ὧδε μετὰ ἀποσκευῆς πολλῆς. χρήσασθε, φησὶν, ἕκαστος παρὰ τοῦ γείτονος αὐτοῦ καὶ συσκήνου σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ. ἐπειδὴ γὰρ πολὺν ἐδούλευσαν χρόνον, καὶ τὸν μισθὸν οὐκ ἀπέλαβον· ἄκοντας αὐτοὺς ἀπαιτηθῆναι παρεσκεύασεν ὁ θεός. καὶ βοᾷ ὁ προφήτης, λέγων· καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐν ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ, καὶ οὐκ ἦν ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ὁ ἀσθενῶν. μία μὲν αὕτη δουλεία μετὰ ἀκριβείας πάσης προδιηγόρευται. φέρε δὴ καὶ E c ἐφ' [c] ἑτέραν τὸν λόγον ἀγάγωμεν. ποίαν δή; τὴν ἐν Βαβυλῶνι. καὶ γὰρ καὶ ταύτην μετὰ ἀκριβείας προανεφώνησεν ὁ Ἱερεμίας, οὕτως εἰπών· οὕτως εἶπε κύριος· ὅταν μέλλῃ πληροῦσθαι τῇ Βαβυλῶνι ἑβδομήκοντα ἔτη, ἐπισκέψομαι ὑμᾶς, καὶ ἐπιστήσω ἐφ' ὑμᾶς τοὺς λόγους μου τοὺς ἀγαθοὺς, τοῦ ἀποστρέψαι εἰς τόπον τοῦτον, καὶ ἐπιστρέψω τὴν αἰχμαλωσίαν ὑμῶν, καὶ ἀθροίσω ὑμᾶς ἐκ πάντων τῶν

a οἱ Ἰουδαῖοι deest in quibusdam MSS.
b Alii, κακώσουσι. τὸ δὲ ἔθνος.
c Alii, ἑτέραν, ἐπὶ τὴν δευτέραν, τὸν λόγον.

elati, post eventum rei, impudenter agebant, quasi non prius audissent: Prophetæ non solum futura prædicebant, verum etiam testes adhibebant eorum, quæ gerebantur. Sic enim rursus loquitur idem Hesaïas: *Da mihi testes viros bonæ fidei, Uriam & Zachariam filium Barachiæ sacerdotem.* Nec hoc contentus, in novo volumine descriptam deposuit prophetiam, ut post eventum, ipsæ literæ contra ipsos Judæos testimonium ferrent, quod afflatu cælesti multo ante tempore fuisset illis prædictum. Eoque non solum scripsit illis in volumine, sed in novo volumine, quo posset in multum durare tempus, nec facile corrumpi, sed exspectare eventum rerum, quæ ibi continebantur. Certe verum esse quod dico, videlicet Deum illis omnia ventura prædixisse, non ex his tantum, verum & ex ipsis quæ illis acciderunt tum bona, tum mala, demonstrabo. Hesai. 8. 2.

5. Tres servitutes gravissimas pertulerunt Judæi, quarum nullam Deus illis ingessit non prædictam, sed unamquamque illis prædicendam curavit, & locum, & tempus, & personam, & afflictionis speciem, & reditum, aliaque cuncta summa cum diligentia prænuncians. Ac primo loco prædictionem referam de captivitate in Ægypto. Deus loquens ad Abraham his verbis utitur; *Sciens scias, quod semen tuum peregrinum erit in terra non sua, & in servitutem redigent & affligent illud annis quadringentis. Gentem autem cuicumque servierint, ego judicabo, dicit Dominus. Quarta autem generatione revertentur huc cum apparatu copioso.* Vides ut & numerum annorum expresserit, quadringentos annos & servitutis modum, cum non simpliciter inquit, in servitutem redigent, sed addit, affligent. Audi quomodo Moses paulo post exponat afflictionem: *Paleæ, inquit, non dantur famulis tuis, & jubent nos lateres facere:* & flagris cædebantur quotidie, ut intelligas quid sibi velit, in servitutem redigent, & affligent. *Gentem autem*, inquit, *cui servierint, ego judicabo:* significans Ægyptiorum submersionem in mari rubro, quam in canticis describens Moses sic loquitur. *Equum & ascensorem ejus projecit in mare.* Mox & reditus modum, quod essent redituri cum multa supellectile. *Sumite*, inquit, *commodato a sua quæque vicina & contubernali vasa aurea & argentea.* Quoniam enim longo tempore servierant, nec mercedem receperant, Deus effecit ut inscientibus ac nolentibus etiam peterent, clamatque Propheta dicens: *Eduxit eos cum argento & auro, nec erat in tribubus eorum infirmus.* Hæc est una servitus exactissime prædicta. Age nunc & ad alteram captivitatem vertamus sermonem, quam perpessi sunt in Babylone. Nam & hanc accurate prædixerat Jeremias, ita loquens. *Sic ait Dominus, Postquam impleti fuerint in Babylone septuaginta anni, visitabo vos, & ponam erga vos verba mea bona, ut redeatis in locum hunc: & convertam captivitatem vestram, & congregabo vos ex omnibus genti-*

Tres Judæorum servitutes.
Gen. 15. 13.
Exod. 5. 16.
Gen. 15. 14.
Exod. 15. 1.
Exod. 3. 22.
Ps. 104. 37.
Jer. 29. 10.
Ibid. 5. 14.

bus, & ex cunctis locis in quos dispersi vos, dicit Dominus, & convertam vos in locum unde vos demigrare feci. Vides ut rursus hic & civitatem expresserit, & annorum numerum, & unde & quo esset illos congregaturus? Ideo Daniel non prius super his rogavit Dominum, quam vidisset annos septuaginta completos. Quis hæc dicit? Ipse Daniel ita loquens: *Et ego Daniel faciebam opera Regis, & admirabar visionem, nec erat qui intelligeret, & intellexi in libris numerum annorum, ut fuit sermo Domini ad Jeremiam prophetam, ad expletionem desolationis Jerosolymæ anni septuaginta: & dedi faciem ad dominum Deum meum, ut exquirerem precationem & obsecrationem in jejunio, sacco, & cinere.* Audisti quemadmodum hæc quoque captivitas prædicta fuerit, & Propheta non ausus fuerit preces & supplicationem admovere Deo ante tempus præfinitum; ne frustra temereque accedens, audiret, quod audivit Jeremias: *Ne rogaveris pro populo hoc, neque postularis pro illis: quoniam non exaudiam te.* Verum ubi vidit vaticinium esse completum, simulque tempus vocare ad reditum, tunc orat, nec simpliciter, sed in jejunio, sacco & cinere: & quod in hominum moribus evenire solet, id fecit erga Deum. Nos enim cum videmus aliquos, qui famulos post multa graviaque commissa conjecerunt in vincula, non protinus in principio exordioque punitionis admovemus supplicationem: sed ubi sciverimus illos aliquot dies temperatiores esse factos, tunc adimus heros, nacti jam & ab ipso tempore auxilium. Hoc sane & Propheta fecit. Postquam enim pœnas dederant, haudquaquam dignas admissis, attamen dederant; jam adit Deum, pro illis verba facturus. Quod si videtur, ipsam etiam deprecationem audiamus. *Confessus sum enim*, inquit, *& dixi, Domine Deus magne & admirabilis, qui servas pactum tuum & misericordiam tuam iis, qui te diligunt, & servant præcepta tua.* Quid facis, o Daniel, pro hominibus qui peccarunt, & offenderunt intercedens, eorum mentionem facis qui leges illius servaverunt? Ergone digni venia sunt qui præcepta illius violant? Non ob istos hæc loquor, inquit, sed ob horum progenitores, ob Abraham, ob Isaac, ob Jacob. Illis promisit, illis pollicitus est Deus, qui precepta illius servaverunt. Quoniam igitur hi nullo jure possint petere salutem, idcirco progenitorum mentionem facio, ac ne putares quod de his verba faceret, cum adjecisset, *Qui servas pactum tuum & misericordiam tuam diligentibus te, & servantibus præcepta tua:* mox subjicit, *Peccavimus, inique egimus; injustitiam perpetravimus, impii fuimus, defleximus a præceptis tuis, & a judiciis tuis: non auscultavimus servis tuis Prophetis.* Una siquidem solaque purgatio peccatoribus reliqua est post peccata, videlicet ut sua commissa confiteantur. Tu vero mihi

Dan. 9. 2. · Jerem. 7. · Dan. 9. 4. · Dan. 9. 5.

A ἐθνῶν, καὶ ἐκ πάντων τῶν τόπων, οὗ διέσπειρα ὑμᾶς ἐκεῖ, φησὶ κύριος, καὶ ἐπιστρέψω ὑμᾶς εἰς τὸν τόπον, ὅθεν ἀπῴκισα ὑμᾶς ἐκεῖθεν. ὁρᾷς ὅπως ἐνταῦθα πάλιν καὶ τὴν πόλιν εἶπεν, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν, καὶ πόθεν αὐτοὺς μέλλει συνάγειν, καὶ ποῦ συνάγειν; διὰ τοῦτο καὶ ὁ Δανιὴλ, οὐ πρότερον ὑπὲρ αὐτῶν τὴν ἱκετηρίαν ἔθηκεν· ἀλλ᾽ ὅτε εἶδε πληρωθέντα τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη. καὶ τίς ταῦτά φησιν; αὐτὸς ὁ Δανιὴλ οὕτω λέγων· καὶ ἐγὼ Δανιὴλ ἐποίουν τὰ ἔργα τοῦ βασιλέως, καὶ ἐθαύμαζον τὴν ὅρασιν, καὶ οὐκ ἦν ὁ συνιών· καὶ συνῆκα ἐν ταῖς βί- B βλοις τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν, ὡς ἐγενήθη ὁ λόγος κυρίου πρὸς Ἱερεμίαν τὸν προφήτην, εἰς συμπλήρωσιν τῆς ἐρημώσεως Ἱερουσαλὴμ ἑβδομήκοντα ἔτη. καὶ ἔδωκα τὸ πρόσωπόν μου πρὸς κύριον τὸν θεὸν, τοῦ ἐκζητῆσαι προσευχὴν, καὶ δέησιν ἐν νηστείᾳ, καὶ σάκκῳ καὶ σποδῷ. ἤκουσας πῶς καὶ αὕτη δουλεία διηγόρευται, καὶ ὁ προφήτης οὐκ ἐτόλμησε πρὸ τοῦ διωρισμένου χρόνου δέησιν καὶ ἱκετηρίαν προσαγαγεῖν τῷ θεῷ· ἵνα μὴ μάτην καὶ εἰκῇ προσίῃ· ἵνα μὴ ἀκούσῃ, ὅπερ ἤκουσεν ὁ Ἱερεμίας· μὴ προσεύχου περὶ τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ μὴ ἀξίου περὶ αὐτῶν· ὅτι οὐκ εἰσακούσομαί σου. ἀλλ᾽ ὅτε τὴν ἀπόφασιν εἶδεν πληρωθεῖσαν, καὶ τὸν καιρὸν συγκαλοῦντα πρὸς τὴν ἐπάνοδον· τότε προσεύχεται, καὶ οὐχ C ἁπλῶς, ἀλλ᾽ ἐν νηστείᾳ, καὶ ἐν σάκκῳ, καὶ ἐν σποδῷ. καὶ ὅπερ ἐπ᾽ ἀνθρώπων συμβαίνειν ἔθος, τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ θεοῦ πεποίηκε. καὶ γὰρ ἡμεῖς, ἐπειδὰν τινας ἴδωμεν τοὺς αὐτῶν οἰκέτας μετὰ πολλὰ καὶ μεγάλα ἁμαρτήματα εἰς δεσμωτήριον ἐμβαλλόντας· οὐκ εὐθέως, οὐδὲ ἐν προοιμίοις, οὐδὲ ἐν ἀρχῇ τῆς κολάσεως, τὴν ἱκετηρίαν προσάγομεν· ἀλλ᾽ ἀφέντες ὀλίγας ἡμέρας αὐτοὺς σωφρονισθῆναι, [a] τότε προσίεμεν τοῖς δεσπόταις, ἔχοντες καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ καιροῦ συμμαχίαν· τοῦτο δὴ καὶ ὁ προφήτης ἐποίησεν. ἐπειδὴ γὰρ δίκην ἔδωκαν, οὐκ ἀξίαν μὲν τῶν ἁμαρτημάτων, ἔδωκαν δ᾽ οὖν ὅμως· προσέρχεται τῷ D θεῷ λοιπὸν, ὑπὲρ αὐτῶν διαλεξόμενος, εἰ δὲ βούλεσθε· καὶ τῆς εὐχῆς αὐτῆς ἀκούσωμεν, ἐξωμολογησάμην γάρ φησι, καὶ εἶπον· κύριε ὁ θεὸς, ὁ μέγας καὶ θαυμαστὸς, ὁ φυλάσσων τὴν διαθήκην σου, καὶ τὸ ἔλεός σου τοῖς ἀγαπῶσί σε, καὶ φυλάττουσι τὰς ἐντολάς σου. τί ποιεῖς, ὦ Δανιὴλ, ὑπὲρ ἀνθρώπων ἡμαρτηκότων, καὶ προσκεκρουκότων [b] πρεσβεύων, τῶν φυλαξάντων αὐτοῦ τοὺς νόμους μέμνησαι; οὐκοῦν ἄξιοί εἰσι συγγνώμης παραβαίνοντες αὐτοῦ τὰς ἐντολάς; ἀλλ᾽ οὐ διὰ τούτους ταῦτα λέγω, φησίν· ἀλλὰ διὰ τοὺς προγόνους τοὺς ἄνωθεν, διὰ τὸν Ἀβραὰμ, διὰ τὸν Ἰσαὰκ, διὰ τὸν Ἰακώβ. ἐκείνοις ἐπηγγείλατο, φη- E σὶ, καὶ ὑπέσχετο, οἳ καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ ἐφύλαξαν. ἐπεὶ οὖν οὐδὲν ἔχουσιν οὗτοι δικαίωμα σωτηρίας· διὰ τοῦτο τῶν προγόνων μέμνημαι. καὶ ἵνα μὴ νομίσῃς, ὅτι περὶ τούτων ταῦτά φησιν, εἰπὼν, ὁ φυλάσσων τὴν διαθήκην σου, καὶ τὸ ἔλεός σου τοῖς ἀγαπῶσί σε καὶ φυλάσσουσι τὰς ἐντολάς σου· ἐπήγαγεν εὐθέως· ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, ἠδικήσαμεν, ἠσεβήσαμεν, ἐξεκλίναμεν ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου, καὶ ἀπὸ τῶν κριμάτων σου, καὶ οὐκ ἠκούσαμεν τῶν δούλων σου τῶν προφητῶν. μία γὰρ τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἀπολογία μόνη μετὰ τὰ ἁμαρτήματα ὑπολέλειπται, τὸ τὰς οἰκείας ἁμαρ-

a Alii, τότε πρόσιμεν.

b Alii, πρεσβεύων τούτοις τῶν μὴ. Sav. τῶν φυλαξάντων, atque ita legit Erasmus.

τίας ὁμολογεῖν. σὺ δέ μοι σκόπει καὶ τοῦ δικαίου τὴν ἀρετὴν, καὶ τὴν Ἰουδαίων τὴν ἀγνωμοσύνην. ὁ μὲν γὰρ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδὼς πονηρὸν, καταδικάζει μετὰ πολλῆς ἑαυτὸν σφοδρότητος, λέγων· ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, ἠδικήσαμεν· οἱ δὲ μυρίων γέμοντες κακῶν, τοὐναντίον ἐποίουν, λέγοντες· ἐφυλάξαμεν τὰ προστάγματά σου· καὶ νῦν μακαρίζομεν ἀλλοτρίους· καὶ ἀνοικοδομοῦνται οἱ ποιοῦντες ἀνομήματα. ὥσπερ γὰρ τοῖς δικαίοις ἔθος, μετὰ τὰ δικαιώματα μετριάζειν· οὕτω τοῖς πονηροῖς, μετὰ τὰ ἁμαρτήματα, ἐπαίρεσθαι. ὁ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδὼς, τοιοῦτον ἔλεγεν· ἠνομήσαμεν, ἐξεκλίναμεν ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου· οἱ δὲ μυρία συνειδότες ἑαυτοῖς ἁμαρτήματα, ἔλεγον· ὅτι B ἐφυλάξαμεν τὰς ἐντολάς σου. ταῦτα λέγω, ἵνα τὰ μὲν φύγωμεν, τὰ δὲ ζηλώσωμεν.

Εἶτα ἐπειδὴ κατέδραμεν αὐτῶν τῆς παρανομίας· λέγει καὶ τὴν τιμωρίαν ἣν ἔδοσαν· καὶ ἀπὸ τούτου πάλιν τὸν θεὸν εἰς ἔλεον ἐπισπάσασθαι βουλόμενος· καὶ ἐπῆλθε, φησὶν, ἐφ' ἡμᾶς ἡ κατάρα ἡ γεγραμμένη ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως δούλου τοῦ θεοῦ, ὅτι ἡμάρτομεν. ποία κατάρα αὕτη; βούλεσθε ἵνα ἀναγνῶμεν αὐτήν; ἐὰν μὴ λατρεύσητε κυρίῳ τῷ θεῷ ὑμῶν, φησιν· ἐπάξω ἐφ' ὑμᾶς ἔθνος ἀναιδὲς, οὗ οὐκ ἀκούσῃ τῆς φωνῆς αὐτοῦ· καὶ ἔσεσθε ἐν ἀριθμῷ βραχεῖς. τοῦτο γοῦν αὐτὸ δηλοῦντες οἱ τρεῖς παῖ- C δες, καὶ δεικνύντες ὅτι διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν ἐξέβη τὸ τῆς κολάσεως εἶδος, καὶ αὐτοὶ πρὸς τὸν θεὸν ἐξομολογούμενοι, περὶ τῶν κοινῶν ἁμαρτημάτων ἔλεγον· παρέδωκας ἡμᾶς εἰς χεῖρας ἐχθρῶν ἀνόμων, ἐχθίστων ἀποστατῶν, καὶ βασιλεῖ ἀδίκῳ καὶ πονηροτάτῳ παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν. [a] ὁρᾷς ὡς ἡ ἀρὰ ἐπληροῦτο ἐκείνη ἡ λέγουσα· ἔσεσθε ἐν ἀριθμῷ βραχεῖς, καὶ ἡ λέγουσα· ὅτι ἐπάξω ἐφ' ὑμᾶς ἔθνος ἀναιδές. τοῦτο αὐτὸ καὶ ὁ Δανιὴλ ἐνταῦθα αἰνίττεται, καί φησιν· ἦλθεν ἐφ' ἡμᾶς κακὰ, οἷα οὐ γέγονε ὑποκάτω παντὸς τοῦ οὐρανοῦ, κατὰ τὰ γινόμενα ἐν Ἰσραήλ. ποῖα δὴ ταῦτα; μητέρες παίδων ἀπεγεύσαντο· καὶ τοῦτο αὐτὸ D προλέγει μὲν ὁ Μωϋσῆς, δείκνυσι δὲ ἐκβεβηκὸς ὁ Ἱερεμίας. ὁ μὲν γάρ φησιν, ὅτι ἡ ἁπαλὴ ἡ τρυφερὰ, ἧς οὐκ ἔλαβε πεῖραν ὁ ποὺς αὐτῆς ἐπιβαίνειν ἐπὶ τοῦ βήματος, διὰ τὴν ἁπαλότητα καὶ τὴν τρυφερότητα, ἅψεται παρανόμου τραπέζης, καὶ τῶν ἐκγόνων ἀπογεύσεται τῶν ἑαυτῆς. ὁ δὲ Ἱερεμίας τοῦτο αὐτὸ δηλῶν, ὅτι ἐξέβη, ἔλεγε· χεῖρες γυναικῶν οἰκτιρμόνων ἥψησαν τὰ τέκνα αὐτῶν. ἀλλ' ὅμως τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν εἰπὼν ἃς ἥμαρτον, καὶ τὴν δίκην ἣν ὑπέμειναν εἰς μέσον ἀγαγών· οὐδὲ οὕτως ἐκ τούτων ἀξιοῖ σώζεσθαι. ὅρα οὖν εὐγνωμοσύνην οἰκέτου. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο δεικνὺς, ὅτι οὐδὲν οὐδέπω τῶν ἁμαρτημάτων E ἄξιον ὑπέμειναν, οὐδὲ διελύσαντο τὰ πλημμελήματα δι' ὧν ἔπαθον· [b] λοιπὸν ἐπὶ τοὺς οἰκτιρμοὺς καταφεύγει τοῦ θεοῦ καὶ τὸν τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ τρόπον, καί φησι· καὶ νῦν κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὃς ἐξήγαγες τὸν λαόν σου ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ ἐποίησας σεαυτῷ ὄνομα ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη· ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν. καὶ γὰρ ὡς ἐκείνους, φησὶν, οὐκ ἀπὸ κατορθωμάτων ἔσωσας, ἀλλὰ τὴν θλῖψιν ἰδὼν, καὶ τὴν στενοχωρίαν, καὶ τῆς κραυγῆς ἀκούσας· οὕτω δὴ καὶ ἡμᾶς

A considera & justi virtutem, & Judæorum improbitatem. Nam ille quidem nullius mali sibi conscius, seipsum multa cum austeritate damnat, dicens, *Peccavimus, inique fecimus, injustitiam perpetravimus;* hi vero malis innumeris pleni, contra fecerunt, dicentes; *Servavimus præcepta tua: & nunc beatos dicimus alienos, & reædificantur, qui patrant iniquitatem.* (Mal. 3. 15.) Quemadmodum enim solent justi post justa facta modeste agere, ita solent mali post admissa scelera laudare sese. Qui nullius peccati sibi conscius erat, dicebat: Iniquitatem fecimus, deflexìmus a præceptis tuis; Contra, qui innumerabilium fa- B cinorum sibi conscii erant, dicebant, Servavimus præcepta tua. Atque hæc eo loquor, ut alterum vitemus, alterum imitemur.

6. Post hæc quoniam attigerat illorum peccata, narrat & pœnam quam dederunt, & ex hoc Deum ad misericordiam revocare cupiens ait: *Et venit super nos maledictio, quæ scripta est in lege Mosis servi Dei, quia peccavimus.* (Dei ultio in Judæos.) Quænam est ista exsecratio? vultisne legamus illam? *Nisi servieritis,* inquit, *Domino Deo vestro, inducam super vos gentem impudentem, & non intelliges vocem illius, & eritis numero pauci.* (Deut. 28. 50.) Hoc idem declarantes tres illi pueri, palamque facientes, C quod ob ipsorum peccata accidisset hoc vindictæ genus, & ipsi pro communibus peccatis confessionem Deo proferentes dicebant: *Tradidisti nos in manus hostium impiorum, inimicissimorum desertorum, ac regi injusto & sceleratissimo ultra omnem terram.* (Dan. 3. 32.) Vides, completam esse maledictionem quæ dicit; *Eritis numero pauci.* Rursus quod dicit: *Adducam in vos gentem impudentem,* idipsum & Daniel hic recte significans, dicit; *Venerunt super nos mala, qualia non acciderunt sub omni cælo, secundum ea quæ facta sunt in Israël.* Quæ tandem ista? *Matres liberos suos comede-* D *derunt,* & hoc sane prædicit Moses, cæterum Jeremias ostendit evenisse. Ille quidem loquitur: *Tenera ac deliciosa, cujus non cepit experientiam pes ejus, ut insisteret in vestigio propter teneritudinem ac delicias, attinget impiam mensam, & suos ipsius filios comedet.* (Deut. 28. 56.) Jeremias autem declarat hoc evenisse, dicens; *Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos.* (Thre. 4. 10.) Quamquam autem peccata illorum, qui peccaverant, eloquutus esset, & ultionem in medium adduxisset: ne sic quidem illos horum causa rogat ut serventur. Vide igitur bonitatem famuli. Siquidem hic cum ostendisset, quod nondum digna meritis es- E sent perpessi, nec iis, quæ multa licet pertulerant, solvissent quæ pro commissis debebant, mox confugit ad Dei misericordiam, & ad solitam illius bonitatem erga genus humanum, dicens: *Et nunc domine Deus noster, qui eduxisti populum tuum e terra Ægypti, & fecisti tibi nomen, ut hic est dies, peccavimus, iniquitatem fecimus.* (Dan. 9. 15.) Nam quemadmodum illos, inquit, non ex ipsorum benefactis salvos fecisti, sed afflictionem videns, & angustias, & clamorem illorum exaudiens: sic &

[a] Alii, ὁρᾷς πῶς. Infra omnes pene MSS. κατὰ τὰ γινόμενα ἐν Ἰσραήλ. Morel. κατὰ τὰ γεγραμμένα ἐν Ἰσ-

[b] λοιπὸν deest in aliquot MSS.

nos libera a præſentibus malis, propter ſolam bonitatem tuam erga genus hominum. Nam aliud nullum habemus jus ſperandæ ſalutis. Hæc loquutus, multaque lamentatus, mox inducit ipſam civitatem ceu mulierem

Dan. 9. 18. aliquam captivam, & ait; *Oſtende faciem tuam ſuper ſanctuarium tuum, inclina aurem tuam, Deus meus, & audi, aperi oculos tuos, & vide interitum noſtrum civitatiſque tuæ, in qua invocatum eſt nomen tuum ſanctum.* Poſteaquam circumſpectis hominibus neminem vidit, qui poſſet Deum reddere propitium: ad ædificia confugit, & civitatem ipſam objicit, ejuſque deſolationem ponit ob oculos, atque in his finito ſermone, Deum propitium reddit. Id perſpicuum eſt ex iis quæ ſequuntur. Verum quod dicebam: oportet enim ad id quod erat propoſitum reverti; etenim hæc obiter interjecta ſunt, non fruſtra neque temere, ſed ut animos veſtros aliquantiſper refocillarem ex perpetuis contentionibus defatigatos. Age redeamus igitur unde digreſſi hæc diximus, demonſtremuſque quod ea quæ Judæis erant eventura, divinitus illis cum omni accuratione prædicta ſint. Jam enim duas captivitates ſermo noſter demonſtravit illis accidiſſe, quemadmodum a Prophetis erat prædictum, idque non caſu neque præter exſpectationem. Supereſt ut deinceps, ubi tertiam adjecerimus, de hac, qua nunc tenentur dicamus, doceamuſque perſpicue, quod nullus Propheta promiſit illis futurum, ut ullo pacto ab his malis, in quibus nunc ſunt, ſolvantur, aut liberentur. Quæ eſt igitur tertia? Quæ facta eſt ſub Antiocho cognomento Epiphane. Nam Alexander Macedonum rex, ubi Darium Perſarum regem ſuſtuliſſet, in ſeſe tranſtulit imperium. Hoc autem exſtincto, quatuor poſt illum reges ſucceſſerunt, e quorum uno prognatus Antiochus longo poſt tempore & templum incendit, & ſancta ſanctorum devaſtavit, & ſacrificia ſuſtulit, & Judæos ſubegit, deniquc totam illorum rempublicam evertit.

Explicatio Prophetiæ Danielis.

7. Et hæc omnia ad unum uſque diem exactiſſime prædicta ſunt a Daniele; & quando hæc eſſent futura, & quomodo, & a quo, & qua ratione, & ubi finem acceptura, & quam tandem mutationem ſortitura. Hoc autem evidentius perſpicietis, ubi viſionem ipſam audieritis, quam per parabolam nobis propoſuit Propheta, arietis vocabulo deſignans Darium regem Perſarum: hirci vero Græcorum regem, videlicet Alexandrum Macedonem: quatuor cornua vocat eos, qui poſt illum exſtiterunt: poſtremum cornu ipſum ſignat Antiochum. Quin præſtat ipſam

Dan. 8. 2. audire viſionem. *Vidi*, inquit, *viſionem & ſedebam in Ubal;* Ubal locum quempiam dicit, Perſarum lingua ſic illum appellans; *Et ſuſtuli oculos meos, & vidi, & ecce aries unus ſtans ante Ubal, & erant illi cornua excelſa, & unum excelſius cæteris, & excelſum illud pervenit uſque ad extrema: & videbam arie-*

A ἀπάλλαξον τῶν παρόντων κακῶν, διὰ τὴν φιλανθρωπίαν σου μόνην. ἕτερον γὰρ οὐδὲν ἔχομεν [a] δικαίωμα σωτηρίας. εἰπὼν δὴ ταῦτα, καὶ θρηνήσας ἱκανῶς· εἶτα λοιπὸν τὴν πόλιν, καθάπερ τινὰ γυναῖκα αἰχμάλωτον, καί φησιν· ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸ ἁγίασμά σου· κλῖνον ὁ θεός μου τὸ οὖς σου, καὶ ἄκουσον· ἄνοιξον τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε τὸν ἀφανισμὸν ἡμῶν καὶ τῆς πόλεώς σου, ἐφ' ἧς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά σου ἐπ' αὐτῆς. ἐπειδὴ γὰρ τοὺς ἀνθρώπους περιελθὼν, οὐδένα εὗρε δυνάμενον ἵλεω ποιῆσαι τὸν θεόν· πρὸς τὰ οἰκοδομήματα καταφεύγει, καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν προβάλλεται, καὶ τὴν ἐρημίαν αὐ-

B τῆς προτείνεται, καὶ ἐν τούτοις καταλύσας τὸν λόγον, ἵλεω τὸν θεὸν ἐποίησε. καὶ δῆλον ἐκ τῶν ἑξῆς· ἀλλ' ὅπερ ἔλεγον· δεῖ γὰρ ἐπὶ τὸ προκείμενον πάλιν ἐπανελθεῖν. καὶ γὰρ καὶ ταῦτα [b] παρενέβαλλον οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ εἰκῆ· ἀλλ' ὥστε μικρὸν ὑμῶν διαναπαῦσαι τὴν διάνοιαν ἀπὸ τῶν συνεχῶν ἀγωνισμάτων καμοῦσαν. φέρε οὖν ἐπανίωμεν ὅθεν ἐξέβημεν ταῦτα εἰπεῖν, δείξωμεν τὰ μέλλοντα καταλήψεσθαι τοὺς Ἰουδαίους κακὰ, ἄνωθεν [c] προηγορευμένα μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης. δύο μὲν δὴ ταύτας δουλείας ὁ λόγος ἀπέδειξε μετὰ προφητείας ἐπελθούσας αὐτοῖς, καὶ οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ ἀπροσδοκήτως. λείπεται δὴ λοιπὸν τὴν τρίτην ἐπα-

C γαγόντας, καὶ περὶ ταύτης τῆς νῦν κατεχούσης αὐτοὺς εἰπεῖν, καὶ δεῖξαι σαφῶς, πῶς οὐδὲ εἷς προφήτης ἐπηγγείλατό τινα λύσιν ἔσεσθαι τῶν κατεχόντων αὐτοὺς κακῶν, οὔτε ἀπαλλαγήν. τίς οὖν ἐστιν ἡ τρίτη; ἡ ἐπὶ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς. ἐπειδὴ γὰρ Ἀλέξανδρος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς, Δαρεῖον τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα ἀνελὼν, εἰς ἑαυτὸν τὴν ἀρχὴν περιέστησε· τελευτήσαντος τούτου, τέσσαρες 1. [d] μετ' ἐκεῖνον ἐγένοντο βασιλεῖς. εἶτα ἐξ ἑνὸς τούτων τῶν τεσσάρων γενόμενος ὁ Ἀντίοχος, μετὰ πολὺν ὕστερον χρόνον, τό τε ἱερὸν ἐνέπρησε, τά τε ἅγια τῶν ἁγίων ἠρή-

D μωσε, τάς τε θυσίας καθεῖλε, τούς τε Ἰουδαίους ὑπέταξε, καὶ τὴν πολιτείαν αὐτῶν κατέλυσεν ἅπασαν.

Καὶ ταῦτα ἅπαντα μετ' ἀκριβείας ἁπάσης, καὶ μέχρι μιᾶς ἡμέρας προηγόρευτο παρὰ τοῦ Δανιήλ. καὶ πότε ἔσται, καὶ πῶς, καὶ παρὰ τίνος, καὶ τίνι τρόπῳ, καὶ ποῦ τελευτήσει, καὶ τίνα λήψεται μεταβολήν. εἴσεσθε δὲ σαφέστερον, ἀκούσαντες αὐτῆς τῆς ὁράσεως, ἣν διὰ παραβολῆς ἡμῖν ὁ προφήτης ἀπήγγειλε· κριὸν μὲν καλῶν τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα, τὸν Δαρεῖον· τράγον δὲ τὸν τῶν Ἑλ-

E λήνων βασιλέα, Ἀλέξανδρον λέγω τὸν Μακεδόνα· τέσσαρα κέρατα, τοὺς μετ' ἐκεῖνον ἀναστάντας [e] ὕστερον· κέρας ὕστατον, αὐτὸν τὸν Ἀντίοχον καλῶν. μᾶλλον δὲ αὐτῆς βέλτιον ἀκοῦσαι τῆς ὁράσεως. εἶδον γάρ φησιν ἐν ὁράματι, καὶ ἤμην ἐπὶ τοῦ Οὐβάλ· τόπον τινὰ Περσικῇ φωνῇ καλῶν οὕτως· καὶ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ, κριὸς εἷς ἑστηκὼς πρὸ τοῦ Οὐβάλ, καὶ αὐτῷ κέρατα ὑψηλὰ, καὶ τὸ ἓν ὑψηλότερον τοῦ ἑτέρου, καὶ τὸ ὑψηλὸν ἀνέβαινεν ἐπ' ἐσχάτων. καὶ εἶδον τὸν κριὸν κερα-

a Alii, δίκαιον σωτηρίας.
b Alii, παρενέβαλον.
c Quatuor MSS. προαναγορευόμενα. Mox, hæc μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης, deſunt in ſex MSS.
d Alii, μετὰ τοῦτον ἐγένοντο.
e Alii, ὕστερον κέρας ἓν, αὐτὸν τὸν Ἀντ-.

ᵃ τρίζοντα κατὰ θάλασσαν καὶ βοῤῥᾶν, καὶ νότον, ᵃ καὶ πάντα τὰ θηρία οὐ στήσονται ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος ἐκ χειρὸς αὐτοῦ. καὶ ἐποίησε κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐμεγαλύνθη· καὶ ἐγὼ ἤμην συνιών· τὴν δύναμιν λέγει τὴν Περσικὴν, καὶ τὴν ἀρχὴν, ἣ πᾶσαν ἐπέδραμε τὴν γῆν. εἶτα περὶ τοῦ Μακεδόνος Ἀλεξάνδρου διαλεγόμενος, φησί· καὶ ἰδοὺ τράγος αἰγῶν ἤρχετο ἀπὸ Λιβὸς ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς πάσης, καὶ οὐκ ἦν ἁπτόμενος τῆς γῆς· καὶ τῷ τράγῳ ἐκείνῳ κέρας θεωρητὸν ἀνὰ μέσον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. εἶτα λέγων τὴν συμβολὴν τὴν Ἀλεξάνδρου, τὴν πρὸς τὸν Δαρεῖον γενομένην· λέγει καὶ τὴν νίκην τὴν κατὰ κράτος. καὶ ἦλθε, φησὶν, ὁ τράγος ἕως τοῦ κριοῦ τοῦ τὰ κέρατα ἔχοντος, καὶ ἠγριώθη, καὶ ἔπαισε τὸν κριὸν, δεῖ γὰρ ἐπιτεμεῖν, καὶ συνέτριψεν ἀμφότερα τὰ κέρατα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος τὸν κριὸν ἐκ χειρὸς αὐτοῦ. καὶ μετὰ ταῦτα λέγων τὴν τελευτὴν Ἀλεξάνδρου, καὶ τὴν τῶν τεσσάρων βασιλέων ᵇ διαδοχήν· καὶ ἐν τῷ ἰσχῦσαι αὐτὸν, φησι, συνετρίβη τὸ κέρας αὐτοῦ τὸ μέγα· καὶ ἀνέβη ἕτερα τέσσαρα κέρατα ὑποκάτωθεν αὐτοῦ κατὰ τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τοῦ οὐρανοῦ. ἐντεῦθεν λοιπὸν ἐπὶ τὴν Ἀντιόχου βασιλείαν ἐλθὼν, καὶ δεικνὺς, ὅτι ἐξ ἑνὸς ἐκείνων τῶν τεσσάρων ἐστὶν, οὕτω πως φησί· καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς αὐτῶν ἐξῆλθε κέρας ἓν ἰσχυρὸν, καὶ ἐμεγαλύνθη περισσῶς πρὸς τὸν νότον καὶ πρὸς ἀνατολήν. καὶ δηλῶν, ὅτι τὴν Ἰουδαϊκὴν καθεῖλε πολιτείαν, φησί· καὶ δι' αὐτὸν θυσία ἐταράχθη παραπτώματι, καὶ ἐγενήθη, καὶ κατευοδώθη αὐτῷ. καὶ τὸ ἅγιον ἐρημωθήσεται, καὶ ἐδόθη ἐπὶ τὴν θυσίαν ᶜ ἁμαρτία. τοῦ γὰρ βωμοῦ καθαιρεθέντος, καὶ τῶν ἁγίων καταπατηθέντων, εἴδωλον ἔστησεν ἔνδον· καὶ θυσίας ἐπετέλει τοῖς δαίμοσι παρανόμοις· καὶ ἐῤῥίφη χαμαὶ ἡ δικαιοσύνη. καὶ ἐποίησε, καὶ εὐοδώθη. εἶτα ἐκ δευτέρου πάλιν αὐτὴν ταύτην τὴν βασιλείαν λέγων, τὴν Ἀντιόχου τοῦ ἐπιφανοῦς, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν, καὶ τὴν ἅλωσιν, καὶ τὴν ἐρήμωσιν τοῦ ἱεροῦ, καὶ τὸν χρόνον προσέθηκεν. ἀρξάμενος γὰρ ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου βασιλείας, πάλιν τε πρὸς τῷ τέλει τοῦ βιβλίου καὶ τὰ μεταξὺ πάντα διηγησάμενος, ὅσα οἱ Πτολεμαῖοι καὶ οἱ Σέλευκοι συῤῥαγέντες ἀλλήλοις ἐποίησαν, καὶ οἱ στρατηγοὶ τούτων εἰργάσαντο, τοὺς δόλους, τὰς νίκας, τὰς στρατιὰς, τὰς ναυμαχίας, τὰς πεζομαχίας· προελθὼν εἰς Ἀντίοχον, τελευτᾷ ᵈ πάλιν, καί φησι· βραχίονες ἐξ αὐτοῦ ἀναστήσονται, καὶ βεβηλώσουσι τὸ ἁγίασμα, καὶ μεταστήσουσι τὸν ἐνδελεχισμόν· ἐνδελεχισμὸν λέγων τὰς συνεχεῖς θυσίας καὶ καθημερινάς· καὶ δώσουσιν εἰς αὐτὸν βδέλυγμα, καὶ τοὺς ἀνομοῦντας διαθήκην, τουτέστι, τοὺς παραβαίνοντας τῶν Ἰουδαίων, ἀπάξουσιν ἐν ὀλισθήμασι. καὶ μεθ' ἑαυτῶν ἄξουσι καὶ μεταστήσουσι, καὶ ὁ λαὸς ὁ γινώσκων τὸν θεὸν αὐτοῦ κατισχύσουσι· τὰ ἐπὶ τῶν Μακκαβαίων λέγει, τὰ ἐπὶ Ἰούδα, καὶ Σίμωνος, καὶ Ἰωάννου· καὶ οἱ συνετοὶ λαοῦ συνήσουσιν εἰς πολλὰ, καὶ ἀσθενήσουσιν ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ ἐν φλογὶ, τὸν ἐμπρησμὸν τῆς πόλεως πάλιν διηγούμενος, καὶ ἐν αἰχμαλωσίᾳ, καὶ ἐν διαρπαγῇ ἡμερῶν· καὶ ἐν τῷ ἀσθενῆσαι αὐτοὺς, βοηθηθήσονται βοήθειαν μικράν· ἐμφαίνων, ὅτι μεταξὺ τῶν κακῶν ἐκείνων

A *tem moventem cornu contra mare, & Boream, & Notum, & omnes bestiæ non stabunt in conspectu ejus, nec erat qui eriperet de manu illius, & faciebat juxta voluntatem suam, & magnificatus est, & ego intelligebam.* De potentia loquitur Persica, & dominatu, qui pervasit totam terram. Deinde de Alexandro Macedonum rege loquens, dicit; *Et ecce hircus caprarum venit ab Austro super faciem universæ terræ, & non tangebat terram, & hirco illi prominebat cornu in medio oculorum ipsius.* Deinde narrans congressum Alexandri cum Dario, ejusdemque victoriam viribus partam: *Venit*, inquit, *hircus usque ad arietem habentem cornua, & efferatus est in eum, & percussit arietem*, dicendum est
B enim compendio, *& contrivit utrumque cornu illius, nec erat qui arietem eriperet de manu illius.* Posthæc narrans mortem Alexandri, & quatuor regum successionem: *& cum hic invalesceret*, inquit, *contritum est cornu ejus magnum, & exorta sunt quatuor cornua sub illo, ad quatuor ventos cæli.* Hinc transiens deinceps ad Antiochi regnum venit, & declarans quod ex horum quatuor uno sit ortus, sic fere ait; *Ex uno prodiit cornu validum, & exaltatum est vehementer, ad notum & Orientem:* Deinde designans quod Judaïcam
C politiam funditus destruxit: *Posthæc*, inquit, *sacrificium per eum turbatum est delicto. Et factum est, & prospere processit, & sanctum desolabitur, & datum est contra sacrificium peccatum, altari enim sublato, sanctis conculcatis, idolum statuit intus, & hostias immolavit dæmonibus contra legem, & projecta est in terram justitia. Et fecit, & prospere processit.* Deinde rursum de hoc ipso agens regno Antiochi Epiphanis, deque captivitate, excidioque ac desolatione templi, etiam ipsum tempus addidit. Exorsus enim ab Alexandri regno; denuo ad finem libri etiam in-
D termedia commemorans omnia: quæ Ptolemæi & Seleuci confligantes inter sese fecerunt, quæque horum duces gesserunt, dolos, victorias, exercitus, pugnas navales, prælia pedestria: deinde progressus in Antiochum definit iterum dicens; *Brachia ex ipso exorientur, & prophanabunt Sanctum & transferent continuationem*; continuationem appellans solemnes & quotidianas victimas; *& inferent in illam abominationem, & eos qui violant testamentum*; hoc est, prævaricantes Judæos; *adducent in ruinas*, secum Dan. 11 31.
E habebunt ac transferent, *& populus cognoscens Deum suum prævalebit:* Maccabæorum res significans, quæ acciderunt sub Juda & Simone & Joanne; *& prudentes populi intelligent ad multa, & infirmabuntur in gladio & flamma*; nimirum iterum narrans incendium civitatis; *& in captivitate, & in direptione dierum; & cum infirmati fuerint, adjuvabuntur adjutorio parvo:* significans quod in mediis illis malis poterunt respirare,

ᵃ Alii, καὶ αὐτῷ κέρατα καὶ κέρατα ὑψηλά.
ᵇ Quatuor MSS. διαδοχὴν ἐπάγει λέγων, καὶ ἐν τῷ ἰσχῦσαι.
ᶜ Plurimi MSS. ἁμαρτία, πῶς; τοῦ γὰρ βωμοῦ.
ᵈ πάλιν deest in quibusdam MSS. Paulopost septem MSS. θυσίας τὰς καθημερινάς.

& emergere ex afflictionibus, quibus involuti sunt; *& adjungentur illis multi in ruinis, & ab intelligentibus infirmabuntur.* His autem verbis significat futurum, ut multi etiam stantes cadant. Deinde causam etiam aperit, ob quam permisit Deus illos in tantis malis versari. Quænam est ea? *ut igne examinet illos*, inquit, *eligat, atque dealbet usque ad terminum temporis.* Propter hæc enim, inquit, hæc permisit Deus, ut eos repurgaret, ostenderetque qui essent inter illos probati. Deinde commemorans regis illius potentiam, ait; *& faciet juxta voluntatem suam, & exaltabitur, & magnificabitur.* Mox blasphemum illius animum significans, addit: *Adversus Deum deorum*, inquit, *loquetur superba, & prosperabitur, donec ira consummabitur:* declarans quod non ex proprio consilio, sed propter iram Dei adversus Judæos ille sic invaluerit. Tandem ubi pluribus aliis dixit quanta mala facturus esset, tum Ægypto, tum Palæstinæ; quomodo rediturus sit, & quo vocante, & qua urgente causa: postea narrat temporum mutationem, quodque Judæi postquam per hæc omnia transierint, nancifcentur aliquod auxilium, misso angelo

Dan. 12. 1. in illorum subsidium. *In tempore enim illo*, inquit, *exsurget Michaël princeps magnus, qui præfectus est filiis populi tui, & erit tempus afflictionis, quale non fuit, ex quo gens facta est in terra usque ad tempus illud, & in tempore illo salva fiet omnis multitudo, quæ reperietur descripta in libro*, hoc est, qui digni sunt salute.

8. Verum ne nunc quidem adhuc demonstratum est, de quo fuit instituta quæstio. Quid autem hoc est? Videlicet quod etiam tempora præfinierit his malis, velut illic primæ servitutis annos quadringentos, secundæ postea septuaginta. Videamus igitur an his quoque præfiniat tempus aliquod. Ubi vero licebit hoc invenire? In iis quæ post hæc dicentur. Quoniam enim audierat multa magnaque mala, civitatis incendium, politiæ subversionem, suorum captivitatem, postea desiderabat finem illorum discere, & num quæ futura esset earum calamitatum commutatio. Percontans autem sic loquebatur, *Domine, quis est istorum finis? Et dixit, Veni huc Daniel: quoniam clausi & obsignati sunt sermones:* subindicans obscuritatem eorum, quæ dicerentur, *usque ad temporis finem.* Mox causam aperiens, quare ista permiserit evenire mala, *donec eligantur*, inquit, *& dealbentur, & igni examinentur multi, & inique agant iniqui, & intelligant omnes impii, & cordati intelligant.* Deinde quanto tempore sint illis mansura hæc mala prædicens ait: *A tempore transmutationis endelechismi.* Sic autem vocabatur quotidianum sacrificium. Nam ἐνδελεχὲς perpetuum est, frequens, & continuum. Erat enim mos Judæis & vesperi & sub auroram & singulo quoque die sacrificium offerre Deo. Atque

A δυνήσονται ἀναπνεῦσαι, καὶ ἀνενεγκεῖν ἐκ τῶν κατειληφότων αὐτοὺς δεινῶν· καὶ προστεθήσονται πρὸς αὐτοὺς πολλοὶ ἐν ὀλισθήμασι, καὶ ἀπὸ τῶν συνιέντων ἀσθενήσουσιν. Ταῦτα δὲ ἔλεγε δεικνὺς, ὅτι πολλοὶ καὶ τῶν ἑστώτων πεσοῦνται. Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν συνεχώρησεν αὐτοὺς ὁ θεὸς ἐν τοσούτοις γενέσθαι κακοῖς. τίς δέ ἐστιν αὕτη; τοῦ πυρῶσαι, φησὶν, αὐτοὺς, καὶ τοῦ ἐκλέξασθαι, καὶ τοῦ ἐκλευκᾶναι ἕως καιροῦ πέρατος. διὰ ταῦτα γὰρ, φησὶ, συνεχώρησεν ὁ θεὸς, ὥστε αὐτοὺς ἐκκαθᾶραι, καὶ δεῖξαι τοὺς δοκίμους τοὺς ἐν αὐτοῖς. εἶτα διηγούμενος τοῦ βασιλέως τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἐκείνου, φησί· Καὶ ποιήσει κατὰ τὸ θέλημα B αὐτοῦ, καὶ ὑψωθήσεται, καὶ μεγαλυνθήσεται, καὶ τὴν βλάσφημον αὐτοῦ γνώμην λέγων, προσέθηκεν· ὅτι ἐπὶ τὸν θεὸν τῶν θεῶν λαλήσει ὑπέρογκα, καὶ κατευθυνεῖ, μέχρι συντελεσθῆναι τὴν ὀργήν· δεικνὺς, ὅτι οὐκ ἀπὸ τῆς οἰκείας γνώμης, ἀλλὰ διὰ τὴν ὀργὴν τοῦ θεοῦ τὴν κατὰ τῶν Ἰουδαίων οὕτως ἐκεῖνος ἐκράτει. εἰπὼν δὲ δι' ἑτέρων πλειόνων ὁ Δανιὴλ, ὅσα κακὰ ἐργάσεται τὴν Αἴγυπτον, καὶ τὴν Παλαιστίνην· πῶς ἐπανήξει, καὶ τίνος καλοῦντος, καὶ ποίας αἰτίας καταναγκαζούσης· λέγει λοιπὸν, καὶ τὴν τῶν καιρῶν μεταβολὴν, καὶ ὅτι διελθόντες οἱ Ἰουδαῖοι διὰ τούτων ἁπάντων, τεύξονταί τινος ἀντιλήψεως, ἀγγέλου πεμφθέντος εἰς τὴν αὐτῶν βοήθειαν. ἐν τῷ καιρῷ γὰρ ἐκείνῳ, φησὶν, C ἀναστήσεται Μιχαὴλ, ὁ ἄρχων ὁ μέγας, ὁ ἑστηκὼς ἐπὶ τοὺς υἱοὺς [a] τοῦ λαοῦ σου, καὶ ἔσται καιρὸς θλίψεως, οἷος οὐ γέγονεν, ἀφ' οὗ γεγένηται ἔθνος ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἕως τοῦ καιροῦ ἐκείνου· καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ σωθήσεται ὁ λαὸς πᾶς, ὁ εὑρεθεὶς γεγραμμένος ἐν τῷ βιβλίῳ, τουτέστιν, οἱ σωτηρίας ὄντες ἄξιοι.

Ἀλλὰ τὸ ζητούμενον, οὔπω καὶ νῦν ἀποδέδεικται ἡμῖν. τί δὲ τοῦτό ἐστιν; ὅτι καὶ χρόνους ὥρισεν ἐν τοῖς κακοῖς τούτοις· [b] ὥσπερ ἐκεῖ εἰς τὴν προτέραν δουλείαν τετρακόσια ἔτη, καὶ εἰς τὴν δευτέραν ἑβδομήκοντα. ἴδωμεν τοίνυν καὶ ἐνταῦθα, εἴ τινα χρόνον ὁρίζει. ποῦ δὴ τοῦτό ἐστιν εὑρεῖν; D ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα λεχθήσεσθαι μέλλουσιν. ἐπειδὴ γὰρ τὰ πολλὰ καὶ μεγάλα ἤκουσε κακὰ, ἐμπρησμὸν, τῆς πολιτείας τὴν ἀναστροφὴν, τὴν τῶν οἰκείων αἰχμαλωσίαν· ἐπεθύμει λοιπὸν τὸ τέλος αὐτῶν μαθεῖν, καὶ εἴ τις ἔσται τῶν συμφορῶν τούτων μεταβολή. καὶ ἐρωτῶν ἔλεγεν οὕτως· κύριε τί τὰ ἔσχατα τούτων, καὶ εἶπε· δεῦρο Δανιὴλ, ὅτι ἐμπεφραγμένοι, καὶ ἐσφραγισμένοι οἱ λόγοι· τὸ ἀσαφὲς τῶν εἰρημένων αἰνιττόμενος· ἕως καιροῦ πέρατος. εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν τῆς συγχωρήσεως τῶν κακῶν, ἕως ἂν ἐκλε- E γῶσι, καὶ λευκανθῶσι καὶ πυρωθῶσιν οἱ πολλοί· καὶ ἀνομήσωσιν ἄνομοι, καὶ συνήσωσι πάντες ἀσεβεῖς, καὶ οἱ νοήμονες συνήσωσιν. εἶτα τὸν καιρὸν προλέγων, ὅσον μέλλει κατέχειν ταῦτα τὰ δεινὰ, φησίν· ἀπὸ καιροῦ παραλλάξεως ἐνδελεχισμοῦ. ἐνδελεχισμὸς ἐκαλεῖτο ἡ καθημερινὴ θυσία· τὸ γὰρ ἐνδελεχὲς, τὸ πυκνόν ἐστι καὶ τὸ συνεχές. τοῖς γὰρ Ἰουδαίοις ἔθος ἦν καὶ ἐν ἑσπέρᾳ καὶ ὑπὸ τὴν ἕω, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τῷ θεῷ θύειν. διὰ τὴν θυσίαν ἐκεί-

[a] Omnes fere Manuscripti, τοῦ λαοῦ σου. Morel. vero, τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.

[b] Septem MSS. ὥσπερ ἐκεῖ τετρακόσια ἔτη, καὶ μετὰ ταῦτα ἑβδομήκοντα.

νην ἐνδελεχισμὸν ἐκάλει. ἐπεὶ οὖν ἐλθὼν ὁ Ἀντίοχος τοῦτο τὸ ἔθος κατέλυσε, καὶ παρήλλαξεν αὐτό· φησὶν ὁ ἄγγελος, ὅτι ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς ἀλλάξεως τοῦ ἐνδελεχισμοῦ, τουτέστιν, ἀπὸ τῆς καταλύσεως τῆς θυσίας ταύτης, ἡμέραι χίλιαι διακόσιαι ἐνενήκοντα, ὅπερ ἐστὶν ἔτη τρία καὶ ἥμισυ καὶ μικρόν τι πρός. εἶτα δηλῶν ὅτι κατάλυσις ἔσται τῶν κακῶν τούτων καὶ ἀπαλλαγὴ, ἐπήγαγε· μακάριος ὁ ὑπομένων καὶ φθάσας εἰς ἡμέρας χιλίας τριακοσίας τριάκοντα πέντε· ταῖς χιλίαις διακοσίαις ἐνενήκοντα, τεσσαρακονταπέντε προσθείς. ἐπειδὴ γὰρ ἐν μηνὶ καὶ ἡμίσει μηνὸς συνέβη γενέσθαι τὴν συμβολήν· ἐν ταύτῃ ἡ νίκη ἡ καθαρὰ γέγονε, καὶ ἡ παντελὴς τῶν ἐπικειμένων κακῶν ἀπαλλαγή· εἰπὼν δὲ, ὅτι μακάριος ὁ ὑπομείνας εἰς ἡμέρας χιλίας τριακοσίας τριακονταπέντε· τὴν ἀπαλλαγὴν ἐδήλωσε. καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, ὁ φθάσας· ἀλλ' ὁ ὑπομένων καὶ φθάσας. ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ τῶν [a] ἀσεβησάντων εἶδον τὴν μεταβολήν· οὐκ ἐκείνους μακαρίζει ἁπλῶς· ἀλλὰ τοὺς ἐν τοῖς καιροῖς τῶν κακῶν μαρτυρήσαντας, καὶ μὴ προδόντας τὴν εὐσέβειαν, εἶτα τυχόντας τῆς ἀνέσεως. διὰ τοῦτο οὐχ ἁπλῶς εἶπεν ὁ φθάσας· ἀλλ' ὁ ὑπομένων καὶ φθάσας. ἄρα τί τούτου σαφέστερον γένοιτ' ἄν; ὁρᾷς πῶς οὐ μόνον μέχρις ἐνιαυτῶν καὶ μηνῶν, ἀλλὰ καὶ ἕως ἡμέρας μιᾶς, μετ' ἀκριβείας ἁπάσης, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν, καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς αἰχμαλωσίας προανεφώνησεν ὁ προφήτης; καὶ ὅτι ταῦτα οὐ στοχαζόμενος λέγω· φέρε καὶ ἕτερον τῶν εἰρημένων παραγάγωμεν μάρτυρα, ὃν μάλιστα ἀξιόπιστον εἶναι νομίζουσιν. Ἰώσηπον λέγω, τὸν καὶ τὰς συμφορὰς αὐτῶν τραγῳδήσαντα, καὶ τὴν παλαιὰν διαθήκην παραφράσαντα πᾶσαν. ὃς μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν γενόμενος, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τὴν ὑπ' αὐτοῦ προῤῥηθεῖσαν εἰπὼν, καὶ περὶ ταύτης διελέχθη τῆς αἰχμαλωσίας τῆς γενομένης, τὴν τοῦ προφήτου ἑρμηνεύων ὅρασιν, τὴν ἐπὶ τοῦ κριοῦ καὶ τοῦ τράγου καὶ τῶν τεσσάρων κεράτων, καὶ τοῦ ὑστέρου τοῦ μετ' ἐκεῖνα ἀνελθόντος. καὶ ἵνα μή τις ὑποπτεύῃ τὰ παρ' ἡμῶν εἰρημένα· φέρε καὶ αὐτὰς παραθώμεθα τὰς ῥήσεις ἐκείνου. ἐπαινέσας γὰρ καὶ θαυμάσας τὸν Δανιὴλ μεθ' ὑπερβολῆς ἁπάσης, καὶ τῶν ἄλλων αὐτὸν προθεὶς προφητῶν ἁπάντων· ἦλθε καὶ ἐπὶ ταύτην τὴν ὅρασιν, καί φησιν οὕτως. [b] κατέλιπε δὲ γραφὰς, ὅθεν ἡμῖν τὸ τῆς προφητείας ἀκριβὲς αὐτοῦ καὶ ἀπαράλλακτον ἐποίησε δῆλον. φησὶ γάρ· ἐν Σούσοις τῇ μητροπόλει τῆς Περσίδος, ἐξελθεῖν μὲν εἰς τὸ πεδίον μετὰ ἑταίρων αὐτοῦ τινῶν· σεισμοῦ δὲ καὶ κλόνου τῆς γῆς ἐξαίφνης γενομένου, καταλειφθῆναι μόνον, φυγόντων τῶν φίλων. καὶ πεσεῖν μὲν ἐπὶ [b] στόμα, καὶ στηριχθῆναι ἐπὶ τὰς δύο χεῖρας, τινὸς δὲ ἁπτομένου αὐτοῦ καὶ μεταξὺ κελεύοντος ἀναστῆναι, καὶ τὰ μέλλοντα συμβήσεσθαι τοῖς πολίταις ἰδεῖν μετὰ πολλὰς γενεὰς, ἀναστάντι αὐτῷ δειχθῆναι κριὸν μέγαν, πολλὰ μὲν ἐκπεφυκότα κέρατα, τὸ δὲ τελευταῖον αὐτῶν ὑψηλότερον ἔχοντα. ἔπειτα ἀναβλέψαι μὲν πρὸς τὴν δύσιν, θεάσασθαι δὲ τράγον

A de causa sacrificium illud endelechismum, id est assiduitatem, vocabat. Postquam igitur veniens Antiochus hunc morem sustulit & immutavit: hoc est, quod ait angelus, *A tempore transmutationis endelechismi*; hoc est, a tempore quo commutabitur hoc sacrificium; sunt dies mille ducenti & nonaginta, hoc est, tres anni cum dimidiato, ac paulo amplius. Deinde quod tum esset futurus horum malorum finis ac terminus, subjicit: *Beatus qui sustinuerit ac pervenerit usque ad dies mille trecentos & triginta quinque*: mille ducentis nonaginta addens quadraginta quinque. Quoniam enim in mense & dimidio mensis accidit ut fieret ille conflictus: B in hoc victoria illa pura facta est, & omnium malorum urgentium commutatio: cum autem ait; *Beatus qui sustinuerit ad dies mille trecentos triginta quinque*, rerum immutationem declarat. Neque simpliciter dixit, qui pervenerit, verum qui sustinuerit & pervenerit: quoniam enim multi eorum, qui impietatem perpetrarunt, viderunt commutationem; non eos simpliciter dixit beatos, sed eos qui testimonium præbuerant in diebus afflictionum, nec a pietate desciverant: ac deinde consequuti sunt relaxationem. Ideo non simpliciter dixit, qui pervenerit: sed qui sustinuerit & pervenerit. Quid his esse potest dilucidius? Vides, ut non usque ad C annos aut menses, sed ad unum usque diem summa cura & captivitatem & captivitatis solutionem prædixerit Propheta. Atque ut sciatis me non ex conjecturis loqui, age proferamus & alium testem eorum quæ dicta sunt, quem illi gravissimum habent auctorem. Josephum loquor: qui calamitates illorum tragicas descripsit, ac vetus testamentum omne velut paraphrasi fusius explicavit, qui fuit post Christi adventum, & captivitatem ab ipso prædictam commemorans, de hac quoque disseruit, Danielis visionem enar- D rans, de ariete, de hirco, de quatuor cornibus, de postremo post illa exorto. Et ne quis suspecta habeat quæ a nobis dicta fuerint, age referamus & illius verba. Cum enim laudasset Danielem, supraque modum extulisset, cæteris omnibus Prophetis anteponens, ad hanc venit visionem, & dicit. Reliquit autem nobis suorum scriptorum monumenta, unde nobis hujus Prophetiæ exactam & & inevitabilem certitudinem præstitit. Ait enim; Susis, quæ Persidis est metropolis, cum exiisset in campum cum sociis suis quibusdam, subito terræ motu concussioneque oborta, relictum fuisse solum fugientibus cæ- E teris. Et ipse quidem pronus in faciem concidit, innixus ambabus manibus: dein ubi quispiam tangeret eum, intereaque juberet surgere, ac videre quæ post multas ætates civibus essent eventura: erecto monstratum ait fuisse arietem ingentem, cui multa quidem enata sint cornua, sed horum postremum excelsius fuisse cæteris. Deinde sustulisse oculos ad occasum, vidisseque hircum, qui per

Josephi locus Judaïcæ antiquitatis. L. 10. c. 14.

a Septem MSS. *ἀσεβούντων*. Post hæc verba inferius posita, *εἶτα τυχόντας τῆς ἀνέσεως*, quæ sic Latine exprimuntur, *ac deinde consecuti sunt relaxationem*, in Latina Erasmi interpretatione hæc adjiciuntur: *Nec amplius patiebantur, quæ merito patiebantur, qui non perdurarant in tempore certaminis ac probationis bonorum ac malorum, ut instabiles in bono: temporariique amici reperirentur.* Quæ cum in nullo Edito Græce, in nulloque MSS. reperiantur, jure expuncta sunt.

b Hæc non parum differunt ab Editis Josephi; sed quod ad seriem & verba tantum attinet, non quod ad sensum.

c Unus Cod. *στόμα καὶ παραχθῆναι ἐπὶ τὰς δύο χεῖρας. τινὸς δὲ ἁπτομένου στῆναι, καὶ τὰ μέλλοντα.*

A aërem impetu ferebatur. Hunc congreſſum fuiſſe cum ariete, & cornibus ictum bis eum in terram dejeciſſe, conculcaſſeque. Deinde hircum fuiſſe viſum excelſiorem, e fronte producentem cornu maximum; eo fracto, alia excreviſſe quatuor, ad ſingulos obverſa ventos. Ex his autem aliud minus exortum fuiſſe ſcripſit, quod increvit. Dicebat autem qui hæc illi oſtendebat Deus, futurum ut gentem ipſius debellaret, urbem vi caperet, templum expilaret, ſacra prohiberet: futurum autem ad dies mille ducentos nonaginta. Hæc quidem ſe vidiſſe in campo juxta Suſas Daniel ſcripſit: eorum autem quæ per viſum apparuerant, a Deo explicationem ſupplex petiit, didicitque, quod aries indicaret regna Perſarum ac Medorum, cornua vero reges futuros, extremum autem cornu, poſtremum regem fore qui hos omnes præceſſurus eſſet tum opibus tum gloria. Cæterum hircus ſignificabat & ex Græcis oriturum regem, qui bis congreſſus cum Perſa, prælio ſuperaret, ablaturus univerſum illius principatum. Significatum autem fuiſſe per primum magnum cornu, quod erat in fronte hirci, primum regem, & quatuor illorum exortum. Illo autem exciſo ſignificari, juxta quatuor cornua ſingulorum ſucceſſorum exortum poſt mortem primi regis, foreque ut regnum illius inter multos divideretur, quandoquidem primus ille nec filios nec fratres eſſet habiturus, eoſque pluribus annis regnaturos in orbe terrarum. Ex his rurſus exoriturum regem quemdam, qui expugnaturus eſſet & leges illius gentis, & religionem ac ritus ſublaturus, tum ſacrilegio ſpoliaturus templum, ac triennium vetiturus fieri ſacra. Hæc ſane veſtræ genti jam pati contigit ab Antiocho Epiphane, ſicut Daniel multis ante annis prædixit, ſcripſitque eventura.

Explicatio viſionis Danielis.

9. Age quid his poſſit eſſe evidentius? Nunc tempus eſt, niſi videmur eſſe moleſti, ut ad id quod quærebatur revertamur, hanc præſentem captivitatem ac ſervitutem hodiernam cujus gratia hæc omnia movimus. Agdum igitur nunc vigilantibus animis auſcultate: non enim nobis pro rebus vulgaribus certamen eſt. Abſurdum enim fuerit alios in theatris ſedentes Olympiacis a media nocte uſque ad meridiem perdurare, exſpectantes ut videant, cui ceſſura ſit corona, nudoque capite excipere calidos ſolis radios, nec prius abſcedere, quam de certamine fuerit pronunciatum: nos vero nunc, cum certamen ſit non pro tali corona, ſed pro corona immortali, defatigari ac tædio affici. Itaque quod tres captivitates prædictæ fuerint antequam acciderent, una quæ annos habebat quadringentos, altera ſeptuaginta, tertia tres ac dimidiatum, hactenus ſatis eſt nobis demonſtratum. Age ſupereſt ut & de hac loquamur. Quod enim & de hac vaticinatus ſit Propheta, rurſus eumdem Joſephum adducamus teſtem, qui cum illis (Judæis) ſentit. Poſtquam enim illa dixerat, audi quid poſt ſubjiciat. Eodem autem, in-

a Savil. & octo Mſſ. καὶ τὴν πόλιν αἱρήσειν κατὰ κράτος, καὶ συλήσειν τὸν ναόν. Morel. τὴν πολιτείαν ἀναιρήσειν.
b Sex Mſſ. φαντάσματος ἐδήλου τὸν θεὸν, ὃς τόν,

A δι' ἀέρος φερόμενον, συῤῥήξαντα τῷ κριῷ, καὶ τοῖς κέρασι πλήξαντα δὶς, καταβαλεῖν αὐτὸν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πατῆσαι. Εἶτα τὸν τράγον ἰδεῖν ὑψηλότερον, ἐκ τοῦ μετώπου μέγιστον ἀναφύσαντα κέρας. οὗ κλαθέντος, ἄλλα ἀναβλαστῆσαι τέσσαρα καθ' ἕκαστα τῶν ἀνέμων τετραμμένα. ἐξ αὐτῶν δὲ ἀναχθὲν καὶ ἄλλο μικρότερον ἀνέγραψεν αὐξῆσαν. ἔλεγε δὲ αὐτῷ ὁ ταῦτα ἐπιδεικνὺς θεὸς, πολεμήσειν αὐτοῦ τὸ ἔθνος· [a] καὶ τὴν πόλιν ἀναιρήσειν κατὰ κράτος, καὶ συλήσειν τὸν ναὸν, καὶ τὰς θυσίας κωλύσειν, γενέσθαι δὲ ἐφ' ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἐνενήκοντα. Ταῦτα μὲν B ἰδεῖν ἐν τῷ πεδίῳ τῷ ἐν Σούσοις, ὁ Δανιὴλ ἀνέγραψε, κρῖναι δὲ αὐτῷ τὴν ὄψιν τοῦ [b] φαντάσματος ἐδεῖτο τοῦ θεοῦ, ὃς τὸν μὲν κριὸν βασιλείας τὰς Περσῶν καὶ Μήδων σημαίνειν ἔφασκε· τὰ δὲ κέρατα, τοὺς βασιλεύειν μέλλοντας· τὸ δὲ ἔσχατον κέρας σημαίνειν τὸν ἔσχατον βασιλέα τὸν μέλλοντα τούτων διοίσειν ἁπάντων πλούτῳ τε καὶ δόξῃ· τὸν δὲ τράγον δηλοῦν, ὡς ἐξ Ἑλλήνων τε ὁ βασιλεύων ἔσται, ὃς τῷ Πέρσῃ συμβαλὼν δὶς, κρατήσει τῇ μάχῃ καὶ ἀφαιρεθήσεται τὴν ἡγεμονίαν ἅπασαν. [c] δηλοῦσθαι δὲ διὰ τοῦ πρώτου μεγάλου κέρατος, τοῦ ἐν τῷ μετώπῳ τοῦ τράγου, τὸν πρῶτον βασιλέα, καὶ τὴν τῶν τεσσάρων ἀναβλάστη- C σιν. ἐκπεσόντος δὲ ἐκείνου, καὶ τὴν πρὸς τὰ τέσσαρα κέρατα ἀποστροφὴν ἑκάστου τῶν διαδόχων μετὰ τὸν θάνατον τοῦ πρώτου βασιλέως ἐμφαίνεσθαι, καὶ διαμερισμὸν αὐτοῦ τῆς βασιλείας, οὔτε παῖδας ὄντας αὐτοῦ οὔτε συγγενεῖς, πολλοῖς ἔτεσιν ἄρξειν τῆς οἰκουμένης. ἔσεσθαι δὲ ἐκ τούτων ἕνα τινὰ βασιλέα, τὸν ἐκπολεμήσοντα καὶ τοὺς νόμους αὐτῶν, καὶ τὴν κατ' αὐτοὺς ἀφαιρησόμενον πολιτείαν, καὶ συλήσοντα τὸν ναὸν, καὶ τὰς θυσίας ἐπὶ ἔτη τρία κωλύσοντα ἐπιτελεσθῆναι. καὶ δὴ ταῦτα ὑμῶν συνέβη τῷ ἔθνει παθεῖν ὑπὸ Ἀντιόχου τοῦ ἐπιφανοῦς, καθὼς εἶπε D Δανιὴλ πολλοῖς ἔτεσιν ἔμπροσθεν, καὶ ἀνέγραψε τὰ γενόμενα.

Ἆρα τί τούτου σαφέστερον γένοιτ' ἄν; ἆρα δὴ λοιπὸν, εἰ μὴ δοκοῦμεν διενοχλεῖν, ἐπ' αὐτὸ τὸ ζητούμενον ἐλθεῖν, τὴν παροῦσαν αἰχμαλωσίαν, καὶ τὴν δουλείαν τὴν σήμερον, δι' ἣν ἅπαντα ταῦτα ἐκινήσαμεν. ἀλλὰ διαναστῆτέ μοι νῦν· οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ τῶν τυχόντων ἡμῖν ὁ ἀγών. καὶ γὰρ ἄτοπον, ἐν Ὀλυμπιακοῖς μὲν καθημένους θεάτροις, ἐκ μέσων νυκτῶν εἰς μεσημβρίαν μέσην καρτερεῖν, ἀναμένοντας ἰδεῖν, εἰς τίνα ὁ στέφανος περιστήσεται, καὶ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ θερμὴν δέχεσθαι τὴν ἀκτῖνα, καὶ μὴ πρότερον E ἀφίστασθαι, ἕως ἂν κρίσιν τὰ ἀγωνίσματα λάβῃ· νῦν δὲ ἡμῖν οὐχ ὑπὲρ στεφάνου τοιούτου, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ τῆς ἀφθαρσίας στεφάνου τῶν ἀγώνων ὄντων, ἐκλύεσθαι καὶ ταλαιπωρεῖν. ὅτι μὲν οὖν αἱ τρεῖς προανηγορεύθησαν αἰχμαλωσίαι, ἡ μὲν τετρακόσια ἔτη ἔχουσα, ἡ δὲ ἑβδομήκοντα, ἡ δὲ [d] τρία καὶ ἥμισυ, τοῦτο ἱκανῶς ἐντεῦθεν ἡμῖν ἀποδέδεικται. φέρε δὴ λοιπὸν καὶ περὶ ταύτης εἴπωμεν. ὅτι γὰρ καὶ περὶ ταύτης προανεφώνησεν ὁ προφήτης· αὐτὸν τοῦτον πάλιν παρεξόμεθα μάρτυρα τὸν Ἰώσηπον, τὸν τὰ ἐκείνων φρονοῦντα. ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ἐκεῖνα, ἄκουσον τί φησι μετὰ ταῦτα.

c Sex Mſſ. δηλοῦσθαι δὲ πρὸ τοῦ μεγάλου, horum duo habent, πρὸς τοῦ.
d Sex Mſſ. τρία, καὶ μόνον τοῦτο ἱκανῶς.

τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον Δανιὴλ, καὶ περὶ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀνέγραψε, καὶ ὅτι ὑπ' αὐτῶν αἱρεθήσεται τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ ναὸς ἐρημωθήσεται. σὺ δέ μοι σκόπει, ὡς εἰ καὶ Ἰουδαῖος ἦν ὁ ἀνὴρ ὁ ταῦτα γράψας, ἀλλ' οὖν οὐκ ἠνέσχετο τὴν ὑμετέραν ζηλῶσαι φιλονεικίαν. εἰπὼν γὰρ, ὅτι αἱρεθήσεται τὰ Ἱεροσόλυμα· οὐκ ἐτόλμησε προσθεῖναι καὶ εἰπεῖν, ὅτι ἀναστήσεται πάλιν, οὐδὲ χρόνον γράψαι διωρισμένον. ἀλλ' ἐπεὶ συνεῖδε τὸν προφήτην οὐχ ὁρίσαντα χρόνον, καίτοι ἀνωτέρω εἰπὼν ἐπὶ τῆς Ἀντιόχου νίκης, καὶ τῆς ἐρημώσεως, καὶ ἡμέρας, καὶ ἔτη, ὅσα ἔμελλεν ἡ αἰχμαλωσία κρατεῖν, ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων μὲν οὐδὲν τοιοῦτον εἶπεν· ἀλλ' ὅτι μὲν ἐρημωθήσεται τὰ Ἱεροσόλυμα καὶ ὁ ναὸς, ἔγραψεν· ὅτι δὲ στήσεταί που τὰ τῆς ἐρημώσεως, οὐκ ἔτι προσέθηκεν, ἐπεὶ μηδὲ τὸν προφήτην εἶδε τοῦτο προσθέντα. ταῦτα δὲ πάντα, φησὶ, τοῦ θεοῦ δείξαντος αὐτῷ, συγγράψας κατέλιπεν· ὥστε τοὺς ἀναγινώσκοντας, καὶ τὰ συμβαίνοντα σκοποῦντας, θαυμάζειν ἐπὶ τῇ παρὰ τοῦ θεοῦ τιμῇ τὸν Δανιήλ. ποῦ τοίνυν εἶπεν ὁ Δανιὴλ, ὅτι ὁ ναὸς ἐρημωθήσεται· ἡμεῖς λοιπὸν σκοπήσωμεν. ἐπειδὴ γὰρ τὴν προσευχὴν ἐκείνην τὴν ἐν σάκκῳ, καὶ σποδῷ ἐποιήσατο· ἦλθε Γαβριὴλ πρὸς αὐτὸν, καί φησιν· ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες συνετμήθησαν ἐπὶ τὸν λαόν σου, καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν. ἰδοὺ καὶ ἐνταῦθα χρόνος εἴρηται, φησί· χρόνος, οὐ τῆς αἰχμαλωσίας, ἀλλὰ μεθ' ὅσον ἔμελλεν ἡ αἰχμαλωσία ἀπαρτήσεσθαι χρόνον πάλιν. ἕτερον δέ ἐστιν εἰπεῖν χρόνον, ὅσον ἔμελλε κρατεῖν ἡ αἰχμαλωσία, καὶ χρόνον μεθ' ὃν ἀπαρτᾶν ἔμελλε καὶ παραγίνεσθαι. ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες, φησὶ, συνετμήθησαν ἐπὶ τὸν λαόν σου· οὐκ ἔτι ἐπὶ τὸν λαὸν τὸν ἐμόν· καίτοι ὁ προφήτης ἔλεγεν, ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸν λαόν σου, ἀλλ' ὁ θεὸς ἀλλοτριοῦται αὐτὸν λοιπὸν, διὰ τὸ μέλλον ἔσεσθαι τόλμημα. εἶτα φησὶ καὶ τὴν αἰτίαν, ἕως τοῦ παλαιωθῆναι παράπτωμα, καὶ τοῦ συντελεσθῆναι ἁμαρτίαν· τί ἐστιν ἕως τοῦ συντελεσθῆναι ἁμαρτίαν; πολλά, φησιν, ἁμαρτάνουσιν· ἀλλ' ἡ κορωνὶς τῶν κακῶν τότε ἔσται, ὅταν τὸν δεσπότην αὐτῶν ἀνέλωσι. τοῦτό φησι καὶ ὁ Χριστός· πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν· δούλους, φησὶν, ἀπεκτείνατε, προσθέτε καὶ αἷμα δεσποτικόν. ὅρα σύμφωνα τὰ νοήματα. ὁ Χριστὸς εἶπε, πληρώσατε· ὁ προφήτης φησὶ τελεσθῆναι ἁμαρτίαν, καὶ τοῦ σφραγίσαι ἁμαρτίας. τί ἐστι σφραγίσαι; ὥστε μηδὲν ὑπολελεῖφθαι λοιπόν. καὶ τοῦ ἀγαγεῖν δικαιοσύνην αἰώνιον. ποία δὲ δικαιοσύνη αἰώνιος, ἀλλ' ἢ ἡ [a] παρὰ τοῦ Χριστοῦ δοθεῖσα; καὶ τοῦ σφραγίσαι ὅρασιν καὶ προφήτην, καὶ τοῦ χρῖσαι ἅγιον ἁγίων. τουτέστι, στῆσαι λοιπὸν τὰς προφητείας· τοῦτο γάρ ἐστι σφραγίσαι, στῆσαι τὸ χρίσμα, στῆσαι τὰς ὁράσεις. διὰ τοῦτο ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου. ὁρᾷς πῶς παντελῆ ἐνταῦθα ἀπειλεῖ ἐρήμωσιν, καὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἀνταπόδοσιν καὶ τῶν ἀδικιῶν; οὐ γὰρ συγχωρεῖν, ἀλλ' ἐπεξιέναι τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν ἠπείλησεν ὁ θεός.

Καὶ πότε τοῦτο γέγονε; πότε ἀνῃρέθησαν προφητεῖαι παντελῶς· πότε δὲ χρίσμα κατελύθη, ὡς μηκέτι πάλιν ἐπανελθεῖν; κἂν ἡμεῖς σιγήσωμεν· οἱ λίθοι κεκράξονται,

a Sic octo MSS. Morel. vero, τοῦ θεοῦ δοθεῖσα.

A quit, modo Daniel & de Romanorum principatu scripsit; quodque ab illis tollenda esset Jerosolyma, ac desolandum templum. Tu vero illud mihi considera, quod tametsi Judæus esset is qui hæc scripsit, tamen veritus est vestram imitari pervicaciam. Etenim cum dixisset, subvertendam esse Jerosolymam; non ausus est addere, quod esset restituenda, neque tempus aliquod certum præscribere; sed quoniam sciebat, Prophetam non præfinisse tempus, quamquam superius enarrans Antiochi victoriam ac desolationem, & dies & annos expresserat, quot captivitas esset duratura: de victoria Romanorum nihil istius- B modi loquutus est: sed quod esset in solitudinem redigenda Jerosolyma, templumque diruendum. Cæterum quod esset aliquando venturus finis desolationis non addidit; eo quod videret, ne Prophetam quidem hoc addidisse. Hæc autem omnia, ait, Deo ipso monstrante, conscripta reliquit: ut qui legerint, & evenisse conspexerint, Danielem admirentur, ob honorem illi a Deo habitum. Ubi igitur dixerit Daniel, fore ut templum redigeretur in solitudinem; nos deinceps consideremus. Nam ubi precationem illam in sacco & cinere perfecerat, venit ad eum C Gabriel, & ait: *Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, & super civitatem sanctam.* Dan. 9. 24. Ecce, hic, inquit aliquis, & tempus expressum est. Tempus, non captivitatis, sed post quantum temporis reditura esset captivitas. Aliud vero tempus dicendum est, quamdiu esset duratura captivitas, rursum tempus post quod esset ventura. *Septuaginta*, inquit, *hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum*: non jam super populum meum. Atqui Propheta dixerat, *ostende faciem tuam super populum tuum*, sed Deus illum posthac pro alieno ducit propter futuram audaciam. Mox & causam D exprimit: *donec antiquetur delictum, & consummetur peccatum.* Quid est hoc, donec consummetur peccatum? Multa, inquit, peccant, sed malorum fastigium tunc erit, cum dominum suum occiderint. Et hoc dixit Christus: *Implete mensuram patrum vestrorum.* Matth. 23. 32. Servos occidistis, addite & Domini sanguinem. Vide quomodo concordant sententiæ. Christus dixit, *implete*: Propheta ait, *consummetur peccatum & signentur peccata.* Quid enim est, signentur? ne quid præterea reliquum fiat, *& adducat justitiam sempiternam.* Quid autem est æterna justitia, nisi quæ a a Christo data est? *Et donec obsignetur visio & Propheta & inungatur sanctus sanctorum:* E hoc est, Sistere oportet posthac prophetias: hoc enim est obsignare, sistere unctionem, sistere visionem. Ideo Christus dixit: *Lex & Prophetæ usque ad Joannem.* Matt. 11. 13. Vides ut hæc omnimodam minentur desolationem, ac scelerum malefactorumque vindictam. Non enim indulturum se, sed ulturum peccata illorum, minatur Deus.

10. Quando tandem hoc factum est? quando prophetiæ prorsus sublatæ, quando unctio sic est sublata, ut numquam sit reditura? Et si nos sileamus, ipsi lapides clama-

bunt, adeo manifesta est ipsa rerum vox; nec enim possunt aliud tempus proferre, quo hæc gesta sunt, quam hoc longum ac magnum, sed maius etiam futurum. Posthæc exactius etiam de his loquens, ait, *Et cognosces & intellige, ab exitu sermonis, ut respondeatur, utque ædificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ.* Hic mihi diligenter auscultate, nam est totius quæstionis cardo: hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ, conficiunt annos quadringentos octoginta tres. Nec enim hic dicit hebdomadas dierum aut mensium, sed annorum. Nam a Cyro usque ad Antiochum Epiphanem, & captivitatem illam, sunt anni trecenti nonaginta quatuor. Itaque declarans se non de illa templi desolatione loqui, sed ea, quæ fuit post illam sub Pompeio, Vespasiano & Tito, ulterius profert tempus, moxque docens nos, unde oporteat supputare, demonstrat non esse numerandum a die reditus. Sed unde tandem? *Ab exitu sermonis, ut respondeatur, & ædificetur Jerusalem.* At non fuit exstructa sub Cyro, sed sub Artaxerxe cognomento Longimano. Post descensum enim venit Cambyses, deinde Magi, post hos Darius Hystaspæ filius, deinceps Xerxes Darii filius, post hunc Artabanus, post Artabanum Artaxerxes Longimanus imperavit Persidi. Et dum hic regnum obtineret, anno vigesimo regni illius, Neemias reversus civitatem instauravit, & hæc Esdras nobis accurate descripsit. Nos igitur hinc quadringentos octoginta tres annos si numeraverimus, haud dubie veniemus ad hanc subversionem. Ideo dicit: *Ædificabitur platea & murorum ambitus.* Cum igitur, ut ait, restituta fuerit, suumque statum receperit, ex hoc supputa hebdomades septuaginta, videbisque hanc captivitatem nondum sortitam finem esse. Atque hoc ipsum evidentius etiam aperiens, quod mala quibus nunc tenentur, non sint habitura finem, ad hunc modum loquitur: *Post hebdomades autem septuaginta abolebitur unctio, & judicium non erit in ea, & civitatem & sanctum perdet, cum Duce venturo, & concidentur tamquam in diluvio,* neque supererunt reliquiæ, neque radix, quæ repullulet, *& usque ad finem belli abbreviati internecionibus.* Rursus loquens de hac captivitate, dicit, *Tolletur incensum & libamen, ac præterea super templum abominatio desolationis, & usque ad consummationem temporis consummatio dabitur ad desolationem.* Cum audias consummationem, quid adhuc superest, quod exspectes? *Ac præterea.* Quid autem est, *Ac præterea?* hoc est; præter hæc quæ dicta sunt, post sacrificiorum & libaminis sublationem, aliud majus accedet malum. Quodnam hoc dicis? *Super templum abominatio desolationis.* Hieron enim vocat templum, abominationem autem desolationis vocat statuam, quam collocavit in templo, is qui exciderat & everterat civitatem. *Et usque ad consummatio-*

Explicatio Hebdomadum Danielis.

2. Esdr. 2.

οὕτω λαμπρὰ τῶν πραγμάτων ἐστὶν ἡ φωνή· οὐδὲ γὰρ [a] ἂν ἔχωσιν ἄλλον καιρὸν εἰπεῖν, ἐν ᾧ ταῦτα ὑπέστησαν, ἢ τοῦτον τὸν μακρὸν καὶ πολὺν καὶ πλείονα πάλιν ἐσόμενον. εἶτα πάλιν ἀκριβέστερον λέγων φησὶ, Καὶ γνώσῃ, καὶ συνήσεις ἀπὸ ἐξόδου λόγου τοῦ ἀποκριθῆναι, καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἱερουσαλὴμ, ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου, ἑβδομάδες ἑπτὰ· καὶ ἑβδομάδες ἑξήκοντα δύο. ἐνταῦθά μοι μετὰ ἀκριβείας προσέχετε· τὸ γὰρ πᾶν ζήτημα ἐνταῦθά ἐστιν. ἑβδομάδες ἑπτὰ, καὶ ἑβδομάδες ἑξήκοντα δύο, τετρακόσια ὀγδοηκοντατρία ἔτη. ἑβδομάδας γὰρ ἐνταῦθα οὐχ ἡμερῶν φησιν, οὐδὲ μηνῶν, ἀλλ' ἑβδομάδας ἐνιαυτῶν. [b] ἀπὸ γὰρ Κύρου, ἐπὶ Ἀντίοχον τὸν Ἐπιφανῆ, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐκείνην, τριακόσια ἐνενήκοντα τέσσαρα ἔτη. δηλῶν τοίνυν, ὅτι οὐκ ἐκείνην λέγει τὴν ἐρήμωσιν τοῦ ναοῦ, ἀλλὰ τὴν μετ' ἐκείνην, τὴν ἐπὶ Πομπηΐου καὶ Οὐεσπασιανοῦ, καὶ Τίτου, περαιτέρω προάγων τὸν χρόνον· εἶτα διδάσκων ἡμᾶς, πόθεν ἀριθμεῖν χρὴ, δείκνυσιν ὅτι οὐκ ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς ἐπανόδου. ἀλλὰ πόθεν; ἀπὸ ἐξόδου λόγου, τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἱερουσαλήμ. οὐκ ἐπὶ Κύρου δὲ ᾠκοδομήθη, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ Ἀρταξέρξου τοῦ μακρόχειρος. μετὰ γὰρ τὴν κάθοδον, ἐπανῆλθε Καμβύσης, εἶτα οἱ μάγοι, καὶ μετ' ἐκείνους Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπου, εἶτα Ξέρξης ὁ Δαρείου, καὶ μετὰ τοῦτον Ἀρτάβανος· εἶτα μετὰ Ἀρτάβανον Ἀρταξέρξης ὁ μακρόχειρ ὃς ἐβασίλευσε τῆς Περσίδος, καὶ τούτου βασιλεύοντος, εἰκοστοῦ ἔτους τῆς βασιλείας αὐτοῦ, Νεεμίας ἀνελθὼν, τὴν πόλιν ἀνέστησεν. καὶ ταῦτα ὁ Ἔσδρας ἡμῖν ἀκριβῶς διηγήσατο. ἂν τοίνυν ἐντεῦθεν τετρακόσια καὶ ὀγδοήκοντα τρία ἔτη ἀριθμήσωμεν, πάντως ἥξομεν ἐπὶ τὴν κατασκαφὴν ταύτην. διὰ τοῦτό φησιν, οἰκοδομηθήσεται πλατεῖα καὶ περίτειχος. ἐπειδὰν οὖν φησιν ἀναστῇ, καὶ τὸ οἰκεῖον [c] λάβῃ σχῆμα· ἀπ' ἐκείνου τὰς ἑβδομάδας τὰς ἑβδομήκοντα ἀρίθμει· καὶ ὄψει τὴν αἰχμαλωσίαν ταύτην οὐκ ἔτι τέλος ἔχουσαν. καὶ τοῦτο δὲ αὐτὸ δηλῶν σαφέστερον, ὅτι οὐχ ἕξει τινὰ λύσιν τὰ κατέχοντα αὐτοὺς κακὰ, οὕτω φησί· Μετὰ τὰς ἑβδομάδας τὰς ἑβδομήκοντα ἐξολοθρευθήσεται χρῖσμα, καὶ κρίμα οὐκ ἔσται ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν πόλιν δὲ καὶ τὸ ἅγιον [d] συνδιαφθερεῖ σὺν τῷ ἡγουμένῳ τῷ ἐρχομένῳ, καὶ συγκοπήσονται ὡς ἐν κατακλυσμῷ. οὐδὲ λείψανον ἔσται λοιπὸν οὐδὲ ῥίζα πάλιν ἀναβλαστάνουσα, καὶ ἕως τέλους πολέμου συντετμημένου ἀφανισμοῖς. καὶ πάλιν λέγων τὴν αἰχμαλωσίαν ταύτην φησίν· Ἀρθήσεται θυμίαμα καὶ σπονδή· καὶ ἐπὶ τούτοις, ἐπὶ τὸ ἱερὸν τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, καὶ ἕως συντελείας καιροῦ, συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν. ὅταν δὲ ἀκούσῃς συντέλειαν, τί λοιπὸν ἕτερον προσδοκᾷς; Καὶ ἔτι τούτοις. τί δέ ἐστιν ἐπὶ τούτοις; τουτέστι, πρὸς τούτοις τοῖς εἰρημένοις, τῇ τῆς θυσίας ἀναιρέσει καὶ τῆς σπονδῆς, ἕτερον ἔσται τι μεῖζον κακόν. ποῖον δὴ τοῦτο; ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως. ἱερὸν, τὸν ναὸν καλῶν· βδέλυγμα δὲ ἐρημώσεως, τὸν ἀνδριάντα, ὃν ἔστησεν ὁ τὴν πόλιν καθελὼν ἔνδον ἐν τῷ ναῷ. καὶ ἕως συντελείας

a Septem Mss. ἂν ἔχωσιν ἄλλον.

b Hæc annorum supputatio a Cyro ad Antiochum Epiphanem magnis est difficultatibus obnoxia, ut videas apud Chronologos recentiores, Scaligerum, Petavium, Usserium.

c Alii, ἀπολάβῃ.

d Quidam Mss. διαφθερεῖ. Infra Morel. πολέμου συντετμημένου ἀφανισμοῖς Savil. πολέμου συντετμημένα ἀφανισμῶν, quatuor Mss. ἀφανισμῷ.

φησὶν ἐρήμωσις. διὰ τοῦτό φησιν ὁ Χριστὸς, μετὰ Ἀντίοχον τὸν Ἐπιφανῆ παραγενόμενος, τὸ κατὰ σάρκα, καὶ προαναφωνῶν τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι αἰχμαλωσίαν, καὶ δεικνὺς, ὅτι περὶ αὐτῆς ὁ Δανιὴλ προεφήτευσε, φησίν· ὅταν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, ὃ εἶπε Δανιὴλ ὁ προφήτης ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ· ὁ ἀναγινώσκων νοείτω. ἐπειδὴ γὰρ ἅπαν εἴδωλον, καὶ πᾶν τύπωμα ἀνθρώπου παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις βδέλυγμα ἐκαλεῖτο· αἰνιγματωδῶς ἐμφαίνων τὸν ἀνδριάντα ἐκεῖνον, ὁμοῦ καὶ πότε, καὶ ὑπὸ τίνος ἡ αἰχμαλωσία ἔσται, προανεφώνησεν. ὅτι δὲ περὶ Ῥωμαίων ταῦτα εἴρηται, καὶ ὁ Ἰώσηπος, καθάπερ ἔμπροσθεν ἀπεδείξαμεν, εἴρηκεν. τίς οὖν ὑμῖν λοιπὸν ὑπολέλειπται λόγος, ὅταν τὰς μὲν ἄλλας φαίνωνται αἰχμαλωσίας οἱ προφῆται μετὰ διωρισμένων χρόνων εἰπόντες, ταύτῃ δὲ μηδένα χρόνον ὁρίσαντες, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐναντίον προσθέντες, ὅτι ἕως συντελείας ἔσται ἡ ἐρήμωσις; καὶ ὅτι οὐ ψευδῆ τὰ εἰρημένα· φέρε καὶ τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων αὐτῶν παράσχωμεν μαρτυρίαν. εἰ μὲν γὰρ μὴ ἐπεχείρησαν οἰκοδομῆσαι τὸν ναόν· εἶχον ἂν λέγειν, ὅτι εἴγε ἠβουλήθημεν ἐπιχειρῆσαι, καὶ τῆς οἰκοδομῆς ἅψασθαι, πάντως ἂν ἰσχύσαμεν καὶ ἠνύσαμεν. νυνὶ δὲ αὐτοὺς δείκνυμι, ὅτι οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ καὶ τρὶς ἐπιχειρήσαντας, καὶ ῥαγέντας, καθάπερ ἐν τοῖς Ὀλυμπιακοῖς ἀγῶσιν· ὥστε ἀναμφισβήτητον εἶναι τῆς ἐκκλησίας τὸν στέφανον. ποῦ τοίνυν ἐπεχείρησαν οἱ ἀεὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτοντες, οἱ νεωτεροποιοὶ καὶ στασιασταί;

[a] Μετὰ γὰρ τὴν Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου γενομένην ἐρήμωσιν, ἐπὶ Ἀδριανοῦ συστάντες, οὗτοι οἱ Ἰουδαῖοι ἐσπούδαζον ἐπὶ τὴν προτέραν πολιτείαν ἐπανελθεῖν· οὐκ εἰδότες, ὅτι ψήφῳ θεοῦ πολεμοῦσι, κελευούσῃ διὰ παντὸς ἐρημοῦσθαι τὴν πόλιν· [b] τὸ δὲ θεοῦ πολεμοῦντος περιγενέσθαι ἀμήχανον. συῤῥήξαντες τοίνυν τῷ βασιλεῖ, πάλιν εἰς ἀνάγκην αὐτὸν κατέστησαν παντελοῦς ἐρημώσεως. καθελὼν γὰρ αὐτοὺς ἐκεῖνος, καὶ χειρωσάμενος, καὶ τὰ λείψανα ἀφανίσας πάντα, ἵνα μηδὲ ἀναισχυντεῖν ἔχωσι λοιπὸν, τὸν ἀνδριάντα ἔστησε τὸν ἑαυτοῦ· εἶτα συνιδὼν, ὅτι συμβαίνει χρόνῳ ποτὲ τοῦτον καταπεσεῖν, ὥστε αὐτοῖς ἐνθεῖναι καυτῆρα ἀνίατον τῆς ἥττης καὶ τῆς ἀναισχυντίας ἐκείνης ἔλεγχον· τὸ ὄνομα τὸ ἑαυτοῦ τοῖς τῆς πόλεως ἐπέθηκε λειψάνοις. ἐπειδὴ γὰρ Αἴλιος ὁ Ἀδριανὸς ἐχρημάτιζεν· οὕτω καὶ τὴν πόλιν καλεῖσθαι ἐνομοθέτησεν, ἐκεῖθέν τε Αἰλία μέχρι καὶ νῦν ὀνομάζεται, ἀπὸ τῆς ἐπωνυμίας τοῦ κρατήσαντος καὶ καθελόντος αὐτήν. ὁρᾷς τὴν πρώτην ἐπιχείρησιν τῶν ἀναισχύντων Ἰουδαίων; βλέπε καὶ τὴν μετ' ἐκείνην. πάλιν ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῖς αὐτοῖς ἐπεχείρησαν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἰδὼν τὴν ἐπιχείρησιν αὐτῶν, τὰ ὦτα αὐτῶν ἀποτεμὼν καὶ τὸ τῆς παρακοῆς σύμβολον ἐνθεὶς αὐτῶν τῷ σώματι πανταχοῦ περιῆγε καθάπερ τινὰς δραπέτας καὶ μαστιγίας· διὰ τῆς τοῦ σώματος πηρώσεως ἅπασι καταδήλους ποιῶν, καὶ τοὺς [c] πανταχοῦ σωφρονίζων, μηκέτι τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρεῖν πράγμασιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀρχαῖα καὶ παλαιά· μᾶλλον δὲ τοῦτο μὲν τοῖς ἔτι πρεσβυτέροις καὶ γέρουσιν ὑμῶν ἐστὶ γνώριμον. ὁ δὲ μέλλω νῦν

[a] Hæc, μετὰ γὰρ τὴν Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου γενομένην ἐρήμωσιν, desunt in Savil. & in octo MSS. ut & mox sequentia verba, οὗτοι οἱ Ἰουδαῖοι.

A nem, inquit, *desolatio*. Quamobrem dicit Christus, qui secundum carnem fuit posterior Antiocho Epiphane, vaticinans imminentem urbis captivitatem, ac declarans quod de hac prædixerit Daniel: *Cum*, inquit, *videritis abominationem desolationis, de qua loquutus est Daniel Propheta, stantem in loco sancto, qui legit intelligat.* (Matth. 24. 15.) Quoniam enim omne simulacrum & hominis effigies apud Judæos appellabatur abominatio, ænigmatice significans statuam illam, simul aperuit & quo tempore, & a quo rege captivitas esset ventura. Quod autem de Romanis hæc dicta sint; & ipse Josephus, quemadmodum ante B docuimus, asseveravit. Quid igitur vobis reliquum est quod loquamini, cum reliquas captivitates prædicentes Prophetæ, certum & præfinitum tempus exprimant: huic nullum tempus præfiniant, quin potius contrarium addant, videlicet captivitatem usque ad consummationem duraturam? Porro quod hactenus dicta vana non sint; age a rebus etiam ipsis exhibeamus testimonium. Nam si Judæi numquam tentassent ædificare templum, dicere poterant: si voluissemus aggredi templi instaurationem, omnino potuissemus, & perfecissemus. Nunc autem res ipsa demonstrat, eos non semel aut bis, sed C ter aggressos, & repulsos esse, non aliter quam fit in certaminibus Olympiacis, ut nulli dubium esse possit, quin Ecclesiæ sit corona victoriæ. Ubi igitur aggressi sunt illi, qui semper resistunt Spiritui sancto, qui res novas moliuntur, qui seditiones concitant?

11. Post devastationem quæ facta fuit sub Vespasiano ac Tito, sub Adriano mota seditione, conati sunt pristinam rempublicam instaurare: haud quaquam intelligentes se contra Dei calculum bellum movere, jubentis in perpetuum eam civitatem devastari. (Judæorum rebellio sub Hadriano.) Porro, Deo bellante, superare impossibile est. Impetu igitur facto in Cæsarem, rursus eum adegerunt, ut funditus deleret civitatem: D Nam devictis ac subactis illis, omnibus reliquiis abolitis, ne in posterum possent impudenter agere, statuam suam in loco collocavit. Deinde sciens futurum, ut illa tempore collaberetur; quo illius victoriæ notam immedicabilem inureret, & illius impudentiæ monumentum, nomen suum civitatis ruinis imposuit. Quoniam enim ipse dicebatur Ælius Adrianus, ideo & civitati nomen Æliæ jussit imponi; unde & Ælia dicitur in hodiernum usque diem, cognomine victoris & eversoris. Vides primum Judæorum E conatum? Considera & alterum ab hoc. Sub Constantino eadem aggressi sunt. (Conatus eorum sub Constantino.) At ille viso ipsorum conatu, amputatis illorum auriculis, ac rebellionis signo impresso corpori illorum, per omnia loca circumferebat illos, ceu fugitiva mancipia ac verberones; corporibus mutilatis conspicuos illos faciens omnibus, ac eos qui per omnes regiones erant sparsi erudiens, ne in posterum eadem conarentur. Sed hæc, inquient, prisca & obsoleta. Imo hoc potius notum est etiam iis qui inter vos sunt seniores. Quod vero jam dic-

[b] Savil. τὸ δὲ θεῷ πολεμοῦντα περιγενέσθαι.
[c] Alii, πανταχῇ.

A διὰ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν καὶ σεμνότεροι πάντων ὑμῶν ἐσμεν νῦν, καὶ ἐν μείζονι τιμῇ καθεστήκαμεν. καὶ πόθεν δῆλον ὅτι ἀπεστράφη, φησὶν, ἡμᾶς ὁ θεός; λόγου γὰρ ἔτι χρεία καὶ ἀποδείξεως, εἰπέ μοι; τῶν πραγμάτων αὐτῶν βοώντων, καὶ σάλπιγγος λαμπροτέραν ἀφιέντων φωνὴν, διὰ τῆς κατασκαφῆς τῆς κατὰ τὴν πόλιν, διὰ τῆς ἐρημώσεως τοῦ ναοῦ, καὶ διὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων, [a] τῶν εἰς ὑμᾶς συμβεβηκότων, ἔτι διὰ λόγων ἀπόδειξιν ἐπιζητεῖτε; ἀλλ' ἄνθρωποι, φησὶ, ταῦτα ἡμῖν ἐπήγαγον, οὐχ ὁ θεός· μάλιστα μὲν οὖν ὁ θεὸς ταῦτα εἰργάσατο. εἰ δὲ ἀνθρώποις ταῦτα λογίζῃ· σκόπησον πάλιν ἐκεῖνο, ὅτι εἰ καὶ ἄνθρωποι· εἰ μὴ τῷ B θεῷ δοκοῦν ἦν, καὶ ταῦτα ἐτόλμων, οὐκ ἂν ἴσχυσαν εἰς πέρας αὐτὰ ἀγαγεῖν. ὅτε γοῦν τὴν Περσίδα πᾶσαν [b] ἀγαγὼν ἐπῆλθεν ὁ βάρβαρος, καὶ ἐξ ἐπιδρομῆς ἅπαντας λήψεσθαι προσεδόκησε, καὶ καθάπερ ἐν σαγήνῃ τινὶ καὶ δικτύοις εἰς τὴν πόλιν ἅπαντας εἶχε συγκεκλεισμένους· οὐχὶ τότε δὴ τότε, ἐπειδὴ ὁ θεὸς ἵλεως ἦν, χωρὶς πολέμου, καὶ μάχης, καὶ συμβολῆς, ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδας στρατιωτῶν νεκροὺς ἀφεὶς παρ' ὑμῖν, οὕτως ἔφυγεν, ἀγαπῶν, εἰ διασωθείη μόνος; καὶ ἄλλους δὲ μυρίους πολέμους οὕτως ἔκρινεν ὁ θεὸς πολλάκις. ὥστε καὶ νῦν, εἰ μὴ αὐτὸς ἦν ὁ καθάπαξ ὑμᾶς ἀφεὶς, οὐκ ἂν ἴσχυσαν οἱ τὴν C πόλιν ὑμῶν καθελόντες, καὶ τὸν ναὸν ἐρημώσαντες, οὐκ ἂν μέχρι τοσούτου τὰ τῆς ἐρημίας ἔμεινεν. οὐκ ἂν, πολλάκις ὑμῶν ἐπιχειρησάντων, ἀνόνητος ἡ ἐπιχείρησις γέγονεν.

Οὐκ ἐντεῦθεν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρωθεν ὑμᾶς πεῖσαι πειράσομαι, ὅτι οὐκ οἰκείᾳ δυνάμει ἐποίησαν, ὅπερ ἐποίησαν εἰς ὑμᾶς οἱ βασιλεῖς Ῥωμαίων· ἀλλὰ διὰ τὴν ὀργὴν τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν αὐτοῦ ἐγκατάλειψιν. εἰ γὰρ ἀνθρώπων ἦν ἔργον τὸ γενόμενον, ἔδει μέχρι τῆς ἁλώσεως στῆναι τὰ ὑμέτερα, καὶ μὴ περαιτέρω προελθεῖν ὑμῶν τὴν ἀτιμίαν. κείσθω γὰρ κατὰ τὸν ὑμέτερον λόγον, ὅτι τὰ τείχη κατέσκα- D ψαν οἱ ἄνθρωποι, καὶ τὴν πόλιν καθεῖλον, καὶ τὸν βωμὸν ἀνέτρεψαν· μὴ καὶ τοὺς προφήτας ἄνθρωποι ἔπαυσαν; μὴ τὴν τοῦ πνεύματος χάριν ἀνεῖλον; μὴ τὰ ἄλλα τὰ σεμνὰ, τὰ παρ' ὑμῖν, αὐτοὶ κατέλυσαν· οἷον τὸ φωνὴν ἐκ τοῦ ἱλαστηρίου φέρεσθαι, τὴν ἐπὶ τῷ χρίσματι γινομένην ἐνέργειαν, τὴν δήλωσιν τὴν ἐπὶ τῶν λίθων τοῦ ἱερέως; καὶ γὰρ ἡ Ἰουδαϊκὴ πολιτεία οὐχὶ κάτωθεν πάσας εἶχε τὰς ἀρχὰς, ἀλλὰ τὰς πλείους καὶ σεμνοτέρας, ἄνωθεν ἐκ τῶν οὐρανῶν. οἷόν τι λέγω, θυσίας συνεχώρησε γίνεσθαι. ὁ μὲν οὖν βωμὸς κάτω ἦν, καὶ τὰ ξύλα, καὶ ἡ μάχαιρα, καὶ ὁ ἱερεύς· τὸ δὲ πῦρ, τὸ μέλλον ἰέναι ἐν τοῖς ἀδύτοις ἐκείνοις, καὶ τὰς θυσίας δαπανᾶν, ἄνωθεν εἶχε τὴν ἀρχήν. οὐ γὰρ ἄνθρωπος E εἰς τὸν ναὸν εἰσῆγε πῦρ, ἀλλὰ φλὸξ ἄνωθεν κατενεχθεῖσα οὕτω τὴν ἐπὶ τῆς θυσίας διακονίαν ἐπλήρου. καὶ πάλιν εἴ ποτε ἔδει τι μαθεῖν· ἀνὰ μέσον τῶν Χερουβὶμ ἐκ τοῦ ἱλαστηρίου φωνή τις ἐφέρετο, καὶ τὰ μέλλοντα προύλεγε. πάλιν ἐπὶ τῶν λίθων τῶν ἐπὶ τοῦ στήθους τοῦ ἀρχιερέως, ὅπερ ἐκάλουν δήλωσιν, ἐγίνετό τις ἔλλαμψις, καὶ τὰ μέλλοντα ἐσήμαινε. πρὸς τούτοις, ἡνίκα τινὰ χρίεσθαι ἔδει, τοῦ πνεύματος χάρις ἐφίπτατο, καὶ τὸ ἔλαιον ἀνεπήδα· καὶ προφη-

a Hæc, τῶν εἰς ὑμᾶς συμβεβηκότων ἔτι διὰ λόγων ἀπόδειξιν ἐπιζητεῖτε desunt in decem MSS.

b Alii, ἄγων.

ται τούτοις διηκόνουν τοῖς πράγμασι, καὶ νεφέλη πολλάκις καὶ καπνὸς τὰ ἄδυτα κατελάμβανεν. ἵν᾽ οὖν μὴ ἀναισχυντῶσιν οἱ Ἰουδαῖοι, μηδὲ ἀνθρώποις λογίζωνται τὴν αὐτῶν ἐρήμωσιν· οὐχὶ τὴν πόλιν μόνον ἀφῆκε πεσεῖν, καὶ τὸν ναὸν ἐρημωθῆναι, ἀλλὰ καὶ τὰ πράγματα ἐκεῖνα, ἅπερ ἐκ τῶν οὐρανῶν τὰς ἀρχὰς εἶχεν, ἐκποδὼν γενέσθαι ἐποίησε, τὸ πῦρ, τὴν φωνὴν, τὴν τῶν λίθων ἔλλαμψιν, τὰ ἄλλα πάντα τὰ τοιαῦτα. ὅτ᾽ ἂν οὖν λέγῃ σοι ὁ Ἰουδαῖος, ὅτι ἄνθρωποι ἡμῖν ἐπολέμησαν, ἄνθρωποι ἐπεβούλευσαν, εἰπὲ πρὸς αὐτὸν, μάλιστα μὲν οὐκ ἂν ἐπολέμησαν ἄνθρωποι, εἰ μὴ ὁ θεὸς συνεχώρησεν. ἔστω δὲ, τὸ τεῖχός σου καθεῖλον οἱ ἄνθρωποι· μὴ τὸ πῦρ ἄνωθεν καταφέρεσθαι ἄνθρωπος ἐκώλυσεν; μὴ τὴν φωνὴν τὴν ἐκ τοῦ ἱλαστηρίου συνεχῶς ἀκουομένην ἄνθρωπος ἐπέσχεν; μὴ τὴν δήλωσιν τὴν ἐπὶ τῶν λίθων; μὴ τὸ χρίσμα τὸ ἱερατικόν; μὴ τὰ ἄλλα ἅπαντα καθεῖλεν ἄνθρωπος; οὐχ ὁ θεὸς ταῦτα ἀνέστειλεν; παντί που δῆλόν ἐστι. τίνος οὖν ἕνεκεν ἀνεῖλεν; οὐκ εὔδηλον, ὅτι μισήσας ὑμᾶς καὶ ἀποστραφεὶς καθάπαξ; οὐχί, φησιν· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τὴν μητρόπολιν οὐκ ἔχομεν, διὰ τοῦτο ταῦτα οὐκ ἔχομεν. τίνος δὲ ἕνεκεν τὴν μητρόπολιν οὐκ ἔχετε; οὐκ ἐπειδὴ ὑμᾶς ὁ θεὸς ἐγκατέλιπε; μᾶλλον δὲ, ἵνα ἐκ περιουσίας τὰ ἀναίσχυντα αὐτῶν ἐμφράξωμεν στόματα, φέρε καὶ τοῦτο δι᾽ αὐτῶν ἀποδείξωμεν τῶν γραφῶν, ὅτι οὐχ ἡ τοῦ ναοῦ κατασκαφὴ τῆς κατὰ τὴν προφητείαν ἀναιρέσεώς ἐστιν ἡ αἰτία, ἀλλ᾽ ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ μειζόνως αὐτὸν παροξῦναι νῦν, διὰ τῆς εἰς τὸν Χριστὸν μανίας, ἢ ὅτε τὸν μόσχον προσεκύνησαν. ὅτε γοῦν Μωϋσῆς προεφήτευσεν, οὔτε ναὸς ἦν, οὔτε βωμὸς, ἀλλὰ μυρία ἀσεβοῦντες διετέλουν, καὶ τὸ τῆς προφητείας οὐκ [a] ἀπέπτη χάρισμα. ἀλλὰ καὶ οὗτος αὐτὸς ὁ μέγας καὶ γενναῖος ἀνὴρ, καὶ ἕτεροι πρὸς τούτῳ πάλιν ἑβδομήκοντα ἀνεδείχθησαν τότε προφῆται. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα ναοῦ δοθέντος, καὶ τῆς ἄλλης λατρείας ἁπάσης· εἶτα ἐμπρησθέντος τούτου, καὶ πάντων ἀναιρεθέντων, ἐν τῇ Βαβυλῶνι πάλιν Ἰεζεκιὴλ καὶ Δανιὴλ, οὐ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ὁρῶντες, οὐ παρὰ τὸν βωμὸν ἑστῶτες, ἀλλ᾽ ἐν μέσῃ χώρᾳ βαρβάρων, μεταξὺ παρανόμων καὶ ἀκαθάρτων ὄντες ἀνθρώπων, πνεύματος ἐπληροῦντο, καὶ τὰ μέλλοντα προὔλεγον, καὶ πολλῷ τῶν προτέρων καὶ πλείονα καὶ παραδοξότερα εἶπον πράγματα, καὶ ὄψιν ἐθεάσαντο θείαν, ὡς αὐτοῖς δυνατὸν ἦν ἰδεῖν. τίνος οὖν ἕνεκεν, εἰπέ μοι, νῦν οὐκ ἔχετε προφήτας; οὐκ εὔδηλον, ὅτι τοῦ θεοῦ τὰ καθ᾽ ὑμᾶς ἀποστραφέντος; τίνος οὖν ἕνεκεν ὑμᾶς ἀπεστράφη; εὔδηλον καὶ τοῦτο πάλιν, ὅτι διὰ τὸν σταυρωθέντα, καὶ τὴν τόλμαν τὴν παράνομον ἐκείνην. πόθεν τοῦτο δῆλον, φησίν; ἀφ᾽ ὧν πρὸ τούτου μὲν ἀσεβοῦντες, πάντων ἐπετυγχάνετε, νῦν δὲ δοκοῦντες ἐπιεικέστερον ζῆν μετὰ τὸν σταυρὸν, μείζονα ὑπομένετε τιμωρίαν, καὶ οὐδενὸς ἀπολαύετε τῶν προτέρων.

Ἵνα δὲ καὶ ἀπ᾽ αὐτῶν τῶν προφητῶν τοῦτο σαφῶς καὶ διαρρήδην παριστάντων τὴν αἰτίαν τῶν παρόντων κακῶν μάθητε, ἀκούσατε τί φησιν Ἡσαΐας, πῶς καὶ τὴν ἐσομένην εὐεργε-

[a] Alius, ἀπέπτη ὅμως χάρισμα. Infra, quinque MSS. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλά.

A quin & nebula frequenter & fumus adyta occupabat. Itaque ne Judæi perfricta fronte hominibus imputarent suarum rerum vastationem, non solum civitatem Deus passus est dirui, ac templum vastari, verum etiam illa, quæ cælitus habebant originem, e medio sustulit, videlicet ignem, vocem, e lapidibus reddi solitum fulgorem, & hujus generis alia universa. Proinde cum tibi Judæus dixerit, homines nobis bellum intulerunt, homines insidiati sunt, dicito illi; Profecto non bellum intulissent homines, nisi Deus hoc permisisset. Verum esto sane, murum vestrum diruerint homines, num & B ignem ex alto devehi vetuit homo? Num vocem assidue ex propitiatorio audiri solitam inhibuit homo? Num declarationem in gemmis? Num sacerdotalem unctionem? num cætera omnia sustulit homo? Annon Deus hæc omnia sustulit? Nemini non perspicuum est; sed qua de causa sustulit? Annon manifestum est ideo fecisse, quod vos odisset, quodque penitus aversaretur? Nequaquam, inquiunt, sed quoniam metropoli caremus, ideo caremus & istis: cur vero illa caretis? Nonne quia vos Deus dereliquit? Quin potius, ut uberius impudentia illorum ora claudamus: age & hoc Scripturarum C testimoniis demonstremus, quod templi eversio non fuerit causa destructionis cæterorum a Prophetis prædictæ, sed ira Dei, & quod magis etiam ipsum irritarint insanientes in Christum, quam tum cum vitulum adorarent. Nam cum vaticinaretur Moses; nec templum erat, nec altare; sed cum persisterent in innumeris impietatibus, tamen Prophetiæ donum non cessavit. Verum & hic ipse magnus atque egregius vir, & alii rursus præter hunc septuaginta tum exstitere Prophetæ: nec id solum, verum & post datum templum reliquamque totam culturam, deinde hoc incenso cunctisque D sublatis, in Babylone rursus exstiterunt Ezechiel & Daniel, qui cum nec sancta sanctorum aspicerent, nec altari assisterent, sed in media barbarorum regione, & impurorum hominum consortio agerent, spiritu repleti futura prædicebant, idque de rebus multo tum pluribus tum admirabilioribus quam quæ præcesserant: ac divinam visionem viderunt, quatenus ipsis videre licuit. Itaque dicite mihi, quare non habetis nunc Prophetas? Annon perspicuum est hanc esse causam, quod Deus vestra aversatus sit? Sed quam ob causam vos aversatus est? Clarum item & hoc, quod ob illum crucifixum, & impium illud facinus. Unde hoc liquet, in- E quis? Ex hoc, quod cum antehac impie viveretis, nihil non obtinebatis; nunc vero cum videamini modestius vivere post crucem, majores luitis pœnas, neque quidquam eorum contingit habere, quæ prius habebatis.

Deus indignius tulit Christi necem, quam vituli adorationem.

5. Ut autem & ipsis Prophetis hoc evidenter & expresse testificantibus, præsentium malorum causam intelligatis, audite quid dicit Hesaïas, quomodo prædicit simul &

Ex Prophetis probatur futura reprobatio Judæorum.

venturam omnibus per Christum beneficentiam, & vestram ingratitudinem. *Hesai. 53. 5.* *Livore*, inquit, *ejus nos sanati sumus*: salutem indicans per crucem omnibus oblatam. Deinde quales simus nos indicans, subjecit; *Ibid.* *Omnes ut oves aberravimus, homo in via sua erravit.* Tum crucis modum explicans, sic loquitur: *Ibid.* *Sicut ovis ad occisionem ductus est, & ut agnus in conspectu tondentis ipsum sine voce fuit, sic non aperit os suum.* Et ubi hæc evenisse licet videre? In nefario prætorio Pilati. Cum enim tam multa, inquit, testimonia proferrent adversus ipsum, nihil eis respondit Jesus. Et dixit ad illum Præses, *Matth. 27. 12.* *Audis quam multa in te testificentur?* Verum nihil respondit, sed stabat tacitus. Hoc olim cælitus afflatus Propheta dixerat; *Sicut ovis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram se tondente mutus.* Posthæc exponens *Hesai. 53. 8.* iniquitatem in prætorio perpetratam ait: *In humilitate ejus judicium ejus sublatum est.* Nemo tum ex juris ratione de illo suffragium tulit, sed falsa potius adversus illum recipiebant testimonia. In causa erat, quod tum nolebat esse vindex. Nam si voluisset, omnia turbasset, concussissetque. Etenim si id temporis, quo pendebat in cruce, saxa discidit, orbem terrarum obscuravit, solis radios avertit, noctem medio die per universam terram induxit, idem potuisset in prætorio facere. Verum noluit mansuetudinem ac lenitatem exhibens. Ideo dicit: *In humilitate ejus judicium ejus sublatum est.* Deinde demonstrans, quod non esset unus quilibet e vulgo, subjecit: *Generationem ejus quis enarrabit?* Quis enim est, de quo dicit; *Tollitur de terra vita ejus?* Ideo & Paulus dicit: *Coloss. 3. 3.* *Vita nostra abscondita est cum Christo in Deo. Cum apparuerit Christus vita nostra, tunc & vos apparebitis cum illo in gloria.* Sed quod dicere proposueram, ut demonstrarem eos propter hunc præsentia mala sustinuisse, restat ut ipsum Hesaïam inducam loquentem. Ubinam hoc dicit? Post prætorium, post occisionem, post assumtionem, ubi dixit; *Hesai. 53. 9.* *Tollitur de terra vita ejus*, subjicit: *Et dabo improbos pro sepultura ejus, & divites pro morte illius.* Non simpliciter dixit Judæos, sed improbos. Quid enim illis improbius esse possit, qui post tot tantaque accepta beneficia beneficum occiderunt? Nisi hæc evenerunt, nisi nunc vivitis in ignominia, nisi omnibus quæ majores habuerunt estis privati, nisi corruit vestra civitas, nisi templum vestrum versum est in ruinam, denique nisi vestræ calamitates superant omnem tragœdiam, ne credas, o Judæe. Contra si res ipsæ clamitant, si quod prædictum erat a Prophetis, perfectum est; quid frustra, quid incassum impudens es? Nam ubi illa apud vos veneranda, ubi pontifex, ubi stola & rationale, ubi declaratio? Ne vero mihi istos Patriarchas dixeris, caupones, negotiatores, omni iniquitate plenos. Dic mihi qualis est sacerdos, cum non sit vetus illud oleum, neque quidquam omnino veteris sanctimo-

A σίαν πᾶσι διὰ τοῦ Χριστοῦ προλέγει, καὶ τὴν ὑμετέραν ἀγνωμοσύνην. Τῷ μώλωπι αὐτοῦ, φησὶν, ἡμεῖς ἰάθημεν· τὴν διὰ τοῦ σταυροῦ σωτηρίαν πᾶσι [a] γινομένην προλέγων. Εἶτα λέγων ἡμεῖς τίνες, ἐπήγαγε· Πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν, ἄνθρωπος ἐν τῇ ὁδῷ αὐτοῦ ἐπλανήθη. Καὶ λέγων τοῦ σταυροῦ τὸν τρόπον, οὕτω πως φησίν· Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ· ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. Καὶ ποῦ ταῦτά ἐστιν ἰδεῖν ἐκβάντα; ἐν τῷ παρανόμῳ δικαστηρίῳ Πιλάτου. Τοσαῦτα γὰρ καταμαρτυρησάντων αὐτοῦ, φησιν, οὐδὲν B ἀπεκρίνατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ ἡγεμὼν, ἀκούεις τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσι; καὶ οὐδὲν ἀπεκρίνατο, ἀλλ' εἱστήκει σιγῶν. Τοῦτο τοίνυν [b] ὁ προφήτης ἄνωθεν ἔλεγεν· ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος. Εἶτα δεικνὺς τὴν παρανομίαν τὴν ἐν τῷ δικαστηρίῳ γινομένην τότε, φησίν· ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. [c] Οὐδεὶς αὐτὸν κατὰ τὸν τοῦ δικαίου λόγον ἐψηφίσατο τότε· ἀλλ' ἐδέξαντο τὰς ψευδεῖς μαρτυρίας τὰς κατ' αὐτοῦ. Τὸ δὲ αἴτιον, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι αὐτὸν ἐπεξελθεῖν· εἰ γὰρ ἐβούλετο, πάντα ἂν ἐδόνησε καὶ ἔσεισεν. Εἰ γὰρ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τότε ὢν, C τὰς πέτρας διέρρηξε, τὴν οἰκουμένην ἐσκότισε, τὰς ἀκτῖνας ἀπέστρεψε τὰς ἡλιακὰς, νύκτα ἐν ἡμέρᾳ πανταχοῦ τῆς γῆς ἐποίησε, καὶ ἐν τῷ δικαστηρίῳ δυνατὸς ἦν τοῦτο ποιῆσαι. Ἀλλ' οὐκ ἠθέλησε, πρᾳότητα καὶ ἐπιείκειαν ἐπιδεικνύμενος. Διὰ τοῦτο φησίν· ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ, ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. Εἶτα δεικνὺς, ὡς οὐκ ἄνθρωπος ἦν εἷς τῶν πολλῶν, ἐπήγαγε· τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; [d] Τίς γάρ ἐστι περὶ οὗ φησιν, ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ; διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος φησίν· ἡ ζωὴ ἡμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ. Ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ ἡ ζωὴ ἡμῶν, τότε καὶ ὑμεῖς φανερωθήσεσθε σὺν αὐτῷ ἐν D δόξῃ. Ἀλλ' ὅπερ προεθέμην εἰπεῖν καὶ δεῖξαι, ὅτι δι' αὐτὸν τὰ παρόντα πεπόνθασι κακὰ, ὥρα λοιπὸν ἐπαγαγεῖν τὸν Ἡσαΐαν λέγοντα. Ποῦ τοίνυν τοῦτο φησί; μετὰ τὸ δικαστήριον, μετὰ τὴν σφαγὴν, μετὰ τὴν ἀνάληψιν, μετὰ τὸ εἰπεῖν, ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ, ἐπήγαγε λέγων· καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ. Καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπεν Ἰουδαίους, ἀλλὰ τοὺς πονηρούς. Τί γὰρ ἐκείνων πονηρότερον γένοιτ' ἂν, οἳ μετὰ τὰς τοσαύτας εὐεργεσίας τὸν εὐεργέτην ἔσφαξαν; Εἰ μὴ ἐξέβη ταῦτα, καὶ ἠτίμωσθε νῦν, καὶ πάντων ἀπεστέρησθε τῶν πατρῴων· εἰ μὴ ἔπεσεν ὑμῶν ἡ πόλις, E καὶ ἐρείπιον ἐγένετο ὁ ναὸς, καὶ τραγῳδίαν ἅπασαν ὑπερέβη τὰ καθ' ὑμᾶς, μὴ πιστεύσῃς, ὦ Ἰουδαῖε. Εἰ δὲ τὰ πράγματα βοᾷ, καὶ τέλος ἔλαβεν ἡ προφητεία, τίνος ἕνεκεν ἀναισχυντεῖς εἰκῇ καὶ μάτην; ποῦ γὰρ τὰ σεμνὰ τὰ παρ' ὑμῖν νῦν; ποῦ ὁ ἀρχιερεύς; ποῦ δὲ ἡ στολὴ, καὶ τὸ λογεῖον, καὶ ἡ δήλωσις; μὴ γάρ μοι τοὺς πατριάρχας τούτους εἴπῃς, τοὺς καπήλους, τοὺς ἐμπόρους, τοὺς πάσης παρανομίας γέμοντας. Ποῖος ἱερεὺς, εἰπέ μοι, χρίσματος οὐκ ὄντος ἐκείνου τοῦ παλαιοῦ, οὐδὲ τῆς ἄλλης ἁγιασίας

a Quatuor Mss. γινομένην αἰνιττόμενος. εἶτα λέγων.
b Iidem quatuor Mss. ὁ προφήτης δηλῶν ἄνωθεν.
c Alii, οὐδεὶς αὐτῷ.
d Alii, τίς γάρ οὗτός ἐστι περὶ οὗ.

ἁπάσης;

A ἁπάσης; ποῖος ἱερεὺς, εἰπέ μοι, θυσίας οὐκ οὔσης, οὐδὲ βωμοῦ, οὐδὲ λατρείας; βούλει σοι τοὺς περὶ τῆς ἱερωσύνης λαλήσω νόμους, πῶς τὸ παλαιὸν ἐγίνοντο; ἵνα μάθης, [a] ὅτι οὗτοι οἱ νῦν πατριάρχαι παρ' ὑμῖν λεγόμενοι οὐχ ἱερεῖς εἰσιν, ἀλλὰ ἱερεῖς ὑποκρίνονται, καὶ παίζουσι καθάπερ ἐν τῇ σκηνῇ· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ὑπόκρισιν διατηρῆσαι δύνανται· τοσοῦτον οὐχὶ τῆς ἀληθείας μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ὑποκρίσεως αὐτῆς ἐξηκοντίσθησαν. ἀναμνήσθητι τοίνυν πῶς Ἀαρὼν ἐγένετο ἱερεὺς τότε· πόσας ἐπ' αὐτῷ θυσίας ἔθυσεν ὁ Μωϋσῆς· πόσα κατέβαλεν ἱερεῖα· πῶς αὐτὸν ἔλουσε· πῶς αὐτοῦ ἔχρισε τὸν λοβὸν τοῦ ὠτίου, τὴν χεῖρα τὴν δεξιὰν, τὸν πόδα τὸν δεξιόν· εἶτα εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσήγαγεν· εἶτα ἐκέλευσε ῥητόν τινα ἀριθμὸν ἡμερῶν ἔνδον μεῖναι. B μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν ἄξιον ἀκοῦσαι τῶν ῥήσεων. αὕτη, φησὶν, ἡ χρίσις Ἀαρὼν, καὶ ἡ χρίσις τῶν υἱῶν αὐτοῦ. καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωϋσῆν λέγων, λάβε Ἀαρὼν, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ τὰς στολὰς αὐτῶν, καὶ τὸ ἔλαιον τῆς χρίσεως, καὶ τὸν μόσχον τὸν περὶ τῆς ἁμαρτίας, καὶ κριὸν, καὶ ἐκκλησίασον τὴν [b] συναγωγὴν ἐπὶ τὴν θύραν τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου. καὶ εἶπε Μωϋσῆς πάσῃ τῇ συναγωγῇ· τοῦτο τὸ ῥῆμα ὃ ἐνετείλατο κύριος. καὶ ἐπειδὴ προσήγαγεν αὐτούς· δεῖ γὰρ συντεμεῖν· ἔλουσεν αὐτοὺς ὕδατι, ἐνέδυσε τὸν χιτῶνα, ἔζωσε τὴν ζώνην, ἐνέδυσε τὸν ἐπενδύτην, ἐπέθηκε τὴν ἐπωμίδα, ἔζωσεν αὐτὸν, καὶ συνέσφιγξεν, ἐπέ- C θηκε τὸ λογεῖον, καὶ ἐπὶ τὸ λογεῖον τὴν δήλωσιν καὶ τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὴν μίτραν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τῆς μίτρας τὸ πέταλον τὸ χρυσοῦν· εἶτα λαβὼν ἀπὸ ἐλαίου, ἐπέρρανεν ἀπ' αὐτοῦ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἡγίασεν αὐτὸ, καὶ τὰ σκεύη, καὶ τὸν λουτῆρα, καὶ τὴν βάσιν, καὶ ἡγίασεν αὐτὰ, καὶ ἐπέχεεν ἀπ' αὐτοῦ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Ἀαρών· καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ ὁμοίως ἐποίησε, καὶ προσήγαγε τὸν μόσχον. καὶ ἐπειδὴ ἔθυσεν, ἐπιθέντος Ἀαρὼν τὰς χεῖρας, καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, ἀπὸ τοῦ αἵματος λαβὼν, ἔθηκεν ἐπὶ τὰ κέρατα τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἐκαθάρισε τὸ θυσιαστήριον, καὶ τὸ αἷμα D ἐξέχεεν ἐπὶ τὴν βάσιν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἡγίασεν αὐτὸ, τοῦ ἐξιλάσασθαι ἐπ' αὐτοῦ. εἶτα ἐπειδή τινα ἐξ αὐτοῦ κατέκαυσε, τὰ μὲν ἔνδον, τὰ δὲ ἔξω, ἤγαγε πάλιν κριὸν, καὶ αὐτὸν ὡλοκαύτωσε, καὶ [c] προσήγαγε πάλιν κριὸν ἕτερον τὸν τῆς τελειώσεως. καὶ πάλιν ἐπιθέντος Ἀαρὼν, καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ τὰς χεῖρας, ἔσφαξε. καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος αὐτοῦ λαβὼν, ἐπέθηκεν ἐπὶ τὸν λοβὸν τοῦ ὠτίου Ἀαρὼν τοῦ δεξιοῦ, καὶ ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς χειρὸς αὐτοῦ τῆς δεξιᾶς, καὶ ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ ποδὸς τοῦ δεξιοῦ, καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ οὕτως ἐποίησεν. εἶτά τινα τῆς θυσίας λαβὼν, [d] ἐπέθηκεν ἐπὶ τῶν χερσὶν Ἀαρὼν καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, καὶ οὕτω προσή- E νεγκε. καὶ λαβὼν αἷμα πάλιν, καὶ τοῦ ἐλαίου, ἔρρανεν ἐπὶ Ἀαρὼν, καὶ τὰς στολὰς αὐτοῦ, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ τὰς στολὰς τῶν υἱῶν αὐτοῦ. καὶ ἡγίασεν αὐτοὺς, καὶ ἐκέλευσεν ἑψῆσαι κρέας ἐν τῇ αὐλῇ τῆς σκηνῆς, καὶ ἐκεῖ φαγεῖν αὐτό· καὶ ἀπὸ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου οὐκ ἐξελεύσεσθε, φησιν, ἑπτὰ ἡμέρας ἕως ἡ ἡμέρα πληρωθῇ, ἡμέρα τελειώσεως ὑμῶν· ἑπτὰ γὰρ ἡμέρας τελειώσει τὰς χεῖρας

A niæ? Dic, inquam, mihi, qualis sacrificus cum non sit sacrificium, neque altare, neque cultus? Vis tibi recitem leges de sacerdotio, quomodo soliti sint olim consecrari? ut intelligas, quod qui nunc apud vos dicuntur Patriarchæ, non sint sacerdotes, sed per simulationem sacerdotum agant personam, nec aliter ludant quam histriones in scena; imo ut verius dicam, nec sustinere possint sacerdotis personam: tam procul non solum a veritate, verum etiam ab ipsa simulatione sacerdotii absunt. Recordare igitur quomodo tum Aaron factus sit sacerdos, quot hostias pro illo immolarit Moses, quot victimas prostraverit, quomodo illum lave- B rit, quomodo unxerit ipsius extremum auriculæ, manum dextram, pedem dextrum, deinde in sancta sanctorum introduxerit: post hæc jusserit præscripto dierum numero manere intus. Quin potius operæ pretium est ipsa verba audire: *Hæc*, inquit, *unctio Aaron, & unctio filiorum ejus. Et loquutus est Dominus ad Mosem, dicens: Assume Aaron & filios ejus, & stolas eorum, & unctionis oleum, & vitulum pro peccato, & arietem, & convoca Synagogam ad ostium tabernaculi testimonii. Et dixit Moses universæ multitudini congregatæ: Hic est sermo, quem mandavit Dominus. Et postquam admovis-* C *set eos*; dicendum est enim compendio; *lavit eos aqua, induit tunica, cinxit zona, induit ependyten, imposuit humerale, præcinxit illum ac substrinxit, imposuit rationale, & super rationale imposuit declarationem & veritatem: & mitram imposuit capiti illius, & super mitram laminam auream: deinde sumto oleo conspersit altare, & sanctificavit illud; & vasa, & pelvim & basim & sanctificavit ea, & effudit ex eo in caput Aaron: & filiis illius similiter fecit, & adduxit vitulum. Cum autem immolasset eum, postquam* D *Aaron cum filiis suis imposuisset manus, sumsit de sanguine & imposuit cornibus altaris, & purificavit altare, & sanguinem effudit in basim altaris, & sanctificavit illud, ut propitiaret super illud. Deinde postquam quædam ex his cremasset, alia foris, alia intus, adduxit rursus arietem, & ipsum immolavit in holocaustum, & iterum adduxit alium arietem consummationis: & rursus Aarone cum filiis imponente manus occidit: sumensque de sanguine ejus, super extremum auriculæ Aaron dextræ, & super extremum manus dextræ, & super extremum pedis dextri, simili modo fecit & filiis illius. Deinde sumens quæ-* E *dam de hostia imposuit manibus Aaron & filiorum ejus, ac sic obtulit. Et sumto rursus sanguine & de oleo conspersit super Aaron & stolas illius, & super filios ejus, & super stolas eorum: & sanctificavit eos, & jussit ut coquerent carnes in atrio tabernaculi testimonii, illicque eis vescerentur: & ab ostio tabernaculi testimonii ne egrediamini, inquit, dies septem, donec dies impleatur, dies ordinationis vestræ. Septem enim diebus initiabit manus vestras*, Levit. 8. 1.

[a] Sic Savil. & maxima pars MSS. Morel. ὅτι οἱ νῦν πατριάρχαι λεγόμενοι. Infra, quidam MSS. δύνανται· οὕτως οὐχί.
[b] Alii, συναγωγὴν παρὰ τὴν θύραν. Infra quinque MSS. ἔλουσεν αὐτὸν ὕδατι.
[c] Alii, προσήνεγκε.

[d] Septem MSS. ἐπέθηκε ταῖς χερσίν. Infra iidem, Ἀαρὼν καὶ τὴν στολὴν, mox in MSS. octo, hæc καὶ ἡγίασεν αὐτοὺς desunt. Paulopost, iidem, φαγεῖν αὐτά.

ut propitietur pro vobis. Cum igitur dicat his rebus initiatum fuisse Aaron, his purificatum, his sanctificatum, per hæc placasse Deum; nihil autem horum nunc fiat, neque victima, neque holocaustum, neque sanguinis aspersio, neque olei inunctio, nec adsit tabernaculum testimonii, neque ad præfinitum dierum numerum sedeatur intus, profecto palam est Sacerdotem, qui nunc apud istos est, impurum ac nefarium esse, illegitimum ac prophanum, denique ad iram Deum provocare. Etenim si non poterat aliter consecrari, nisi hisce ritibus, omnino necesse est totum sacerdotium illorum non consistere. Vides a me merito dictum, quod non solum a veritate, verum etiam ab ipsa rei simulatione procul absunt.

Quanta sit Sacerstotii dignitas. 6. Nec ex his tantum, verum etiam ex aliis discere licet, quanta fuerit sacerdotii dignitas. Proinde cum adversus Aaron seditionem movissent homines quidam scelerati perditique conantes eum a principatu depellere, & de honore cum illo disceptarent; mansuetissimus Moses cupiens illis rebus ipsis facere fidem, quod non ut fratrem, aut cognatum, aut familiarem, evexisset illum ad eum honorem, sed Dei parens edicto tradidisset illi sacerdotium illud, jussit ut unaquæque tribus virgam afferret, idem
Num. 17. præcepit Aaroni: cum attulissent, omnes accepit, & intus reposuit. Eo facto jussit exspectari divinum judicium, quod per virgas illas esset proferendum. Deinde cum simul omnium reliquorum virgæ manerent in eodem habitu, sola virga Aaron germinavit, frondesque produxit ac fructus, ut intelligerent, naturæ Dominum illum delegisse denuo, literarum vice foliis usum. Etenim qui
Gen. 1. 11. initio dicebat; *Germinet terra herbam graminis,* ejusque vim ad fructificandum excitavit: idem & illud lignum quod erat aridum & infrugiferum, fecit ut absque terra & sine radice germinaret: eratque deinceps virga illa argumentum & testimonium tam illorum malitiæ, quam divini judicii, non emittens quidem vocem, sed ipso aspectu quavis tuba clarius exhortans, ne quid talium facinorum in posterum aggrederentur. Nec hoc modo tantum, sed alio quodam argumento Deus declaravit eum sacerdotem. Etenim cum multi mota adversus illum seditione appeterent ipsius honorem: principatus enim res est pro qua depugnari solet, & quæ expetitur a multis; jussit ut illatis thuribulis, & imposito thymiamate, cælitus exspectarent
Num. 16. sententiam. Atque illis adolentibus terra dehiscens omnes absorbuit, qui cum ipsis consenserant: eosque qui thuribula sumserant, ignis e cælo demissus exussit. Tum ne quod acciderat, temporis progressu oblivioni daretur, neve admirabilem hanc Dei sententiam ignorarent posteri: præcepit Moses, ut thuribula sumta applicarent ad altare, ut quemadmodum virga sine voce vocem emisit ipso conspectu: itidem & hæ laminæ posteros alloquerentur omnes, admonerent,

[a] Septem MSS. & Savil. ἐξιλάσατο τὸν Ἰσραήλ. Paulopost, iidem, μήτε σκηνὴ παρὰ μαρτυρίου.
[b] γινόμενοι deest in plurimis MSS.

A ὑμῶν, ὥστε ἐξιλάσασθαι περὶ ὑμῶν. ὅταν οὖν λέγῃ, ὅτι διὰ τούτων ὁ Ἀαρὼν ἐπληρώθη, διὰ τούτων ἐκαθαρίσθη, διὰ τούτων ἡγιάσθη, διὰ τούτων [a] ἐξιλάσατο τὸν θεόν· μηδὲν δὲ τούτων γίνεται νῦν, μήτε θυσία, μήτε ὁλοκαύτωσις, μήτε αἵματος ῥαντισμὸς, μήτε ἐλαίου χρίσις, μήτε σκηνὴ ἡ τοῦ μαρτυρίου, μήτε τὸν ὡρισμένον τῶν ἡμερῶν ἀριθμὸν ἔνδον καθέζεται, εὔδηλον ὅτι καὶ ἀτελὴς καὶ ἀκάθαρτος καὶ ἐναγὴς καὶ βέβηλός ἐστιν ὁ παρ' αὐτοῖς ἱερεὺς νῦν, καὶ τὸν θεὸν παροξύνει. εἰ γὰρ ἄλλως οὐκ ἔνι αὐτὸν τελειωθῆναι, ἀλλ' ἢ διὰ τούτων, ἀνάγκη πᾶσα, τούτων μὴ γινομένων, ἱερωσύνην αὐτοῖς μὴ συνεστάναι. ὁρᾷς ὅτι δι-
B καίως ἔλεγον, ὅτι οὐχὶ τῆς ἀληθείας μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς ὑποκρίσεως τοῦ πράγματος ἐξηκοντίσθησαν μακράν που καὶ πόῤῥω [b] γενόμενοι.

Οὐκ ἐντεῦθεν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρωθέν ἐστι μαθεῖν, πῶς σεμνὸν τὸ τῆς ἱερωσύνης ἦν ἀξίωμα. ὅτε γοῦν τῷ Ἀαρὼν ἐπανέστησαν μιαροί τινες καὶ πανώλεθροι, τῆς ἀρχῆς αὐτὸν ἐκβαλεῖν ἐπιχειροῦντες, καὶ ὑπὲρ τῆς τιμῆς πρὸς αὐτὸν ἀμφισβητοῦντες, ὁ πρᾳότατος Μωϋσῆς, βουλόμενος αὐτοὺς πεῖσαι διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν, ὅτι οὐχ ὡς ἀδελφὸν καὶ προσήκοντα καὶ οἰκεῖον ἐπὶ ταύτην ἤγαγε τὴν ἀρχὴν, ἀλλὰ τῇ ψήφῳ τοῦ θεοῦ πειθόμενος ἐνεχεί-
C ρισεν αὐτῷ τὴν ἱερωσύνην ἐκείνην· ἐκέλευσεν ἀνὰ ἑκάστῃ φυλῇ ῥάβδον κομίσαι, ἔτι δὲ καὶ τῷ Ἀαρών. ἐπειδὴ δὲ ἐκόμισαν, λαβὼν αὐτὰς ἁπάσας, ἔνδον ἀπέθετο, καὶ ἀποθέμενος, τὴν τοῦ θεοῦ λοιπὸν κρίσιν ἀναμένειν ἐκέλευσε τὴν διὰ τῶν ῥάβδων γινομένην ἐκείνων. εἶτα ἀθρόον τῶν ἄλλων μενουσῶν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ σχήματος, ἡ τοῦ Ἀαρὼν ἐβλάστησε μόνη, καὶ φύλλα ἔφερε καὶ καρποὺς, ἵνα μάθωσιν, ὅτι ὁ τῆς φύσεως δεσπότης πάλιν αὐτὸν ἐχειροτόνει, ἀντὶ γραμμάτων τοῖς φύλλοις χρώμενος. ὁ γὰρ εἰπὼν ἐξ ἀρχῆς, Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, καὶ τὴν δύναμιν αὐτῆς πρὸς καρπογονίαν διεγείρας, οὗτος καὶ τὸ ξύλον
D τότε ἐκεῖνο, ξηρὸν ὂν καὶ ἄκαρπον, καὶ γῆς χωρὶς καὶ ῥίζης, βλαστῆσαι ἐποίησε· καὶ ἦν λοιπὸν ἔλεγχος καὶ μάρτυς, καὶ τῆς ἐκείνων κακίας, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ κρίσεως ἡ ῥάβδος ἐκείνη, φωνὴν μὲν οὐκ ἀφιεῖσα, σάλπιγγος δὲ λαμπρότερον διὰ τῆς ὄψεως πᾶσι παραινοῦσα, μηκέτι τοῖς τοιούτοις ἐπιχειρεῖν πράγμασιν. καὶ οὐ τούτῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρῳ πάλιν αὐτὸν ἐχειροτόνησε τρόπῳ. ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ συστάντες ἐπεθύμουν αὐτοῦ τῆς τιμῆς· περιμάχητον γάρ πως ἡ ἀρχὴ, καὶ πολλοῖς ἐπέραστον, ἐκέλευσε πυρεῖα πάλιν ἐνεγ-
E κόντας, καὶ θυμίαμα ἐπιθέντας, τὴν ἄνωθεν ἀναμένειν ψῆφον. καὶ θυμιώντων αὐτῶν, ἡ γῆ διαστᾶσα πάντας κατέπιε τοὺς συναιρομένους αὐτοῖς, καὶ τοὺς τὰ πυρεῖα λαβόντας ἄνωθεν κατέφλεξε πῦρ. καὶ ἵνα μὴ τῷ χρόνῳ λήθῃ [c] τὸ γινόμενον παραδοθῇ, καὶ ἀγνοεῖν τοὺς μετὰ ταῦτα ποιῇ τὴν παράδοξον τοῦ θεοῦ ψῆφον, προσέταξεν ὁ Μωϋσῆς ἐκεῖνα τὰ πυρεῖα λαβόντας περιελάσαι τῷ θυσιαστηρίῳ, ἵν' ὥσπερ ἡ ῥάβδος χωρὶς φωνῆς ἠφίει φωνὴν διὰ τῆς ὄψεως, οὕτω καὶ τὰ πέταλα ταῦτα τοῖς μετὰ ταῦτα δια-

[c] Sex MSS. γινόμενον παραδοθὲν, ἀγνοεῖν τοὺς μετὰ ταῦτα τὴν παράδοξον τοῦ θεοῦ ψῆφον παρασκευάσῃ, προσέταξεν.

λέγηται πᾶσι τὸ φρονῆ καὶ συμβουλεύῃ, μηδαμῶς μιμεῖσθαι τὴν τῶν προτέρων ἄνοιαν, ἵνα μὴ τὴν αὐτὴν ὑπομείνωσι δίκην. ὁρᾷς πῶς τὸ παλαιὸν οἱ ἱερεῖς ἐχειροτονοῦντο; νυνὶ δὲ παίγνια τὰ παρὰ Ἰουδαίοις πάντα καὶ γέλως, καὶ αἰσχύνη, καὶ καπηλεία, καὶ μυρίας μεστὰ παρανομίας. τούτοις οὖν ἀκολουθεῖς, εἰπέ μοι, τοῖς ἀπεναντίας ἀεὶ τοῖς τοῦ θεοῦ νόμοις ἅπαντα καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν φιλονεικοῦσι, καὶ πρὸς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν τρέχεις; καὶ οὐ δέδοικας, μὴ σκηπτὸς ἄνωθεν κατενεχθεὶς καταφλέξῃ σου τὴν κεφαλήν; οὐκ οἶδας ὅτι, κἂν μὴ λῃστεύῃ τις, ἐν δὲ τῷ τῶν λῃστευόντων σπηλαίῳ φανῇ, τὴν αὐτὴν ἐκείνοις δίδωσι δίκην; καὶ τί λέγω τὰ τῶν λῃστῶν; ἴστε δή που πάντες καὶ μέμνησθε, ὅτε τοὺς ἀνδριάντας κατεῖλον παρ' ἡμῖν μιαροί τινες ἄνθρωποι καὶ γόητες, πῶς οὐκ ἐκεῖνοι μόνον οἱ τολμήσαντες, ἀλλὰ καὶ ὅσοι παρόντες ἁπλῶς τοῖς γινομένοις ἐφάνησαν, εἰς δικαστήριον ἀναρπασθέντες, καὶ συναπαχθέντες ἐκείνοις, τὴν ἐσχάτην ἔδωκαν δίκην; σὺ δὲ ἔνθα πατὴρ ὑβρίζεται, καὶ υἱὸς βλασφημεῖται, ἔνθα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ζωοποιὸν ἀθετεῖται, σπουδάζεις τρέχειν, εἰπέ μοι; καὶ οὐ δέδοικας, οὐδὲ φρίττεις, εἰς τοὺς βεβήλους καὶ ἀκαθάρτους τόπους ἐκείνους σαυτὸν εἰσάγων; καὶ ποίαν ἕξεις, εἰπέ μοι, ἀπολογίαν, τίνα συγγνώμην, ἑκὼν σεαυτὸν εἰς τὸ βάραθρον ὠθῶν, καὶ κατὰ κρημνῶν [a] ἀφείς; μὴ γάρ μοι τοῦτο εἴπῃς, ὅτι νόμος ἐκεῖ κεῖται, καὶ προφητῶν βιβλία. οὐκ ἀρκεῖ τοῦτο ποιῆσαι τόπον ἅγιον. τί γὰρ μεῖζόν ἐστιν, βιβλία κεῖσθαι ἐν τόπῳ, ἢ φθέγγεσθαι τὰ ἀπὸ τῶν βιβλίων; εὔδηλον ὅτι τὰ ἀπὸ τῶν βιβλίων φθέγγεσθαι καὶ ἔχειν ἐν διανοίαις. τί οὖν εἰπέ μοι, ἐπειδὴ ὁ διάβολος ἐφθέγξατο ἀπὸ τῶν γραφῶν, ἆρα ἡγιάσθη αὐτοῦ τὸ στόμα; οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ἀλλ' ἔμεινεν ὢν διάβολος. [b] τί δὲ οἱ δαίμονες, ἐπειδὴ ἐκήρυττον καὶ ἔλεγον, οὗτοι οἱ ἄνθρωποι δοῦλοι τοῦ θεοῦ εἰσι τοῦ ὑψίστου, καταγγέλλοντες ὑμῖν ὁδὸν σωτηρίας, ἆρα οὖν διὰ τοῦτο εἰς τοὺς ἀποστόλους αὐτοὺς ἐντάξομεν; οὐδαμῶς, ἀλλ' ὁμοίως αὐτοὺς μένομεν ἀποστρεφόμενοι καὶ μισοῦντες. εἶτα ῥήματα μὲν προφερόμενα οὐχ ἁγιάζει, τὰ δὲ βιβλία κείμενα ἁγιάζει; καὶ πῶς ἂν ἔχοι τοῦτο λόγον; διὰ τοῦτο μάλιστα μὲν μισῶ τὴν συναγωγὴν, ἐπειδὴ τὸν νόμον ἔχει καὶ τοὺς προφήτας, καὶ πλέον αὐτὴν μισῶ νῦν, ἢ εἰ μηδὲν εἶχε τούτων. τί δή ποτε; ὅτι πολὺ τὸ δέλεαρ, πολλὴ ἡ ἀπάτη τοῖς ἀφελεστέροις ἐντεῦθεν γίνεται. ἐπεὶ καὶ τὸν δαίμονα ἐκεῖνον, διὰ τοῦτο φθεγγόμενον μᾶλλον ἢ σιωπῶντα ἤλαυνεν ὁ Παῦλος. διαπονηθεὶς γάρ φησι τῷ πνεύματι, εἶπεν, ἔξελθε ἀπ' αὐτῆς. καὶ τίνος ἕνεκεν; ἐπειδὴ ἐβόα, οὗτοι οἱ ἄνθρωποι δοῦλοι τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου εἰσί. σιγῶντες μὲν γὰρ οὐχ οὕτως ἠπάτων, φθεγγόμενοι δὲ, πολλοὺς ἤμελλον τῶν ἀφελεστέρων ὑποσύρειν, καὶ πείθειν καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις αὐτοῖς προσέχειν. ἵνα γὰρ θύραν ἀνοίξωσι τῆς ἑαυτῶν ἀπάτης, καὶ τῷ ψεύδει πολλὴν δῶσι παρρησίαν, διὰ τοῦτο καὶ ἀληθῆ τινα ἀνέμιξαν· καθάπερ οἱ τὰ δηλητήρια κεραννύντες φάρμακα, μέλιτι τὸ στόμα

iisque consulerent, ne majorum amentiam imitarentur, ne quando simili pœna plecterentur. Vides, ut olim sacerdotes crearentur? nunc vero lusus meri sunt risusque, quæ fiunt apud Judæos omnia, pudor & cauponatio plena immensæ impietatis. Hos igitur sequeris, dic mihi, qui pertinaciter solent semper tum facere, tum dicere omnia, quæ Dei legibus adversentur? ad horum Synagogas accurris? nec metuis, ne fulminis impetus cælitus emicans exurat caput tuum? An ignoras, eos qui ipsi quidem non prædantur, sed tamen in prædonum speluncis conspecti fuerint, easdem dare pœnas quas prædones. Quid autem loquor de prædonibus? profecto scitis omnes ac meministis, quando apud nos scelerati quidam homines & præstigiatores statuas dejecerunt, quo pacto non illi tantum qui facinus ausi fuerant, sed quotquot simpliciter præsentes conspecti erant, quoniam videbantur illis assentiri, in judicium abrepti, simulque cum illis abducti, extremo supplicio sint affecti. Tu vero ubi Pater afficitur contumelia, ubi Filius lacessitur conviciis, ubi sanctus & vivificus Spiritus contemnitur, eo studes accurrere? non metuis, non horrescis, cum teipsum in loca prophana impuraque conjicis? Dic mihi, quam habebis excusationem, quam veniam, qui volens teipsum in barathrum immittas, in præcipitium des? Neque enim mihi illud dixeris, quod illic sita est lex, & prophetarum libri. Neque enim hoc satis est ad locum sanctum reddendum. Utrum enim majus est, libros esse repositos in loco; an loqui ea quæ sunt in libris? Perspicuum est, melius esse si ea quæ sunt in libris loquaris, habeasque in animo. Ergo responde mihi, cum diabolus recitaret ea, quæ sunt in Scripturis, num os illius sanctificatum est? Non potes dicere; sed permansit id quod erat diabolus. Quid autem dæmones? cum prædicarent ac dicerent, *Isti homines servi Dei altissimi sunt, annunciantes vobis viam salutis*; an ideo illos in Apostolorum ordinem referemus? Nequaquam, imo nihilo minus exsecramur illos, odimusque. Ergo cum verba prolata non sanctificent, libri repositi sanctificant? Minime. Qua tandem ratione? Imo hoc nomine odi Synagogam, quod legem habeat ac Prophetas, & nunc etiam amplius odi, quam si nihil istorum haberet. Cur ita tandem? Quoniam variam hinc habent escam, variamque fraudis materiam, qua simpliciores alliciant. Quandoquidem & Paulus spiritum illum loquentem potius, quam tacentem ejecit. *Etenim molestia tædioque affectus*, inquit, *spiritui dixit: Exi ab illa.* Qua de causa? Quoniam clamabat: *Isti homines servi Dei altissimi sunt.* Tacentes enim non perinde decepissent, loquentes autem multos erant simpliciores attracturi, persuasurique, quo nimirum & aliis in rebus sibi auscultarent. Siquidem ut ostium aperirent suis fraudibus, possentque in posterum mentiri confidentius: propterea vera quoque nonnulla commiscebant, non aliter quam qui lethifera miscent venena, os pocu-

Statuarum dejectionem memorat.

Act. 16. 17.

Libri sancti non sanctam faciunt Synagogam.

Act. 16. 18.

[a] Alii, ἀφιεὶς.

[b] Alii, τί δαί.

A li melle circumlinentes, efficiunt, ut facilius accipiatur malum. Hanc ob causam & Paulus potissimum afficiebatur molestia, festinabatque illis occludere os, quod sibi auctoritatem usurparent, nequaquam ipsis congruentem. Hanc ob causam & ipse Judæos odi, quod cum legem habeant, legem violant, & hoc modo simpliciores inescare conantur. Non perinde grave crimen admitterent, nisi cum credant Prophetis, repugnarent Christo. Nunc vero sibi omnem veniæ spem ademerunt, qui cum se jactent Prophetis credere, contumeliis afficiunt eum, quem illi prædixerunt.

B 7. In summa, si credis locum esse sanctum eo quod illic lex & Prophetarum libri repositi sunt, superest ut & idola & idolorum templa pro sanctis ducas. Quondam enim cum bellum teneret Judæos, victores Azotii ceperunt arcam, inque suum templum intulerunt. An ideo sanctum erat illorum templum, quod haberet arcam? Nequaquam, sed prophanum, sed impurum. Id protinus ipsis factis declaratum est. Nam ut hostes intelligerent victoriam ipsis cessisse, non ob impotentiam Dei, sed ob iniquitatem eorum, a quibus colebatur: etiam arca capta in aliena terra vim suam ostendit, dum idolo, bis in solum dejecto,
C effecit ut etiam frangeretur. Tantum aberat, ut locum sanctificaret, ut locum etiam expugnaret. Verum hic quænam est arca penes Judæos, ubi non est propitiatorium? non oraculum, non testamenti tabulæ, non sancta sanctorum, non velum, non summus sacerdos, non thymiama, non holocaustum, non sacrificium, non alia quæ tum arcam illis reddebant venerandam? Mihi quidem Judæorum ea, quam nunc habent, arca nihilo melius habere videtur iis arculis, quæ veneunt in foro, imo peius habet. Nam hæ nihil lædere possunt si quis adeat; illa vero quotidie noxam infert iis qui accesserint.
1. Cor. 14. 20. D *Fratres, ne sitis pueri mentibus, sed malitia parvuli estote;* eosque qui ad ista stupent, ab hoc intempestivo metu liberantes, erudite quid oporteat timere, revererique, non istam arcam: sed quod concurrentes ad illam, violent templum Dei, per conscientiam ad Judaïsmum propensam, per intempestivam
Gal. 5. 4. istam observationem. *Quotquot*, inquit, *in lege justificamini, a gratia excidistis.* Hoc oportet timere, ne in die illo audiatis ab eo qui vos judicaturus est: *Discedite, non novi vos;* communicastis enim cum iis qui me crucifixerunt; & solemnitates, quas ego antiquavi, contendentes mecum rursus instau-
E rastis: ad Judæorum, qui impie agebant in me, ac legem violabant, Synagogas concurristis. Atqui ego quidem templum illorum subverti, & in ruderum acervum verti templum illud venerabile, res verendas & horrendas continens: vos autem habitacula cauponis nihilo meliora & speluncas latronum coluistis. Etenim si tunc cum essent Cherubin, cum arca, cum adhuc Spiritus floreret

A τῆς κύλικος περιχρίοντες, εὐπαράδεκτον [a] ποιοῦσι τὴν βλάβην. διὰ τοῦτο δὴ μάλιστα Παῦλος διεπονεῖτο, καὶ ἔσπευδεν αὐτοὺς ἐπιστομίσαι· ἐπειδὴ μὴ τὴν αὐτοῖς προσήκουσαν ἥρπαζον ἀξίαν. διὰ τοῦτο κἀγὼ μισῶ Ἰουδαίους, ἐπειδὴ νόμον ἔχουσι, νόμον ὑβρίζοντες, καὶ ταύτῃ τοὺς ἀφελεστέρους δελεάζειν ἐπιχειροῦσιν. οὐκ ἦν ἔγκλημα τοσοῦτον αὐτοῖς, εἰ μὴ πιστεύοντες τοῖς προφήταις, ἠπείθουν τῷ Χριστῷ. νῦν δὲ πάσης ἀπεστέρηνται συγγνώμης, ἐκείνοις μὲν πείθεσθαι λέγοντες, καθυβρίζοντες δὲ τὸν προφητευόμενον ὑπ' ἐκείνων.

B Ὅλως δὲ εἰ νομίζεις, διότι νόμος ἐκεῖ κεῖται καὶ προφητῶν βιβλία, τὸν τόπον ἅγιον εἶναι· ὥρα σοι λοιπὸν καὶ τὰ εἴδωλα, καὶ τοὺς ναοὺς τῶν εἰδώλων ἁγίους εἶναι νομίζειν. καὶ γὰρ πολέμου ποτὲ καταλαβόντος τοὺς Ἰουδαίους, κρατήσαντες οἱ Ἀζώτιοι, καὶ τὴν κιβωτὸν λαβόντες, εἰς τὸ ἱερὸν εἰσήγαγον. ἆρα οὖν διὰ τοῦτο ἅγιος ἦν ὁ ναὸς, ἐπειδὴ τὴν κιβωτὸν εἶχεν; οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ βέβηλος καὶ ἀκάθαρτος. καὶ εὐθέως τοῦτο διὰ τῶν ἔργων ἐδείκνυτο. ἵνα γὰρ μάθωσιν οἱ πολέμιοι, ὅτι οὐ δι' ἀσθένειαν τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ διὰ τὴν παρανομίαν τῶν θεραπευόντων αὐτὸν ἡ ἧττα γέγονε· καὶ ἡ κιβωτὸς ληφθεῖσα αἰχμάλωτος, ἐν ἀλλοτρίᾳ γῇ τὴν ἰσχὺν τὴν οἰκείαν ἐπεδεί-
C κνυτο, δὶς τὸ εἴδωλον χαμαὶ ῥίψασα, καὶ διακλασθῆναι παρασκευάσασα. τοσοῦτον ἀπεῖχεν ἁγιάσαι τὸν τόπον, ὅτι καὶ ἐπολέμει τῷ τόπῳ. ἄλλως δὲ, ποία κιβωτὸς νῦν παρὰ Ἰουδαίοις, ὅπου ἱλαστήριον οὐκ ἔστιν; ὅπου οὐ χρησμὸς, οὐ διαθήκης πλάκες, οὐ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, οὐ τὸ καταπέτασμα, οὐκ ἀρχιερεὺς, οὐ θυμίαμα, οὐχ [b] ὁλοκαύτωμα, οὐ θυσία, οὐ τὰ ἄλλα τὰ ποιοῦντα σεμνὴν τὴν κιβωτὸν τότε ἐκείνην; ἐμοὶ τῶν ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς πωλουμένων κιβωτίων οὐδὲν ἄμεινον αὕτη ἡ κιβωτὸς διακεῖσθαι δοκεῖ· ἀλλὰ καὶ πολλῷ χεῖρον. καὶ γὰρ τοὺς προσιόντας οὐδὲν μὲν αὕτη βλάψαι δύναται· ἐκείνη δὲ καθ' ἡμέ-
D ραν τοῖς αὐτῇ προσιοῦσιν ἐργάζεται βλάβην. ἀδελφοὶ, μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσὶν, ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζετε, καὶ τοὺς πρὸς ταῦτα ἐπτοημένους τῆς ἀκαίρου ταύτης ἀγωνίας ἀπαλλάττοντες, παιδεύσατε τί χρὴ φοβεῖσθαι καὶ δεδοικέναι, οὐχὶ τὴν κιβωτὸν ταύτην, ἀλλὰ τὸ καταφθείρειν τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ διὰ τῶν ἐκεῖ δρόμων, διὰ τοῦ πρὸς τὸν Ἰουδαϊσμὸν συνειδότος, διὰ τῆς ἀκαίρου ταύτης παρατηρήσεως. οἵτινες γὰρ, φησιν, ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσετε. τοῦτο χρὴ δεδοικέναι, μὴ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἀκούσητε παρὰ τοῦ μέλλοντος κρίνειν ὑμᾶς, ὑπάγετε, οὐκ οἶδα ὑμᾶς, τοῖς γὰρ ἐμὲ σταυ-
E ρώσασιν ἐκοινωνήσατε, καὶ τὰς ἑορτὰς, ἃς κατέλυσα, φιλονεικοῦντές μοι πάλιν ἀνεστήσατε, πρὸς τὰς συναγωγὰς ἐδράμετε τῶν εἰς ἐμὲ παρανομησάντων Ἰουδαίων. κἀγὼ μὲν τὸν ναὸν καθεῖλον, καὶ ἐρείπιον ἐποίησα τὸ σεμνὸν [c] οἶκον καὶ φρικτὰ κατέχοντα πράγματα, ὑμεῖς δὲ [c] οἰκήματα, καπηλείων οὐδὲ ἄμεινον διακείμενα, καὶ σπήλαια λῃστῶν ἐθεραπεύετε. εἰ γὰρ τότε, ὅτε τὰ Χερουβὶμ ἦν, ὅτε ἡ κιβωτὸς, ὅτε ἔτι πνεύματος ἐπήνθει χά-

a Unus, ποιοῦσι τὸ φάρμακον διὰ τοῦτο.
b Septem MSS. ὁλοκαύτωσις. Infra aliquot MSS. πολλῷ χεῖρον. ταῦτα μὲν γὰρ οὐδὲν παραβλάπτει τοὺς προσιόντας· ἐκείνη δὲ πολλὴν καθ' ἡμέραν.
c Alii, οἴκημα καπήλων, οὐδὲν ἄμεινον διακείμενον, καὶ σπήλαιον.

ρις, νῦν μὲν ἔλεγεν· ὅτι ἐποιήσατε αὐτὸν σπήλαιον λῃστῶν, νῦν δὲ ὅτι οἶκον ἐμπορίου, διὰ τὰς παρανομίας αὐτῶν καὶ τὰς μιαιφονίας, νῦν ὅτε αὐτοὺς ἡ τοῦ πνεύματος [a] ἐγκατέλιπε χάρις, καὶ πάντα ἐκεῖνα ἀνῄρηται τὰ [a] σεμνὰ, καὶ τῷ Θεῷ φίλα, τὴν παράνομον ταύτην ἐπιτελοῦσι λατρείαν, τί ἄν τις προσειπὼν τὰς συναγωγὰς αὐτῶν, ἀξίαν ἔσται εὑρηκὼς ἐπωνυμίαν; εἰ γὰρ τότε σπήλαιον λῃστῶν ἦν, ὅτε ἔτι τὰ τῆς πολιτείας ἐκρατεῖ, νῦν κἂν πορνεῖον, κἂν παρανομίας χωρίον, κἂν δαιμόνων καταγώγιον, κἂν διαβόλου φρούριον, κἂν ψυχῶν ὄλεθρον, κἂν ἀπωλείας ἁπάσης κρημνὸν καὶ βάραθρον, κἂν ὁτιοῦν τις προσείπῃ, ἔλαττον ἔτι τῆς ἀξίας ἐρεῖ. ναὸν ἐπιθυμεῖς ἰδεῖν, μὴ δράμῃς εἰς τὴν συναγωγήν· ἀλλὰ B γενοῦ σὺ ναός. ἕνα καθεῖλε ναὸν ὁ Θεὸς ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ μυρίους ἀνέστησεν ἐκείνου πολλῷ σεμνοτέρους· ὑμεῖς γὰρ ναὸς Θεοῦ ἐστε ζῶντος, φησί. καλλώπισον ταύτην τὴν οἰκίαν, ἀπέλασον πάντα λογισμὸν πονηρὸν, ἵνα γένῃ μέλος τοῦ Χριστοῦ τίμιον, ἵνα γένῃ ναὸς τοῦ πνεύματος· ποίησον καὶ ἑτέρους τοιούτους. καὶ καθάπερ πένητας ὁρῶντες οὐκ ἂν παραδράμοιτε ῥᾳδίως, οὕτω καὶ τὸν ἐπὶ τὴν συναγωγὴν τρέχοντα βλέπων, μὴ παρίδῃς· ἀλλ᾽ ὥσπερ χαλινῷ τινι τῷ λόγῳ κατασχὼν, εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀπανάγαγε. αὕτη πλείων ἐκείνης ἡ ἐλεημοσύνη, καὶ μυρίων ταλάντων μεῖζον τὸ κέρδος. καὶ τί λέγω μυρίων ταλάν- C των; καὶ τοῦ κόσμου παντὸς τοῦ φαινομένου· ἐπεὶ καὶ ἄνθρωπος τοῦ κόσμου παντὸς τιμιώτερος. διὰ γὰρ αὐτὸν καὶ οὐρανὸς καὶ γῆ καὶ θάλασσα γέγονε, καὶ ἥλιος καὶ ἀστέρες. ἐννόησον τοίνυν τὸ ἀξίωμα τοῦ σωζομένου, καὶ μὴ καταφρονήσῃς αὐτοῦ τῆς ἐπιμελείας. κἂν γὰρ μυρία τις καταβάλῃ χρήματα, οὐδὲν τοιοῦτον ἐργάζεται, οἷον ὁ ψυχὴν διασώζων, καὶ πλάνης ἀπάγων, καὶ πρὸς εὐσέβειαν χειραγωγῶν. ὁ πένητι δοὺς, λιμὸν ἔλυσεν, ὁ τὸν ἰουδαΐζοντα διορθώσας, ἀσέβειαν ἔλυσεν· ἐκεῖνος πενίαν παρεμυθήσατο, οὗτος παρανομίαν ἔστησεν· ἐκεῖνος τὸ σῶμα D ὀδύνης ἀπήλλαξεν, οὗτος καὶ τὴν ψυχὴν τῆς γεέννης ἐξήρπασεν. ἔδειξα τὸν θησαυρὸν, μὴ προδῶτε τὸ κέρδος. οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα πενίαν αἰτιάσασθαι, οὐκ ἔστι πτωχείαν προβαλέσθαι. ῥημάτων ἐστὶν ἡ δαπάνη, λόγων ἐστὶ τὸ ἀνάλωμα. [b] μὴ τοίνυν κατοκνήσωμεν, [b] ἀλλ᾽ ὅσῃ σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ, τοὺς ἀδελφοὺς θηρεύσωμεν τοὺς ἡμετέρους, καὶ ἄκοντας εἰς τὰς οἰκίας τὰς ἑαυτῶν ἑλκύσαντες, ἄριστον παραθῶμεν, καὶ τραπέζης αὐτοῖς κοινωνήσωμεν σήμερον, ἵνα ἐπ᾽ ὄψεσι ταῖς ἡμετέραις τὴν νηστείαν λύσαντες, καὶ πληροφορίαν ἡμῖν καὶ πίστιν ἱκανὴν παρασχόντες τῆς καλῆς ταύτης διορθώσεως, καὶ ἑαυτοῖς καὶ ἡμῖν τῶν αἰωνίων E ἀγαθῶν γένωνται πρόξενοι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι᾽ οὗ καὶ μεθ᾽ οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

A gratia, dixit; *Fecistis illud speluncam latronum*, aut, *domum negotiationis*, propter iniquitates ac cædes illorum: nunc postquam illos Sancti spiritus deseruit gratia, cunctaque illa venerabilia & Deo grata, sublata sunt; cum impiam istam religionem celebrant; quid appellando Synagogas eorum nomen ipsis dignum invenias? Etenim si jam tum erat spelunca latronum cum statum suum obtineret; nunc si lupanar, si transgressionis locum, si dæmonum diversorium, si diaboli propugnaculum, si animarum exitium dixeris, si totius perditionis præcipitium ac barathrum, denique quidquid appellaveris, minus quam pro rei dignitate dixeris. Templum cupis videre? ne curras ad Synagogam, B sed tu esto templum. Unicum templum diruit Deus Jerosolymis, & innumerabilia erexit illo longe venerabiliora. *Vos*, inquit, *templum estis Dei viventis*. Hanc domum exorna, omnem exige cogitationem malam, ut fias preciosum membrum Christi, ut fias templum spiritus, deinde & alios redde tales. Et sicut cum vides pauperes, non facile prætercurris; ita cum videris aliquem ad Synagogam currentem, ne dissimules, sed verbis ceu freno quodam cohibitum reducas ad Ecclesiam. Hæc est major eleemosyna quam illa, & majus lucrum C quam decem millia talentorum: quid dico decem millia talenta? majus quam hic aspectabilis mundus universus. Siquidem homo est toto mundo preciosior: hujus enim causa & cælum, & terra, & mare condita sunt, & sol & stellæ. Perpende igitur quanta sit dignitas ejus, cujus saluti consulitur, & ne contemseris illius curam. Nam etiamsi pecuniæ vim immensam dinumeravit aliquis; nihil tale præstitit, quale is qui servat animam, & abducit ab errore ad pietatem. Qui dederit pauperi, famem solvit: qui judaïzantem correxerit, impietatem exstinxit. Ille paupertati D solatium adhibuit, hic iniquitatem inhibuit: ille corpus liberavit a dolore, hic etiam animam eripuit a gehenna. Ostendi thesaurum, ne deseratis lucrum. Non est quod hic paupertatem causemini, non est quod mendicitatem prætexatis: verba tantum insumenda sunt, sermonis modo fit impensa. Ne pigritemur igitur, sed omni studio ac cupiditate venemur fratres nostros, eisque vel invitis in domum nostram pertractis, prandium apponamus, ad mensæ communionem illos asciscamus hodie; ut, ubi nostro in conspectu jejunium solverint, satisque declaraverint, E fidemque plenam fecerint, quod in melius correcti sint; & sibi ipsis & nobis æterna bona concilient, gratia ac bonitate Domini nostri Jesu Christi, per quem & cum quo Patri una cum Spiritu sancto gloria, nunc & semper & in sæcula sæculorum, Amen.

Jer. 7. 11. Matth. 21. 13.

2. Cor. 6. 16.

[a] Alii, σεμνὰ. τῷ Θεῷ φιλονεικοῦντες τὴν παράνομον. Mox αὐτῶν deest in novem Mss.

[b] Sex Mss. ἀλλὰ πάσῃ σπουδῇ.

ADVERSUS JUDÆOS.

ORATIO VII.

1. Num vos pugnæ hujus cum Judæis susceptæ satietas cepit? an vultis ut rursus hodie quoque materiam eamdem tractemus? Quamquam enim multa sunt jam dicta; attamen arbitror vos sic affectos, ut cupiatis iisdem de rebus iterum audire. Etenim qui non satiatur amore erga Jesum, is nec umquam satiabitur pugna adversus eos suscepta, qui Jesum oderunt. Præterea autem nobis hic sermo necessarius est: supersunt enim adhuc festorum Judæorum reliquiæ. Sed quemadmodum illorum tubæ multo sceleratiores erant iis quæ sonant in theatris, & jejunia quavis ebrietate & comessatione erant turpiora: ita & tabernacula quæ nunc apud illos figuntur, nihilo sunt honestiora diversoriis, in quibus scorta versantur ac tibicinæ. Ne quis autem orationem hanc audaciæ damnet. Nam ausus est extremus summaque iniquitas secus de istis opinari. Cum enim adversus Deum contendant ac Spiritui sancto resistant; cur non talem de illis feramus sententiam? Erat olim hoc festum venerabile, cum juxta legem fieret, Deique jussu. Nunc autem non amplius; nam tota illius dignitas sublata est, eo quod contra Dei mentem celebratur. Quique maxime violant legem priscaque festa, ii maxime omnium sunt, qui nunc videntur ea celebrare. At nos maxime legem veneramur, qui eam velut hominem senio confectum quiescere sinimus; nec in stadium protrahimus, posteaquam incanuit; neque alieno tempore certare compellimus. Nunc enim nec esse legis tempus, nec vetustæ religionis, satis ante demonstravimus: age igitur quod superest hodie excutiamus. Satis quidem erat, ut cum ex Prophetis omnibus demonstrassem, quod nunc extra Jerosolymam tale quippiam facere, transgressio legis sit & impietas, omni labore levarer. Nam si verum esset, quod isti semper ubique jactantes mussitant, futurum ut civitatem denuo recipiant, ne sic quidem possint a violatæ legis crimine liberari: attamen nos ex abundanti hoc quoque demonstravimus, quod nec civitas sit instauranda, neque priscum reipublicæ statum sint recepturi. Hoc autem demonstrato, reliqua omnia in confesso sunt, videlicet quod neque sacrificiorum ritus, neque holocaustorum, neque legis vis, nec alia pars ulla status illius consistere poterit. Primum enim præcepit lex, ut ter in anno omne masculinum ascenderet in templum. Cæterum dejecto templo, hoc fieri nequit. Rursus præceperat, ut qui profluvio seminis laboraret, qui lepra contaminatus esset, quæ menstruo fluxu teneretur, quæ peperisset, offerret sacrificia. Atqui nec hoc fieri potest, cum desit locus, nec exstet altare. Jussit canere sacros hymnos, & hoc ante declaravimus tum loci ratione vetari, tum a Prophetis damnari, accusantibus illos ac dicentibus, quod

Judaici ritus abrogati.

Exod. 23.

Levit. 15.

[b] ΚΑΤΑ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

ΛΟΓΟΣ ζ'.

Ἆρα κόρον ἐλάβετε τῆς πρὸς Ἰουδαίους μάχης; ἢ βούλεσθε καὶ σήμερον τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως ἁψώμεθα πάλιν; εἰ γὰρ καὶ πολλὰ τὰ ἔμπροσθεν εἰρημένα, ἀλλ' ὅμως ὑμᾶς ἐπιθυμεῖν οἶμαι τῆς αὐτῆς ἀκροάσεως πάλιν. ὁ γὰρ τῆς εἰς τὸν Χριστὸν ἀγάπης οὐκ ἔχων κόρον, οὐδὲ τῆς πρὸς τοὺς μισοῦντας αὐτὸν μάχης λήψεταί κόρον ποτέ. χωρὶς δὲ τούτων, καὶ ἄλλως ὑμῖν ἀναγκαῖος οὗτος ὁ λόγος. ἔτι γὰρ λείψανα τῶν ἑορτῶν αὐτῶν ὑπολέλειπται. ἀλλ' ὥσπερ αὐτῶν αἱ σάλπιγγες, τῶν ἐν τοῖς θεάτροις ἦσαν παρανομώτεραι, καὶ αἱ νηστεῖαι μέθης καὶ κώμου παντὸς ἦσαν αἰσχρότεραι, οὕτω καὶ αἱ σκηναὶ αἱ νῦν παρ' αὐτῶν πηγνύμεναι, τῶν πανδοχείων τῶν πόρνας ἐχόντων καὶ αὐλητρίδας, οὐδὲν ἄμεινον διάκεινται. καὶ μηδεὶς τόλμαν καταγινωσκέτω τοῦ λόγου. τόλμα γὰρ ἐσχάτη καὶ παρανομία, τὸ μὴ οὕτως ὑποπτεύειν περὶ ἐκείνων. ὅταν γὰρ τῷ θεῷ φιλονεικοῦντες, καὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτοντες πράττωσι, πῶς οὐ χρὴ τοιαύτην περὶ αὐτῶν ψῆφον ἐκφέρειν; ἦν ποτε σεμνὴ αὕτη ἡ ἑορτὴ, ὅτε κατὰ νόμον ἐγίνετο, καὶ τοῦ θεοῦ κελεύοντος, νυνὶ δὲ οὐκ ἔτι· τὸ γὰρ ἀξίωμα αὐτῆς ἅπαν ἀνῄρηται, τῷ παρὰ γνώμην τοῦ θεοῦ γίνεσθαι. καὶ οἱ μάλιστα καθυβρίζοντες, καὶ τὸν νόμον καὶ τὰς ἑορτὰς τὰς παλαιὰς, οὗτοι μάλιστα πάντων εἰσὶν, οἱ δοκοῦντες νῦν ἐπιτελεῖν. οἱ δὲ μάλιστα τὸν νόμον τιμῶντες ἡμεῖς, οἱ καθάπερ γεγηρακότα ἄνθρωπον ἀναπαύοντες, καὶ οὐχ ἕλκοντες εἰς τὰ σκάμματα μετὰ τὴν πολιὰν, οὐδὲ παρὰ καιρὸν ἀγωνίζεσθαι ἀναγκάζοντες. ὅτι γὰρ οὐκ ἔστι νόμου καιρὸς νῦν, οὔτε τῆς παλαιᾶς πολιτείας, ἱκανῶς μὲν καὶ ἔμπροσθεν ἀπεδείξαμεν· φέρε δὴ καὶ τὰ λείψανα γυμνάσωμεν τήμερον. ἤρκει μὲν οὖν δείξαντα διὰ τῶν προφητῶν ἁπάντων, ὅτι τὸ ποιεῖν τι τοιοῦτον ἔξω τῶν Ἱεροσολύμων, παρανομία τίς ἐστι καὶ ἀσέβεια, ἀπηλλάχθαι πραγμάτων. εἰ γὰρ καὶ ἀληθὲς ἦν, ὃ πανταχοῦ κομπάζοντες ἀεὶ ψιθυρίζουσιν, ὅτι τὴν πόλιν ἀπολήψονται πάλιν, οὐδὲ οὕτως ἀπηλλάχθαι τῶν τῆς παρανομίας ἐγκλημάτων ἐδύναντο. πλὴν, ἀλλ' ἡμεῖς ἐκ περιουσίας καὶ τοῦτο ἀπεδείξαμεν, ὅτι οὔτε ἀναστήσεται λοιπὸν ἡ πόλις, οὔτε ἀπολήψονται τὴν ἑαυτῶν πολιτείαν. τούτου δὲ ἀποδειχθέντος, καὶ τὰ λοιπὰ ἅπαντα συνωμολόγητο, οἶμαι, ὡς οὔτε θυσίας εἶδος, οὔτε ὁλοκαυτώσεως, οὐχ ἡ τοῦ νόμου δύναμις, οὐκ ἄλλο τι τῆς πολιτείας ἐκείνης στῆναι δυνήσεται. πρῶτον μὲν γὰρ ἐκέλευσεν ὁ νόμος τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ πᾶν ἀρσενικὸν εἰς τὸν ναὸν ἀναβαίνειν. τοῦ δὲ ναοῦ καταλυθέντος, ἀδύνατον τοῦτο γενέσθαι. μετὰ ταῦτα πάλιν ἐπέταξε τὸν γονοῤῥυῆ, τὸν λεπρὸν, τὴν ἐν καταμηνίοις γυναῖκα, τὴν λεχὼ, θυσίας ἀναφέρειν. καὶ τοῦτο δὲ πάλιν ἀδύνατον, οὐκ ὄντος τοῦ τόπου, οὐδὲ τοῦ βωμοῦ φαινομένου. ἐκέλευσεν ᾄδειν ἱεροὺς ὕμνους, καὶ τοῦτο ἔμπροσθεν ἀπεδείξαμεν ἀπὸ τοῦ τόπου κωλυόμενον, καὶ τοὺς προφήτας ἐγκαλοῦντας, καὶ λέγοντας, ὅτι ἀνέγνω-

σκον ἔξω νόμον, καὶ ἐπεκαλέσαντο ὁμολογίαν. ὅτ' ἂν τοίνυν μηδὲ ἀναγινώσκεσθαι δυνατὸν ᾖ τὸν νόμον ἔξω τῆς πόλεως, πῶς αὐτὸν πράττειν ἔξω τῆς πόλεως δυνατόν; διὰ γοῦν τοῦτο καὶ ἀπειλῶν αὐτοῖς ἔλεγεν· οὐκ ἐπισκέψομαι τὰς θυγατέρας ὑμῶν, ὅταν ἐκπορνεύσωσι, καὶ τὰς νύμφας ὑμῶν, ὅταν μοιχεύσωσι. τί δὲ τοῦτό ἐστι; νόμον ὑμῖν ἀναγνοὺς παλαιὸν, σαφέστερον ποιῆσαι πειράσομαι. τίς οὖν ἐστιν ὁ νόμος; ἐὰν παραβῇ γυνὴ κατὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς· καὶ παρίδῃ αὐτὸν ὑπεριδοῦσα, καὶ κοιμηθῇ τις μετ' αὐτῆς κοίτην σπέρματος, καὶ λάθῃ ἐξ ὀφθαλμῶν τοῦ ἀνδρὸς, καὶ μάρτυς μὴ ᾖ κατ' αὐτῆς, καὶ μὴ ᾖ συνειλημμένη· καὶ ἐπέλθῃ ἐπ' αὐτῷ πνεῦμα ζηλώσεως, αὕτη δὲ μὴ ᾖ μεμιασμένη. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν. ἐὰν μοιχεύσῃ, φησὶ, γυνὴ, καὶ ὑποπτεύσῃ τὴν μοιχείαν ὁ ἀνὴρ, ἢ μὴ μοιχευθῇ, ἐκεῖνος δὲ ὑποπτεύσῃ· καὶ μήτε μάρτυς ᾖ, μήτε κύησις ἐλέγχουσα, ἄξει αὐτὴν πρὸς τὸν ἱερέα, φησὶ, καὶ προσοίσει τὸ δῶρον αὐτῆς, ἄλευρον κρίθινον. τί δή ποτε οὐ σεμίδαλιν, οὐκ ἄλευρον πυροῦ, ἀλλὰ κρίθινον; ἐπειδὴ πένθος ἐστὶ καὶ κατάγνωσις καὶ ὑποψία πονηρὰ, ἐμιμεῖτο τὴν συμφορὰν τῆς οἰκείας τῆς θυσίας τὸ σχῆμα, διὰ γὰρ τοῦτο φησίν· οὐκ [a] ἐπιχεεῖς ἐπ' αὐτῷ ἔλαιον, οὐδὲ ἐπιθήσεις ἐπ' αὐτῷ λίβανον. εἶτα· δεῖ γὰρ ἐπιτεμεῖν· καὶ προσάξει αὐτὴν ὁ ἱερεὺς, καὶ λήψεται ὕδωρ καθαρὸν ἐν ἀγγείῳ ὀστρακίνῳ, καὶ ἀπὸ τῆς γῆς τῆς οὔσης ἐπὶ τοῦ ἐδάφους, καὶ λαβὼν, ἐμβαλεῖ εἰς τὸ ὕδωρ· καὶ στήσει τὴν γυναῖκα, καὶ ὁρκιεῖ αὐτὴν, καὶ ἐρεῖ· εἰ μὴ παρέβης μιανθῆναι πρὸς τὸν ἄνδρα τὸν σεαυτῆς, σῶα ἴσθι ἀπὸ τοῦ ὕδατος τοῦ ἐλεγμοῦ· εἰ δὲ παρέβης καὶ μεμίανσαι, καὶ ἔδωκέ τις τὴν κοίτην αὐτοῦ ἐν σοὶ, πλὴν τοῦ ἀνδρός σου, δῴη κύριός σε ἐν ἀρᾷ καὶ ἐνόρκιον ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ. τί ἐστιν ἐν ἀρᾷ καὶ ἐνόρκιον; ἵνα λέγωσι, μὴ πάθοιμι ὡς ἔπαθεν ἡ δεῖνα γυνὴ, ἐν τῷ δοῦναι κύριον τὴν κοιλίαν σου ἐμπεπρισμένην, καὶ εἰσελεύσεται τὸ ὕδωρ τὸ ἐπικαταρώμενον πρῆσαι τὴν γαστέρα σου. καὶ ἐρεῖ ἡ γυνὴ, γένοιτο, γένοιτο. καὶ ἔσται, ἐὰν ᾖ μεμιασμένη, εἰσελεύσεται τὸ ὕδωρ τοῦ ἐλεγμοῦ, καὶ πρήσει τὴν κοιλίαν αὐτῆς, καὶ ἔσται ἡ γυνὴ εἰς ἀράν. ἐὰν δὲ μὴ ἐμιάνθη ἡ γυνὴ, ἀθῶα ἔσται, καὶ ἐκσπερματιεῖ σπέρμα. ἐπεὶ οὖν εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπελθόντων αὐτῶν, οὐδὲν τούτων γενέσθαι δυνατὸν ἦν, οὔτε τοῦ ναοῦ ὄντος, οὔτε τοῦ βωμοῦ, οὔτε τῆς σκηνῆς, οὔτε τῆς θυσίας ἀναφερομένης, ἀπειλῶν ἔλεγεν, οὐκ ἐπισκέψομαι τὰς θυγατέρας ὑμῶν, ὅταν πορνεύσωσι, καὶ τὰς νύμφας ὑμῶν, ὅτ' ἂν μοιχεύσωσιν.

Ὁρᾷς ἀπὸ τοῦ τόπου τὴν ἰσχὺν ἔχοντα τὸν νόμον; ὅτι δὲ οὔτε τὸν ἱερέα δυνατὸν εἶναι, τῆς πόλεως οὐκ οὔσης, δῆλον ἐκ τούτου. ὥσπερ γὰρ βασιλέα οὐ δυνατὸν εἶναι, τῶν στρατοπέδων οὐκ ὄντων, οὐ διαδήματος, οὐχ ἁλουργίδος, οὐ τῶν ἄλλων τῶν τὴν βασιλείαν συγκροτούντων, οὕτως οὐδὲ ἱερέα δυνατὸν εἶναι, θυσίας ἀνῃρημένης, προσφορᾶς κεκωλυμένης, τῶν ἁγίων πεπατημένων, τοῦ σχήματος παντὸς ἠφανισμένου. ἡ γὰρ ἱερωσύνη ἐν τούτοις ἅπασιν ἦν. ἤρκει μὲν οὖν, ὅπερ ἔφθην εἰπὼν, πρὸς ἀπόδειξιν ἡμῖν, τὸ μήτε θυσίας, μήτε ὁλοκαυτώματα, μήτε τοὺς λοιποὺς

[a] Alii, ἐπιχέει, & ἐπιθήσει.

A foris legerent legem, & advocarent confessionem. Cum igitur ne legi quidem lex potuerit extra civitatem, quomodo legem servare poterunt extra civitatem? Hanc ob caussam & minitans illis dicit, *Non visitabo filias vestras, cum stuprum admiserint, neque nurus vestras, cum mœchatæ fuerint.* (Osee 4. 14.) Quid autem hoc est? Recitata veteri lege conabor vobis reddere dilucidius. Quæ igitur illa lex? *Si mulier*, inquit, *prævaricata fuerit a viro suo, eumque negligens despexerit, dormieritque aliquis cum illa coitu seminis, & latuerit oculos viri, nec testis fuerit adversus illam, nec fuerit deprehensa: ac super ipsum quidem* (Num. 19. 5.)
B *venerit spiritus zelotypiæ, ipsa vero non fuerit contaminata.* Sensus horum verborum hic est, Si mulier, inquit, mœchata fuerit, & vir habeat illam adulterii suspectam; aut non fuerit mœchata, sed ille suspicetur: & si non fuerit testis, nec uterus coarguens: *ducet*, inquit, *illam ad sacerdotem, & offeret donum illius, hordeaceam farinam.* Cur ita tandem non siligineam, non triticeam farinam, sed hordeaceam? quoniam id quod gerebatur, luctus erat, & incusatio, suspicioque prava; forma sacrificii domesticam calamitatem imitabatur, eoque dicit; *Non effundes super illam oleum, neque impones illi thus.* (Ibid.)
C *Deinde*; nam contrahendus est sermo; *adducet illam sacerdos, sumetque puram aquam in vase fictili, & sumet de terra, quæ est in pavimento, sumtamque conjiciet in aquam, statuetque mulierem, & adjurabit illam, & dicet; Si non es transgressa, nec polluta viro tuo, salva esto ab aqua redargutionis. Quod si transgressa es, ac polluta, & aliquis tecum concubuit, præter maritum tuum, det Dominus te in exsecrationem ac detestationem in medio populi.* Quid est, in exsecrationem ac detestationem? Ut dicant, ne mihi accidat, quod accidit illi mulieri; *ut reddat Dominus uterum tuum diruptum, & ingredietur aqua*
D *exsecrata, ut dirumpat ventrem tuum, & dicet mulier, fiat, fiat. Et erit, si fuerit polluta, ingredietur aqua redargutionis, & dirumpet ventrem illius, & erit mulier exsecrabilis. Quod si non fuerit polluta mulier, erit innocua, & proseminabit semen.* Quoniam igitur cum in captivitatem abducti essent, nihil horum fieri poterat, cum nec templum esset nec ara, nec tabernaculum haberent nec offerrentur hostiæ: Dominus comminans dixit; *Non visitabo filias vestras, cum stuprum admiserint: nec nurus vestras, cum mœchatæ fuerint.*

E 2. Vides legem a loco vim habere? Ex hoc perspicuum est ne sacerdotem quidem esse posse, cum desit civitas. (Sacerdotes apud Judæos esse non possunt.) Quemadmodum enim fieri non potest, ut Imperator sit, si non sit exercitus, non diadema, non purpura, non alia quæ regnum constituunt: ita nec sacrificus esse potest sublata hostia, vetita oblatione, sanctis conculcatis, toto rerum statu abolito. Nam his rebus constabat sacerdotium. Sufficiebat igitur nobis ad probationem, ut dixi, quod neque sacrificia, neque holocautomata, neque reliquæ puri-

A ficationes, neque præterea quidquam politiæ Judaïcæ rediturum sit. Supererat, ut demonstraretur numquam fore ut templum instauretur. Nam sicut illo non stante omnia nunc sunt abrogata; & si quid videatur fieri, facinus est adversus legem: ita postquam demonstratum est numquam fore ut templum redeat ad pristinum statum, eadem opera & illud demonstratum est, quod neque cæteri ritus & cultus ad pristinum statum sint redituri: non sacerdos futurus quispiam, non rex. Etenim si non licebat cuivis ex ipsorum cognatione quamvis plebeio, servire alienigenis: multo magis fas non erat ipsum regem alienigenis subjici. B Verum quoniam hic contendimus conamurque non tantum, ut illis obturemus os, verum etiam ut vestram caritatem erudiamus: age hoc ipsum aliunde demonstrabimus, videlicet quod illis & sacrificiorum & sacerdotii finis sit, adeo ut numquam amplius ad pristinam consuetudinem hæc sint reditura. Quis igitur hæc dicit? Admirandus ille ac magnus Propheta David. Declarans enim illud sacrificiorum genus esse ejiciendum, & aliud inducendum; loquitur in hunc modum; *Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi: annunciavi, & loquutus sum.* (Psal. 39. 7.) C Vide Prophetæ sapientiam. Ubi dixisset, *multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua*, stupefactus admiratione divini opificii, nihil de conditione rerum nobis conspicuarum, cæli, terræ, maris, & aquæ, & ignis, non de stupendis illis prodigiis, quæ acciderunt in Ægypto; non de cæteris hujusmodi miraculis; sed quæ dicit esse miracula? *Sacrificium & oblationem noluisti.* Quid, obsecro, dicis? An illud stupendum est ac mirandum? Nequaquam, inquam; non enim hoc solum vidit, sed cælitus edoctus prospiciebat oculis Propheticis futurum ut gentes adducerentur, D & quomodo qui prius erant addicti diis, colebantque lapides, miseriores ipsis brutis, repente visum reciperent, omniumque Dominum agnoscerent, ac relicto impuro dæmonum cultu pure citraque sanguinem Deum colerent. Simulque intelligens, quod non illi solum, sed & Judæi simpliciores relicta hostiarum, holocautomatum, aliorumque corporalium rituum observatione ad nostram & ipsi philosophiam adducerentur, simulque reputans ineffabilem Dei erga genus humanum caritatem, quæ superat omnem intellectum, & attonitus admiratione tantæ mutationis futuræ, & quam mirabiliter ista Deus in alium ordinem translaturus E esset, & homines ex dæmonibus facturus Angelos: ac vitæ genus inducturus cælis dignum. Tum quod hæc omnia essent futura vetere sacrificio abolito, & altero in illius locum ducto per corpus Christi: admiratus autem ac stupefactus dicebat; *Multa tu fecisti Deus mirabilia tua.* Et quod ex persona Christi totum hoc vaticinium ediderit docens, cum dixisset; *sacrificium & oblatio-*

Sacrificium per corpus Christi.

a Alii, σημείων, ἀλλ' ἃ θαυμαστὰ μᾶλλόν εἰσι· ταῦτα λέγων, ἐπήγαγε, θυσίαν καὶ

A καθαρμοὺς, μήτε ἄλλο τι τῆς Ἰουδαϊκῆς πολιτείας ἐπανήξειν. λοιπὸν ἡ ἀπόδειξις, τοῦ μηκέτι στήσεσθαι τὸν ναόν. ὥσπερ γὰρ οὐκ ὄντος τούτου, νῦν πάντα ἀνῄρηται, κἂν δοκῇ τι γίνεσθαι, παρανόμως τολμᾶται· οὕτως ἀποδείξαντος τοῦ λόγου, ὅτι οὐδέ ποτε ἐπανήξει πρὸς τὸ οἰκεῖον σχῆμα, κἀκεῖνο συναποδέδεικται, ὅτι οὔτε ἡ λοιπὴ λατρεία πρὸς τὴν προτέραν ἐπανήξει κατάστασιν πάλιν, οὐχ ἱερεὺς ἔσται τις, οὐ βασιλεύς. εἰ γὰρ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτῶν, κἂν τις ᾖ τῶν ἰδιωτευόντων, οὐκ ἐξῆν τούτῳ λατρεύειν ἀλλογενέσι, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸν τὸν βασιλέα ὑποκεῖσθαι ἑτέροις, θέμις οὐκ ἦν. πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ ἀγὼν ἡμῖν ἐστι B καὶ σπουδὴ, οὐκ ἐκείνους ἐπιστομίσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην σοφίσαι, φέρε τοῦτο αὐτὸ ἑτέρωθεν ἀποδείξωμεν, ὅτι καὶ τὰ τῶν θυσιῶν, καὶ τὰ τῆς ἱερωσύνης αὐτῶν πέπαυται, ὡς μηκέτι πάλιν ἐπανελθεῖν ἐπὶ τὸ πρότερον ἔθος. τίς οὖν ταῦτά φησιν; ὁ θαυμαστὸς καὶ μέγας προφήτης Δαυίδ. ἐπειδὴ γὰρ δηλῶν, ὅτι θυσία ἡ μὲν ἐκβάλλεσθαι μέλλει, ἡ δὲ εἰσάγεσθαι, οὕτως ἔλεγε· πολλὰ ἐποίησας σὺ κύριε ὁ θεός μου, τὰ θαυμάσιά σου, καὶ τοῖς διαλογισμοῖς σου οὐκ ἔστι τίς ὁμοιωθήσεταί σοι. ἀπήγγειλα καὶ ἐλάλησα. ὅρα σοφίαν προφήτου. εἰπὼν, πολλὰ ἐποίησας σὺ κύριε ὁ θεός μου τὰ θαυμάσιά σου· καὶ C ἐκπλαγεὶς τὴν τοῦ θεοῦ θαυματουργίαν, οὐδὲν περὶ τῆς ὁρωμένης ἡμῖν διαλέγεται κτίσεως, οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάττης καὶ ὕδατος καὶ πυρὸς, οὐ περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον γενομένων παραδόξων ἐκείνων θαυμάτων, οὐ περὶ ἄλλων τινῶν τοιούτων [a] σημείων, ἀλλὰ τίνα φησὶ θαυμάσια εἶναι; [a] θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας. τί λέγεις, εἰπέ μοι; τοῦτό ἐστι τὸ παράδοξον καὶ θαυμαστόν; οὐχί φησιν· οὐ γὰρ δὴ τοῦτο μόνον εἶδεν, ἀλλὰ προφητικοῖς ἄνωθεν κατεμάνθανεν ὀφθαλμοῖς τὴν τῶν ἐθνῶν προσαγωγὴν, καὶ πῶς οἱ τοῖς θεοῖς προσηλωμένοι, καὶ θεραπεύοντες λίθους, καὶ τῶν ἀλόγων D ἀθλιώτερον διακείμενοι, ἐξαίφνης ἀνέβλεψαν, καὶ τὸν ἁπάντων ἐπέγνωσαν δεσπότην, καὶ τὴν μιαρὰν τῶν δαιμόνων λατρείαν ἀφέντες, καθαρῶς καὶ ἀναιμωτὶ τὸν θεὸν ἐθεράπευον. καὶ συνιδὼν ὅτι οὐκ ἐκεῖνοι μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι οἱ ἀτελέστερον διακείμενοι, τὴν διὰ θυσιῶν καὶ ὁλοκαυτωμάτων καὶ τὴν ἄλλων τὴν σωματικὴν ἀφέντες θεραπείαν, ἐπὶ τὴν ἡμετέραν καὶ οὗτοι φιλοσοφίαν ἥξουσιν· καὶ λογισάμενος τὴν ἄφατον τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν τὴν ὑπερβαίνουσαν ἅπαντα νοῦν, καὶ ἐκπλαγεὶς ὅση τῶν πραγμάτων γέγονε μεταβολὴ, καὶ πῶς αὐτὰ μετερρύθμισε, καὶ ἀπὸ δαι- E μόνων ἀγγέλους τοὺς ἀνθρώπους εἰργάσατο, καὶ πολιτείαν εἰσήγαγε τῶν οὐρανῶν ἀξίαν. ταῦτα δὲ ἅπαντα ἐγένετο, τῆς παλαιᾶς καταλυθείσης θυσίας, καὶ ἑτέρας ἐπεισαχθείσης τῆς διὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, ἐκπλαγεὶς καὶ θαυμάσας ἔλεγε· πολλὰ ἐποίησας σὺ κύριε ὁ θεός μου τὰ θαυμάσιά σου. καὶ ὅτι ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ τὴν προφητείαν ταύτην ἅπασαν προλέγει [b] εἰπὼν, θυσίαν καὶ προσφορὰν [b]

b ἀκούσει post προλέγει, legitur in Morel. sed deest in multis MSS. Infra, aliquot MSS. καὶ τὰς ἁμαρτίας κατέδυσε.

οὐκ

οὐκ ἠθέλησας, ἐπήγαγε, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι· τὸ σῶμα λέγων τὸ δεσποτικὸν, τὴν κοινὴν ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης γενομένην θυσίαν ἣ τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐξεκάθηρε καὶ τὰς ἁμαρτίας κατέλυσε, καὶ τὸν θάνατον ἔσβεσε, καὶ τοὺς οὐρανοὺς ἀνέῳξε, καὶ πολλὰς καὶ μεγάλας ἡμῖν ἐλπίδας ὑπέδειξε, καὶ τὰ ἄλλα πάντα κατεσκεύασεν, ἅπερ ἰδὼν καὶ ὁ Παῦλος ἐβόα λέγων, ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. Ταῦτα οὖν ἅπαντα προορῶν ἔλεγε, πολλὰ ἐποίησας σὺ κύριε ὁ θεός μου τὰ θαυμάσιά σου. εἶτα εἰπὼν ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ, ὅτι ὁλοκαυτώματα καὶ [a] περὶ ἁμαρτίας οὐκ ηὐδόκησας, ἐπήγαγε· τότε εἶπον, ἰδοὺ ἥκω. τότε· πότε; ὅτε τῶν τελειοτέρων διδαγμάτων ἐστὶν ὁ καιρός· τὰ μὲν γὰρ ἀτελέστερα διὰ τῶν δούλων αὐτοῦ μαθεῖν ἔδει, τὰ δὲ ὑψηλότερα, καὶ ὑπερβαίνοντα τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην, παρ' αὐτοῦ τοῦ νομοθέτου· διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγε, πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ, ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε. καὶ πάλιν ὁ Ἰωάννης, ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη, ἡ δὲ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. ὥστε τοῦ νόμου καὶ τοῦτο μέγιστον ἐγκώμιον, τὸ παρασκευάσαι τῷ διδασκάλῳ τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην. εἶτα, ἵνα μὴ νομίσῃς αὐτὸν πρόσφατον εἶναι θεὸν, μηδὲ καινοτομίαν τινὰ εἰσάγειν, ἄκουσον τί φησιν· ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ. πάλαι μου, φησὶ, τὴν παρουσίαν προανεφώνησαν οἱ προφῆται, καὶ ἐν ἀρχῇ τῶν βιβλίων τὴν γνῶσιν τῆς ἐμῆς θεότητος τοῖς ἀνθρώποις [b] παρανέῳξαν.

Ὅταν οὖν ὁ θεὸς λέγῃ, ἐν ἀρχῇ τῆς κτίσεως· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν, αἰνιγματωδῶς ἡμῖν τοῦ υἱοῦ τὴν θεότητα ἀποκαλύπτει, πρὸς ὃν διαλέγεται. εἶτα δεικνὺς, ὡς οὐκ ἐναντία αὕτη τῇ προτέρᾳ πολιτείᾳ, ἀλλὰ καὶ τοῦτο θέλημα θεοῦ ἦν, καταλυθῆναι μὲν ἐκείνην τὴν θυσίαν, ἀντεισαχθῆναι δὲ ταύτην· ἐπίτασις γὰρ ἦν τῆς διορθώσεως, οὐκ ἐναντίωσις, οὐδὲ μάχη, εἰπὼν, ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ, ἐπήγαγε, τοῦ ποιῆσαι τὸ θέλημά σου, ὁ θεὸς, ἐβουλήθην, καὶ τὸν νόμον σου ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου. εἶτα λέγων, τί ποτέ ἐστι τὸ θέλημα, παρεὶς θυσίας εἰπεῖν, ὁλοκαυτώματα καὶ προσφορὰς, καὶ πόνους, καὶ ἱδρῶτας, φησὶν, εὐηγγελισάμην δικαιοσύνην ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ. τί ποτέ ἐστιν, εὐηγγελισάμην δικαιοσύνην; οὐκ εἶπεν ἁπλῶς ἔδωκα, ἀλλ' εὐηγγελισάμην. τί δή ποτε; ὅτι οὐκ ἀπὸ κατορθωμάτων, οὐδὲ πόνων, οὐδὲ ἀμοιβῆς· ἀλλ' ἀπὸ χάριτος μόνης, τὸ γένος ἐδικαίωσε τὸ ἡμέτερον. ὅπερ οὖν καὶ ὁ Παῦλος δηλῶν ἔλεγε· νυνὶ δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη θεοῦ πεφανέρωται· δικαιοσύνη δὲ θεοῦ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὐ διὰ καμάτου τινὸς καὶ πόνου. καὶ ταύτης δὲ ἐπιλαμβανόμενος τῆς μαρτυρίας οὕτως ἔλεγε· σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, κατ' ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις αἷς προσφέ-

[a] Quinque MSS. περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἐζήτησας; alii, οὐκ ηὐδόκησας. Mox iidem quatuor MSS. post καιρός addunt, ὅτε τῶν ἀναγκαίων.

A nem noluisti, subjecit, *corpus autem adaptasti mihi*; de corpore loquens dominico, communi pro toto orbe sacrificio, quod nostras purificavit animas, peccata dissolvit, mortem exstinxit, cælos aperuit, multamque ac magnam spem nobis ostendit, cæteraque præparavit omnia, quæ quidem & Paulus videns exclamavit, dicens: *O altitudo divitiarum, & sapientiæ & scientiæ Dei! quam inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus!* Hæc igitur omnia prospiciens dicebat: *Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua.* Deinde cum ex persona Christi dixisset, *Holocautomata & pro peccato non probasti*: subjunxit; *Tunc dixi, Ecce venio.* Tunc, quando? cum perfectioris doctrinæ tempus est. Nam imperfectiora a servis ejus erant discenda, subli- B miora vero & humanam superantia naturam, ab ipso legis auctore. Ideo & Paulus dicebat; *Multifariam multisque modis olim Deus loquutus patribus nostris in Prophetis: extremis hisce diebus loquutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem omnium: per quem fecit & sæcula.* Ac rursus Joannes; *Lex per Mosem data est, gratia & veritas per Jesum Christum facta est.* Itaque hæc summa legis laus est, quod ea naturam humanam illi doctori C præparavit. Deinde ne putares hunc esse recentem Deum, aut aliquid nuper inventum afferre; audi quid dicit: *In capite libri scriptum est de me.* Jam olim meum adventum prædixerunt Prophetæ, & in initio librorum meæ divinitatis cognitionem obiter hominibus aperuerunt.

Rom. 11. 33. — Psal. 39. 7. — Heb. 1. 1. — Joan. 1. 17. — Psal. 39. 10.

3. Itaque cum Deus dicit initio conditi mundi: *Faciamus hominem ad similitudinem nostram*, ænigmatice nobis Filii divinitatem aperit, ad quem loquitur. Post hæc declarans hanc vitæ rationem non esse priori contrariam, sed hoc quoque voluisse Deum, ut D illo sacrificio antiquato in ejus locum hoc induceretur; nam erat correctionis vehementia, non contrarietas, aut pugna: ubi dixisset; *In capite libri scriptum est de me*, subjecit: *ut facerem voluntatem tuam Deus, volui & legem tuam in medio ventris mei.* Post exponens, quæ tandem esset voluntas Dei; prætermissa mentione hostiarum, holocautomatum, oblationum, laborum ac sudorum, ait; *Annunciavi justitiam in Ecclesia magna.* Quid est hoc, *Annunciavi justitiam in Ecclesia magna?* Non dixit, dedi: sed, E annunciavi. Quid tandem igitur? Non ex benefactis, nec laboribus, nec pensatione; sed ex sola gratia justificavit genus nostrum. Quod & Paulus declarans dicit; *Nunc autem absque lege justitia Dei manifestata est: justitia autem Dei per fidem Jesu Christi*, non per ullum sudorem aut laborem. Et hoc assumto testimonio hunc in modum loquitur. *Umbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam rerum imaginem, singulis annis iisdem hostiis, quas semper offerunt, num-*

Gen. 1. 26. — Psal. 39. 10. — Rom. 3. 21. — Heb. 10. 1.

[b] Sex MSS. παρέῳξα.

quam potest accedentes perfectos reddere. Ideo Psal. 39. 7. *ingrediens mundum dicit; sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem adaptasti mihi:* significans ingressum Unigeniti in mundum, per carnis dispensationem. Sic enim ad nos venit, non locum loco commutans, qui namque hoc conveniat in eum, qui est ubique, quique cuncta complet? sed per carnem nobis factus est conspicuus. Caeterum quoniam non solum adversus Judaeos est nobis pugna, verum etiam adversus Gentiles, ac multos haereticos: age profundiorem sensum quemdam hic vobis aperiamus, quaeramusque quid tandem sibi velit, quod cum Paulus innumerabilia haberet testimonia, quae docerent cessare legem veteresque ritus, hujus meminit: neque enim temere neque fortuito id fecit, sed ratione ac sapientia quadam ineffabili. Quod enim alia quoque habuerit testimonia, tum majora, tum vehementiora, si voluisset adducere; omnes con- Hesai. 1. 11. fitebuntur. Hesaïas enim ait; *Non est mihi voluntas in vobis, plenus sum holocautomatibus arietum; & adipem agnorum & sanguinem taurorum & hircorum nolo, neque si veneritis in conspectum meum. Quis enim exquisivit haec de manibus vestris? Si obtuleritis mihi similaginem, frustra facietis: incensum, abo-* Hesai. 43. 22. *minatio mihi est.* Et alibi rursum: *Non nunc advocavi te Jacob, neque molestiam tibi exhibui Israël, non glorificasti me in sacrificiis, neque servisti mihi in donis tuis; neque tibi molestus fui in thure, neque parasti mihi ar-* Jerem. 6. 20. *gento suffitum.* Jeremias autem; *Ad quid mihi thus e Saba offers, & cinamomum e terra longinqua? holocautomata vestra non delec-* Idem. 7. 21. *taverunt me.* Ac rursus, *holocautomata vestra una cum reliquis sacrificiis vestris colligite, & comedite carnes.* Et alius insuper Pro- Amos 5. 23. phetarum sic ait: *Aufer a me strepitum cantionum tuarum, & psalmum organorum tuorum non audiam.* Rursus alibi, cum Judaei Mich. 6. 7. dicerent: *An accipiet Dominus in holocautomatibus, si dedero primogenita mea pro impietate mea, fructum ventris mei pro peccato animae?* Propheta increpans illos, dicebat; *Annunciatum est tibi homo quid sit bonum, & quid Dominus Deus quaerat abs te, ut diligas misericordiam, & facias judicium & justitiam, ut paratus sis ambulare post Dominum Deum tuum.* David quoque sic dicebat: Psal. 49. 10. *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.* Quare, cum tot posset afferre testimonia, per quae Deus videtur illa sacrificia rejicere, neomenias, Sabbata, dies festos, omnibus illis omissis, hujus unius meminit? Non temere id factum, neque fortuito, sed jam causam dicemus. Multi infideles, & ex Judaeis ipsis pugnantes adversus nos, dicunt veterem religionem antiquatam esse, non quod ipsa esset imperfecta, neque quod inducta sit major, nostra videlicet religio, sed propter improbitatem eorum, qui tum offerebant sacrificia. Hesaïas itaque Hesai. 1. 15. dicit: *Si extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis. Si multiplicaveritis*

A ἐργοσιν εἰς τὸ διηνεκὲς οὐδέ ποτε δύνανται τοὺς προσερχομένους τελειῶσαι· διὸ εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον λέγει, θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι· εἴσοδον τοῦ μονογενοῦς εἰς τὸν κόσμον λέγων, τὴν διὰ σαρκὸς οἰκονομίαν. οὕτω γὰρ πρὸς ἡμᾶς παρεγένετο, οὐ τόπον ἀμείψας ἐκ τόπου, πῶς γὰρ ὁ πανταχοῦ ὢν, καὶ πάντα πληρῶν; ἀλλὰ διὰ σαρκὸς ἡμῖν φανερωθείς. ἀλλ' ἐπειδὴ οὐχὶ πρὸς Ἰουδαίους ἐστὶν ἡμῖν ἡ μάχη μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς Ἕλληνας καὶ πολλοὺς τῶν αἱρετικῶν, φέρε βαθύτερόν τι νόημα ἐντεῦθεν ὑμῖν ἀποκαλύψωμεν, καὶ ζητήσωμεν, τί δή ποτε, μυρίας ἔχων μαρτυρίας ὁ Παῦλος, αἳ τὸν νόμον ἀργεῖν ποιοῦσι καὶ τὴν παλαιὰν πολιτείαν, B ταύτης ἐμνημόνευσεν. οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς, οὐδὲ ὡς ἔτυχε, τοῦτο ἐποίησεν, ἀλλὰ μετά τινος λόγου καὶ σοφίας ἀφάτου. ὅτι γὰρ καὶ ἑτέρας εἶχε μαρτυρίας μακροτέρας καὶ σφοδροτέρας, εἴπερ ἐβούλετο παραγαγεῖν, ὑπὲρ τῆς ὑποθέσεως ταύτης, πάντες ἂν ὁμολογήσαιμεν. καὶ γὰρ ὁ [a] Ἡσαΐας φησίν, οὐκ ἔστι μοι θέλημα ἐν ὑμῖν, πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων κριῶν· καὶ στέαρ ἀρνῶν, καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι, οὐδὲ ἐὰν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι. τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; ἐὰν προσφέρητέ μοι σεμίδαλιν, μάταιον· θυμίαμα, βδέλυγμά μοι ἐστίν. καὶ ἑτέρωθι πάλιν· οὐ νῦν ἐκάλεσά σε Ἰακώβ, οὐδὲ ἔκοπόν σε ἐποίησα Ἰσραήλ, οὐκ ἐδόξασάς με ἐν θυσίαις, C οὐδὲ ἐδούλευσάς μοι ἐν δώροις σου, οὐδὲ ἔγκοπόν σε ἐποίησα ἐν λιβάνῳ, οὐδὲ ἐκτήσω μοι ἀργυρίου θυμίαμα. καὶ ὁ Ἱερεμίας δέ, ἵνα τί μοι λίβανον ἐκ Σαβᾶ φέρεις καὶ κινάμωμον ἐκ γῆς μακρόθεν, τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν οὐχ ἥδυνάν με. καὶ πάλιν· [b] συναγάγετε τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν, μετὰ τῶν θυσιῶν ὑμῶν, καὶ φάγετε κρέα. καὶ ἕτερος δὲ τῶν προφητῶν οὕτως ἔλεγε, μετάστησον ἀπ' ἐμοῦ ἦχον ᾠδῶν σου, καὶ ψαλμὸν ὀργάνων σου οὐκ ἀκούσομαι. καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ τῶν Ἰουδαίων λεγόντων, εἰ προσδέξεται κύριος ἐν ὁλοκαυτώμασιν, εἰ δώσω πρωτότοκά μου ὑπὲρ ἀσεβείας μου, καρπὸν κοιλίας μου ὑπὲρ ἁμαρτίας ψυχῆς μου; καὶ ὁ προφήτης ἐπιτιμῶν αὐτοῖς ἔλεγεν, D. ἀπηγγέλη σοι ἄνθρωπε τί καλόν, καὶ τί κύριος ὁ θεὸς ἐκζητεῖ παρὰ σοῦ, ἀλλ' ἢ ἀγαπᾷν ἔλεον, καὶ ποιεῖν κρίμα καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἕτοιμον εἶναι πορεύεσθαι ὀπίσω κυρίου τοῦ θεοῦ σου. καὶ ὁ Δαυῒδ οὕτως ἔλεγεν· οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους, οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου χιμάρρους. τίνος οὖν ἕνεκεν τοσαύτας ἔχων μαρτυρίας εἰπεῖν, δι' ὧν ὁ θεὸς φαίνεται τὰς θυσίας παραιτούμενος ἐκείνας, τὰς νουμηνίας, τὰ σάββατα, τὰς ἑορτάς, πάσας ἐκείνας ἀφείς, ταύτης ἐμνήσθη μόνης; οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ὡς ἔτυχεν, ἀλλ' ἤδη τὴν αἰτίαν ἐροῦμεν. πολλοὶ τῶν ἀπίστων καὶ Ἰουδαίων αὐτῶν μαχόμενοι πρὸς ἡμᾶς λέγουσιν, ὅτι ἡ παλαιὰ κα- E ταλέλυται πολιτεία, οὐ διὰ τὸ [c] ἀτελέστατον αὐτῆς, οὐδὲ διὰ τὸ μείζονα εἰσενεχθῆναι τὴν ἡμετέραν πολιτείαν, ἀλλὰ διὰ τὴν πονηρίαν τῶν τότε προσφερόντων τὰς θυσίας. ὁ γοῦν Ἡσαΐας φησίν, ἐὰν ἐκτείνητε τὰς χεῖρας ὑμῶν, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν. καὶ ἐὰν πληθύ-

a Tres MSS. Ἡσαΐας δεικνὺς μισουμένας τὰς αὐτῶν θυσίας ἐκ προσώπου φησὶ τοῦ θεοῦ· τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; πλήρης εἰμί, ὁλοκαυτώματα κριῶν.

b συναγάγετε deest in Savil. & in quibusdam MSS. Mox iidem, θυσιῶν ὑμῶν μεμίσηκα, καὶ φάγετε.

c Alii, ἀτέλεστον. Mox iidem, εἰσενηνέχθαι.

νητε τὴν δέησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν. εἶτα τὴν αἰτίαν προστιθεὶς, ἐπάγει λέγων· αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστι τῶν θυσιῶν κατηγορία, ἀλλὰ τῆς τῶν προσαγόντων πονηρίας ἔγκλημα, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐδέχετο τὰς θυσίας, ἐπειδὴ μιαραῖς αὐτὰς προσῆγον χερσί. πάλιν ὁ Δαυὶδ εἰπὼν, ὅτι οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους, οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου χιμάῤῥους, ἐπήγαγε λέγων· τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ θεὸς, ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ τοῦ στόματός σου; σὺ δὲ ἐμίσησας παιδείαν, καὶ ἐξέβαλες τοὺς λόγους μου εἰς τὰ ὀπίσω. εἰ ἐθεώρεις κλέπτην, συνέτρεχες αὐτῷ, καὶ μετὰ μοιχῶν τὴν μερίδα σου ἐτίθεις. τὸ στόμα σου ἐπλεόνασε κακίαν, καὶ ἡ γλῶσσά σου περιέπλεκε δολιότητα. καθήμενος κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου κατελάλεις, καὶ κατὰ τοῦ υἱοῦ τῆς μητρός σου ἐτίθεις σκάνδαλον. ὅθεν δῆλον, ὅτι οὐχ ἁπλῶς ἐνταῦθα παρῃτήσατο τὰς θυσίας, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐμοίχευον, ἐπειδὴ ἔκλεπτον, ἐπειδὴ τοῖς ἀδελφοῖς ἐπεβούλευον. καὶ ἕκαστος δέ φησι τῶν προφητῶν, κατηγορῶν τῶν προσαγόντων τὰς θυσίας, οὕτως αὐτὰς τὸν θεὸν παραιτεῖσθαι λέγει.

Ταῦτα οἱ ἀντιλέγοντες ἡμῖν λέγουσιν, ἀλλ' ἀρκοῦσαν ἔδωκεν αὐτοῖς πληγὴν ὁ Παῦλος, καὶ ἱκανῶς αὐτῶν ἐπεστόμισε τὴν ἀναισχυντίαν, διὰ τῆς μαρτυρίας ταύτης. βουλόμενος γὰρ δεῖξαι, ὅτι αὐτὴν τὴν πολιτείαν ὡς ἀτελεστέραν ἀπώσατο ὁ θεὸς, καὶ ἄργην ἐποίησε, ταύτης ἐπελάβετο τῆς μαρτυρίας, ἐν ᾗ κατηγορία μὲν τῶν προσαγόντων οὐκ ἔστι, τὸ δὲ ἀτελὲς αὐτῆς γυμνὸν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ φαίνεται. ὁ γὰρ προφήτης οὐδὲν κατηγορήσας τῶν Ἰουδαίων, ἁπλῶς οὕτω φησὶν, θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ τῆς ἁμαρτίας οὐκ ηὐδόκησας. καὶ ἑρμηνεύων τοῦτο ὁ Παῦλος, ἔλεγεν, ἀναιρεῖ τὸ πρῶτον· ἵνα τὸ δεύτερον στήσῃ. ἐπεὶ μὲν γὰρ εἶπε· θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ [a] ἠθέλησας, εἶτα εἰπὼν, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, καὶ δείξας ἑτέραν εἰσενηνέχθαι θυσίαν, οὐδεμίαν λοιπὸν ἐλπίδα ἔδωκε τοῦ πάλιν ἐκείνην ἐπανελθεῖν. καὶ αὐτὸ τοῦτο ἑρμηνεύων ὁ Παῦλος, ἔλεγεν, ὅτι διὰ τῆς προσφορᾶς ταύτης ἡγιασμένοι ἐσμὲν ἐν τῷ θελήματι τοῦ Χριστοῦ. εἰ γὰρ αἷμα ταύρων καὶ τράγων, φησὶ, καὶ σποδὸς δαμάλεως ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμένους ἁγιάζει πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα, πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ὃς διὰ πνεύματος ἁγίου προσήνεγκεν ἑαυτὸν ἄμωμον, καθαριεῖ τὴν συνείδησιν ἡμῶν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων; ὅτι μὲν οὖν ἐκείνη πέπαυται, καὶ ἑτέρα ἀντεισενήνεκται, καὶ οὐκ ἔτι λοιπὸν ἀναστήσεται, ἱκανῶς ἐντεῦθεν ἀποδέδεικται. φέρε δὴ λοιπὸν, ὃ πάλαι ἐσπουδάζομεν δεῖξαι, ὅτι καὶ τῆς ἱερωσύνης ὁ τρόπος ἐκεῖνος οὐκ ἔτι φαίνεται, οὐδὲ ἐπανήξει πάλιν, ῥητῶς τοῦτο καὶ σαφῶς ἀπὸ τῶν γραφῶν αὐτῶν ποιήσωμεν φανερὸν, ὀλίγα πρότερον ὑμῖν προειπόντες, ὥστε σαφεστέραν γενέσθαι τὴν τῶν λεγομένων τὴν ἑρμηνείαν. Ἀβραὰμ ἐπανελθὼν ἀπὸ τῆς Περσίδος, ἐγέννησε τὸν Ἰσαὰκ, εἶτα ἐκεῖνος τὸν Ἰακὼβ, ὁ Ἰακὼβ τοὺς δώδεκα παῖδας, ἐξ ὧν ἐγένοντο δέκα καὶ δύο φυλαὶ, μᾶλλον δὲ τρισκαίδεκα· ἀντὶ γὰρ τοῦ Ἰωσὴφ οἱ παῖδες αὐτοῦ, Ἐφραὶμ καὶ Μανασσῆς ἐγένοντο φύλαρχοι. καὶ

[a] Savil. & quidam Mss. ἠθέλησας, καὶ ἐσίγησεν, εἶχεν ἄν τινα χώραν ὡς

A *obsecrationem, non exaudiam vos*: mox causam addens, prosequitur; *Manus enim vestræ sanguine plenæ.* Hoc autem non est sacrificia accusare, sed offerentium iniquitatem criminari. Et ideo non accepta habuit sacrificia, quod ea manibus impuris offerrent. Rursum David cum dixisset, *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos*: adjecit: *Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu autem odisti disciplinam, & abjecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas: os tuum abundavit malitia, & lingua tua* B *contexebat dolos: sedens, adversus fratrem tuum obtrectabas, & adversus filium matris tuæ ponebas offendiculum.* Unde perspicuum est, quod non hic omnino rejecit sacrificia, sed quoniam mœchabantur, quoniam furabantur, quoniam fratribus insidiabantur. Certe cum unusquisque Prophetarum, inquiunt, accuset offerentes sacrificia, sic illa Deum respuisse dicit.

Psal. 49. 10.

4. Hæc adversarii nostri dicunt, sed Paulus illis plagam satis magnam inflixit, & abunde illorum impudentiæ silentium imposuit, hoc testimonio. Cum enim vellet ostendere, Deum ipsam Judæorum religionem ut C imperfectiorem rejecisse, irritamque fecisse: hoc assumsit testimonium, in quo accusatio offerentium nulla est, sed ipsius religionis imperfectio nuda per se declaratur. Propheta enim nulla in re accusans Judæos, simpliciter sic loquitur: *Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem adaptasti mihi, holocautomata & pro peccato non probasti.* Idque exponens Paulus ait: *Tollit prius, ut posterius statuat.* Nam posteaquam dixit, *Sacrificium & oblationem noluisti*: deinde addidit, *corpus autem adaptasti mihi*: postquam D ostendit aliud inductum sacrificium, nullam præterea spem dedit futurum, ut illud restitueretur. Et hoc ipsum interpretans Paulus, dixit: *Per oblationem hanc sanctificati sumus in voluntate Christi. Si enim sanguis taurorum & hircorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad carnis emundationem: quanto magis sanguis Jesu Christi, qui per spiritum sanctum obtulit semetipsum immaculatum, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis?* Itaque quod illud sacrificium antiquatum sit, & aliud in ejus locum inductum, quodque posthac illud non sit restituendum satis, ex his demonstratum est. E Age jam superest, ut quod dudum conati sumus demonstrare, illius sacerdotii ritus neque jam apparere, neque denuo redituros, evidenter hoc palamque e Scripturis ipsis dilucidum faciamus, pauca prius vobis præfati, quo fiat evidentior eorum quæ dicentur enarratio. Abraham reversus e Perside genuit Isaac, Isaac deinde Jacob, Jacob duodecim filios, ex quibus profectæ sunt duodecim tribus, vel potius tredecim. Quandoquidem loco Joseph duo ipsius filii Ephraïm & Manasses exstiterunt tribuum principes. Et

Probatur legem sublatam fuisse, non ob peccata Judæorum, sed quod imperfecta esset.

Psal. 49. 9.

Heb. 10. 9.

Heb. 9. 13.

ἀπολογίας ὁ λόγος· τοῦ δὲ εἰκὼ, σῶμα δὲ κατηρτίσω.

quemadmodum unicuique filiorum Jacob, tribus cognomine respondebat Ruben, Simeon, Levi, Juda, Nephthalim, Gad, Aser, Benjamin: sic sub Joseph duo illius filii cognomen indebant tribubus. Et appellabantur altera quidem Ephraim, altera vero Manasse. Harum itaque tredecim, cæteræ quidem omnes agros habebant ac proventus multos, & agricolabantur omnes, reliquaque omnia exercebant ad victum pertinentia. Cæterum tribus Levi sola honorata sacerdotio, a negotiis ad victum pertinentibus liberata erat, neque colebant agros, neque tractabant artes, neque præterea quidquam hujus generis exercebant, sed soli sacerdotio vacabant, ac decimas accipiebant a toto populo tum vini, tum frumenti, tum hordei, & de aliis rebus omnibus decimam illis portionem dabant omnes, & hic erat illis proventus. Nec fas erat ex ulla alia tribu sacerdotem umquam fieri. Ex hac enim tribu factus est Aaron nimirum de tribu Levi, ac per successionem illius posteri sacerdotium accipiebant, neque quisque umquam sacerdos ex alia tribu creatus est. Hi itaque Levitæ decimas ab illis accipiebant, & sic alebantur. Sed ante Jacob, sub Isaac, sub Abraham, cum nondum esset Moses, nondum scripta lex, nondum Leviticum sacerdotium esset proditum, non tabernaculum, non templum esset, non tribus discretæ, non Jerusalem exstaret, cum nullus omnino in Judæos rerum principatum occupasset; fuit quidam Melchisedech sacerdos Dei altissimi. Hic Melchisedech erat rex idem & sacerdos: typus enim futurus erat Christi, cujus & scriptura manifeste meminit. Cum enim Abraham Persas adortus, fratris filio Lot ex illorum manibus erepto, omnibus spoliis direptis rediret, hostibus virtute devictis; hunc in modum de Melchisedec loquitur Scriptura:

Gen. 14. 18. *Et Melchisedec rex Salem obtulit panem ac vinum; erat enim sacerdos Dei altissimi, & benedixit Abrahæ, dixitque; Benedictus es Abraham Deo altissimo, qui creavit cælum & terram, & benedictus Deus altissimus, qui tradidit inimicos tuos in manus tuas. Et dedit illi decimas ex omnibus Abraham.* Si quis igitur Prophetarum exstitit, qui dicat, quod post Abraham, postque sacerdotium illud, & hæc sacrificia atque oblationes, exoriturus esset sacerdos alius, non ex illa tribu, sed ex alia, ex qua numquam creatus est sacerdos, non secundum ordinem Aaronis, sed secundum ordinem Melchisedec: manifestum est, quod vetus sacerdotium cessavit, aliud autem novum in illius locum inductum est. Nam si futurum erat, ut vetus illud obtineret, non secundum ordinem Melchisedec, sed secundum ordinem Aaron oportuit dici. Quis igitur hoc dicit? Hic ipse qui de sacrificiis loquutus, de Christo disserens hoc quoque alicubi dixit: *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis.*

5. Deinde ne quis de vulgarium hominum aliquo suspicaretur illud esse dictum, non dicit hoc Hesaïas, neque Jeremias, neque quisquam alius Propheta privatæ con-

a Savil. & alii, δύο φυλῶν.

A καθάπερ ἑκάστῳ τῶν υἱῶν Ἰακὼβ ἐπώνυμος ἦν φυλὴ, τοῦ Ῥουβὴμ, τοῦ Συμεὼν, τοῦ Λευὶ, τοῦ Ἰούδα, τοῦ Νεφθαλὶμ, τοῦ Γὰδ, τοῦ Ἀσὴρ, τοῦ Βενιαμὶν, οὕτως ἐπὶ τοῦ Ἰωσὴφ οἱ παῖδες οἱ ἐκείνου, Μανασσῆς καὶ Ἐφραὶμ, [a] δύο φυλαὶ γεγόνασιν ἐπώνυμοι. καὶ ἐκαλεῖτο φυλὴ ἡ μὲν τοῦ Ἐφραὶμ, ἡ δὲ τοῦ Μανασσῆ. τῶν τρισκαίδεκα τοίνυν τούτων φυλῶν, αἱ μὲν ἄλλαι πᾶσαι ἀγροὺς εἶχον καὶ προσόδους πολλὰς, καὶ ἐγεώργουν πᾶσαι, καὶ τὰ ἄλλα ἅπαντα ἔπραττον τὰ βιωτικά. ἡ δὲ τοῦ Λευὶ φυλὴ, ἱερωσύνῃ τιμηθεῖσα, μόνη τῶν μὲν βιωτικῶν ἔργων ἀπήλλακτο, καὶ οὐδὲ ἐγεώργουν, οὐδὲ τέχνας μετῄεσαν, οὐδὲ ἄλλο τι τοιοῦτον ἐπραγματεύοντο, B ἀλλὰ τῇ ἱερωσύνῃ προσεῖχον μόνῃ, καὶ δεκάτας ἐλάμβανον παρὰ παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ οἴνου, καὶ πυροῦ καὶ κριθῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, τὰς δεκάτας αὐτοῖς ἐδίδοσαν πάντες, καὶ τοῦτο ἦν αὐτοῖς πρόσοδος. καὶ οὐκ ἐξῆν ἐξ οὐδεμίας ἄλλης φυλῆς ἱερέα γενέσθαι ποτέ. ἀπὸ γὰρ ταύτης ἐγένετο τῆς φυλῆς Ἀαρὼν, τῆς Λευὶ λέγω, καὶ κατὰ διαδοχὴν οἱ [b] ἔκγονοι ἐκείνου τὴν ἱερωσύνην ἐδέχοντο, καὶ οὐδεὶς οὐδέποτε ἐξ ἑτέρας ἐγένετο φυλῆς ἱερεύς. οὗτοι τοίνυν οἱ Λευῖται δεκάτας παρ' αὐτῶν ἐλάμβανον, καὶ οὕτως ἐτρέφοντο. ἀλλὰ καὶ πρὸ τοῦ Ἰακὼβ ἐπὶ τοῦ Ἰσαὰκ, ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ, οὔπω γενομένου Μωϋσέως, οὐδὲ νόμου C γραφέντος, οὐδὲ τῆς ἱερωσύνης τῆς Λευιτικῆς δήλης οὔσης, οὐ σκηνῆς, οὐ ναοῦ γενομένου, οὐ τῶν φυλῶν διακεκριμένων, οὐ τῆς Ἱερουσαλὴμ φαινομένης, οὐδενὸς ὅλως οὐδέπω τῶν κατὰ Ἰουδαίων πραγμάτων ἀρχὴν λαβόντος, ἐγένετό τις Μελχισεδὲκ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου. οὗτος ὁ Μελχισεδὲκ ὁμοῦ καὶ βασιλεὺς καὶ ἱερεὺς ἦν· τύπος γὰρ ἔμελλεν ἔσεσθαι τοῦ Χριστοῦ, καὶ μέμνηται αὐτοῦ σαφῶς ἡ γραφή. ἐπειδὴ γὰρ ὁ Ἀβραὰμ τοῖς Πέρσαις ἐπιπεσὼν, καὶ τὸν ἀδελφιδοῦν τὸν ἑαυτοῦ τὸν Λὼτ ἐξαρπάσας τῶν ἐκείνων χειρῶν, καὶ τὰ λάφυρα λαβὼν πάντα, ἐπανῄει νικήσας κατακράτος ἐκείνους, οὕτω πως περὶ τοῦ Μελχισεδὲκ ἡ D γραφή φησι· Καὶ Μελχισεδὲκ βασιλεὺς Σαλὴμ, ἐξήνεγκεν ἄρτους καὶ οἶνον· ἦν δὲ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου· καὶ ηὐλόγησε τὸν Ἀβραὰμ, καὶ εἶπεν, Εὐλογημένος Ἀβραὰμ τῷ θεῷ τῷ ὑψίστῳ, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ εὐλογητὸς ὁ θεὸς ὁ ὕψιστος, ὃς παρέδωκε τοὺς ἐχθρούς σου ὑποχειρίους σοι. καὶ ἔδωκεν αὐτῷ δεκάτην ἀπὸ πάντων Ἀβραάμ. ἂν τοίνυν φανῇ τις τῶν προφητῶν, λέγων, ὅτι μετὰ τὸν Ἀαρὼν καὶ τὴν ἱερωσύνην ἐκείνην, καὶ τὰς θυσίας ταύτας, καὶ τὰς προσφορὰς, ἀναστήσεται ἱερεὺς ἕτερος, οὐκ ἀπὸ τῆς φυλῆς ἐκείνης, ἀλλ' ἐξ ἑτέρας, ἀφ' ἧς οὐδέποτε γέγονεν ἱερεὺς, οὐ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν, ἀλλὰ κατὰ E τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, εὔδηλον, ὅτι ἡ μὲν παλαιὰ πέπαυται ἱερωσύνη, ἑτέρα δὲ νέα ἀντεισενήνεκται. εἰ γὰρ ἔμελλεν ἡ παλαιὰ κρατεῖν, οὐ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, ἀλλὰ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν, ἔδει λέγεσθαι. τίς οὖν τοῦτό φησιν; αὐτός ἐστιν ὁ περὶ τῶν θυσιῶν εἰπὼν, περὶ τοῦ Χριστοῦ διαλεγόμενος, καὶ ποῦ τοῦτο φησίν; Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου.

Εἶτα, ἵνα μὴ περί τινος τῶν πολλῶν ἀνθρώπων τοῦτο ὑποπτεύῃ τις λέγεσθαι, οὔ φησιν αὐτὸ ὁ Ἡσαΐας, οὔτε Ἱερεμίας, οὔτε ἄλλος τις προφήτης, ἰδιώτης γενόμενος,

b Alii, ἔγγονοι. Infra quinque MSS. πρὸ τοῦ Ἰακὼβ τοῦ Ἰσαάκ.

A ἀλλ' αὐτὸς ὁ βασιλεύς· ἵνα μάθῃς, ὅτι ὁ βασιλεὺς κύριον ἑαυτοῦ οὐδένα καλέσαι δύναται, ἀλλ' ἢ τὸν θεὸν μόνον. εἰ μὲν γὰρ ἰδιώτης ἦν· ἴσως ἄν τις εἶπε τῶν ἀναισχυντούντων, ὅτι περὶ ἀνθρώπου λέγει· νυνὶ δὲ βασιλεὺς ὤν, ἄνθρωπον ἑαυτοῦ κύριον οὐκ ἂν ἐκάλεσεν. πῶς δ' ἄν, εἰ περί τινος τῶν πολλῶν ἀνθρώπων ἔλεγε ταῦτα ὁ Δαυΐδ, εἶπεν ἄν, ὅτι καὶ ἐκ δεξιῶν ἐκάθισε τῆς ἀπορρήτου καὶ μεγάλης δόξης ἐκείνης; τοῦτο γὰρ ἀμήχανον. περὶ δὲ τούτου φησίν, εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. εἶτα, ἵνα μὴ νομίσῃς, αὐτὸν ἀσθενῆ εἶναι καὶ ἀδύνατον, ἐπήγαγε, μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου. B καὶ σαφέστερον δηλῶν ἔλεγεν, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. πρὸ ἑωσφόρου δὲ οὐδεὶς ἀνθρώπων γεγέννηται. σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ· οὐκ εἶπε, κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρών. ἐρώτησον τοίνυν τὸν Ἰουδαῖον, εἰ μὴ ἔμελλεν ἡ ἱερωσύνη καταλύεσθαι ἡ παλαιά, τίνος ἕνεκεν ἕτερον εἰσήγαγεν ἱερέα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ; εἰς τοῦτο γοῦν αὐτὸ τὸ χωρίον ἐλθὼν ὁ Παῦλος, ὅρα πῶς αὐτὸ σαφέστερον ἐποίησεν. εἰπὼν γὰρ περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι καθὼς ἐν ἑτέρῳ λέγει, σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ, ἐπήγαγε· περὶ οὗ πολὺς ἡμῖν ὁ λόγος καὶ δυσερμήνευτος. C εἶτα, ἐπιτιμήσας τοῖς μαθηταῖς, δεῖ γὰρ ἐπιτεμεῖν, λέγει, τίς ἐστιν ὁ Μελχισεδέκ, καὶ ἐπάγει τὴν ἱστορίαν, οὕτω λέγων· οὗτος ὁ συναντήσας Ἀβραὰμ ὑποστρέφοντι ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων, καὶ εὐλογήσας αὐτόν, ᾧ καὶ δεκάτην ἐμέρισεν ἀπὸ πάντων Ἀβραάμ. εἶτα, ἐκκαλύπτων τὸ θεώρημα τοῦ τύπου, θεωρεῖτε δὲ πηλίκος οὗτος, φησίν, ᾧ καὶ δεκάτην ἐμέρισεν ἀπὸ πάντων Ἀβραὰμ ὁ πατριάρχης. τοῦτο δὲ οὐχ ἁπλῶς ἔλεγεν, ἀλλ' ἐνδείξασθαι βουλόμενος, ὅτι πολλῷ μείζων ἡ καθ' ἡμᾶς ἱερωσύνη τῆς Ἰουδαϊκῆς· καὶ ἐν τοῖς τύποις αὐτοῖς τῶν πραγμάτων, προλαβοῦσα ἡ ὑπεροχὴ διαδείκνυται. D ὁ γὰρ Ἀβραὰμ τοῦ Ἰσαὰκ πατὴρ ἦν, καὶ τοῦ Ἰακὼβ πάππος, καὶ Λευῒ πρόγονος, τοῦ γὰρ Ἰακὼβ υἱὸς ἦν ὁ Λευΐ. ἀπὸ γὰρ Λευῒ ἡ ἱερωσύνη παρὰ Ἰουδαίοις τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν, ἀλλ' οὗτος ὁ Ἀβραὰμ ὁ πρόγονος τῶν Λευιτῶν, τῶν Ἰουδαϊκῶν ἱερέων, ἐπὶ τοῦ Μελχισεδέκ, ὃς ἦν τύπος τῆς καθ' ἡμᾶς ἱερωσύνης, λαϊκοῦ τάξιν ἐπεῖχε· καὶ τοῦτο δι' ἀμφοτέρων ἐδήλωσε, καὶ διὰ τοῦ δοῦναι δεκάτην, οἱ γὰρ λαϊκοὶ τοῖς ἱερεῦσι τὰς δεκάτας διδόασι, καὶ ὅτι ηὐλογήθη παρ' αὐτοῦ· οἱ γὰρ λαϊκοὶ παρὰ τῶν ἱερέων εὐλογοῦνται. πάλιν ὅρα πόση ἡ ὑπεροχὴ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱερωσύνης, E ὅταν Ἀβραὰμ ὁ πατριάρχης τῶν Ἰουδαίων, ὁ πρόγονος τῶν Λευιτῶν, [a] εὑρίσκηται ὑπὸ τοῦ Μελχισεδὲκ εὐλογούμενος, καὶ δεκάτας διδούς. καὶ γὰρ ἀμφότερα ταῦτά φησιν ἡ παλαιά, ὅτι καὶ εὐλόγησεν ὁ Μελχισεδὲκ τὸν Ἀβραάμ, καὶ δεδεκάτωκεν αὐτόν. ταῦτα γοῦν αὐτὰ εἰς μέσον ἀγαγὼν ὁ Παῦλος, ἔλεγε, θεωρεῖτε δὲ πηλίκος οὗτος; οὗτος τίς; ὁ Μελχισεδέκ φησιν, ᾧ καὶ δεκάτην Ἀβραὰμ ἐκ τῶν ἀκροθινίων ἔδωκεν ὁ πατριάρχης ἐκείνων, καὶ οἱ μὲν ἐκ τῶν υἱῶν Λευῒ τὴν ἱερω-

A ditionis, sed ipse rex: ut intelligeres, quod non possit rex hominem appellare suum Dominum, sed Deum solum. Nam si privatus fuisset; fortassis aliquis impudens dixisset, illum de homine loqui: nunc cum rex fuerit, hominem non appellaverit Dominum suum. Quomodo enim si de quopiam vulgarium hominum hæc loquutus fuisset David, dixisset, quod etiam a dextris consedisset ineffabilis ac summæ illius majestatis? Hoc enim impossibile. De hoc vero ait; *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Psal. 109. 1. Deinde ne putares eum imbecillem B esse minusque potentem; *Tecum*, inquit, *principatus est in diebus potentiæ tuæ.* Manifestius etiam declarans, addidit: *ex utero ante Luciferum genui te.* Ante Luciferum autem nullus hominum fuit genitus. *Tu sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.* Heb. 5. 6. Non dixit secundum ordinem Aaron. Proinde percontare Judæum, si sacerdotium vetus non erat antiquandum, quam ob caussam induxit alium sacerdotem secundum ordinem Melchisedec? Ad hunc igitur ipsum locum perveniens Paulus, vide quomodo illum evidentiorem reddiderit, cum enim dixisset de Christo, quemadmodum & alibi C loquitur, *Tu sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec:* subjunxit; *de quo multus nobis sermo, & enarratu difficilis.* Deinde cum increpasset discipulos, ut paucis dicam, ait, quis ille sit Melchisedec; & adducit historiam, ita narrans: *Hic occurrit Abrahæ revertenti a concisione regum, benedixitque illi, cui & decimas de omnibus impartitus est Abraham.* Hebr. 7. 1. Post aperiens considerationem figuræ: *Contemplamini autem quantus sit iste*, inquit, *cui etiam decimas de omnibus impartitus est Abraham Patriarcha.* Heb. 7. 4. Hoc autem non sine caussa dixit, sed ostendere cupiens, multo majus esse sacerdotium D nostrum quam Judæorum. Atque in ipsis typis prius rerum excellentia declaratur. Nam Abraham Isaaci erat pater, avus Jacobi, proavus Levi, siquidem Jacobi filius erat Levi. Ex Levi sacerdotium apud Judæos sumsit originem. Verum hic Abraham progenitor Levitarum ac Judaïcorum sacerdotum, sub Melchisedec, qui typum gerebat nostri sacerdotii, laici locum obtinuit; idque duplici modo declaravit; primum quod illi dederit decimas: nam laici sacerdotibus dabant decimas; deinde quod benedictionem acceperit ab eo: etenim laici a sacerdotibus be- E nedictionem accipiunt. Rursum considera, quanta sit excellentia nostri sacerdotii, quando Abraham Patriarcha Judæorum, progenitor Levitarum, comperitur benedictionem accipere a Melchisedec, illique dare decimas. Gen. 14. Nam utrumque narrat vetus testamentum, & quod Melchisedec benedixerit Abrahæ, & quod decimas ab eo acceperit. His igitur ipsis in medium adductis Paulus dicebat: *Considerate, quantus est iste? Quis? Melchisedec*, inquit, *cui etiam decimas Abraham ex præcipuis dedit, ipsorum Patriarcha.* Heb. 7. 4. *Et quidem ii qui sunt ex filiis Levi, sacerdo-*

[a] Morel. & quidam MSS. εὑρίσκεται. Mox quidam MSS. Ἀβραάμ, καὶ ὅτι | δεκάτας ἔλαβε παρ' αὐτοῦ. ταῦτα γοῦν.

tium accipientes, mandatum habent, ut decimas accipiant a populo, hoc est a fratribus suis, quamquam egressis e lumbis Abrahæ. Quod autem dicit, tale est. Levitæ, inquit, qui apud Judæos sunt sacerdotes, mandatum acceperunt juxta legem, ut decimas acciperent ab aliis Judæis, tametsi omnes progeniti sunt ex Abraham, tam Levitæ, quam reliquus populus: nihilominus decimas accipiunt a fratribus suis. Melchisedec vero, qui non ducit originem ab illis, neque enim ex Abraham progenitus erat, neque ex tribu Levitica, sed ex alio genere: decimavit Abraham, hoc est decimas accepit ab Abraham, nec id solum, verum & aliud quiddam fecit: eidem qui promissiones habebat, videlicet Abrahamo, benedixit. Et quid hoc, inquis, significat? Quod hic illo multo sit inferior. Quomodo? *Citra omnem controversiam quod minus est a majore benedictionem accipit.* (Heb. 7. 7.) Itaque nisi Abraham progenitor Levitarum fuisset inferior Melchisedec, nequaquam illi hic benedixisset, neque huic ille decimas dedisset. Deinde volens ostendere, per Melchisedec hoc advenisse, subjecit dicens: *Et ut ita loquar:* (Ibid.) hoc est, propemodum, *per Abraham etiam ipse Levi, qui decimas accipit, decimatus est.* Quid est, decimatus est? Decimas dedit Melchisedec & ipse Levi, qui nondum erat genitus per patrem ipsius, inquit. *Adhuc enim in lumbis patris erat cum occurreret Abrahæ Melchisedec.* Nam ideo hoc occupans dixit, *ut ita loquar.* Cur hæc diceret subjicit: (Heb. 7. 11.) *Si consummatio igitur erat per Leviticum Sacerdotium; populus enim sub illo legem accepit; quid opus erat deinde secundum ordinem Melchisedec exoriri alium Sacerdotem qui non dicatur juxta ordinem Aaron?* Quid autem est quod dicit? Si res, inquit, erant perfectæ, quæ gerebantur apud Judæos, neque lex erat umbra futurorum bonorum, sed ipsa totum efficiebat, nec futurum erat, ut cuiquam alteri cederet, neque ut Sacerdotium prius cessaret, alterumque induceretur, cur Propheta dixit; *Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec?* Dicendum enim erat secundum ordinem Aaron. Idcirco ait; si consummatio per Leviticum Sacerdotium erat, quid deinde opus erat secundum ordinem Melchisedec exoriri Sacerdotem alium, qui non diceretur secundum ordinem Aaron? Ex hoc enim liquet, illud Sacerdotium finem accepisse, & aliud in illius locum inductum esse multo melius ac sublimius. Hoc autem evicto, simul & illud in confesso est, alium etiam vitæ statum Sacerdotio congruentem, simul inducendum fuisse, necnon legem meliorem, nimirum nostram. Quod sane demonstrans Paulus dicebat: *Translato enim Sacerdotio, necessario fit & legis translatio, & horum conditor est unus.* Quia enim pleraque legalia circa Sacerdotii ministeria consistebant; prius autem Sacerdotium profligatum est, nimirum alio in illius vicem inducto, legislationem etiam meliorem in illius locum induci oportuit. Posthæc declarans, de quo hæc dicat, ait:

A σιῶν λαμβάνοντες, ἐντολὴν ἔχουσιν ἀποδεκατοῦν τὸν λαόν· τουτέστι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν, καίπερ ἐξεληλυθότας ἐκ τῆς ὀσφύος τοῦ Ἀβραάμ. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν. οἱ Λευῖται, φησὶν, οἱ παρὰ Ἰουδαίοις ἱερεῖς, ἐντολὴν ἔλαβον κατὰ τὸν νόμον, δεκάτας λαμβάνειν ἐκ τῶν ἄλλων Ἰουδαίων. καί τοι γε πάντες ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ ἦσαν, καὶ οἱ Λευῖται, καὶ ὁ λοιπὸς λαὸς, ἀλλ' ὅμως δεκάτας λαμβάνουσι παρὰ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν. ὁ δὲ Μελχισεδὲκ, ὁ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν, οὐ γὰρ ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ ἦν, οὐδὲ ἐκ τῆς φυλῆς τῆς Λευιτικῆς, ἀλλ' ἐξ ἑτέρου γένους, δεδε-
B κάτωκε τὸν Ἀβραὰμ, τουτέστι, δεκάτας παρ' αὐτοῦ ἔλαβε. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερόν τι. καὶ τὸν ἔχοντα τὰς ἐπαγγελίας, τὸν Ἀβραὰμ, πάλιν ηὐλόγησε. καὶ τί ἐν τούτῳ φησὶ δείκνυται; ὅτι οὗτος ἐκείνου σφόδρα ἐλάττων. πῶς; χωρὶς πάσης ἀντιλογίας τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται. ὥστε εἰ μὴ ἦν ἐλάττων ὁ Ἀβραὰμ, ὁ πρόγονος τῶν Λευιτῶν, τοῦ Μελχισεδὲκ, οὐκ ἂν ἐκεῖνος τοῦτον εὐλόγησεν, οὐδ' ἂν οὗτος ἐκείνῳ δεκάτας ἔδωκεν. εἶτα βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι διὰ τοῦ Μελχισεδὲκ [a] παρῆλθεν ἂν ἐκεῖνο, ἐπήγαγε, λέγων· καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν· τουτέστι σχεδὸν, διὰ Ἀβραὰμ καὶ Λευὶ, ὁ δεκάτας λαμβά-
C νων, δεδεκάτωται. τί δέ ἐστι, δεδεκάτωται; δεκάτας ἔδωκε καὶ αὐτός, φησι, τῷ Μελχισεδὲκ, ὁ μηδέπω γεννηθεὶς, διὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· ἔτι γάρ φησιν ἐν τῇ ὀσφύϊ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἦν, ὅτε συνήντησεν αὐτῷ Μελχισεδέκ· διὰ τοῦτο γὰρ προλαβὼν εἶπεν, ὡς ἔπος εἰπεῖν. τίνος οὖν ἕνεκεν ταῦτα ἐλέγετο, ἐπάγει λέγων. εἰ μὲν οὖν ἡ τελείωσις διὰ τῆς Λευιτικῆς ἱερωσύνης ἦν· ὁ λαὸς γὰρ ἐπ' αὐτῇ [b] νενομοθέτηται· τίς ἔτι χρεία κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἀνίστασθαι ἱερέα ἕτερον, καὶ οὐ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν λέγεσθαι. τί δέ ἐστιν ὃ λέγει; εἰ τὰ πράγματα ἦν τέ-
D λεια φησι τὰ κατὰ Ἰουδαίους, καὶ μὴ σκιὰ ἦν ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, ἀλλὰ τὸ πᾶν αὐτὸς κατωρθώκει, καὶ οὐκ ἔμελλεν ἑτέρῳ παραχωρεῖν· οὔτε ἡ ἱερωσύνη ἡ προτέρα ὑπεξίστασθαι, καὶ ἑτέρα ἀντεισάγεσθαι, τίνος ἕνεκεν ὁ προφήτης ἔλεγεν; σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ; ἔδει γὰρ εἰπεῖν κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρών. διὰ τοῦτό φησιν, εἰ μὲν οὖν ἡ τελείωσις διὰ τῆς Λευιτικῆς ἱερωσύνης ἦν, τίς ἔτι χρεία κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἀνίστασθαι ἱερέα ἕτερον, καὶ οὐ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν λέγεσθαι; δῆλον γὰρ ἐκ τούτου, ὡς ἐκείνη μὲν τέλος ἔλαβεν ἡ ἱερωσύνη, ἑτέρα δὲ ἀντεισενήνεκται πολλῷ βελτίων καὶ ὑψη-
E λοτέρα. τούτου δὲ ὁμολογουμένου, κἀκεῖνο συνωμολόγηται, ὅτι καὶ πολιτεία ἑτέρα τῇ ἱερωσύνῃ συμβαίνουσα συνεισαχθήσεται· αὕτη ἡ ἡμετέρα δηλονότι, καὶ νομοθεσία βελτίων. ὅπερ δὴ κατασκευάζων ὁ Παῦλος ἔλεγε, μετατιθεμένης γὰρ τῆς ἱερωσύνης, ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται, καὶ τούτων δημιουργὸς εἷς ἐστιν. ἐπειδὴ γὰρ τὸ πλέον τῶν νομίμων περὶ τὴν τῆς ἱερωσύνης ἀκολουθίαν ἀνηλίσκετο· ἡ δὲ ἱερωσύνη ἡ προτέρα ἐξεβέβλητο, εὔδηλον, ὅτι ἑτέρας ἀντεισαχθείσης, καὶ νομοθεσίαν μείζονα ἀντεισαχθῆναι ἔδει. εἶτα δηλῶν, περὶ τίνος ταῦτα λέγεται;

[a] Alii, προῆλθεν ἐκεῖνο.

[b] Alii, νενομοθέτητο.

ἐφ᾽ ὃν γὰρ λέγεται ταῦτα, φησὶ, φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκεν, ἀφ᾽ ἧς οὐδεὶς προσέσχηκε τῷ θυσιαστηρίῳ. πρόδηλον γὰρ, ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ κύριος ἡμῶν, εἰς ἣν φυλὴν οὐδὲν περὶ ἱερωσύνης Μωσῆς ἐλάλησεν. ὅταν οὖν φαίνηται ἐξ ἐκείνης ὢν τῆς φυλῆς, δηλονότι τῆς Ἰούδα, καὶ ἱερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, ὁ δὲ Μελχισεδὲκ πολὺ τοῦ Ἀβραὰμ σεμνότερος ὢν, πανταχόθεν συνωμολόγηται, ὅτι καὶ ἑτέρα ἀνθ᾽ ἑτέρας εἰσάγεται ἱερωσύνη πολὺ τῆς προτέρας ὑψηλοτέρα. εἰ γὰρ ὁ τύπος τοιοῦτος, καὶ τῆς ἱερωσύνης τῆς Ἰουδαϊκῆς λαμπρότερος ἦν, πολλῷ μᾶλλον αὐτὴ ἡ ἀλήθεια. ὅπερ οὖν κατασκευάζων ἔλεγε· περισσότερον ἔτι κατάδηλόν ἐστιν, εἰ κατὰ τὴν ὁμοιότητα Μελχισεδὲκ ἀνίσταται ἱερεὺς ἕτερος, ὃς οὐ κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκίνης, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου. τί ἐστιν, οὐ κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκίνης, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου; ὅτι τῶν προσταγμάτων αὐτοῦ οὐδὲν ἦν σαρκικόν. οὐ γὰρ πρόβατα θύειν, καὶ μόσχους ἐπέταξεν, ἀλλὰ διὰ τῆς κατὰ ψυχὴν ἀρετῆς τὸν θεὸν θεραπεύειν· καὶ [a] τούτων τὰ ἔπαθλα ζωὴν ἡμῖν ἔθηκε τὴν οὐδέποτε καταλυομένην. καὶ πάλιν, νεκρωθέντας ἡμᾶς ὑπὸ τῶν ἁμαρτιῶν, ἐλθὼν ἀνέστησε, διπλοῦν θάνατον λύσας, τὸν μὲν τῆς ἁμαρτίας, τὸν δὲ τῆς σαρκός. ἐπεὶ οὖν τοιαῦτα κομίζων ἡμῖν ἦλθεν ἀγαθὰ, διὰ τοῦτό φησιν· οὐ κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκίνης, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου.

Ἤδη μὲν οὖν καὶ τοῦτο λοιπὸν ἀποδέδεικται, ὅτι τῆς ἱερωσύνης μετατεθείσης, καὶ νόμου μετάθεσιν ἐξ ἀνάγκης εἰκὸς ἦν γενέσθαι. ἀλλ᾽ ὅμως καὶ τοῦτο αὐτὸ ῥητῶς ἐνῆν ἀποδεῖξαι, καὶ τοὺς προφήτας πάλιν παραγαγεῖν μάρτυρας λέγοντας, ὅτι καὶ ὁ νόμος μετατεθήσεται, καὶ ἡ [b] πολιτεία ἐπὶ τὸ βέλτιον μετασχηματισθήσεται· καὶ ὅτι βασιλεὺς οὐδεὶς οὐδέ ποτε λοιπὸν ἀναστήσεται Ἰουδαῖος. ἐπειδὴ δὲ τοσαῦτα χρὴ λέγειν, ὅσα δυνατὸν ὑποδέχεσθαι τὸν ἀκροατὴν, καὶ μὴ πάντα ὑφ᾽ ἓν, μηδὲ ἀθρόως, εἰς ἕτερον ἐκεῖνα ταμιευσάμενοι καιρὸν, τέως ἐνταῦθα καταλύσομεν τὸν λόγον, παρακαλέσαντες ὑμῶν τὴν ἀγάπην, μεμνῆσθαι τῶν εἰρημένων, καὶ τοῖς ἔμπροσθεν λεχθεῖσι ταῦτα συνάψαι· καὶ ὃ πρότερον ἐδεόμεθα, τοῦτο δεησόμεθα καὶ νῦν, τοὺς ἀδελφοὺς ἀνασώσασθαι τοὺς ὑμετέρους, καὶ πολλὴν ὑπὲρ τῶν ἠμελημένων μελῶν ποιήσασθαι πρόνοιαν. διὰ γὰρ τοῦτο τοσοῦτον ἡμεῖς ἀναδεχόμεθα πόνον, οὐχ ἵνα ἁπλῶς εἴπωμεν, οὐδ᾽ ἵνα κρότων καὶ θορύβων ἀπολαύσωμεν· ἀλλ᾽ ἵνα ἐπαναγάγωμεν πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ὁδὸν τοὺς ἀπορραγέντας. καὶ μή μοι λεγέτω τις, ὅτι κοινὸν οὐδὲν ἔχω πρὸς ἐκεῖνον, γένοιτό μοι τὰ ἐμαυτοῦ κατορθῶσαι πράγματα. οὐδεὶς δὲ ἑαυτοῦ κατορθῶσαι δύναται χωρὶς τῆς τοῦ πλησίον ἀγάπης καὶ σωτηρίας. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος φησὶ, μηδεὶς τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω, ἀλλὰ τὸ τοῦ ἑτέρου ἕκαστος, εἰδὼς, ὅτι τὸ ἑαυτοῦ ἐν τῷ τοῦ πλησίον κεῖται συμφέροντι. ὑγιαίνεις σὺ, ἀλλ᾽ ὁ ἀδελφός σου ἀσθενεῖ. ἂν τοίνυν εὖ φρονῇς, περὶ τοῦ κάμνοντος μειζόνως ἀλγήσεις, καὶ μιμήσῃ καὶ ἐν τούτῳ τὸν μακάριον ἐκεῖνον, τὸν λέγοντα· τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; εἰ γὰρ δύο καταβάλ-

A *De quo enim dicuntur hæc, alterius tribus particeps fuit, ex qua nullus vacabat altari. Manifestum est enim quod ex Juda exortus est Dominus noster, in quam tribum nihil de Sacerdotio Moses loquutus est.* Cum igitur clarum sit Christum ex illa esse tribu, nimirum ex Juda, & Sacerdotem secundum ordinem Melchisedec, porro Melchisedec esse multo honorabiliorem Abrahamo: nimirum & illud undequaque constat quod etiam aliud pro alio inducitur Sacerdotium multo eo, quod prius fuerat, sublimius. Nam si typus talis etiam Judaico Sacerdotio splendidior erat; multo magis ipsa veritas, quod tractans B idem dixit: *Amplius adhuc manifestum est, si secundum similitudinem Melchisedec exoritur alius Sacerdos qui non sit juxta legem præcepti carnalis, sed juxta virtutem vitæ indissolubilis.* Quid est non juxta legem præcepti carnalis, sed juxta virtutem vitæ indissolubilis? Quod nullum illius præceptum esset carnale. Non enim oves mactare neque vitulos jussit; sed per virtutem animi Deum colere: & horum præmia vitam nobis designavit, quæ numquam corrumpetur. Ac rursum mortuos nos sub peccatis veniens suscitavit, destructa duplici morte, altera peccati, altera carnis. Quoniam igitur talia C nobis bona afferens venit, ideo dicit: *Non juxta legem carnalis præcepti, sed juxta virtutem vitæ indissolubilis.*

Ibid.

Heb. 7. 15.

6. Jam igitur & illud quod restabat, simul demonstratum est, translato sacerdotio, legis quoque translationem fieri par esse. Attamen & hoc ipsum expresse licebat demonstrare, Prophetasque testes rursus adducere dicentes, legem esse transferendam, & reipublicæ statum in melius transmutandum, & numquam regem aliquem Judæum exorturum. Verum quoniam tantum est dicendum, quantum auditor possit capere; nec D omnia simul, nec acervatim: illis in aliud tempus reservatis, hic sermonem finiemus, exhortantes vestram caritatem, ut memineritis eorum quæ dicta sunt, & hæc illis quæ prius dicta sunt, annectatis, quodque prius rogavimus, idem & nunc rogamus, ut fratres vestros reducatis ad salutem, & multam solicitudinem habeatis pro membris neglectis. Propter hoc enim nos tantum laborum suscipimus; non ut frustra loquamur, neque ut plausum strepitumque referamus: sed ut avulsos ad viam veritatis reducamus. Ac ne quis mihi dicat, nihil mihi cum eo est negotii, utinam contingat mihi mea ipsius E negotia recte gerere. Nemo suum ipsius negotium recte gerere potest, neglecta proximi dilectione & salute: ideo & Paulus ait: *Nemo quod suum est quærat, sed quisque quod alterius*: sciens, quod sua cujusque utilitas in proximi utilitate sita est. Sanus es tu, sed frater tuus infirmatur. Itaque si vere solicitus fueris pro ægrotante, magis dolebis, & imitaberis in hoc quoque beatum illum qui dicit; *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror?* Etenim si cum duos

Moralis exhortatio ad correctionem fratrum.

1. Cor. 10. 34.

2. Cor. 11. 38.

a Alii, καὶ τούτων τὰ ἔπαθλα. Morel. ἆθλα.

b Alii, πολιτεία μετενεχθήσεται ἐπὶ τὸ βέλτιον μετασχηματισθεῖσα.

A obolos dederimus, paulumque pecuniæ insumserimus in pauperes, gaudemus; si poterimus animas servare, quanto majorem voluptatis fructum capiemus? quantam autem in futuro sæculo recipiemus mercedem? Nam hic quoque quoties convenimus, multam capiemus voluptatem ex congressu, reminiscentes officiorum, quæ illis præstitimus. Deinde cum illos conspexerimus ad tribunal illud metuendum, multæ fiduciæ participes erimus. Et quemadmodum qui injuria afficiunt, qui usurpant aliena, qui rapiunt, qui mala innumera proximis inferunt, cum illuc venerint, eosque viderint, qui hæc passi sunt; videbunt enim haud dubie, ut perspicuum est & ex divite illo & Lazaro; neque os aperire poterunt, neque habebunt, quod dicant, aut excusent; sed multo pudore magnaque condemnatione repleti, ex illorum aspectu ad ignea flumina adducentur. Itidem qui salutem aliorum curant, qui docent, qui instituunt, ubi viderint eos quos servaverunt, illic patrocinantes ipsis, multa fiducia replebuntur. Et hoc Paulus
2.Cor.1.14. declarans dixit: *Gloria vestra sumus, quemadmodum & vos nostra.* Quando hoc? *In die Domini nostri Jesu Christi.* Ac rursus
Luc. 16, 9. Christus exhortatur, dicens: *Facite vobis amicos ex mamona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna sua tabernacula.* Vides multam fiduciam nobis præstari ab iis, quos hic nostro beneficio juverimus. Quod si ubi pecunia dumtaxat insumitur, tot sunt coronæ, tanta merces, tanta remuneratio: ubi juvatur anima, qui fieri potest, ut non multa magnaque nobis contin-
Act. 9. 36. gant bona? Etenim si Tabitha illa, quæ viduas vestiebat, quæ paupertati subveniebat, a morte in vitam revocata est, & lacrymæ earum qui beneficiis affecti fuerant, animam in corpus reduxerunt, cum nondum venisset resurrectio: quid facient hominum per te servatorum lacrymæ? Sicut enim hanc circumstantes viduæ vivam ex mortua reddiderunt: sic & te tunc circumstantes qui nunc per te servati fuerint, efficient ut multam experiaris humanitatem, & ex incendio gehennæ eripient. Hæc igitur scientes, non ad præsentem horam tantum fervidi simus & vigilantes, sed ignem, quem habetis nunc, accendite; egressique foras, distribuite salutem civitatis. Quod si ignoretis; perquirite eos, qui his malis ægrotant. Sic enim & nos vobis promtius libentiusque loquemur; ipsis factis cognoscentes, nos non in petram semen jecisse, & vos ipsi circa virtutis exercitationem eritis alacriores. Quemadmodum enim in pecuniis, qui duos lucratus est aureos, proclivis est ad decem, & ad viginti colligendos congregandosque: sic usu venit & in virtute: qui fecerit bonum aliquod opus, officiumque præstiterit; exstimulationem inde aliquam aut exhortationem ad agendum sumit, ut alia quoque benefacta aggrediatur. Ut igitur & fratres servemus, & nobis veniam pro peccatis, imo potius multam fiduciam reponamus, denique curemus & illud, ut ante

[a] Alii, διασῶσαι.
[b] Septem Mss. διορθωσαμένη.

A λοῦντες ὀβολοὺς, καὶ δαπανῶντες ὀλίγον ἀργύριον εἰς πένητας, χαίρομεν· ἂν ψυχὰς [a] σῶσαι δυνηθῶμεν, πόσην καρπωσόμεθα ἡδονήν; πόσης δὲ κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα ἀπολαύσομεν τῆς ἀμοιβῆς; καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα, ὁσάκις ἂν συντύχωμεν, πολλὴν δεξόμεθα τὴν εὐφροσύνην ἀπὸ τῆς συντυχίας, τῶν κατορθωμάτων ἀναμιμνησκόμενοι τῶν κατ' αὐτούς· καὶ ἐπὶ τοῦ βήματος αὐτοὺς ἐκεῖ θεασάμενοι τοῦ φοβεροῦ, μεγάλης μεθέξομεν τῆς παῤῥησίας. καὶ καθάπερ οἱ ἀδικοῦντες καὶ πλεονεκτοῦντες, καὶ ἁρπάζοντες, καὶ μυρία τοῖς πλησίον διατιθέντες κακὰ, ἀπελθόντες ἐκεῖ, καὶ τοὺς ταῦτα παθόντας ἰδόντες· ὄψονται γάρ, φησιν, αὐ-
B τοὺς πάντως, καὶ δῆλον ἐκ τοῦ πλουσίου καὶ τοῦ Λαζάρου τοῦτο· οὐδὲ ἀνοῖξαι στόμα δυνήσονται, οὐδὲ εἰπεῖν τι καὶ ἀπολογήσασθαι, ἀλλὰ αἰσχύνης πολλῆς ἐμπλησθέντες καὶ καταγνώσεως, ἀπὸ τῆς ὄψεως τῆς ἐκείνων ἐπὶ τοὺς ποταμοὺς ἀπενεχθήσονται τοῦ πυρός. οὕτως οἱ σώζοντες καὶ διδάσκοντες καὶ κατηχοῦντες, ἰδόντες τοὺς ὑπ' αὐτῶν διασωθέντας συνηγοροῦντας αὐτοῖς ἐκεῖ· πολλῆς ἐμπλησθήσονται τῆς παῤῥησίας. καὶ τοῦτο ὁ Παῦλος δηλῶν ἔλεγε, καύχημα ὑμῶν ἐσμεν, καθάπερ καὶ ὑμεῖς ἡμῶν. πότε εἰπέ; ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ πάλιν ὁ Χριστὸς παραινεῖ λέγων, ποιήσατε ὑμῖν φίλους ἐκ μαμωνᾶ τῆς
C ἀδικίας, ἵνα ὅταν ἐκλίπητε, δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους αὐτῶν σκηνάς. ὁρᾷς ὅτι πολλὴ παῤῥησία ἡμῖν ἐκ τῶν εὐεργετουμένων παρ' ἡμῶν; εἰ δὲ, ὅπου χρημάτων δαπάνη, τοσοῦτοι οἱ στέφανοι, τοσοῦτος ὁ μισθὸς, τοσαύτη ἡ ἀμοιβὴ, ὅπου ψυχῆς ὠφέλεια, πῶς οὐ πολλὰ καὶ μεγάλα ἡμῖν ἔσται τὰ ἀγαθά; εἰ γὰρ ἡ Ταβιθὰ ἐκείνη, χήρας ἐνδύσασα, καὶ πενίαν [b] διορθώσασα, ἀπὸ θανάτου πάλιν εἰς ζωὴν ἐπανῆλθε· καὶ τὰ δάκρυα τῶν εὐεργετηθέντων ψυχὴν ἀπελθοῦσαν ἐπανήγαγεν εἰς σῶμα πάλιν, οὔπω τῆς ἀναστάσεως φανείσης, τί οὐκ ἐργάσεται τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων τὰ δάκρυα, ὅσοι ἂν ὑπὸ σοῦ διασω-
D θῶσιν; ὥσπερ γὰρ ταύτην περιστᾶσαι αἱ χῆραι, ζῶσαν ἀπὸ νεκρᾶς ἔδειξαν, οὕτω καὶ σὲ τότε περιστάντες οἱ διασωθέντες νῦν, ποιήσουσι πολλῆς ἀπολαῦσαι φιλανθρωπίας, καὶ τοῦ τῆς γεέννης πυρὸς ἐξαρπάσουσι. ταῦτ' οὖν εἰδότες, μὴ μέχρι τῆς παρούσης ὥρας θερμοὶ καὶ διεγηγερμένοι ὦμεν μόνον, ἀλλὰ τὸ πῦρ, ὅπερ ἔχετε νῦν, ἀνάψατε ἐξελθόντες ἔξω, διανείματε τὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως. κἂν ἀγνοῆτε, περιεργάσασθε τοὺς τὰ τοιαῦτα νοσοῦντας. οὕτω γὰρ καὶ ἡμεῖς ὑμῖν προθυμότερον διαλεξόμεθα, διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν [c] μαθόντες, ὅτι οὐκ εἰς πέτραν σπείρομεν, καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ προθυμότεροι περὶ
E τὴν τῆς ἀρετῆς ἐργασίαν ἔσεσθε. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν χρημάτων, ὁ δύο κερδάνας χρυσίνους, πλείονα λαμβάνει προθυμίαν, πρὸς τὸ καὶ δέκα καὶ εἴκοσι συλλέξαι καὶ συναγαγεῖν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἀρετῆς γίνεται. ὁ ποιήσας τι καλὸν ἔργον, καὶ κατορθώσας, ἀπ' αὐτῆς τοῦ κατορθώματος τῆς ἐργασίας τινὰ παράκλησιν λαμβάνει καὶ παραίνεσιν, ὥστε καὶ ἑτέρων ἅψασθαι. ἵν' οὖν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς διασώσωμεν, καὶ ἑαυτοῖς συγγνώμην ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις, μᾶλλον δὲ παῤῥησίαν πολλὴν προαποθώμεθα· καὶ περὶ τῶν

[c] Iidem, μανθάνοντες.

ἄλλων

ἄλλων ἁπάντων τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ δοξάζεσθαι παρασκευάσωμεν, μετὰ γυναικῶν καὶ παιδίων καὶ οἰκετῶν ἐπὶ τὴν ἄγραν ταύτην καὶ τὴν θήραν ἐξελθόντες, ἐκσπάσωμεν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος τοὺς ἐζωγρημένους ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα· καὶ μὴ πρότερον ἀποστῶμεν, ἕως ἂν τὰ παρ' ἡμῶν ἅπαντα πληρώσωμεν, ἄν τε πείθωνται, ἄν τε μὴ πείθωνται. μᾶλλον δὲ ἀδύνατον χριστιανοὺς ὄντας μὴ πεισθῆναι. πλὴν ἀλλ' ἵνα μηδὲ ταύτην ἔχητε πρόφασιν, ἐκεῖνο λέγω, ὅταν πολλὰ κενώσας ῥήματα, καὶ πάντα πληρώσας τὰ παρὰ σαυτοῦ, ἴδῃς αὐτὸν μὴ πειθόμενον, ἄγαγε πρὸς τοὺς ἱερεῖς, καὶ πάντως τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι περιέσονται τῆς θήρας, καὶ τὸ πᾶν ἔσται σὸν τοῦ χειραγωγήσαντος. ταῦτα καὶ γυναιξὶν οἱ ἄνδρες διαλέγεσθε, καὶ γυναῖκες ἀνδράσι, καὶ παισὶ πατέρες, καὶ φίλοι φίλοις. μαθέτωσαν καὶ Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ μεθ' ἡμῶν τετάχθαι δοκοῦντες, τὰ δὲ ἐκείνων φρονοῦντες, ὅτι σπουδή τις ἡμῖν ἐστι καὶ φροντὶς καὶ ἀγρυπνία ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν τῶν ἡμετέρων τῶν πρὸς ἐκείνους αὐτομολούντων. καὶ πάντως πρὸ ἡμῶν ἐκεῖνοι διώσονται τοὺς παρ' ἡμῶν ἐκεῖ φοιτῶντας. μᾶλλον δὲ οὐδὲ τολμήσει λοιπόν τις καταφυγεῖν πρὸς αὐτούς, ἀλλ' ἔσται τὸ σῶμα καθαρὸν τῆς ἐκκλησίας. ὁ δὲ θεός, ὁ θέλων πάντας σωθῆναι ἀνθρώπους, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, ὑμᾶς τε πρὸς τὴν θήραν ταύτην δυναμώσειεν, ἐκείνους δὲ τῆς πλάνης ταύτης ἀπαγάγοι, καὶ πάντας κοινῇ διασωθέντας, καταξιώσειε τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν εἰς δόξαν αὐτοῦ· ὅτι αὐτῷ πρέπει ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A cætera omnia nomen Dei glorificetur; cum uxoribus, liberis, & famulis ad hunc venatum & indaginem egressi, extrahamus e diaboli laqueis captos ab illo, secundum ipsius voluntatem: nec prius desistamus, quam quidquid per nos præstari poterit, præstiterimus, sive pareant, sive non pareant. Quin potius impossibile est, ut Christiani cum sint, non pareant. Sed ne vel hanc excusationem habeatis, illud dico: si postquam multa verba effuderis, & quidquid per te præstari poterit, expleveris, videris illum non obtemperare; adducito ad sacerdotes, & omnino B per Dei gratiam potientur venatu, totumque tuum erit, qui illum manu duxeris. Hæc & uxoribus viri dicite, & uxores viris, & patres filiis, & amici amicis. Discant hæc Judæi, & ii qui nobis quidem conjuncti videntur, sed cum illis sentiunt; nobis aliquod studium esse, ac solicitudinem, vigilantiamque pro fratribus nostris ad illos ultro currentibus. Et omnino ante nos, illos corrigent, qui cum nostræ professionis sint, tamen illo commeant. Quin potius nemo posthac ausurus est ad illos confugere, sed erit corpus Ecclesiæ purum. Deus autem, qui vult omnes homines fieri salvos, & ad agnitionem verita- C tis venire, & vos ad istum venatum corroboret, & illos ab hoc errore liberet. Denique cunctos ad salutem revocatos dignos reddat cælorum regno, in gloriam suam, quia ipsi convenit gloria & potentia in sæcula sæculorum, Amen.

ΚΑΤΑ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

ΛΟΓΟΣ η'.

ΠΑΡΗΛΘΕΝ ἡ νηστεία τῶν Ἰουδαίων, μᾶλλον δὲ ἡ μέθη τῶν Ἰουδαίων. ἔστι γὰρ καὶ χωρὶς οἴνου μεθύειν, ἔστι καὶ νήφοντα παροινεῖν, καὶ ἐν ἀσωτίᾳ κωμάζειν. εἰ μὴ ἦν χωρὶς οἴνου μεθύειν, οὐκ ἂν εἶπεν ὁ προφήτης, οὐαὶ οἱ μεθύοντες οὐκ ἀπὸ οἴνου. εἰ μὴ ἦν χωρὶς οἴνου μεθύειν, οὐκ ἂν εἶπεν ὁ Παῦλος, μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ. ὡς γὰρ ὄντος καὶ ἄλλως μεθύειν, εἶπε· μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ. ἔστι γὰρ ἔστι καὶ ὀργῇ μεθύειν, καὶ ἐπιθυμίᾳ ἀτόπῳ, καὶ φιλαργυρίᾳ, καὶ κενοδοξίᾳ, καὶ μυρίοις ἑτέροις πάθεσι. μέθη γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἀλλ' ἢ ἔκστασις τῶν ὀρθῶν λογισμῶν, καὶ παραφροσύνη, καὶ τῆς κατὰ ψυχὴν ὑγιείας ἀναίρεσις. οὐ τοίνυν μόνον ὁ ἄκρατον ἐκχεόμενος πολύν, ἀλλὰ καὶ ὁ πάθος ἕτερον ἐν τῇ ψυχῇ τρέφων, μεθύειν λέγοιτο [a] ἂν ἰσχυρῶς. καὶ γὰρ καὶ ὁ γυναικὸς ἐρῶν τῆς οὐκ ἰδίας, καὶ πόρναις ἐσχολακώς, μεθύει. καὶ καθάπερ ἐκεῖνος, ὁ πολὺν ἄκρατον πιών, καὶ παρενεχθεὶς ἀνελεύθερα φθέγγεται ῥήματα, καὶ ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων ὁρᾷ, οὕτω καὶ οὗτος, καθάπερ τινὸς ἀκράτου, τῆς ἀκολάστου ταύτης ἐπιθυμίας πληρούμενος, οὐδὲν ὑγιὲς ἐκφέρει ῥῆμα, ἀλλ' αἰσχρὰ πάντα καὶ διεφθαρμένα, καὶ ἀνελεύθερα, καὶ γέλωτος γέμοντα, καὶ ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων βλέπει, πρὸς μὲν τὰ ὁρώμενα τυφλώττων· ἣν δὲ ἐπιθυμεῖ καθυβρίσαι, ταύτην πανταχοῦ

[a] Unus Cod. ἂν εἰκότως.

CONTRA JUDÆOS.

ORATIO VIII.

D 1. PRÆTERIIT jejunium Judæorum, imo potius ebrietas Judæorum. Est enim & absque vino ebrietas, est & in sobrietate temulenta luxuriosaque comessatio. Quod si nemo posset absque vino temulentus esse: nequaquam Propheta diceret: *Væ iis qui ebrii sunt, & non a vino.* (Hesai. 29. 9.) Si non esset sine vino ebrietas, non dixisset Paulus: *Nolite inebriari vino.* (Ephes. 5. 18.) Nam ac si possit absque vino quis inebriari, dixit: *Nolite inebriari vino.* Est enim ebrietas & in ira & in absurda concupiscentia, & in avaritia, & in amore gloriæ, denique in aliis innumeris affectibus. Ebrietas enim nihil aliud est, quam excidisse a recta ratione, deliratioque, & sanæ mentis privatio. Non solum igitur qui E multum exhaurit merum, verum etiam qui alium quempiam morbum alit in animo, vehementer ebrius esse judicabitur. Etenim qui mulieris alienæ tenetur amore, qui scortis vacat, ebrius est. Et sicut is, qui multum ebibit merum, & transversus agitur, illiberales voces effundit, aliudque pro alio videt: sic & hic veluti mero quopiam, sua cupiditate repletus, neque sana profert verba; sed obscœna omnia, sed perniciosa, sed illiberalia, risusque plena, aliaque pro aliis videt, cæcutiens ad ea quæ cernuntur. Quod si cui mulieri stuprum inferre concupiscit,

Ebrietatem non vinum solummodo, sed & alii pravi affectus pariunt.

hanc ubique imaginans, non aliter quam mente captus ac delirans, in conventiculis, in conviviis, omni tempore, in omni loco; etsi innumera hominum millia ipsum alloquantur, ne audire quidem videtur, sed ad illam tantum intentus est animus, nec aliud somniat, quam peccatum; habet suspecta omnia, metuit omnia; nihilo melior animali perculso & attonito. Rursusque, quem tenet ira, ebrius est: similiter & huic turget facies, vox fit asperior, oculi fiunt sanguinolenti, mens obtenebratur, prudentia submergitur, lingua tremit, oculi intorquentur, aures alia pro aliis audiunt: nimirum ira longe gravius, quam ullum merum soleat, percellente cerebrum, tempestatem concitante, turbationemque gignente insedabilem. Quod si concupiscentia & ira correptus, ebrius sit: multo magis homo impius, & in Deum blasphemus, illiusque legibus repugnans, quique hanc intempestivam pertinaciam numquam vult effugere, ebrius est, insanitque, deterius affectus, quam ii qui heluantur, quique mente capti sunt, licet ipse morbum suum non sentire videatur. Nam id maxime convenit ebrietati, etiam nullo sensu affici, cum turpiter agitur. Quemadmodum igitur illud est gravissimum in mente captis, quod cum ægrotent, nec hoc ipsum sentiant, se esse ægrotos: sic & Judæi nunc, cum sint ebrii, id non sentiunt tamen. Præteriit igitur illorum jejunium, quavis ebrietate fœdius: nos autem ne remittamus pro fratribus nostris solicitudinem, neque posthac existimemus ullam illorum curam esse importunam. Sed quemadmodum faciunt milites, ubi commisso prælio verterint in fugam adversarios, ab insectatione redeuntes, non protinus currunt ad tabernacula; sed prius ad conflictus locum profecti, tollunt eos qui ex ipsorum numero cæsi sunt: ac vita quidem defunctos, terra occulunt: cæterum si quos viderint inter mortuos spirantes adhuc, nec lethale vulnus habentes, iis in tentoria sublatis, multam adhibent curationem, extractoque telo, accersitis medicis, absterso sanguine, remediis adhibitis, reliquaque omni curatione admota ad sanitatem reducunt. Et nos igitur quoniam, opitulante Dei gratia, Judæos persequuti sumus armatis adversus illos undequaque Prophetis; reversi nunc videamus, num qui fratrum nostrorum ceciderint; num qui ab jejunio intercepti sint; num qui illis in festo communicaverint? Ac neminem quidem tradamus sepulturæ; sed potius sublatos omnes curemus. Nam in externis quidem præliis, qui semel ceciderit, animamque efflarit: non potest a milite recuperari, & ad vitam revocari. Cæterum in hoc bello prælioque, etiam si quis lethale vulnus acceperit, fieri potest, ut auxiliante nobis Dei gratia, eum ad vitam reducamus. Non enim hæc naturæ mors est, quemadmodum illa, sed voluntatis ac propositi. Voluntatem autem mortuam licet denuo suscitare, animæ-

A χοῦ φανταζόμενος, καὶ καθάπερ ἐξεστηκώς τις καὶ παραπαίων, καὶ ἐν συλλόγοις, καὶ ἐν συμποσίοις, καὶ ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ, μυρίων μύρια πρὸς αὐτὸν διαλεγομένων, οὔτε ἀκούειν δοκεῖ· ἀλλὰ πρὸς ἐκείνην τέτακται, καὶ τὴν ἁμαρτίαν ὀνειροπολεῖ· καὶ πάντα ὑφορᾶται καὶ δέδοικε, [a] λινοπλῆγός τινος ζώου οὐδὲν ἄμεινον διακείμενος. καὶ ὁ ὀργῇ κατεχόμενος, μεθύει πάλιν· οὕτω γοῦν αὐτοῦ καὶ ἡ ὄψις οἰδεῖ, καὶ ἡ φωνὴ τραχύνεται, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ γίνονται ὕφαιμοι, καὶ ὁ νοῦς σκοτοῦται, καὶ ἡ διάνοια καταποντίζεται, καὶ ἡ [b] γλῶσσα τρέμει, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ παραφέρονται, καὶ αἱ ἀκοαὶ ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων B ἀκούουσιν, ἀκράτου παντὸς χαλεπώτερον τῆς ὀργῆς αὐτοῦ πληττούσης τὴν μήνιγγα, καὶ χειμῶνα ἐργαζομένης, καὶ ζάλην ποιούσης ἀπαραμύθητον. εἰ δὲ ἐπιθυμίᾳ τις καὶ ὀργῇ κατεχόμενος μεθύει, πολλῷ μᾶλλον ἀσεβῶν ἄνθρωπος, καὶ εἰς θεὸν βλασφημῶν, καὶ ἐναντιούμενος αὐτοῦ τοῖς νόμοις, καὶ τῆς ἀκαίρου φιλονεικίας μηδέ ποτε ταύτης καθυφεῖναι βουλόμενος, μεθύει καὶ μέμηνε, καὶ κωμαζόντων καὶ ἐξεστηκότων ἀθλιώτερον διάκειται, κἂν αὐτὸς αἰσθάνεσθαι μὴ δοκῇ. τοῦτο γὰρ μάλιστα [c] μέθης ἐστὶν ἄξιον, τὸ μηδὲ ἐν οἷς τις ἀσχημονεῖ αἴσθησίν τινα ἔχειν. ὥσπερ οὖν καὶ παραπληξίας τοῦτο μάλιστά ἐστι τὸ δεινὸν, ὅτι νοσοῦντες C οὐδὲ αὐτὸ τοῦτο ἴσασιν, ὅτι νοσοῦσιν· ὥσπερ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι νῦν μεθύοντες οὐκ αἰσθάνονται. ἡ μὲν οὖν νηστεία αὐτῶν παρῆλθεν ἡ μέθης ἁπάσης αἰσχροτέρα· ἡμεῖς δὲ τὴν περὶ τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ἡμετέρους μὴ καταλύσωμεν πρόνοιαν, μηδὲ ἄκαιρόν τινα νομίσωμεν αὐτῶν εἶναι λοιπὸν τὴν ἐπιμέλειαν. ἀλλ' ὅπερ [d] οἱ στρατιῶται ποιοῦσιν, ἐπειδὰν συμβολῆς γινομένης τρέψωνται τοὺς ἐναντίους ἀπὸ τῆς διώξεως ἐπανιόντες, οὐκ εὐθέως ἐπὶ τὰς σκηνὰς τρέχουσιν, ἀλλὰ πρότερον ἐπὶ τὸν τόπον τῆς συμβολῆς ἐλθόντες, τοὺς ἐξ αὐτῶν καταπεσόντας ἀναιροῦνται· καὶ τοὺς μὲν ἀποθανόντας τῇ γῇ κρύπτουσιν· εἰ δέ τινας ἴδοιεν μεταξὺ τῶν D νεκρῶν πνέοντας ἔτι, καὶ μὴ καιρίαν ἔχοντας πληγὴν, εἰς τὰς σκηνὰς ἀνελόμενοι μετὰ πολλῆς ἀπάγουσι τῆς θεραπείας, καὶ τὸ βέλος ἐξελκύσαντες, καὶ ἰατροὺς καλέσαντες, καὶ τὸ αἷμα περιπλύναντες, καὶ φάρμακα ἐπιθέντες, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐπιμεληθησάμενοι, πρὸς ὑγίειαν ἐπανάγουσιν. καὶ ἡμεῖς τοίνυν, ἐπειδὴ τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι τοὺς Ἰουδαίους ἐδιώξαμεν, τοὺς προφήτας αὐτοῖς ἐφοπλίσαντες πανταχόθεν, ἐπανιόντες νῦν ἴδωμεν, μή τινες τῶν ἀδελφῶν τῶν ἡμετέρων ἔπεσον, μή τινες ἀπὸ τῆς νηστείας περιεσύρησαν· μή τινες αὐτοῖς κατὰ τὴν ἑορτὴν ἐκοινώνησαν. καὶ ταφῇ μὲν μηδένα παραδῶμεν· πάντας δὲ ἀνελόμενοι θεραπεύσωμεν. E ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἔξωθεν πολέμων, τὸν πεσόντα ἅπαξ καὶ τὴν ψυχὴν ἀφέντα, ἀδύνατον στρατιώτῃ πάλιν ἀνακτήσασθαι, καὶ πρὸς ζωὴν ἐπαναγαγεῖν. ἐπὶ δὲ τοῦ πολέμου τούτου, καὶ τῆς μάχης, κἂν καιρίαν τις ᾖ εἰληφὼς πληγὴν, δυνατὸν ἂν θέλωμεν, τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος συνεφαπτομένης ἡμῖν, πρὸς ζωὴν αὐτὸν χειραγωγῆσαι πάλιν. οὐ γὰρ φύσεώς ἐστιν ὁ θάνατος, καθάπερ ἐκεῖνος, ἀλλὰ προαιρέσεως καὶ γνώμης. προαίρεσιν δὲ ἀποθανοῦσαν δυνατὸν ἀναστῆσαι πάλιν· καὶ

a λινοπλὴξ, λινοπλῆγος.
b Unus Cod. γλῶσσα σφάλλεται.
c Unus Cod. & Savil. μέθης ἴδιον τὸ.

d Quatuor Manuscripti, οἱ στρατιῶται ποιοῦσι, καὶ ἡμεῖς ποιήσωμεν· ἐκεῖνοι γὰρ ἐπειδάν.

A ψυχὴν νεκρωθεῖσαν πεῖσαι πρὸς τὴν οἰκείαν ζωὴν ἐπανελθεῖν, καὶ τὸν αὐτῆς ἐπιγνῶναι δεσπότην.

Ἀλλὰ μὴ ἀποκάμωμεν, ἀδελφοὶ, μηδὲ ἐκλυθῶμεν, μηδὲ ἀναπέσωμεν· μηδέ μοι τὰ ῥήματα ἐκεῖνά τις λεγέτω, ὅτι πρὸ τῆς νηστείας ἀσφαλίσασθαι ἀναγκαῖον ἦν, καὶ πάντα ποιῆσαι, νῦν δὲ μετὰ τὸ νηστεῦσαι, μετὰ τὸ γενέσθαι τὴν ἁμαρτίαν, μετὰ τὸ πληρωθῆναι τὴν ἀνομίαν, τί τὸ ὄφελος λοιπόν; Εἰ γάρ τις οἶδε, τί ποτέ ἐστι πρόνοια ἀδελφῶν, οἶδε καὶ τοῦτο, ὅτι νῦν μάλιστα ἐπιθέσθαι [a] δεῖ, καὶ πᾶσαν σπουδὴν ἐπιδείξασθαι. οὐ γὰρ δὴ μόνον πρὸ τῆς ἁμαρτίας ἀσφαλίσασθαι χρὴ, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὰ πτώματα χεῖρα ὀρέγειν. B καὶ γὰρ ὁ Θεὸς, εἰ τοῦτο ἐξ ἀρχῆς ἐποίει, καὶ πρὸ τῆς ἁμαρτίας ἠσφαλίζετο μόνον, μετὰ δὲ τὴν ἁμαρτίαν ἀπεγίνωσκε καὶ ἠφίει κεῖσθαι ἐν τῷ πτώματι διηνεκῶς, οὐδεὶς ἂν οὐδὲ ἡμῶν ἐσώθη ποτέ. ἀλλ' οὐ ποιεῖ τοῦτο, φιλάνθρωπος ὢν καὶ ἥμερος, καὶ τῆς σωτηρίας μάλιστα ἐφιέμενος τῆς ἡμετέρας· ἀλλὰ καὶ μετὰ τὰ ἁμαρτήματα πολλὴν ἐπιδείκνυται πρόνοιαν· ἐπεὶ καὶ τὸν Ἀδὰμ ἠσφαλίσατο μὲν καὶ πρὸ τῆς ἁμαρτίας, καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν, ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φάγῃ, ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν, οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ. ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. ἰδοὺ καὶ τῇ εὐκολίᾳ τοῦ νόμου, καὶ τῇ δαψιλείᾳ τῶν συγκεχω- C ρημένων, καὶ τῇ τιμωρίᾳ τῆς μελλούσης κολάσεως, καὶ τῷ τάχει τῆς ἐπαγωγῆς. οὐ γὰρ εἶπε μετὰ μίαν, καὶ δύο, καὶ τρεῖς ἡμέρας, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ἂν φάγητε, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. καὶ παντὶ τρόπῳ ὥσπερ ἐχρῆν ἀσφαλίσασθαι τὸν ἄνθρωπον, ἠσφαλίζετο. ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ μετὰ τοσαύτην πρόνοιαν, καὶ διδασκαλίαν, καὶ παραίνεσιν, καὶ εὐεργεσίαν κατέπεσε, καὶ οὐκ ἤκουσε τῶν ἐπιταγμάτων, οὐκ εἶπε τοῦτο ὁ Θεός· τί λοιπὸν τὸ πλέον; τί τὸ ὄφελος; ἔφαγεν, ἔπεσε, παρέβη τὸν νόμον, ἐπίστευσε τῷ διαβόλῳ, D ἠτίμωσέ μου τὴν ἐντολὴν, ἐδέξατο τὴν πληγὴν, νεκρὸς ἐγένετο, παρεδόθη τῷ θανάτῳ, ὑπὸ τὴν ἀπόφασιν ἦλθε, τί δεῖ λοιπὸν αὐτῷ διαλέγεσθαι; οὐδὲν τούτων εἶπεν, ἀλλὰ καὶ ἦλθε πρὸς αὐτὸν εὐθέως, καὶ διελέχθη, καὶ παρεμυθήσατο, καὶ πάλιν ἕτερον ἐπέθηκε φάρμακον, τὸ τῶν πόνων, καὶ τῶν ἱδρώτων, καὶ οὐ πρότερον ἀπέστη πάντα ποιῶν καὶ πραγματευόμενος, ἕως τὴν φύσιν τὴν πεσοῦσαν ἀνέστησε, καὶ ἀπήλλαξε τοῦ θανάτου, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἐχειραγώγησε, καὶ μείζονα τῶν ἀπολωλότων ἔδωκεν ἀγαθά· διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν τὸν διάβολον διδάξας, ὅτι οὐδὲν αὐτῷ πλέον ἐγένετο ἐκ τῆς ἐπιβουλῆς ταύτης· ἀλλ' ἐκβαλὼν τοῦ παραδείσου τοὺς ἀνθρώπους, ὄψεται αὐτοὺς μικρὸν ὕστε- E ρον ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀναμεμιγμένους ἀγγέλοις. τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ Κάϊν ἐποίησε· καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖνον πρὸ τῆς ἁμαρτίας ἠσφαλίζετο, καὶ προεδιηγόρευε, λέγων, ἥμαρτες, ἡσύχασον· πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ. ὅρα σοφίαν καὶ σύνεσιν. διὰ τοῦτο δέδοικας, φησὶ, μή σε τῆς προεδρίας τῶν πρωτοτόκων ἀφέληται διὰ τὴν παρ' ἐμοῦ τιμήν· μὴ τὴν ἀρχὴν ἁρπάσῃ τήν σοι προσήκουσαν, τοῖς γὰρ πρωτοτόκοις τῶν δευτεροτόκων σεμνοτέροις εἶναι ἐχρῆν. θάρρει, φησὶ, καὶ μὴ φοβοῦ, μηδὲ ἀγωνία περὶ τούτου,

que mortuæ persuadere licet, ut ad suam vitam redeat, suumque dominum agnoscat.

2. Agite, ne defatigemur, fratres, neque delassemur, neque animis cadamus, neque quisquam mihi verba illa dicat, quod ante jejunium illis cavere oportuerit, omnemque movere lapidem: nunc vero postquam jejunatum est, postquam peccatum admissum est, postquam iniquitas consummata est, quæ superest utilitas? Etenim si quis novit, quid sit fratri consulere; novit & illud, quod nunc potissimum oporteat admovere manus, omneque studium impendere. Neque enim tantum ante peccatum admissum convenit fratris saluti cavere, verum & post lapsum manus porrigendæ sunt. Etenim si Deus ab initio fecisset istud, tantumque nobis consuluisset ante peccatum, post peccatum autem neglexisset hominem, passusque fuisset perpetua in ruina jacere, nullus neque nostrum umquam salutem fuisset consequutus. Verum hoc non facit Deus, quippe amans humani generis ac mitis, nostræque salutis cupidissimus. Quin & post peccata multam præstat solicitudinem, quandoquidem & Adæ cavit ante peccatum, dicens: *Ex omni ligno quod est in paradiso comedens comedes; e ligno vero cognitionis boni malique non comedetis. Sed quocumque die comederitis morte moriemini.* Ecce & facilitate legis, & largitate concessorum, & acerbitate supplicii, & ipsa celeritate ultionis prospexit, ne peccaret. Non enim dixit, post unum aut duos tresve dies, sed in ipso die quo comederitis, morte moriemini. Denique cunctis quibus cavere oportuit modis, cavit homini. Attamen ubi post tantam providentiam, doctrinam, exhortationem, beneficentiam lapsus est, nec obtemperavit jussis divinis: non dixit Deus, Quid hoc proderit? quæ utilitas inde? comedit, cecidit, transgressus est legem, credidit diabolo: despexit præceptum meum, accepit vulnus, mortuus est, neci traditus est, in damnationis sententiam incidit: quid posthac est, quod illi loquamur? Nihil horum dixit, sed protinus ad illum venit, alloquutus est, consolatus est, ac rursus aliud admovit remedium, videlicet laborem ac sudorem, nec prius destitit omnia facere, conari omnia, donec naturam collapsam restituisset, atque a morte liberasset, & ad cælum provexisset, majoraque quam perdiderat homini bona dedisset: Factis ipsis docens diabolum, quod his insidiis nihil profecisset: sed quod homines ejectos e paradiso, paulo post visurus esset in cælis Angelis permixtos. Idem fecit in Cain; siquidem & illius, priusquam peccaret, caverat saluti dicens; *Peccasti, quiesce, ad te conversio illius, & tu illi dominaberis.* Vide sapientiam prudentiamque Dei. Hoc metuis, inquit, ne te frater spoliet prærogativa primogenitorum, propter honorem, quo ipsum affeci; ne principatum sibi usurpet tibi debitum. Nam primogenitos posterius genitis oportebat honorabiliores esse. Bono, inquit, animo sis, ne metue, neque hac de causa despondeas

Fratrum saluti consulendum.

Gen. 2. 16.

Gen. 3.

Gen. 4. 7.

a Aliquot MSS. ἔθει, & infra ἀσφαλίζεσθαι.

animum: *ad te conversio ejus, & tu dominaberis illi.* Quod autem dicit, hunc habet sensum. Mane in honore primogeniti, & esto fratri tuo refugium, umbraculum, ac patrocinium; imperaque, ac dominare illi. Tantum ne ad parricidium prosilias, neque ad impiam illam erumpas cædem. Verum ne sic quidem auscultavit, neque conquievit: sed cædem illam perpetravit, dexteram in fraternum immisit jugulum. Quid igitur? Num dixit Deus, Sinamus illum in posterum? Quid posthac erit lucri? Perpetravit parricidium, mactavit fratrem, contemsit admonitionem meam: insanabile minimeque condonandum homicidium ausus est perpetrare, talique ac tanta dignatus solicitudine mea, doctrina, & consilio: cuncta illa pepulit ex animo, nec ulla ratione conversus est. Deseratur igitur in posterum, ac projectus esto, nec ullo meo respectu dignus habeatur. Nihil tale Deus dixit, vel fecit: sed ad illum venit denuo, & corrigit hominem: dicens; *Ubi est Abel frater tuus?* Ac ne inficiantem quidem deserit, sed vel invitum adigit ad facinoris confessionem. Cumque dixisset, *Nescio;* ait: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Ipsæ, inquit res prædicant te homicidio inquinatum. Quid ille? *Majus est peccatum meum, quam ut mihi remittatur, & si ejicias me de terra, etiam a facie tua occultabor.* Hujus sermonis sententia sic habet, graviora quidem commisi, quam ut veniam mereantur, aut excusari possint, aut condonanda sint; sed si velis ulcisci quod factum est: omnibus objiciar tuo auxilio destitutus. Quid igitur Deus? *Non sic*, inquit, *quisquis occiderit Cain, septem vindictas persolvet.* Ne metuas, inquit hoc, vives longam vitam, ac si quis te occiderit, obnoxius erit multis suppliciis. Nam septenarius numerus in Scripturis infinitæ multitudinis significationem habet. Quoniam igitur Cain multis suppliciis obnoxius erat, anxietati, tremori, suspiriis, mœrori, dissolutioni corporis: Qui occiderit, inquit, te, & ab illis vinculis liberarit; ipse in se vindictas accerset. Ac videtur quidem id quod dicitur, vehementer atrox esse, cum contra declaret Domini benevolentiam. Etenim Deus volens posteros ad temperantiam adducere, tale supplicii genus excogitavit, quod Cain a peccato posset liberare. Nam si protinus illum interfecisset; abiisset quidem peccatum in sese tectam ferens, neque posteris ullo pacto fuisset cognitus. Nunc autem permissus multo tempore vivere in illo tremore, docuit obvios omnes ipso aspectu, vacillationeque carnis, exhortans, ne quando similia auderent, ne similia paterentur, simul & ipse redditus est melior, Nam tremor & timor ac vita cum anxietate peracta, corporisque dissolutio, veluti vinculo quopiam constrinxit illum, neque permisit denuo ad simile facinus prorumpere, & prioris assidue commonefecit, & interim ipsius animam moderatiorem reddidit.

Gen. 4. 9. (margin, beside "ris confessionem. Cumque dixisset, Nescio;")

Gen. 4. 14. (margin, beside "occiderit Cain, septem vindictas persolvet.")

3. Sed hæc loquenti mihi venit in men-

A πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ αὐτοῦ ἄρξεις. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι. μένε ἐπὶ τῆς τιμῆς τῆς τῶν πρωτοτόκου, καὶ γενοῦ τῷ ἀδελφῷ καταφυγὴ καὶ σκέπη, καὶ προστασία, καὶ κράτει, καὶ κυρίευε αὐτοῦ· μόνον μὴ πρὸς φόνον ἐκπηδήσῃς, μηδὲ εἰς τὴν παράνομον ἐκείνην ἐξέλθῃς σφαγήν. ἀλλ' ὅμως, οὐδὲ οὕτως ἤκουσεν, οὐδὲ ἡσύχασεν· ἀλλ' εἰργάσατο τὴν μιαιφονίαν ἐκείνην, καὶ τὴν δεξιὰν εἰς τὸν λαιμὸν ἐβάπτισε τὸν ἀδελφικόν. τί οὖν; ἆρα εἶπεν ὁ θεὸς, ἀφῶμεν αὐτὸν λοιπόν; τί πλέον τὸ ὄφελος; εἰργάσατο τὸν φόνον, ἀπέκτεινε τὸν ἀδελφὸν, κατεφρόνησέ μου τῆς παραινέσεως· ἀνίατόν τινα καὶ ἀσύγγνωστον σφαγὴν ἐτόλμησε· τοσαύτης καὶ τοιαύτης ἀπολαύσας προνοίας καὶ διδασκαλίας καὶ συμβουλῆς· πάντα ἐξέβαλεν ἐκεῖνα ἀπὸ τῆς διανοίας, καὶ πρὸς οὐδὲν ἐπεστράφη. ἀφείσθω τοίνυν καὶ ἐρρίφθω λοιπὸν, καὶ μηδὲ λόγου τινὸς ἀξιούσθω παρ' ἐμοῦ. οὐδὲν τοιοῦτον ὁ θεὸς οὐκ εἶπεν, οὐκ ἔπραξεν· ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὸν ἔρχεται πάλιν, καὶ διορθοῦται τὸν ἄνθρωπον, καὶ φησί· ποῦ Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; καὶ οὐδὲ ἀρνούμενον ἀφίησιν· ἀλλ' ἐνάγει καὶ ἄκοντα εἰς τὴν τῆς ἐργασίας ὁμολογίαν. καὶ εἰπόντος, οὐκ οἶδα, φωνή, φησιν, αἵματος ἀδελφοῦ σου βοᾷ πρός με· αὐτὸ τὸ πρᾶγμά φησι κηρύττει τὸν μιαιφόνον. τί οὖν οὗτος; μείζων ἡ αἰτία μου τοῦ ἀφεθῆναί με· καὶ εἰ ἐκβάλῃς με ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυβήσομαι. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι, μείζονα μὲν ἥμαρτον συγγνώμης καὶ ἀπολογίας, καὶ τοῦ ἀφεθῆναι, πλὴν ἀλλ' εἰ βουληθείης ἐπεξελθεῖν τῷ γεγενημένῳ, πᾶσι προκείσομαι, ἔρημος τῆς παρὰ σοῦ συμμαχίας γενόμενος. τί οὖν ὁ θεός; οὐχ οὕτως, πᾶς ὁ ἀποκτείνας Κάϊν, ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει. μὴ φοβοῦ τοῦτο φησί· βιώσῃ βίον μακρόν· κἂν ἀνέλῃ σέ τις, πολλαῖς ἔσται τιμωρίαις ὑπεύθυνος. ὁ γὰρ ἑπτὰ ἀριθμὸς παρὰ τῇ γραφῇ ἀδιορίστου πλήθους ἐστὶ σημαντικός. ἐπεὶ οὖν ὁ Κάϊν πολλαῖς ὑπεβέβλητο τιμωρίαις, ἀγωνίᾳ, καὶ τρόμῳ, καὶ στεναγμοῖς, καὶ ἀθυμίᾳ, καὶ παραλύσει σώματος, ὁ ἀνελών σε, φησὶ, καὶ τούτων ἀπαλλάξας τῶν κολάσεων, αὐτὸς ἐφ' ἑαυτὸν ἐπισπάσεται τὴν τιμωρίαν. καὶ δοκεῖ μὲν εἶναι βαρὺ καὶ φορτικὸν τὸ λεγόμενον, πολλῆς δὲ ταῦτά ἐστι κηδεμονίας [a] ὑπόδειξις. καὶ γὰρ τοὺς μετὰ ταῦτα σωφρονίσαι [a] βουλόμενος, τοιοῦτον ἐπενόησε κολάσεως τρόπον, ὃς ἀπαλλάξαι αὐτὸν τῆς ἁμαρτίας ἐδύνατο. εἰ μὲν γὰρ εὐθέως αὐτὸν ἀνεῖλεν, ἀπῆλθεν ἂν ἔχων τὴν ἁμαρτίαν ἐγκεκαλυμμένην, καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα οὐκ ἂν ἐγένετο γνώριμος. νυνὶ δὲ ἀφεθεὶς πολὺν χρόνον ζῆσαι ἐν ἐκείνῳ τῷ τρόμῳ, διδάσκαλος [b] τοῖς ἀπαντῶσιν ἐγίνετο πᾶσι· διὰ τῆς ὄψεως [b] καὶ τοῦ σάλου τῆς σαρκὸς, παραινῶν ἅπασι μή ποτε τοιαῦτα τολμᾶν, ἵνα μὴ τοιαῦτα πάθωσιν, αὐτός τε βελτίων ἐγένετο πάλιν. ὁ γὰρ τρόμος καὶ φόβος, καὶ τὸ ἀγωνίᾳ συζῆν, καὶ ἡ τοῦ σώματος πάρεσις, καθάπερ ἐν δεσμῷ τινι κατεῖχεν αὐτόν· καὶ οὐκ ἠφίει οὔτε εἰς ἕτερον ἐκπηδῆσαι τοιοῦτον τόλμημα πάλιν· καὶ τοῦ προτέρου συνεχῶς ἀνεμίμνησκε· καὶ ἐν τούτοις αὐτοῦ τὴν ψυχὴν σωφρονεστέραν εἰργάζετο.

Ἀλλὰ μεταξὺ λέγοντί μοι ἐπῆλθεν εἰς μέσον ἀγα-

a Alii, ἀπόδειξις.

b Alii, τοῖς ἀπαντῶσι καθίστατο πᾶσι.

γεῖν, καὶ ζητῆσαι, τί δήποτε τὴν ἁμαρτίαν ὁμολογήσας τὴν ἑαυτοῦ, καὶ καταγνοὺς τῶν γινομένων καὶ εἰπὼν μείζονα συγγνώμης ἡμαρτηκέναι, καὶ μηδεμιᾶς ἀπολογίας ἄξιος εἶναι, οὐκ ἴσχυσεν ἀπονίψασθαι [a] τὰ ἁμαρτήματα· καίτοι γε ὁ προφήτης φησί· Λέγε σὺ τὰς ἀνομίας σου πρότερος, ἵνα δικαιωθῇς, ἀλλὰ καὶ κατεκρίθη, ὅτι οὐκ εἶπεν, ὡς ὁ προφήτης ἐκέλευσεν. οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπεν ὁ προφήτης, λέγε σὺ τὰς ἀνομίας σου, ἀλλὰ τί; λέγε σὺ πρότερος, φησὶ, τὰς ἀνομίας σου. τὸ ζητούμενον τοῦτό ἐστιν. οὐ τὸ εἰπεῖν ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ πρῶτον εἰπεῖν, τὸ μὴ ἀναμεῖναι τὸν ἐλέγχοντα καὶ κατηγοροῦντα. οὗτος δὲ οὐκ εἶπε πρότερος ἀλλὰ ἀνέμεινεν ἐλεγχθῆναι παρὰ τοῦ Θεοῦ· μᾶλλον δὲ καὶ ἐλέγχοντος, ἠρνεῖτο. ἀλλ' ἐπειδὴ ἅπαξ ἔδειξε τὸ γινόμενον φανερῶς, τότε εἶπε τὴν ἁμαρτίαν· ὅπερ οὐκ ἔστιν ἐξομολόγησις λοιπόν. καὶ σὺ τοίνυν, ἀγαπητὲ, ἐπειδὰν ἁμάρτῃς, μὴ ἀνάμενε τὴν παρ' ἑτέρου κατηγορίαν, ἀλλὰ πρὶν ἂν ἢ κατηγορηθῇς, καὶ διαβληθῇς, σὺ καταγίνωσκε τῶν γεγενημένων, ὡς ἐὰν ἕτερος ἐλέγξῃ λοιπὸν, οὐκ ἔτι τῆς σῆς ἐξομολογήσεως τὸ κατόρθωμα γίνεται, ἀλλὰ τῆς ἐκείνου κατηγορίας ἡ διόρθωσις. διὰ τοῦτο καὶ ἄλλος τίς φησι, Δίκαιος ἑαυτοῦ κατήγορος ἐν πρωτολογίᾳ. ὥστε οὐ τοῦτό ἐστι τὸ ζητούμενον, τὸ κατηγορεῖν ἑαυτοῦ· ἀλλὰ τὸ πρῶτον ἑαυτοῦ κατηγορεῖν, καὶ τὸ μὴ ἀναμένειν τοὺς παρ' ἑτέρων ἐλέγχους. ὁ γοῦν Πέτρος μετὰ τὴν ἄρνησιν ἐκείνην τὴν χαλεπὴν, ἐπειδὴ ταχέως ἑαυτὸν ἀνέμνησε τῆς ἁμαρτίας, καὶ μηδενὸς [b] κατηγοροῦντος ἔλεγε τὴν πλημμέλειαν, καὶ ἔκλαυσε πικρῶς, οὕτως ἀπενίψατο τὴν ἄρνησιν ἐκείνην, ὡς καὶ πρῶτος γενέσθαι τῶν ἀποστόλων, καὶ τὴν οἰκουμένην ἐγχειρισθῆναι ἅπασαν. ἀλλ' ὅπερ ἔλεγον· δεῖ γὰρ ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανελθεῖν· ἱκανῶς ἡμῖν ἐντεῦθεν ἀπεδείχθη ὁ λόγος, ὅτι πιπτόντων οὐ χρὴ τῶν ἀδελφῶν ἀμελεῖν, οὐδὲ καταφρονεῖν, ἀλλ' ἀσφαλίζεσθαι μὲν αὐτοὺς πρὸ τῆς ἁμαρτίας· πολλὴν δὲ καὶ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν περὶ αὐτοὺς ἐπιδείκνυσθαι ἐπιμέλειαν. οὕτω καὶ ἰατροὶ ποιοῦσι· λέγουσι μὲν γὰρ καὶ ὑγιαίνουσι τοῖς ἀνθρώποις, ἃ δύναται διατηρῆσαι τὴν ὑγείαν αὐτοῖς, καὶ πᾶσαν ἀποκρούσασθαι νόσον· ἀμελησάντων δὲ τῶν ἐπιταγμάτων, καὶ ἀρρωστίᾳ περιπεσόντων οὐ παρορῶσιν, ἀλλὰ δὴ πολλὴν μάλιστα τότε ἐπιδείκνυνται πρόνοιαν, ὅπως αὐτοὺς ἀπαλλάξωσι τῶν νοσημάτων. οὕτω καὶ ὁ Παῦλος ἐποίησε· τὸν γοῦν πεπορνευκότα μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐκείνην, μετὰ τὴν παρανομίαν τὴν χαλεπὴν, τὴν οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν εὑρισκομένην, οὐ παρεῖδεν· ἀλλὰ καὶ ἀφηνιάζοντα, καὶ μὴ βουλόμενον δέξασθαι τὴν ἰατρείαν, καὶ σκιρτῶντα, καὶ ἀποπηδῶντα, ἐπανήγαγεν ἐπὶ τὴν θεραπείαν, καὶ οὕτως ἐπανήγαγεν, ὥστε ἑνῶσαι τῷ σώματι τῆς ἐκκλησίας πάλιν. καὶ οὐκ εἶπε πρὸς ἑαυτόν· Τί δὲ τὸ πλέον; τί δὲ τὸ ὄφελος; ἐπόρνευσε, τὴν ἁμαρτίαν εἰργάσατο, οὐδὲ ἀποστῆναι βούλεται τῆς ἀσελγείας· ἀλλὰ καὶ πεφυσίωται, καὶ μέγα φρονεῖ, καὶ ἀνίατον τὸ ἕλκος ἐργάζεται· ἀφῶμεν τοίνυν αὐτὸν, καὶ ἐγκαταλείψωμεν. οὐδὲν τούτων εἶπεν· ἀλλὰ καὶ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα πολλῇ τότε ἐχρήσατο τῇ προνοίᾳ· ἐπειδὴ πρὸς ἄφατον αὐτὸν εἶδε κακίαν ἐξολισθήσαντα, καὶ οὐκ ἀπέστη φοβῶν, ἀπειλῶν, κολάζων, καὶ δι' ἑαυτοῦ, καὶ δι'

A tem, ut in medium adducam, quæramque quamobrem tandem, cum peccatum suum esset confessus, factumque damnasset, dicens se majora peccasse, quam ut veniam mereretur, nullaque excusatione se dignum esse, non potuerit abluere peccata; cum Propheta dicat, *Dic tu iniquitates tuas prior, ut justificeris*; sed condemnatus fuerit? Quoniam non dixit, ut jussit Propheta, non enim simpliciter dixit, dic iniquitates tuas: sed quid? *dic tu prior iniquitates tuas.* Quod quæritur, hoc est; non simpliciter esse dicendas, sed prius esse dicendas; non exspectandam redargutionem accusantis. Hic autem B non dixit prior; sed exspectavit, donec redargueretur a Deo: quin potius, illo redarguente, negavit. Postquam autem semel factum est peccatum palam; tum dixit peccatum; quæ quidem non est jam confessio. Proinde tu quoque, dilecte, cum peccaveris, ne exspectaris, ut ab alio accuseris; sed priusquam accuseris ac deferaris, tu condemna quæ facta sunt. Nam si quis alius deinde te redarguerit, non jam tuæ confessionis est officium, sed illius qui accusat correctio. Quapropter & alius quispiam inquit; *Justus sui ipsius accusator est in principio ser-* C *monis.* Itaque non hoc est quod quæritur, ut accuses te ipsum; sed ut prior teipsum accuses, nec exspectes ab aliis redargutionem. Petrus itaque post gravem illam negationem, quoniam celeriter suum ipsius peccatum recordatus est, nulloque accusante dixit peccatum, flevitque amare: sic abluit illam abnegationem, ut etiam primus Apostolorum fuerit factus, eique totus terrarum orbis commissus fuerit. Sed quod dicebam: nam oportet ad id quod propositum est reverti; satis nobis ex his demonstratur, non oportere fratres lapsos negligere, neque contemnere, verum prospicere quidem illis ante peccatum, cæterum etiam post peccatum D multam erga illos præstare curam. Itidem faciunt & medici, præscribunt enim ac præcipiunt hominibus, quæ possunt illorum valetudinem tueri, omnemque morbum excludere: cæterum ubi neglexerint præscripta, & in valetudinem adversam inciderint: non negligunt eos ipsi, sed tum maxime multam adhibent solicitudinem, quo illos morbo levent. Idipsum & Paulus fecit, qui eum qui stuprum commiserat, post illud peccatum, quod ne inter gentes quidem inveniebatur, non contempsit: verum etiam frenos E respuentem, nec medicinam admittere volentem, lascivientem, ac resilientem, reduxit ad sanitatem: & ita reduxit, ut conjungeret rursum corpori Ecclesiæ. Neque dixit apud sese: Quid hoc proderit? quæ hinc utilitas? stuprum commisit, peccatum perpetravit, nec vult desistere a lascivia; verum & inflatus est, & sibi placet, & immedicabile vulnus reddit: sinamus igitur illum, ac deseramus. Nihil horum dixit: sed propter hoc ipsum maxime multa usus est erga illum solicitudine; quod ad nefandam malitiam videret illum esse delapsum, neque cessavit terrere, minari, punire tum per sese,

Cur Caïn peccatum suum non abluit.

Esai. 43. 26.

Prov. 18. 17.

Petrus quomodo abluit peccatum suum: ei orbis terrarum commissus. Matth. 26.

1. Cor. 5.

[a] Quinque MSS. τὸ ἁμάρτημα.

[b] Quinque MSS. κατηγοροῦντος ἐκείνῳ τὴν

A tum per alios complures, nihil non faciens, nihil non tentans, donec illum ad agnitionem peccati perduxisset, ad sensum iniquitatis, postremo donec ipsum liberasset ab omni macula. Hoc sane facito tu quoque, imitare Samaritanum illum, qui in Evangelio tantam erga vulneratum præstitit sollicitudinem. Etenim illic præteriit Levita, præteriit Pharisæus, ac neuter deflexit ad jacentem, sed inclementer crudeliterque relicto illo abierunt. Samaritanus autem quispiam, qui nulla ex parte illi conjunctus erat, non prætercurrit, sed accurrens misertus est, instillavit oleum ac vinum, imposuit asino, duxit ad diversorium; pecuniam partim dedit præsentem, partim pollicitus est pro ejus, qui nihil ad ipsum pertinebat, curatione, nec dixit apud sese: Quæ mihi cura est istius? Samaritanus sum; nihil mihi cum illo; procul absumus a civitate, & ille ne ingredi quidem potest. Quid autem, si ferre non possit viæ longitudinem, mortuum afferam? capiendus sum ob cædem, obnoxius ero homicidio? His sane de causis multi sæpe prætereuntes ac videntes homines vulneratos palpitantes, prætereunt; non quod graventur tollere, pecuniisque parcant; sed metuentes, ne & ipsi pertrahantur in judicium, tanquam cædis rei: verum humanus ille ac mitis nihil horum metuit, sed his omnibus contemtis imposuit eum asino, & in diversorium perduxit, neque quidquam harum rerum reformidabat, non periculum, non pecuniarum impendium, non aliud præterea quidquam. Quod si Samaritanus adeo humanus mitisque fuit erga hominem ignotum: quam habituri sumus nos veniam, si proprios fratres neglexerimus in malis gravioribus? Nam & isti, qui nunc jejunaverunt, inciderunt in prædones Judæos, imo verius omnibus prædonibus sæviores, quique gravioribus malis afficiunt eos, qui in eos incidunt. Neque enim vestes illorum lacerarunt, neque corpori inflixerunt vulnera, ut illi tunc fecerant: sed animam sauciarunt, infinitisque ipsi vulneribus inflictis, sic abierunt illos relinquentes in fovea impietatis jacentes.

Luc. 10. 30.

4. Ne igitur dissimulemus talem tragœdiam; neque prætereamus inclementer tam miserabile spectaculum. Quin etiamsi alii hoc fecerint, tu ne feceris. Ne dixeris apud temetipsum, homo sum mundanus, uxorem & liberos habeo, ista sacerdotum sunt, ista monachorum. Neque enim Samaritanus ille hæc dicebat, Ubi nunc sacerdotes? ubi nunc Pharisæi? Ubi Judæorum doctores? sed perinde quasi venatum quempiam maximum nactus esset, ita lucrum arripuit. Et tu igitur cum videris aliquem egentem curatione, vel corporis, vel animæ, ne dicito apud teipsum, quare ille, & ille eum non curaverunt? sed a morbo libera: neque rationes exigas ab illis negligentiæ. Si inveneris aurum jacens, num dicis apud teipsum, quare ille aut ille hoc non sustulerunt? sed festinas ante alios rapere? Itidem & de fratribus collapsis cogita, putatoque te thesau-

A ἑτέρων πολλῶν· πάντα ποιῶν καὶ πραγματευόμενος, ἕως ἂν αὐτὸν εἰς ἐπίγνωσιν ἤνεγκε τῆς ἁμαρτίας, εἰς αἴσθησιν τῆς παρανομίας, καὶ τέλεον αὐτὸν ἀπήλλαξε τῆς κηλῖδος ἁπάσης. τοῦτο δὴ καὶ σὺ ποίησον· μίμησαι τὸν Σαμαρείτην ἐκεῖνον, τὸν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοσαύτην [a] περὶ τὸν τραυματίαν ἐκεῖνον ἐπιδειξάμενον πρόνοιαν. καὶ γὰρ ἐκεῖ παρῆλθε Λευΐτης, παρῆλθε καὶ Φαρισαῖος· καὶ οὐδέτερος ἐπεκάμφθη πρὸς τὸν κείμενον, ἀλλ' ἀνηλεῶς καὶ ὠμῶς ἀφέντες αὐτὸν, ἀπῆλθον. Σαμαρείτης δέ τις, οὐδὲν αὐτῷ προσήκων οὐδαμόθεν, οὐ παρέδραμεν, ἀλλ' ἐπιστὰς κατηλέησε, καὶ ἐπέσταξεν ἔλαιον καὶ οἶνον· ἐπέθηκεν [b] ἐπὶ τὸν ὄνον, ἤγαγεν εἰς πανδοχεῖον, καὶ ἀργύριον τὸ μὲν ἔδωκε, B τὸ δὲ ὑπέσχετο ὑπὲρ τῆς τοῦ μηδὲν αὐτῷ προσήκοντος θεραπείας· καὶ οὐκ εἶπε πρὸς ἑαυτὸν, τί δέ μοι μέλει περὶ τούτου; Σαμαρείτης εἰμὶ, οὐδὲν κοινὸν ἔχω πρὸς αὐτὸν, πόῤῥω τῆς πόλεώς ἐσμεν· οὐδὲ βαδίσαι δύναται. τί δὲ ἐὰν μὴ πρὸς τὸ μῆκος ἀρκέσῃ τῆς ὁδοιπορίας, μέλλω νεκρὸν ἐπιφέρεσθαι; μέλλω σφαγῆς ἁλίσκεσθαι; μέλλω τοῦ φόνου ὑπεύθυνος εἶναι; καὶ γὰρ πολλοὶ πολλάκις παριόντες καὶ ὁρῶντες ἀνθρώπους πεπληγότας καὶ σπαίροντας, διὰ τοῦτο παρατρέχουσιν, οὐκ ὀκνοῦντες ἀνελέσθαι, οὐδὲ χρημάτων φειδόμενοι, ἀλλὰ δεδοικότες, μὴ καὶ αὐτοὶ εἰς δικαστήριον ἑλκυσθῶσιν, ὡς τῆς σφαγῆς ὑπεύθυνοι. ἀλλ' ἐκεῖνος C οὐδὲν τούτων ἔδεισεν ὁ ἥμερος καὶ φιλάνθρωπος, ἀλλὰ ταῦτα πάντα ὑπεριδὼν ἐπέθηκεν ἐπὶ τὸν ὄνον, καὶ εἰς πανδοχεῖον ἤγαγεν. οὐδὲν τούτων ὑπείδετο, οὐ κίνδυνον, οὐ χρημάτων δαπάνην, οὐκ ἄλλο οὐδέν· εἰ δὲ ὁ Σαμαρείτης οὕτω φιλάνθρωπος καὶ ἥμερος γέγονε περὶ ἄνθρωπον ἄγνωστον, τίνα ἂν ἔχοιμεν συγγνώμην ἡμεῖς, τῶν ἀδελφῶν τῶν οἰκείων ἀμελοῦντες ἐπὶ μείζοσι κακοῖς; καὶ γὰρ καὶ οὗτοι οἱ νῦν νηστεύσαντες, λῃσταῖς περιέπεσον τοῖς Ἰουδαίοις, μᾶλλον δὲ λῃστῶν ἁπάντων χαλεπωτέροις, καὶ μείζονα τοὺς ἐμπίπτοντας ἐργαζομένοις κακά. οὐ γὰρ τὰ ἱμάτια αὐ- D τῶν περιέῤῥηξαν, οὐδὲ τῷ σώματι πληγὰς ἐπήγαγον, καθάπερ ἐκεῖνοι τότε, ἀλλὰ τὴν ψυχὴν κατέτρωσαν· καὶ μυρία αὐτῇ τραύματα δόντες, οὕτως ἀπῆλθον, ἀφέντες ἐν τῷ λάκκῳ τῆς ἀσεβείας κειμένους.

Μὴ δὴ παρίδωμεν τραγῳδίαν τοιαύτην, μηδὲ παραδράμωμεν ἀνηλεῶς οὕτω θέαμα ἐλεεινὸν, ἀλλὰ, κἂν ἕτεροι τοῦτο ποιῶσι, σὺ μὴ ποιήσῃς· μὴ εἴπῃς πρὸς σεαυτὸν, κοσμικός εἰμι ἀνὴρ, γυναῖκα ἔχω καὶ παῖδας, ταῦτα τῶν ἱερέων ἐστὶ, ταῦτα τῶν μοναχῶν. οὐδὲ γὰρ ὁ Σαμαρείτης ἐκεῖνος ταῦτα εἶπε, ποῦ νῦν οἱ ἱερεῖς; ποῦ νῦν οἱ Φαρισαῖοι; ποῦ τῶν Ἰουδαίων οἱ διδάσκαλοι; ἀλλ' ὥσπερ E τι θήραμα μέγιστον εὑρὼν, οὕτως ἥρπασε τὸ κέρδος. καὶ σὺ τοίνυν, ὅταν ἴδῃς τινὰ δεόμενον θεραπείας ἢ σωματικῆς ἢ ψυχικῆς, μὴ λέγε πρὸς ἑαυτὸν, τίνος ἕνεκεν ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα αὐτὸν οὐκ ἐθεράπευσεν; ἀλλ' ἀπάλλαξον τῆς ἀῤῥωστίας, καὶ μὴ ἀπαίτει ἐκείνους εὐθύνας τῆς ἀμελείας. ἐὰν εὕρῃς χρυσίον, εἰπέ μοι, κείμενον, μὴ λέγεις πρὸς σεαυτὸν, τίνος ἕνεκεν ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα αὐτὸ οὐκ ἀνείλοντο, ἀλλὰ σπουδάζεις πρὸ τῶν ἄλλων [c] ἁρπάσαι. οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν πεπτωκότων ἀδελφῶν λογίζου, καὶ νόμιζε θη-

a Sic Edit. Savil. & multi Mss. Morel. vero, τοσαύτην ἐπιδειξάμενον ἐπὶ τῶν τραυμάτων πρόνοιαν.

b Aliquot Mss. ἐπὶ τῶν ὤμων, hic & infra.

c Alii, διαρπάσαι.

σταυρὸν εὑρηκέναι τὴν ἐπιμέλειαν τὴν ἐκείνων. ἂν γὰρ ἐπιστάξῃς αὐτῷ καθάπερ ἔλαιον τοῦ λόγου τὴν διδασκαλίαν, ἂν καταδήσῃς τῇ προσηνείᾳ, ἂν θεραπεύσῃς τῇ καρτερίᾳ, τοῦ θησαυροῦ παντὸς εὐπορώτερόν σε ἐκεῖνος ἐργάσεται. ὁ γὰρ ἐξαγαγὼν τίμιον, φησὶν, ἐξ ἀναξίου, ὡς στόμα μου ἔσται· τί τούτου γένοιτ' ἂν ἴσον; ὅπερ οὐδὲ νηστεία, οὐδὲ χαμευνία, οὐδὲ παννυχίδες, οὐκ ἄλλο τι δύναται ἐργάσασθαι, τοῦτο ἡ τοῦ ἀδελφοῦ σωτηρία ποιεῖ. ἐννόησόν σου τὸ στόμα, πόσα πολλάκις ἥμαρτε, πόσα ἐφθέγξατο αἰσχρὰ ῥήματα, πόσας βλασφημίας, πόσας λοιδορίας ἐξέβαλε, καὶ πάντως ἀντιλήψῃ τῆς τοῦ πεπτωκότος προνοίας. διὰ γὰρ ἑνὸς τούτου τοῦ κατορθώματος πᾶσαν ἐκκαθᾶραι δυνήσῃ τὴν κηλῖδα ἐκείνην. καὶ τί λέγω ἐκκαθᾶραι; ὡς στόμα τοῦ θεοῦ ποιήσεις σου τὸ στόμα. τί ταύτης γένοιτ' ἂν ἴσον τῆς τιμῆς; μὴ γὰρ ἐγὼ ταῦτα ἐπαγγέλλομαι, αὐτὸς ὁ θεὸς τοῦτο εἶπεν, ὅτι κἂν ἕνα τινὰ ἐξαγάγῃς, φησὶν, ὡς στόμα μου, ἔσται τὸ στόμα σου καθαρὸν, ἅγιον. μὴ τοίνυν ἀμελῶμεν τῶν ἀδελφῶν, μηδὲ περιϊόντες λέγωμεν, πόσοι ἐνήστευσαν, πόσοι παρεσύρησαν; ἀλλ' ἐπιμελώμεθα αὐτῶν. κἂν πολλοὶ ὦσιν οἱ νηστεύσαντες, σὺ μὴ ἐκπομπεύσῃς, ἀγαπητὲ, μηδὲ παραδειγματίσῃς τῆς ἐκκλησίας τὴν συμφορὰν, ἀλλὰ θεράπευσον. κἂν εἴπῃ τις, ὅτι πολλοὶ ἐνήστευσαν, ἐπιστόμισον, ὥστε μὴ γενέσθαι δήλην τὴν φήμην, καὶ εἰπὲ πρὸς αὐτόν· ἐγὼ μὲν οὐδένα οἶδα· ἠπάτησαι, ἄνθρωπε, καὶ ψεύδῃ· ἂν δύο καὶ τρεῖς ἴδῃς παρασυρέντας, πολλοὺς αὐτοὺς εἶναι λέγεις. καὶ τὸν μὲν κατηγοροῦντα ἐπιστόμισον, τῶν δὲ παρασυρέντων μὴ ἀμελήσῃς· ἵνα ἑκατέρωθεν πολλὴ τῇ ἐκκλησίᾳ ἀσφάλεια γένηται, ἀπό τε τοῦ τὴν φήμην μὴ ἐκπομπεύεσθαι, ἀπό τε τοῦ τοὺς παρασυρέντας αὐτοὺς πρὸς τὴν ἱερὰν ἀγέλην ἄγεσθαι πάλιν. μὴ τοίνυν περιϊόντες λέγωμεν, τίνες ἥμαρτον; ἀλλὰ σπουδάσωμεν, ὅπως διορθώσωμεν τοὺς ἡμαρτηκότας μόνον. καὶ γὰρ δεινὸν ἔθος, δεινὸν τὸ κατηγορεῖν τῶν ἀδελφῶν μόνον, ἀλλὰ μὴ ἐπιμελεῖσθαι· τὸ ἐκπομπεύειν τὰ κακὰ τῶν ἀσθενούντων, ἀλλὰ μὴ θεραπεύειν. ἀνέλωμεν τοίνυν τοῦτο τὸ πονηρὸν ἔθος, ἀγαπητοί· οὐδὲ γὰρ μικρὰν λύμην τοῦτο ἐργάζεται. καὶ πῶς, ἐγὼ λέγω. ἤκουσέ τις παρὰ σοῦ λέγοντος, ὅτι πολλοὶ ἐνήστευσαν μετὰ Ἰουδαίων καὶ μηδὲν ἐξετάσας εἰς ἕτερον τὸ ῥῆμα ἐξήνεγκε· πάλιν ἐκεῖνος μηδὲν πολυπραγμονήσας, ἑτέρῳ τοῦτο ἐξεῖπεν· εἶτα κατὰ μικρὸν τῆς πονηρᾶς ταύτης αὐξανομένης φήμης, πολὺ μὲν [a] τῇ ἐκκλησίᾳ ὄνειδος κατασκεδάννυται· τοῖς δὲ ἀπολωλόσιν οὐδὲν ὄφελος γίνεται, ἀλλὰ καὶ βλάβος καὶ τούτοις καὶ ἑτέροις πολλοῖς. κἄν τε γὰρ ὀλίγοι ὦσιν, ἡμεῖς αὐτοὺς ταῖς φήμαις ταῖς πολλαῖς πολλοὺς ποιοῦμεν, καὶ τοὺς ἑστῶτας ἀσθενεστέρους ἐργαζόμεθα, καὶ τοὺς μέλλοντας πίπτειν ὠθοῦμεν. ὁ γὰρ ἀδελφὸς ἀκούσας, ὅτι πολλοὶ ἐνήστευσαν, αὐτὸς ῥᾳθυμότερος ἔσται. καὶ ταῦτα πάλιν ὁ ἀσθενὴς ἀκούσας, δραμεῖται ἐπὶ τὸ πλῆθος τῶν πεπτωκότων. μὴ τοίνυν μηδὲ ἐπὶ τούτῳ, μηδὲ ἐπ' [b] ἄλλῳ πονηρεύματι συγχαίρωμεν, κἂν πολλοὶ ὦσιν οἱ ἁμαρτάνοντες, ὥστε ἐκπομπεύειν αὐτοὺς καὶ λέγειν, ὅτι πολλοὶ, ἀλλ' ἐπιστομίζωμεν καὶ κατέχωμεν. μή μοι λέγε, ὅτι πολλοὶ

A rum reperisse, nimirum curam illorum. Etenim si instillaveris illi velut oleum sermonis doctrinam, si ligaveris mansuetudine, si sanaveris tolerantia: ille te faciet ditiorem quovis thesauro. *Qui enim eduxerit pretiosum a vili, tamquam os meum erit*, inquit Jer. 15. 19.
ille. Quid huic poterit æquiparari? Quod neque jejunium, neque humi peractæ cubationes, neque pervigilia, neque aliud quidpiam potest efficere; id efficit fratris procurata salus. Cogita quam multa tuum os frequenter peccaverit, quam multa verba obscœna protulerit, quam multa convitia, quam multa maledicta evomuerit, & omnino suscipies col-
B lapsi curam. Nam hoc uno benefacto omnem illam delere maculam poteris. Et quid dico delere? Facies ut sit os tuum sicut os Dei. Quid huic honori possit æquiparari? Non enim ego ista polliceor; ipse Deus hoc dixit. Si unum quempiam eduxeris, inquit, ut os meum, erit os tuum purum sanctumque. Ne igitur negligamus fratres, neque circumeuntes dicamus, quam multi jejunarunt, quam multi intercepti sunt, sed curam habeamus illorum. Etiamsi multi sint qui jejunarunt: tu dilecte ne evulges ignominiæque exponas Ecclesiæ calamitatem; sed medere potius. Et si quis dixerit, multi jejunarunt; ob-
C tura illi os, ne fama divulgetur, eique dicito: Ego neminem novi; deceptus es homo fallerisque: cumque unum atque alterum interceptum videris, dicis illos esse multos. Ac delatori quidem impone silentium: cæterum eos qui intercepti sunt ne neglexeris: ut utrinque multa securitas contingat Ecclesiæ, tum ex eo quod fama non sit vulgata, tum quod eos ipsos interceptos ad sacrum gregem reduxeris. Ne igitur obambulantes referamus qui peccaverint; sed festinemus ut eos solum, qui peccarunt, corrigamus. Est enim prava consuetudo, tantum accusare fratres, nec illorum curam habere; Peccata fratrum corrigenda, non vulganda.
vulgare mala infirmorum, nec mederi. Au-
D feramus igitur hanc pravam consuetudinem, carissimi: neque enim ea mediocrem pestem invehit. Et quo pacto, ego dicam. Audivit aliquis ex te quod multi cum Judæis jejunaverint; nulloque præmisso examine alii id verbum aperuit: rursus ille parum attentus, alteri hoc ipsum eloquutus est, deinde paulatim hac mala fama increscente magnum quidem probrum effunditur Ecclesiæ: his vero qui perierunt, nulla affertur utilitas, quin potius gravissima noxa, tum his, tum aliis. Etiamsi enim pauci fuerint, nos tamen
E eos rumoribus multis multos facimus, & eos qui stant, imbecilliores reddimus: & eos qui ad casum proclives sunt, impellimus. Frater enim audiens esse multos qui jejunarunt; ipse negligentior erit. Deinde rursus qui infirmior est, hoc audito, accurret ad multitudinem eorum, qui ceciderunt. Ne igitur vel super hoc, vel super alio quovis improbo facto gaudeamus, etiamsi multi fuerint peccatores, ita ut traducamus eos, ac dicamus multos esse, sed potius obturemus os, & coërceamus. Ne mihi dixeris, multi sunt

a Novem MSS. τῆς ἐκκλησίας, quæ lectio non mala cum verbo κατασκεδάννυται, ubi κατὰ licet conjunctum potest genitivum regere. Infra, quatuor MSS. ταῖς φήμαις ταύταις πολλούς.

b Quatuor MSS. ἄλλῳ πονηρῷ ῥήματι ταῦτα συγχωρῶμεν, κἂν πολλοὶ ὦσιν οἱ ἁμαρτάνοντες, μὴ ἐκπομπεύειν αὐτοὺς καὶ λέγειν.

A ὅτι βραχὺς ὁ παρὼν βίος· κἂν μὴ ταῦτα κερδάνωμεν τὰ κέρδη, οὐδεμίαν ἕξομεν ἐκεῖ σωτηρίαν. δύναται πολλάκις μία κερδηθεῖσα ψυχὴ μυρίων ὄγκον ἁμαρτημάτων ἀφανίσαι, καὶ γενέσθαι ἡμῖν ἀντίψυχον ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. ἐννόησον διὰ τί προφῆται, διὰ τί ἀπόστολοι, διὰ τί δίκαιοι, διὰ τί ἄγγελοι πολλάκις ἐπέμφθησαν; διὰ τί αὐτὸς ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ παρεγένετο· οὐχ ἵνα ἀνθρώποις διασώσῃ; οὐχ ἵνα πεπλανημένους ἐπαναγάγῃ; τοῦτο καὶ σὺ ποίησον κατὰ δύναμιν τὴν σὴν, καὶ πᾶσαν σπουδὴν ἐπίδειξαι καὶ πρόνοιαν εἰς τὴν τῶν πεπλανημένων ἐπάνοδον. ταῦτα καθ' ἑκάστην ὑμῖν παραινῶν συνάξιν οὐ διαλιμπάνω, κἂν προσέχητε, κἂν μὴ προσέχητε, ἐγὼ λέγων οὐ παύσομαι. τοῦτο γὰρ ἡμῖν παρὰ τοῦ θεοῦ νόμος, ἄν τε
B ἀκούσῃ τις, ἄν τε μὴ ἀκούσῃ, τὴν διακονίαν ταύτην πληροῦν. ἀλλ' ἐὰν μὲν ἀκούσητε καὶ ποιήσητε τὰ λεγόμενα, μετὰ πολλῆς αὐτὸ τοῦτο ἐργασόμεθα τῆς ἡδονῆς· ἂν δὲ ἀμελήσητε, καὶ ῥᾳθυμήσητε· μετὰ πολλῆς τῆς ἀθυμίας. ἡμῖν μὲν γὰρ ἐκ τῆς ὑμετέρας παρακοῆς οὐδεὶς ἔσται λοιπὸν κίνδυνος· τὸ γὰρ ἡμέτερον ἅπαν ἐπληρώσαμεν· πλὴν ἀλλὰ κἂν μὴ κινδυνεύωμεν τῷ πεπληρωκέναι τὰ παρ' ἑαυτῶν ἅπαντα, ἀλγοῦμεν, ὑμῶν ἐγκαλουμένων κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην. οὐ γὰρ ἀκίνδυνος ὑμῖν ἔσται ἡ ἀκρόασις, ὅταν ἡ διὰ τῶν ἔργων προσθήκη μὴ γίνηται. ἄκουσον γοῦν πῶς τοῖς διδασκάλοις
C ἐγκαλῶν τοῖς ἀποκρύπτουσι τὸν λόγον, καὶ τοὺς μαθητευομένους ἐφόβησεν. εἰπὼν γὰρ, ἔδει σε καταβαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τοὺς τραπεζίτας· καὶ ἐπαγαγὼν, ὅτι κἀγὼ ἐλθὼν μετὰ τόκου ἂν ἀπήτησα αὐτὸ, ἔδειξεν, ὅτι μετὰ τὴν ἀκρόασιν· τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ τοῦ ἀργυρίου καταβολὴ, τοὺς ὑποδεξαμένους τὴν διδασκαλίαν, τόκον ἐργάζεσθαι χρή. τόκος δὲ διδασκαλίας οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἀλλ' ἢ ἡ διὰ τῶν ἔργων ἐπίδειξις. ἐπεὶ οὖν καὶ ἡμεῖς κατεβάλομεν τὸ ἀργύριον εἰς τὴν ἀκοὴν τὴν ὑμετέραν, ἀνάγκη λοιπὸν, ὑμᾶς ἀποδοῦναι τὸν τόκον τῷ δεσπότῃ, τουτέστι, τὴν σωτη-
D ρίαν τῶν ἀδελφῶν τῶν ὑμετέρων. ὥστε εἰ μένοιτε ταῦτα κατέχοντες τὰ εἰρημένα μόνον, καὶ μηδὲν ἐν ἑαυτοῖς ἐργαζόμενοι; δέδοικα μὴ τὴν αὐτὴν τῷ τὸ τάλαντον κατορύξαντι δῶτε δίκην. καὶ γὰρ ἐκεῖνος διὰ τοῦτο τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας δεθεὶς, εἰς τὸ σκότος ἐξήγετο τὸ ἐξώτερον, ὅτι οὐκ ἐξήνεγκεν εἰς ἑτέρους ἅπερ ἤκουσεν. ἵν' οὖν μὴ καὶ ἡμεῖς τὰ αὐτὰ πάθωμεν, τὸν τὰ πέντε δεξάμενον, καὶ τὸν τὰ δύο τάλαντα, μιμησώμεθα· κἄν τε λόγον, κἄν τε χρήματα, κἄν τε σώματος πόνον, κἂν εὐχὴν, κἂν ἄλλ' ὁτιοῦν εἰς τὴν τοῦ πλησίον σωτηρίαν ἀναλῶσαι δέῃ, μὴ ὀκνήσωμεν, ἵνα πανταχόθεν τὸ παρὰ τοῦ θεοῦ δοθὲν ἡμῖν
E τάλαντον ἀναλόγως ἕκαστοι πολυπλασιάσαντες δυνηθῶμεν τῆς μακαρίας ἐκείνης ἀκοῦσαι φωνῆς, εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου, σου ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. a

a Duo MSS. post ἀμήν, habent, τετέλεσται σὺν θεῷ τὰ κατὰ Ἰουδαίων τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ἐν λόγοις ἕξ. Unus autem habet, ἐν λόγοις ἑ.

IN HOMILIAM DE NON ANATHEMATIZANDIS VIVIS ATQUE DEFUNCTIS,

MONITUM.

QUO *tempore hanc habuerit Homiliam Chrysostomus, initio declarat ipse cum ait:* Nuper vobis de incomprehensibilis cognitione Dei disserens, multa verba feci, ac tum Scripturarum vocibus, tum naturalibus ratiociniis demonstravi, etiam ipsis invisibilibus virtutibus inaccessam prorsus esse numinis comprehensionem; illis scilicet, quæ materiæ expertem & beatam vitam agunt: nosque tamen, qui in omni mollitie atque ignavia vitam degimus.... rem invisibilibus substantiis penitus ignotam assequi conari *&c. Hæc vero maxime pertractat Concione tertia de Incomprehensibili: quare vel post illam vel post aliquam ex sequentibus hanc habuerit Homiliam, vertente nimirum anno 386. Verum licet hæc temporis nota nulli difficultati obnoxia videatur, contra eam tamen multas movet quæstiones Tillemontius, qui in adversam abit sententiam. Nam, inquit, Homiliæ hujus exordium non cohæret cum sequentibus verbis hisce,* φέρε δὴ καὶ περὶ ἀναθέματος, *ubi suum de anathemate argumentum tractare incipit Chrysostomus, quare intermedia multa desint oportet, quando maxime longe brevior Homilia est, quam soleant Chrysostomi esse. Neque vero hic gradum sistit, sed putat totum exordium aliunde advectum & assutum fuisse, quæ autem de anathemate subjunguntur, post mortem Paulini Antiocheni, quæ anno 388. accidit, edita fuisse arguit ex Chrysostomi verbis, quæ sic ipse refert:* Patres damnarunt eum quem ego anathematizo, maximeque Paulinum ejus magistrum. *Hic populares Antiochenos loquentes inducit Chrysostomus, eos scilicet qui suæ communionis erant, quorum verba, inquit Tillemontius, Paulinum jam defunctum fuisse arguunt; quandoquidem, non tam Paulinum, quam ejus Discipulos impetere videntur: at si Paulinus vixisset, in eum maxime, ut auctorem mali, anathema proferendum videbatur. Hæc ille, quæ ne minimum quidem nos a priore sententia dimovent, quam item sententiam sequuti sunt Baronius & Hermantius. Quod enim ait, exordium aliunde advectum, mancam Homiliam, eamque breviorem esse, quam soleant Chrysostomi Conciones; hæc, inquam, omnia gratis dicuntur. Siquidem exordium omnino cohæret cum iis, quæ de anathemate subjunguntur: ordiendi modus Chrysostomo est admodum familiaris. Quid enim frequentius, quam sanctum Doctorem videre sic Conciones suas incipientem?* Nuper vobis de incomprehensibilis cognitione Dei disserens, multa verba feci, ac tum Scripturarum vocibus, tum naturalibus ratiociniis demonstravi, etiam ipsis invisibilibus Virtutibus inaccessam prorsus esse numinis comprehensionem.... Age nunc postquam de anathemate vobis quantum convenit disseruerimus, vimque mali hujus, quod pro nihilo reputatur, ostenderimus, hinc freni impatientia ora cohibeamus *&c. Sic præfari solet Chrysostomus. Hic nulla hiatus, lacunæ cujuspiam nulla suspicio haberi potest. Nec plus subsidii referet Tillemontius ex Homiliæ brevitate; nam ut sunt multæ Chrysostomi Conciones hac prolixiores, ita plusquam viginti possumus hac longe breviores proferre, in quas tamen nulla vel* νοθείας *vel hiatûs suspicio cadat: estque hæc aliunde talis, ut argumento nihil deficiat, sitque omnibus suis & numeris & partibus absoluta. Locus autem ille, quem quasi ex hac Homilia excerptum affert Tillemontius, ut probet Paulinum jam obiisse cum hæc Chrysostomus concionaretur, nempe;* Patres damnaverunt eum, quem ego anathematizo, maximeque Paulinum ejus magistrum; *locus, inquam, ille, etiamsi Chrysostomi esset, non video qua ratione probaret jam defunctum fuisse Paulinum, nec puto quempiam fore tam lynceum, ut hic Paulini obitum perspiciat. Verum longe aliter se habet apud Chrysostomum ille locus, ut mox ipsis verbis in medium adductis palam erit.*

Ut autem quo in statu tunc esset Ecclesia Antiochena intelligatur, quod sane ad propositam quæstionem solvendam multum conferet, res est altius repetenda. Eustathius Episcopus Antiochenus, vir sanctus & Catholicus, ideoque Arianis invisus, ipsorum opera & calumniis depositus in exsiliumque actus fuerat anno circiter 330. in ejusque locum substitutus est alius Episcopus Arianus, deincepsque continuata successione ejusdem sectæ Episcopi Antiochenam tenuere Sedem, Catholicis interim cum Eustathiano Clero seorsim collectas agentibus, donec Ariani Meletium,

quem hæresi suæ addictum putabant, in Episcopum adlegerunt. At ubi postea comperissent illum Catholicæ rei vindicem, Arianisque infestum esse, virum in exsilium pelli curant, in ejusque locum Euzoïum Arianum substituunt. Tunc vero tres in partes distracta civitas fuit: prima erat Eustathianorum, sive eorum, qui S. Eustathii partes sequuti fuerant, quique Meletii communionem, quod ab Arianis in Episcopum cooptatus fuisset, respuebant; secunda Meletianorum, scilicet Catholicorum, qui Meletium etsi ab Arianis ordinatum, utpote Catholicum sanctissimumque virum, sequebantur; tertia Arianorum, qui cum Euzoïo conventus agebant. Hactenus tamen nonnisi duo Episcopi Antiochiæ erant, nimirum ex parte Catholicorum Meletius, ex Arianorum vero parte Euzoïus: nam Eustathiani cum Paulino Presbytero seorsim collectas agebant. Quamobrem Athanasius in Synodo Alexandrina anno 362. totis viribus nitebatur, ut Eustathiani Meletianis adjungerentur, omnesque Catholici unum Meletium Episcopum agnoscerent, ad eamque rem legatos duos Eusebium Vercellensem & Asterium Episcopos a Synodo Antiochiam mitti curavit. Verum interim dum legati iter agerent, Lucifer Calaritanus pium Athanasii Alexandrinæque Synodi consilium interturbavit, qui Paulinum in Episcopum adlegit: ita ut tres jam Episcopi Antiochiæ essent, duo Catholici, unus Arianus. Ex hoc autem Catholicorum dissidio, quod annis bene multis perstitit, innumeræ rixæ subortæ sunt, contumeliæ, dicteria, maledicta, quibus se mutuo diversis addicti partibus lacerabant. Paulinus vero in Episcopum adlectus Alexandrinæ Synodo subscripsit, in qua Apollinarius Laodicenus, qui eo oratores suos Monachos miserat, ut professionem fidei suæ in cœtu Patrum ederent, ita tamen ut errores suos subdole reticerent, in communionem admittitur. Paulinus autem anno 362. ordinatus, anno 388. vel 389. finem vivendi fecit.

Hæc præmittenda erant, ut locus Chrysostomi, de quo nunc agitur, intelligi possit. Verba autem ejus ab iis quæ Tillemontius retulit longe diversa, sic habent: ἀλλὰ τί λέγουσιν οἱ πάντα δεινοὶ τὴν κακίαν; αἱρετικὸς, φησὶν, ἐκεῖνος γεγένηται, ἔνοικον τὸν διάβολον ἔχων, καὶ λαλῶν κατὰ τοῦ θεοῦ ἀδικίαν, καὶ πολλοὺς διὰ πιθανολογίας καὶ κενῆς ἀπάτης εἰς βυθὸν ἀπωλείας ἀπάγων· καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ τῶν πατέρων ἐκβέβληται, μάλιστα ὁ τούτου διδάσκαλος μοῖραν τῆς ἐκκλησίας ἀποτεμὼν, ἢ διὰ Παυλιανὸν (lege Παυλῖνον) ἢ Ἀπολλινάριον λέγοντες. *i.* Sed quid dicunt illi ad omnem malitiam audaces? Hæreticus, aiunt, ille factus est, inhabitantem habet diabolum, & loquitur contra Deum nequitiam, multosque suadela vanaque fallacia in profundum exitii abducit: ideoque a Patribus ejectus est, maxime hujus magister, qui partem Ecclesiæ abscidit: sic aut Paulinum aut Apollinarium designant. *Hæc, ut primo statim aspectu sese offerunt, Paulinum viventem docentemque indicant, nedum mortuum supponant: nam ille qui loquitur contra Deum nequitiam & multos abducit, est, ut videtur, Paulinus, neque enim hæc in alium conferri posse putamus. Ejus vero magister, qui a Patribus ejectus erat, est Apollinarius secundo memoratus, qui postquam in Synodo ad communionem admissus fuerat, subscribente Paulino; deinde ab Athanasio aliisque Patribus, cum ejus hæresim comperissent, ejectus fuit. Sane hæc multitudinis dicta duos tantum impetunt viros, nempe ut explicat Chrysostomus Paulinum & Apollinarium. Nam si post defunctum Paulinum a popularibus verba hujusmodi prolata essent, Evagrium ejus successorem haud dubie impeterent, cujus tamen nulla hic mentio. Notam igitur temporis, quam initio Chrysostomus clare posuit, hoc loco nullatenus labefactari palam est. Quare in iis, quæ de tempore hujus Homiliæ supra diximus, omnino standum putamus. Cæterum locus ille, quem jamjam retulimus, utpote qui inconditæ profanæque multitudinis convitium tantum referat, non est ita ad literam accipiendus, ut singulorum dictorum rationem quærere opus sit.*

Halesius, ut in Savilianis notis infra videre licet, suspicatur hanc Homiliam, utpote stylo dissimilem, vel Chrysostomi non esse, vel si Chrysostomi sit, ab alio postea retractatam vel auctam fuisse: id autem hinc confirmari putat, quod Juris Græco-Romani parte I. Philotheus Patriarcha ex Theodoro Balsamone, unam alteramve Homiliæ hujus particulam referat: ubi continuata serie multa habentur, quæ auctiora pluribusque referta verbis leguntur in hac Homilia; unde opinatur ille plurima in hanc Homiliam irrepsisse, quæ non sunt Chrysostomi. Quod ad styli diversitatem pertinet, fateor & ego aliquot esse loca, quæ Chrysostomi dicendi genus non referant: idque hac maxime de causa accidisse arbitror; quia nempe populares suos plerumque Chrysostomus inducit, convitia & anathemata in Paulini sectatores jactantes, ideo non tantum ubi illa refert, sed etiam ubi eadem propulsat, aliqua peregrinitate stylum suum inficit. Ad hæc vero, ut non semel alibi observamus, non pauca sunt Chrysostomi Opuscula, sine dubio γνήσια, ubi a solito stylo & orandi genere non parum deflectit. Cum autem Halesius interpolatam Homiliam

idio suspicatur, quod Philotheus quædam loca referens multa prætermittat, quæ in Homilia leguntur, incogitanter sane loquitur; ac si ignoret hunc esse morem Scriptorum cujuslibet ætatis, ut si quem alterius locum usurpent, pro lubito ea exscribant, quæ in rem suam conducere putent, alia vero arbitratu suo prætermittant: quod sexcentis possemus exemplis confirmare, nisi res per se perspicua omnibusque nota esset. Itaque hanc Homiliam & dignam Chrysostomo, & genuinam esse putamus: ac cum eruditis omnibus viris Halesii scrupulos ἀκινδύνως rejicimus.

Interpretationem incerti cujusdam viri, quæ in prius Editis legebatur, utpote minus accuratam rejecimus, novamque paravimus.

---

[a] ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΗ ΔΕΙΝ ΑΝΑΘΕΜΑΤΙΖΕΙΝ ζῶντας ἢ τεθνεῶτας.

A Πρώην μὲν περὶ ἀκαταλήπτου γνώσεως Θεοῦ διαλεγόμενος πρὸς ὑμᾶς, καὶ πολλοὺς λόγους κινήσας, [b] ἀπεδείκνυον ἀπό τε γραφικῶν φωνῶν, καὶ ἀπὸ φυσικῶν λογισμῶν, ὅπως καὶ αὐταῖς ταῖς ἀοράτοις δυνάμεσιν ἀνέφικτός ἐστι παντελῶς ἡ τοῦ Θείου κατάληψις, ἐκείναις ταῖς ἄϋλον καὶ μακαρίαν πολιτευομέναις διαγωγήν, καὶ ὅτι ἐν πάσῃ χαυνώσει καὶ ῥύσει βίου ζῶντες ἡμεῖς, καὶ πρὸς πᾶσαν ἐξενεχθέντες κακίαν, [c] τὸ καὶ ταῖς ἀοράτοις οὐσίαις παντελῶς ἀγνοούμενον, ἐπιχειροῦμεν λαβεῖν· τῶν τοιούτων λόγων ὑπόθεσιν ἔχοντες, τὴν κρίσιν τῶν ἑαυτῶν λογισμῶν, B καὶ ταύτην τὴν παρὰ τῶν ἀκουόντων κενὴν δόξαν, μήτε τὸ μέτρον τῆς ἑαυτῶν φύσεως τῷ λογισμῷ περιγράφοντες, μήτε τῇ θείᾳ γραφῇ καὶ τοῖς πατράσιν ἑπόμενοι, ἀλλὰ δίκην ὕδατος χειμερίου, τῇ φρενίτιδι τῆς ἑαυτῶν προλήψεως ὑποσυρόμενοι εἰς τοσαύτην ἁμαρτίαν ἐκπεπλώκαμεν. φέρε δὴ καὶ περὶ ἀναθέματος ὑμῖν τὰ εἰκότα διαλεχθέντες, καὶ δείξαντες τὴν δύναμιν τούτου τοῦ μηδενὸς νομιζομένου κακοῦ, παύσωμεν ἐξ αὐτοῦ τὰ ἀχαλίνωτα στόματα, τὴν νόσον τῶν ὡς ἔτυχεν αὐτῷ κεχρημένων ὑμῖν ἐκκαλύπτοντες. εἰς τοσαύτην γὰρ καχεξίαν ἤλασε τὰ ἡμέτερα, ὅτι καὶ ἐσχάτως ἔχοντες ἀγνοοῦμεν, τὰ χείρονα τῶν παθῶν μὴ ὑπερβαίνοντες, ὥστε τὴν προφητικὴν φωνὴν εἰς C ἡμᾶς πληρωθῆναι, ὅτι οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους. πόθεν γὰρ ἄρξομαι περὶ τούτου τοῦ κακοῦ διαλέγεσθαι; ἀπὸ τῶν διατάξεων τῶν δεσποτικῶν ἐντολῶν, ἢ ἀπὸ τῆς ἀλόγου ἀπαιδευσίας καὶ ἀναισθησίας ὑμῶν; καὶ ἆρα οὐ γελῶμαι παρά τινων ταῦτα λέγων, καὶ ἐξεστηκέναι δοκῶ; ἆρα μὴ καταβοῶμαι, ὅτι τὰ σκυθρωπὰ ταῦτα καὶ δακρύων ἄξια διαλέγεσθαι μέλλω; ἀλλὰ τί πάθω; ἀλγῶ καὶ διαχωρίομαι τὴν διάνοιαν, καὶ τὰ σπλάγχνα κόπτομαι, τὴν τοσαύτην ἀναλγησίαν ὁρῶν, ὅτι τὴν Ἰουδαϊκὴν παρανομίαν, καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν δυσσέβειαν ὑπερέβαλε τὰ ἡμέτερα. θεωρῶ γὰρ ἄνδρας προϊών, μήτε λογισμὸν πεπαιδευμένον ἐκ τῆς θείας γραφῆς κεκτημένους, D μήτε δὲ αὐτῆς ὅλως τι τῆς γραφῆς ἐπισταμένους, καὶ τὰ πολλὰ ἐρυθριῶν σιωπῶ, μεμηνότας καὶ ἐρεσχελοῦντας, [d] μὴ εἰδότας μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται, αὐτὸ τοῦτο δογματίζειν ἀμαθῶς μόνον τολμῶντας, καὶ ἀναθεματίζειν ἅπερ οὐκ ἴσασιν, ὡς γελᾶσθαι τὰ ἡμέτερα παρὰ τῶν τῆς πίστεως ἀλλοτρίων, μήτε πολιτείας φροντίζοντας ἀγαθῆς, μηδὲ ἀγαθοεργεῖν μεμαθηκότας.

DE NON ANATHEMATIZANDIS vivis vel defunctis.

1. NUPER vobis de incomprehensibili cognitione Dei disserens, multa verba feci, ac tum Scripturarum vocibus, tum naturalibus ratiociniis demonstravi, etiam ipsis invisibilibus Virtutibus inaccessam prorsus esse numinis comprehensionem; illis scilicet, quæ materiæ expertem & beatam vitam agunt: nosque tamen, qui in omni mollitie atque ignavia vitam degimus, & in quodvis nequitiæ genus ruimus, rem invisibilibus substantiis penitus ignotam, assequi conari: unum tantæ rei argumentum habentes cogitationum nostrarum judicium & inanem apud auditores gloriam, neque naturæ nostræ mensuram ratione circumscribentes, neque divinam Scripturam Patresque sequentes; sed opinionis nostræ phrenesi, ceu hyberno torrente detractos, in tantum peccatum delapsos esse. Age nunc postquam de anathemate vobis quantum convenit disseruerimus, vimque mali hujus, quod pro nihilo reputatur, ostenderimus, hinc freni impatientia ora cohibeamus, morbum detegentes eorum, qui ea in re incuria nimia laborant. Etenim in tam deploratum statum nostra devenerunt, ut pessime habentes, ignoremus nos ne turpiores quidem affectus superare; ita ut vox prophetica in nobis impleatur: *Non est quod imponatur malagma, neque oleum, neque ligamina.* Undenam igitur de hoc malo dicendi initium faciam? An a Domini mandatorum sanctionibus, an ab inscitia & stupore vestro? Annon ridear & insanire videar, qui ita loquar? Annon clamoribus excipiar qui hæc tristia & lacrymis digna pertractanda suscipiam? Quid faciam? Doleo, animo dissecor, rumpuntur viscera, dum tantum video stuporem; quia Judaïcam transgressionem & Gentilium impietatem nostra superant. Progressus enim viros cerno, neque ratiocinio ex divina Scriptura edocto præditos, nec quapiam divinæ Scripturæ parte imbutos; multa erubescens taceo; furibundos, nugaces, *qui nesciunt quæ dicunt, neque de quibus affirmant*; hoc unum imperite docere audentes, & anathematizare quæ nesciunt; ita ut nostra ab iis, qui a fide alieni sunt, irrideantur; quod nullam instituendæ vitæ curam habeamus, neque benefacere edocti simus.

Antiochenî Meletianæ partis anathema dicebant Paulinianis.

Hesai. 1. 5.

1. Tit. 1. 7.

[a] Collata cum MSS. Vaticano 579.
[b] Vaticanus, ἀποδεικνύοντες.
[c] Hæc, τὸ καὶ ταῖς ἀοράτοις οὐσίαις παντελῶς ἀγνοούμενον, desunt in Vaticano.

[d] Hæc, μὴ εἰδότας . . , . καὶ ἀναθεματίζειν, hæc, inquam, omnia desunt in Vaticano.

Matth. 13. 17. 2. Heu mihi, quam gravia hæc! heu mihi! Quot justi & Prophetæ desideraverunt videre quæ nos vidimus, & non viderunt, & audire quæ nos audivimus, & non audierunt: Et nos hæc quasi lusum habemus. Attendite, quæso, iis quæ audistis, nequando diffluamus. Nam si sermo per Angelos dictus firmus fuit, & omnis prævaricatio & inobsequentia justam retributionem accepit, quomodo tantam salutem negligentes effugiemus? Dic enim, qui scopus Evangelii gratiæ? quorsum carnalis Dei adventus, an ut nos mutuo mordeamus & devoremus? Atqui cum Christiana sint legali præcepto ubique perfectiora, caritatem magis a nobis exigunt. Matth. 22. Illic namque dicitur: *Diliges proximum tuum sicut teipsum*; hic autem moriendum esse pro proximo. Audi ipsum Christum dicentem: Luc. 10. 30. *Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum, & plagis impositis abierunt, semivivo relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem via: & viso illo præterivit: similiter & Levita cum esset secus locum, & videret eum, pertransiit: Samaritanus autem quidam veniens in locum, & videns eum, misericordia motus est. Et appropians alligavit vulnera ejus, infundens oleum & vinum: & imponens illum in jumentum suum, duxit illum in stabulum, & curam illius habuit. Et altera die proferens duos denarios dedit stabulario dicens: Curam illius habe, & si quid supererogaveris, ego cum rediero reddam tibi. Quis igitur horum trium proximus videtur tibi fuisse ei, qui incidit in latrones? At ille dixit, qui fecit cum illo misericordiam. Dixit autem illi Jesus: Vade, & tu fac similiter.* Papæ quod miraculum! Non Sacerdotem, non Levitam dixit proximum, sed eum, qui decreto a Judæis ejectus fuerat; Samaritanum, inquam, alienum, in multis blasphemantem, hunc solum dixit proximum. quia apud illum inventa est misericordia. Hæc sunt verba Filii Dei, hæc veniens ille etiam operibus exhibuit: nec pro amicis solum & suis mortuus est, sed pro inimicis, pro tyrannis, pro præstigiatoribus, pro odientibus se, pro crucifigentibus, quos ante mundi constitutionem tales fore sciebat, & cum præsciret, creavit, bonitate sua præscientiam vincens: pro iisque sanguinem Joan. 6. 51. suum fudit, pro iis necari se passus est. *Panis enim, inquit, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita.* Et Paulus hæc per Epistolam Rom. 5. 10. dicit: *Si enim cum mortui essemus reconciliati sumus Deo per mortem filii ejus*; rursumque Hebr. 2. 9. in Epistola ad Hebræos dicit eum pro universis gustasse mortem. Si itaque hæc ab ipso gesta sunt, & horum typos exprimit Ecclesia, dum singulis diebus pro universis precationes fundit, quomodo tu audes talia loqui? Nam, quæso, quid illud est quod tu anathema dicis? vide quid dicas; cognosce quid loqueris, nostin nominis vim? In divina utique Scriptura illud reperies de Jericho Jos. 6. dictum: *Et anathematizabis totam civitatem Domino Deo tuo.* Et penes nos hactenus

Anathema non levi de causa cuipiam dicendum.

A Οἴμοι τῶν δεινῶν, οἴμοι. πόσοι δίκαιοι καὶ προφῆται ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ εἴδομεν, καὶ οὐκ εἶδον, καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἠκούσαμεν, καὶ οὐκ ἤκουσαν· καὶ ἡμεῖς τούτοις ἐμπαίζομεν. προσέχετε τοῖς ἀκουσθεῖσι, παρακαλῶ, μή ποτε παραρυῶμεν. εἰ γὰρ ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος ἐγένετο βέβαιος, καὶ πᾶσα παράβασις καὶ παρακοὴ ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδοσίαν, πῶς ἡμεῖς ἐκφευξόμεθα τηλικαύτης ἀμελήσαντες σωτηρίας; εἰπὲ γὰρ τίς ὁ σκοπὸς τοῦ εὐαγγελίου τῆς χάριτος; τί ἡ διὰ σαρκὸς τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ παρουσία, ἵνα ἀλλήλους δάκνωμεν καὶ κατεσθίωμεν; καὶ μὴν καὶ πανταχοῦ τὰ κατὰ Χριστὸν τελειότερα τῆς νομικῆς διαB τάξεως ὄντα, μειζόνως παρ' ἡμῶν τὴν ἀγάπην ἀπαιτοῦνται. ἐκεῖ γάρ φησιν, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. ἐνταῦθα δὲ καὶ θνήσκειν ὑπὲρ τοῦ πλησίον. ἄκουε αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· ἄνθρωπός τις κατέβαινεν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἱεριχώ, καὶ λῃσταῖς περιέπεσεν, οἳ καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν καὶ πληγὰς ἐπιθέντες ἀπῆλθον ἀφέντες ἡμιθανῆ. κατὰ συγκυρίαν δὲ ἱερεύς τις κατέβαινεν ἐν τῇ ὁδῷ ἐκείνῃ, καὶ ἰδὼν αὐτὸν ἀντιπαρῆλθεν. ὁμοίως καὶ Λευΐτης γενόμενος κατὰ τὸν τόπον ἰδὼν ἀντιπαρῆλθε· Σαμαρείτης δέ τις ἐλθὼν εἰς τὸν τόπον καὶ ἰδὼν αὐτὸν ἐσπλαγC χνίσθη, καὶ προσελθὼν κατέδησε τὰ τραύματα αὐτοῦ, ἐπιχέων ἔλαιον καὶ οἶνον, ἐπιβιβάσας δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆνος, ἤγαγεν εἰς πανδοχεῖον, καὶ ἐπεμελήθη αὐτοῦ. καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον ἐκβαλὼν δύο δηνάρια ἔδωκε τῷ πανδοχεῖ εἰπών, ἐπιμελήθητι αὐτοῦ, καὶ ὅ, τι ἂν προσδαπανήσῃς, ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαί με ἀποδώσω σοι. τίς οὖν τῶν τριῶν πλησίον γεγονέναι σοι δοκεῖ τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστάς; ὁ δὲ εἶπεν, ὁ ποιήσας μετ' αὐτοῦ τὸ ἔλεος. εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, πορεύου καὶ σὺ ποίει ὁμοίως. βαβαὶ τοῦ θαύματος· οὐχ ἱερέα, οὐ Λευΐτην εἶπε πλησίον, ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν κατὰ τὸ δόγμα ἐκβεβλημένον ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, τὸν Σαμαρεί-D την φημὶ, τὸν ἀλλότριον, τὸν πολλὰ βλασφημοῦντα, ἐκεῖνον μόνον εἶπε πλησίον, ἐπειδὴ παρ' αὐτῷ εὑρέθη τὸ ἔλεος. ταῦτα τὰ ῥήματα τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ταῦτα καὶ διὰ τῶν οἰκείων ἔργων ἐλθὼν ἐπεδείξατο, οὐχ ὑπὲρ φίλων μόνον [a] καὶ ἰδίων ἀποθανὼν, ἀλλ' ὑπὲρ ἐχθρῶν, ὑπὲρ τυράννων, ὑπὲρ γοήτων, ὑπὲρ μισούντων, ὑπὲρ τῶν σταυρωσάντων, οὓς πρὸ τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς ᾔδει ἐσομένους τοιούτους, καὶ παρειδὼς ἐδημιούργησε, νικήσας τὴν πρόγνωσιν τῇ ἀγαθότητι, καὶ ὑπὲρ τούτων τὸ ἴδιον ἐξέχεεν αἷμα, ὑπὲρ τούτων τὴν σφαγὴν κατεδέξατο. ὁ γὰρ E ἄρτος φησὶν ἡ σάρξ μου ἐστὶν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. καὶ Παῦλος δὲ ταῦτα ἐπιστέλλων λέγει, εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. καὶ πάλιν ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ὑπὲρ παντὸς αὐτὸν λέγει γεύσασθαι θανάτου. εἰ τοίνυν ταῦτα γεγένηται παρ' αὐτοῦ, καὶ τούτων τοὺς τύπους ἡ ἐκκλησία πληροῖ, καθ' ἑκάστην ὑπὲρ πάντων τὰς ἱκετηρίας ποιουμένη, πῶς σὺ τολμᾷς τοιαῦτα φθέγγεσθαι; εἰπὲ γάρ μοι, τί ἐστι τοῦτο ὃ λέγεις ἀνάθεμα; ὅρα ὃ λέγεις, ἐπίστασαι τί φῂς, ἔγνως τούτου δύναμιν; καίτοι γε ἐν τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ εὑρήσεις, ἐπὶ τῆς Ἱεριχὼ τοῦτο λεγόμενον, καὶ ἀναθεματιεῖς πᾶσαν τὴν πόλιν κυρίῳ τῷ θεῷ σου. καὶ παρ' ἡμῖν ἄχρι τῆς

[a] Vatic. καὶ δικαίων ἀπο-

σήμερον ἡμέρας κοινὴ συνήθεια παρὰ πᾶσι κεκράτηκεν, ὁ δεῖνα τόδε πεποιηκὼς, τὸ ἀνάθεμα εἰς τόνδε τὸν τρόπον ἀπήγαγεν. ἆρά γε τοῦτό ἐστι τὸ ἀνάθεμα; καί τοι γε τοῦτο ὡς περί τινος ἀγαθοῦ λέλεκται τὸ ἀναθέσθαι θεῷ. τί οὖν ἐστιν ὃ λέγεις ἀνάθεμα, ἀλλ' ὅτι ἀναθέσθω τῷ διαβόλῳ, καὶ μηκέτι χώραν σωτηρίας ἐχέτω, γινέσθω ἀλλότριος ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ. [a]

Καὶ τίς εἶ σὺ ταύτης τῆς ἐξουσίας καὶ τῆς μεγάλης δυνάμεως; τότε γὰρ καθίσει υἱὸς τοῦ θεοῦ καὶ στήσῃ τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων. τί οὖν τῆς τοσαύτης ἐπελάβου ἀξίας, ἧς τὸ κοινὸν μόνον τῶν ἀποστόλων ἠξίωται, καὶ οἱ κατὰ πᾶσαν ἀκρίβειαν τούτων ὡς ἀληθῶς γενόμενοι διάδοχοι, πλήρεις χάριτος καὶ δυνάμεως; καὶ μὴν ἐκεῖνοι τὴν ἐντολὴν ἀκριβῶς φυλάξαντες, ὡς τὸν ὀφθαλμὸν τὸν δεξιὸν ἐξορύττοντες, οὕτω τοὺς αἱρετικοὺς ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἀπέβαλον· ὅπερ ἔνδειξιν ἔχει τῆς μεγάλης αὐτῶν συμπαθείας καὶ ἀλγηδόνος, ὡς ἐπικαιρίου μέλους γινομένης ἀποκοπῆς. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ δεξιὸν ὀφθαλμὸν τοῦτον ἀπεκάλεσεν ὁ Χριστὸς, τὴν παρὰ τῶν ἀποβαλόντων συμπάθειαν ἐνδεικνύμενος. ὅθεν καὶ ἐν τούτῳ ὡς καὶ πᾶσιν ἀκρίβειαν ἔχοντες, τὰς μὲν αἱρέσεις διήλεγχον καὶ ἀπέβαλλον, οὐδενὶ δὲ τῶν αἱρετικῶν ταύτην ἐπιτιμίαν προσῆγον. τοιγαροῦν ὁ ἀπόστολος ἐν δυσὶ μόνοις τόποις τὴν φωνὴν ταύτην [b] ἐξ ἀνάγκης φαίνεται εἰπὼν, οὐχ ὁριστικῷ δὲ προσώπῳ ταύτην ἐπήγαγεν, ἐν μὲν τῇ πρὸς Κορινθίους εἰπὼν, εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἔστω ἀνάθεμα. καὶ εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. τί οὖν ὃ μηδεὶς τῶν εἰληφότων τὴν ἐξουσίαν τοῦτο πεποίηκεν, ἢ ἀποφήνασθαι τετόλμηκε, σὺ τολμᾷς ταῦτα ποιεῖν ἐναντία τοῦ δεσποτικοῦ θανάτου διαπραττόμενος, καὶ προλαμβάνεις τοῦ βασιλέως τὴν κρίσιν; βούλεσθε μαθεῖν οἷά τις ἐφθέγξατο ἅγιός τις [c] πρὸ ἡμῶν τῆς διαδοχῆς τῶν ἀποστόλων γενόμενος, ὃς καὶ μαρτυρίου ἠξίωτο; δεικνὺς τοῦτο τοῦ λόγου τὸ φορτικὸν, τοιούτῳ ἐχρήσατο τῷ ὑποδείγματι. ὃν τρόπον ὁ περιθεὶς ἑαυτῷ ἁλουργίδα βασιλικὴν ἰδιώτης τυγχάνων, αὐτός τε καὶ οἱ αὐτῷ συνεργήσαντες, ὡς τύραννοι ἀναιροῦνται· οὕτως, ἔφη, οἱ τῇ δεσποτικῇ ἀποφάσει χρησάμενοι, καὶ ἀνάθεμα τῆς ἐκκλησίας ποιήσαντες ἄνθρωπον, εἰς παντελῆ ὄλεθρον ἀπάγουσιν ἑαυτοὺς, τὴν ἀξίαν τοῦ υἱοῦ ἀφαρπάζοντες. ἆρα τὸ τυχὸν εἶναι τὸ τοιοῦτον ἡγεῖσθε, τὸ πρὸ καιροῦ καὶ κριτοῦ τῇ τοιαύτῃ ἀποφάσει καταδικάσαι τινά; τὸ γὰρ ἀνάθεμα παντελῶς τοῦ Χριστοῦ ἀποκόπτει. ἀλλὰ τί λέγουσιν οἱ πάντα δεινοὶ τὴν κακίαν; [d] αἱρετικὸς, φησὶν, ἐκεῖνος γεγένηται, ἔνοικον τὸν διάβολον ἔχων, καὶ λαλῶν κατὰ τοῦ θεοῦ ἀδικίαν,

A hic mos invaluit apud omnes; ut dicatur: Ille talis cum hoc fecisset, anathema in hunc modum abduxit. Num hoc est anathema? atqui hoc plerumque in bonam partem sumitur, quasi dicas, offerri Deo. Quid igitur anathema vocas, nisi cum dicitur, offeratur ille diabolo, nec ultra locum salutis habeat, sit alienus a Christo?

Anathema aliquando pro pio munere accipitur.

3. Ecquis tu es tantæ potentiæ & auctoritatis? Tunc enim sedebit Filius Dei, statuetque oves a dextris & hœdos a sinistris. Cur tantam usurpasti dignitatem, cujus Apostolorum B cœtus tantum consors est, necnon ii, qui cum omni accuratione illorum se successores exhibent, pleni gratiæ & virtutis? sane illi præceptum hoc diligenter servantes, ac si oculum dextrum effoderent, sic hæreticos ex Ecclesia ejiciebant: quod sane argumentum est magnæ illorum commiserationis atque mœroris, ac si putridi membri sectio fieret. Quamobrem Christus id dextrum oculum vocavit, illorum qui abjicerent commiserationem declarans. Qua in re sicut & in aliis diligenter se gerentes, hæreses quidem confutabant & ejiciebant: nulli autem hæreticorum hanc infligebant pœnam. C Porro in duobus tantum locis Apostolus hanc vocem, quasi necessitate coactus protulisse videtur: neque tamen pro certa & determinata persona illam usurpat, cum in epistola ad Corinthios dicit: *Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema*, &, *si quis vobis evangelizaverit præterquam quod accepistis, anathema sit*. Quid ergo, an quod nemo eorum qui potestatem acceperant facere vel decernere ausus est, tu facere audebis, plane adversaria morti Domini perpetrans, ac Regis judicium antevertens? Vultis discere, quid dixerit vir quidam sanctus, qui ante nos, & de successione Apo- D stolorum fuit, ac martyrio dignatus est? Ut hujus verbi molestiam indicaret, hoc usus exemplo est: quemadmodum si quis, privatus cum sit, regiam purpuram induerit, tum ipse tum commilitones ejus, quasi tyranni interficiuntur; sic qui dominico utuntur decreto, & hominem Ecclesiæ anathema faciunt, in extremam se perniciem abducunt, Filii dignitatem usurpantes. An leve putatis esse ante tempus & judicis adventum tali sententia quempiam condemnare? Nam anathema a Christo prorsus separat. Sed quid dicunt illi ad omnem malitiam audaces? Hæ- E reticus, aiunt, ille factus est, inhabitantem habet diabolum, & loquitur contra Deum

2. Cor. 16, 21.
Gal. 1, 8.

a Hæc in Jure Græco-Romano ex Philotheo Patriarcha, quasi Chrysostomi verba adferuntur Parte I. sed aliquantulum diversa. Vatic. ibid. ...

b ἐξ ἀνάγκης in Vatic. Infra, ἢ ἀποφήνασθαι τετόλμηκε, deest in Vatic.

c Sic Vatic. recte: in Edito ἡμῶν deest. Is vero cujus hic dictum commemorat Chrysostomus, quemque Apostolorum tempore martyrio affectum dicit, est, ut existimat Baronius, Ignatius Martyr, in cujus Epistola ad Smyrnæos se huic similem sententiam reperire putat; secus arbitratur Tillemontius, dicitque locum Epistolæ ad Smyrnæos cum hoc Chrysostomi loco vix quidpiam affinitatis habere. En Baronii verba ad annum 382. ubi postquam hunc Chrysostomi locum protulerat sic prosequitur: *At quisnam hic qui scriptorum monumenta reliquerit, alius quam Ignatius? Est sane locus in Epistola ad Smyrnenses, ubi hæc leguntur verba:* Si enim jure censetur pœna dignus qui adversus Regem insurgit, ut qui violet bonas legum constitutiones: quanto putatis graviori subjacebit supplicio, qui sine Episcopo quid volet agere, concordiam rumpens, & decentem ordinem confundens &c. *Reddidit ipse sententiam & non verba Chrysostomus, atque ad propositum illud suum inflexit.* Hactenus Baronius. Græca Ignatii verba sunt: Εἰ γὰρ ὁ βασιλεῦσιν ἐπεγειρόμενος, κολάσεως ἄξιος δικαίως γενήσεται, ὥς γε παραλύων τὴν κοινὴν εὐνομίαν· πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας, ὁ ἄνευ ἐπισκόπου τι ποιεῖν προαιρούμενος, καὶ τὴν ὁμόνοιαν διασπῶν, καὶ τὴν εὐταξίαν συγχέων; Hæc cum quod ad sententiam spectat iis quæ Chrysostomus refert sat similia sint, facile crediderim eum memoriter loquentem ad hunc Ignatii locum respexisse, verbaque uti sese offerebant ex tempore protulisse, longe absimilia verbis Ignatii, sed quod ad sententiam pene eadem. Quem enim alium Martyrem ex Apostolorum successione, Antiochiæ loquens, protulerit, quam Ignatium?

d In hunc locum vide quæ diximus in Monito. Quæ sequuntur, ... obscura, & forte corrupta sunt.

nequitiam, multosque suadela vanaque fallacia in profundum exitii abducit: ideoque a patribus ejectus est maxime hujus magister, qui partem Ecclesiæ abscidit, sic aut propter Paulinum, aut propter Apollinarium loquentes. Nam de horum singulorum differentia, sermo multis novitatis notam pulcre effugit, errorem in penetralibus præjudicatæ opinionis invaluisse arguens: *Doce in modestia corripiens eos, qui resistunt, ne quando det eis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscent a diaboli laqueo, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.* Extende sagenam caritatis, ne quod claudicat, evertatur, sed potius sanetur. Ostende te ex affectu multo bonum proprium commune facere velle. Injice dulcem commiserationis hamum, & cum sic occulta scrutatus fueris, ex profundo perniciei extrahe eum, qui sententia submersus fuerat. Quod vel ex præjudicata opinione vel ex ignorantia putabatur esse bonum, corrige ut ab Apostolica traditione alienum. Ac si quidem id accipere velit is, qui errorem exceperat, secundum Prophetæ vocem, ille vita vivet, & tu animam tuam liberabis. Sin nolit, & contendens persistat; ne tu reus sis, contestare solum cum longanimitate & mansuetudine, ne judex animam ejus de manu tua requirat. Ne oderis, ne averseris, ne persequaris, sed sinceram veramque erga eum caritatem ostendas. Hanc lucrare, & si nihil aliud utilitatis acquiras, hæc magna est utilitas, hoc magnum lucrum, quod diligas, & Christi doctrinam doceas. *In hoc enim*, inquit, *cognoscent, quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem:* qua absente, neque cognitionem mysteriorum Dei, neque fidem, neque prophetiam, neque paupertatem, neque testimonium de Christo utilitatem afferre Apostolus declaravit his verbis: *Si habuero mysteria omnia, & omnem scientiam, & fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest: & si linguis Angelorum loquar, & si dedero omnem substantiam meam in cibos, & si tradidero corpus meum, ut comburar, caritatem autem non habuero, nihil sum. Caritas benigna est, non inflatur, non quærit quæ sua sunt: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.*

De Paulino Antiocheno, & Apollinario Laodiceno agitur. *Vide Monitum.*

2. Tim. 2. 25.

Joan. 13. 35.

1. Cor. 13. 1.

4. Nemo ex vobis, dilecti, talem pro Christo affectum exhibuit, qualem sancta illa anima. Nullus hominum præter illum ausus est talia proferre verba: ipsâ animâ comburebatur dicens: *Adimpleo ea quæ desunt tribulationum Christi in carne mea*; &, *Optabam ipse ego anathema esse a Christo pro fratribus meis*; &, *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Cumque tali erga Deum affectu præditus esset, non contumelias, non vim, non anathemata cuipiam inferebat. Alias enim non tot gentes urbesque totas Deo obtulisset; sed humiliatus, percussus, colaphis cæsus, risuique omnium expositus, hæc perpetrabat, blandiendo, hortando, obsecrando. Sic apud Athenienses aditum sibi fecit,

Coloss. 1. 24.

Rom. 9. 3.

2. Cor. 11.

A καὶ πολλοὺς διὰ πιθανολογίας καὶ κενῆς ἀπάτης εἰς βυθὸν ἀπωλείας ἀπάγων· καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ τῶν πατέρων ἐκβέβληται, μάλιστα ὁ τούτου διδάσκαλος μοῖραν τῆς ἐκκλησίας ἀποτεμὼν, ἢ διὰ Παυλιανὸν, ἢ Ἀπολλινάριον λέγοντες. περὶ γὰρ τῆς ἑκάστου τούτων διαφορᾶς, ὁ λόγος τοῖς πλείοσι καλῶς τὴν καινοτομίαν διέφυγεν, διελέγχων τὴν πλάνην ἐν τοῖς μυχοῖς τῆς δεινοτάτης προλήψεως κρατηθεῖσαν. δίδαξον ἐν πρᾳότητι παιδεύων τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, μή ποτε δῷ αὐτοῖς ὁ θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος ἐζωγρημένοι εἰς ἐκείνου θέλημα. ἔκτεινον τὴν τῆς ἀγά-
B πης σαγήνην, ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, ἰαθῇ δὲ μᾶλλον. δεῖξον ὅτι περ ἐκ πολλῆς διαθέσεως τὸ οἰκεῖον ἀγαθὸν βούλει ποιῆσαι κοινόν. ἐπίβαλε τὸ γλυκὺ ἄγκιστρον τῆς συμπαθείας, καὶ οὕτως ἐρευνήσας τὰ κεκρυμμένα, ἀνάσπασον ἐκ τοῦ βάθους τῆς ἀπωλείας τὸν καταδύντα τὸ φρόνημα. τὸ νομισθὲν καλὸν εἶναι ἐκ προλήψεως ἢ ἀγνοίας, παίδευσον ὡς τῆς ἀποστολικῆς παραδόσεως ἀλλότριον. κἂν μὲν βουληθῇ τοῦτο δέξασθαι ὁ τὴν πλάνην ὑποδεξάμενος ἄνθρωπος, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν, ἐκεῖνος ζωῇ ζήσεται, καὶ σὺ τὴν ψυχήν σου ῥύσῃ. εἰ δὲ μὴ βούλεται, ἀλλ' ἐμμένει φιλονεικῶν, ὅπως ἂν μὴ ὑπεύθυνος γένῃ, δια-
C μάρτυρε, μόνον μετὰ μακροθυμίας καὶ χρηστότητος, ἵνα μὴ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐκζητήσῃ ἐκ χειρός σου ὁ κριτής. μὴ μισῶν, μὴ ἀποστρεφόμενος, μὴ διώκων, ἀλλὰ τὴν ἀγάπην ἐπιδεικνὺς εἰλικρινῆ καὶ ἀληθῆ πρὸς αὐτόν. ταύτην κέρδανον, κἂν μηδὲν ἕτερον ὠφελῇς, αὕτη μεγάλη ὠφέλεια, τοῦτο μέγα κέρδος, τὸ ἀγαπῆσαι καὶ διδάξαι τὴν τοῦ Χριστοῦ μαθητείαν. ἐν τούτῳ γὰρ, φησὶ, γνώσονται ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις, ἧς μὴ παρούσης, οὔτε γνῶσιν μυστηρίων θεοῦ, οὐ πίστιν, οὐ προφητείαν, οὐκ ἀκτημοσύνην, οὐ τὴν ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίαν ὠφελοῦν ἀπέδειξεν ὁ ἀπόστολος. ἐὰν γὰρ, φη-
D σὶν, ἔχω τὰ μυστήρια πάντα, καὶ πᾶσαν τὴν γνῶσιν, καὶ πίστιν, ὥστε ὄρη μεθιστάνειν, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδὲν ὠφελοῦμαι· καὶ ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀγγέλων λαλῶ, καὶ ἐὰν ψωμίσω μου πάντα τὰ ὑπάρχοντα, καὶ ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου, ἵνα καυθήσωμαι, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδέν εἰμι. ἡ ἀγάπη χρηστεύεται, οὐ φυσιοῦται, οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς, πάντα στέγει, πάντα πιστεύει, πάντα ἐλπίζει, πάντα ὑπομένει.

Οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν, ἀγαπητοὶ, τοιαύτην [a] περὶ Χριστὸν διάθεσιν ἐνεδείξατο, οἵαν ἡ ἁγία ἐκείνη ψυχή. οὐδεὶς ἐτόλμησεν ἀνθρώπων πλὴν ἐκείνου τοιαῦτα φθέγξασθαι
E ῥήματα. αὐτὴν τὴν ψυχὴν περιεκαίετο λέγων, ἀνταναπληρῶ [b] τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου. καὶ τὸ, ηὐχόμην αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου. καὶ τίς ἀσθενεῖ καὶ οὐκ ἀσθενῶ, καὶ τοιαύτην ἔχων περὶ Χριστὸν διάθεσιν οὐχ ὕβρεις, οὐκ ἀνάγκας, οὐκ ἀναθέματα ἐπέφερεν οὐδενί. ἢ γὰρ ἂν οὐ τοσαῦτα ἔθνη καὶ πόλεις ὁλοκλήρους προσέφερε τῷ θεῷ, ἀλλὰ ταπεινούμενος, τυπτόμενος, κολαφιζόμενος, γέλως παρὰ πᾶσι γενόμενος, ταῦτα ἔπραττε, κολακεύων, παρακαλῶν, δεόμενος. οὕτως οὖν καὶ πρὸς Ἀθηναίους τὴν εἴσοδον

a Vatic. ὑπὲρ Χριστοῦ.

b Vatic. τὰ ὑστερημένα.

ποιησάμενος, καὶ πάντας μεμηνότας εἰς τὴν εἰδωλολατρείαν εὑρὼν, οὐκ ὠνείδισε τούτοις εἰπὼν, ἄθεοί ἐστε ὑμεῖς καὶ ἀσεβεῖς παντελῶς. οὐκ εἶπε, πάντα θεὸν ἡγεῖσθε ὑμεῖς, τὸν θεὸν μόνον ἀρνεῖσθε τὸν δεσπότην καὶ δημιουργὸν τοῦ παντός· ἀλλὰ τί; περιερχόμενος, φησὶ, καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν, εὗρον καὶ βωμὸν ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο, ἀγνώστῳ θεῷ. ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν. ὢ τοῦ θαύματος, ὢ τῶν πατρικῶν σπλάγχνων. εὐσεβεῖν εἶπεν Ἕλληνας, καί τοι εἰδωλολάτρας, καί τοι ἀσεβοῦντας. διὰ τί; ἐπεὶ γὰρ ὡς εὐσεβεῖς ἐπετέλουν τὴν οἰκείαν θρησκείαν θεὸν νομίζοντες σέβειν, τοῦτο πείσαντες ἑαυτούς. τούτου μιμητὰς ὑμᾶς γίνεσθαι πάντας παρακαλῶ, καὶ ἐμαυτὸν σὺν ὑμῖν. εἰ γὰρ ὁ προγινώσκων κύριος τὴν ἑκάστου προαίρεσιν, καὶ εἰδὼς ὁποῖός τις ἕκαστος ἡμῶν γενήσεται, τοῦτο πεποίηκε, διὰ τὸ τὰς δωρεὰς καὶ φιλοτιμίας τὰς παρ' αὐτοῦ πληρῶσαι· οὐ γὰρ ἐπὶ κακοῖς κτίζει ὁ θεός· καὶ οὕτω τῶν κοινῶν ἠξίωσεν ἀγαθῶν, πάντας μιμητὰς αὐτοῦ βουλόμενος εἶναι, πῶς τὰ ἐναντία ποιεῖς, καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ συνέρχῃ, τὴν θυσίαν τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἐκτελῶν; οὐκ ἴστε ὅτι κάλαμον συντεθλασμένον οὐκ ἀπέκλασε, καὶ στυππεῖον καπνιζόμενον οὐκ ἔσβεσε; τίς δὲ τούτου ἡ δύναμις; ἄκουε· ὅτι τὸν Ἰούδαν καὶ τοὺς κατ' αὐτὸν ἐξοκείλαντας οὐκ ἀπέβαλεν, ἄχρις οὗ ἑαυτὸν ἑλκύσας ἕκαστος τῇ πλάνῃ παρέδωκεν. οὐχ ὑπὲρ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων τὰς ἱκετηρίας προσφέρομεν; οὐχ ὑπὲρ ἐχθρῶν καὶ μισούντων καὶ διωκόντων προσεύχεσθαι ἐνετάλθημεν; ἰδοὺ τὴν δουλείαν πληροῦμεν, ἰδοὺ παρακαλοῦμεν ὑμᾶς· ἡ χειροτονία οὐκ εἰς ἐξουσίαν φέρει, οὐκ εἰς ὕψος ἐπαίρει, οὐ δυναστείαν παρέχει· πάντες τὸ αὐτὸ πνεῦμα ἐλάβομεν, πάντες εἰς υἱοθεσίαν ἐκλήθημεν, οὓς δὲ ὁ πατὴρ ἐδοκίμασεν, τούτους κατ' ἐξουσίαν τοῖς ἰδίοις ἀδελφοῖς δουλεύειν ἠξίωσεν. τὴν δουλείαν οὖν πληροῦντες παρακαλοῦμεν ὑμᾶς καὶ διαμαρτυρόμεθα, ἀποστῆναι τοῦ τοιούτου κακοῦ. ἢ γὰρ ζῇ καὶ πάρεστιν ἐν τῷ θνητῷ βίῳ τούτῳ, ἢ τέθνηκεν, ὃν ἀναθεματίζειν προῄρησαι· εἰ μὲν οὖν ἔτι περίεστιν, ἀσεβεῖς ἀποκόπτων τὸν ἐν τρεπτότητι ὄντα, καὶ μετατεθῆναι δυνάμενον ἐκ τοῦ κακοῦ εἰς ἀγαθόν· εἰ δὲ τέθνηκεν, πολλῷ μᾶλλον. τί δή ποτε; ὅτι τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήκει ἢ πίπτει, οὐκέτι ὑπὸ ἐξουσίαν ἀνθρωπίνην τυγχάνων. καὶ τὸ κεκρυμμένον τῷ τῶν αἰώνων κριτῇ, ἐπισφαλὲς ἀποφαίνεσθαι μόνῳ εἰδότι καὶ μέτρα γνώσεως καὶ ποσότητα πίστεως. πόθεν γὰρ ἴσμεν, εἰπέ μοι, παρακαλῶ, ποίοις ῥήμασι κατηγορήσει ἑαυτοῦ, ἢ καὶ ἀπολογήσεται ἐν ἡμέρᾳ, ὅτε μέλλει ὁ θεὸς κρίνειν τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων; ὄντως ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου, ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; τάχα οὐδεὶς ἐξ ἡμῶν, ἀγαπητοὶ, ἠξιῶσθαι βαπτίσματος οἴεται, οὐδεὶς ἐπίσταται κρίσιν μέλλουσαν γίνεσθαι πώποτε. τί λέγω κρίσιν; αὐτὸν τὸν θάνατον καὶ τὴν ἐκ τοῦ σώματος ἔξοδον ἠγνοήσαμεν, ἐκ τῆς ἐπισκηψάσης ἡμᾶς φρενίτιδος τῶν τοῦ βίου πραγμάτων. ἀπόστητε τοῦ τοιούτου κακοῦ, παρακαλῶ, ἰδοὺ λέγω καὶ διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων, ὡς μεγάλου κακοῦ καὶ πυρὸς ἀνηκέστου γενήσεταί ἡμῖν ἐν

A cumque invenisset omnes idolorum cultu insanientes, non opprobriis eos aggressus est his verbis; Athei estis, omninoque impii: non dixit, Omnia pro Deo habetis, unumque Deum negatis, dominum & opificem universi: sed quid? *Circumiens*, inquit, *& videns simulacra vestra, inveni & aram, in qua scriptum erat*, IGNOTO DEO. *Quem ergo ignorantes colitis, hunc ego annuncio vobis.* (Act. 17. 23. Pauli mansuetudo in monendo.) O miraculum! ô paterna viscera! pie colere Græcos dicit, licet idololatras, licet impie agentes. Quare? Quia quasi pii cultum suum persolvebant, Deum se colere putantes, cum ita sibi persuasissent. Hujus vos omnes hor-

B tor imitatores esse, ac vobiscum etiam meipsum. Nam si Dominus qui singulorum voluntatem prospicit, & scit qualis quisque nostrum futurus sit, id fecit, ut dona magnificentiamque suam impleret: neque enim pro malis creat Deus, & sic tamen eos communibus dignatus est bonis, omnesque vult imitatores ejus esse: cur tu contraria facis, qui in Ecclesiam convenis, & sacrificium Filii Dei perficis? Nescitis quod calamum conquassatum non confregit, & linum fumigans non exstinxit? (Hesai. 42. 3.) Quid sibi vult illud? Audi. Judam ipsique similes in lapsu non abjecit, donec quisque eorum sponte abductus errori se manciparet. Nonne pro populi ignoran-

C tiis supplicationes offerimus? Nonne pro inimicis, pro odientibus & persequentibus orare jussi sumus? En ministerium implemus, hortamurque vos: ordinatio non effert, non in sublime extollit, non potentiam præstat: omnes eumdem Spiritum accepimus, omnes in adoptionem filiorum vocati sumus: quos Pater probavit, eos fratribus in potestate servire voluit. Servitutem itaque nostram implentes hortamur vos obtestamurque, ut ab hujusmodi malo desistatis. Nam is, quem tu anathematizare decrevisti, vel vivit in hac mortali vita superstes, vel mortuus est; si ergo superstes est, impie

D agis, qui adhuc versatilem, qui possit de malo in bonum mutari, abscindas; sin mortuus est, multo magis [abstinere debes.] Quare? Quia domino suo stat vel cadit, neque jam sub humana positus est potestate. Ac de eo, quod occultum est, sæculorumque judici reservatum, sententiam ferre periculosum est; cum ipse solus novit & scientiæ mensuram, & fidei modum. Undenam, quæso, scimus quibus se verbis accusabit, aut quam defensionem proferet in die, qua Deus judicaturus est occulta hominum? Vere inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus. *Quis enim novit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit?* (Hesai. 40. 13.)

E Forte nullus ex nobis, dilecti, se baptismo dignatum esse putat, nemo scit judicium umquam futurum esse. Quid dico judicium? ipsam quoque mortem & exitum e corpore ignoramus, ob illam rerum sæcularium phrenesim, quæ nos invasit. Ab hoc, quæso, malo absistite. Ecce dico & contestor in conspectu Dei & electorum Angelorum, hinc nobis in die judicii malum magnum & intolerabilem

Matth. 25. 11. ignem parari. Nam si in virginum similitudine eos, qui cum splendida fide, & morum candore vixerunt, Dominus universorum qui ipsorum opera vidit, ob commiserationis penuriam a thalamo alienos reddidit; quomodo nos, qui omni cum licentia vivimus, & immisericordes erga contribules nostros nos exhibemus, salute digni habebimur? Quamobrem obsecro vos, ne verba hæc negligenter audiatis. Hæretica quippe dogmata iis, quæ nos accepimus, contraria anathematizare, & impia dogmata confutare oportet: hominibus autem parcendum, & pro eorum salute orandum est. Utinam nos omnes, Dei & proximi amori addicti, atque Dominica exsequentes præcepta, cum misericordia & fulgidis lampadibus, in die resurrectionis cælesti sponso occurramus, offerentes illi in gloria quamplurimos commiseratione nostra servatos, gratia & benignitate ipsius unigeniti Filii Dei, quicum Patri gloria unà cum sancto Spiritu, nunc & semper & in sæcula, amen.

A τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως αἴτιον. εἰ γὰρ ἐν [a] τῇ παραστάσει τῶν παρθένων τοὺς μετὰ λαμπρᾶς πίστεως, καὶ φαιδρότητος βίου ζήσαντας, ὡς αὐτοῦ θεωροῦντος τὰ ἔργα αὐτῶν τοῦ τῶν ὅλων δεσπότου, ἀλλοτρίους τοῦ νυμφῶνος διὰ τὸ ἀσυμπαθὲς ἐποίησεν, πῶς ἡμεῖς, οἱ κατὰ πᾶσαν ἄδειαν διαιτώμενοι, καὶ ἀνηλεῶς τοῖς ὁμοφύλοις προσφερόμενοι, σωτηρίας ἀξιωθῶμεν; δι᾽ ὃ δέομαι ὑμῶν, μὴ παρέργως τῶν τοιούτων λόγων ἀκούσητε. τὰ γὰρ αἱρετικὰ δόγματα, τὰ παρ᾽ ὧν παρελάβομεν, ἀναθεματίζειν χρὴ, καὶ τὰ ἀσεβῆ δόγματα ἐλέγχειν, πᾶσαν δὲ φειδὼ ἀνθρώπων ποιεῖσθαι, καὶ εὔχεσθαι ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας. γένοιτο δὲ πάντας ἡμᾶς τῆς περὶ τὸν θεὸν καὶ πλησίον ἀγάπης ἀντεχομένους, καὶ τῶν δεσποτικῶν B ἐντολῶν τὴν ἐργασίαν πληροῦντας, μετὰ ἐλέους καὶ φαιδρῶν λαμπάδων ἀπαντῆσαι ἐν ἡμέρᾳ [b] τῆς ἀναστάσεως, αὐτῷ τῷ ἐπουρανίῳ νυμφίῳ, προσφέροντας αὐτῷ πλείστους ἐν δόξῃ ὠφεληθέντας ἐκ τῆς ἡμῶν συμπαθείας, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ, μεθ᾽ οὗ τῷ πατρὶ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς αἰῶνας, ἀμήν.

a Vatic. τῇ παρουσίᾳ.

b Vatic. τῆς κρίσεως.

AD HOMILIAM IN KALENDAS

MONITUM.

HIC *Kalendæ memorantur Januarii mensis, eæ scilicet quæ annum incipiunt apud Romanos, qua die mos erat* ξένια *seu munuscula amicis cognatisque offerre, convivia celebrare, aliaque publicæ lætitiæ signa dare, ubi plerumque dissolutæ plebis gesta, superstitiosas observationes aliaque id genus videre erat, in quæ hoc sermone invehitur sanctus Doctor. Libanius porro Opusculum edidit in Kalendas inscriptum, ubi quo ritu Kalendæ fierent minutatim describit, aitque unam eamdemque celebritatem per totum Romanum Imperium eadem die agi,* μίαν δὲ οἶδα κοινὴν ἁπάντων ὁπόσοι ζῶσιν ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν. γίγνεται δὲ ἐνιαυτοῦ τοῦ μὲν πεπαυμένου, τοῦ δὲ ἀρχομένου. *Itaque de die ac mense nulla videtur quæstio moveri posse: secus autem de anno, quem ne conjecturis quidem sat probabilibus assignari posse putamus. Hermantius subodoratur in primam diem anni* 387. *conferendam hanc Homiliam esse, quia post encomium aliquod sancti Pauli habita est. Illud autem, ait, encomium idipsum videtur esse, quod legimus supra Homilia* de Petitione filiorum Zebedæi *num.* 3. *quæ paulopost Natale anni* 386. *sive post* 25. *Decembris habita est. Verum hanc Hermantii conjecturam merito respuit Tillemontius. Nam, inquit, nihil frequentius apud Chrysostomum, Pauli laudibus & encomiis; in illa vero Homilia Chrysostomus obiter tantum Pauli virtutem celebrat; ad hæc autem Homilia illa de filiis Zebedæi dicta fuit post Homiliam de Consubstantiali Ludis Circensibus anno* 387. *habitam, scilicet die tertia vel quarta vel quinta Januarii: nam his diebus Ludi Circenses agebantur; atque adeo non potuit die ejusdem anni primo quasi jam habita memorari. Mavult porro Tillemontius Pauli illud encomium esse in Homilia cui titulus*, Quales ducendæ sint uxores, *ubi Doctor ille Gentium identidem laudatur. Cum autem hæc Homilia nullam temporis notam præ se ferat, hinc sequitur nullam inde peti posse notam, qua Homiliæ de Kalendis tempus & annus assignetur. Ut Tillemontio adstipulamur dicenti non posse nos ex memoratis Pauli encomiis aliquam anni notam mutuari; ita illi acquiescere non possumus putanti encomia illa haberi in Homilia cui titulus*, Quales ducendæ sint uxores, *ubi argumentum aliud, quam encomia Pauli, nimirum id quod titulo enunciatur, proponitur, Paulus vero obiter tantum hinc & inde laudatur. At encomia Pauli quæ Chrysostomus in hac Concione memorat, Paulum vel unice vel præcipue spectasse videntur. En Chrysostomi verba:* Πρῴην γοῦν ἡμῶν ἐγκωμιαζόντων τὸν μακάριον Παῦλον, οὕτως ἐσκιρτήσατε, ὡς αὐτὸν ὁρῶντες

παρόντα

παρόντα : . . . καὶ ἐβουλόμην μὲν εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν καταβῆναι καὶ τήμερον, ἀλλὰ πρὸς ἕτερα ἡμῖν ὁ λόγος ὥρμηται· τὰ σήμερον ὑπὸ τῆς πόλεως ἁπάσης ἁμαρτηθέντα. τοὺς γὰρ ἀκούοντας τῶν ἐγκωμίων Παύλου, πρόσφορον τῆς ἀρετῆς τοῦ Παύλου ζηλωτὰς εἶναι χρὴ, καὶ τῆς τοιαύτης ἀκροάσεως ἀξίους. *i.* Nuper igitur cum beatum Paulum encomiis celebraremus, ita exſultaviſtis, quaſi ipſum præſentem vidiſſetis .... Volebam autem in idem argumentum hodie deſcendere; ſed ad alia quædam, quæ magis urgent, oratio noſtra provehitur, in quibus a tota hodie civitate peccatur. Eos enim qui laudes Pauli audire cupiunt, prius virtutis Pauli æmulos eſſe oportet, & hujuſmodi Concione dignos. *Hic vides Concionem memorari, cujus hypotheſis ſeu argumentum erant Pauli laudes; atque Chryſoſtomum idipſum argumentum aliis in Concionibus repetere deſtinaviſſe. Quod cum exploratum ſit quid aliud hic indicari poteſt, quam ſeptem illæ de Pauli laudibus Homiliæ, quas infra inter ſermones panegyricos edemus? Illæ autem Homiliæ nullam præ ſe ferunt temporis notam: hoc unum ex hac de Kalendis Homilia expiſcari poſſumus, quod etiam ex quarta in Paulum Homilia confirmatur, fuiſſe illas perinde, atque Homiliam de Kalendis Antiochiæ habitas; nam initio hujus Homiliæ dicit, Epiſcopum, nempe Flavianum abſentem tunc fuiſſe, cum hæc ille prædicaret.*

Aliam profert Tillemontius conjecturam, qua hanc de Kalendis Homiliam in annum 387. *conferri poſſe probabiliter exiſtimat. Homiliam primam de Lazaro, inquit, inſequenti poſt Homiliam de Kalendis die, ſive ſecunda Januarii, habitam fuiſſe certum eſt. Cur autem ſecunda Januarii, poſtquam prima anni die jam Concionem habuerat, iterum concionaturus fuiſſet non videmus; niſi dies ille conventus fuiſſet, nimirum aut Sabbatum aut Dominica, quibus certiſſime diebus collectæ habebantur: atqui anno* 387. *dies ſecunda Januarii incidit in Sabbatum, indeque veriſimiliter conjicitur in annum* 387. *conferendam eſſe hanc Homiliam. Leviſſima ſane conjectura: nam ſæpe Chryſoſtomus tribus quatuorve conſequentibus, imo ſingulis hebdomadæ diebus concionatus deprehenditur: neque poſſumus vel certam vel admodum probabilem, cauſam proferre cur aut plures per hebdomadam aut pauciores, aut continuatas, aut intermiſſas Conciones Chryſoſtomus habuerit, ut ipſe Tillemontius non ſemel fatetur, & pluribus declarabitur in vita Chryſoſtomi. Homiliam itaque de Kalendis hoc loco ponimus, quia non aptiorem locum conſignare valemus.*

Interpretationem vero Joannis Checi Cantabrigienſis, plurimis in locis caſtigatam, e regione Græci textus ponimus.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΛΟΓΟΣ ΤΑΙΣ ΚΑΛΑΝΔΑΙΣ,

A

μὴ παρελθόντος τοῦ ἐπισκόπου Ἀντιοχείας Φλαβιανοῦ· ἐλέχθη δὲ κατὰ τῶν παρατηρούντων τὰς νεομηνίας, [a] καὶ κατὰ τὴν πόλιν χορείας τελούντων, καὶ εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ ἀποστόλου· τὸ πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε.

A nium perdendorum salus: unde & justitiam attulit ei, qui hoc fecit. Et non modo non manus hæc cædes inquinavit, sed multo etiam puriores fecit. Atque id jure quidem: non enim ex eorum odio quos interfecit, & invidia, sed ut eorum, qui superfuerant, saluti consuleret, hoc suscepit. Duos interfecit, & infinitam hominum multitudinem servavit. Perinde autem fecit ac medici solent, qui partes corporis putrescentes amputando, integrum & sanum corpus conservant: sic & ille fecit. Propterea Psalmista ait: *Stetit Phinees, & placavit, & cessavit quassatio, & reputatum est illi ad justitiam, a generatione ad generationem, usque in sempiternum:* itaque immortalis hujus recte facti memoria permanet. Rursus alius oravit & lacessivit Deum: adeo est aliquid non propter Deum facere: Pharisæum dico. Sed quemadmodum Phinees etiam cum cædem fecisset, gratiosus apud Deum fuit: sic & iste non per precationem offendit, sed per animi affectionem, qua cum precabatur, prolapsus est. Ita etiam si spirituale aliquid fuerit, si tamen propter Deum non fiat, cum primis illum lædit, qui facit. Quemadmodum si aliquid sæculare propter Deum fiat, admodum adjuvat eum, qui cum religiosa id facit mente. Quid enim cæde gravius aut horribilius esse potest? justum tamen effecit eum qui id ausus est. Qualem ergo excusationem habebimus nos, qui dicimus ex omnibus rebus lucrifacere, & omnia propter Deum nos facere non posse, cum inveniamus etiam qui e cæde lucrum fecerunt? Si animum advertere voluerimus, sive emendum, sive vendendum sit, in tota vita spiritualem hanc mercaturam faciemus: ut si legitimo precio nihil amplius requiramus: difficultatem annonæ nequaquam observemus, & tum egentibus divendamus. *Maledictus enim*, inquit, *ille, qui frumenti caritatem auget.* Sed quid oportet singula percensere? uno exemplo omnia colligenda fuerant. Quemadmodum enim ædificatores cum murum exstructuri sunt, amussim ab angulo ad angulum ducunt, atque ita murum construunt, ut minime inæqualis ejus superficies exsistat: sic & nos pro amussi verbum hoc adhibeamus quod apud Apostolum est: *Sive editis, sive bibitis, sive quid aliud facitis, omnia ad gloriam Dei facite.* Sive ergo precemur, sive jejunemus, sive accusemus, sive condonemus: sive laudemus, sive vituperemus: sive ingrediamur, sive exeamus: sive vendamus, sive emamus: sive taceamus, sive disputemus: sive aliud quid faciamus; omnia ad gloriam Dei faciamus, & si quid ad gloriam Dei non pertineat, illud neque facto, neque dicto a nobis usurpetur: sed pro baculo magno, pro armis, pro præsidio, pro thesauris immensis, ubicumque simus, hoc dictum animo inscribentes, nobiscum circumferamus, ut omnia ad gloriam Dei facientes, loquentes, suscipientes, tum hic, tum post hujus vitæ peregrinationem, gloriam ab eo consequamur. Ait enim: *Gloria afficientes me, gloria*

Psal. 105. 30. — Luc. 18. — Prov. 11. 26. — 1. Cor. 10.

A ἀπολλυμένων ἁπάντων, ὅθεν καὶ δικαιοσύνην ἤνεγκε τῷ ποιήσαντι. καὶ οὐ μόνον οὐκ ἐμίανε τὰς χεῖρας, ἀλλὰ καὶ καθαρωτέρας εἰργάσατο ὁ φόνος ἐκεῖνος. καὶ μάλα εἰκότως· οὐ γὰρ τοὺς [a] ἀναιρεθέντας μισῶν, ἀλλὰ τῶν λοιπῶν φειδόμενος τοῦτ' εἰργάσατο. ἀπέκτεινε δύο, καὶ ἔσωσε μυριάδας ἀπείρους. καθάπερ ἰατροὶ ποιοῦσι τὰ σεσηπότα τῶν μελῶν ἐκτέμνοντες, ὁλόκληρον σώζουσι τὸ σῶμα καὶ ὑγιές· οὕτω κἀκεῖνος ἐποίησε. διὰ τοῦτό φησιν ὁ ψαλμῳδός· ἔστη Φινεὲς καὶ ἐξιλάσατο, καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην εἰς γενεὰν καὶ γενεάν, ἕως τοῦ αἰῶνος. ἀθάνατος γοῦν ἡ μνήμη τοῦ κατορθώματος μένει. πάλιν ἕτερος ηὔξατο καὶ προσέκρουσε τῷ θεῷ· τοσοῦτόν ἐστι τὸ μὴ ποιεῖν τι διὰ τὸν θεόν· ὁ Φαρισαῖος λέγω. ἀλλ' ὥσπερ B Φινεὲς φόνον ποιήσας εὐδοκίμησεν· οὕτω καὶ οὗτος οὐ παρὰ τὴν εὐχήν, ἀλλὰ παρὰ τὴν γνώμην, μεθ' ἧς ηὔξατο, καὶ κατέπεσε προσκρούσας. οὕτως ὅταν μὴ διὰ τὸν θεὸν γένηται, κἂν πνευματικὸν ᾖ τὸ γινόμενον, τὰ μέγιστα βλάπτει. ὥσπερ οὖν ὅταν διὰ τὸν θεὸν γένηται, κἂν βιωτικὸν ᾖ τὸ γινόμενον, τὰ μέγιστα ὠφελεῖ τὸν μετὰ φιλοθέου γνώμης ποιοῦντα. τί γὰρ φόνου χεῖρον καὶ χαλεπώτερον; ἀλλ' ὅμως δίκαιον εἰργάσατο τὸν τολμήσαντα. ποίαν οὖν ἕξομεν ἀπολογίαν ἡμεῖς οἱ λέγοντες, ὅτι οὐ δυνατὸν [b] πάντοθεν κερ- C δαίνειν, καὶ πάντα διὰ τὸν θεὸν ἐργάζεσθαι· ὅταν εὑρεθῇ τις καὶ ἀπὸ φόνου κερδάνας; ἂν ἐθέλωμεν προσέχειν, διὰ παντὸς τοῦ βίου τὴν πνευματικὴν ταύτην ἐμπορευσόμεθα πραγματείαν, κἂν πρίασθαί τι, κἂν ἀποδόσθαι δέῃ. οἷον ὅταν μὴ πλέον τῆς νενομισμένης ἀπαιτῶμεν τιμῆς, ὅταν μὴ τοὺς καιροὺς τῆς στενοχωρίας παρατηρῶμεν· καὶ τότε τοῖς δεομένοις μεταδιδῶμεν. ὁ γὰρ τιμουλκῶν σῖτον δημοκατάρατος, φησί. καὶ τί χρὴ καθ' ἕκαστον λέγειν, δέον δι' ἑνὸς ὑποδείγματος τὸ πᾶν συλλαβεῖν; καθάπερ γὰρ οἱ οἰκοδόμοι ἐπειδὰν μέλλωσι τοῖχον ἐγείρειν, σπαρτίον D τείναντες ἀπὸ γωνίας εἰς γωνίαν, οὕτως ὑφαίνουσι τὴν οἰκοδομήν, ὥστε μὴ ἀνώμαλον αὐτῆς γενέσθαι τὴν ἐπιφάνειαν· οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς ἀντὶ σπαρτίου τὸ ῥῆμα τοῦτο τείναντες τὸν λόγον· εἴτε ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν θεοῦ ποιεῖτε. ἄντε εὐχώμεθα, ἄντε νηστεύωμεν, ἄντε ἐγκαλῶμεν, ἄντε συγγινώσκωμεν, ἄντε ἐπαινῶμεν, ἄντε ψέγωμεν, ἄντε εἰσίωμεν, ἄντε ἐξίωμεν, ἄντε πωλῶμεν, ἄντε ἀγοράζωμεν, ἄντε σιγῶμεν, ἄντε διαλεγώμεθα, ἄντε ὁτιοῦν πράττωμεν, εἰς δόξαν θεοῦ E πάντα ποιῶμεν, κἂν μή τι εἰς δόξαν θεοῦ γίνηται, μηδὲ γινέσθω, μηδὲ λεγέσθω παρ' ἡμῶν· ἀλλ' ἀντὶ βακτηρίας μεγάλης, ἀντὶ ὅπλου καὶ ἀσφαλείας, ἀντὶ θησαυρῶν ἀφάτων, ὅπου περ ἂν ὦμεν, τὸ ῥῆμα τοῦτο μεθ' ἑαυτῶν περιφέρωμεν, ἐγγράψαντες τῇ διανοίᾳ, ἵνα πάντα εἰς δόξαν θεοῦ καὶ ποιήσαντες, καὶ εἰπόντες, καὶ πραγματευσάμενοι, τῆς παρ' αὐτοῦ τύχωμεν δόξης, καὶ ἐνταῦθα, καὶ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν. τοὺς γὰρ δοξάζοντάς με, φησί,

a Sic omnes Mss. Morel. vero, ἀναιρουμένους. Ad eorumdem fidem infra ἀπείρους pro ἑτέρους posuimus, & vocem ὁλοκλήρους post μελῶν sequentem expunximus. Paulopost, quidam Mss. φησιν ὁ ψαλμός, ἔστη.

b Sic duo Mss. & Savil. atque ita legit Interpres, Morel. vero, οὐ δυνατὸν πάντα εἰς δόξαν θεοῦ ποιεῖν.

δοξάσω. μὴ τοίνυν ῥήμασιν, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν πραγμάτων αὐτὸν δοξάσωμεν συνεχῶς σὺν Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν, ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. A

afficiam. Non dictis ergo, sed factis ipsis illum assidue gloria afficiamus cum Christo Deo nostro: quia illum decet omnis gloria, honor & adoratio, nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen.

AD HOMILIAS DE LAZARO.

MONITUM.

QUA anni tempestate & qua die primam de Lazaro Homiliam habuerit Chrysostomus, cum ipse titulus declarat, μετὰ τὰς καλάνδας τῇ ἑξῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ λεχθεὶς, Postridie Kalendas Antiochiæ habitus sermo; *tum etiam hoc Concionis exordium,* Hesternum diem, cum esset festum Satanæ, fecistis festum Spiritus, quia multo cum animi studio recepistis ea, quæ a nobis dicebantur *&c. Unde inferas primam illam de Lazaro Homiliam dictam fuisse, secundo Januarii die, post festum Saturnalium, quod vere festum Satanæ erat, ubi temulentiæ, tripudiis, saltationibus, comessationibus, aliisque ex Bacchico illo furore consequentibus, operam dabat pars maxima civitatis. Videturque eodem anno habita quo Homilia in Kalendas, quando ut dissolutos mores vi compesceret, strenue contra* satanicam *hanc consuetudinem concionatus est S. Doctor, idipsum enim declarat in exordio Homiliæ hujus primæ de Lazaro. De anno autem, ne probabili quidem conjectura quidpiam statuere possumus. Nam quæ Hermantius atque Tillemontius dicunt, ut has Homilias in annum 387. conferant, prorsus nulla esse probavimus in Monito præcedenti ad Homiliam in Kalendas, ubi vide sis.*

Hasce vero Conciones consequenter habuit, paucisque interpositis inter singulas diebus. Earum porro cursum intercepere festa S. Babylæ, & SS. Juventini & Maximini Martyrum, quorum encomia ut celebraret Chrysostomus, quartam de Lazaro Homiliam aliquot diebus tardius habuit, ut ipse monet initio quartæ. Cave autem putes illam, quam ibidem memorat, in S. Babylam Concionem, esse librum illum prolixum in S. Babylam & contra Gentiles, ut existimavit, & in margine notavit Fronto Ducæus. Nam ut in Monito ad Homiliam in Babylam & ad annexum librum dicemus, hic ipse liber numquam fuit in cœtu Ecclesiæ pronunciatus; nec ob prolixitatem potuit. Sed agitur illic de Homilia in Babylam, ut cuique rem inspicienti palam erit.

Quatuor priorum de Lazaro Homiliarum interpretatio est Erasmi, aliquot in locis emendata.

ΜΕΤΑ ΤΑΣ ΚΑΛΑΝΔΑΣ ΤΗ ΕΞΗΣ ἐν Ἀντιοχείᾳ λεχθεὶς κατὰ μεθυόντων, καὶ περὶ τῶν εἰς καπηλεῖα εἰσιόντων, καὶ εἰς τὴν πόλιν χορείας πελούντων, καὶ ὅτι τὸν διδάσκαλον οὐ χρὴ ἀπογινώσκειν τῶν μαθητῶν, κἂν πρὸς τὸ παρὸν μὴ πείθωνται, καὶ εἰς τὸν πτωχὸν Λάζαρον καὶ τὸν πλούσιον. B

ΛΟΓΟΣ α΄.

a ΤΗν χθὲς ἡμέραν, ἑορτὴν οὖσαν [a] Σατανικὴν, C ἐποιήσατε ὑμεῖς ἑορτὴν πνευματικὴν, μετὰ πολλῆς τῆς εὐνοίας τοὺς παρ' ἡμῶν δεξάμενοι λόγους, καὶ τὸ πλέον ἐνταῦθα τῆς ἡμέρας διατρίψαντες, καὶ μέθην μεθυσθέντες σωφροσύνης γέμουσαν, καὶ μετὰ τοῦ Παύλου χορεύσαντες. διπλοῦν τοίνυν οὕτω τὸ κέρδος ὑμῖν γέγονεν, ὅτι καὶ τῆς ἀτάκτου τῶν μεθυόντων ἀπηλλάγητε χορείας, καὶ σκιρτήματι ἐσκιρτήσατε πνευματικῷ, πολλὴν εὐταξίαν ἔχοντι·

HOMILIA POSTRIDIE Kalendas Antiochiæ habita de iis, qui inebriantur, deque iis qui commeant ad cauponas, quique choreas ducunt per civitatem: præterea quod non oporteat præceptorem desperare de discipulis, etiamsi in præsens non obtemperent: postremo de Lazaro mendico, ac de divite.

CONCIO I.

1. HESTERNUM diem, cum esset festum Satanæ, fecistis festum spiritus, quia multo cum animi studio recepistis ea, quæ a nobis dicebantur, maximamque diei partem in eo consumsistis, ebrii temulentia quadam sobrietatis plena, cumque Paulo ducentes choreas. Qua quidem ex re vobis geminum accrevit lucrum, primum quod ab indecora temulentorum saltatione abstinuistis, deinde quod spiritalibus saltastis tripudiis, quibus plurimum adest decoris ac

Collata cum MSS. Regiis 1819. 1832. 1960. 1963. 1976. Colbertinis vero 49. 364. 1030.

[a] Savil. & unus MS. οὖσαν διαβολικήν.

modestiæ. Ad hæc quod crateris participes fuistis, non mero, sed spiritali doctrina redundantis; atque ipsi tibia citharaque fuistis Spiritui sancto: cumque cæteri choros ducerent diabolo, vos eo quod hoc in loco versabamini, præbuistis vos ipsos organa vasaque spiritalia: exhibuistisque animas vestras ceu musica instrumenta, quæ Spiritus sanctus pulsaret, & in corda vestra gratiam suam inspiraret. Unde modulatum concentum reddidistis, non solum homines demulcentem, verumetiam supernas virtutes delectantem. Age itaque & hodie, adversus ebrietatem armemus linguam, istamque vitam madidam ac dissolutam prosternamus: vituperemus istos qui in ea totis diebus versantur, non ut illos pudefaciamus, sed ut eos ab ignominia liberemus: non ut illos probris afficiamus, sed ut eos corrigamus: non ut illos traducamus, sed ut ab infami traductione, & a diaboli manibus eripiamus. Quisquis enim in temulentia totos agit dies, quisquis in deliciis & ingurgitatione, sub diaboli tyrannidem redactus est. Atque utinam oratio nostra profectus aliquid afferat. Quod si post nostram etiam admonitionem in iisdem vitiis perseveraverint, ne sic quidem nos desistemus illis quod rectum est consulere, quandoquidem & aquarum venæ etiamsi nullus veniat aquatum, manant tamen: & fontes quamvis hauriat nemo, tamen scatebras emittunt: & amnes etiamsi nemo bibat, nihilo secius fluunt: sic oportet & illum qui concionatur, quamvis nullus auscultet, tamen præstare quidquid in ipso situm est. Siquidem hæc lex nobis, qui sacri sermonis administrationem suscepimus, a benigno præscripta est Deo, ne umquam quod quidem in nobis fuerit, facere defatigemur: nec ullo tempore sileamus, sive sit qui auscultet, sive sit qui prætercurrat negligens quod dicitur. Nam & Jeremias cum Judæis multa minitans, malaque imminentia prædicens, ab audientibus subsannaretur, totoque die rideretur, cogitabat ab illa prophetia desistere, nimirum humano quodam affectu victus, sannas illas & convitia perpeti non valens, aitque: *Factus sum ridiculus toto die, dixi: Non loquar, neque nominabo nomen Domini, & factus est in me velut ignis ardens, atque æstuans in ossibus meis: dissolvor undique nec possum ferre.* Quod autem dicit, hunc habet sensum: Volebam, inquit, a prædictione desistere, propterea quod non auscultabant Judæi: & simul atque hoc cogitassem, irruit in animam meam spiritus vis, velut ignis, omniaque intima mea succendit, consumens insuper, & exedens ossa mea, adeo ut incendium illud ferre non possem. Quod si Propheta qui quotidie ludibrio habebatur, quotidie convitiis incessebatur, sic discruciatus est, eo quod statuerat silere: qua tandem nos venia digni censebimur, si qui nondum tale quidquam perpessi sumus, tamen ob quorumdam negligentiam dejiciamus animum, & ab exhibenda illis doctrina cessemus, maxime vero cum tam multi sint, qui se præbent attentos?

Mali non infamandi, sed corrigendi.

Verbi minister numquam cessare debet ab officio.

Jer. 20. 7.

A καὶ μετέσχετε κρατῆρος, οὐκ ἄκρατον ἐκχέοντος, ἀλλὰ διδασκαλίας πεπληρωμένου πνευματικῆς· καὶ αὐτοὶ ἐγένεσθε καὶ κιθάρα τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ. καὶ τῶν ἄλλων τῷ διαβόλῳ χορευόντων, ὑμεῖς ὄργανα, καὶ σκεύη πνευματικὰ κατασκευάσαντες ἑαυτοὺς, διὰ τῆς ἐνταῦθα διατριβῆς, ἐδώκατε τῷ πνεύματι κροῦσαι τὰς ὑμετέρας ψυχὰς, καὶ τὴν παρ' ἑαυτοῦ χάριν ἐμπνεῦσαι ταῖς [a] ὑμετέραις καρδίαις· ὅθεν καὶ παναρμόνιον ἠχήσατε μέλος, οὐκ ἀνθρώπους μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἄνω δυνάμεις εὐφραῖνον. φέρε οὖν σήμερον κατὰ μέθης ὁπλίσωμεν τὴν γλῶτταν, καὶ τὸν ὑγρὸν καὶ διαῤῥέοντα καταβάλωμεν βίον· κατηγορήσωμεν
B τῶν ἐν αὐτῇ διημερευόντων, οὐχ ἵνα αὐτοὺς καταισχύνωμεν, ἀλλ' ἵνα αὐτοὺς αἰσχύνης ἀπαλλάξωμεν· οὐχ ἵνα αὐτοὺς ὀνειδίσωμεν, ἀλλ' ἵνα αὐτοὺς διορθωσώμεθα· οὐχ ἵνα αὐτοὺς ἐκπομπεύσωμεν, ἀλλ' ἵνα πομπῆς ἀσχήμονος ἀπαγάγωμεν, καὶ τῶν τοῦ διαβόλου χειρῶν ἐξαρπάζωμεν. ὁ γὰρ ἐν μέθῃ διημερεύων, καὶ τρυφῇ, καὶ ἀδηφαγίᾳ, ὑπ' αὐτὴν τοῦ διαβόλου τὴν τυραννίδα γεγένηται· καὶ γένοιτο μέν τι πλέον γενέσθαι ἐκ τῶν ἡμετέρων ῥημάτων· ἂν δ' ἄρα τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένωσι καὶ μετὰ τὴν παραίνεσιν, οὐδὲ οὕτως ἡμεῖς ἀποστησόμεθα τῆς πρὸς αὐτοὺς συμβουλῆς· καὶ γὰρ αἱ κρῆναι, κἂν μηδεὶς ὑδρεύηται, ῥέουσι· καὶ αἱ πηγαὶ,
C κἂν μηδεὶς ἀρύηται, ἀναβλύζουσι· καὶ οἱ ποταμοὶ, κἂν μηδεὶς πίνῃ, τρέχουσι. δεῖ τοίνυν καὶ τὸν λέγοντα, κἂν μηδεὶς προσέχῃ, τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα πληροῦν. καὶ γὰρ νόμος ἡμῖν τοῖς τὴν τοῦ λόγου διακονίαν ἐγκεχειρισμένοις παρὰ τοῦ φιλανθρώπου κεῖται θεοῦ, μηδέποτε τὰ παρ' ἑαυτῶν ἐλλιμπάνειν, μηδὲ σιγᾷν, κἂν ἀκούῃ τις, κἂν παρατρέχῃ. ὁ γοῦν Ἱερεμίας ἐπειδὴ πολλὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἀπειλῶν, καὶ τὰ μέλλοντα προαναφωνῶν δεινὰ, παρὰ τῶν ἀκουόντων ἐκωμῳδεῖτο, καὶ δι' ὅλης ἐγελᾶτο τῆς ἡμέρας, ἐβουλεύσατό ποτε τῆς προφητείας ἀποστῆναι ἐκείνης, ἀνθρώπινόν τι παθὼν, καὶ τὰ σκώμματα καὶ
D τὰς λοιδορίας οὐκ ἐνεγκών. καὶ ἄκουε αὐτοῦ τοῦτο δηλοῦντος, δι' ὧν φησιν· ἐγενόμην εἰς γέλωτα ὅλην τὴν ἡμέραν· εἶπον, οὐ μὴ λαλήσω, οὐδὲ μὴ ὀνομάσω τὸ ὄνομα κυρίου· καὶ ἐγένετο ἐν ἐμοὶ ὡς πῦρ καιόμενον καὶ [b] φλεγμαῖνον ἐν τοῖς ὀστέοις μου. παρεῖμαι πάντοθεν, καὶ οὐ δύναμαι φέρειν. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· ἐβουλευσάμην ἀποστῆναι τῆς προφητείας, φησὶν, ἐπειδὴ οὐκ ἤκουον οἱ Ἰουδαῖοι· καὶ ἅμα τοῦτο ἐβουλευσάμην, καθάπερ πῦρ εἰς τὴν ψυχὴν ἐνέπεσε τὴν ἐμὴν ἡ τοῦ πνεύματος
E ἐνέργεια, καὶ πάντα τὰ ἔνδον κατέφλεγεν, ἐπιδαπανῶσά μου τὰ ὀστᾶ καὶ κατεσθίουσα οὕτως, ὡς μὴ δύνασθαί με ἐνεγκεῖν τὸν ἐμπρησμὸν ἐκεῖνον. εἰ δὲ ὁ γελώμενος καὶ χλευαζόμενος ἐκεῖνος καὶ καθ' ἑκάστην λοιδορούμενος τὴν ἡμέραν, ἐπειδὴ ἐβουλεύσατο σιγῆσαι, τοσαύτην ὑπέστη τιμωρίαν· τίνος ἂν εἴημεν ἡμεῖς συγγνώμης ἄξιοι, τοιοῦτον μὲν οὐδέπω παθόντες οὐδὲν, διὰ δὲ τὴν ῥᾳθυμίαν τινῶν μικροψυχήσαντες, καὶ τῆς διδασκαλίας ἀποστάντες τῆς πρὸς ἐκείνους· καὶ μάλιστα, ὅταν τοσοῦτοι οἱ προσέχοντες ὦσι;

a Savil. & quatuor MSS. ὑμετέραις διανοίαις.

b Alii, φλεγόμενον.

Ταῦτα δὲ λέγω, οὐκ ἐμαυτὸν παραμυθούμενος, οὐδὲ παρακαλῶν· καὶ γὰρ πέπεικα τὴν ἐμαυτοῦ ψυχὴν, ἕως ἂν ἐμπνέω, καὶ δοκῇ τῷ Θεῷ κατὰ τὸν παρόντα βίον ἡμᾶς εἶναι, ταύτην πληροῦν τὴν διακονίαν, καὶ ἄν τε προσέχῃ τις, ἄντε μὴ προσέχῃ, τὸ ἐπιταχθὲν ποιεῖν· ἀλλ' ἐπειδή τινές εἰσιν οἱ τὰς τῶν πολλῶν ἐκλύοντες χεῖρας, καὶ πρὸς τῷ μηδὲν αὐτοὺς χρήσιμον εἰς τὸν βίον εἰσφέρειν τὸν ἡμέτερον, καὶ τὴν ἑτέρων παραλύοντες σπουδὴν, χλευάζοντες καὶ διακωμῳδοῦντες καὶ λέγοντες, ἀπόστηθι συμβουλεύων, παῦσαι παραινῶν· [a] οὐ βούλονταί σοι προσέχειν, μηδὲν κοινὸν ἔχε πρὸς αὐτούς· ἐπειδή τινές εἰσι ταῦτα λέγοντες, τὴν πονηρὰν καὶ ἀπάνθρωπον ταύτην γνώμην καὶ διαβολικὴν ἐπιβουλὴν τῆς ψυχῆς τῶν πολλῶν ἐκκόψαι βουλόμενος, μακρότερον τοῦτον ποιῶ τὸν λόγον. καὶ γὰρ καὶ χθὲς οἶδα πολλοὺς εἰρηκότας ταῦτα τὰ ῥήματα, οἳ, ἐπειδὴ τινας εἶδον ἐν καπηλείῳ διατρίψαντας, γελῶντες καὶ χλευάζοντες ἔλεγον· πάνυγε γὰρ ἐπείσθησαν· ὅλως οὐδεὶς εἰς καπηλεῖον εἰσῆλθε· ἅπαντες [b] ἐσωφρόνησαν. τί λέγεις ἄνθρωπε; τοῦτο γὰρ ὑπεσχόμεθα πάντας ἐν μιᾷ σαγηνεύειν ἡμέρᾳ; εἰ γὰρ δέκα μόνον ἐπείσθησαν, εἰ γὰρ πέντε μόνον, εἰ γὰρ εἷς, οὐχ ἱκανὸν ἡμῖν εἰς παραμυθίαν; ἐγὼ δὲ καὶ ὑπερβολὴν ἑτέραν ποιοῦμαι. κείσθω μηδένα πεπεῖσθαι τοῖς ἡμετέροις λόγοις· ὅπερ ἀδύνατον, εἰς τοσαύτας ἀκοὰς σπειρόμενον λόγον ἄκαρπον γενέσθαι ποτέ· πλὴν ἀλλὰ κείσθω τοῦτο αὐτό· οὐδὲ οὕτως ἀκερδὴς ἡμῖν ὁ λόγος. εἰ γὰρ καὶ εἰσῆλθον εἰς καπηλεῖον, ἀλλ' οὐ μετὰ τῆς αὐτῆς ἀναισχυντίας εἰσῆλθον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς τραπέζης πολλάκις τῶν ἡμετέρων ἐμνήσθησαν λόγων, τῆς ἐπιτιμήσεως, τῆς ἐπιπλήξεως· καὶ μνησθέντες ᾐσχύνθησαν, ἠρυθρίασαν κατὰ διάνοιαν· οὐ [c] μετὰ τοσαύτης ἰταμότητος τὰ εἰωθότα ἔπραξαν. τοῦτο δὲ ἀρχὴ σωτηρίας καὶ μεταβολῆς ἀρίστης; τὸ ὅλως αἰσχυνθῆναι, τὸ ὅλως καταγνῶναι τῶν γινομένων. πρὸς τούτοις δὲ οὐκ ἔλαττον καὶ ἕτερον ἡμῖν ἐκ τούτου γεγένηται κέρδος. ποῖον δὴ τοῦτο; τὸ καὶ τοὺς σωφρονοῦντας σεμνοτέρους ποιῆσαι, καὶ πεῖσαι διὰ τῶν εἰρημένων, ὅτι ἄριστα πάντων εἰσὶ βεβουλευμένοι, μὴ συναπαγόμενοι τοῖς πολλοῖς. οὐκ ἀνέστησε τοὺς νοσοῦντας; ἀλλὰ τοὺς ὑγιεῖς ἀσφαλεστέρους ἐποίησεν. οὐκ ἀπήγαγέ τινας τῆς κακίας ὁ λόγος; ἀλλὰ τοὺς ἐν ἀρετῇ ζῶντας ἀκριβεστέρους εἰργάσατο. εἴπω τι καὶ πρὸς τούτοις τρίτον. οὐκ ἔπεισα σήμερον; ἀλλ' αὔριον ἴσως δυνήσομαι πεῖσαι. ἀλλ' οὐδὲ αὔριον; ἀλλὰ μετὰ τὴν αὔριον, ἢ καὶ μετ' ἐκείνην ἴσως. ὁ σήμερον ἀκούσας καὶ διακρουσάμενος, αὔριον ἴσως ἀκούσεται καὶ καταδέξεται· ὁ δὲ σήμερον καὶ αὔριον καταφρονήσας, μετὰ πλείους ἴσως ἡμέρας προσέξει τοῖς λεγομένοις. καὶ γὰρ καὶ ἁλιεὺς πολλάκις δι' ὅλης τῆς ἡμέρας κενὸν ἀνασπάσας τὸ δίκτυον, ἐν ἑσπέρᾳ πολλάκις ἀναχω-

A 2. Non hæc loquor mei consolandi deliniendi que gratia. Nam meo quidem ipsius animo persuasi, quo adspiravero, & donec Domino visum fuerit nos in præsenti vita versari, hoc implere ministerium, & sive quis attendat, sive non attendat, facere ea quæ præcipiuntur. Verum quoniam sunt nonnulli, qui multorum manus dissolvunt, neque contenti quod ipsi nihil utilitatis afferunt vitæ nostræ, etiam aliorum studium ac fervorem refrigerant sannis ac dicteriis, dum aiunt, Define bene consulere, desiste monere, Nolunt tibi auscultare. Ne quid sit tibi cum illis commercii. Quoniam ergo sunt quidam ista loquentes, inhumanam hanc sententiam, insidiasque diabolicas excutere volens e multorum animis, pluribus hac de re dissero. B Siquidem & heri novi multos qui talia verba protulerint, qui cum conspicerent aliquos in caupona detrivisse tempus, cum risu sannisque dicebant; Scilicet omnino persuasi sunt. Nemo prorsus cauponam ingressus est. Omnes sobrii sunt redditi. Quid ais homo? Videlicet istuc polliciti sumus, nos uno die omnes illos reti capturos? Nam si decem modo persuasi fuerint, si quinque tantum, si unus: nonne nobis hoc sufficit ad consolationem? Ego vero dicam quiddam hoc C etiam vehementius. Pone neminem nostris dictis fuisse persuasum; quamquam id fieri numquam potest, nimirum ut sermo in tam multas aures disseminatus, vacet omni fructu. Verumtamen pone istuc esse, ne sic quidem nobis nihil adferet lucri sermo noster. Nam etiamsi nonnulli ingressi sunt cauponam, non tamen cum pari qua solent impudentia sunt ingressi, sed ad ipsam etiam mensam crebro nostrorum verborum recordati sunt, subiit illis nostra reprehensio, rediit in memoriam nostra objurgatio, ac recordantes rubore suffusi sunt, erubuerunt D tacita cogitatione, nec simili impudentia fecerunt ea quæ solebant. Hoc autem initium est salutis, optimæque mutationis, si quem penitus sui pudeat, si quis prorsus facta sua damnet. Quin ex hoc insuper & aliud nobis lucrum non minus nascitur. Quodnam hoc? Nimirum illud, quod eos qui sobrietatem amplectuntur, reddimus modestiores magisque compositos, dum ex oratione nostra declaratur, quod optimis ducantur consiliis, qui non abducantur exemplo multitudinis. Non erexi quidem ægrotantes, attamen eos qui valent, reddidi firmiores. Non abduxit quosdam a vitio ser- E mo noster, sed tamen eos qui cum virtute vitam agunt, reddidit attentiores. Ad hæc quiddam addam tertium: hodie non persuasi, sed cras fortasse persuadere potero. Quod si minus cras, attamen perendie, aut quarto ab hinc die fortassis persuasero. Qui hodie quod audivit repulit, cras fortassis audiet ac recipiet. Tum qui hodierno crastinoque die contemserit, fortassis post dies complures præbebit animum iis quæ dicuntur. Quandoquidem sæpe piscator, qui per totum diem vacuum attraxit rete, sub noctem

Verbum semper in aliquo fructificat.

Gradus ad virtutem est minus impudenter peccare.

[a] Savil. in textu, οὐ βούλονται, in marg. οὐ βούλεται, sicque Morel. & alii, uno excepto, qui habet, οὐδεὶς βούλεται.

[b] Unus Mss ἐσωφρονίσθησαν

[c] Quatuor Mss. μετὰ τῆς αὐτῆς ἰταμότητος.

jam abire parans, capto, qui ipsum per totum fefellerat diem, pisce, discedit. Quod si ideo victuri sumus in otio, & ab omnibus actionibus videbitur abstinendum, eo quod semper evenit, ut alicubi frustremur optatis, universa nobis perierit vita: nec spiritualia modo, verum etiam illa quæ ad vitæ præsentis usum pertinent, simul interierint omnia. Etenim si agricola protinus ab agricultura resiliat, quod semel atque iterum aut sæpius acciderit aëris inæqualitas, brevi fame peribimus omnes. Item si nauclerus, ob semel atque iterum, aut sæpius obortam tempestatem fugiat mare, futurum est, ut nemo vehatur pelago, atque hinc rursum peribunt nobis omnia vitæ commoda. Quod si per singulas artes percurrens, ista quæ nos facere vis, suadeas, moneasque, cuncta funditus interibunt, terraque carebit incolis. Itaque cum hæc omnes sciant, etiamsi semel atque iterum aut sæpius frustrati fuerint optato negociorum in quibus versantur exitu: denuo pari cum alacritate redeunt ad eadem.

3. Quæ cum nobis etiam nota sint omnia, dilectissimi, ne quæso proferamus ista, néve dicamus, Quid nobis est tot verbis opus? Nulla ex hoc sermone promanat utilitas. Nam & agricola, ubi semel atque iterum ac sæpius semen arvo commisit, nec votis respondit proventus, rursus eamdem exercet segetem, neque raro fit, ut totius temporis jacturam uno sarciat anno. Sic & negotiator quamquam crebro fecit naufragium, non tamen abstinet a portu, sed & postea quam navim detraxit, & nautas conduxit, pecuniis mutuo acceptis, eadem aggreditur negotia, idque cum nihilo magis tunc sciat quomodo cessurum sit, quam scierat antea. Denique quicumque solent aggredi rem quamcumque, ita facere consueverant, quemadmodum faciunt agricola ac negotiator. Et post hæc cum illi tantam adhibeant curam studiumque circa res ad præsentis usum vitæ pertinentes, licet exitus sit incertus: nos si loquentes non auditi fuerimus, illico desinemus? Et quam obtinebimus veniam? Quid excusationis afferemus? Et tamen illis, si non successerit, nullus est, qui damnum acceptum leniat. Veluti si mare navim fluctibus obruerit, nemo medebitur inopiæ naufragi. Si vis imbrium effusa in arvum præfocarit sementem, cogitur agricola vacuis manibus abire domum. Nostra vero, cum loquimur aut exhortamur, non est eadem conditio. Imo si semen per te jactum auditor non receperit, nec obedientiæ fructum retulerit, tu tamen communicati consilii mercedem fers a Deo, nec minus accipies præmii non auditus, quam accepturus eras, si ille obtemperasset. Quod erat in te, præstitisti. Cæterum ad id, ut persuadeamus auditoribus, non sumus obstricti, sed tantum ut admoneamus. Nostræ quidem partes sunt admonere, illorum vero obtemperare. Et quemadmodum si nos ad-

Ministro verbi, etiam si pereat opera, non tamen perit merces.

A ρῶν μένων, τῶν δι' ὅλης αὐτὸν τῆς ἡμέρας διαφυγόντα ἰχθὺν ἁλιεύσας ἀπῆλθεν. εἰ δὲ μένοιμεν διὰ τὰς ἀεὶ γινομένας ἀποτυχίας ἐν ἀργίᾳ εἶναι, καὶ τῶν πραγμάτων ἀφίστασθαι πάντων, ἅπας ἡμῖν ὁ βίος ἀπολεῖται. καὶ οὐχὶ τὰ πνευματικὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ βιωτικὰ οἰχήσεται πάντα. καὶ γὰρ ὁ γεωργὸς εἰ μέλλοι διὰ τὰς ἅπαξ καὶ δὶς καὶ πολλάκις γινομένας τῶν ἀέρων ἀνωμαλίας τῆς γεωργίας ἀποπηδᾷν, λιμῷ ταχέως [a] ἀπολούμεθα πάντες. καὶ κυβερνήτης δὲ εἰ διὰ τὸν ἅπαξ καὶ δὶς καὶ πολλάκις συμβάντα χειμῶνα φύγοι τὴν θάλατταν, ἄπλωτον ἡμῖν ἔσται τὸ πέλα-
B γος, καὶ ἄχρηστος καὶ ἐντεῦθεν ἡμῖν ὁ βίος πάλιν γενήσεται. καθ' ἑκάστην δὲ τέχνην ἐπιὼν, εἰ ταῦτα παραινοίης καὶ συμβουλεύοις, πάντα ἄρδην ἀπολεῖται, καὶ ἀοίκητος ἔσται ἡ γῆ. ἅπερ οὖν ἅπαντες εἰδότες, κἂν ἅπαξ, κἂν δὶς, κἂν πολλάκις ἀποτύχωσι τοῦ τέλους τῶν πραγμάτων, ἐν οἷς εἰσι καὶ διατρίβουσι, πάλιν αὐτῶν ἐπιλαμβάνονται μετὰ τῆς αὐτῆς προθυμίας.

Ἅπερ ἅπαντα δὴ καὶ ἡμεῖς εἰδότες, ἀγαπητοὶ, μὴ, παρακαλῶ, μὴ ταῦτα φθεγγώμεθα, μηδὲ λέγωμεν· τί δεῖ λόγων ἡμῖν τοσούτων; οὐδὲν ἐκ τῶν λόγων τούτων
C ὄφελος γέγονε. καὶ γὰρ ὁ γηπόνος ἅπαξ καὶ δὶς καὶ πολλάκις τὴν αὐτὴν σπείρας ἄρουραν, καὶ ἀποτυχὼν [b] τοῦ κέρδους, πάλιν αὐτὴν εἰργάσατο, καὶ ἐν ἑνὶ πολλάκις ἐνιαυτῷ τοῦ παντὸς χρόνου τὴν ζημίαν ἀνέσωσε. καὶ ἔμπορος δὲ ναυάγια πολλὰ πολλάκις ὑπομείνας, οὐκ ἀπέστη τοῦ λιμένος, ἀλλὰ καὶ πλοῖον καθείλκυσε, καὶ ναύτας ἐμισθώσατο, καὶ χρήματα δανεισάμενος τῶν αὐτῶν ἥψατο πραγμάτων, καίτοι τοῦ μέλλοντος ὁμοίως ὄντος ἀδήλου. καὶ ἕκαστος δὲ τῶν ὁτιοῦν μετιόντων, οὕτω ποιεῖν εἰώθασιν, ὥσπερ ὁ γεωργὸς καὶ ὁ ἔμπορος. εἶτα ἐκεῖνοι μὲν τοσαύτῃ [c] χρῶνται πρὸς τὰ βιωτικὰ σπουδῇ, καίτοι τοῦ τέλους ὄντος
D ἀδήλου, ἡμεῖς δὲ, ἂν εἰπόντες μὴ ἀκουσθῶμεν, εὐθέως ἀποστησόμεθα; καὶ ποίαν ἕξομεν συγγνώμην; τίνα δὲ ἀπολογίαν; καίτοι ἐκείνοις μὲν ἐν ταῖς ἀποτυχίαις οὐδείς ἐστιν ὁ τὴν ζημίαν παραμυθησόμενος· οἷον, ἐὰν ἐπικλύσῃ τὸ πλοῖον ἡ θάλασσα, οὐδεὶς τὴν πενίαν [d] τοῦ ναυαγοῦντος διορθώσεται· ἂν καταχώσῃ τὴν ἄρουραν ἐπομβρία, καὶ ἀποπνίξῃ τὰ σπέρματα, ἀνάγκη κεναῖς τὸν γεωργὸν οἴκαδε ἀναχωρῆσαι χερσίν. ἐφ' ἡμῶν δὲ τῶν λεγόντων καὶ παραινούντων οὐχ οὕτως· ἀλλὰ κἂν καταβάλῃς τὰ σπέρματα, καὶ ὁ ἀκροατὴς μὴ δέξηται, μηδὲ ἐνέγκῃ τὸν καρπὸν
E τῆς ὑπακοῆς, σὺ τὸν μισθὸν ἔχεις ἀπηρτισμένον παρὰ τοῦ Θεοῦ τῆς συμβουλῆς· καὶ τοσαύτην ἀπολήψῃ τὴν ἀμοιβὴν, καὶ παρακούσαντος ἐκείνου, ὅσην ἔλαβες ἂν, εἰ ὑπήκουσε. τὸ γὰρ σαυτοῦ πᾶν ἐπλήρωσας. τοῦ μὴ πεῖσαι τοὺς ἀκούοντας οὐκ ἐσμὲν ὑπεύθυνοι, ἀλλὰ τοῦ συμβουλεῦσαι μόνον. τὸ μὲν γὰρ παραινέσαι, ἡμέτερον· τὸ δὲ πεισθῆναι, ἐκείνων. καὶ καθάπερ ἡμῶν μὴ παραινεσάντων,

a Savil. Morel. & multi MSS. ἀπωλόμεθα, unus ἀπολώμεθα, Savil. in marg. & alius, ἀπολλύμεθα.
b Alius, τοῦ τέλους πάλιν.
c Unus MS. ἐχρήσατο, Savil. in marg. & alius, χρῶνται.
d Tres MSS. τῶν ναυαγούντων.

μυρία κατορθώσωσιν ἐκεῖνοι, μόνοις αὐτοῖς ἅπας ὁ A μισθὸς κείσεται, ἡμῖν δὲ οὐδὲν ἔσται τὸ κέρδος, ἐπειδὴ μὴ συνεβουλεύσαμεν· οὕτως ἂν ἡμῶν παραινεσάντων ἐκεῖνοι μὴ προσέχωσιν, ἅπασα αὐτοὺς ἡ τιμωρία καταλήψεται, ἡμῖν δὲ οὐδὲν ἔσται ἔγκλημα, ἀλλὰ καὶ πολὺς ὁ μισθὸς ἀπαρτήσεται παρὰ τοῦ Θεοῦ· τὸ γὰρ ἡμῶν ἅπαν ἐπληρώσαμεν. καταβαλεῖν μόνον κελευόμεθα τὰ ἀργύρια ἐπὶ τοὺς τραπεζίτας, εἰπεῖν καὶ συμβουλεῦσαι. εἰπὲ τοίνυν, καὶ παραίνεσον τῷ ἀδελφῷ. ἀλλ' οὐκ ἤκουσεν; ἀλλὰ σὺ τὸν μισθὸν ἔχεις ἀπηρτισμένον· μόνον ἀεὶ τοῦτο ποιῇς, ἂν μηδέποτε ἀποστῇς, ἕως ἂν πείσῃς, ἕως ἂν ἐμπνεύσῃς. πέρας ἔστω τῆς συμβουλῆς, ἡ ὑπακοὴ τοῦ B τὴν παραίνεσιν ὑποδεχομένου. ὁ διάβολος κατὰ τῆς σωτηρίας ἀεὶ τρέχει τῆς ἡμετέρας, οὐδὲν αὐτὸς κερδαίνων, ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα βλαπτόμενος ἀπὸ τῆς σπουδῆς. ἀλλ' ὅμως τοσαύτην ἔχει μανίαν, ὡς καὶ πολλάκις ἀδυνάτοις ἐπιχειρεῖν πράγμασι, καὶ ἐπιτίθεσθαι μὴ μόνον ἐκείνοις, οὓς προσδοκᾷ πάντως ὑποσκελίζειν καὶ περιτρέπειν, ἀλλὰ καὶ οὓς εἰκὸς περιέσεσθαι τῶν μηχανημάτων αὐτοῦ. τὸν γοῦν Ἰὼβ ἀκούων [a] ἐπαινούμενον παρὰ τοῦ τὰ ἀπόρρητα πάντα εἰδότος Θεοῦ, προσεδόκησε δυνήσεσθαι καὶ περιτρέπειν· καὶ οὐκ ἀπέστη πάντα κινῶν καὶ μηχανώμενος [b] ὁ δόλιος, ὥστε ὑποσκελίσαι τὸν ἄνθρωπον· καὶ οὐκ ἀπεγίνωσκεν C ὁ μιαρὸς καὶ παμπόνηρος δαίμων ἐκεῖνος, καίτοι τοῦ Θεοῦ τοσαύτην τῷ δικαίῳ ψηφισαμένου τὴν ἀρετήν. εἶτα οὐκ αἰσχυνόμεθα, οὐδὲ ἐρυθριάζομεν, εἰπέ μοι, εἰ, τοῦ διαβόλου μηδέποτε ἀπογινώσκοντος τῆς ἀπωλείας ἡμῶν, ἀλλ' ἀεὶ προσδοκῶντος αὐτήν, αὐτοὶ τῆς τῶν ἀδελφῶν ἀπογνωσόμεθα σωτηρίας; καίτοι ἐκεῖνον μὲν καὶ πρὸ τῆς πείρας ἀποστῆναι τῶν παλαισμάτων ἔδει· Θεὸς γὰρ ἦν ὁ μαρτυρῶν τῷ δικαίῳ τὴν ἀρετήν· ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀπέστη· ἀλλ' ὑπὸ πολλῆς μανίας τῆς καθ' ἡμῶν καὶ μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ μαρτυρίαν ἤλπισε περιέσεσθαι τοῦ γενναίου τότε ἐκείνου. ἡμᾶς δὲ οὐδέν ἐστι τοιοῦτον τὸ ποιοῦν εἰς ἀπόγνωσιν D ἐμπίπτειν, καὶ ὅμως ἀφιστάμεθα. καὶ ὁ μὲν διάβολος, καίτοι τοῦ Θεοῦ κωλύοντος, οὐκ ἀναχωρεῖ τῆς καθ' ἡμῶν μάχης· σὺ δὲ, τοῦ Θεοῦ προτρέποντός σε καὶ διεγείροντος εἰς τὴν ἀντίληψιν τῶν πεπτωκότων, ἀποπηδᾷς; ἤκουσεν ὁ διάβολος τοῦ Θεοῦ λέγοντος· ἄνθρωπος δίκαιος, ἀληθινὸς, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος, καὶ ὅτι οὐδείς ἐστι τοιοῦτος τῶν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ μετὰ τοσαύτας καὶ τοιαύτας ψήφους ἐνέμεινεν ὅμως λέγων· μήποτε τῇ συνεχείᾳ καὶ τῷ μεγέθει τῶν ἐπαγομένων αὐτῷ κακῶν δυνηθῶ αὐτοῦ περιγενέσθαι, καὶ τὸν μέγαν τοῦτον καθελεῖν πύργον; E

Τίς οὖν ἡμῖν ἔσται συγγνώμη, ἀγαπητοὶ, τίς δὲ ἀπολογία, εἰ τοσαύτῃ τοῦ πονηροῦ δαίμονος καθ' ἡμῶν κεχρημένου μανίᾳ, ἡμεῖς μηδὲ τὸ πολλοστὸν τῆς τοσαύτης σπουδῆς εἰς τὴν σωτηρίαν τῶν ἡμετέρων ἀδελφῶν εἰσενέγκοιμεν, καὶ ταῦτα τὸν Θεὸν σύμμαχον ἔχοντες; ὅταν γοῦν ἴδῃς σκληρὸν καὶ ἀπηνῆ τὸν ἀδελφὸν, καὶ μὴ προσέχοντά σοι· λέγε πρὸς σεαυτὸν, μήποτε τῷ χρόνῳ δυνηθῶμεν

[a] Alii post ἐπαινούμενον, addunt, καὶ θαυμαζόμενον.

A monendi officio functi non fuerimus, etiamsi sexcenta illi bona opera ediderint, ipsis solis repositum est præmium, ad nos nihil redibit lucri, quandoquidem non dedimus consilium: ita si nobis admonentibus illi non auscultarint, ad ipsos solos redibit omnis ultio, nobis autem nihil imputabitur, quin potius copiosa merces nobis veniet a Deo. Siquidem quidquid in nobis erat situm, præstitimus. Nihil aliud jubemur, quam apud mensarios deponere pecuniam, loqui & consulere. Loquere igitur & admone fratrem. Verum non audivit. Tu nihilo secius habes paratam mercedem, si non destiteris, priusquam persuadeas, donec spiritum efflaveris. Terminus monendi, sit obedientia monitionem tuam recipientis. Diabolus circumcursat obsistere cupiens nostræ saluti, non solum ipse nihil hinc lucri reportans, verumetiam suo studio gravissima detrimenta sibi concilians. Is tamen usque adeo vesanus est, ut frequenter & illa tentet, quæ fieri non possunt: nec illos solum adoriatur, quos omnino confidit se supplantaturum dejecturumque, verum etiam eos, quos probabile est artibus ipsius fore superiores. Itaque cum audiret laudari Job ab eo, qui novit arcana omnia, nimirum Deo, sperabat fore, ut eum subvertere posset: nec destitit omnia movere molirique, quo supplantaret hominem, nec desperavit impurus ille ac sceleratissimus dæmon: idque cum Deus justo illi tantum virtutis suo suffragio tribuisset. Et post hæc non erubescimus, neque pudore suffundimur, dic mihi, si cum diabolus numquam desperet nostram perniciem, sed indesinenter eam exspectet, nos fratrum salutem desperabimus? Et tamen illum decebat, etiam priusquam expertus esset, e lucta abstinere: nam Deus erat qui testimonium ferebat de justi virtute. Nec tamen abstinuit, sed præ nimio furore, quo fertur adversum nos, etiam post Dei testimonium sperabat futurum, ut illius ætatis præstantissimo viro superior evaderet. Cæterum nihil est tale, quod nos in desperationem adigat, & tamen desistimus. Ac diabolus quidem vetante Deo, non discedit a pugna adversum nos suscepta: tu vero cum Deus mandet exstimuletque ad subveniendum lapsis, resilis refugisque. Audierat diabolus loquentem Deum, *homo justus, verax, timens Deum, abstinens ab omni opere malo,* quodque nullus esset illi similis ex iis, qui sunt super terram, & tamen post tanta taliaque judicia perseveravit dicere: Quid si quando perpetuitate magnitudineque malorum irruentium valeam illum superare, & hanc excelsam dejicere turrim?

Matth. 25.

Job 1. 8.

4. Quis igitur erit nobis veniæ locus, dilectissimi, aut quid excusabimus, si cum tanta sit mali dæmonis in nostrum insanientis exitium vigilantia, nos ne tantulum quidem similis diligentiæ afferamus ad salutem fratrum nostrorum, præsertim cum Deum habeamus auxiliatorem? Itaque cum videris fratrem tuum durum, rigidum, minimeque attentum, dic apud temetipsum: Quid si progressu temporis aliquando valeamus

[b] ὁ δόλιος deest in quibusdam MSS.

illum flectere? Hoc nimirum & Paulus præcepit: *Servum Domini non oportet litigare, sed placidum esse erga cunctos, erudientem eos qui resistunt veritati, si quando det illis Deus pœnitentiam in agnitionem veritatis.* Annon vides parentes, quomodo filiis suis, licet frequenter desperatis, assident, lacrymantes, lamentantes, exosculantes, omnia quæ possunt admoventes, ad supremum usque halitum? Hoc tu quoque facito pro fratribus. Et tamen illi non possunt lacrymis ac lamentis neque morbum depellere, neque mortem imminentem abigere. Tu vero frequenter poteris animam deploratam, assiduitate instantiaque per lamenta revocare ac suscitare. Dedisti consilium, nec persuasisti, illacryma, punge frequenter, ac suspira paululum, ut tua solicitudo incutiat illi verecundiam, itaque se convertat ad salutem. Quid ego solus possem efficere? Neque enim quotidie vobis omnibus solus adesse valeo, neque suppetit mihi facultas, ut solus cum tanta disputem multitudine. Cæterum si vos velitis inter vos aliis aliorum partiri curam salutis, ac vestrûm quisque unum suscipere fratrum neglectorum, illico nobis cresceret ædificatio. Et quid attinet dicere de iis, qui post multam & diutinam admonitionem, seipsos ad meliorem frugem recipiunt? Neque enim ab illis etiam si tenerentur immedicabili morbo, oporteret desistere, neque curam abjicere, etiamsi certo præsciremus futurum, ut post multam solicitudinem, multamque adhibitam admonitionem, nihilo plus sint profecturi. Quod si hæc oratio vobis videtur incredibilis, age, ex factis dictisque Christi reddemus eam credibilem. Nam nos quidem ignari sumus futurorum, unde nec dijudicare possumus de iis qui audiunt, utrum obtemperaturi sint dictis nostris, an secus: Christus autem cum hæc utraque probe nosset, non cessavit ad extremum usque corrigere illum, qui sibi non esset auscultaturus, non defatigatus est corrigendis iis a quibus audiebatur, usque ad extremum. Itaque cum sciret Judam non revocatum iri a proditione, non tamen cessavit assiduis consiliis, monitis, beneficiis, minis, denum omni doctrinæ specie a proditione retrahere, nec destitit illum dictis ceu freno cohibere. Hoc autem fecit nos instituens, ut etiamsi præsciamus futurum, ut fratres non obtemperent, tamen quidquid in nostra fuerit facultate præstemus, tamquam parata nobis admonitionis nostræ mercede. Vide autem quanta assiduitate, quantaque sapientia illum cohibuerit. *Unus vestrûm me proditurus est.* Ac rursum: *Non de omnibus vobis loquor, novi quos elegi.* Et, *Unus ex vobis diabolus est.* Sustinuit omnes in angorem inducere, ne vulgaret proditorem, ac manifesta redargutione redderet etiam impudentiorem. Nam ut intelligas quod aliis etiam angorem & metum injecerint Christi dicta, licet sibi nullius mali consciis, audi quomodo quisque anxius dixit: *Numquid ego sum, Domine?* Neque vero dic-

2. Tim. 2. 24.

Frater fratrem trahat ad salutem.

Christi erga Judam lenitas.

Matth. 26. 21.

Joan. 6.

Joan. 13 18.

Matth. 26. 22.

a Alii, συνίστασθαι

A πεῖσαι; οὕτω καὶ Παῦλος ἐκέλευσε ποιεῖν· δοῦλον δὲ κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι, ἀλλ' ἤπιον εἶναι πρὸς πάντας, ἐν πραότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, μήποτε δώῃ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας. οὐχ ὁρᾷς τοὺς πατέρας, πῶς πολλάκις τῶν υἱῶν αὐτοῖς ἀπεγνωσμένων, παρακάθηνται δακρύοντες, θρηνοῦντες, καταφιλοῦντες, τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέροντες ἅπαντα ἕως ἐσχάτης ἀναπνοῆς; τοῦτο καὶ σὺ πρὸς τὸν ἀδελφὸν ποίησον. καίτοι ἐκεῖνοι μὲν ἀπὸ τῶν θρήνων καὶ τῶν δακρύων οὔτε τὴν ἀῤῥωστίαν ἀπελάσαι, οὔτε τὸν θάνατον ἐπελθόντα ἀποκρούσασθαι δύνανται· σὺ δὲ ψυχὴν ἀπογνωσθεῖσαν τῇ καρτερίᾳ καὶ τῇ προσεδρίᾳ δυνήσῃ πολλάκις B διὰ τῶν θρήνων καὶ τῶν δακρύων ἐπισπάσασθαι καὶ ἀναστῆσαι. συνεβούλευσας, καὶ οὐκ ἔπεισας; δάκρυσον, καὶ κατάνυξον πολλάκις· στέναξον πικρὸν, ἵνα αἰδεσθείς σου τὴν κηδεμονίαν, ἐπιστρέψῃ πρὸς τὴν σωτηρίαν. τί δυνήσομαι ἐγὼ μόνος ποιεῖν; οὐ γὰρ δὴ πᾶσιν ὑμῖν καθ' ἑκάστην συγγίνεσθαι [a] δύναμαι μόνος τὴν ἡμέραν, οὐδὲ ἀρκῶ πλήθει τοσούτῳ διαλέγεσθαι μόνος. ὑμεῖς δὲ, εἰ βουληθείητε τὴν ἀλλήλων διανείμασθαι σωτηρίαν, καὶ ἕκαστος ἕνα ἀπολαβεῖν τῶν ἠμελημένων ἀδελφῶν, ταχέως ἡμῖν τὰ τῆς οἰκοδομῆς αὐξηθήσεται. καὶ τί χρὴ λέγειν τῶν μετὰ πολ- C λὴν παραίνεσιν ἀνακτωμένων ἑαυτούς; οὐδὲ γὰρ ἐκείνων τῶν ἀνίατα νοσούντων ἀφίστασθαι χρὴ καὶ ἀμελεῖν· κἂν προειδότες ὦμεν σαφῶς, ὅτι πολλῆς ἀπολαύσαντες τῆς σπουδῆς καὶ τῆς συμβουλῆς, οὐδὲν κερδανοῦσι πλέον. εἰ δὲ παράδοξος ὑμῖν ὁ λόγος εἶναι δοκεῖ· φέρε, ἀφ' ὧν ὁ Χριστὸς ἐποίησέ τε καὶ εἶπεν, ἀπὸ τούτων αὐτὸν πιστωσόμεθα. ἡμεῖς μὲν γὰρ οἱ ἄνθρωποι τὸ μέλλον ἀγνοοῦμεν, ὅθεν οὐδὲ διϊσχυρίζεσθαι δυνάμεθα περὶ τῶν ἀκουόντων, εἴτε πεισθήσονται, εἴτε ἀπειθήσουσι τοῖς παρ' ἡμῶν λεγομένοις· ὁ δὲ Χριστὸς ταῦτα ἀμφότερα εἰδὼς σαφῶς, οὐ D διέλιπε τὸν οὐκ ἀκουσόμενον αὐτοῦ διορθούμενος μέχρι τέλους. τὸν γοῦν Ἰούδαν εἰδὼς οὐκ ἀποστησόμενον τῆς προδοσίας, οὐ διέλιπε συμβουλαῖς, παραινέσεσιν, εὐεργεσίαις, ἀπειλαῖς, παντὶ τρόπῳ διδασκαλίας ἀναστέλλων αὐτὸν ἐκ τῆς προδοσίας, καὶ συνεχῶς ἀνακρουόμενος, ὥσπερ τινὶ χαλινῷ τῷ λόγῳ. τοῦτο δὲ ποιεῖ, παιδεύων ἡμᾶς, κἂν προειδότες ὦμεν, ὅτι οὐ πεισθήσονται οἱ ἀδελφοὶ, τὰ παρ' ἑαυτῶν ἅπαντα ἀποπληροῦν, ὡς ἀπηρτισμένης τῆς συμβουλῆς ἡμῖν τοῦ μισθοῦ. καὶ ὅρα πῶς συν- E εχῶς αὐτὸν καὶ σοφῶς ἀνέστελλε, δι' ὧν ἔλεγεν· εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. καὶ πάλιν, οὐ περὶ πάντων ὑμῶν λέγω· οἶδα οὓς ἐξελεξάμην· καὶ πάλιν, εἷς ἐξ ὑμῶν διάβολός ἐστι. καὶ ἠνείχετο πάντας ἐν ἀγωνίᾳ καθιστᾶν, ὥστε μὴ ἐκπομπεῦσαι τὸν προδότην, καὶ ἀναισχυντότερον ποιῆσαι τῇ τῶν ἐλέγχων περιφανείᾳ. ὅτι γὰρ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγωνίαν καὶ φόβον ἐνέβαλε τὰ λεγόμενα, καίτοι μηδὲν ἑαυτοῖς συνειδόσι πονηρὸν, ἄκουσον πῶς [b] ἕκαστος ἀγωνιῶν ἔλεγε· μήτι ἐγώ εἰμι, κύριε; οὐ διὰ ῥημάτων δὲ

b Unus MS. ἕκαστος συνειδὼς ἔλεγε.

μόνον

μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ πραγμάτων αὐτὸν ἐπαίδευεν. ἐπειδὴ γὰρ τὴν ἑαυτοῦ φιλανθρωπίαν ἐπεδείξατο πολλάκις καὶ διὰ πάντων, λεπροὺς καθαίρων, δαίμονας ἀπελαύνων, νοσοῦντας ἰώμενος, νεκροὺς ἐγείρων, παραλελυμένους σφίγγων, καὶ πάντας μὲν εὐηργέτησεν, ἐκόλασε δὲ οὐδένα, καὶ συνεχῶς ἔλεγεν, οὐκ ἦλθον ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσω τὸν κόσμον· ἵνα μὴ νομίσῃ ὁ Ἰούδας, ὅτι εὐεργετεῖν μὲν μόνον οἶδεν ὁ Χριστὸς, κολάζειν δὲ οὐκ ἔτι, καὶ τοῦτο αὐτὸν διδάσκει τὸ μέρος, οἷον ὅτι καὶ κολάζειν δύναται καὶ τιμωρεῖσθαι τοὺς ἁμαρτάνοντας.

Καὶ ὅρα πῶς σοφῶς τε καὶ προσηκόντως [a] καὶ τοῦτο μὲν ἐπαίδευσε, καὶ ἀνθρώπων οὐδένα κολάσαι, οὐδὲ τιμωρήσασθαι ἠνέσχετο. πῶς οὖν; ἵνα μάθῃ τὴν τιμωρητικὴν αὐτοῦ δύναμιν ὁ μαθητής. εἰ μὲν ἐκόλασέ τινα, ἔδοξεν ἂν ἐναντιοῦσθαι ἑαυτῷ λέγοντι· οὐκ ἦλθον, ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσω τὸν κόσμον. πάλιν, εἰ μηδένα ἐκόλασεν, ἀδιόρθωτος ἔμενεν ὁ μαθητὴς, οὐ μανθάνων διὰ τῶν ἔργων τὴν κολαστικὴν αὐτοῦ δύναμιν. τί οὖν ἵνα γένηται; ὥστε καὶ τὸν μαθητὴν φοβηθῆναι καὶ μὴ καταφρονήσαντα γενέσθαι χείρω, καὶ ἀνθρώπων μηδένα πληγῆναι, μηδὲ κόλασιν ὑπομεῖναι καὶ τιμωρίαν, εἰς τὴν συκῆν τὴν δύναμιν ταύτην ἐπιδείκνυται ὁ Χριστὸς, εἰπὼν, μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται, [b] καὶ ῥήματι ψιλῷ ξηράνας αὐτὴν παραχρῆμα. οὕτω γὰρ οἵ τε ἄνθρωποι πάντες ἔμενον ἀβλαβεῖς, αὐτός τε τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἐπεδείκνυτο, τοῦ φυτοῦ δεξαμένου τὴν τιμωρίαν. καὶ ὁ μαθητὴς δὲ εἰ προσεῖχε, μεγάλην ἂν ἀπὸ τῆς κολάσεως ταύτης ἐκαρπώσατο τὴν ὠφέλειαν. ἀλλ' ὅμως οὐδὲ οὕτω διωρθώθη. ὁ δὲ Χριστὸς καὶ τοῦτο προειδὼς, οὐχὶ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερον μετὰ τοῦτο πολλῷ μεῖζον τούτου ἐποίησεν. ὅτε γοῦν ἐπέθεντο αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων τὰς χεῖρας ὁπλίσαντες κατ' αὐτοῦ, τότε πάντας αὐτοὺς ἐπήρωσε. τὸ γὰρ εἰπεῖν, τίνα ζητεῖτε; τοῦτο ἐμφαίνοντος ἦν. ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγε συνεχῶς ὁ Ἰούδας· τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; βουλόμενος ὁ κύριος καὶ τοὺς Ἰουδαίους πεῖσαι, κἀκεῖνον διδάξαι, ὅτι ἑκὼν ἔρχεται ἐπὶ τὸ πάθος, [c] καὶ τὸ πᾶν αὐτοῦ ἐστιν, οὐ τῆς ἐκείνου κακουργίας δυνηθείσης αὐτοῦ περιγίνεσθαι, αὐτοῦ τοῦ προδότου μετὰ πάντων ἑστῶτος, φησὶ, τίνα ζητεῖτε; οὕτως οὐκ ᾔδει ὃν ἔμελλε παραδιδόναι; ἀλλ' ἐπήρωσεν αὐτοῦ τὴν ὄψιν· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπτίους ἅπαντας ἔρριψε διὰ τῆς φωνῆς ταύτης. καὶ ἐπειδὴ μηδὲ τοῦτο αὐτοὺς ἐπιεικεστέρους ἐποίησε, μηδὲ τὸν μιαρὸν ἐκεῖνον τῆς προδοσίας ἀπέστησεν, ἀλλ' ἔμενεν ἀνίατος ὢν, οὐδὲ οὕτω πάλιν ὁ Χριστὸς ἀπέστη τῆς περὶ αὐτὸν εὐνοίας τε καὶ ἐπιμελείας. ἀλλ' ὅρα πῶς ἐντρεπτικώτατα τῆς ἀναιδοῦς καθάπτεται ψυχῆς, καὶ φθέγγεται [d] ῥήματα ἱκανὰ καὶ λιθίνην μαλάξαι διάνοιαν. ἐπειδὴ γὰρ ὥρμησεν αὐτὸν φιλῆσαι, τί φησιν; Ἰούδα, φιλήματι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδίδως; οὐδὲ αὐτὸ τῆς προδοσίας αἰσχύνῃ τὸ σχῆμα; ταῦτα δὲ ἔλεγεν ὁ Χριστὸς καθαπτόμενος αὐτοῦ, καὶ τῆς προτέρας

A tis tantum, verum & factis illum corripuit. Cum enim benignitatem suam frequenter ac modis omnibus declarasset, leprosos emundans, dæmones abigens, ægrotos sanans, mortuos excitans, paralyticos restituens; breviter cum omnibus benefecisset, neminem tamen puniit, semper habens in ore, *Non veni ut judicem mundum, sed ut servem mundum*; Ne putaret Judas, quod tantum nosset benefacere, punire vero nequaquam, & hanc quoque partem ipsum docuit, videlicet quod punire posset, suppliciοque afficere peccantes.

4. Ac vide quam sapienter & congruenter hoc etiam docuerit: nec tamen hominem quempiam punierit, supplicioque affecerit. Quî sic? Ut discipulus puniendi facultatem in eo cognosceret. Etenim si quem punisset, secum pugnare visus fuisset, qui dixerat; *Non veni ut judicem mundum, sed ut servem mundum*. Rursum si neminem punisset, mansisset incorrigibilis discipulus, nisi & factis didicisset illi esse puniendi facultatem. Quorsum igitur? Ut simul & terreret discipulum, ne per contemtum fieret deterior, nec ullus tamen hominum afflictionem, pœnam, aut supplicium pateretur, in ficum arborem Christus hanc suam potestatem exercuit, dicens: *Ne posthac ex te fructus nascatur*, eamque mox simplici verbo arefecit. Hoc pacto factum est pariter, ut nihil noxæ rediret ad ullum hominem, & ipse suam potentiam declararet, vindicta in arborem impacta. Discipulus autem si hæc animadvertisset, ingentem ex hac ultione cepisset utilitatem. Sed tamen ne sic quidem correctus est. Christus autem præscius & hoc eventurum, non hoc tantum, verumetiam aliud hoc multo majus effecit. Cum gladiis & fustibus armati manus in ipsum pararent injicere Judæi, tum illos omnes excæcavit. Id enim declaravit, cum diceret: *Quem quæritis?* Cum enim Judas frequenter dixisset: *Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum?* ille volens Judæis persuadere, discipulumque docere, se volentem ad mortem ire, & omnia ipsius esse, nec Judæ malitia victum huc adigi potuisse, ipso proditore cum cæteris omnibus astante, *Quem*, inquit, *quæritis?* Itane non noverat quem erat proditurus? Sed Dominus obcæcarat illius oculos, nec id solum, verum etiam omnes hac voce resupinatos dejecit in terram. Ubi vero nec ea res illos reddidit humaniores, neque sceleratum illum a proditione revocavit, sed perseverabat insanabilis, ne sic quidem alienatus est Dominus, quo minus rursus illi tum benevolentiam, tum curam impenderet. Sed age considera, quam opportune impudentem tangat animum, & ea loquatur, quæ vel saxeam mentem queant emollire. Etenim simul atque Judas accessisset ad eum osculaturus, quid ait? *Juda, osculo filium hominis prodis?* Nec ipsa proditionis species pudorem incutit? Hæc autem dicebat taxans ac pungens illum, pristinæque commonefa-

Quare Christus cum omnibus benefecerit, neminem punierit in terris.

Joan. 12. 47.

Matth. 21. 19.

Ficui quare maledixerit.

Joan. 18. 6.

Matth. 26.

Luc. 22. 48.

a Unus MS. καὶ τοῦτο melius quam alii, τοῦτον.
b Savil. in marg. καὶ ῥῆμα ψιλόν.
c Hæc, καὶ τὸ πᾶν αὐτοῦ ἐστιν, desunt in quinque MSS.
d Alii, ῥῆμα ἱκανόν.

ciens consuetudinis. Attamen cum Christus tam multa tum fecisset, tum dixisset, ille tamen nihilo factus est melior, non quod parum esset potens qui monebat, sed quod ille vecors. Christus autem cum hæc omnia præsciret, non desiit tamen ab initio usque ad finem suam exhibere benignitatem. Et nos igitur cum hæc noverimus, dilectissimi, debemus infatigabiliter, ac per omne tempus fratres nostros neglectos instruere ac monere, etiamsi nihil ex admonitione fructus sit rediturum. Etenim si Dominus qui præneverat hujusmodi futurum eventum, hac usus est solicitudine erga eum, qui nihil fructus laturus erat ex admonitione: qua tandem venia digni fuerimus nos, si cum incertus sit nobis rerum eventus, adeo socordes fuerimus circa proximi salutem, post unam atque alteram admonitionem eos deserentes? Denique præter hæc omnia quæ dicta sunt, etiam quid in nobis ipsis accidat consideremus, reputantes quod cum Deum nobis quotidie loquentem per prophetas, per apostolos oscitanter audiamus, haud tamen desinit vel appellare, vel docere rebelles parumque attentos. Quin & Paulus clamat, dicens:

2.Cor.5.20. *Pro Christo legatione fungimur, tamquam Deo per nos obsecrante, rogamus pro Christo, reconciliemini Deo.* Quod si dicendum aliquid novum & admirandum, haud tantumdem laudis meretur is qui præscit futurum, ut is qui consilium accipit obtemperet, atque ita in consulendo perseverat, quantum is qui frequenter loquutus, frequenter adhibita monitione, frustratus est, nec sic tamen destitit. Nam priorem illum spes futuræ auditoris obsequentiæ, etiamsi segnissimus fuerit, excitat ad officium admonendi: contra hic cum assidue moneat, nec audiatur, nec eo tamen desistat, fervidissimæ cujusdam ac verissimæ caritatis argumentum præbet, qui cum nulla simili spe alatur, tamen ob vim amoris erga fratrem non desinit illius agere curam. Verum non oportere nos umquam desistere a cura lapsorum, etiamsi præsciamus illos nobis non obtemperaturos, abunde demonstratum est. Superest ut ad eorum reprehensionem transeamus, qui deliciis indulgent. Donec enim durarit hoc festum, donec ebrietatis vulnera mentibus ebriosorum inflixerit diabolus, oportet & nos admovere remedia.

Plus meretur qui curat insanabilem.

6. Heri quidem Paulum illis opposuimus
1.Cor.10.31. dicentem: *Sive editis, sive bibitis, sive aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Hodie vero ipsum Pauli dominum illis proferemus, non modo consulentem aut monentem a deliciis abstinere, verumetiam insultantem ac punientem eum, qui in deliciis vixerat. Nam historia de divite nihil aliud quam hoc declarat, ac Lazaro, deque iis quæ utrique acciderunt. Quin potius, ne leviter hoc aut obiter agamus, ordine vobis ipsam parabolam recitabi-
Luc.16.19. mus. *Homo quidam erat dives, & induebatur purpura ac bysso, & epulabatur quotidie splendide. Erat autem mendicus quidam nomine Lazarus, qui jacebat in vestibulo illius ulcerosus,*

A ἀναμιμνήσκων συνηθείας· ἀλλ' ὅμως τοσαῦτα τοῦ κυρίου καὶ ποιήσαντος, καὶ εἰπόντος, οὐκ ἐγένετο βελτίων ἐκεῖνος· οὐ παρὰ τὴν τοῦ συμβουλεύσαντος ἀσθένειαν, ἀλλὰ παρὰ [a] τὴν αὐτοῦ ῥαθυμίαν. ὁ δὲ Χριστὸς, καίτοι ταῦτα πάντα προειδὼς, οὐ διέλιπεν ἐξ ἀρχῆς μέχρι τέλους τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἅπαντα ἐπιδεικνύμενος. ἅπερ οὖν ἅπαντα καὶ ἡμᾶς εἰδότας, ἀγαπητοὶ, συνεχῶς καὶ διαπαντὸς τοὺς ἠμελημένους τῶν ἀδελφῶν τῶν ἡμετέρων ῥυθμίζειν καὶ φιλεῖν χρὴ, κἂν μηδὲν ἐκ τῆς συμβουλῆς γίνηται κέρδος. εἰ γὰρ ὁ τὸ τέλος εἰδὼς τοιοῦτον ἐσόμενον, τοσαύτῃ περὶ τὸν οὐδὲν μέλλοντα καρποῦσθαι ἐκ τῆς παραινέσεως ταύτης
B ἐχρήσατο προνοίᾳ, ποίας ἂν εἴημεν ἄξιοι συγγνώμης ἡμεῖς, ὅταν μηδὲ τὴν τῶν πραγμάτων ἔκβασιν εἰδότες, οὕτω τῆς τοῦ πλησίον σωτηρίας ῥαθυμῶμεν, ἐκ πρώτης καὶ δευτέρας αὐτοὺς συμβουλῆς ἐγκαταλιμπάνοντες; μετὰ δὲ τῶν εἰρημένων ἁπάντων καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἐννοήσωμεν, ὅτι καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοῦ θεοῦ πρὸς ἡμᾶς διαλεγομένου διὰ τῶν προφητῶν, διὰ τῶν ἀποστόλων, καθ' ἑκάστην παρακούομεν τὴν ἡμέραν· καὶ ὅμως οὐκ ἀφίσταται καὶ διαλεγόμενος, καὶ παρακαλῶν ἀεὶ τοὺς ἀγνωμονοῦντας καὶ μὴ προσέχοντας. καὶ βοᾷ Παῦλος λέγων· ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν, δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ θεῷ.
C εἰ γὰρ χρή τι καὶ θαυμαστὸν εἰπεῖν· οὐ τοσούτων ἐπαίνων ἄξιος ὁ προειδὼς, ὅτι πεισθήσεται πάντως ὁ δεχόμενος τὴν συμβουλὴν, καὶ οὕτω συμβουλεύων· ὡς ὁ πολλάκις μὲν εἰπὼν καὶ συμβουλεύσας καὶ ἀποτυχὼν, οὐκ ἀφιστάμενος δὲ οὐδὲ οὕτω. τὸν μὲν γὰρ πρότερον ἡ τοῦ πεισθήσεσθαι ἐλπὶς τοῦ ἀκούοντος, κἂν ἁπάντων νωθέστερος ᾖ, διεγείρει πρὸς τὸ παραινεῖν· οὗτος δὲ ὁ συνεχῶς συμβουλεύων καὶ παρακουόμενος, εἶτα οὐκ ἀφιστάμενος, θερμοτάτης καὶ γνησιωτάτης ἀγάπης τεκμήριον ἐπιδείκνυται, ἐλπίδι μὲν οὐδεμιᾷ τοιαύτῃ τρεφόμενος, διὰ δὲ τὸ πρὸς τὸν ἀκούοντα φίλτρον μόνον τῆς περὶ τὸν ἀδελφὸν οὐκ ἀφιστάμενος
D ἐπιμελείας. ἀλλ' ὅτι μὲν χρὴ μηδέποτε ἀφίστασθαι τῶν πεπτωκότων, κἂν προειδότες ὦμεν, ὅτι οὐ πεισθήσονται ἡμῖν, ἱκανῶς ἀποδέδεικται. δεῖ δὲ λοιπὸν ἐπὶ τὴν τῶν τρυφώντων κατηγορίαν βαδίσαι. ἕως γὰρ ἂν ἑστήκῃ ἡ ἑορτὴ αὕτη, καὶ τὰ ἕλκη τῆς μέθης ἐν ταῖς τῶν μεθυόντων ἐργάζεται ψυχαῖς ὁ διάβολος, καὶ ἡμᾶς τὰ φάρμακα ἐπιτιθέναι χρή.

Χθὲς μὲν οὖν τὸν Παῦλον αὐτοῖς ἐπετειχίσαμεν λέγοντα· εἴτε ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν θεοῦ ποιεῖτε. σήμερον δὲ τὸν Παύλου δεσπότην
E δείξομεν αὐτοῖς, οὐχὶ παραινοῦντα μόνον, οὐδὲ συμβουλεύοντα ἀπέχεσθαι τρυφῆς, ἀλλὰ καὶ κολάζοντα τὸν ἐν τρυφῇ ζῶντα, καὶ τιμωρούμενον. ἡ γὰρ τοῦ πλουσίου καὶ τοῦ Λαζάρου καὶ τῶν ἑκατέροις συμβάντων ἱστορία, οὐδὲν ἕτερον, ἢ τοῦτο ἐνδείκνυται. μᾶλλον δὲ, ἵνα μὴ παρέργως τοῦτο ποιήσωμεν, ἄνωθεν ὑμῖν αὐτὴν ἀναγνώσομεν τὴν παραβολήν. ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος, καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον, εὐφραινόμενος καθ' ἡμέραν λαμπρῶς· πτωχὸς δέ τις ἦν ὀνόματι Λάζαρος, ὃς ἐβέβλητο εἰς τὸν πυλῶνα αὐτοῦ ἡλκωμένος, καὶ ἐπιθυμῶν.

[a] Alii, τὴν αὐτοῦ πονηρίαν.

χορτασθῆναι ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου. ἀλλὰ καὶ οἱ κύνες ἐρχόμενοι, περιέλειχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ. τίνος μὲν οὖν ἕνεκεν ἐν παραβολαῖς ἐλάλει ὁ δεσπότης, καὶ τί δήποτε τῶν παραβολῶν τὰς μὲν ἔλυε, τὰς δὲ οὐκ ἔλυε, καὶ τί ποτ' ἐστὶν ἡ παραβολὴ καὶ ὅσα τοιαῦτα, εἰς ἕτερον καιρὸν ταμιευσόμεθα, ὥστε μὴ τοῦ κατεπείγοντος ἀποστῆναι λόγου νῦν. ἐκεῖνο δὲ πέως πρὸς ὑμᾶς ἐροῦμεν μόνον, τίς ἐστι τῶν εὐαγγελιστῶν ὁ τὴν παραβολὴν ταύτην εἰρηκέναι τὸν Χριστὸν εἰπών. τίς οὖν ἐστιν; ὁ Λουκᾶς μόνος. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἀναγκαῖον εἰδέναι, ὅτι τῶν εἰρημένων τὰ μὲν οἱ τέσσαρες εἶπον, τὰ δὲ κατ' ἰδίαν ἕκαστος ἀπολαβών. τίνος ἕνεκεν; ἵνα καὶ τῶν λοιπῶν ἀναγκαία ἡμῖν ἡ ἀνάγνωσις γένηται, καὶ τὸ τῆς συμφωνίας ἐξαίρετον διαφανῇ. εἰ μὲν γὰρ πάντες πάντα εἶπον, οὐκ ἂν πᾶσι μετὰ σπουδῆς προσείχομεν, ἀρκοῦντος ἑνὸς διδάξαι τὸ πᾶν. εἰ δὲ πάντες πάντα ἐξηλλαγμένα εἶπον, οὐκ ἂν ἐφάνη τὸ τῆς συμφωνίας ἐξαίρετον. διὰ τοῦτο καὶ κοινῇ πάντες πολλὰ ἔγραψαν, καὶ κατ' ἰδίαν ἕκαστος ἀπολαβών. ὅπερ οὖν Χριστὸς διὰ τῆς παραβολῆς διδάσκει, τοῦτό ἐστιν. ἄνθρωπός τις, φησὶν, ἦν πλούσιος κακίᾳ πολλῇ συζῶν, οὐδεμιᾶς πεῖραν ἐδέχετο συμφορᾶς, ἀλλὰ πάντα αὐτῷ ὥσπερ ἐκ πηγῶν ἐπέῤῥει. ὅτι γὰρ οὐδὲν τῶν ἀδοκήτων συνέβαινεν αὐτῷ, οὐδ' ἀθυμίας ὑπόθεσις, οὐδ' ἀνωμαλία τις βιωτικὴ, αὐτὸ τοῦτο ἠνίξατο [a] τὸ εἰπεῖν, ὅτι εὐφραίνετο καθ' ἡμέραν. ὅτι δὲ κακίᾳ συνέζη, δῆλον μὲν καὶ ἐκ τοῦ λαχόντος αὐτῷ τέλους, καὶ πρὸ τοῦ τέλους δὲ ἐκ τῆς περὶ τὸν πένητα γινομένης ὑπεροψίας. ὅτι γὰρ οὐ μόνον ἐκεῖνον τὸν ἐν τῷ πυλῶνι, ἀλλ' οὐδ' ἄλλον τινὰ ἠλέει, αὐτὸς ἐκεῖνος τοῦτο ἔδειξεν. εἰ γὰρ τὸν ἐν τῷ πυλῶνι διηνεκῶς ἐῤῥιμμένον, καὶ περὶ τῶν ὀφθαλμῶν κείμενον, ὃν καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, καὶ πλεονάκις ὁρᾷν ἠναγκάζετο εἰσιὼν, καὶ ἐξιών· οὐ γὰρ ἐν ἀμφόδῳ, οὐδ' ἐν κρυπτῷ καὶ στενωπῷ κατέκειτο τόπῳ, ἀλλ' ἔνθα συνεχεῖς τὰς εἰσόδους καὶ τὰς ἐξόδους ποιούμενος ὁ πλούσιος, ἄκων αὐτὸν ὁρᾷν ἠναγκάζετο· εἰ τοίνυν τοῦτον οὐκ ἠλέησε, τὸν ἐν τοσούτῳ χαλεπῷ πάθει κατακείμενον, καὶ ἀπορίᾳ τοσαύτῃ συζῶντα, μᾶλλον δὲ διὰ παντὸς τοῦ βίου ἀῤῥωστίᾳ ταλαιπωροῦντα καὶ ἀῤῥωστίᾳ χαλεπωτάτῃ· πρὸς τίνα ἂν τῶν ἐντυγχανόντων ἐπεκάμφθη ποτέ; καὶ γὰρ εἰ τὴν προτέραν ἡμέραν παρέδραμε, τὴν δευτέραν εἰκὸς ἦν τι παθεῖν. εἰ δὲ καὶ ἐν ταύτῃ παρεῖδεν, ἀλλὰ τὴν τρίτην, ἢ τὴν τετάρτην, ἢ τὴν μετ' ἐκείνην, πάντως αὐτὸν ἐπικαμφθῆναι ἔδει, κἂν εἰ τῶν θηρίων ἀγριώτερος ἦν. ἀλλ' οὐδὲν ἔπαθε τοιοῦτον· ἀλλὰ καὶ ἐκείνου τοῦ δικαστοῦ, τοῦ μήτε τὸν θεὸν φοβουμένου, μήτε ἀνθρώπους αἰδουμένου καὶ ἰταμώτερος καὶ ἀπηνέστερος γέγονεν. ἐκεῖνον μὲν γὰρ ἡ τῆς χήρας συνέχεια, καὶ ταῦτα ὠμὸν ὄντα καὶ ἄγριον, δοῦναι τὴν χάριν ἔπεισε, καὶ πρὸς τὴν ἱκετηρίαν ἐπέκαμψε. τοῦτον δὲ οὐδὲ ταῦτα ἴσχυσεν ἐπικάμψαι πρὸς

A *cupiensque saturari de micis quæ decidebant e mensa divitis. Sed & canes adeuntes, circumlingebant ulcera ejus.* Cujus gratia Dominus per parabolas loquutus sit, & quam tandem ob causam ex parabolis alias quidem explicaverit, alias non item: & quidnam sit parabola, & si qua sunt hujus generis alia, in aliud tempus reservabimus, ne ab argumento nunc urgente digrediamur. Cæterum illud modo vobis dicemus in præsentia, quis evangelistarum scripserit hanc parabolam a Christo fuisse propositam. Quis igitur is est? Nimirum Lucas solus: quandoquidem & hoc scire B refert, quod inter ea quæ referuntur ab evangelistis, alia dicantur a quatuor communiter, alia speciatim a singulis. Quam ob causam? ut simul & nobis esset necessaria reliquorum sacra lectio, & evidenter perspicua fieret illorum inter ipsos consonantia. Etenim si omnes omnia dixissent, nequaquam ad omnes cum studio animum adjecissemus, cum unus ad omnia docenda suffecisset; sin autem omnes diversa omnia atque variata protulissent, nequaquam insignis illorum apparuisset concordia. Quapropter & omnes communiter multa scripserunt, & sibi quisque proprie sumsit nonnulla. Hoc igitur illud C est, quod per parabolam docet Christus. Homo quidam erat dives, cujus vita variis vitiis erat inquinata, nec ipse tamen ullam sentiebat calamitatem, verum illi cuncta velut e fontibus affluebant. Quod enim illi nihil acciderit subitum aut inopinatum, nec ulla doloris materia, nec ullum in rebus mundanis incommodum, hoc ipsum aperuit Lucas, dicens: Lætabatur & gaudebat quotidie. Cæterum quod vitiosam egerit vitam, perspicuum est ex ipso vitæ exitu, quem sortitus est, & item ante vitæ exitum, ex eo quod sic fastidivit pauperem. Nam ista res declarat, quod non hujus solum qui jacebat D in vestibulo, verum nec alterius cujusquam ille misertus fuerit. Etenim si illum perpetuo in vestibulo prostratum, quem quotidie semel atque iterum ac sæpius videre cogebatur, foras prodiens ac domum rediens: non enim in bivio, nec in angiportu, occultove loco decumbebat, sed qua frequenter exibat intrabatque dives, sic ut vel nolens aspicere cogeretur; si hunc, inquam, non est commiseratus, tanta afflictum ægritudine, in egestate ac penuria vitam degentem, vel potius toto vitæ suæ tempore morbo atque adeo gravissimo laborantem, cujusnam obvii misertus esset? Etenim ut primo die neglexerit, certe consentaneum erat, ut altero E die sentiret aliquid affectus. Quod si hoc quoque die dissimulavit, certe tertio die, certe quarto, certe quinto, aut huic proximo die prorsus animo flecti debebat, licet feris quoque fuisset immitior. Verum nihil istiusmodi sensit, sed illo quoque judice, qui neque Deum metuebat, nec hominem reverebatur, & impudentior erat, & inexorabilior. Nam illum quidem viduæ instantia, quamvis crudelem & asperum, tamen flexit ad gratificandum, vicitque mulieris supplicatio: hunc vero ne ista quidem res flectere

Evangelistæ cur non omnia scripserint eadem.

[a] Savil. τῷ εἰπεῖν.

potuit ad subveniendum pauperi. Quamquam non erat similis postulatio, sed hujus, nempe Lazari, multo fuit tum facilior, tum justior. Nam vidua quidem illum implorabat adversus hostes suos: hic nihil aliud petebat, quam ut sedaret famem, & ne contemneret pereuntem. Illa flagitabat obstrepens, hic autem sæpius uno die, silens apparebat diviti jacensque. Hoc certe satis erat, vel ad saxeum cor emolliendum. Etenim qui obtundunt, in hos frequenter etiam provocamur ira. Cæterum quoties videmus auxilio indigentes, multo cum silentio adstantes, neque vocem ullam edentes, imo etiam si semper frustrentur, non tamen moleste ferentes, sed tacite offerentes sese nostro conspectui, quamvis simus ipsis lapidibus duriores, tamen admirabilem illam modestiam reveriti, flectimur. Jam & aliud accedebat his quæ dixi non minus, videlicet quod ipsa quoque facies pauperis erat miserabilis, utpote fame diutinaque valetudine confecta. Attamen nec harum rerum quidquam implacabilem illum emolliit.

7. Hoc igitur primum vitium crudelitas erat, inhumanitasque cui nihil poterat accedere. Nec enim simile est, si is, qui in penuria degit, non succurrat egenis, & si tantis affluens deliciis, alios fame tabescentes despiciat. Rursum simile non est si pauperem semel atque iterum conspectum prætercurras, & cum quotidie videas, ne sic quidem ex assiduo conspectu excitaris ad misericordiam. Rursus aliud est, si qui calamitatibus & angustiis premitur, maleque affectus est animo, non opituletur proximo: aliud si qui tanta fruitur voluptate perpetuaque felicitate, alios fame tabescentes negligat, occludatque viscera, nec vel ab ipsa lætitia reddatur humanior. Nam illud profecto nostis, quod licet simus omnium immitissimi, tamen prospero successu rerum, mitiores benignioresque reddi consuevimus. At illum ne copia quidem rerum reddebat meliorem, sed perseverabat versus in feram, imo potius omnium ferarum crudelitatem, & inhumanitatem moribus superavit. Et tamen hanc scelerosam & inhumanam vitam agens, omni rerum prosperitate fruebatur: alter vero justus, ac virtutis studiosus in extremis erat malis. Nam Lazarum fuisse justum, declaratum est, tum exitu vitæ, tum & ante vitæ finem, ipsa hominis in paupertate tolerantia. Quæso, nonne videmini hæc oculis intueri? Diviti navis erat plena mercium, ac secundo navigabat vento. Verum ne quid mireris, ad naufragium festinabat, eo quòd onus nolebat caute ponere. Vis tibi commemorem & aliud illius vitium? Quotidie vacabat deliciis sine ullo metu. Nam & hoc erat vitium, non modo hoc tempore, cum tanta a nobis exigitur philosophia, verum etiam initio sub veteri testamento, cum nondum nobis esset ostensa tam exacta philosophia. Audi igitur

Amos 6.3. quid dicat propheta: *Væ vobis, qui venturi estis in diem malum, qui appropinquatis, & tangitis sabbata mendacia:* quid est, *tangitis sabbata mendacia?* Judæi putant sibi sabbatum otii gratia fuisse datum, verum non

A τὴν τοῦ πένητος ἀντίληψιν. καίτοιγε οὐκ ἴση ἦν ἡ αἴτησις. ἀλλ' αὕτη πολλῷ εὐκολωτέρα καὶ δικαιοτέρα. ἡ μὲν γὰρ κατὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτὸν παρεκάλει, οὗτος δὲ ἠξίου λῦσαι λιμὸν, καὶ μὴ περιϊδεῖν ἀπολλύμενον· κἀκείνη μὲν ἠνώχλει παρακαλοῦσα, οὗτος δὲ πολλάκις τῆς ἡμέρας ἐφαίνετο τῷ πλουσίῳ σιγῇ κείμενος. πολὺ δὲ τοῦτο ἱκανὸν μαλάξαι μᾶλλον καὶ λιθίνην διάνοιαν. ἐνοχλούμενοι γὰρ πολλάκις καὶ παροξυνόμεθα· ὅταν δὲ τοὺς δεομένους βοηθείας ἴδωμεν σιγῇ πολλῇ παρεστῶτας, καὶ μηδὲν φθεγγομένους, ἀλλ' ἀποτυγχάνοντας μὲν ἀεὶ, μὴ δυσχεραίνοντας δὲ, ἀλλὰ
B σιγῇ φαινομένους μόνον ἡμῖν, κἂν αὐτῶν τῶν λίθων ὦμεν ἀναισθητότεροι, τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἐπιεικείας αἰδεσθέντες κατακαμπτόμεθα. καὶ ἕτερον δέ τι πρὸς τούτοις τούτων οὐκ ἔλαττον ἦν, τὸ καὶ τὴν ὄψιν αὐτὴν ἐλεεινὴν εἶναι τοῦ πένητος, λιμῷ καὶ ἀῤῥωστίᾳ μακρᾷ κατεργασθεῖσαν. ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων τὸν ἀνήμερον ἐκεῖνον ἐμάλαξε.

Πρώτη μὲν οὖν κακία αὕτη ὠμότητος, καὶ ἀπανθρωπία ὑπερβολὴν οὐκ ἔχουσα. οὐ γάρ ἐστιν ἴσον ἐν πενίᾳ ζῶντα μὴ βοηθεῖν τοῖς δεομένοις, καὶ τοσαύτης ἀπολαύοντα
C τρυφῆς, λιμῷ τηκομένους ἑτέρους περιορᾶν. πάλιν οὐκ ἔστιν ἴσον, ἅπαξ ἢ δεύτερον ἰδόντα πτωχὸν, παραδραμεῖν, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν βλέποντα μηδὲ ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν ὄψιν συνεχείας πρὸς τὸν ἔλεον καὶ τὴν φιλανθρωπίαν διαναστῆναι ταύτην. πάλιν οὐκ ἔστιν ἴσον ἐν συμφοραῖς ὄντα καὶ ἀθυμίαις καὶ κακῶς τὴν ψυχὴν διακείμενον μὴ βοηθεῖν τοῖς πλησίον, καὶ τοσαύτης ἀπολαύοντα εὐφροσύνης καὶ διηνεκοῦς εὐπραγίας, λιμῷ τηκομένους ἑτέρους περιορᾶν, καὶ ἀποκλεῖσαι τὰ σπλάγχνα, καὶ μηδὲ ὑπὸ τῆς χαρᾶς αὐτῆς γενέσθαι φιλανθρωπότερον. ἴστε γὰρ
D δήπου τοῦτο, ὅτι κἂν ἁπάντων ὦμεν ἀγριώτεροι, ταῖς εὐπραγίαις ἡμερώτεροι καὶ χρηστότεροι πεφύκαμεν γίνεσθαι. ἀλλ' ἐκεῖνος οὐδὲ ὑπὸ τῆς εὐημερίας βελτίων ἐγένετο, ἀλλ' ἔμενεν ἐκτεθηριωμένος, μᾶλλον δὲ καὶ θηρίου παντὸς ὠμότητα καὶ ἀπανθρωπίαν τοῖς τρόποις ἀπέκρυψεν. ἀλλ' ὅμως ὁ μὲν ἐν πονηρίᾳ ζῶν καὶ ἀπανθρωπίᾳ, πάσης ἀπήλαυεν εὐπραγίας, ὁ δὲ δίκαιος καὶ ἀρετῆς ἐπιμελούμενος, ἐν ἐσχάτοις ἦν κακοῖς. ὅτι γὰρ δίκαιος ὁ Λάζαρος ἦν, πάλιν καὶ ἐνταῦθα τὸ τέλος ἀπέδειξε, καὶ πρὸ τοῦ τέλους αὐτὴ ἡ κατὰ τὴν πενίαν ὑπομονή. ἆρα οὐ δοκεῖτε αὐτὰ παρόντα τὰ πράγματα ὁρᾶν; πλήρης τῷ πλουσίῳ ἡ ναῦς τῆς ἐμπορείας ἦν, καὶ ἐξ οὐρίας ἔπλει.
E ἀλλὰ μὴ θαυμάσητε· εἰς ναυάγιον γὰρ ἠπείγετο, ἐπειδὴ τὸν φόρτον οὐκ ἠθέλησε διαθέσθαι μετ' εὐλαβείας. βούλει σοι καὶ ἑτέραν εἴπω κακίαν αὐτοῦ; τὸ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τρυφᾶν ἀδεῶς. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο κακία ἐσχάτη, οὐχὶ νῦν, ὅτε τοσαύτην ἀπαιτούμεθα φιλοσοφίαν, ἀλλὰ καὶ ἐν ἀρχῇ ἐπὶ τῆς παλαιᾶς, ὅτε οὐ τοσαύτης φιλοσοφίας ἐπίδειξις ἦν. ἄκουσον γοῦν τί φησιν ὁ προφήτης. οὐαὶ οἱ ἐρχόμενοι εἰς ἡμέραν κακὴν, οἱ ἐγγίζοντες καὶ ἁπτόμενοι σαββάτων ψευδῶν. τί ἐστιν, οἱ ἁπτόμενοι σαββάτων ψευδῶν; οἱ Ἰουδαῖοι νομίζουσιν, ὅτι δι' ἀργίαν αὐτοῖς τὸ σάββατον

A δέδοται. οὐκ ἔστι δὲ αὕτη ἡ αἰτία, ἀλλ' ἵνα τῶν βιωτικῶν ἑαυτοὺς ἀπαγαγόντες, τὴν σχολὴν ἅπασαν εἰς τὰ πνευματικὰ ἀναλίσκωσιν. ὅτι [a] γὰρ οὐκ ἀργίας ἐστὶ τὸ σάββατον, ἀλλ' ἐργασίας ἐστὶ πνευματικῆς ὑπόθεσις, ἀπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων δῆλον. ὁ γοῦν ἱερεὺς διπλοῦν ἔργον ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ποιεῖ· καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἁπλῆς ἀναφερομένης θυσίας, διπλῆν ἀναφέρειν κελεύεται τότε. εἰ δὲ καθάπαξ ἀργίας ἦν τὸ σάββατον, πρὸ τῶν ἄλλων τὸν ἱερέα ἀργεῖν ἐχρῆν. ἐπεὶ οὖν οἱ Ἰουδαῖοι τῶν βιωτικῶν ἀπαλλαγέντες πραγμάτων, τοῖς πνευματικοῖς οὐ προσεῖχον, σωφροσύνῃ, καὶ ἐπιεικείᾳ, καὶ ἀκροάσει θείων λογίων· ἀλλὰ τοὐναντίον ἐποίουν, γαστριζόμενοι, μεθύοντες, B διαρρηγνύμενοι, τρυφῶντες, διὰ τοῦτο κατηγόρησεν αὐτῶν ὁ προφήτης. εἰπὼν γὰρ, οὐαὶ οἱ ἐρχόμενοι εἰς ἡμέραν κακὴν, καὶ ἐπαγαγὼν, οἱ ἐφαπτόμενοι σαββάτων ψευδῶν, ἔδειξε διὰ τῆς ἐπαγωγῆς, πῶς ἦν αὐτοῖς τὰ σάββατα ψευδῆ. πῶς οὖν αὐτὰ ἐποίουν ψευδῆ; τῷ κακίαν ἐργάζεσθαι, τρυφῶντες, μεθύοντες, καὶ τὰ μυρία αἴσχιστα καὶ χαλεπὰ πράττοντες. καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ἄκουσον τῶν ἑξῆς. δείκνυσι γὰρ ὃ λέγω, δι' ὧν εὐθὺς ἐπάγει καὶ λέγει· οἱ καθεύδοντες ἐπὶ κλινῶν ἐλεφαντίνων, καὶ κατασπαταλῶντες ἐπὶ τῶν στρωμνῶν αὐτῶν, οἱ ἐσθίοντες ἐρίφους ἐκ ποιμνίων, καὶ μοσχάρια ἐκ βουκολίων γαλα- C θηνὰ, οἱ πίνοντες τὸν διϋλισμένον οἶνον, καὶ τὰ πρῶτα μύρα χριόμενοι. ἔλαβες τὸ σάββατον, ἵνα τῆς πονηρίας ἀπαλλάξῃς τὴν ψυχήν. σὺ δὲ αὐτὴν κατεργάζῃ πλέον. τί γὰρ ἂν γένοιτο τῆς βλακείας ταύτης χεῖρον, ἢ τὸ ἐπὶ κλινῶν ἐλεφαντίνων καθεύδειν; αἱ ἄλλαι ἁμαρτίαι, κἂν μικράν τινα ἡδονὴν ἔχουσιν, οἷον ἡ μέθη, ἡ πλεονεξία, καὶ ἀσωτία· τὸ δὲ ἐπὶ κλινῶν ἐλεφαντίνων καθευδῆσαι, ποίαν ἡδονὴν ἔχει; ποίαν παραμυθίαν; μὴ γὰρ ἡδίω καὶ γλυκύτερον ἡμῖν τὸν ὕπνον ἐργάζεται τῆς κλίνης τὸ κάλλος; φορτικώτατον μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἐπαχθέστατον τοῦτο, ἐὰν νοῦν ἔχωμεν· ὅταν γὰρ ἐννοήσῃς ὅτι, σοῦ καθεύδοντος ἐπὶ κλί- D νης ἐλεφαντίνης, ἕτερος οὐδ' ἄρτου μετ' ἀδείας ἀπολαύειν ἔχει, οὐ καταγνώσεταί σου τὸ συνειδὸς, καὶ ἐπαναστήσεται κατηγοροῦν τῆς ἀνωμαλίας ταύτης; εἰ δὲ τὸ ἐπὶ ἐλεφαντίνων κλινῶν καθεύδειν, ἔγκλημα, ὅταν καὶ ἀργύρῳ περιβεβλημέναι πάντοθεν ὦσι, ποίαν ἕξομεν ἀπολογίαν; βούλει κάλλος κλίνης ἰδεῖν; ἐγώ σοι δείκνυμι νῦν, οὐκ ἰδιωτικῆς, οὐδὲ στρατιωτικῆς, ἀλλὰ βασιλικῆς κλίνης εὐπρέπειαν. κἂν γὰρ φιλοτιμότατος ᾖς πάντων, εὖ οἶδα ὅτι τῆς τοῦ βασιλέως κλίνης οὐκ ἐθελήσεις ἔχειν εὐπρεπεστέραν· καὶ τὸ δὴ μεῖζον, οὐ τοῦ τυχόντος βασιλέως, ἀλλὰ τοῦ πρώτου, καὶ τοῦ πάντων βασιλέων βασιλικωτέ- E ρου, καὶ μέχρι νῦν ᾀδομένου πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης· δείκνυμί σοι κλίνην, τὴν τοῦ μακαρίου Δαυίδ. ποταπὴ τοίνυν ἦν ἐκείνη; οὐκ ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ, ἀλλὰ δάκρυσι, καὶ ἐξομολογήσεσι πάντοθεν ἦν κεκαλλωπισμένη. καὶ ταῦτα αὐτός φησιν οὕτω λέγων· λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου, ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω. ὥσπερ γὰρ μαργαρῖται, τὰ δάκρυα αὐτῇ ἐπεπήγει πάντοθεν.

Καὶ σκόπει μοι φιλόθεον ψυχήν· ἐπειδὴ γὰρ ἐν ἡμέρᾳ

[a] Sic tres Mss. & sic legit Erasmus. Alii, ὅτι δέ.

A ista est causa: sed potius, ut abducti a curis rerum temporalium, otium omne consumerent in spiritalibus. Quod enim sabbatum non otii, sed spiritualis actionis materia sit, dilucidum est ex ipsis rebus. Nam sacerdos eo die duplum facit operis, qui quotidie non nisi unicam hostiam offerre solitus, sabbato jubetur offerre geminam. Quod si prorsus esset otii dies, oportebat sacerdotem omnium maxime otium agere. Quoniam igitur Judæi corporalium rerum curis liberati, non vacabant spiritalibus, puta sobrietati, modestiæ, & audiendis divinis sermonibus, sed contrarium potius faciebant, servientes ven- B tri, indulgentes ebrietati, distenti cibis, deliciantes, ideo illos reprehendit propheta. Cum enim dixisset, *Væ qui venitis in diem malam*: & cum addidisset, *Qui attingitis sabbata mendacia*, indicavit ex additione, quo pacto mendacia illis sabbata essent. Quomodo igitur ea mendacia reddebant? dum operabantur iniquitatem, deliciis & ebrietati vacantes, & sexcenta alia fœdissima perpetrantes. Quod ut verum esse intelligas, audi quæ sequuntur: quod ego dico per ea indicat, quæ statim adjunxit dicens: *Qui dormitis in lectis eburneis, ac lascivitis in stratis vestris. Qui comeditis hœdos e caulis, &* C *vitulos e bovilibus lactentes, qui bibitis vinum defæcatum, ac primis unguentis ungimini.* Accepisti sabbatum, ut animam tuam liberares a vitiis: tu vero tum magis illa committis. Quid enim esse possit ista mollitie nequius, quam indormire lectis eburneis? Nam cætera quidem peccata saltem aliquam exiguam delectationem habent, veluti temulentia, avaritia, & luxuria: cæterum in lectis eburneis dormire, quam affert voluptatem? quod solatium? Num lecti pulcritudo reddit nobis somnum suaviorem, dulcioremque? Imo gravissimum est illud molestissimumque, si modo sapiamus. Etenim si D dum tu dormis in eburneo lecto, tecum reputes, quod alius ne panem quidem habet quo secure vescatur; nonne te tua condemnabit conscientia, & insurget in accusationem istius inæqualitatis? Quod si crimen est eburneis indormire lectis, cum undique etiam argento fuerint convestiti, quam afferemus excusationem? Vis lecti videre pulcritudinem? Ego tibi nunc commonstro, non plebeii, neque militaris, sed regii lecti ornatum. Etenim quamvis fueris omnium ambitiosissimus, sat scio, non optabis tibi lectum pulcriorem quam regis, & quod majus E est, regis non cujuslibet, sed primarii, regumque omnium maximi, quique in hodiernum usque diem celebratur toto terrarum orbe. En, ostendo tibi lectum beati Davidis. Qualis igitur erat ille? Non argento & auro, sed undique lacrymis, & confessione erat exornatus. Hæc ipse fatetur ita loquens: *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* Itaque vice margaritarum undique lacrymis erat distinctus.

Sabbatum non otii, sed meditationis causa datum.

Amos 6. 4.

8. Hic mihi considera mentem amore Dei flagrantem. Nam quoniam interdiu va-

riæ solicitudines curæque principum, ducum, gentium, populorum, militum, bellorum, pacis, civilium ac domesticorum negotiorum, eorum quæ procul, eorum quæ prope, distrahebant & avocabant hominem, quod otii cæteri consumunt somno, ille in confessione, lacrymis, ac precibus impendebat. Neque id ita faciebat per unam noctem, ut altera quiesceret, neque sic per duas tresve, ut interim deficeret, verum singulis noctibus id faciebat: *Lavabo* enim, inquit, *per singulas noctes lectum meum, & lacrymis meis stratum meum rigabo*: videlicet lacrymarum ubertatem exprimens, simul & perpetuitatem. Cum omnes quietem & otium agerent, solus ille tunc Deum interpellabat, & aderat sopiri nescius oculus ploranti, lamentantique, suaque profitenti mala. Talem tu quoque tibi parato lectum. Nam lectus argento obtectus cum invidiam hominum excitat, tum iram supremi numinis inflammat: cæterum tales lacrymæ quales erant Davidis, ipsum etiam gehennæ incendium norunt exstinguere Vis tibi alium commonstrem lectum Jacob? Solum habebat substratum, & lapidem capiti suppositum, eoque vidit illum intelligibilem lapidem, eamque scalam per quam ascendebant ac descendebant angeli. Hujusmodi lectos excogitemus, ut ejusmodi videamus somnia. Quod si lecto argenteo indormierimus, non modo nullam capiemus voluptatem, verumetiam animi molestiam perferemus. Cum enim tibi succurrit, quod in summo rigore mediaque nocte, dum tu lecto indormis, pauper in balneorum vestibulis, paleis substratis incubat, culmis circumtectus, tremens ac rigore concretus, fame cruciatus: etiamsi maxime sis lapideus, sat scio condemnabis teipsum, dum tu plus, quam opus est, deliciaris, cum illi nec ad usum suppetat. Nullus, inquit, militans implicatur temporariis negotiis: miles es spiritalis. Talis autem miles non dormit in lecto eburneo, sed humi. Non oblinitur unguentis: nam ista cura est meretriciis amoribus implicatorum ac perditorum, scenicorum, atque in desidia viventium hominum. Te vero non oportet olere unguentum, sed spirare virtutem. Nihil immundius anima, quoties corpus talem habet fragrantiam. Corporis enim ac vestium fragrantia, arguit intus latere animum graveolentem & immundum. Cum enim diabolus aggressus, deliciis enervarit animam, omnique torpore compleverit, tum & corpus ipsum corruptionis suæ sordibus per unguenta inficit, & contaminat. Nec secus atque hi qui pituita nasi catharroque perpetuo laborant, & vestes, & manus, & faciem contaminant, eo quod subinde narium profluvium abstergunt, anima quoque istius pravi profluvii malitiam in corpus abstergit. Quis enim præclarum aliquid, aut bonæ frugis opinabitur de eo qui spirat unguenta, qui muliebribus gaudet, vel potius meretricie se gerit, qui saltatricularum elegit vitam? Spiret anima tua fragrantiam spiritualem,

Psal. 6. 6.

Lacrymæ exstinguunt gehennæ incendium.

Gen. 28.

A πολλαὶ αἱ φροντίδες ἀρχόντων, ταξιαρχῶν, ἐθνῶν, δήμων, στρατιωτῶν, πολέμων, εἰρήνης, τῶν πολιτικῶν πραγμάτων, τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν, τῶν πόῤῥωθεν, τῶν πλησίον, περιέλκον αὐτὸν καὶ ἀπῆγον· τὴν σχολὴν ἣν πάντες εἰς τὸ καθεύδειν ἀναλίσκομεν, εἰς ἐξομολόγησιν καὶ εὐχὰς καὶ δάκρυα ἀνήλισκεν ἐκεῖνος. καὶ οὐχὶ μίαν τοῦτο ἐποίησε νύκτα, τὴν δὲ δευτέραν ἐπαύσατο· οὐδὲ δύο καὶ τρεῖς, τὰς δὲ μεταξὺ διέλιπεν· ἀλλὰ καθ᾽ ἑκάστην νύκτα τοῦτο ἔπραττε. λούσω γὰρ καθ᾽ ἑκάστην νύκτα, φησὶ, τὴν κλίνην μου, ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω, τὴν δαψίλειαν τῶν δακρύων καὶ τὴν συνέχειαν ἐμφαίνων. πάντων γὰρ ἡσυχαζόντων, καὶ ἐν ἠρεμίᾳ ὄντων, μόνος B τῷ θεῷ τότε ἐνετύγχανε, καὶ παρῆν ὁ ἀκοίμητος ὀφθαλμὸς ὀδυρομένῳ καὶ θρηνοῦντι καὶ τὰ οἰκεῖα ἐξαγγέλλοντι κακά. τοιαύτην καὶ σὺ κατασκεύασον κλίνην. ὁ μὲν γὰρ ἄργυρος περικείμενος καὶ φθόνον παρὰ ἀνθρώπων ἐγείρει, καὶ ὀργὴν ἐκκαίει τὴν ἄνωθεν· τὰ δὲ τοιαῦτα δάκρυα, οἷα τὰ τοῦ Δαυὶδ, καὶ αὐτὸ τὸ τῆς γεέννης οἶδε κατασβέσαι πῦρ. βούλει σοι καὶ ἑτέραν δείξω κλίνην, τὴν τοῦ Ἰακὼβ λέγω; ἔδαφος εἶχεν ὑποκείμενον, καὶ λίθον ὑπὸ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. διὰ τοῦτο καὶ τὸν νοητὸν εἶδε λίθον, καὶ τὴν κλίμακα ἐκείνην, δι᾽ ἧς ἀνέβαινον καὶ κατέβαινον ἄγγελοι. τοιαύτας ἐπινοῶμεν κλίνας καὶ ἡμεῖς, ἵνα καὶ τοιαῦτα βλέπωμεν C ὀνείρατα. ἂν δὲ ἐπὶ τῆς ἀργυρᾶς ὦμεν κατακείμενοι, οὐ μόνον οὐδεμίαν ἡδονὴν καρπωσόμεθα, ἀλλὰ καὶ ἀθυμίαν ὑπομενοῦμεν· ὅταν γὰρ ἐννοήσῃς, ὅτι ἐν κρυμῷ ἐσχάτῳ, ἐν νυκτὶ μέσῃ, σοῦ καθεύδοντος ἐπὶ κλίνης, ὁ πένης ἐπὶ στιβάδος ἔῤῥιπται ἐν τοῖς τῶν βαλανείων προπυλαίοις, καλάμην περιβεβλημένος, τρέμων, πηγνύμενος [a] τῷ κρύει, ἀγχόμενος τῷ λιμῷ· κἂν ἁπάντων μᾶλλον λίθινος ᾖς, εὖ οἶδα, ὅτι καταγνώσῃ σαυτοῦ, σὺ μὲν ὑπὲρ τὴν χρείαν τρυφῶν, ἐκεῖνον δὲ μηδὲ τῶν κατὰ χρείαν ἀπολαύειν ἀφείς. οὐδεὶς στρατευόμενός, φησιν, ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου [b] πραγματείαις. στρατιώτης εἶ πνευματικός· στρατιώτης δὲ τοιοῦτος οὐ καθεύδει ἐπὶ D κλίνης ἐλεφαντίνης, ἀλλ᾽ ἐπὶ ἐδάφους· οὐ χρίεται μύροις. τῶν γὰρ ἡταιρηκότων καὶ διεφθαρμένων ἡ τοιαύτη σπουδὴ, τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς, τῶν ἐν ἀμελείᾳ ζώντων. σὲ δὲ οὐχὶ μύρων, ἀλλ᾽ ἀρετῆς ἀποπνεῖν δεῖ. οὐδὲν ψυχῆς ἀκαθαρτότερον, ὅταν τὸ σῶμα τοιαύτην ἔχῃ τὴν εὐωδίαν. τῆς γὰρ δυσωδίας τῆς ἔνδον, καὶ τῆς ἀκαθαρσίας δεῖγμα, ἡ τοῦ σώματος καὶ τῶν ἱματίων εὐωδία γένοιτ᾽ ἄν. ὅταν γὰρ ἐπελθὼν ὁ διάβολος διαθρύψῃ τὴν ψυχὴν, καὶ βλακείας ἐμπλήσῃ πολλῆς· τότε καὶ εἰς τὸ σῶμα τῆς οἰκείας διαφθορᾶς τὴν κηλῖδα ἐναπομάττεται διὰ τῶν μύρων. καὶ καθάπερ οἱ κορύζῃ τινὶ καὶ κατάῤῥῳ διηνεκῶς ἁλισκόμενοι, καὶ τὰ ἱμάτια, καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὴν ὄψιν μολύνουσι, τὸ διὰ τῶν ῥινῶν ῥέον συνεχῶς ἐναπομασσόE μενοι· οὕτω δὴ καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ πονηροῦ τούτου ῥεύματος τὴν κακίαν εἰς τὸ σῶμα ἐναπομάττεται. τίς γὰρ γενναῖόν τι καὶ χρηστὸν ὑπολήψεται περὶ τοῦ [c] μύρων ὄζοντος καὶ γυναικιζομένου, μᾶλλον δὲ ἑταιριζομένου, καὶ ὀρχηστικὸν ἀναιρουμένου βίον; πνείτω σου πνευματικῆς εὐωδίας

a Quatuor MSS. τῷ κρυμῷ.
b Unus MS. πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ. στρατιώτης. Infra post τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς, unus MS. τῶν ἐν ἐξωρείᾳ ζώντων a sic mendose, Savil. in marg. τῶν ἐν ἐξωλείᾳ ζώντων.
c Unus MS. habet, μύροις.

ἡ ψυχή, ἵνα καὶ σαυτὸν καὶ τοὺς συγγινομένους σοι ὠφελήσῃς τὰ μέγιστα. οὐδὲν γάρ, οὐδὲν τρυφῆς χαλεπώτερον. ἄκουσον τί περὶ αὐτῆς φησι πάλιν ὁ Μωϋσῆς· ἐλιπάνθη, ἐπαχύνθη, ἐπλατύνθη, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος. καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι ἀπέστη, ἀλλ' ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος, τὸ γαῦρον καὶ δυσήνιον αὐτοῦ παρεμφαίνων ἡμῖν. καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· φαγὼν καὶ πιὼν πρόσεχε σεαυτῷ, μήποτε ἐπιλάθῃ κυρίου τοῦ θεοῦ σου. οὕτως ἡ τρυφὴ πρὸς λήθην ἐξάγειν εἴωθε. καὶ σὺ τοίνυν, ἀγαπητέ, ἐὰν καθίσῃς ἐπὶ τῆς τραπέζης, ἀναμνήσθητι ὅτι μετὰ τὴν τράπεζαν εὔχεσθαί σε δεῖ· καὶ οὕτω συμμέτρως ἔμπλησον τὴν γαστέρα, ἵνα μὴ βαρυνόμενος ἀδυνατήσῃς γόνυ κλῖναι, καὶ τὸν θεὸν παρακαλέσαι. οὐχ ὁρᾶτε τὰ ὑποζύγια, ὅτι μετὰ τὴν φάτνην ὁδοιπορείας ἅπτεται, καὶ ἀχθοφορεῖ, καὶ τὴν οἰκείαν διακονίαν ἀποπληροῖ; σὺ δὲ μετὰ τὴν τράπεζαν ἄχρηστος πρὸς πᾶν ἔργον καὶ ἀνεπιτήδειος γίνῃ. καὶ πῶς οὐκ ἔσῃ καὶ τῶν ὄνων αὐτῶν ἀτιμότερος; τίνος ἕνεκεν; ὅτι τότε μάλιστα νήφειν χρὴ καὶ ἐγρηγορέναι. ὁ γὰρ μετὰ τὴν τράπεζαν καιρός, εὐχαριστίας ἐστὶ καιρός· τὸν δὲ εὐχαριστοῦντα οὐχὶ μεθύειν, ἀλλὰ νήφειν δεῖ καὶ ἐγρηγορέναι. ἀπὸ τραπέζης μὴ ἐπὶ κλίνην, ἀλλ' ἐπ' εὐχὴν τρεπώμεθα, ἵνα μὴ τῶν ἀλόγων ἀλογώτεροι γινώμεθα.

Οἶδα ὅτι πολλοὶ καταγνώσονται τῶν λεγομένων, ὡς καινήν τινα καὶ παράδοξον συνήθειαν εἰσαγόντων τῷ βίῳ· ἀλλ' ἐγὼ μειζόνως τῆς πονηρᾶς καταγνώσομαι συνηθείας τῆς νῦν κατεχούσης [a] ἡμᾶς. ὅτι γὰρ μετὰ τροφὴν καὶ τράπεζαν, οὐχ ὕπνον, οὐδὲ εὐνήν, ἀλλ' εὐχὰς καὶ θείων γραφῶν ἀνάγνωσιν διαδέχεσθαι χρή, τοῦτο σαφέστερον ἐδήλωσεν ὁ Χριστός. τὰ γοῦν ἄπειρα πλήθη τότε ἑστιάσας ἐπὶ τῆς ἐρήμου, οὐκ ἐπὶ κλίνην καὶ ὕπνον αὐτοὺς ἔπεμψεν, ἀλλ' ἐπὶ θείων ἀκρόασιν ἐκάλεσε λογίων. οὐ γὰρ διέρρηξεν αὐτῶν τὰς γαστέρας, οὐδὲ εἰς μέθην ἐξέβαλεν, ἀλλὰ πληρώσας αὐτῶν τὴν χρείαν, πρὸς τὴν πνευματικὴν ἦγε τροφήν. οὕτω καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν, καὶ τοσοῦτον ἐθίσωμεν ἑαυτοὺς ἐσθίειν, ὅσον πρὸς τὸ ζῆν μόνον, οὐχ ὅσον διασπᾶσθαι καὶ βαρύνεσθαι. οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἐγενόμεθα καὶ ζῶμεν, ἵνα φάγωμεν καὶ πίωμεν· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἐσθίομεν, ἵνα ζῶμεν. οὐ τὸ ζῆν διὰ τὸ φαγεῖν, ἀλλὰ διὰ τὸ ζῆν τὸ φαγεῖν γέγονεν ἐξ ἀρχῆς. ἡμεῖς δὲ ὡς διὰ τοῦτο ἐλθόντες εἰς τὸν κόσμον, οὕτως ἅπαντα εἰς τοῦτο καταναλίσκομεν. ἀλλ' ἵνα σφοδροτέρα γένηται τῆς τρυφῆς ἡ κατηγορία, καὶ μάλα καθίκηται τῶν ἐν αὐτῇ ζώντων· φέρε, πάλιν ἐπὶ τὸν Λάζαρον τὸν λόγον ἀγάγωμεν. οὕτω γὰρ ἡμῖν ἀληθεστέρα τε καὶ ἐναργεστέρα ἡ παραίνεσις ἔσται καὶ ἡ συμβουλή, ὅταν μὴ διὰ ῥημάτων, ἀλλὰ διὰ πραγμάτων ἴδητε παιδευομένους καὶ κολαζομένους τοὺς ἀδηφαγίᾳ προσέχοντας. ὁ μὲν οὖν πλούσιος τοσαύτῃ πονηρίᾳ [b] συνέζη, καὶ καθ' ἑκάστην ἐνετρύφα τὴν ἡμέραν, καὶ ἐνεδιδύσκετο λαμπρῶς, χαλεπωτέραν ἑαυτῷ ἀνάπτων τὴν κόλασιν, καὶ μεῖζον τὸ πῦρ ἐργαζόμενος καὶ ἀπαραμύθητον ἑαυτῷ ποιῶν τὴν δίκην, καὶ ἀσύγγνωστον

A quo tum tibi ipsi, tum aliis tecum viventibus maximam afferas utilitatem. Nihil est enim, nihil est, inquam, deliciis perniciosius. Audi rursum quid de illis dicat Moses: *Impinguatus est, incrassatus est, dilatatus est, & recalcitravit dilectus.* Nec ait, recessit, sed, recalcitravit dilectus, illius intractabilem animum nobis significans. Atque alio rursus loco: *Ubi comederis ac biberis, cave tibi, ne quando obliviscaris domini Dei tui.* Adeo deliciæ solent ad numinis oblivionem adducere. Proinde tu quoque, carissime, cum sederis ad mensam, memento quod post convivium orandum est tibi. Ita moderate ventrem exple, ne gravatus non queas genua B flectere, ac Deum invocare. Annon videtis, quod jumenta jugum ferentia, posteaquam ad præsepe pasta sunt, iter agunt, onera gestant, suumque explent ministerium? Tu vero qui sublata mensa, ad omne opus inutilis es & ineptus, num vitare poteris, quo minus videaris asinis deterior? Quam ob rem? quia tum maxime convenit esse sobrium ac vigilantem. Nam tempus post mensam, agendi gratias tempus est. Non decet autem agentem gratias ebrium esse, sed sobrium ac vigilantem. A mensa non ad lectum, sed ad precationem vertamur, ne brutis animantibus simus magis bruti.

Deliciæ perniciosissimæ. — Deut 32 11. — Deut. 11. 16. — A cibo sumto orandum.

9. Novi fore multos qui damnent ea quæ C nunc dicuntur, veluti quæ novam quamdam & miram vitæ consuetudinem invehant. At ego magis damnabo pravam consuetudinem, quæ nunc obtinuit. Etenim quod post cibum ac mensam, non ad somnum oporteat ire, nec ad cubile, sed oporteat cibo preces ac divinarum Scripturarum lectionem succedere, manifestius declaravit ipse Christus, qui cum immensam multitudinem excepisset convivio in deserto, non remisit illos ad lectum aut somnum, sed ad audiendos sermones divinos invitavit. Non enim distenderat illorum ventres, neque ad ebrietatem impulerat, verum ubi saturasset illos, quantum exigebat necessitas, ad spiritualem D adduxit alimoniam. Itidem nos quoque faciamus, eoque modo consuescamus capere cibum, ut ad vitam tuendam duntaxat sufficiat, non ut nos valeat disrumpere & gravare. Non enim in hoc nati sumus ac vivimus, ut edamus, ac bibamus: sed ideo edimus, ut vivamus. Ab initio non erat cibi causa data vita, sed vitæ causa datus est cibus. Nos vero perinde quasi ob hoc ipsum viveremus, ita cuncta in hoc insumimus. Cæterum ut vehementior etiam fiat deliciarum redargutio, acriusque pungat in his vitam agentes, age rursus ad Lazarum referamus sermonem. Hoc enim pacto fiet, ut nobis sit E efficacior admonitio consiliumque nostrum, cum videatis non verbis, sed factis corripi punirique eos, qui indulgent ingluviei. Dives igitur ille cum tanta vivebat improbitate, quotidie deliciis vacans, lautisque patinis fruebatur, & splendidis vestibus induebatur, gravius sibi ipsi supplicium accendens, majusque parans incendium, ac vindictam Dei reddens implacabilem, ultionem exasperans,

Socratis sententia.

a ἡμᾶς deest in quibusdam MSS.

b Unus MS. συνέζη καθ' ἑκάστην τρυφῶν.

Paupertas non querula.

ſic ut veniæ locus non eſſet. Pauper autem projectus erat in veſtibulo, nec tamen erat moroſus, nec dicebat convitia, nec indignabatur. Non dicebat apud ſe quod dicunt complures: Quid tandem eſt hoc? Iſte qui improbam crudelemque vitam agit & inhumanam, omnibus ſupra quam opus eſt fruitur rebus, nec ullam animi moleſtiam patitur, nec aliud quidquam inopinatum, qualia multa ſolent in rebus humanis accidere, ſed pura voluptate fruitur: mihi vero ne tantum quidem impartitur alimoniæ, quantum poſtulat neceſſitas. Verum iſti qui in paraſitos & adulatores, ac temulentiam quidquid habet conſumit, non aliter quam e fonte cuncta affluunt. Ego porro hic jaceo, exemplum iis qui me conſpiciunt, probrum ac ludibrium, fame contabeſcens. An hæc ſunt providentiæ? An ulla juſtitia reſpicit res hominum? Nihil horum neque dixit, neque cogitavit. Unde hoc liquet? Ex eo quod Angeli ſtipatum illum deduxerunt, inque ſinum Abrahæ delatum depoſuerunt. Quod ſi blaſphemus fuiſſet, nequaquam illi tantum contigiſſet honoris. Ita cæteri quidem ob hoc demum tantopere mirantur hominem quod in paupertate vixerit. Ego vero doceo illum novem ſupplicia pertuliſſe, non quo puniretur, ſed quo clarior redderetur; quod quidem etiam evenit. Nam paupertas quidem res eſt vere moleſta, hoc norunt quicumque ſunt experti. Nec enim ulla oratio poſſit aſſequi cruciatum, quem ſuſtinent ii qui in paupertate degunt, ſi neſciant uti philoſophia. In Lazaro vero non iſta tantum erat calamitas, verum etiam adverſa valetudo erat affixa, eaque ſupra modum gravis. Vide ſiquidem quemadmodum declarat utramque calamitatem ad ſummum perveniſſe. Nam quod omnem paupertatem Lazari paupertas tum ſuperaverit, declaravit dicens, quod ne micis quidem potiri licuerit, quæ cadebant de menſa divitis. Porro quod valetudo quoque ad eamdem menſuram pervenerit ad quam paupertas, ultra quam non poſſet amplius proferri, & id quoque rurſus declaravit, dicens, quod canes lingebant ulcera ejus: adeo erat fractis viribus, ut ne canes quidem poſſet abigere, ſed vivum cadaver jacebat, videns quidem eos accurrentes, nequaquam tamen valens depellere: uſque adeo illi membra erant ſoluta, uſque adeo erant arefacta morbo, uſque adeo conſumta erant afflictione. Vides vehementer ſupraque modum & paupertatem, & valetudinem oppugnantem corpus illius? Quod ſi horum unum quodque per ſe intolerabile eſt & acerbum, cum ſimul conglomerata fuerint, annon adamas quiſpiam fuerit, qui hæc perferat? Multi frequenter laborant adverſa valetudine, cæterum non egent iis, quæ ad victum ſunt neceſſaria. Alii paupertati extremæ ſunt obnoxii, verum potiuntur bona valetudine, ſic ut altera res alterius ſit ſolatium, huic vero ambo concurrebant mala. Age poſſes mihi nominare quempiam, ſimul & adverſæ valetudini & paupertati obnoxium? ſed non uſque adeo

Paupertas gravis ſine philoſophia.

Luc. 16. 21.

A τὴν τιμωρίαν. ὁ δὲ πένης ἔρριπτο παρὰ τὸν πυλῶνα αὐτοῦ, καὶ οὔτ' ἀπεδυσπέτησεν, οὔτ' ἐβλασφήμησεν, οὔτ' ἠγανάκτησεν. οὐκ εἶπε πρὸς ἑαυτὸν, ὃ πολλοὶ λέγουσι· τί ποτε τοῦτό ἐστιν; οὗτος μὲν πονηρίᾳ συζῶν καὶ ὠμότητι καὶ ἀπανθρωπίᾳ, καὶ τὴν ὑπὲρ τὴν χρείαν ἀπολαύει πάντων, καὶ οὐδὲ ἀθυμίαν ὑπομένει, οὐδὲ ἄλλο τι τῶν ἀδοκήτων, οἷα πολλὰ τὰ παρὰ ἀνθρώποις ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ καθαρὰν καρποῦται τὴν ἡδονήν· ἐγὼ δὲ οὐδὲ τῆς ἀναγκαίας ἔχω τροφῆς μεταλαβεῖν. ἀλλὰ τούτῳ μὲν εἰς παρασίτους, καὶ κόλακας, καὶ μέθην τὰ ὄντα ἅπαντα δαπανῶντι, ὥσπερ ἐκ πηγῶν ἅπαντα ἐπιρρεῖ. ἐγὼ δὲ παράδειγμα τοῖς B ὁρῶσι κεῖμαι καὶ αἰσχύνη καὶ γέλως, λιμῷ τηκόμενος. ἆρα ταῦτα προνοίας; ἆρα ἐφορᾷ δίκη τις τὰ ἀνθρώπινα πράγματα; οὐδὲν τούτων οὐκ εἶπεν, οὐκ ἐνενόησε· πόθεν τοῦτο δῆλον; ἐξ ὧν ἀπήγαγον αὐτὸν οἱ ἄγγελοι δορυφοροῦντες, καὶ εἰς τὸν κόλπον τοῦ Ἀβραὰμ ἀποκατέστησαν· οὐκ ἂν δὲ, εἰ βλάσφημος ἦν, τοσαύτης ἀπέλαυσε τιμῆς. οὕτω μὲν οὖν οἱ πολλοὶ διὰ τοῦτο θαυμάζουσι τὸν ἄνθρωπον μόνον, ὅτι ἐν πενίᾳ ἦν· ἐγὼ δὲ δείκνυμι τιμωρίας ἐννέα τὸν ἀριθμὸν αὐτὸν ὑπομείναντα, οὐχ ἵνα κολάζηται, ἀλλ' ἵνα λαμπρότερος C γίνηται, ὅπερ οὖν καὶ ἐγένετο. δεινὸν μὲν γὰρ ὄντως καὶ ἡ πενία, καὶ ἴσασιν ὅσοι πεῖραν ταύτης εἰλήφασι. λόγος γὰρ οὐδεὶς παραστῆσαι δυνήσεται τὴν ὀδύνην, ὅσην ὑπομένουσιν οἱ πτωχείᾳ συζῶντες, καὶ φιλοσοφεῖν οὐκ εἰδότες. ἐπὶ δὲ τοῦ Λαζάρου, οὐ τοῦτο μόνον ἦν τὸ δεινὸν, ἀλλὰ καὶ ἀρρωστία [a] αὐτῷ συνέζευκτο, καὶ αὕτη μεθ' ὑπερβολῆς. καὶ ὅρα πῶς ἑκατέρας τὰς συμφορὰς δείκνυσιν εἰς ἄκρον ἐλθούσας. ὅτι μὲν γὰρ πᾶσαν πενίαν ἡ τοῦ Λαζάρου πενία τότε ἐνίκησεν, ἔδειξεν εἰπών· ὅτι οὐδὲ τῶν ψιχίων ἀπήλαυε τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου. ὅτι δὲ D καὶ ἡ ἀρρωστία πρὸς τὸ αὐτὸ μέτρον ἐφθάκει τῇ πενίᾳ, μεθ' ὃ λοιπὸν ἐκταθῆναι οὐκ ἦν, καὶ τοῦτο αὐτὸ πάλιν ἐδήλωσεν, εἰπὼν, ὅτι οἱ κύνες ἀπέλειχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ. οὕτως ἦν ἐξησθενηκὼς, ὡς μηδὲ τοὺς κύνας ἀποσοβῆσαι δύνασθαι, ἀλλὰ νεκρὸς ἔμψυχος ἔκειτο, ἐπιόντας μὲν αὐτοὺς θεωρῶν, ἀμύνασθαι δὲ οὐκ ἰσχύων. οὕτως αὐτῷ τὰ μέλη παρεῖτο, οὕτω τεταρίχευτο τῇ ἀρρωστίᾳ, οὕτω δεδαπάνητο τῷ πειρασμῷ. εἶδες μετ' ἄκρας ὑπερβολῆς [b] καὶ τὴν πενίαν καὶ τὴν ἀρρωστίαν πολιορκοῦσαν αὐτοῦ τὸ E σῶμα; εἰ δὲ καθ' ἑαυτὸ τούτων ἕκαστον ἀφόρητον καὶ δεινὸν, ὅταν ὁμοῦ συμπεπλεγμένα ᾖ, πῶς οὐκ ἀδάμας τις ἦν ὁ ταῦτα ὑπομένων; πολλοὶ πολλάκις ἀρρωστοῦσιν, ἀλλὰ τῆς ἀναγκαίας οὐκ ἀποροῦσι τροφῆς· ἄλλοι πενίᾳ μὲν συζῶσιν ἐσχάτῃ, ἀλλ' ὑγιείας ἀπολαύουσι, καὶ θάτερον θατέρου παραμυθία γίνεται· ἐνταῦθα δὲ ἀμφότερα ταῦτα συνεδεδραμήκει. ἀλλ' ἔχεις μοί τινα εἰπεῖν καὶ ἐν ἀρρωστίᾳ ὄντα καὶ ἐν πενίᾳ; ἀλλ' οὐκ ἐν ἐρημίᾳ το-

a Alii, αὐτῷ, alii, αὐτῇ.

b Alii & Savil. in marg. καὶ τὸν λιμὸν καὶ τὴν ἀῤῥωστίαν.

σαύτῃ,

ἑαυτῇ. εἰ γὰρ καὶ μὴ παρ' ἑαυτοῦ μηδὲ οἴκοθεν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ὁρώντων ἐλεεῖσθαι δύναιτο ἂν εἰς τὸ μέσον προκείμενος· τούτῳ δὲ τὰ προειρημένα δεινὰ χαλεπώτερα ἐποίει γίνεσθαι τῶν προστησομένων ἡ ἐρημία. καὶ αὐτὴν ταύτην πάλιν χαλεπωτέραν ἐποίει φαίνεσθαι, τὸ ἐν πυλῶνι κεῖσθαι τοῦ πλουσίου. εἰ μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς ἐρήμου καὶ τῆς ἀοικήτου κείμενος, ταῦτ' ἔπασχε καὶ παρεωρᾶτο, οὐκ ἂν οὕτως ἤλγησε. τὸ γὰρ μηδένα παρεῖναι, καὶ ἄκοντα φέρειν ἔπειθε [a] τὰ συμβαίνοντα· τὸ δὲ ἐν μέσῳ τοσούτων κείμενον μεθυόντων, εὐημερούντων, παρὰ μηδενὸς μηδὲ τῆς τυχούσης ἐπιμελείας τυγχάνειν, δριμυτέραν ἐποίει τῶν ὀδυνῶν γίνεσθαι τὴν αἴσθησιν, καὶ τὴν ἀθυμίαν ἐξέκαιε μᾶλλον. οὐ γὰρ οὕτως ἀπόντων τῶν βοηθούντων, ὡς παρόντων μὲν, οὐκ ἐθελόντων δὲ ὀρέξαι χεῖρα, δάκνεσθαι πεφύκαμεν ἐν ταῖς συμφοραῖς· ὅπερ οὖν κἀκεῖνος τότε ἔπασχεν. οὐδεὶς γὰρ ἦν, οὐχ ὁ λόγῳ παρακαλῶν, οὐχ ὁ ἔργῳ παραμυθούμενος, οὐ φίλος, οὐ γείτων, οὐ συγγενὴς, οὐ τῶν ὁρώντων οὐδεὶς, πάσης τῆς τοῦ πλουσίου διεφθαρμένης οἰκίας.

Εἶτα πρὸς τούτοις ἑτέραν αὐτῷ προσθήκην ὀδύνης ἐνεποίει τὸ καὶ ἕτερον εὐπραγοῦντα ὁρᾶν· οὐκ ἐπειδὴ βάσκανος ἦν καὶ πονηρὸς, ἀλλ' ἐπειδὴ πεφύκαμεν ἅπαντες ἐν ταῖς ἑτέρων εὐημερίαις ἀκριβέστερον τὰς οἰκείας καταμανθάνειν συμφοράς. ἐπὶ δὲ τοῦ πλουσίου καὶ μεῖζον προσῆν αὐτῷ ἕτερον τὸ δυνάμενον αὐτὸν δάκνειν. οὐ γὰρ δὴ μόνον ταῖς εὐημερίαις ταῖς ἐκείνου συγκρίνων τὴν ἑαυτοῦ δυσπραγίαν, μείζονα τὴν αἴσθησιν ἐλάμβανε τῶν οἰκείων κακῶν, ἀλλὰ καὶ λογιζόμενος, ὅτι ὁ μὲν μετ' ὠμότητος καὶ ἀπανθρωπίας ζῶν, ἐν ἅπασιν εὐοδοῦται· αὐτὸς δὲ μετ' ἀρετῆς καὶ ἐπιεικείας τὰ ἔσχατα πάσχει δεινά· καὶ ἔνθεν ἀπαραμύθητον τὴν ἀθυμίαν πάλιν ὑπέμενεν. εἰ γὰρ δίκαιος ἦν, εἰ γὰρ ἐπιεικὴς, εἰ γὰρ θαυμαστὸς ὁ ἀνὴρ, εἰ γὰρ πάσης γέμων ἀρετῆς, οὐκ ἂν αὐτὸν ἐλύπησε· νυνὶ δὲ καὶ πονηρίᾳ συζῶν, καὶ πρὸς ἔσχατον κακίας ἐληλακὼς, καὶ τοσαύτην ἀπανθρωπίαν ἐπιδεικνύμενος, καὶ τὰ τῶν ἐχθρῶν [b] αὐτῷ διατιθεὶς, καὶ ὥσπερ λίθον αὐτὸν παρατρέχων ἀναισχύντως καὶ ἀνηλεῶς, καὶ μετὰ ταῦτα πάντα τοσαύτης ἀπολαύων εὐπορίας· ἐννόησον πῶς εἰκὸς ἦν, ὥσπερ ἐπαλλήλοις κύμασι βαπτίζειν αὐτὸν τοῦ πένητος τὴν ψυχήν. ἐννόησον τὸν Λάζαρον, οἷον εἰκὸς ἦν εἶναι, ὁρῶντα παρασίτους, κόλακας, οἰκέτας ἀναβαίνοντας, καταβαίνοντας, ἐξιόντας, εἰσιόντας, κατατρέχοντας, θορυβοῦντας, μεθύοντας, πηδῶντας, καὶ πᾶσαν ἄλλην ἀσέλγειαν ἐπιδεικνυμένους. ὥσπερ γὰρ δι' αὐτὸ τοῦτο ἐλθὼν, ἵνα μάρτυς ᾖ τῶν ἀλλοτρίων ἀγαθῶν, οὕτως εἰς τὸν πυλῶνα ἔρριπτο, τοσοῦτον ζῶν, ὅσον αἰσθάνεσθαι ἔχειν τῶν οἰκείων κακῶν μόνον, ἐν λιμένι ναυάγιον ὑπομένων, πλησίον πηγῆς δίψῃ χαλεπωτάτῃ τὴν ψυχὴν ἀγχόμενος. εἴπω τι καὶ ἕτερον πρὸς τούτοις κακόν· οὐκ εἶχεν εἰς ἕτερον Λάζαρον ἰδεῖν. ἡμεῖς μὲν γὰρ κἂν μυρία πάθωμεν κακὰ, ἀλλ' ἔχομεν εἰς ἐκεῖνον ἰδόντες,

A desolatum ac destitutum. Nam ille quidem quamquam non ex sese neque a domesticis, tamen ab iis, qui vident, misericordia flexis sublevari potest, in medium projectus: huic vero molestias eas, quas antea diximus, molestiores reddebat, quod esset ab omnibus desertus: & hanc ipsam solitudinem rursum molestiorem faciebat, quod in vestibulo divitis jaceret. Etenim si in terra deserta nullisque habitata jacens hæc passus fuisset, neglectusque jacuisset, non tantum doluisset. Nam si nullus adsit, hoc ipsum etiam nolenti persuadet, ut ferat quæ accidunt: cæte- B rum quod in medio tam multorum jacens, ebrietati indulgentium, suaviter viventium, a nemine vel vulgarem curam nancisceretur, id reddebat sensum dolorum acriorem, magisque incendebat animi ægritudinem. Non enim perinde si absint qui succurrant, atque si adsint quidem, sed nolint porrigere manum, mordere solet animum in calamitatibus, quod quidem tum huic accidit. Nullus erat qui dictis consolaretur, nullus qui factis afferret solatium, non amicus, non vicinus, non cognatus, non videntium quisquam, adeo erat tota divitis corrupta familia.

C 10. Ad hæc aliam doloris accessionem adjungebat, quod alterum illum in felicitate conspiciebat, non quod invidus esset ac pravus, sed quod omnes solent in aliorum prosperitate acrius suas sentire calamitates. In divite autem erat aliquid majus ad illius animum exulcerandum. Non enim solum suam ipsius calamitatem cum illius prosperitate conferens, graviorem reddebat suorum malorum sensum, verum etiam perpendens quod ille vitam ducens crudelem & inhumanam, in omnibus prosperaretur, ipse vero virtutem ac modestiam amplexus, extre- D ma pateretur mala, inconsolabilem animi molestiam & hinc sustinuit. Nam si vir justus fuisset dives, si modestus, si suspiciendus, si omni virtute præditus, nequaquam illi perinde doluisset. Nunc vero cum dives esset, improbæque vitæ, & ad extremum usque malitiæ provectus, & tantam inhumanitatem ostendens, & hostilem animum gerens, nec secus atque lapidem ipsum prætercurrens, sine verecundia, sine misericordia, denique super hæc omnia, tanta potiens rerum copia, cogita quam probabile sit, velut alternis fluctibus demersum pauperis animum fuisse. Cogita qualiter affectum fuisse E Lazarum consentaneum sit, cum videret parasitos, adulatores, famulos ascendentes, descendentes, egredientes, ingredientes, circumcursantes, tumultuantes, ebrios, salientes, omne lasciviæ genus exhibentes: quasi enim propter hoc venisset, ut esset alienorum bonorum testis, ita in vestibulo projectus erat, solum vitæ tantum habens, ut sua mala sentire posset, in portu faciens naufragium, juxta fontem molestissima siti discruciatus animo. Dicam & aliud quoddam præter hæc malum. Non poterat alterum videre Lazarum. Nam nos etiamsi innumera patiamur mala, habemus tamen ad il-

Proverbium in portu naufragium.

a Savil. in marg. τὰ συμπίπτοντα, aliquot MSS. τὰ συμβάντα.

b Savil. in textu & quidam alii, αὐτοῦ.

lum spectantes, unde sufficientem accipiamus consolationem, magnumque feramus molestiæ delinimentum. Nam malorum nostrorum reperire consortes, sive in factis, sive in dictis, multum affert solatii lugentibus. Ille vero neminem alium habebat, ad quem respiceret eadem cum illo passum, imo ne audire quidem poterat de quoquam, qui majorum ipsius ætate tam acerba sustinuisset. Hoc autem satis est ad inducendum animo caliginem. Possum & aliud his omnibus addere, videlicet quod ne de resurrectione quidem quidquam potuerit philosophari, sed hujus vitæ res crederet hujus vitæ fine terminari. Erat enim ex eorum numero, qui gratiam Evangelii præcesserunt. Quod si nunc his temporibus post tantam Dei cognitionem, post egregias resurrectionis spes, post illic reposita peccantibus supplicia, post parata iis qui recte vixerunt bona, adeo dejectis animis, ac miseris sunt nonnulli, ut ne horum quidem exspectatione corrigantur: quid tandem est putandum illi accidisse, etiam hac destituto ancora? Nam ille tale nihil umquam philosophari potuit, eo quod nondum advenisset tempus ejusmodi dogmatum. Ad hæc & aliud quiddam accessit, quod & fama

Calamitas facit obnoxium suspicioni malitiæ.

ipsius apud homines impudentes traduceretur. Solet enim hominum vulgus, ubi quos viderint in fame perpetuoque morbo & extremis agentes malis, nec opinionem de eis habere bonam, sed ex ipsa calamitate æstimare vitam, & omnino judicare illos ob malitiam sic affligi: aliaque multa hujus generis inter se loquuntur, stulte quidem illi, loquuntur tamen. Hic si Deo carus esset, nequaquam ipsum in hujusmodi malis esse pateretur. Hoc & in Job & in Paulo usu venit.
Job 4. 2. Nam & illi dicebant: *Nonne frequenter tibi dictum est in labore, vim autem verborum tuorum quis sustinebit? Si enim tu erudiisses multos, & manus infirmas consolatus esses, & eos qui infirmabantur verbis erexisses, genibusque infirmis addidisses fiduciam: nunc vero pervenit in te labor, tu vero curasti. Nonne tuus timor est in stultitia?* Horum autem verborum hic sensus est, si quid tibi, inquit, bonæ rei gestum fuisset, haudquaquam ista patereris, sed peccatorum & iniquitatis luis pœnas. Et hoc erat quod maxime mordebat animum Job. Ac de Paulo barbari hoc ipsum dicebant: cum enim viderent viperam pendentem de manu illius, nihil boni de illo suspicabantur, sed existimabant eum hominem esse de numero eorum, qui extrema perpetrarunt scelera. Id perspicuum est
Act. 28. 4. ex his quæ dicebant: *Hunc*, inquiunt, *a mari servatum, ultio non passa est vivere*. Hoc autem non mediocriter nos quoque conturbare consuevit. Attamen cum fluctus essent tam multi, vicissimque alii super alios illum impeterent, non tamen demersum est navigium, sed perinde, ac si in fornace positus veluti perpetuo rore refocillaretur, ita philosophabatur.

11. Non enim dicebat apud sese quidquam tale, quale vulgus dicere verisimile
Prover- est: Iste dives si mortuus illic punitur, dat-

A ἱκανὴν δέχεσθαι παράκλησιν, καὶ πολλῆς ἀπολαῦσαι τῆς παραμυθίας. τὸ γὰρ κοινωνοὺς εὑρίσκειν τῶν οἰκείων κακῶν ἢ ἐν πράγμασιν, ἢ ἐν διηγήμασι, πολλὴν φέρει τοῖς ὀδυνωμένοις παράκλησιν. ἐκεῖνος δὲ οὐδένα ἕτερον εἶχεν ἰδεῖν τῶν τὰ αὐτὰ αὐτῷ πεπονθότα. μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀκοῦσαί τινος ἐπὶ τῶν προγόνων τῶν ἑαυτοῦ τοσαῦτα ὑπομείναντος. ἱκανὸν δὲ τοῦτο σκοτῶσαι ψυχήν. ἔστι δὲ ἕτερον πρὸς τούτοις εἰπεῖν, ὅτι οὐδέν τι περὶ ἀναστάσεως φιλοσοφεῖν ἠδύνατο, ἀλλὰ μέχρι τοῦ παρόντος βίου τὰ παρόντα ἐνόμιζε συγκεκλεῖσθαι πράγματα. τῶν γὰρ πρὸ τῆς χάριτος ἦν. εἰ δὲ νῦν ἐφ' ἡμῶν, μετὰ τοσαύτην θεογνωσίαν, καὶ τὰς χρηστὰς τῆς ἀναστάσεως ἐλ- B πίδας, καὶ τὰς κειμένας τοῖς ἁμαρτάνουσι τιμωρίας ἐκεῖ, καὶ τὰ ἡτοιμασμένα τοῖς κατορθοῦσιν ἀγαθά, οὕτω μικροψύχως τινὲς καὶ ταλαιπώρως διάκεινται, ὡς μηδὲ ταύταις διορθοῦσθαι ταῖς προσδοκίαις· τί πάσχειν εἰκὸς ἦν ἐκεῖνον καὶ ταύτης ἀπεστερημένον τῆς ἀγκύρας; ἐκεῖνος γὰρ οὐδὲν οὐδέπω τοιοῦτον φιλοσοφεῖν ἠδύνατο, διὰ τὸ μηδέπω τὸν καιρὸν τούτων ἀφῖχθαι τῶν διδαγμάτων. ἦν τι καὶ πρὸς τούτοις ἄλλο, τὸ καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ διαβεβλῆσθαι παρὰ τοῖς ἀνοήτοις τῶν ἀνθρώπων. καὶ γὰρ εἰώθασιν οἱ πολλοί, ἐπειδὰν ἴδωσί τινας ἐν λιμῷ καὶ νόσῳ διηνεκεῖ, καὶ τοῖς ἐσχάτοις ὄντας κακοῖς, μηδὲ χρηστὴν C περὶ αὐτῶν δόξαν ἔχειν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς συμφορᾶς τὰ κατὰ τὸν βίον κρίνειν, καὶ διὰ πονηρίαν νομίζειν πάντως αὐτοὺς οὕτω ταλαιπωρεῖσθαι· καὶ πολλὰ ἄλλα τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους λέγουσιν· ἀνοήτως μέν, λέγουσι δὲ ὅμως· ὅτι οὗτος, εἰ τῷ θεῷ φίλος ἦν, οὐκ ἂν εἴασεν αὐτὸν ἐν πενίᾳ, [a] καὶ τοῖς ἄλλοις κακοῖς ταλαιπωρεῖσθαι. οὕτω γοῦν καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ, καὶ ἐπὶ τοῦ Παύλου συνέβη. καὶ γὰρ ἐκείνῳ ἔλεγον· μὴ πολλάκις σοι λελάληται ἐν κόπῳ; ἰσχὺν δὲ ῥημάτων σου τίς ὑποίσει; εἰ γὰρ σὺ ἐνουθέτησας πολλούς, καὶ χεῖρας ἀσθενεῖς παρεκάλεσας, D ἀσθενοῦντας δὲ ἐξανέστησας ῥήμασι, γόνασι δὲ ἀδυνατοῦσι περιέθηκας θάρσος· νυνὶ δὲ ἥκει ἐπὶ σὲ πόνος· σὺ δὲ ἐσπούδακας. πότερον οὐχ ὁ φόβος σου ἐστὶν ἐν ἀφροσύνῃ; ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν. εἴ τι σοί, φησιν, ἀγαθὸν ἦν πεπραγμένον, οὐκ ἂν ταῦτα ἔπαθες ἅπερ ἔπαθες· ἀλλ' ἁμαρτημάτων τίνεις δίκας, καὶ παρανομίας. καὶ τοῦτο ἦν ὃ μάλιστα ἔδακνε τὸν μακάριον Ἰώβ. καὶ περὶ τοῦ Παύλου δὲ οἱ βάρβαροι τοῦτο ἔλεγον. ἐπειδὴ γὰρ εἶδον τὴν ἔχιν ἐκκρεμαμένην αὐτοῦ τῆς χειρός, οὐδὲν χρηστὸν περὶ αὐτοῦ [b] ὑπενόησαν, ἀλλὰ τῶν τὰ ἔσχατα κακὰ τετολμηκό- E των αὐτὸν εἶναι ἐνόμιζον. καὶ δῆλον ἐξ ὧν ἔλεγον. τοῦτον γάρ, φασιν, ἐκ τῆς θαλάσσης σωθέντα ἡ δίκη ζῆν οὐκ εἴασεν. οὐχ ὡς ἔτυχε δὲ καὶ τοῦτο ἡμᾶς εἴωθε θορυβεῖν. ἀλλ' ὅμως τοσούτων ὄντων τῶν κυμάτων, καὶ ἐπαλλήλων φερομένων, οὐ κατεποντίσθη τὸ σκάφος· ἀλλ' ὡς ἐν καμίνῳ κείμενος, καθάπερ δρόσου διηνεκοῦς ἀπολαύων, οὕτως ἐφιλοσόφει.

Οὐ γὰρ εἶπε πρὸς ἑαυτὸν οὐδὲν τοιοῦτον, οἷα πολλοὺς λέγειν εἰκός· ὅτι οὗτος ὁ πλούσιος, ἂν μὲν ἀπελθὼν

a Alii, ἢ τούτοις κακοῖς.

b Alii, ἐπενόησαν.

ἐκεῖ κολασθῇ καὶ δῷ τιμωρίαν, ἓν ἓν γέγονεν· ἂν δὲ κἀκεῖ τῶν αὐτῶν ἀπολαύσῃ τιμῶν, δύο γέγονεν οὐδέν. ἢ οὐ ταῦτα περιφέρετε ἐν ταῖς ἀγοραῖς ὑμεῖς οἱ πολλοὶ, τὰ ἀπὸ τῆς ἱπποδρομίας καὶ τῶν ἔξω θεάτρων εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσάγοντες; αἰσχύνομαι μὲν οὖν εἰς μέσον ταῦτα προτιθεὶς τὰ ῥήματα, καὶ ἐρυθριῶ· πλὴν ἀλλ' ἀνάγκη ταῦτα εἰπεῖν, ἵνα ὑμεῖς ἀπαλλαγῆτε τοῦ ἀτάκτου γέλωτος καὶ τῆς αἰσχύνης καὶ τῆς βλάβης τῆς ἀπὸ τῶν ῥημάτων τούτων. ταῦτα πολλοὶ πολλάκις γελῶντες λέγουσιν. ἀλλὰ καὶ τοῦτο διαβολικῆς κακουργίας ἐστὶν, ἐν τάξει ῥημάτων ἀστείων διεφθαρμένα εἰσάγειν εἰς τὸν βίον ἡμῶν δόγματα. ταῦτα γὰρ συνεχῶς καὶ ἐν ἐργαστηρίοις, καὶ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, καὶ ἐν ταῖς οἰκίαις πολλοὶ περιφέρουσιν· ὅπερ ἐσχάτης ἀπιστίας ἐστὶ καὶ παρανοίας καὶ γέλωτος ὄντως καὶ παιδικῆς διανοίας. τὸ μὲν γὰρ λέγειν, ὅτι ἐὰν ἀπελθόντες οἱ πονηροὶ κολασθῶσι, καὶ μὴ σφόδρα πεπεικέναι ἑαυτοὺς, ὅτι κολασθήσονται πάντως, ἀπιστούντων ἐστὶ καὶ διαμφισβητούντων· τὸ δὲ, εἰ καὶ τοῦτο συμβαίη· ὅπερ οὖν καὶ συμβήσεται· νομίζειν τῆς ἴσης αὐτοὺς τοῖς δικαίοις ἀνταποδόσεως ἀπολελαυκέναι, τοῦτο ἐσχάτης ἀνοίας. τί λέγεις, εἰπέ μοι; ἐὰν ἀπελθὼν ὁ πλούσιος ἐκεῖ κολάζηται, ἓν ἓν γέγονε; καὶ πῶς ἂν ἔχοι λόγον; πόσα γὰρ αὐτὸν ἐνταῦθα βούλει θεῖναι ἀπολελαυκέναι τῶν χρημάτων ἔτη; βούλει θῶμεν ἑκατόν; ἐγὼ δὲ καὶ διακόσια τίθημι· τριακόσια, καὶ δὶς τοσαῦτα· καὶ, εἰ βούλει, καὶ χίλια· ὅπερ ἀδύνατον· αἱ ἡμέραι γὰρ, φησὶ, τῶν ἐτῶν ἡμῶν, [a] ὀγδοήκοντα ἔτη· πλὴν ἀλλὰ κείσθω καὶ χίλια. μὴ ζωὴν ἔχεις, εἰπέ μοι, ἐνταῦθα δεῖξαι τέλος οὐκ ἔχουσαν, οὐδὲ πέρας ἐπισταμένην, οἵαπερ ἐστὶν ἡ τῶν δικαίων ἐκεῖ; εἴ τις οὖν, εἰπέ μοι, ἐν ἔτεσιν ἑκατὸν μίαν νύκτα ὄναρ ἰδὼν χρηστὸν, καὶ πολλῆς καθ' ὕπνους ἀπολαύσας τρυφῆς, τὰ ἑκατὸν ἔτη κολάζοιτο· ἆρα δυνήσεται λέγειν ἐπὶ τούτῳ, ἓν καὶ ἓν, καὶ τὴν μίαν νύκτα τῶν ὀνειράτων ἐκείνων τοῖς ἑκατὸν ἔτεσιν ἀντίρροπον ποιεῖσθαι; οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. τοῦτο δὴ καὶ περὶ τῆς μελλούσης ζωῆς λογίζου. ὅπερ γάρ ἐστιν ὄναρ ἓν πρὸς ἑκατὸν ἔτη, τοῦτό ἐστιν ὁ παρὼν βίος πρὸς τὴν μέλλουσαν ζωήν· μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ πλέον. ὅσον ἐστὶ σταγὼν μικρὰ πρὸς πέλαγος ἄπειρον, τοσοῦτόν ἐστι χίλια ἔτη πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἐκείνην καὶ ἀπόλαυσιν. καὶ τί γὰρ ἂν ἔχοι τις πλέον εἰπεῖν, ἢ ὅτι πέρας οὐκ ἔχει καὶ τέλος οὐκ οἶδε; καὶ ὅσον ἐστὶ τὸ μέσον ὀνείρων καὶ τῆς τῶν πραγμάτων ἀληθείας, τοσοῦτόν ἐστι τῆς καταστάσεως ταύτης καὶ τῆς ἐκεῖ τὸ διάφορον; ἄλλως δὲ, καὶ πρὸ τῆς ἐκεῖ κολάσεως, ἐντεῦθεν οἱ πονηρευόμενοι καὶ ἐν ἁμαρτίαις ζῶντες κολάζονται. μὴ γάρ μοι τὸν τραπέζης ἀπολαύοντα πολυτελοῦς ἁπλῶς εἴπῃς, καὶ τὸν ἱμάτια περιβεβλημένον σηρικὰ, καὶ ἀνδραπόδων ἀγέλας περιφέροντα, καὶ σοβοῦντα ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς· ἀλλ' ἀνάπτυξόν μοι τούτου τὸ συνειδὸς, καὶ ὄψει πολὺν ἔνδοθεν θόρυβον τῶν ἁμαρτημάτων, φόβον διηνεκῆ, χειμῶνα, ταραχὴν, καθάπερ ἐν δικαστηρίῳ τὸν νοῦν ἐπὶ τὸν θρόνον ἀναβάντα [b] τὸν βασιλικὸν τοῦ συνειδότος, καὶ ὥσπερ τινὰ δικαστὴν καθήμενον, καὶ τοὺς λογισμοὺς παριστῶντα, καθάπερ δημίους, καὶ ἀναρτῶντα τὴν διάνοιαν, καὶ καταξαίνοντα ὑπὲρ τῶν ἡμαρτημένων, καὶ ἐμ-

a Alii, ἑβδομήκοντα.

A que pœnas, unum factum est unum: si vero illic iisdem potitur honoribus, duo facta sunt nihil. Annon hæc per fora circumfertis vos plerique, ex Circo exterisque theatris in Ecclesiam importantes? Pudet me quidem ac rubore suffundor, qui talia verba in medium proferam, nisi quod necesse est hæc dicere, ut vos a risu incomposito, probro, & pernicie horum verborum noxiisque verbis liberemini. Hæc multi frequenter dicunt ridentes: verum hoc quoque diabolicæ versutiæ est, loco dictorum civilium & urbanorum perniciosa in vitam nostram inducere dogmata. Hæc frequenter & in officinis & in foro, B & in ædibus plerique circumferunt, quæ res extremæ est incredulitatis, & amentiæ, ridicula animique puerilis. Nam dicere, num hinc profecti mali puniantur, nec hoc vehementer habere persuasum, quod omnino puniendi sunt, infidelium est ac dubitantium. Illud vero, quamvis hoc evenerit, quemadmodum etiam eventurum est, putare malos æquale præmium cum justis reportare, extremæ dementiæ est. Quid quæso dicis? Si dives illuc profectus punitur, unum factum est unum? & quomodo istuc possit consistere? Quot enim annis vis illum hic pecuniis fuisse fruitum? vis ponamus centum? C Ego vero etiam ducentos pono, pono trecentos, pono bis tantum, & si vis mille, quod sane fieri non potuit: *Dies enim*, inquit, *annorum nostrorum octoginta anni*: attamen ponantur mille: num potes, quæso te, vitam ostendere quæ finem non habeat, ac terminum nesciat, qualis est illic justorum? Age igitur, cedo, si quis in annis centum vidisset per unam noctem suave somnium, multisque deliciis per somnium fruitus esset, ac centum annis puniretur: num is de hoc dicere posset, unum & unum, & unicam noctem qua somniavit, centum annis æquiparare? Dictu absurdum. Hoc jam & de futura D vita cogita. Nam quod est somnium unum ad annos centum, hoc est præsens vita ad vitam futuram, imo potius multo minus. Quod est exigua gutta ad pelagus immensum, hoc sunt anni mille ad futuram illam gloriam & fruitionem. Et quid tandem queat aliquis amplius dicere, nisi quod terminum non habet, & finem nescit: quantumque interest inter somnia & res veras, tantum interest inter hujus vitæ statum & illius? Quin & alioqui antequam illic puniantur, jam nunc qui improbe agunt, atque in peccatis vivunt, puniuntur. Nec enim mihi dixeris illum mensa sumtuosa frui, vestibus circumdari sericis, mancipiorum greges circumferre, E alios submovere in foro: sed explica mihi istius conscientiam, & videbis intus gravem peccatorum tumultum, jugem metum, tempestatem, turbationem: videbis velut in judicio mentem ad thronum conscientiæ conscendisse regalem, & tamquam judicem quempiam sedentem, & cogitationes loco carnificum adhibentem, animum suspendentem, pro peccatis lacerantem, vehemen-

bium impium, quod explicat Chrysostomus.

Nulla comparatio inter vitam hanc & futuram.

Psal. 89. 11.

Et hic puniuntur impii.

b τὸν βασιλικὸν deest in Savil. & tribus MSS.

ter inclamantem, cum nemo sciat, nisi solus Deus qui hæc conspicit. Etenim qui committit adulterium, etiamsi millies fuerit dives, etiamsi nullum habeat accusatorem, non desinit tamen intus seipsum accusare: & voluptas quidem temporaria est, dolor vero perpetuus, timor undique ac tremor, suspicio & anxietas: angiportus metuit, umbras ipsas formidat, suos ipsius famulos, conscios, inscios, illam ipsam quam corrupit, & virum quem affecit contumelia: obambulat amarum accusatorem circumferens conscientiam, cum sit suo ipsius judicio damnatus, nec vel ad breve tempus possit respirare. Nam & in lecto, & in mensa, & in foro, & in domo, & interdiu & noctu, & in ipsis frequenter somniis hæc iniquitatis simulacra
Gen. 4. videt, ipsiusque Cain vitam vivit, gemens ac tremens super terram, cum nemo sciat, intus tamen habet ignem semper coacervatum. Idem patiuntur & qui rapinam exercent, & qui fraude lucrum faciunt: hoc & ebriosi, in summa quotquot in peccatis vivunt. Neque enim ulla ratione judicium illud potest corrumpi. Imo etiamsi non sectemur virtutem, dolemus tamen eo quod eam non assequimur: & licet improbitatem sectemur, tamen cessante voluptate quam ex peccato percipimus, sentimus dolorem. Itaque ne dixerimus de divitibus hic improbe viventibus, & de justis illic felicitate fruentibus, quod unum sit unum, sed quod duo sint nihil. Quandoquidem justis, & ea quæ illic sunt, & ea quæ hic sunt, multam præbent voluptatem: qui vero in nequitia & fraude vitam agunt, & hic & illic puniuntur: hic discruciantur exspectatione supplicii illic futuri, deinde mala quam ab omnibus ferunt opinione, præterea quod ipsum etiam peccatum animam ipsorum corrumpit: denique postquam hinc profecti sunt, intolerabilia perpetiuntur supplicia. Rursum justi etiamsi hic innumera perpetiantur acerba, quoniam bona spes alit illos, habentque voluptatem puram, firmam, & stabilem, etiam post hæc, innumera illos excipiunt bona, quemadmodum & Lazaro accidit. Nec enim isthuc mihi dixeris, erat ulcerosus, verum illud considera, quod quovis auro pretiosiorem intus habebat animam, imo verius non animam tantum, verum etiam corpus ipsius. Virtus enim corporis non est obesitas, bonaque habitudo, sed tantos ac tales ferre cruciatus. Non enim si quis in corpore gestet talia vulnera abominandus est, verum si quis in animo innumera habens ulcera, nullam illorum curam agat, is abominandus est, qualis erat ille dives, intus totus ulcerosus. Et quemadmodum canes hujus lingebant vulnera, sic & dæmones illius peccata. Et quemadmodum hic in fame cibi, ita ille in fame omnis virtutis vivebat.

12. Hæc igitur omnia cum sciamus, philosophemur, neque dicamus: Si illum Deus amasset, haudquaquam eum pauperem esse passus fuisset. Nam hoc ipsum quidem maximum est dilectionis argumentum. *Quem*
Hebr. 12. 6. *enim diligit Deus castigat, flagellat autem*
Eccli. 2. 1. *omnem filium quem recipit.* Et rursus: *Fili,*

A βοῶντα μεγάλα, μηδενὸς εἰδότος, ἀλλ' ἢ τοῦ ταῦτα ἐπισταμένου βλέπειν Θεοῦ μόνου. καὶ γὰρ ὁ μοιχεύων, κἂν μυριάκις ᾖ πλούσιος, κἂν μηδένα κατηγοροῦντα ἔχῃ, οὐ παύεται ἑαυτοῦ κατηγορῶν ἔνδον· καὶ ἡ μὲν ἡδονὴ πρόσκαιρος, ἡ δὲ ὀδύνη διηνεκής, φόβος πανταχόθεν καὶ τρόμος, ὑποψία καὶ ἀγωνία. τοὺς στενωποὺς δέδοικε, τὰς σκιὰς αὐτὰς τρέμει, τοὺς οἰκέτας τοὺς ἑαυτοῦ, τοὺς συνειδότας, τοὺς ἀγνοοῦντας, τὴν ἠδικημένην αὐτήν, τὸν ὑβρισμένον ἄνδρα· περιέρχεται πικρὸν κατήγορον περιφέρων τὸ συνειδός, αὐτοκατάκριτος ὤν, καὶ οὐδὲ μικρὸν ἀναπνεῦσαι δυνάμενος. καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ κλίνης, καὶ ἐν τραπέζῃ, καὶ ἐν
B ἀγορᾷ, καὶ ἐν οἰκίᾳ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ, καὶ ἐν νυκτί, καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ὀνείρασι πολλάκις τὰ τῆς ἁμαρτίας εἴδωλα βλέπει, καὶ τὸν τοῦ Κάϊν ζῇ βίον, στένων καὶ τρέμων ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ μηδενὸς εἰδότος, ἔνδον ἔχει τὸ πῦρ συμφλεγόμενον ἀεί. τοῦτο καὶ οἱ ἁρπάζοντες, καὶ οἱ πλεονεκτοῦντες πάσχουσι· τοῦτο καὶ οἱ μεθύοντες, καὶ ἕκαστος δὲ ἁπλῶς τῶν ἐν ἁμαρτίαις ζώντων. ἀμήχανον γὰρ ἐκεῖνο διαφθαρῆναι τὸ δικαστήριον. ἀλλὰ κἂν μὴ μετιῶμεν τὴν ἀρετήν, ὅμως ὀδυνώμεθα, ἐπειδὴ μὴ μετερχόμεθα, κἂν μετιῶμεν τὴν κακίαν, ὅμως παυσάμενοι τῆς ἡδονῆς τῆς κατὰ τὴν ἁμαρτίαν, αἰσθανόμεθα τῆς ὀδύνης. μὴ τοίνυν λέγωμεν ἐπὶ τῶν πλου-
C τούντων ἐνταῦθα καὶ πονηρευομένων, καὶ τῶν δικαίων τῶν ἀπολαυόντων ἐκεῖ, ὅτι ἓν ἕν, ἀλλ' ὅτι δύο οὐδέν. τοῖς μὲν γὰρ δικαίοις καὶ τὰ ἐκεῖ καὶ τὰ ἐνταῦθα πολλὴν παρέχει τὴν ἡδονήν. οἱ δὲ ἐν πονηρίαις καὶ ἐν πλεονεξίαις, καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐκεῖ κολάζονται. καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα κολάζονται τῇ προσδοκίᾳ τῆς ἐκεῖ τιμωρίας, καὶ τῇ πονηρᾷ παρὰ πάντων ὑποψίᾳ, καὶ αὐτῷ τῷ ἁμαρτάνειν καὶ τὴν ψυχὴν τὴν ἑαυτῶν διαφθείρειν· καὶ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν ἀφορήτους ὑπομένουσι τιμωρίας. πάλιν οἱ δίκαιοι, κἂν μυρία πάθωσιν ἐνταῦθα δεινά, χρησταῖς συντρέφονται
D ταῖς ἐλπίσιν, ἡδονὴν ἔχοντες καθαράν, βεβαίαν, ἀκίνητον· καὶ μετὰ ταῦτα, τὰ μυρία αὐτοὺς διαδέξεται ἀγαθά, καθάπερ οὖν καὶ τὸν Λάζαρον. μὴ γάρ μοι τοῦτο εἴπῃς, ὅτι ἡλκωτο, ἀλλὰ τοῦτο σκόπει, ὅτι χρυσοῦ παντὸς τιμιωτέραν ἔνδον εἶχε τὴν ψυχήν· μᾶλλον δὲ οὐ τὴν ψυχὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ. ἀρετὴ γὰρ σώματος οὐ πολυσαρκία καὶ εὐεξία, ἀλλὰ τοσαύτας καὶ τοιαύτας φέρειν βασάνους. οὐ γάρ, εἴ τις ἐπὶ τοῦ σώματος τραύματα ἔχοι τοιαῦτα, βδελυκτὸς ὁ τοιοῦτος· ἀλλ' εἴ τις ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἕλκη μυρία ἔχων, μηδεμίαν αὐτῶν ἐπι-
E μέλειαν ποιοῖτο· οἷος ἦν ἐκεῖνος ὁ πλούσιος, ἔνδοθεν ἡλκωμένος ἅπας. καὶ καθάπερ οἱ κύνες τούτου περιέλειχον τὰ τραύματα, οὕτως ἐκείνου δαίμονες τὰ ἁμαρτήματα· καὶ καθάπερ οὗτος ἐν λιμῷ τροφῆς, οὕτως ἐκεῖνος ἐν λιμῷ πάσης ἀρετῆς ἔζη.

Ταῦτ' οὖν εἰδότες ἅπαντα φιλοσοφῶμεν, καὶ μὴ λέγωμεν, ὅτι εἰ τὸν δεῖνα ἐφίλει ὁ Θεός, οὐκ ἂν αὐτὸν ἀφῆκε γενέσθαι πένητα. αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μέγιστον ἀγάπης τεκμήριόν ἐστιν. ὃν γὰρ ἀγαπᾷ κύριος, παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱόν, ὃν παραδέχεται. καὶ πάλιν, τέκνον,

A ἐὰν προσέρχῃ δουλεύειν κυρίῳ, ἑτοίμασον τὴν ψυχήν σου εἰς πειρασμὸν, εὔθυνον τὴν καρδίαν σου, καὶ καρτέρησον. ἐκβάλωμεν οὖν, ἀγαπητοὶ, τὰς περιττὰς ταύτας προλήψεις ἀφ' ἑαυτῶν, καὶ τὰ δημώδη ταῦτα ῥήματα. αἰσχρότης γὰρ, φησι, καὶ μωρολογία, καὶ εὐτραπελία μὴ ἐκπορευέσθω ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν. μήτε οὖν αὐτοὶ ταῦτα λέγωμεν, ἀλλὰ κἂν ἑτέρους ἴδωμεν ταῦτα λέγοντας, ἐπιστομίσωμεν, κατεξαναστῶμεν σφοδρῶς, ἐπίσχωμεν τὴν ἀναίσχυντον αὐτῶν γλῶτταν. εἴ τινα ἴδῃς, εἰπέ μοι, λήσταρχον κατατρέχοντα τὰς ὁδοὺς, τοῖς παριοῦσιν ἐφεδρεύοντα, τὰ ἐκ τῶν ἀγρῶν ἁρπάζοντα, εἰς σπήλαια καὶ καταδύσεις χρυσίον, καὶ ἀργύριον κατορύττοντα, B καὶ ἀγέλας ἀποκλείοντα πολλὰς ἐκεῖ, καὶ ἱμάτια καὶ ἀνδράποδα πολλὰ κεκτημένον ἐκ τῆς καταδρομῆς ἐκείνης· ἆρα αὐτὸν, εἰπέ μοι, μακαρίζεις διὰ τὸν πλοῦτον ἐκεῖνον, ἢ ταλανίζεις διὰ τὴν μέλλουσαν αὐτὸν διαδέχεσθαι δίκην; καίτοι οὔπω συνείληπται, οὐδὲ εἰς χεῖρας τοῦ δικαστοῦ παραδέδοται, οὐδὲ εἰς δεσμωτήριον ἐνέπεσεν, οὐδὲ κατήγορον ἔσχεν, οὐδὲ ὑπὸ ψῆφον ἐλήλυθεν, ἀλλὰ τρυφᾷ, μεθύει, εὐπορίας ἀπολαύει πολλῆς. ἀλλ' ὅμως οὐ διὰ τὰ παρόντα καὶ τὰ ὁρώμενα αὐτὸν μακαρίζομεν, ἀλλὰ διὰ τὰ μέλλοντα καὶ προσδοκώμενα ταλανίζομεν. τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν πλουτούντων καὶ πλεονεκτούντων λόγισαι. λῃσταί C τινές εἰσιν ὁδοῖς ἐφεδρεύοντες, τὰ τῶν παριόντων ἁρπάζοντες, ὥσπερ ἐν σπηλαίοις καὶ καταδύσεσι, τοῖς ἑαυτῶν θαλάμοις κατορύττοντες τὰς ἑτέρων περιουσίας. μὴ τοίνυν μακαρίζωμεν αὐτοὺς διὰ τὰ παρόντα, ἀλλὰ ταλανίζωμεν διὰ τὰ μέλλοντα, διὰ τὸ φοβερὸν ἐκεῖνο δικαστήριον, διὰ τὰς ἀπαραιτήτους εὐθύνας, διὰ τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, ὃ μέλλει αὐτοὺς ὑποδέχεσθαι. καίτοι οἱ μὲν λῃσταὶ πολλάκις ἐξέφυγον ἀνθρώπων χεῖρας. ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτο εἰδότες, καὶ ἑαυτοῖς, καὶ ἐχθροῖς ἀπευξάμεθα ἂν τὸν ἐκείνων βίον, καὶ τὴν εὐπορίαν τὴν ἐπάρατον. ἐπὶ δὲ τοῦ θεοῦ οὐκ ἔστι τοῦτο εἰπεῖν. οὐδεὶς γὰρ αὐτοῦ D διαφεύξεται τὴν ψῆφον, ἀλλὰ πάντες πάντως οἱ ἐν πλεονεξίαις καὶ ἁρπαγαῖς ζῶντες τὴν παρ' αὐτοῦ δίκην ἐπισπάσονται τὴν ἀθάνατον ἐκείνην καὶ τέλος οὐκ ἔχουσαν, καθάπερ οὖν καὶ ὁ πλούσιος ἐκεῖνος. ἅπερ οὖν ἅπαντα παρ' ἑαυτοῖς συλλέγοντες, ἀγαπητοὶ, μὴ τοὺς ἐν πλούτῳ, ἀλλὰ τοὺς ἐν ἀρετῇ ζῶντας μακαρίζωμεν· μὴ τοὺς ἐν πενίᾳ, ἀλλὰ τοὺς ἐν κακίᾳ ταλανίζωμεν· μὴ τὰ παρόντα βλέπωμεν, ἀλλὰ τὰ μέλλοντα σκοπῶμεν. μὴ τὴν ἔξωθεν περιβολὴν, ἀλλὰ τὸ ἑκάστου συνειδὸς ἐξετάζωμεν, καὶ τὴν ἐκ τῶν κατορθωμάτων ἀρετὴν καὶ χαρὰν E διώκοντες, ζηλώσωμεν τὸν Λάζαρον καὶ πλούσιοι καὶ πένητες. οὐ γὰρ ἕνα καὶ δύο καὶ τρεῖς μόνον [illegible], ἀλλὰ πλείστους ἄθλους ἀρετῆς ὑπέμενε, τὴν πενίαν λέγω, τὴν ἀρρωστίαν, τὴν ἐρημίαν τῶν προστησομένων, τὸ ἐν οἰκίᾳ δυναμένῃ τὰ τοιαῦτα σβέσαι κακὰ ἅπαντα ὑπομεῖναι ἐκεῖνα, καὶ μηδενὸς εἰς παραμυθίας λόγον ἀξιοῦσθαι· τὸ τρυφῆς τοσαύτης ἀπολαύοντα τὸν ὑπερορῶντα ὁρᾶν, καὶ οὐ τρυφῆς ἀπολαύοντα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν πονηρίᾳ ζῶντα, καὶ μηδὲν

A *si accesseris ad serviendum Domino, præpara animam tuam ad tentationem, dirige cor tuum ac persevera.* Ejiciamus igitur, dilectissimi, istas supervacuas opiniones, vulgariaque istiusmodi dicta. *Turpitudo* enim, inquit, *ac stultiloquium & scurrilitas ne prodeant ex ore vestro.* Nec ipsi talia loquamur: & si alios videamus talia loquentes, obturemus illis os, contra insurgamus acriter, cohibeamus eorum impudentem linguam. Age si quem vidisses latrocinii principem grassantem per vias, prætereuntibus insidiantem, ea quæ sunt in agris rapientem, in speluncas ac foveas subterraneas aurum & argentum B defodientem, ac illic multa recludentem armenta, vestes ac mancipia multa ex incursionibus illis possidentem, age dic mihi, num illum beatum diceres propter divitias illas, an potius miserum prædicares, propter supplicium illi venturum? Atqui nondum comprehensus est, neque in manus judicis traditus, nec in carcerem conjectus, neque accusatorem habuit, neque in judicium venit, sed deliciis indulget, inebriatur, multaque rerum fruitur affluentia. Attamen non propter præsentia, quæque videntur, judicamus illum beatum: sed propter futura, quæque imminent, illum mise- C rum prædicamus. Hoc item & de divitibus & de avaris cogita. Latrones quipiam sunt, vias obsidentes, res prætereuntium rapientes, velut in speluncis ac foveis subterraneis, aliorum facultates in suis cubiculis defodientes. Ne igitur beatos dicamus illos propter præsentia, sed miseros propter futura, propter formidandum illud judicium, propter inevitabiles pœnas, propter tenebras exteriores, quæ ipsos excepturæ sunt. Nam latrones quidem frequenter ex hominum manibus elapsi sunt, nihilominus cum hoc sciamus, & a nobis ipsis deprecamur, & hostibus imprecamur istorum vitam, una D cum exsecrabili rerum copia. Atqui sub Deo non licet istud dicere. Nullus enim illius effugiet sententiam, sed omnes omnino, qui cum fraudibus & rapinis vivunt, Dei vindictam sibi accersunt illam immortalem fineque carentem, quemadmodum & dives ille. Quæ quidem omnia apud nos ipsos conferentes, dilectissimi, ne beatos judicemus qui divitiis, sed qui virtute præditi sunt: neque miseros dicamus, qui degunt in paupertate, sed qui cum improbitate: ne præsentia respiciamus, sed futura prospiciamus: ne externum amictum, sed cujusque conscientiam examinemus, sectantesque virtutem ac voluptatem quæ ex recte factis proficiscitur, E Lazarum imitemur, divites simul ac pauperes. Non enim unum tantum aut duo, triave virtutis certamina sustinuit: verum & multo plura, paupertatem, adversam valetudinem, solitudinem ac destitutionem ab iis qui curam illius gerere debebant: deinde quod hæc omnia patiebatur in domo, quæ poterat hæc mala depellere, neque eum ullo solatio quisquam dignabatur; quod videret illum, a quo despiciebatur, tantis frui deliciis, neque deliciis modo frui, verumetiam cum improbe viveret, nihil tamen grave

Ephes. 5. 4.

Dives iniquus latro.

perpeti: præterea quod non haberet alterum Lazarum ad quem respiceret: præterea quod de resurrectione nihil posset philosophari: ad hæc quod super hæc quæ diximus mala, ex calamitatibus illis a vulgo malam ferret opinionem; quod non biduum triduumve, sed per omnem vitam, & seipsum videret in ejusmodi calamitatibus, & divitem in diverso rerum statu. Quomodo igitur erimus excusandi, si cum hic cunctas afflictiones simul conglomeratas tanta pertulerit animi fortitudine, nos ne dimidium quidem horum tulerimus? Non enim potes, non potes inquam, alium quemquam commemorare, qui talia tantaque perpessus sit mala. Eamque ob rem Christus hunc potissimum exempli causa proposuit in medium: ut si quando in res tristes inciderimus, considerantes quanto ille intervallo nos superarit, ex illius philosophia, satis magnum solatium molestiæque lenimen capiamus. Communis enim orbis doctor ille propositus est, rem quamcumque molestam patientibus, qui se conspiciendum præbet omnibus, hosque omnes superans afflictionum magnitudine. Pro his igitur omnibus gratias agentes benigno Deo, reportemus ex hac narratione fructum & utilitatem: continenter hunc & in consessibus, & in ædibus, & in foro, denique in omni loco circumferentes, summoque studio divitias omnes, quas habet hæc parabola, percipientes: quo simul & præsentia citra molestiam mala transcurramus, & futurorum bonorum compotes evadamus: quæ nobis omnibus contingat assequi gratia benignitateque domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre & Spiritu sancto gloria, honor, adoratio, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

a Alii, ἔχειν ἐπίληψιν.

A πάσχοντα δεινόν· ὃ καὶ μὴ πρὸς Λάζαρον ἕτερον εἶχεν ἰδεῖν, ὃ μηδὲν περὶ ἀναστάσεως δύνασθαι φιλοσοφεῖν· ὃ μετὰ τῶν εἰρημένων κακῶν καὶ πονηρὰν παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀπὸ τῶν συμφορῶν ἐκείνων [a] λαμβάνειν ὑπόληψιν, ὃ μὴ μέχρι δύο καὶ τριῶν ἡμερῶν, ἀλλὰ διὰ παντὸς τοῦ βίου, καὶ ἑαυτὸν ἐν τούτοις, καὶ τὸν πλούσιον ἐν τοῖς ἐναντίοις ὁρᾶν. τίνα οὖν ἕξομεν ἀπολογίαν, εἰ τούτου πάντα ὁμοῦ τὰ δεινὰ μετὰ τοσαύτης φέροντος ἀνδρείας, ἡμεῖς μηδὲ τὰ ἡμίση τούτων οἴσομεν; οὐ γὰρ ἔχεις, οὐκ B ἔχεις δεῖξαι, οὐδὲ εἰπεῖν ἄλλον τινὰ τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα πεπονθότα κακά. διὰ γὰρ τοῦτο αὐτὸν καὶ εἰς μέσον προὔθηκεν ὁ Χριστὸς, ἵνα ὅπουπερ ἂν ἐμπέσωμεν τῶν δεινῶν, ὁρῶντες παρὰ τούτῳ τὴν ὑπερβολὴν οὖσαν τῶν θλίψεων, ἱκανὴν ἐκ τῆς ἐκείνου φιλοσοφίας καὶ ὑπομονῆς ἀναλάβωμεν παράκλησιν καὶ παραμυθίαν· κοινὸς γὰρ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος πρόκειται τοῖς ὁτιοῦν πάσχουσι δεινὸν, πρὸς αὐτὸν παρέχων πᾶσιν ὁρᾶν, καὶ πάντας αὐτοὺς νικῶν τῇ τῶν οἰκείων κακῶν ὑπερβολῇ. ὑπὲρ δὴ τούτων ἁπάντων εὐχαριστήσαντες τῷ φιλανθρώπῳ θεῷ, C καρπωσώμεθα τὴν ἐκ τοῦ διηγήματος ὠφέλειαν, συνεχῶς αὐτὸν καὶ ἐν συνεδρίοις, καὶ ἐν οἰκίᾳ, καὶ ἐν ἀγορᾷ, καὶ πανταχοῦ περιφέροντες, καὶ μετὰ ἀκριβείας ἅπαντα τὸν ἐκ τῆς παραβολῆς ταύτης καταμανθάνοντες πλοῦτον· ἵνα καὶ τὰ παρόντα ἀλύπως παραδράμωμεν δεινὰ, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξιωθῆναι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, τιμὴ, προσκύνησις νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

DE LAZARO CONCIO SECUNDA: & quod animæ morte violenta decedentium, non fiunt dæmones: deque judicio & eleemosyna.

1. ADMIRATUS sum caritatem vestram, cum nuper de Lazaro verba facerem, quod & pauperis illius tolerantiam laudastis, & divitis immanitatem inhumanitatemque detestati estis. Nam ista non vulgaria sunt bonæ mentis argumenta. Etenim quamvis non sectemur virtutem, si laudemus tamen virtutem, omnino poterimus ad illam pertingere. Similiter autem, etiamsi non fugiamus malitiam, si tamen vituperemus malitiam, sine dubio poterimus illam effugere. Quoniam igitur multa cum animi benevolentia sermones illos excepistis, age quæ restant etiam vobis persolvamus. Vidistis illum in vestibulo divitis, videte eumdem hodie in sinu Abrahæ: vidistis illum cum a canibus circumlingeretur, videte eumdem ab Angelis stipatum: vidistis illum tum in paupertate, videte nunc eumdem in deliciis: vidistis illum in fame, videte in multa rerum affluentia: vidistis illum certantem, videte

Primus ad virtutem gradus, est alienæ virtuti applaudere.

D ΕΙΣ ΤΟΝ ΛΑΖΑΡΟΝ ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ, καὶ ὅτι αἱ ψυχαὶ τῶν βιοθανάτων οὐ γίνονται δαίμονες, καὶ περὶ κρίσεως καὶ ἐλεημοσύνης.

ΕΘΑΥΜΑΣΑ τὴν ἀγάπην ὑμῶν, ὅτε τὸν περὶ τοῦ Λαζάρου πρώην ἐκίνησα λόγον, ὅτι καὶ τὴν ὑπομονὴν τοῦ πένητος ἀπεδέξασθε, καὶ τὴν ὠμότητα καὶ ἀπανθρωπίαν τοῦ πλουτοῦντος ἀπεστράφητε. οὐ μικρὰ δὲ ταῦτα καλοκἀγαθίας δείγματα. κἂν γὰρ μὴ μετιῶμεν ἀρετὴν, ἐπαινῶμεν δὲ ἀρετὴν, δυνησό- E μεθα πάντως αὐτὴν μετελθεῖν. κἂν μὴ φεύγωμεν κακίαν, ἀλλὰ ψέγωμεν κακίαν, δυνησόμεθα πάντως αὐτὴν ἐκφυγεῖν. ἐπεὶ οὖν μετὰ πολλῆς εὐνοίας ἐκείνους ὑπεδέξασθε τοὺς λόγους, φέρε, καὶ τὰ λειπόμενα ὑμῖν ἀποδώσωμεν. εἴδετε αὐτὸν ἐν τῷ πυλῶνι τοῦ πλουσίου τότε, βλέπετε αὐτὸν σήμερον ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Ἀβραάμ. εἴδετε αὐτὸν ὑπὸ κυνῶν περιλειχόμενον, βλέπετε αὐτὸν ὑπὸ ἀγγέλων δορυφορούμενον· εἴδετε αὐτὸν ἐν πενίᾳ τότε, βλέπετε ἐν τρυφῇ νῦν· εἴδετε ἐν λιμῷ, βλέπετε ἐν ἀφθονίᾳ πολλῇ. εἴδετε ἀγωνιζόμενον, βλέ-

Collata cum Codicibus MSS. Regiis 1819. 1960. 1963. | Colbertinis 49. 364. In titulo tres MSS. habent βιαιοθανάτων.

έπετε στεφανούμενον· εἴδετε τοὺς πόνους, βλέπετε τὰς ἀμοιβὰς καὶ πλούσιοι καὶ πένητες· πλούσιοι μὲν, ἵνα μὴ μέγα εἶναι νομίζητε τὸν πλοῦτον χωρὶς ἀρετῆς· πένητες δὲ, ἵνα μηδὲν κακὸν νομίζητε εἶναι τὴν πενίαν. ἑκατέροις δὲ διδάσκαλος οὗτος ἕστηκεν. εἰ γὰρ ἐν πενίᾳ ἐκεῖνος ὢν οὐκ ἀπεδυσπέτησε, τίνα ἕξουσι συγγνώμην οἱ ἐν πλούτῳ τοῦτο ποιοῦντες; εἰ ἐν λιμῷ καὶ τοσούτοις κακοῖς ὢν εὐχαρίστησε, ποίαν ἕξουσιν ἀπολογίαν οἱ μετ' ἀφθονίας μὴ βουλόμενοι πρὸς τὴν αὐτὴν ἐλθεῖν ἀρετήν; πάλιν οἱ πένητες οἱ διὰ τὴν πτωχείαν ἀγανακτοῦντες καὶ [a] δυσχεραίνοντες, τίνα ἕξουσι συγγνώμην, ὅταν οὗτος ἐν λιμῷ καὶ πενίᾳ καὶ ἐρημίᾳ καὶ ἀρρωστίᾳ διηνεκεῖ ζῶν ἐν οἰκίᾳ πλουτοῦντος, καὶ παρὰ πάντων ὑπερορώμενος, καὶ πρὸς ἕτερον τὰ αὐτὰ αὐτῷ πεπονθότα ἰδεῖν οὐκ ἔχων, οὕτω φαίνηται φιλοσοφῶν; ἀπὸ τούτου μάθωμεν, μὴ τοὺς πλουτοῦντας μακαρίζειν, μηδὲ τοὺς πενομένους ταλανίζειν. μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, οὐδὲ πλούσιός ἐστιν ἐκεῖνος ὁ πολλὰ περιβεβλημένος, ἀλλ' ὁ μὴ πολλῶν δεόμενος. οὐδὲ πένης ἐστὶν ἐκεῖνος ὁ μηδὲν κεκτημένος, ἀλλ' ὁ πολλῶν ἐφιέμενος· καὶ τοῦτο ὅρον πενίας καὶ πλούτου δεῖ νομίζειν εἶναι. ἂν τοίνυν ἴδῃς τινὰ πολλῶν ἐφιέμενον, πάντων αὐτὸν πενέστερον εἶναι νόμιζε, κἂν τὰ πάντων ᾖ κεκτημένος χρήματα. ἂν δὲ πάλιν ἴδῃς τινὰ μὴ πολλῶν δεόμενον, πάντων αὐτὸν εὐπορώτερον εἶναι ψήφιζε, κἂν μηδὲν κεκτημένος ᾖ. τῇ γὰρ διαθέσει τῆς γνώμης, οὐ τῷ μέτρῳ τῆς οὐσίας, τὰς πενίας καὶ εὐπορίας κρίνειν εἰώθαμεν. ὥσπερ οὖν τὸν διηνεκῶς διψῶντα οὐκ ἂν εἴποιμεν ὑγιαίνειν, κἂν ἀφθονίας ἀπολαύῃ, κἂν παρὰ ποταμοὺς καὶ πηγὰς κατακέηται· τί γὰρ ὄφελος τῆς τῶν ὑδάτων δαψιλείας ἐκείνης, ὅταν τὸ πάθος ἄσβεστον μένῃ; οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν πλουτούντων ποιῶμεν· τοὺς ἐπιθυμοῦντας ἀεὶ καὶ διψῶντας τῶν ἀλλοτρίων, μηδέποτε νομίζωμεν ὑγιαίνειν, μηδὲ ἀφθονίας ἀπολαύειν τινός. ὁ γὰρ τὴν ἑαυτοῦ στῆσαι μὴ δυνάμενος ἐπιθυμίαν, κἂν τὰ πάντων περιβέβληται, πῶς οὗτος ἔσται ἐν εὐπορίᾳ ποτέ; τοὺς μέντοι τοῖς οἰκείοις ἀρκουμένους, καὶ στέργοντας τὰ ἑαυτῶν, καὶ μὴ περισκοπουμένους τὰς ἀλλοτρίας οὐσίας, κἂν ἁπάντων ὦσιν ἀπορώτεροι, πάντων εὐπορωτέρους εἶναι χρὴ νομίζειν. ὁ γὰρ μὴ δεόμενος τῶν ἀλλοτρίων, ἀλλ' [b] ἐν αὐταρκείᾳ ἀγαπῶν εἶναι, πάντων ἐστὶν εὐπορώτερος. ἀλλ' εἰ δοκεῖ, ἐπὶ τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν ἐπανέλθωμεν. ἐγένετο, φησὶν, ἀποθανεῖν τὸν Λάζαρον, καὶ ἀπενεχθῆναι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων. ἐνταῦθα πονηρὸν νόσημα τῆς ὑμετέρας ἐξελεῖν βούλομαι ψυχῆς. οἱ γὰρ πολλοὶ τῶν ἀφελεστέρων νομίζουσι τὰς ψυχὰς τῶν βιαίῳ θανάτῳ τελευτώντων δαίμονας γίνεσθαι. οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο, οὐκ ἔστιν. οὐ γὰρ αἱ ψυχαὶ τῶν βιοθανατούντων δαίμονες γίνονται, ἀλλ' αἱ ψυχαὶ τῶν ἐν ἁμαρτήμασι ζώντων. οὐ τῆς οὐσίας αὐτῶν μεταβαλλομένης, ἀλλὰ τῆς προαιρέσεως αὐτῶν τὴν ἐκείνων μιμουμένης κακίαν. τοῦτο γοῦν καὶ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους δηλῶν ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· ὑμεῖς τοῦ διαβόλου υἱοί ἐστε·

[a] Savil. in marg. δυσανασχετοῦντες.

A coronatum: vidiſtis labores, videte præmium, quotquot eſtis vel divites, vel pauperes: divites quidem, ne putetis divitias aliquid eſſe magni, ſi deſit virtus; pauperes vero, ne judicetis paupertatem ullum eſſe malum: utriſque vero communiter ſtat hic præceptor. Etenim ſi hic in paupertate non indignatus eſt, quam veniam merentur, qui id faciunt in divitiis? Si hic in fame tantiſque malis degens gratias egit, quid excuſationis afferent, qui rebus affluentibus non ad eamdem volunt pervenire virtutem? Rurſus pauperes, qui indigne moleſteque ferunt egeſtatem, quam impetrabunt veniam, cum hic in fame penuriaque, ſolitudine & adverſa valetudine vitam aſſidue trahens in ædi- B bus divitis, & ab omnibus deſpectus, ad hæc non habens alium ad quem eadem perpeſſum reſpiceret, ſic appareat philoſophatus? Ab hoc diſcamus non pro beatis habere divites, neque pro miſeris habere pauperes. Imo ſi verum fateri licet, ne dives quidem ille eſt, qui multis opibus circumvallatus eſt ſed qui non eget multis: nec is pauper eſt, qui nihil poſſidet, ſed qui multa concupiſcit: diſcite hunc eſſe finem paupertatis & opulentiæ. Si quem videris multa concupiſcentem, exiſtimato illum omnium eſſe pauperrimum, etiam ſi poſſideat omnium opes. C Rurſum ſi quem videris non multis egentem, illum omnibus opulentiorem eſſe ducito, etiamſi nihil poſſideat. Nam mentis affectu, non facultatum modo, paupertatem & opulentiam æſtimare conſuevimus. Quemadmodum igitur eum, qui perpetuo ſitit, non dixerimus recte valere, etiam ſi copia rerum affluat, etiam ſi juxta fluvios ac fontes accumbat: quid enim prodeſt illa aquarum copia, cum affectio maneat inexſtincta? Itidem & in divitibus faciamus, eos qui perpetuo concupiſcunt, ſitiuntque aliena, ne putemus umquam eſſe ſanos, nec ulla frui re- D rum copia. Etenim qui ſuam ipſius concupiſcentiam non poteſt ſiſtere, etiamſi cunctorum opibus vallatus ſit, quomodo futurus eſt is umquam in divitiis? Eos vero qui quod habent ſatis eſſe ducunt, quique ſua ſorte contenti ſunt, nec alienas circumſpectant facultates: etiamſi fuerint omnium egentiſſimi, omnium opulentiſſimos ducere oportet. Nam qui non indiget alienis, ſed putat ſibi ſatis eſſe quod habet, omnium eſt opulentiſſimus. Sed agedum ſi placet, ad propoſitam materiam revertamur. *Accidit*, inquit, *ut E moreretur Lazarus, ac deportaretur ab Angelis.* Hic malum quemdam morbum cupio ex veſtris animis exigere. Sunt enim plerique ſimplices, qui putant animas violenta morte decedentium fieri dæmones. Non ita ſe res habet, non ita ſane. Neque enim animæ violenta morte decedentium fiunt dæmones, ſed animæ potius in peccatis viventium. Non quod mutetur illarum ſubſtantia, ſed quod ipſarum voluntas dæmonum pravitatem imitetur. Hoc & Chriſtus dixit Judæis, *Vos filii diaboli eſtis:* filios diaboli di-

Dives vere quis.

Luc. 16. 22.

Animas violenta morte decedentium non fieri dæmones.

Joan. 8. 44.

[b] Savil. in marg. & duo MSS. ἐν αὐταρκείᾳ νομίζων εἶναι.

cit, non quod in illius naturam essent transmutati, sed quoniam illius opera faciebant. Idcirco etiam subjicit: *Nam desideria patris* Luc. 3. 7. *vestri vultis facere.* Rursus Joannes: *Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere a ventura ira? Facite igitur fructum dignum pœnitentiæ, ac ne velitis dicere: Patrem habemus Abraham.* Etenim eas leges agnoscit propinquitatis Scriptura, ut non qui natura conjuncti sunt, sed qui virtute malitiave propinqui sunt, soleat appellare cognatos. Et cujuscumque mores aliquis expresserit, hujus & filium & fratrem illum esse dicit Scriptura.

2. At cujus rei gratia diabolus istam perversam opinionem invexit? Conatus est Martyrum defodere & obruere gloriam. Etenim cum illi morte violenta decesserint, cupiens pravam de illis gignere suspicionem, hoc fecit: verum non potuit: perseverant enim Martyres, proprium obtinentes splendorem. Quin aliud multo crudelius perpetravit, maleficis ipsisque inservientibus per has opiniones persuasis, ut tenera multorum adolescentum corpora trucidarent, sperantes futurum, ut fierent dæmones, rursusque ipsis inservirent. Verum non sunt ista vera, non sunt inquam. Quid igitur est quod dæmones dicunt, Monachi illius sum anima? Sane propter hoc ipsum non credo, quia dæmones dicunt: decipiunt enim auditores. Dæmon nec vera dicens audiendus est. Quapropter & Paulus ipsis tametsi vera dicentibus imposuit silentium, ne ex veris nacti occasionem, post admiscerent mendacia, fidemque sibi conciliarent. Cum enim dixis- Act. 16. 17. sent, *Isti homines servi Dei altissimi sunt, annunciantes vobis viam salutis*, dolens Apostolus increpavit Pythonem, atque exire jussit. Et tamen quid mali dicebant? *isti homines servi Dei altissimi sunt:* sed quoniam plerique simpliciores non norunt semper dijudicare quæ a dæmonibus dicuntur, semel eos exclusit a fide. Ex infamium numero es, inquit, non est tuum libere loqui, tace, obmutesce: non est tuum prædicare, apostolorum ista est auctoritas. Quid usurpas quod tuum non est? Sile, infamis es. Sic & Chri- Marc. 3. & Luc. 4. 34. stus dicentes ipsi dæmones, *Novimus te qui sis*, increpavit multa cum acrimonia: nobis legem præscribens, ne quo pacto dæmoni fidamus, etiamsi tibi aliquid veri dixerit. His igitur cognitis, ne prorsus credamus dæmoni: imo etiam si quid veri loquatur, fugiamus eum & aversemur. Nam sana dogmata salutiferaque non a dæmonibus, sed ex divina Scriptura licet exacte discere. Ut igitur cognoscatis non posse fieri, ut anima corpore egressa veniat sub tyrannidem dæmonum, Rom. 6. 7. audi quid dicit Paulus: *Qui enim mortuus est, justificatus est a peccato*, hoc est non amplius peccat. Nam si animæ in corpore manenti diabolus non potest inferre vim, perspicuum est quod nec egressæ. Quomodo igitur, inquis, peccant, si vim non patiuntur? Volentes sponteque ac seipsas injuria affi-

A υἱοὺς δὲ διαβόλου αὐτοὺς εἶπεν, οὐκ ἐπειδὴ εἰς τὴν οὐσίαν τὴν ἐκείνου μετέπεσον, ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ ἔργα ἐκείνου ἐποίουν. διὸ καὶ προστίθησι· τὰς γὰρ ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν. Καὶ πάλιν ὁ Ἰωάννης· γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; ποιήσατε οὖν καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας, καὶ μὴ δόξητε λέγειν, πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ. συγγενείας γὰρ νόμους, οὐ τοὺς ἀπὸ τῆς φύσεως, ἀλλὰ τοὺς ἀπὸ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς κακίας οἶδεν ἡ γραφὴ καλεῖν· καὶ ὧν ἄν τις ὁμότροπος γένηται, τοῦτον καὶ υἱὸν καὶ ἀδελφὸν εἶναί φησιν ἡ γραφή.

B Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν ὁ διάβολος τὸ πονηρὸν δόγμα τοῦτο εἰσήγαγε; τὴν τῶν μαρτύρων ἐπεχείρησε διορύξαι δόξαν. ἐπειδὴ γὰρ βιαίῳ θανάτῳ τελευτῶσιν ἐκεῖνοι, βουλόμενος αὐτῶν κατασκεδάσαι πονηρὰν ὑπόληψιν, τοῦτο ἐποίησεν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἴσχυσε· μένουσι γὰρ τὴν οἰκείαν ἔχοντες λαμπρότητα. ἕτερον δὲ χαλεπώτερον κατειργάσατο, τοὺς γόητας τοὺς ὑπηρετουμένους αὐτῷ διὰ τούτων πείσας τῶν δογμάτων, πολλῶν νέων ἁπαλῶν σώματα κατασφάττειν ἐλπίδι τοῦ δαίμονας ἔσεσθαι, καὶ πάλιν αὐτοῖς ὑπηρετεῖν. ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι. τί οὖν, ὅτι οἱ δαίμονες λέγουσι, τοῦ μοναχοῦ τοῦ δεῖνος C ἡ ψυχή εἰμι, φησί. διὰ γὰρ τοῦτο οὐ πιστεύω, ἐπειδὴ δαίμονες λέγουσιν· ἀπατῶσι γὰρ τοὺς ἀκούοντας. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος καίτοιγε ἀληθεύοντας ἐπεστόμισεν αὐτούς, ἵνα μὴ πρόφασιν λαβόντες, τοῖς ἀληθέσι καὶ ψεῦδη πάλιν ἀναμίξωσι, καὶ ἀξιόπιστοι γένωνται. ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγον, οὗτοι οἱ ἄνθρωποι δοῦλοι τοῦ θεοῦ [a] τοῦ ὑψίστου εἰσὶ, καταγγέλλοντες ὑμῖν ὁδὸν σωτηρίας, διαπονηθεὶς τῷ πνεύματι, ἐπετίμησε τῷ Πύθωνι, καὶ ἐξελθεῖν ἐκέλευσε. καίτοιγε τί πονηρὸν ἔλεγον; οὗτοι οἱ ἄνθρωποι δοῦλοι τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου εἰσίν. ἀλλ' ἐπειδὴ πολλοὶ τῶν ἀφελεστέρων ἀεὶ διακρίνειν οὐκ ἴσασι τὰ παρὰ τῶν δαιμόνων λεγόμενα, καθάπαξ αὐτοῖς ἀπέκλεισε τὸ πιστεύε- D σθαι. τῶν ἠτιμωμένων εἶ, ἀπαρρησίαστος εἶ, σιώπα, πεφίμωσο. οὐκ ἔστι σὸν τὸ κηρύττειν, ἀποστόλων ἐστὶ τοῦτο τὸ ἀξίωμα. τί ἁρπάζεις τὸ μὴ σόν; σίγα, ἠτίμωσαι. οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησε· λέγουσιν αὐτῷ τοῖς δαίμοσιν, οἴδαμέν σε τίς εἶ, ἐπετίμησεν αὐτοῖς μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος, [b] διδάσκων ἡμᾶς μηδαμοῦ δαίμονι πείθεσθαι, μηδὲ ἄν σοι ὑγιές τι λέγῃ. ἅπερ δὴ καὶ μαθόντες μὴ πειθώμεθα δαίμονι καθόλου· ἀλλὰ κἂν ἀληθές τι φθέγγηται, φεύγωμεν αὐτὸν καὶ ἀποστρεφώμεθα. τὰ γὰρ ὑγιῆ δόγματα E καὶ σωτήρια οὐ παρὰ δαιμόνων, ἀλλὰ παρὰ τῆς θείας γραφῆς ἔστι μετ' ἀκριβείας μαθεῖν. ὅτι γὰρ οὐκ ἔστι ψυχὴν τοῦ σώματος ἐξελθοῦσαν ὑπὸ τὴν τῶν δαιμόνων γενέσθαι τυραννίδα, ἄκουσον τί φησιν ὁ Παῦλος. ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, τουτέστιν, οὐκ ἔτι ἁμαρτάνει. εἰ γὰρ ἐν τῷ σώματι οἰκούσῃ τῇ ψυχῇ βίαν ἐπαγαγεῖν οὐ δυνήσεται ὁ διάβολος, εὔδηλον ὅτι οὐδὲ ἀπελθούσῃ. πῶς οὖν ἁμαρτάνουσι, φησιν, εἰ μὴ βίαν πάσχουσιν; ἑκοῦσαι καὶ βουλόμεναι, καὶ ἑαυτὰς ἐκδιδοῦσαι

a Tres MSS. ὑψίστου εἰσὶ, καταγγέλλοντες ἡμῖν ὁδὸν σωτηρίας, διαπονηθεὶς τῷ πνεύματι ἐπετίμησε τῷ Πύθωνι, καὶ ἐξελθεῖν ἐκέλευσε, καίτοι τί πονηρὸν ἔλεγον· οὗτοι οἱ ἄνθρωποι δοῦλοι τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου εἰσὶν, ἀλλ' ἐπειδὴ πολλοὶ τῶν. Hæc vero deerant in Morel.

b Alii, νομοθετῶν ἡμῖν.

οὐκ

οὐκ ἀναγκαζόμεναι, οὐδὲ τυραννούμεναι. καὶ τοῦτο ἐδήλωσαν ἅπαντες οἱ περιγενόμενοι τῶν ἐκείνου μηχανημάτων. τὸν γοῦν Ἰὼβ μυρία κυκήσας οὐκ ἴσχυσε πεῖσαι βλάσφημόν τι ῥῆμα ἐξενεγκεῖν. ὅθεν δῆλον, ὅτι καὶ τοῦ πείθεσθαι, καὶ τοῦ μὴ πείθεσθαι ταῖς ἐκείνου συμβουλαῖς ἡμεῖς ἐσμεν κύριοι, καὶ ἀνάγκην οὐδεμίαν, οὐδὲ τυραννίδα ὑφιστάμεθα παρ' ἐκείνου. οὐκ ἐκ τῶν εἰρημένων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς προκειμένης παραβολῆς εὔδηλον, ὅτι τοῦ σώματος αἱ ψυχαὶ ἐξελθοῦσαι, οὐκ ἔτι ἐνταῦθα διατρίβουσιν, ἀλλ' εὐθέως ἀπάγονται. καὶ ἄκουε πῶς. ἐγένετο γὰρ αὐτὸν, φησὶν, ἀποθανεῖν, καὶ ἀπενεχθῆναι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων. οὐχ αἱ τῶν δικαίων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν πονηρίᾳ ζώντων ἀπάγονται ἐκεῖ αἱ ψυχαί. καὶ τοῦτο δὲ πάλιν ἐξ ἑτέρου πλουσίου δῆλον. ἐπειδὴ γὰρ εὐφόρησεν ἡ χώρα αὐτοῦ, εἶπεν ἐν ἑαυτῷ· τί ποιήσω; καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, καὶ μείζονας οἰκοδομήσω. οὐδὲν ἀθλιώτερον τῆς τοιαύτης γνώμης. ὄντως καθεῖλεν αὐτοῦ τὰς ἀποθήκας· ἀποθῆκαι γὰρ ἄσυλοι, οὐχ οἱ τοῖχοι, ἀλλ' αἱ τῶν πενήτων εἰσὶ γαστέρες· ὁ δὲ ἐκείνας ἀφεὶς, περὶ τοίχους ἠσχολεῖτο. τί οὖν φησι πρὸς αὐτὸν ὁ Θεός; ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἀπαιτοῦσι τὴν ψυχήν σου ἀπὸ σοῦ. ὅρα· ἐνταῦθά φησιν ἀπενεχθῆναι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων, ἐκεῖ ἀπαιτοῦσι· καὶ τὸν μὲν ὡς δεσμώτην ἐξῆγον, τὸν δὲ ὡς στεφανίτην ἐδορυφόρουν. καὶ καθάπερ ἐν τῷ σκάμματι πολλά τινα τραύματα λαβόντα καὶ αἵματι καταῤῥαντισμένον, εἶτα τὴν κεφαλὴν ἀναδησάμενον οἱ περὶ τοῦ σκάμματος ἑστῶτες ὑποδεξάμενοι μετὰ πολλῆς τῆς εὐφημίας οἴκαδε ἄγουσι κροτοῦντες, εὐφημοῦντες, θαυμάζοντες· οὕτω καὶ τὸν Λάζαρον ἄγγελοι τότε ἀπήγαγον, ἐκείνου δὲ τὴν ψυχὴν ἀπῄτουν φοβεραί τινες δυνάμεις, ἴσως ἀπεσταλμέναι ἐπὶ τοῦτο. οὐ γὰρ αὐτομάτως ἡ ψυχὴ πρὸς ἐκείνην ἀναχωρεῖ τὴν ζωήν· ἐπειδὴ μηδὲ δυνατόν. εἰ γὰρ πόλιν ἐκ πόλεως ἀμείβοντες, τοῦ χειραγωγοῦντος δεόμεθα· πολλῷ μᾶλλον ἡ ψυχὴ τῆς σαρκὸς ἀποῤῥαγεῖσα, καὶ πρὸς τὴν μέλλουσαν μεθισταμένη ζωὴν, τῶν ὁδηγούντων αὐτὴν δεήσεται. διὰ τοῦτο πολλάκις ἀναδύεται, καὶ πρὸς τὸ βάθος κάτω χωρεῖ, καὶ δέδοικε, καὶ φρίττει, μέλλουσα τῆς σαρκὸς ἀφίστασθαι. ἀεὶ μὲν γὰρ ἡμᾶς κεντεῖ τῶν ἁμαρτημάτων τὸ συνειδὸς, μάλιστα δὲ κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν, ὅταν μέλλωμεν ἐντεῦθεν ἀπάγεσθαι πρὸς τὰς εὐθύνας τὰς ἐκεῖ καὶ τὸ φοβερὸν δικαστήριον. τότε, εἴτε ἥρπασέ τις, εἴτε ἐπλεονέκτησεν, εἴτε τινὰ ἐπηρέασεν, εἴτε τινὸς γέγονεν ἐχθρὸς ἀδίκως, εἴτε ἄλλο ὁτιοῦν δεινὸν εἰργάσατο, ἅπας ὁ τῶν [a] ἁμαρτημάτων ἑσμὸς ἀνανεοῦται καὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἵσταται, καὶ τὴν διάνοιαν κεντεῖ. καὶ καθάπερ οἱ τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντες, ἀεὶ μὲν ἐν κατηφείᾳ καὶ ὀδύναις εἰσὶ, μάλιστα δὲ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, καθ' ἣν ἂν μέλλωσιν ἐξάγεσθαι, καὶ παρ' αὐτὰς τὰς τοῦ δικάζοντος ἄγεσθαι θύρας· καὶ πρὸ τῶν κιγκλίδων ἑστῶτες, καὶ τῆς τοῦ κρίνοντος φωνῆς ἔνδοθεν ἀκούοντες, ἀποπήγνυνται τῷ φόβῳ, καὶ τῶν νεκρῶν οὐδὲν ἄμεινον διάκεινται· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ μάλιστα μὲν καὶ ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τῆς ἁμαρτίας ὀδυνᾶται καὶ στενοχωρεῖται, πολλῷ δὲ πλέον ὅταν ἐντεῦθεν ἀποσπασθεῖσα ἀπάγεσθαι μέλλῃ.

[a] Tres MSS. ἁμαρτημάτων χορὸς ἀνα-

A cientes peccant, non coactæ neque tyrannide oppressæ: idque declarant omnes, qui superaverunt illius machinamenta. Veluti beatum Job, cum omnia miscuisset, non potuit tamen persuadere, ut aliquod verbum blasphemum proferret. Unde perspicuum est in nobis situm esse, ut vel obtemperemus, vel non obtemperemus illius consiliis, nec nos ullam necessitatem, neque tyrannidem pati ab illo. Non solum ex iis quæ dicta sunt, verum etiam ex hac parabola liquet, quod animæ corpus egressæ, non hic commorantur, sed protinus abducuntur. Et quomodo, audi. *Accidit* enim, inquit, *ut moreretur, ac deduceretur ab Angelis.* Non solum autem B justorum animæ, sed & eorum qui male vixerunt, illuc deducuntur: atque id rursum ex alio divite perspicuum est. Postquam enim uberem proventum produxissent agri ipsius, dicit sibi ipsi: *Quid faciam: Demoliar horrea mea, ac majora ædificabo.* Nihil hac mente infelicius. Vere demolitus est sua ipsius horrea: nam horrea quæ deprædari non possunt, non sunt muri, sed pauperum ventres, quibus ille neglectis solicitus erat de parietibus. Quid igitur dicit illi Deus? *Stulte, hac nocte repetent animam tuam abs te.* Hic inquit deductum fuisse ab Angelis, illic autem repetunt: & hunc quidem ceu vinctum educebant, illum vero ut coronam C gestantem stipabant. Et quemadmodum eum, qui prius in stadio multa vulnera accepit, ac sanguine conspersus est, post corona capiti addita, ii qui ante stadium stant, susceptum multa cum laude domum deducunt, applaudentes, bene ominantes, admirantes: sic & Angeli Lazarum tum deducebant, illius vero animam repetebant, metuendæ quædam virtutes fortassis ad hoc missæ: neque enim sua sponte anima ad illam secedit vitam, propterea quod hoc ne fieri quidem possit. Nam si civitatem civitate mutantes egemus deductoribus, multo magis anima a carne divulsa, & ad futuram transiens vitam, opus habebit viæ ducibus. Qua- D propter frequenter nunc emergit, nunc in profundum demergitur, metuitque, & horret cum est a carne discessura. Nam cum semper nos stimulat peccatorum conscientia, tum vero maxime illa hora, cum hinc sumus abducendi ad illa tribunalia, metuendumque judicium: tum enim sive quis rapuit, sive fraudavit, sive contumelia affecit, sive cuiquam præter causam inimicus factus est, sive aliud quodcumque facinus perpetravit: universus illic peccatorum cumulus renovatur, & oculis exhibetur, mentem- E que stimulat. Et quemadmodum qui tenentur in carcere, semper quidem dejecti mœrentesque sunt, maxime tamen sub illum diem quo sunt educendi, & ad ipsas judicis fores pertrahendi, ac pro cancellis fori stantes judicis vocem intus audiunt, exanimantur metu, nihiloque melius afficiuntur, quam mortui: sic & anima, maxime quidem in ipso peccati tempore cruciatur & angitur, multo tamen magis cum hinc avulsa abducenda est.

Job 2.
Liberum arbitrium.
Luc. 16. 22.
Luc. 12. 18.

3. Ergone tacetis, dum auditis? multo majorem vobis habeo gratiam pro silentio, quam pro plausibus: propterea quod plausus quidem ac laudes me faciunt splendidiorem, silentium vero hoc vos reddit modestiores. Novi quod hæc quæ dicuntur molesta sunt, verum multum lucri & inenarrabilem fructum afferunt. Dives ille si quem habuisset, qui ipsi talia monita dedisset, ac non potius adulatores omnia ad gratiam consulentes, atque ad delicias trahentes, nequaquam venisset ad illam gehennam, nequaquam supplicia passus esset intolerabilia, nequaquam inconsolabiliter eum postea pœnituisset. Verum quoniam omnes ad gratiam loquebantur, tradiderunt illum incendio. Utinam liceret hæc semper perpetuoque philosophari, ac de gehenna loqui. *In omnibus*, inquit, *dictis tuis memento novissima tua, & in æternum non peccabis.* Ac rursus: *Para ad exitum opera tua, & appara te ad viam.* Si quid cui rapuisti, redde, & dicito juxta Zacchæum: *Do quadruplum, si quid rapui.* Si quem calumniatus es, si cui factus es inimicus, reconciliare, priusquam veniatur ad judicium. Omnia hic dissolve, ut citra molestiam illud videas tribunal. Donec hic fuerimus; spes habemus præclaras: simul atque vero discesserimus illuc, non est postea in nobis situm pœnitere, neque commissa diluere. Quapropter oportet nos assidue præparari ad egressum hinc faciendum. Quid enim si Domino visum fuerit hoc vespere vocare nos? Quid si cras? Incertum enim quid futurum sit, ut perpetuo simus in certamine, & ad illam profectionem instructi, quemadmodum hic Lazarus semper erat in tolerantia patientiaque, quapropter tanto cum honore deductus est. Mortuus est autem dives, & sepultus est, nimirum anima illius in corpore, tamquam in monumento deffossa, ac sepulcrum circumferente nempe carnem. Non secus enim ille, quam si catena quadam, temulentia, ac ventris ingluvie vinctus esset, sic otiosam illam ac mortuam reddiderat. Ne leviter prætercurras, dilecte, illud, *sepultus est*. Hic mihi considera mensas argento circumtectas, lectos, tapetes, ornamenta, quæ tota in domo sunt omnia, unguenta, aromata, vini meri copiam, eduliorum varietates, ciborum delicias, coquos, adulatores, stipatores, famulos, ac reliquam universam pompam, strepitumque exstinctum, marcidumque factum. Omnia cinis, omnia favilla & pulvis, lamenta & luctus, nemine succurrente, neque semel egressam animam postea revocante. Tunc declarabatur quid possit aurum, quid possint copiosæ divitiæ. Siquidem ex tam frequenti famulitio nudus abductus est & solus, nihil ex tanta affluentia secum ferre valens, sed desertus, indefensus, ac neglectus: nullus eorum, qui prius eum colebant, qui auxiliabantur, aderat, erepturus a pœna ac supplicio, sed ab illis omnibus divulsus, solus interceptus est, ut illa non ferenda supplicia sustineret. Vere *omnis caro fœnum, & omnis*

Silentium mavult Chrysostomus quam plausus.

Eccli. 7. 38.

Prov. 24. 27.

Luc. 19. 8.

Pœnitentia sera post mortem.

Plato in Cratylo σῶμα quasi σῆμα.

Hesa. 40. 7

A Σιγᾶτε ταῦτα ἀκούοντες; πολλὴν ὑμῖν ἔχω χάριν τῆς σιγῆς ταύτης μᾶλλον, ἢ τῶν κρότων. οἱ μὲν γὰρ κρότοι καὶ οἱ ἔπαινοι λαμπρότερον ἐμὲ ποιοῦσιν, ἡ σιγὴ δὲ αὕτη σωφρονεστέρους ὑμᾶς ἐργάζεται. οἶδα ὅτι λυπεῖ τὰ λεγόμενα, ἀλλὰ πολὺ κέρδος ἔχει καὶ ἄφατον. ὁ πλούσιος ἐκεῖνος, εἴ τινα εἶχε τοιαῦτα αὐτῷ παραινοῦντα, ἀλλὰ μὴ κόλακας τοὺς πρὸς χάριν ἅπαντα συμβουλεύοντας, καὶ εἰς τρυφὴν ἕλκοντας, οὐκ ἂν εἰς τὴν γέενναν ἦλθεν ἐκείνην, οὐκ ἂν τὰς βασάνους ὑπέμεινε τὰς ἀφορήτους, οὐκ ἂν ἀπαρηγόρητα μετὰ ταῦτα μετενόησεν· ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ πρὸς χάριν ἅπαντες διελέγοντο, παρέδωκαν αὐτὸν τῷ B πυρί. εἴθε ἦν ἀεὶ καὶ διηνεκῶς ταῦτα φιλοσοφεῖν, καὶ περὶ γεέννης φθέγγεσθαι. ἐν πᾶσι γάρ, φησι, τοῖς λόγοις σου μιμνήσκου τὰ ἔσχατά σου, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα οὐ μὴ ἁμάρτῃς. καὶ πάλιν, ἑτοίμαζε εἰς τὴν ἔξοδον τὰ ἔργα σου, καὶ [a] παρασκεύαζου πρὸς τὴν ὁδόν. εἴ τινος ἥρπασάς τι, ἀπόδος, καὶ εἰπὲ κατὰ τὸν Ζακχαῖον· δίδωμι τετραπλασίονα τὰ ἁρπαγέντα· εἴ τινά τι ἐσυκοφάντησας, εἴ τινος γέγονας ἐχθρός, καταλλάγηθι πρὸ τοῦ δικαστηρίου. πάντα ἐνταῦθα διάλυσαι, ἵνα χωρὶς πραγμάτων τὸ βῆμα ἴδῃς ἐκεῖνο. ἕως ἂν ἐνταῦθα ὦμεν, ἐλπίδας ἔχομεν χρηστάς· ἐπειδὰν δὲ ἀπέλθωμεν ἐκεῖ, κύριοι λοιπὸν μετανοίας οὐκ ἐσμέν, C οὐδὲ τοῦ τὰ ἡμαρτημένα ἡμῖν ἀπονίψασθαι. διὸ χρὴ παρασκευάζεσθαι συνεχῶς πρὸς τὴν ἐντεῦθεν ἔξοδον. τί γὰρ ἐὰν ἑσπέρας δόξῃ τῷ δεσπότῃ καλέσαι ἡμᾶς; τί δὲ ἐὰν αὔριον; ἄδηλον γὰρ τὸ μέλλον, ἵνα ἐναγώνιοι διηνεκῶς ὦμεν, καὶ πρὸς τὴν ἀποδημίαν εὐτρεπεῖς ἐκείνην· καθάπερ οὖν οὗτος ὁ Λάζαρος διαπαντὸς ἦν ἐν ὑπομονῇ καὶ καρτερίᾳ, διὸ καὶ μετὰ τοσαύτης ἀπήγετο τιμῆς. ἀπέθανε δὲ καὶ ὁ πλούσιος, καὶ ἐτάφη, καθάπερ ἐν μνήματι, τῷ σώματι τῆς ψυχῆς αὐτοῦ κατορωρυγμένης, καὶ τάφον περιφερούσης τὴν σάρκα. ὥσπερ γὰρ ἁλύσει τινί, τῇ μέθῃ καὶ τῇ γαστριμαργίᾳ πεπεδημένος, οὕτως D ἄπρακτον αὐτὴν καὶ νεκρὰν εἰργάσατο. μὴ ἁπλῶς παραδράμῃς, ἀγαπητέ, τό, ἐτάφη· ἀλλ' ἐνταῦθά μοι νόει τὰς τραπέζας τὰς περιηργυρωμένας, τὰς κλίνας, τοὺς τάπητας, τὰ ἐπιβλήματα, τὰ ἄλλα τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν ἅπαντα, τὰ μύρα, τὰ ἀρώματα, τὸν πολὺν ἄκρατον, τῶν ἐδεσμάτων τὰς ποικιλίας, τὰ καρυκεύματα, τοὺς μαγείρους, τοὺς κόλακας, τοὺς δορυφόρους, τοὺς οἰκέτας, τὴν ἄλλην ἅπασαν φαντασίαν κατεσβεσμένην καὶ καταμαρανθεῖσαν. [b] πάντα σποδός, πάντα τέφρα καὶ κόνις, θρῆνοι καὶ ὀδυρμοί, οὐδενὸς δυναμένου βοηθῆσαι λοιπόν, οὐδ' ἀπελθοῦσαν ἐπαναγαγεῖν τὴν ψυχήν. τότε ἡ E δύναμις ἠλέγχετο τοῦ χρυσίου, καὶ τῆς πολλῆς περιουσίας. ἐκ γὰρ τοσαύτης θεραπείας γυμνὸς καὶ μόνος ἀπήγετο, οὐδὲν ἐκ τῆς τοσαύτης εὐπορίας ἀπενεγκεῖν ἐντεῦθεν δυνάμενος· ἀλλ' ἔρημος, ἀπροστάτευτος ἀπήγετο· οὐδεὶς τῶν θεραπευσάντων, οὐδεὶς τῶν βοηθησόντων παρῆν [c] ἐξαιρησόμενος τῆς τιμωρίας. ἀλλὰ πάντων ἐκείνων ἀποσπασθείς, μόνος ἀπελαμβάνετο τὰς ἀφορήτους ὑπομένων τιμωρίας. ὄντως πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα

a Unus, παρασκεύαζου εἰς τὸν ἀγρόν.
b Duo MSS. & Savil. in marg. πανταχοῦ σποδός, πανταχοῦ, & sic legit Erasmus. Alii omnes πάντα bis.
c Alii, ἐξαιτησόμενος. Paulopost, unus MS. μόνος ὑπελιμπάνετο τὰς

ἀνθρώπου, ὡς ἄνθος χόρτου. ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσε· τὸ δὲ ῥῆμα κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα. ἦλθεν ὁ θάνατος, καὶ πάντα ἔσβεσεν ἐκεῖνα· καὶ καθάπερ αἰχμάλωτον λαβὼν, οὕτως ἀπήγαγε κάτω κύπτοντα, αἰσχύνης γέμοντα, ἀπαρρησίαστον, τρέμοντα, δεδοικότα ὥσπερ ἐν ὀνείροις ἀπολαύσαντα τῆς τρυφῆς ἐκείνης ἁπάσης. καὶ λοιπὸν ἱκέτης ὁ πλούσιος τοῦ πένητος ἐγένετο, καὶ τῆς τούτου τραπέζης ἐδεῖτο, τοῦ λιμώττοντός ποτε, καὶ τοῖς στόμασι τῶν κυνῶν προκειμένου. καὶ τὰ πράγματα μετεβάλλετο, καὶ ἐμάνθανον ἅπαντες, τίς ἦν ὁ πλούσιος, καὶ τίς ἦν ὁ πένης· καὶ ὅτι ὁ μὲν Λάζαρος πάντων ἦν εὐπορώτερος, οὗτος δὲ πάντων πενέστερος. καθάπερ γὰρ ἐν σκηνῇ, προσωπεῖα βασιλέων καὶ στρατηγῶν καὶ ἰατρῶν καὶ ῥητόρων καὶ σοφιστῶν καὶ στρατιωτῶν λαμβάνοντες εἰσέρχονταί τινες, οὐδὲν τούτων ὄντες αὐτοί· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος βίου, καὶ πενία καὶ πλοῦτος προσωπεῖα μόνον εἰσίν. ὥσπερ οὖν ἐν τῷ θεάτρῳ καθήμενος, ἂν ἴδῃς τινὰ τῶν κάτω παιζόντων προσωπεῖον ἔχοντα βασιλέως, οὐ μακαρίζεις αὐτὸν, οὐδὲ βασιλέα εἶναι νομίζεις, οὐδ᾽ ἂν εὔξαιο γενέσθαι τοιοῦτος· ἀλλ᾽ εἰδὼς, ὅτι τῶν ἀγοραίων τίς ἐστι, σχοινοστρόφος τυχὸν, ἢ χαλκοτύπος, ἢ ἕτερόν τι τοιοῦτον, οὐ μακαρίζεις διὰ τὸ προσωπεῖον καὶ τὴν στολὴν, οὐδ᾽ ἀπὸ τούτων αὐτοῦ κρίνεις τὴν πολιτείαν, ἀλλὰ [a] καταπτύεις αὐτοῦ διὰ τὴν ἄλλην εὐτέλειαν· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, καθάπερ ἐν θεάτρῳ, τῷ κόσμῳ καθήμενος καὶ ἐπὶ σκηνῆς παίζοντας βλέπων, ἐπειδὰν ἴδῃς πλουτοῦντας πολλοὺς, μὴ πλουσίους ἀληθῶς εἶναι νόμιζε, ἀλλὰ πλουσίων περικεῖσθαι προσωπεῖα. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος, ὁ ἐπὶ τῆς σκηνῆς τὸν βασιλέα καὶ τὸν στρατηγὸν ὑποκρινόμενος, πολλάκις οἰκέτης ὢν τυγχάνει, ἢ τῶν σῦκα καὶ βότρυς πωλούντων ἐπ᾽ ἀγορᾶς· οὕτω δὴ καὶ οὗτος ὁ πλούσιος, πολλάκις πάντων πενέστερος ὢν τυγχάνει. ἂν γὰρ περιέλῃς αὐτοῦ τὸ προσωπεῖον, καὶ τὸ συνειδὸς ἀναπτύξῃς, καὶ εἰς τὴν διάνοιαν εἰσέλθῃς, πολλὴν εὑρήσεις ἀρετῆς ἐκεῖ πενίαν, καὶ πάντων ἀτιμότερον ὄντα τῶν ἀνθρώπων. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν θεάτρων τῆς ἑσπέρας καταλαβούσης, καὶ τῶν συγκαθημένων ἀναχωρησάντων, ἐξελθόντες ἔξω, καὶ τὸ σχῆμα [b] τῆς ὑποκρίσεως ἀποθέμενοι, οἱ βασιλεῖς καὶ στρατηγοὶ πᾶσιν εἶναι δοκοῦντες, φαίνονται λοιπὸν ὅπερ εἰσίν. οὕτω δὴ καὶ νῦν τοῦ θανάτου παραγινομένου καὶ τοῦ θεάτρου λυθέντος, τὰ τοῦ πλούτου προσωπεῖα καὶ τὰ τῆς πενίας ἀποθέμενοι πάντες, ἀπῆλθον ἐκεῖ· καὶ ἀπὸ τῶν ἔργων μόνον κρινόμενοι φαίνονται, τίνες μὲν ἀληθῶς πλούσιοι, τίνες δὲ πένητες, καὶ τίνες μὲν ἔντιμοι, τίνες δὲ ἄδοξοι.

Πολλάκις γοῦν τῶν ἐνταῦθά τις πλουτούντων εὑρέθη πάντων ἐκεῖ πενέστερος ὢν, καθάπερ οὖν καὶ ὁ πλούσιος οὗτος. ἐπειδὴ γὰρ ἡ ἑσπέρα κατέλαβε, τουτέστιν ὁ θάνατος, καὶ ἐκ τοῦ θεάτρου τῆς παρούσης ζωῆς ἐξῆλθε, καὶ τὸ προσωπεῖον ἀπέθετο, ὤφθη πάντων ἐκεῖ πενέστερος ὢν, καὶ οὕτω πένης, ὡς μηδὲ σταγόνος ὕδατος εἶναι κύριος, ἀλλ᾽ ὑπὲρ ταύτης προσαιτεῖν, καὶ μηδ᾽ αὐτῆς ἐπιτυχεῖν τῆς αἰτήσεως. τί ταύτης τῆς πενίας πενέστερον γένοιτ᾽ ἄν; καὶ ἄκουε πῶς. ἐπάρας γὰρ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, φησι πρὸς τὸν Ἀβραάμ· πάτερ, ἐλέησόν με, καὶ πέμψον Λά-

[a] Alii, διαπτύεις.

A *gloria hominis tamquam flos fœni: exaruit gramen, & flos decidit, sed verbum domini manet in æternum.* Venit mors & exstinxit illa omnia. Nec aliter quam captivum arreptum illum abduxit demissis oculis, pudore plenum, non audentem hiscere, trementem, pavidum, perinde quasi in somnis universis illis deliciis fruitus fuisset. Ac post hæc supplex dives factus est pauperi, atque nunc illius eget mensa, qui dudum esuriebat, illius B qui canum rostris objectus jacebat. Res commutatæ sunt, universi cognoverunt uter fuerit dives, uter pauper, quodque Lazarus quidem omnium fuerit opulentissimus, ille contra omnium pauperrimus. Quemadmodum enim actores in scena, regum ac ducum personas, item medicorum ac rhetorum, sophistarum, ac militum assumentes ingrediuntur, cùm ipsi nihil horum sint: sic sane & in præsenti vita, paupertas ac divitiæ nihil aliud sunt, quam personatæ larvæ. Sicut igitur in theatro sedens, si quem videris, ex iis qui inferius ludunt, personam gestantem regis, non judicas eum beatum, neque C regem esse credis, imo nec ipse optaris esse talis: sed cùm scias quod sit quispiam ex iis qui versantur in foro, funium opifex aut faber ærarius, aut aliud quidquam tale, non judicas illum beatum ob personam, aut ob vestem, neque ex hisce rebus æstimas illius vitam, sed despuis potius illum ob aliam vilitatem: sic sane & hic velut in theatro, videlicet in mundo sedens, & in scena ludentes spectans, ubi videris complures divites, ne putes vere divites esse, sed divitum obtectos personis. Nam quemadmodum ille, qui in scena regem aut belli ducem agit, frequenter est famulus eorum, qui ficus aut botros vendunt in foro: itidem & hic dives crebro D pauperior est omnibus. Quod si detraxeris illi personam, si conscientiam explices & ingrediaris animum, multam illic offendes virtutis inopiam, comperiesque omnium hominum abjectissimum. Quemadmodum enim instante vespera, digressisque qui consederant, ubi fuerint e theatro egressi, habitumque fabulæ deposuerint: qui prius reges ac duces esse videbantur, post apparent hoc quod sunt: ita sane & nunc, postquam mors advenerit, theatrumque dimissum fuerit, cum divitiarum paupertatisque personas deposuerint, omnes illuc profecti, atque ex solis operibus judicati, declarant qui vere sint E divites, qui vere pauperes: qui honorati, & qui obscuri.

4. Itaque frequenter fit, ut qui hic in divitum numero fuerit, illic reperiatur omnium pauperrimus, id quod accidit huic diviti. Nam simulatque incubuerat vespera, hoc est mors, éque præsentis vitæ theatro egressus est, personamque deposuit, visus est illic omnium esse pauperrimus: adeo vero pauper, ut ne guttam quidem aquæ haberet in sua potestate, sed pro hac rogaret, neque quod petebat, consequi potuerit. Quid hac paupertate pauperius esse posset? Sublatis enim oculis suis, ait ad Abraham: *Pater miserere mei, & mitte Lazarum, ut*

Divitis quanta fuerit paupertas.

[b] Alii, τῆς ὑποθέσεως.

intingat summum digiti sui in aquam, & instillet ori meo. Vides quanta res sit afflictio? Cum proximus esset Lazarus, præteribat: nunc cum procul absit, invocat: quem frequenter ingrediens & egrediens non videbat, hunc procul semotum diligenter aspicit. Sed quam ob causam illum intuetur? Frequenter fortasse dixerat dives iste, Quorsum mihi opus pietate ac virtute? cuncta mihi velut e fonte affluunt, multa fruor prosperitate, multis opibus, nihil sustineo rerum inopinatarum: quam ob rem expetam virtutem? Hic pauper qui juste pieque vivit, innumera patitur mala. Hæc nunc quoque multi frequenter dicunt. Ut igitur radicitus has pravas revelleret opiniones, demonstrat illi, quod malitiæ reposita sit ultio: contra, honor & corona laboribus pro pietate susceptis. Non propter hoc solum autem vidit illum, sed ut quæ passus fuisset pauper, hæc nunc & dives pateretur multo gravius. Quemadmodum enim illi molestiorem reddidit cruciatum, quod in vestibulo divitis jaceret, quod videret aliena commoda: sic & huic graviorem reddidit cruciatum, quod in gehenna jaceret, quod Lazari videret delicias, quo non solum natura suppliciorum, verum etiam comparatione honoris illius intolerabiliorem haberet cruciatum. Et quemadmodum Adam e paradiso ejectum, e regione paradisi habitare jussit Deus, ut assiduus conspectus renovans molestiam, exactiorem illi præberet sensum expulsionis e bonis: ita sane & hunc e regione Lazari constituit, quo videret quibus bonis seipsum privasset. Misi tibi, inquit, in vestibulo Lazarum pauperem, ut tibi ad virtutem doctor esset, ac benignitatis materia: contempsisti lucrum: noluisti ad quod oportuit uti salutis occasione, utere posthac illo ad majoris cruciatus suppliciique materiam. Ex his discimus, quod omnes qui a nobis sunt contumeliis & injuriis affecti, tunc ante faciem nostram statuentur. Quamquam hic nihil a divite accepit injuriæ: neque enim illius pecunias usurparat dives, sed suas non impartierat. Quod si is qui sua non impartiit, accusatorem habet eum, cui negavit misericordiam: qui aliena quoque rapuerit, quam veniam consequetur, undique ipsum circumstantibus quos affecit injuria? Non enim illic opus erit testibus, neque accusatoribus, neque probationibus, neque signis, verum ipsæ per se res tales, quales eas gessimus, ante oculos nostros apparebunt. Ecce enim, inquit, homo & opera ejus. Siquidem & hoc rapina est, non impartiri de tuis facultatibus. Ac fortassis vobis mirum videtur esse quod dico, verum ne miremini: testimonium enim vobis e divinis Scripturis proferam, dicens, quod non solum rapere aliena, verum etiam tua non impartire cæteris, & rapina sit, & fraudatio, & spoliatio. Quodnam illud est? Dominus Judæos accusans per Prophetam dicit: *Produxit terra proventum suum, & non intulistis decimas, sed rapina pauperis est in domibus vestris.* Quoniam, inquit, oblatio-

Rapina est non communicare pauperibus tua.

Mal. 3. 10.

A ζαρον, ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος, καὶ ἐπιστάξῃ τῷ στόματί μου. ὁρᾷς πόσον ἐστὶν ἡ θλῖψις; πλησίον ὄντα παρέτρεχε, καὶ πόρρω γε ὄντα καλεῖ νῦν· ὃν πολλάκις εἰσιών τε καὶ ἐξιὼν οὐχ ἑώρα, τοῦτον μακρόθεν ὄντα μετ᾽ ἀκριβείας βλέπει. τίνος δὲ ἕνεκεν αὐτὸν ὁρᾷ; πολλάκις ἴσως εἶπεν ὁ πλούσιος οὗτος, τί μοι εὐλαβείας καὶ ἀρετῆς χρεία; πάντα μοι καθάπερ ἐκ πηγῶν ἐπιῤῥεῖ, πολλῆς ἀπολαύω τῆς ἀφθονίας, πολλῆς τῆς εὐημερίας, οὐδὲν ὑπομένω τῶν ἀδοκήτων· τίνος ἕνεκα μετέρχομαι ἀρετήν; οὗτος ὁ πένης ἐν δικαιοσύνῃ καὶ εὐσεβείᾳ ζῶν, μυρία πάσχει δεινά. ταῦτα δὴ πολλοὶ καὶ νῦν πολλάκις λέγουσιν. B ἵν᾽ οὖν πρόῤῥιζα ταῦτα ἀνασπασθῇ τὰ κακὰ δόγματα, δείκνυσιν αὐτῷ, ὅτι καὶ τῇ κακίᾳ κόλασις κεῖται, καὶ τιμὴ καὶ στέφανος τοῖς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας πόνοις. οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον αὐτὸν εἶδεν, ἀλλ᾽ ἵνα, ὅσαπερ ἔπαθεν ὁ πένης, ταῦτα καὶ ὁ πλούσιος πάθῃ νῦν μετὰ μείζονος τῆς ὑπερβολῆς. καθάπερ γὰρ ἐκείνῳ χαλεπωτέραν ἐποίει τοῦτο τὴν βάσανον τὸ ἐν τῷ πυλῶνι τοῦ πλουσίου κεῖσθαι, καὶ ὁρᾷν τὰ ἀλλότρια ἀγαθά. οὕτω δὴ καὶ τούτῳ χαλεπωτέραν ἐποίει τὴν τιμωρίαν νῦν, τὸ ἐν τῇ γεέννῃ κεῖσθαι, καὶ ὁρᾷν τὴν τοῦ Λαζάρου τρυφήν. ἵνα μὴ τῇ φύσει τῶν βασάνων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ παραθέσει τῆς ἐκείνου τιμῆς ἀφορητοτέραν ἔχῃ τὴν κόλασιν. C καὶ καθάπερ τὸν Ἀδὰμ [a] ἐκβάλλων τοῦ παραδείσου, καταντικρὺ τοῦ παραδείσου κατῴκισεν ὁ θεὸς, ἵνα ἡ συνεχὴς ὄψις ἀνανεοῦσα τὸ πάθος, ἀκριβεστέραν αὐτῷ παράσχῃ τῆς ἐκπτώσεως τῶν ἀγαθῶν τὴν αἴσθησιν· οὕτω δὴ καὶ τοῦτον κατέναντι τοῦ Λαζάρου κατῴκισεν, ἵνα ἴδῃ τίνων ἑαυτὸν ἀπεστέρησεν. ἔπεμψά σοι, φησὶν, εἰς τὸν πυλῶνα τὸν πένητα Λάζαρον, ἵνα σοι γένηται διδάσκαλος ἀρετῆς, καὶ φιλανθρωπίας ὑπόθεσις· παρεῖδες τὸ κέρδος, οὐκ ἠθέλησας εἰς δέον χρήσασθαι τῇ τῆς σωτηρίας ἀφορμῇ, χρήσῃ λοιπὸν αὐτῷ εἰς μείζονα κολάσεως καὶ τιμωρίας ὑπόθεσιν. ἀπὸ τούτων μανθάνομεν, D ὅτι πάντες οἱ παρ᾽ ἡμῶν ἐπηρεαζόμενοι καὶ ἀδικούμενοι, κατὰ πρόσωπον ἡμῶν στήσονται τότε. καίτοι οὗτος οὐδὲν ἠδίκητο παρὰ τοῦ πλουσίου. οὐ γὰρ τὰ ἐκείνου ἔλαβε χρήματα ὁ πλούσιος, ἀλλὰ τῶν ἑαυτοῦ οὐ μετέδωκεν. εἰ δὲ ὁ τῶν ἑαυτοῦ μὴ μεταδιδοὺς, κατήγορον ἔχει τὸν οὐκ ἐλεηθέντα· ὁ καὶ τὰ ἀλλότρια ἁρπάσας, ποίας τεύξεται συγγνώμης, πανταχόθεν [b] αὐτὸν περιεστώτων τῶν ἠδικημένων; οὐ γὰρ μαρτύρων ἐκεῖ χρεία, οὐδὲ κατηγόρων, οὐδὲ ἀποδείξεων, οὐδὲ τεκμηρίων· ἀλλ᾽ αὐτὰ καθ᾽ ἑαυτὰ τὰ πράγματα, οἷάπερ αὐτὰ κατεσκευάσαμεν, πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν φαίνεται τῶν ἡμετέρων. ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ἄνθρωπος, καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἁρπαγὴ, τὸ μὴ μεταδοῦναι E τῶν ὄντων. καὶ τάχα ὑμῖν θαυμαστὸν εἶναι δοκεῖ τὸ λεγόμενον· ἀλλὰ μὴ θαυμάσητε· μαρτυρίαν γὰρ ὑμῖν ἀπὸ τῶν θείων παρέξομαι γραφῶν λέγουσαν, ὅτι οὐ τὸ τὰ ἀλλότρια ἁρπάζειν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν ἑαυτοῦ μὴ μεταδιδόναι ἑτέροις, καὶ τοῦτο ἁρπαγὴ καὶ πλεονεξία καὶ ἀποστέρησίς ἐστι. τίς οὖν ἐστιν αὕτη; τοῖς Ἰουδαίοις ἐγκαλῶν ὁ θεὸς διὰ τοῦ προφήτου, φησίν· ἐξήνεγκεν ἡ γῆ τὰ ἐκφόρια αὐτῆς, καὶ οὐκ εἰσηνέγκατε τὰ ἐπιδέκατα· ἀλλ᾽ ἡ ἁρπαγὴ τοῦ πτωχοῦ ἐν τοῖς οἴκοις ὑμῶν. ἐπειδὴ τὰς

[a] Aliquot Mss. ἐκβαλών

[b] Aliquot Mss. αὐτῷ.

προσφορὰς, φησὶ, τὰς εἰωθυίας οὐκ ἐδώκατε, ἡρπάσατε τὰ τοῦ πένητος. Τοῦτο δὲ λέγει, δεικνὺς τοῖς πλουσίοις, ὅτι τὰ τῶν πενήτων ἔχουσι, κἂν πατρῷον διαδέξωνται κλῆρον, κἂν ὅθεν δήποτε συλλέξωσι τὰ χρήματα. Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ λέγει· Μὴ ἀποστερήσῃς τὴν ζωὴν τοῦ πτωχοῦ· ὁ δὲ ἀποστερῶν, τὰ ἀλλότρια ἀποστερεῖ. Ἀποστέρησις γὰρ λέγεται, ὅταν τὰ ἀλλότρια λαβόντες κατέχωμεν. Καὶ διὰ τούτου τοίνυν παιδευόμεθα, ὅτι ὅταν ἐλεημοσύνην μὴ παράσχωμεν, ἐν ἴσῳ τοῖς ἀποστεροῦσι [a] κολασόμεθα. Δεσποτικὰ γάρ ἐστι τὰ χρήματα, ὅθεν ἂν αὐτὰ συλλέξωμεν· κἂν τοῖς δεομένοις αὐτὰ παράσχωμεν, πολλῆς ἐπιτευξόμεθα τῆς ἀφθονίας. Καὶ διὰ τοῦτό σοι πλείονα ἔχειν συνεχώρησεν ὁ Θεὸς, οὐχ ἵνα εἰς πορνείαν, καὶ μέθην, καὶ ἀδηφαγίαν, καὶ ἱματίων πολυτέλειαν, καὶ τὴν ἄλλην βλακείαν ἀναλώσῃς, ἀλλ' ἵνα τοῖς δεομένοις αὐτὰ διανείμῃς. Καθάπερ γὰρ ὑποδέκτης τις βασιλικὰ δεξάμενος χρήματα, ἂν ἀφεὶς οἷς ἂν κελεύηται διανεῖμαι, εἰς οἰκείαν καταναλώσῃ βλακείαν, εὐθύνας δίδωσι καὶ προσαπόλλυται· οὕτω δὴ καὶ ὁ πλούσιος, ὑποδέκτης τίς ἐστι τῶν τοῖς πένησιν ὀφειλομένων χρημάτων διανεμηθῆναι, ἐπιταχθεὶς αὐτὰ διανέμειν τῶν ἑαυτοῦ συνδούλων τοῖς πενομένοις. Ἂν οὖν πλέον τι τῆς χρείας εἰς ἑαυτὸν ἀναλώσῃ τῆς ἀναγκαίας, χαλεπωτάτας ἐκεῖ δώσει τὰς εὐθύνας. Οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῦ τὰ αὐτοῦ, ἀλλὰ τῶν συνδούλων τῶν ἑαυτοῦ.

Φεισώμεθα τοίνυν αὐτῶν, ὡς ἀλλοτρίων, ἵνα γένηται ἡμέτερα. Πῶς δὲ αὐτῶν φεισόμεθα, ὡς ἀλλοτρίων; Ὅταν μὴ εἰς περιττὰς αὐτὰ ἀναλίσκωμεν χρείας, μηδὲ εἰς ἡμετέρας μόνον, ἀλλὰ ταῖς τῶν πενήτων αὐτὰ συμμερίζωμεν χερσί. Κἂν εὔπορος ᾖς, πλέον δέ τι τῆς χρείας ἀναλίσκῃς, λόγον δώσεις τῶν ἐμπιστευθέντων σοι χρημάτων. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν οἰκιῶν γίνεται τῶν μεγάλων. Πολλοὶ γοῦν τὰ ταμιεῖα τὰ ἑαυτῶν τοῖς οἰκέταις τοῖς ἑαυτῶν ἐνεπίστευσαν· ἀλλ' ὅμως οἱ πιστευθέντες ἐκεῖνοι φυλάττουσι τὰ δεδομένα, καὶ οὐκ ἀποχρῶνται τοῖς ἐμπιστευθεῖσιν, ἀλλ' οἷς ἂν ὁ δεσπότης, καὶ ἡνίκα κελεύσῃ, διανέμουσι. Τοῦτο καὶ σὺ ποίησον. Καὶ γὰρ ἔλαβες ἑτέρων πλείονα, καὶ ὑπεδέξω, οὐχ ἵνα αὐτὰ ἀναλώσῃς μόνος, ἀλλ' ἵνα καὶ ἑτέροις οἰκονόμος γένῃ καλός. Ἄξιον δὲ [b] κἀκεῖνο ζητῆσαι, τί δήποτε οὐχὶ παρ' ἑτέρῳ δικαίῳ τὸν Λάζαρον ὁρᾷ, ἀλλ' ἐν τοῖς κόλποις εἶδε τοῦ Ἀβραάμ. Φιλόξενος ἦν ὁ Ἀβραάμ· ἵν' οὖν καὶ τοῦτο ἔλεγχος αὐτῷ γένηται τῆς μισοξενίας, διὰ τοῦτο αὐτὸν μετ' ἐκείνου βλέπει. Ἐκεῖνος γὰρ καὶ τοὺς παριόντας ἐθήρευε, καὶ εἰς τὴν οἰκίαν εἷλκεν εἴσω τὴν ἑαυτοῦ· οὗτος δὲ καὶ τὸν ἔσω κείμενον παρεώρα, καὶ θησαυρὸν τοσοῦτον ἔχων καὶ σωτηρίας ὑπόθεσιν, παρέτρεχε καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ οὐκ ἐχρήσατο εἰς δέον τῇ τοῦ πένητος προστασίᾳ. Ἀλλ' οὐχ ὁ πατριάρχης τοιοῦτος, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν. Πρὸ τῶν θυρῶν καθήμενος ἐσαγήνευε τοὺς παριόντας ἅπαντας. Καὶ καθάπερ τις ἁλιεὺς ἀμφίβληστρον βάλλων εἰς τὴν θάλασσαν ἀνασπᾷ μὲν ἰχθῦν, ἀνασπᾷ δὲ καὶ χρυσίον πολλάκις καὶ μαργαρίτας· οὕτω δὴ καὶ οὗτος, σαγηνεύων ἀνθρώπους, ἡλίευσέ ποτε καὶ ἀγγέλους·

A nes solitas non dedistis, rapuistis ea quæ sunt pauperis. Hoc autem dicit, declarans divitibus, quod res pauperum possideant, etiam si paterna hereditate obvenerint, etiamsi undecumque aliunde collegerint pecunias. Ac rursum alibi dicit: *Ne spolies vitam pauperis:* qui vero spoliat, aliena tollit. Nam spoliatio quædam dicitur, cum aliena accepta detinemus. Propter hoc igitur discamus, quod quoties eleemosynam non præstiterimus, pari cum iis qui spoliant, supplicio afficiemur. Heriles enim pecuniæ sunt undecumque eas collegerimus: quod si in egenos eas erogaverimus, multæ nobis opes ac facul- B tates obvenient. Ideoque tibi plura possidere concessit Deus, non ut in scortationes, temulentiam, ingluviem, in vestes sumtuosas, aliamque mollitiem consumeres, sed ut ea distribueres egentibus. Quemadmodum enim exactor quispiam qui regias pecunias accepit, si neglexerit iis, quibus jussus est, distribuere, inque proprias consumserit delicias, pœnis atque exitio traditur: ita sane & dives receptor quispiam est pecuniarum, quæ pauperibus distribui debebant. Itaque cum in mandatis habeat, eas distribuere suis conservis egentibus, si quid amplius quam postulet necessitas, in seipsum insumserit, C gravissimas illic daturus est pœnas. Non enim sunt ipsius quæ possidet, sed conservorum illius. (Eccli. 4. 1.)

5. Parcamus igitur iis tamquam alienis, ut fiant nostra. Quomodo autem illis parcemus tamquam alienis? Si illas non in usus supervacuos insumserimus, neque adeo in nostros tantum usus, sed pauperum manibus impartiverimus. Etiamsi fueris opulentus, sed plus quam opus est insumseris, rationem reddes pecuniarum tibi creditarum. Hoc idem fit in optimatum ædibus, multi suas ipsorum apothecas famulis suis commi- D serunt, verum illi quibus commissæ sunt, servant quæ tradita sunt, nec abutuntur commissis: verum quibus & ubi jusserit dominus, distribuunt. Hoc tu quoque facito. Etenim accepisti plura cæteris, non ut ea solus consumas, sed ut eorum cæteris bonus fias dispensator. Operæ precium autem fuerit & illud considerare, quam tamdem ob causam non apud alium justum Lazarum, sed in sinu viderit Abrahæ. Hospitalis erat Abraham, ut igitur redarguatur divitis inhospitalitas, propterea Lazarum cum illo videt. Ille etiam prætereuntes venabatur, & in domum per- E trahebat suam: hic vero etiam intra domum jacentem despexit, cumque talem thesaurum haberet, & salutis parandæ materiam, præteribat quotidie, nec in quod oportebat, usus est pauperis patrocinio. At non ita Patriarcha, sed omnia contra. Pro foribus sedens venabatur prætereuntes omnes, & quemadmodum piscator jacto in mare reti, piscem quidem attrahit, attrahit autem frequenter & aurum & margaritas: itidem & hic reti captans homines, piscatus est tamdem

(Divitiæ tum demum nostræ fiunt cum dantur pauperibus.)

(Lazarus quare in sinu Abrahæ.)

a Duo MSS. κολαζόμεθα.

b Alii, κἀκεῖνο ἐννοῆσαι. Mox, aliquot MSS. καὶ ὁ Παῦλος τοῦτον ἐπαινῶν ἔλεγε· διώκετε τὴν φιλοξενίαν, διὰ ταύτης γὰρ ἔλαθον.

& Angelos, quodque mireris, etiam insciens. Id quod & Paulus in hujus laudibus dixit:

Hospitalitas in omnes. Heb. 13. 2.

Hospitalitatis nolite oblivisci: per hanc enim quidam inscientes, hospitio exceperunt Angelos: ac recte dixit, *inscientes.* Nam si sciens illos excepisset tanta cum benevolentia, nihil magni mirive fecisset. Sed hæc tota laus, quod ignorans quinam essent qui præteribant, nec aliud esse credens quam homines viatores, cum tanta alacritate vocavit intro. Tu quidem igitur si quem nobilem ac splendidum exceperis, multamque præstiteris alacritatem, nil mirum est. Nam virtus ejus qui excipitur, etiam inhospitalem frequenter adigit, ut omnem exhibeat humanitatem: cæterum illud maximum & admiratione dignum, quoties & vulgares, & abjectos, ac viles multa cum benevolentia excipimus. Propterea dicit Christus collaudans eos qui ita faciunt:

Matth. 25. 45. & 18. 14.

Quicquid feceritis uni ex his minimis, qui credunt in me, mihi feceritis. Ac rursus, *Ita non est voluntas coram patre vestro, ut pereat unus ex pusillis istis;* ac iterum, *Quicumque offenderit unum ex pusillis istis, expedit ei ut appendatur mola asinaria circa collum illius, & abjiciatur in mare.* Denique multus ubique est Christo de pusillis & minimis sermo: quod quidem Abraham sciens non excutiebat quales essent prætereuntes, nec unde venirent, quemadmodum nos nunc facimus, sed sine delectu prætereuntes excipiebat omnes. Nam eum qui præstat humanitatem, non oportet exposcere vitæ rationem, sed inopiæ mederi, necessitatique providere. Unicum habet patrocinium pauper,

Egenti vel improbissimo impertiendum.

egestatem ac necessitatem, ne quid ab illo postules amplius: sed etiamsi fuerit omnium improbissimus, & eguerit necessario victu, sedemus illius famem. Ita & Christus fieri præcepit dicens:

Matt. 5. 45.

Estote, inquit, *similes patris vestri qui est in cælis, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super justos & injustos.* Portus est in necessitate constitutorum homo misericors. Portus autem omnes, qui in naufragium inciderint, excipit liberatque, sive mali fuerint, sive boni, denique quicumque fuerint qui periclitantur, in sinus ille suos excipit. Tu proinde si videris hominem, qui in egestatis naufragium inciderit, ne judica, ne vitæ gesta examina, sed medere miseriæ. Quid ipse tibi negocium accersis? Liberavit te Deus omni tali sollicitudine, & curiositate. Quam multa plerique fuerant dicturi, quamque difficiles erant futuri, si Deus præcepisset, ut prius accurate vitam factaque singulorum disquireremus, ac tum demum conferremus eleemosynam? Nunc hac omni curiositate nos liberavit. Cur ergo curas supervacaneas nobis accersimus? Aliud est judex, aliud eleemosynæ largitor. Ideo vocatur eleemosyna, quod eam & indignis damus. Unde & Paulus cohortatur, ut ita faciamus, & ait:

Galat. 6. 9.

Vos autem bonum facientes non deficiatis, erga omnes, sed maxime erga domesticos fidei. Quod si indignos curiose discutiamus disquiramusque, ne digni quidem facile in nos incident. Quod si indignis quoque præstiterimus beneficium,

A καὶ τὸ θαυμαστὸν τοῦτό ἐστιν, ὅτι μὴ εἰδώς. ὅπερ οὖν καὶ Παῦλος ἐκπληττόμενος παραινεῖ καὶ λέγει· τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε. διὰ γὰρ ταύτης ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους· καλῶς εἶπεν, ἔλαθον. εἰ γὰρ εἰδὼς αὐτοὺς ὑπεδέξατο μετὰ τοσαύτης εὐνοίας, οὐδὲν μέγα καὶ θαυμαστὸν ἐποίησεν. ὁ δὲ πᾶς ἔπαινος, ὅτι ἀγνοῶν τίνες οἱ παριόντες ἦσαν, [a] καὶ ἀνθρώπους αὐτοὺς εἶναι νομίζων ἁπλῶς ὁδίτας, μετὰ τοσαύτης αὐτοὺς ἔνδον ἐκάλεσε τῆς προθυμίας. καὶ σὺ τοίνυν, ἂν μέν τινα περιφανῆ καὶ λαμπρὸν ὑποδεξάμενος, πολλὴν ἐπιδείξῃ τὴν προθυμίαν, θαυμαστὸν οὐδὲν εἰργάσω. ἡ γὰρ ἀρετὴ τοῦ ξενισθέντος καὶ τὸν μισόξενον καταναγκάζει πολλάκις πᾶσαν εὔνοιαν ἐπιδείξασθαι· B τὸ δὲ μέγιστον καὶ θαυμαστὸν, ὅταν καὶ τοὺς τυχόντας, καὶ τοὺς ἀπερριμμένους, καὶ τοὺς εὐτελεῖς μετὰ πολλῆς δεχώμεθα τῆς εὐνοίας. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς τοὺς ποιοῦντας οὕτως ὑποδεχόμενος ἔλεγεν· ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. καὶ πάλιν· οὕτως οὐκ ἔστι θέλημα ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς ὑμῶν, ἵνα ἀπόληται εἷς τῶν μικρῶν τούτων. καὶ πάλιν, ὃς ἐὰν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων, συμφέρει αὐτῷ, ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ῥιφῇ ἐν τῇ θαλάττῃ. καὶ πανταχοῦ πολὺς παρὰ Χριστῷ τῶν μικρῶν καὶ ἐλαχίστων ὁ λόγος. ὅπερ οὖν καὶ Ἀβραὰμ εἰδὼς, οὐκ ἐξήταζε τοὺς C παριόντας τίνες εἶεν, καὶ πόθεν, καθάπερ ἡμεῖς νῦν· ἀλλ' ἁπλῶς τοὺς παριόντας ὑπεδέχετο πάντας. τὸν γὰρ φιλοφροσύνην ἐπιδεικνύμενον, οὐκ εὐθύνας ἀπαιτεῖν δεῖ βίου, ἀλλὰ μόνον τὴν πενίαν διορθοῦν, καὶ τὴν χρείαν πληροῦν. μίαν ἔχει συνηγορίαν ὁ πένης, τὴν ἔνδειαν καὶ τὸ καθεστάναι ἐν χρείᾳ· μηδὲν αὐτὸν λοιπὸν ἀπαίτει πλέον, ἀλλὰ κἂν ἁπάντων ᾖ πονηρότατος καὶ τῆς ἀναγκαίας ἀπορῇ τροφῆς, λύωμεν αὐτοῦ τὸν λιμόν. οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐκέλευσε ποιεῖν, λέγων· γίνεσθε ὅμοιοι τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. λιμήν D ἐστι τῶν [b] ἐν ἀνάγκῃ ὁ ἐλεήμων· ὁ δὲ λιμὴν τοὺς ναυαγίῳ περιπεσόντας ἅπαντας ὑποδέχεται, καὶ λύει τῶν κινδύνων· κἂν πονηροὶ, κἂν χρηστοὶ, κἂν οἷοιδήποτ' ὦσιν οἱ κινδυνεύσαντες, εἴσω τῶν οἰκείων αὐτοὺς παραπέμπει κόλπων. καὶ σὺ τοίνυν ὁρῶν ἐπὶ τῆς γῆς παρὰ τῆς πενίας ναυαγίῳ περιπεσόντα τὸν ἄνθρωπον, μὴ δίκαζε, μηδὲ εὐθύνας ἀπαίτει, ἀλλὰ λῦσον τὴν συμφοράν. τί σαυτῷ παρέχεις πράγματα; ἀπήλλαξέ σε περιεργίας ἁπάσης καὶ πολυπραγμοσύνης ὁ Θεός. πόσα ἔμελλον πολλοὶ λέγειν καὶ δυσχεραίνειν, εἰ προσέταξεν ὁ Θεὸς τὸν βίον μετὰ ἀκριβείας ἐξετάζειν, τὴν ἀναστροφὴν, τὰ πεπραγμένα ἑκάστῳ περιεργάζεσθαι πρότερον, καὶ τότε ἐλεεῖν; νυνὶ δὲ πάσης E τοιαύτης ἀπηλλάγμεθα δυσκολίας. τί οὖν περιττὰς ἐπισπώμεθα φροντίδας; ἕτερόν ἐστι δικαστὴς, ἕτερον ἐλεήμων. ἐλεημοσύνη διὰ τοῦτο λέγεται, ὅτι καὶ τοῖς ἀναξίοις δίδομεν. τοῦτο καὶ Παῦλος παραινεῖ ποιεῖν, λέγων, ὑμεῖς δὲ τὸ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακῆτε, πρὸς πάντας μὲν, μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως. ἂν τοὺς ἀναξίους περιεργαζώμεθα καὶ πολυπραγμονῶμεν, οὐδὲ ἄξιοί ποτε ῥᾳδίως ἐμπεσοῦνται ἡμῖν· ἂν δὲ καὶ τοῖς ἀναξίοις παρ-

a καὶ ἀνθρώποις: hic deficit Codex Colbertinus 49.

b Alii, ἐν ἀνάγκαις.

ῥέχωμεν, πάντως καὶ οἱ ἄξιοι καὶ οἱ πάντων ἐκείνων ἀντάξιοι εἰς τὰς ἡμετέρας ἥξουσι χεῖρας· ὥσπερ οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ μακαρίου γέγονεν Ἀβραάμ, ὃς οὐ περιεργαζόμενος, οὐδὲ πολυπραγμονῶν τοὺς παριόντας, ἐδυνήθη καὶ ἀγγέλους ὑποδέξασθαί ποτε. τοῦτον καὶ ἡμεῖς ζηλώσωμεν, καὶ μετ᾽ αὐτοῦ τὸν ἔγγονον τὸν ἐκείνου τὸν Ἰώβ. καὶ γὰρ καὶ οὗτος τὴν τοῦ προγόνου μεγαλοψυχίαν μετὰ πάσης ἐμιμήσατο τῆς ἀκριβείας, καὶ διὰ τοῦτο ἔλεγεν· ἡ θύρα μου παντὶ ἐλθόντι ἀνέῳκτο. οὐχὶ τῷ δεῖνι μὲν ἀνέῳκτο, ἑτέρῳ δὲ ἀπεκέκλειστο, ἀλλὰ πᾶσιν ἁπλῶς ἀνέῳκτο.

B Οὕτω καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν, παρακαλῶ, μηδὲν ἀκριβολογούμενοι πέρα τοῦ δέοντος. ἀξία γὰρ τοῦ πένητος ἡ χρεία μόνον ἐστί· κἂν ὁστισοῦν μετὰ ταύτης ἔλθῃ πρὸς ἡμᾶς ποτε, μηδὲν περιεργαζώμεθα πλέον· οὐ γὰρ τῷ τρόπῳ παρέχομεν, ἀλλὰ τῷ ἀνθρώπῳ· οὐδὲ διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτόν, ἀλλὰ διὰ τὴν συμφορὰν ἐλεῶμεν, ἵνα καὶ αὐτοὶ παρὰ τοῦ δεσπότου τὸ πολὺ ἔλεον ἐπισπασώμεθα, ἵνα καὶ αὐτοί, ἀνάξιοι ὄντες, φιλανθρωπίας ἐπιτύχωμεν. εἰ γὰρ μελλοίμεν τὴν ἀξίαν ἐπιζητεῖν τῶν συνδούλων τῶν ἡμετέρων, καὶ ἀκριβολογεῖσθαι, τοῦτο καὶ ὁ θεὸς ἐφ᾽ ἡμῶν ἐργάσεται. καὶ ζητοῦντες τοὺς ὁμοδούλους ἀπαιτῆσαι εὐθύνας, αὐτοὶ τῆς ἄνωθεν ἐκπεσούμεθα φιλανθρωπίας· C ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε, φησίν. ἀλλ᾽ ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν πάλιν τὸν λόγον ἐπαναγάγωμεν. ἰδὼν τοίνυν αὐτὸν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Ἀβραάμ, φησί· πάτερ Ἀβραάμ, ἐλέησόν με, καὶ πέμψον Λάζαρον. τίνος ἕνεκεν οὐχὶ πρὸς τὸν Λάζαρον τὸν λόγον ἀπέτεινεν; ἐμοὶ δοκεῖ ὅτι ᾐσχύνθη καὶ ἠρυθρίασε, καὶ ἐκ τῶν κατ᾽ αὐτὸν πραγμάτων ἐνόμιζεν αὐτὸν μνησικακήσειν πάντως. εἰ γὰρ ἐγώ, φησι, τοσαύτης ἀπολαύων εὐπορίας, καὶ μηδὲν ἠδικημένος, ἐν τοσούτοις ὄντα κακοῖς ὑπερεῖδον τὸν ἄνθρωπον, καὶ οὐδὲ ψιχίων μετέδωκα, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸς ὁ οὕτως ὑπεροφθεὶς οὐκ ἐπινεύσει τῇ χάριτι. D ταῦτα οὐχὶ τοῦ Λαζάρου κατηγοροῦντες λέγομεν· οὐ γὰρ δὴ οὕτως ἐκεῖνος διέκειτο, μὴ γένοιτο· ἀλλ᾽ ὅτι οὗτος ταῦτα δεδοικώς, οὐκ ἐκάλεσεν ἐκεῖνον, ἀλλὰ τὸν Ἀβραὰμ ἐφώνησεν, ὃν ἀγνοεῖν ᾤετο τὰ γεγενημένα· καὶ τὸν δάκτυλον ἐπεζήτησεν ἐκεῖνον, ὃν ταῖς γλώσσαις τῶν κυνῶν ἀφῆκε [a] περιλειχθῆναι πολλάκις. τί οὖν ἐκεῖνος; τέκνον, ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου. ὅρα φιλοσοφίαν, ὅρα φιλοστοργίαν δικαίου. οὐκ εἶπεν, ἀπάνθρωπε καὶ ὠμὲ καὶ παμπόνηρε, τοσαῦτα κακὰ διαθεὶς τὸν ἄνθρωπον, φιλανθρωπίας μέμνησαι νῦν καὶ ἐλέους καὶ συγγνώμης; οὐκ ἐρυθριᾷς, οὐδὲ αἰσχύνῃ; ἀλλὰ τί; E τέκνον, φησίν, ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου. ψυχὴν γὰρ κεκακωμένην μὴ παροξύνῃς, φησίν. ἀρκεῖ τὰ τῆς τιμωρίας αὐτῷ· μὴ προσεπεμβαίνωμεν αὐτοῦ ταῖς συμφοραῖς. ἄλλως δέ, καὶ ἵνα μὴ νομίσῃ, ὅτι μνησικακῶν ὑπὲρ τῶν παρελθόντων, ἐκώλυσεν ἀπελθεῖν τὸν Λάζαρον, τέκνον αὐτὸν καλεῖ, μονονουχὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ τῆς προσηγορίας ἀπολογούμενος. οὗ κύριός εἰμι, σοί, φησι, μεταδίδωμι. ὃ δὲ ἐντεῦθεν ἀπελθεῖν ἐκεῖ, οὐκ ἔστιν ἡμέτερον· λοιπόν, ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου. καὶ διὰ τί οὐκ εἶπεν, ἔλαβες, ἀλλά, ἀπέλαβες;

a Unus, προσλειχθῆναι, alius, παραδοθῆναι.

A nimirum & digni, quique omnium illorum malitiam virtute pensent, venient in manus nostras: sicut evenit beato Abrahæ, cui minime curioso, quales essent qui præteribant, contigit tandem ut & Angelos exciperet hospitio. Hunc igitur & nos imitemur, simulque cum hoc nepotem illius Job. Quandoquidem & hic progenitoris sui magnanimitatem summa cum diligentia est imitatus. Eoque dicebat: *Ostium meum jugiter patebat cuivis advenienti.* Job 31. 32. Non sic huic patebat, ut alteri esset occlusum, sed indifferenter apertum erat omnibus.

B 6. Hoc exemplum & nos, quæso, imitemur, nihil exquirentes ultra quam oportet. Nam ad hoc ut pauper dignus habeatur eleemosyna, satis est egestas. Quod si quis cum hac commendatione nos adierit, ne quid amplius curiose scrutemur: nec enim moribus damus, sed homini: nec ob virtutem nos ejus misereat, sed ob calamitatem, quo nimirum & ipsi copiosam a Domino misericordiam nobis conciliemus, ut & in nos, qui indigni sumus, ille suam conferat benignitatem. Nam si in conservis nostris cœperimus exquirere dignitatem, moresque vestigare, C idem & Deus facturus est in nobis, dumque studemus a conservis reposcere vitæ causas, ipsi superni numinis benignitatem amittemus. *In quo enim*, inquit, *judicio judicaveritis, judicabimini.* Matt. 7. 2. Sed ad rem redeamus. Itaque cum videret illum in sinu Abrahæ, ait: *Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum.* Luc. 16. 24. Quamobrem non ad ipsum Lazarum direxit sermonem? Pudor, ut existimo, obstabat ac verecundia. Ex iis enim quæ in illum fecerat, arbitrabatur illum omnino meminisse malorum præteritorum. Quoniam si ego, inquit, tanta rerum affluens copia, nihil ab illo læsus, adeo despexi hominem in D tot malis versantem, ut ne micas quidem impertierim, quanto magis ille sic contemptus, non annuet petenti beneficium? Hæc non ut Lazarum accusemus, dicimus. Neque enim hoc animo fuit Lazarus, absit: sed causam indicavimus, quid hic veritus non implorarit ipsum Lazarum, sed potius Abraham inclamarit, quem existimabat nescire quæ fuerant acta. Atque illius digitum nunc implorabat, quem crebro passus fuerat circumlingi canum linguis. Quid igitur ille? *Fili, recepisti bona tua in vita tua.* Vide philosophiam, vide humanitatem justi. Non di- E xit, Inhumane, crudelis, sceleratissime, cum tam multa mala intuleris homini, nunc mentionem nobis facis humanitatis, misericordiæ, & veniæ? Non pudet? Non erubescis? Sed quid dicit? *Fili*, inquit, *recepisti bona tua.* Nam *animæ*, inquit, *dejectæ non addes perturbationem.* Eccli. 4. 3. Satis est illi suus cruciatus, ut ne illius calamitatibus insultemus. Ac ne putares, quod memor præteritorum malorum vetuerit abire Lazarum, filium illum appellat quasi sese ex tali appellatione excusans. Quod in mea, inquit, potestate est, impertio tibi: cæterum ut hinc abeamus illuc, non est jam nostræ facultatis. *Recepisti bona tua.* Quare non dixit, cepisti, sed recepisti?

Dives cur Abraham appellat potius quam Lazarum.

Hinc video magnum considerationum mare nobis aperiri. Quapropter quæ dicta sunt summa cura servantes, tam quæ hodie quam quæ nuper disserta sunt, summo cum studio reponamus, & ex iis quæ dicta sunt, ad audienda quæ post dicentur, vos ipsos magis idoneos reddite. Et quidem si fieri possit, facite ut omnium memineritis. Quod si id fieri non potest, hortor ut pro omnibus illud perpetuo memineritis, quod non erogare pauperibus, est rapinam in illos exercere, illorumque fraudare vitam: quodque non nostras, sed illorum res detinemus. Nam si hoc animo fuerimus, omnino pecuniam effundemus, ac Christum esurientem hic alentes, multamque nobis illic opulentiam recondentes, poterimus futurorum esse compotes bonorum, gratia ac benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre & Spiritu sancto gloria, honor, potestas, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

A πολὺ πέλαγος ἐντεῦθεν ἡμῖν νοημάτων ὁρῶ ἀνοιγόμενον. διὸ δὴ πάντα τὰ εἰρημένα μετὰ ἀκριβείας φυλάξαντες, τά τε νῦν, τά τε πρῴην λεχθέντα, μετὰ ἀσφαλείας ἁπάσης ἀποθώμεθα, καὶ πρὸς τὴν τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι ἀκρόασιν ἐκ τῶν εἰρημένων ἐπιτηδειοτέρους ἑαυτοὺς κατασκευάσατε· καὶ εἰ μὲν δυνατὸν ὑμῖν γένοιτο, πάντα μοι μνημονεύετε· εἰ δὲ μὴ δύνασθε πάντα, ἀντὶ πάντων ἐκεῖνο, παρακαλῶ, μέμνησθε διηνεκῶς, ὅτι τὸ μὴ μεταδιδόναι πένησιν ἐκ τῶν οἰκείων χρημάτων, ἁρπαγὴ πενήτων ἐστὶ καὶ ἀποστέρησις τῆς ἐκείνων ζωῆς· καὶ οὐ τὰ ἡμέτερα, ἀλλὰ τὰ ἐκείνων κατέχομεν. ἂν γὰρ οὕτως ὦμεν διακείμενοι, πάντως προησόμεθα τὰ χρήματα, καὶ πεινῶντα θρέψαντες τὸν Χριστὸν ἐνταῦθα, καὶ πολλὴν ἐκεῖ B τὴν [a] ἐμπορίαν ἀποθέμενοι, δυνησόμεθα τῶν μελλόντων ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· μεθ᾽ οὗ τῷ πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, τιμὴ, κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

a Alii, εὐπορίαν.

DE LAZARO CONCIO TERTIA, & quare non dixerit, cepisti bona tua in vita tua; sed, recepisti: & quamobrem justi sæpenumero incidunt in pericula, cum ea peccatores effugiant.

Luc. 16.25.

1. HAUDQUAQUAM mediocrem nobis utilitatem attulit de Lazaro parabola, tum divitibus, tum pauperibus, ut quæ hos quidem docuerit facile perferre inopiam, illos vero non passa sit efferri, sibique placere ob divitias, cum ex ipsis rebus demonstrarit, illum omnium esse maxime miserabilem, qui vitam agit in deliciis, nulli sua bona communicans. Age igitur & hodie denuo tractemus idem argumentum, quandoquidem qui in metallis operantur, ubicumque viderint multas auri venas, illic fodiunt acrius, nec prius absistunt, quam totum quod reperiri potuit, exhauserint. Redeamus igitur illuc, ubi sermonem nuper finivimus, ut illinc eumdem instauremus. Poteramus quidem unius diei opera vobis totam hanc explanare parabolam: verum non hoc agimus, ut multa loquuti discedamus, sed ut vos diligenter acceptis, animoque infixis quæ dicta sunt, ex ista custodia sentiatis fructum aliquem spiritalem. Nam & mater prolis amans, dum suum infantem lactentem parat ad solidum cibum adducere, si simul multum meri infundat ori, nihil prodest infanti, refundente puero quod datur, ac tuniculam, qua pectus tegitur, irrigante. Quod si sensim ac paulatim infundat, puer quod traditum est, absque molestia transmittit. Proinde ne vobis itidem quod traditum fuerit, effluat: non confertim vobis inclinavimus doctrinæ poculum, sed in dies aliquot partiti sumus, passi vobis interim hisce diebus interquiescere ab audiendi labore, quo simul & ea quæ deposuimus, sic

Collata cum MSS. Regiis 1819. 1960. 1963. & Colbertino 364.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΛΑΖΑΡΟΝ ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ· καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ εἶπεν, ἔλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν C τῇ ζωῇ σου, ἀλλ᾽ ἀπέλαβες· καὶ διὰ τί οἱ μὲν δίκαιοι κινδύνοις πολλάκις περιπίπτουσιν, οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ τούτους διαφεύγουσιν.

ΟΥ τὰ τυχόντα ἡμᾶς ὤνησεν ἡ κατὰ τὸν Λάζαρον παραβολὴ, καὶ πλουσίους καὶ πένητας· τοὺς μὲν εὐκόλως φέρειν τὴν πενίαν παιδεύσασα, τοὺς δὲ οὐκ ἀφεῖσα μέγα φρονεῖν ἐπὶ τῷ πλούτῳ· ἀλλὰ δι᾽ αὐτῶν τῶν ἔργων διδάξασα, ὅτι πάντων ἐλεεινότερος ὁ τρυφῇ συζῶν, καὶ μηδενὶ τῶν ὄντων μεταδιδούς. φέρε οὖν καὶ σήμερον τῆς αὐτῆς [b] πάλιν ἀψώμεθα ὑποθέσεως· ἐπεὶ καὶ οἱ τὰ μέταλλα ἐργαζόμενοι, ἔνθα ἂν ἴδωσι πολλὰς τοῦ χρυσίου D τὰς ἶνας, ἐκεῖ διασκάπτουσι πάλιν, καὶ οὐκ ἀφίστανται πρότερον, ἕως ἂν ἅπαν τὸ φαινόμενον ἐξαντλήσωσιν. ἐπανίωμεν τοίνυν, ἔνθα πρῴην κατελίπομεν τὸν λόγον, ἵνα ἐκεῖθεν αὐτὸν ἀναλάβωμεν. ἐνῆν μὲν γὰρ καὶ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ πᾶσαν ὑμῖν ταύτην ἐξαπλῶσαι τὴν παραβολήν. ἀλλ᾽ οὐχ ὅπως πολλὰ εἰπόντες ἀπέλθωμεν, τοῦτο ἐσπουδάκαμεν, ἀλλ᾽ ὅπως μετὰ ἀκριβείας τὰ λεχθέντα δεξάμενοι καὶ κατασχόντες, λάβοιτέ τινα ἀπὸ τῆς φυλακῆς ταύτης αἴσθησιν ὠφελείας πνευματικῆς. καὶ γὰρ μήτηρ φιλόστοργος μέλλουσα ἐπὶ στερεὰν τὸ γαλακτοτροφούμενον E παιδίον ἄγειν τροφὴν, ἂν μὲν ἀθρόον ἐγχέῃ τῷ στόματι τὸν ἄκρατον, οὐδὲν ὀνίνησιν, ἀποβλύζοντος τοῦ παιδίου τὸ διδόμενον, καὶ διαβρέχοντος περὶ τῷ στήθει τὸν χιτωνίσκον· ἂν δὲ ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν ἐγχέῃ, παραπέμπει τὸ δοθὲν ἀλύπως. ἵν᾽ οὖν καὶ ὑμεῖς τὸ δοθὲν μὴ ἀποβλύσητε, οὐκ ἀθρόον ὑμῖν ἐπεκλίναμεν τὸ τῆς διδασκαλίας ποτήριον, ἀλλ᾽ εἰς πολλὰς ὑμῖν αὐτὸ κατεκερματίσαμεν ἡμέρας, ἐν ταῖς μεταξὺ ταύταις ἡμέραις διαναπαύεσθαι παρασχόντες ὑμῖν ἐκ τοῦ τῆς ἀκροάσεως πόνου, ἵνα καὶ τὰ

b Unus MS, & Savil. in marg. ἐπιλαβώμεθα.

καταβληθέντα

καταβληθέντα παγῇ μετὰ ἀσφαλείας ἐν τῇ διανοίᾳ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, καὶ τὰ ῥηθήσεσθαι μέλλοντα ἀνειμένῃ καὶ ἀκμαζούσῃ δέξησθε ψυχῇ. Διὰ τοῦτο καὶ τὴν ὑπόθεσιν τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι πολλάκις ὑμῖν προλέγομεν πρὸ πολλῶν ἡμερῶν, ἵνα ἐν ταῖς μεταξὺ ταύταις ἡμέραις τὸ βιβλίον λαβόντες, καὶ τὴν περικοπὴν ἅπασαν ἐπιόντες, καὶ καταμαθόντες τί μὲν εἴρηται, τί δὲ ἀπολέλειπται, εὐμαθεστέραν ὑμῶν ποιήσητε τὴν διάνοιαν πρὸς τὴν ἀκρόασιν τῶν μετὰ ταῦτα ῥηθησομένων. Καὶ τοῦτο ἀεὶ παρακαλῶ, καὶ παρακαλῶν οὐ παύσομαι, ἵνα μὴ μόνον ἐνταῦθα τοῖς λεγομένοις προσέχητε, ἀλλὰ καὶ οἴκοι γινόμενοι, τῇ τῶν θείων γραφῶν ἀναγνώσει συνεχῶς ἐνδιατρίβητε. Τοῦτο καὶ τοῖς ἰδίᾳ συγγινομένοις ἡμῖν οὐ διέλιπον ἀεὶ παραινῶν. Μὴ γάρ μοι λεγέτω τις τὰ ψυχρὰ ῥήματα ἐκεῖνα, καὶ πολλῆς καταγνώσεως ἄξια, ὅτι δικαστηρίῳ προσήλωμαι, τὰ τῆς πόλεως πράττω πράγματα, τέχνην μετέρχομαι, γυναῖκα ἔχω, παιδία τρέφω, οἰκίας προΐσταμαι, ἀνὴρ εἰμὶ βιωτικός· οὐκ ἔστιν ἐμὸν γραφὰς ἀναγινώσκειν, ἀλλ' ἐκείνων τῶν ἀποταξαμένων, τῶν τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων κατειληφότων, τῶν τοῦτον τὸν βίον ἐχόντων διηνεκῶς. Τί λέγεις, ἄνθρωπε; οὐκ ἔστι σὸν ἔργον γραφαῖς προσέχειν, ἐπειδὴ μυρίαις περιέλκῃ φροντίσι; σὸν μὲν οὖν μᾶλλόν ἐστιν, ἢ ἐκείνων. Οὐ γὰρ οὕτως ἐκεῖνοι χρήζουσι τῆς ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν βοηθείας, ὡς οἱ ἐν μέσῳ στρεφόμενοι πραγμάτων πολλῶν. Οἱ μὲν γὰρ μοναχοὶ τῆς ἀγορᾶς καὶ τῶν ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἀπηλλαγμένοι θορύβων, καὶ τὰς καλύβας ἐν ἐρημίᾳ πηξάμενοι, καὶ πρὸς οὐδένα κοινὸν οὐδὲν ἔχοντες, ἀλλ' ἐμφιλοσοφοῦντες μετὰ ἀδείας τῇ τῆς ἡσυχίας ἐκείνης γαλήνῃ, καθάπερ ἐν λιμένι καθήμενοι, πολλῆς τῆς ἀσφαλείας ἀπολαύουσιν· ἡμεῖς δὲ, οἱ καθάπερ ἐν μέσῳ πελάγει σαλεύοντες, καὶ μυρίων ἁμαρτημάτων ἀνάγκας ἔχοντες, συνεχοῦς καὶ διηνεκοῦς ἀεὶ δεόμεθα τῆς ἀπὸ τῶν γραφῶν παρακλήσεως. Ἐκεῖνοι πόῤῥω τῆς μάχης κάθηνται, διόπερ οὐδὲ πολλὰ δέχονται τραύματα· σὺ δὲ διηνεκῶς ἐπὶ τῆς παρατάξεως ἕστηκας, καὶ συνεχεῖς δέχῃ τὰς πληγάς, διὸ καὶ πλειόνων σοι δεῖ τῶν φαρμάκων. Καὶ γὰρ γυνὴ παροξύνει, καὶ υἱὸς λυπεῖ, καὶ οἰκέτης εἰς ὀργὴν ἐμβάλλει, καὶ ἐχθρὸς ἐπιβουλεύει, καὶ φίλος βασκαίνει, καὶ γείτων ἐπηρεάζει, καὶ συστρατιώτης ὑποσκελίζει, πολλάκις καὶ δικαστὴς ἀπειλεῖ, καὶ πενία λυπεῖ, καὶ ἀποβολὴ τῶν οἰκείων πένθος ἐργάζεται, καὶ εὐημερία φυσᾷ, δυσπραγία συστέλλει· καὶ πολλαὶ μὲν ὀργῆς, πολλαὶ δὲ φροντίδων, πολλαὶ δὲ ἀθυμίας καὶ λύπης, πολλαὶ δὲ κενοδοξίας καὶ ἀπονοίας ἀφορμαὶ καὶ ἀνάγκαι πάντοθεν ἡμᾶς περιστοιχίζονται, καὶ μυρία πάντοθεν τὰ βέλη φέρεται. Διὸ τῆς ἀπὸ τῶν γραφῶν πανοπλίας χρεία διηνεκῶς. Ἐπίγνωθι γάρ, φησιν, ὅτι ἐν μέσῳ παγίδων διαβαίνεις, καὶ ἐπὶ ἐπάλξεων πόλεως περιπατεῖς. Καὶ γὰρ αἱ τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίαι χαλεπώτερον τῶν ἐν μέσῳ στρεφομένων κατεξανίστανται· καὶ γὰρ καὶ ὄψις εὐπρεπὴς, καὶ σῶμα λαμπρὸν διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἔβαλε, καὶ ῥῆμα αἰσχρὸν διὰ τῆς ἀκοῆς εἰσελθὸν ἐθορύβησεν ἡμῶν τὸν λογισμόν· πολλάκις δὲ καὶ μέλος κατακεκλασμένον τὸ τῆς ψυχῆς εὔτονον κατεμάλαξε. Καὶ τί λέγω ταῦτα; τὸ γὰρ πάντων τούτων εὐτελέστερον εἶναι πολλάκις δοκοῦν, μύρων ὀσμὴ παραπνέουσά ποθεν.

A insigantur animo vestræ caritatis, ut excidere non possint, & ea quæ dicentur sedatis ac vegetis mentibus excipiatis. Eoque crebro vobis prædicimus multis ante diebus argumentum de quo sumus loquuturi, ut his in medio diebus sumto libro, perpensaque rei summa tota, posteaquam intellexeritis quid dictum sit, quid restet dicendum, mentem vestram instructiorem reddatis ad audienda quæ post differentur. Idque semper hortor & hortari non desinam, ut non hic tantum attendatis iis quæ dicuntur, verumetiam cum domi fueritis, assidue divinarum Scripturarum lectioni vacetis. Quod quidem & iis

Hortatur ad lectionem sacrorum voluminum.

B qui privatim mecum congressi sunt non destiti inculcare. Neque vero mihi quisquam proferat frigida illa verba planeque damnanda: Ego forensibus causis affixus sum, publica gero negotia, artificium exerceo, uxorem habeo, alo liberos, familiæ curam gero, mundanus homo sum, non est meum legere Scripturas, sed eorum qui mundo dixerunt vale, qui montium vertices occuparunt, qui vitam ejusmodi continenter agunt. Quid ais homo? Non est tui negotii Scripturas evolvere, quoniam innumeris curis distraheris? Imo tuum magis est quam illorum. Neque enim illi perinde Scripturarum egent præ-

C sidio, atque vos in mediis negotiorum undis jactati. Nam Monachi quidem a foro forensibusque negotiis liberi, quique in deserto fixere tuguriola, neque cum quoquam habent commercium, sed in illa quieta tranquillitate cum omni securitate philosophantur, ac velut in portu sedentes, rebus vehementer tutis fruuntur: nos contra velut in medio mari fluctuantes, innumerisque velimus nolimus, peccatis obstricti, semper opus habemus perpetuo jugique Scripturarum solatio. Illi sedent procul a conflictu, eoque nec accipiunt multa vulnera: tibi vero quia perpetuo stas in acie, quia frequentes accipis pla-

D gas, idcirco magis opus est remediis, ut quem & uxor provocat, & filius contristat, atque ad iram commovet, & insidiatur hostis, & invidet amicus, & vicinus insectatur, & commilito supplantat, frequenter & judex minatur, & paupertas est molesta, & domesticorum amissio luctum affert, & prosperitas inflat, adversitas contrahit. Breviter, varia iracundiæ, varia curarum, varia perturbationis, ac mœroris, varia jactantiæ, varia tumoris, tum occasio, tum necessitas, nos undequaque circumvallat, innumeraque ex omni parte tela volitant: unde necesse est indesinenter a Scripturis armaturam sume-

E re. Agnosce igitur, inquit, quod in medio laqueorum incedis, quodque in pinnaculis civitatis ambulas. Carnis enim concupiscentiæ acrius insurgunt adversus eos, qui in hominum vivunt frequentia, quos & decora facies, & corporis nitor capit per oculos, & verbum obscœnum per aures ingressum turbat nobis rationem: frequenter & arte modulata mollis cantio animi constantiam labefacit. Sed quid hæc commemoro? Quod his omnibus videtur esse vilius, unguentorum odor alicunde aspirans a mulierculis in

Eccl. 9. 10.

fornicibus quæstum meretricium exercentibus, ex simplici occursu comprehendit & abducit captivum.

Magis tentantur qui versantur in civitatibus.

2. Adeo multa sunt quæ nostram oppugnant animam, eoque opus habemus divinis remediis, quo simul & jam acceptis vulneribus medeamur, & quæ nondum quidem inflicta sunt, sed post infligentur, prohibeamus, eminus venientia diaboli spicula exstinguentes depellentesque per assiduam Scripturarum lectionem. Neque enim fieri potest, non potest inquam fieri, ut quisquam salutem assequatur, ni assidue versetur in lectione spiritali. Imo præclare revera nobiscum agitur, etiamsi perpetuo hujus medicamenti participes, aliquando salutem consequi possimus. Quod si quotidie vulneremur, medelam vero nullam adipiscamur, quæ fuerit spes salutis? Annon vides fabros ærarios, aurifices, fabros argentarios, denique eos qui quamcumque exercent artem, omnia artis instrumenta habere parata & integra: quamvis compellat fames, quamvis affligat inopia, omnia præoptantes sustinere potius, quam ut ex instrumentis artificii quidpiam vendere velint, atque hinc ali? Itaque multi frequenter potius habuerunt mutuam pecuniam accipere, ut familiam & liberos alerent, quam vel minimum aliquid ex artis instrumentis vendere: idque jure optimo. Norunt enim quod divenditis illis, ars universa ipsis fit inutilis, totumque quæstus fundamentum sublatum: illis autem manentibus, fieri potest ut contractum æs alienum progressu temporis aliquando dissolvant jugiter utentes artificio. Quod si priusquam solverint æs alienum, aliis ea vendant, jam non est unde possint solatium aliquod famis inopiæque excogitare. Hoc sane animo nos quoque præditos esse oportet: quemadmodum enim illis artis instrumenta sunt, malleus, incus, forceps: sic & nobis artis instrumenta sunt Apostolorum ac Prophetarum libri, omnisque Scriptura divinitus inspirata & utilis. Et quemadmodum illi per instrumenta quidquid faciendum susceperint perficiunt: ita sane & nos per hos fabricamur animam nostram, depravatamque corrigimus, & inveteratam renovamus. Atque illi quidem hactenus modo præstant suam artem ut formam addant rebus: neque enim possunt materiam vasorum transmutare, neque ex argento aurum reddere: sed harum rerum figuras componunt dumtaxat. Tu vero non ita, sed amplius quiddam potes: nam ligneum vas acceptum, poteris aliquando reddere aureum: cui rei testis est Paulus, in hunc loquens modum: *In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea fictiliaque. Si quis igitur expurgaverit seipsum ab his, erit vas in honorem sanctificatum, & utile domino ad omne opus bonum præparatum.* Itaque ne negligamus nobis parare libros, ne circa vitalia vulnus accipiamus: nec aurum defodiamus, sed nobis ipsis recondamus thesaurum

2. *Tim.* 3.

2. *Tim.* 2. 20.

A παρὰ γυναικῶν ἑταιριζομένων ἐν τῇ παρόδῳ, λαβοῦσα ἀπῆλθεν αἰχμάλωτον ἀπὸ ψιλῆς τῆς συντυχίας.

Καὶ πολλὰ τοιαῦτά ἐστι τὰ πολιορκοῦντα τὴν ἡμετέραν ψυχήν· καὶ δεῖ τῶν θείων φαρμάκων ἡμῖν· ἵνα καὶ τὰ γινόμενα ἕλκη θεραπεύωμεν, καὶ τὰ μηδέπω μὲν γινόμενα, μέλλοντα δὲ γίνεσθαι, προαναστέλλωμεν, πόῤῥωθεν τοῦ διαβόλου τὰ βέλη κατασβεννύντες καὶ ἀποκρουόμενοι διὰ τῆς συνεχοῦς τῶν θείων γραφῶν ἀναγνώσεως. οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι τινὰ σωθῆναι μὴ συνεχῶς ἀναγνώσεως ἀπολαύοντα πνευματικῆς· ἀλλ' ὄντως ἀγαπητὸν, εἰ καὶ διη-
B νεκῶς [a] ταύτης ἀπολαύοντες τῆς θεραπείας, δυνηθείημεν σωθῆναί ποτε. ὅταν δὲ καθ' ἑκάστην μὲν πληττώμεθα τὴν ἡμέραν, ἰατρείας δὲ μηδεμιᾶς ἀπολαύωμεν, ποία σωτηρίας ἐλπίς; οὐχ ὁρᾷς τοὺς χαλκοτύπους, τοὺς χρυσοχόους, τοὺς ἀργυροκόπους, τοὺς ἡντιναοῦν μετιόντας τέχνην, ἅπαντα τὰ τῆς τέχνης ἔχοντας ἀπηρτισμένα τὰ ἐργαλεῖα. κἂν λιμὸς ἀναγκάζῃ, κἂν πενία θλίβῃ, πάντα αἱρουμένους ὑπομένειν μᾶλλον, ἢ τῶν τῆς τέχνης ὀργάνων ἀποδόσθαι τι, καὶ διατραφῆναι; πολλοὶ γοῦν πολλάκις δανείσασθαι μᾶλλον εἵλοντο, καὶ διαθρέψαι καὶ τὴν οἰκίαν καὶ τὰ παιδία, ἢ τῶν τῆς τέχνης ἐργαλείων κἂν τὸ μικρότατον ἀποδόσθαι· καὶ μάλα γε εἰκότως. ἴσασι γὰρ ὅτι,
C πραθέντων ἐκείνων, ἄχρηστα τὰ τῆς τέχνης αὐτοῖς ἅπαντα, καὶ ἡ τῆς εὐπορίας ὑπόθεσις ἀνῄρηται πᾶσα. ἐκείνων μὲν γὰρ μενόντων, δυνατὸν τὰ γινόμενα δανείσματα χρόνῳ ποτὲ διαλύσασθαι τῇ τέχνῃ συνεχῶς χρωμένους· εἰ δὲ φθάσαντες ἑτέροις αὐτὰ [b] ἀπόδοιντο, οὐδεμίαν οὐκέτι παραμυθίαν τῇ πενίᾳ καὶ τῷ λιμῷ πόθεν ἐπινοῆσαι δυνήσονται. οὕτως οὖν καὶ ἡμᾶς διακεῖσθαι χρή· καθάπερ γὰρ ἐκείνοις ἐργαλεῖα τῆς τέχνης ἐστὶ σφῦρα καὶ ἄκμων καὶ πυράγρα· οὕτω δὴ καὶ ἡμῖν ἐργαλεῖα τῆς τέχνης ἐστὶν, ἀποστολικὰ καὶ προφητικὰ βιβλία, καὶ πᾶ-
D σα γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος. καὶ καθάπερ ἐκεῖνοι δι' ἐκείνων τὰ σκεύη πάντα, ἅπερ ἂν λάβωσι, διαπλάττουσιν· οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς διὰ τούτων τὴν ψυχὴν τὴν ἡμετέραν χαλκεύομεν, καὶ διεστραμμένην διορθοῦμεν, καὶ παλαιωθεῖσαν ἀνακαινίζομεν. κἀκεῖνοι μὲν μέχρι τῶν σχημάτων τὴν ἑαυτῶν ἐπιδείκνυνται τέχνην· οὐ γὰρ δὴ τὴν ὕλην τῶν σκευῶν μεταβαλεῖν δύναιντ' ἂν, οὐδὲ τὸν ἄργυρον ποιῆσαι χρυσὸν, ἀλλὰ τοὺς τύπους αὐτῶν μεταῤῥυθμίζουσι μόνον· σὺ δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἔχεις τι πλέον
E ἐκείνων, καὶ ξύλινον σκεῦος λαβὼν δυνήσῃ ποτὲ χρυσοῦν ποιῆσαι. καὶ τούτου μάρτυς ὁ Παῦλος, οὕτω λέγων· Ἐν μεγάλῃ δὲ οἰκίᾳ οὐκ ἔστι μόνον σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἀλλὰ καὶ ξύλινα καὶ ὀστράκινα. ἐὰν τις οὖν ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν ἐκ τούτων, ἔσται σκεῦος εἰς τιμὴν ἡγιασμένον, καὶ εὔχρηστον τῷ δεσπότῃ, εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἡτοιμασμένον. μὴ τοίνυν ἀμελῶμεν τῆς κτήσεως τῶν βιβλίων, ἵνα μὴ περὶ τὰ καίρια δεξώμεθα τὴν πληγὴν, μηδὲ χρυσίον κατορύττωμεν, ἀλλὰ βιβλία θησαυρίζωμεν ἑαυ-

a Alii, ταύτης μετέχοντες τῆς

b Alii, ἀποδῶσιν. Paulopost, quidam MSS. οὕτω δὴ καὶ ἡμᾶς.

τοῖς πνευματικοῖς. τὸ μὲν γὰρ χρυσίον, ὅταν γένηται πλέον, τότε μάλιστα ἐπιβουλεύει τοῖς κεκτημένοις· τὰ δὲ βιβλία ἀποκείμενα, πολλὴν παρέχει τοῖς ἔχουσι τὴν ὠφέλειαν. ὥσπερ γὰρ ἔνθα ἂν ᾖ ἀποκείμενα ὅπλα βασιλικὰ, κἂν μηδεὶς ᾖ ὁ κεχρημένος, πολλὴν παρέχει τοῖς ἔνδον οἰκοῦσι τὴν φυλακὴν, οὔτε λῃστῶν, οὔτε τοιχωρύχων, οὔτε ἄλλου τινὸς τῶν κακουργούντων τολμῶντος ἐπιβῆναι τῆς οἰκίας· οὕτως ἔνθα ἂν ᾖ βιβλία πνευματικὰ, πᾶσα ἐκεῖθεν ἐλαύνεται ἐνέργεια διαβολικὴ, καὶ πολλὴ τοῖς ἐνοικοῦσιν ἀρετῆς παράκλησις γίνεται. καὶ αὐτὴ γὰρ καθ' ἑαυτὴν τῶν βιβλίων ἡ ὄψις ὀκνηροτέρους ἡμᾶς πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἐργάζεται. κἄν τε γὰρ τολμήσωμέν τι τῶν ἀπηγορευμένων, καὶ ἀκαθάρτους ἑαυτοὺς ἐργασώμεθα, ἐπανιόντες οἴκαδε, καὶ τὰ βιβλία ὁρῶντες, μᾶλλον ἡμῶν καταδικάζομεν τὸ συνειδὸς, καὶ πρὸς τὸ τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν ὀκνηρότεροι γινόμεθα. ἄν τε πάλιν ἐν ἁγιωσύνῃ διατελῶμεν, πλείονα ἐκεῖθεν λαμβάνομεν [a] τὴν ὠφέλειαν. ἅμα γὰρ ἥψατό τις εὐαγγελίου, καὶ μετερρύθμισεν ἑαυτοῦ τὴν διάνοιαν εὐθέως, καὶ τῶν βιωτικῶν ἀπέστησε καὶ ἀπὸ τῆς ὄψεως μόνης αὐτῆς. εἰ δὲ καὶ ἀνάγνωσις προσγένοιτο ἀκριβὴς, καθάπερ ἐν ἱεροῖς ἀδύτοις ἡ ψυχὴ τελουμένη, οὕτως ἐκκαθαίρεται καὶ βελτίων γίνεται, τοῦ θεοῦ ὁμιλοῦντος αὐτῇ διὰ τῶν γραμμάτων ἐκείνων. τί οὖν ἂν μὴ εἰδῶμεν τὰ ἐγκείμενα, φησί; μάλιστα μὲν κἂν μὴ εἰδῇς τὰ ἐγκείμενα, ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀναγνώσεως πολὺς ὁ ἁγιασμὸς γίνεται· ἄλλως δὲ, ἀδύνατον πάντα ἐπίσης ἀγνοεῖν· διὰ γὰρ τοῦτο ἡ τοῦ πνεύματος ᾠκονόμησε χάρις τελώνας καὶ ἁλιέας καὶ σκηνοποιοὺς καὶ ποιμένας καὶ αἰπόλους καὶ ἰδιώτας καὶ ἀγραμμάτους ταῦτα συνθεῖναι τὰ βιβλία, ἵνα μηδεὶς τῶν ἰδιωτῶν εἰς ταύτην ἔχῃ καταφεύγειν τὴν πρόφασιν, ἵνα πᾶσιν εὐσύνοπτα ᾖ τὰ λεγόμενα· ἵνα καὶ ὁ χειροτέχνης, καὶ οἰκέτης, καὶ ἡ χήρα γυνὴ, καὶ ὁ πάντων ἀνθρώπων ἀμαθέστατος, κερδάνῃ τε καὶ ὠφεληθῇ παρὰ τῆς ἀκροάσεως. οὐ γὰρ πρὸς κενοδοξίαν, καθάπερ οἱ ἔξωθεν, ἀλλὰ πρὸς τὴν σωτηρίαν τῶν ἀκουόντων ταῦτα πάντα συνέθηκαν οἱ παρὰ τὴν ἀρχὴν καταξιωθέντες τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος.

Οἱ μὲν γὰρ ἔξωθεν φιλόσοφοι, καὶ ῥήτορες, καὶ συγγραφεῖς οὐ τὸ κοινῇ συμφέρον ζητοῦντες, ἀλλ' ὅπως αὐτοὶ θαυμασθεῖεν μόνον σκοποῦντες, εἴ τι καὶ χρήσιμον εἶπον, καὶ τοῦτο καθάπερ [b] ἐν ζόφῳ τινὶ, τῇ συνήθει ἀσαφείᾳ κατέκρυψαν. οἱ δὲ ἀπόστολοι καὶ οἱ προφῆται τοὐναντίον ἅπαν ἐποίησαν. σαφῆ γὰρ καὶ δῆλα τὰ παρ' ἑαυτῶν κατέστησαν ἅπασιν, ἅτε κοινοὶ τῆς οἰκουμένης ὄντες διδάσκαλοι, ἵνα ἕκαστος καὶ δι' ἑαυτοῦ μανθάνειν δύνηται ἐκ τῆς ἀναγνώσεως μόνης τὰ λεγόμενα. καὶ τοῦτο προαναφωνῶν ὁ προφήτης ἔλεγεν· ἔσονται πάντες διδακτοὶ θεοῦ. καὶ οὐ μὴ εἴπῃ ἕκαστος τῷ πλησίον αὐτοῦ, γνῶθι τὸν κύριον, ὅτι πάντες εἰδήσουσί με ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου αὐτῶν. καὶ ὁ Παῦλός φησι· κἀγὼ, ἀδελφοὶ, ἦλθον πρὸς ὑμᾶς, οὐ καθ' ὑπεροχὴν λόγου, ἢ σοφίας, καταγγέλλων ὑμῖν τὸ

a Alii, τὴν ἀσφάλειαν.
b Unus Ms. ἐν ζόφῳ τῇ συνηθείᾳ ἀσαφείᾳ. Savil. in marg. ἐν ζόφῳ ἢ συνηθεὶς ἀσάφεια. Savil. & Morel. τῇ τῆς συνηθείας ἀσαφείᾳ.

A librorum spiritalium. Aurum quidem cum maxime crescit, tum maxime insidiatur possidentibus: libri vero repositi multam adferunt habentibus utilitatem. Quemadmodum enim arma regalia reposita, etiamsi nemo fuerit qui possideat, tamen iis, qui habitant in ædibus ubi reposita sunt, multam præbent custodiam ac tutamen, dum neque latrones, neque parietum perfossores, neque alius quispiam sceleratorum audet eam aggredi domum: sic ubicumque fuerint libri spiritales, illinc omnis expellitur vis diabolica, multaque inhabitantibus accedit virtutis consolatio: quandoquidem ipse etiam per se librorum aspectus segniores nos B reddit ad peccandum. Sive enim quidpiam ausi fuerimus eorum, quæ prohibita sunt, nosque ipsos reddiderimus pollutos, reversos domum, ac libros intuentes acrius nos condemnat conscientia, reddimurque lentiores ad eadem repetenda. Rursum sive in sanctimonia perstiterimus, majorem inde utilitatem accipimus. Nam simulatque tetigit aliquis Evangelium, mox composuit suam ipsius mentem, & a rebus mundanis abduxit, idque ex ipso solo aspectu. Quod si accesserit diligens lectio, non aliter quam in sacris adytis, rebus divinis initiata anima, sic repurgatur, meliorque redditur, Deo cum ipsa per illas Scripturas colloquente. Quid igi- C tur, inquiunt, si non intelligamus ea quæ continentur libris? Maxime quidem etiamsi non intelligas illic recondita, tamen ex ipsa lectione multa nascitur sanctimonia. Quamquam fieri non potest ut omnia ex æquo ignores: propterea siquidem spiritus gratia dispensavit, ac providit, ut publicani, piscatores, tabernaculorum opifices, pastores, & caprarii, idiotæ, illiterati, hos libros componerent, & ne quis idiotarum ad hanc difficultatis confugere posset excusationem, ut omnibus facilia conspectu essent ea quæ dicuntur, ut & opifex, & famulus, & vidua mulier, & omnium hominum indoctissimus ex audita lectione aliquid lucri utilitatisque D reportaret. Non enim ad inanem gloriam, quemadmodum Ethnici, sed ad audientium salutem hæc omnia composuerunt, ii, quos ab initio Deus dignatus est gratiâ Spiritus.

Sacrorum Librorum laus.

3. Siquidem ii qui sunt a Christo alieni philosophi, dicendi artifices, rhetores, ac librorum scriptores, non quod in commune conducit quærentes, sed illud spectantes ut ipsi sint in admiratione, etiamsi quid utile dixerint, hoc quoque quemadmodum in caligine quadam, consueta sibi, occultarunt obscuritate. Apostoli vero ac Prophetæ omnia contra fecerunt, manifesta claraque, quæ prodiderunt, exposuerunt omnibus, veluti E communes orbis doctores, ut per se quisque discere possit ea quæ dicuntur e sola lectione. Hoc ante prænuncians Propheta dicebat: *Erunt omnes docti a Deo, & non dicet quisque proximo suo, nosce Deum, quoniam omnes noscent me a minimo ipsorum usque ad maximum eorum.* Et Paulus inquit. *Et ego, fratres, veni ad vos, non per excellentiam sermonis aut sapientiæ, nuncians vobis myste-*

Lectio Scripturæ etiam non intellectæ utilis.

Jer. 31. 34. & Joan. 6. 45.

1. Cor. 2. 1.

1. Cor. 2. 4. & 6.

rium Dei. Et iterum, *Sermo meus & prædicatio non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus ac virtute.* Et rursum, *Loquimur enim sapientiam,* inquit, *non sæculi hujus, neque principum hujus sæculi, qui corrumpuntur.* Cui enim non sunt manifesta quæcumque in Evangelio scripta sunt? Quis autem audiens beatos esse mites, beatos misericordes, beatos mundo corde, cæteraque hujusmodi, egebit præceptore, ut aliquid eorum discat quæ dicuntur? Verum signa, miracula, historiæ, non cuivis nota manifestaque sunt? Prætextus iste est & causatio, pigritiæque velamentum. Non intelligis quæ insunt: quomodo possis aliquando intelligere, qui ne leviter quidem inspicere velis? Sume librum in manus, lege historiam omnem, & quæ nota sunt memoria tenens, ea quæ obscura sunt, parumque manifesta, frequenter percurre. Quod si non poteris assiduitate lectionis invenire quod dicitur, accede ad sapientiorem, vade ad doctorem, communica de iis quæ scripta sunt, declara vehemens studium. Et si viderit te Deus tantam animi alacritatem adhibere, non despiciet tuam vigilantiam ac solicitudinem. Verum etiam si nullus homo te docuerit quod quæris, ipse sine dubio reserabit. Memento Eunuchi reginæ Æthiopum, qui cum esset homo barbarus, innumerisque distentus solicitudinibus, & undiquaque circumseptus negotiis, nec intelligeret quæ legebat, legebat tamen in curru sedens. Quod si in via tantam præstitit diligentiam, cogita qualis fuerit domi versans. Si tempore profectionis non sustinuit absque lectione manere, multo minus domi sedens. Si nihil intelligens legebat, nec destitit a lectione, multo minus postquam didicerat. Nam ut scias, quod non intellexerit quæ legebat, audi quid dicit Philippus: *Num intelligis quæ legis?* Atque ille his auditis non pudefactus est, nec erubuit, sed inscitiam suam confessus est, aitque: *Quinam possim, nisi quis mihi ostenderit?* Cum nondum haberet qui viam commonstraret, tamen legebat, eoque cito consequutus est ductorem. Novit propensam illius animam Deus, studium amplexus est, misit illi doctorem illico. Verum non adest Philippus: sed spiritus qui moverat Philippum adest. Ne neglexerimus nostram salutem, dilectissimi, hæc omnia *scripta sunt propter nos ad correctionem nostri, in quos fines sæculorum devenerunt.* Magna adversus peccatum munitio est, Scripturarum lectio: magnum præcipitium, profundum barathrum Scripturarum ignoratio, magna salutis perditio, nihil scire ex divinis legibus: ea res & hæreses peperit, ea vitam corruptam invexit, hoc sursum deorsum miscuit omnia. Nam fieri non potest, non potest, inquam, fieri, ut quis sine fructu discedat, qui assidua attentaque lectione fruatur. Ecce una parabola, quam multiplicem nobis attulit utilitatem? Quomodo animam nostram meliorem reddidit? Nam complures, sat scio, sunt, qui ex his sermonibus

Math. 5.

Lectio iterata aperit obscura.

1. Cor. 10. 11.

Ignoratio Scripturæ hæreses parit.

A quare nobis judicem in animo sic perpetuo vigilantem, & attentum Deus constituit? conscientiam loquor. Nec enim est ullus inter homines adeo vigilans, ut est nostra conscientia. Nam externi judices & pecuniis corrumpuntur, & assentationibus deliniuntur, & metu simulant, denique multa sunt alia quæ rectum illorum judicium depravant: at conscientiæ tribunal nulli hominum novit cedere, sed quamvis dederis pecunias, quamvis mineris, quamvis aliud quidlibet feceris, justam feret sententiam adversus peccatorum cogitationes, adeo ut ipse quoque qui peccatum admisit, seipsum condemnet, B etiam si alius nullus accuset. Neque id semel atque iterum, sed sæpius, imo per omnem vitam hoc facere non desinit: & licet ingens temporis intervallum intercesserit, numquam tamen obliviscetur eorum quæ facta sunt. Quin & cum perpetratur peccatum, & priusquam perpetretur, & postquam est perpetratum, acerbus nobis imminet accusator, maxime vero posteaquam perpetratum fuerit. Nam in perpetrando scelere, quoniam voluptate sumus ebrii, non perinde sentimus: cæterum simulatque commissum fuerit, ceperitque finem, tum demum exstincta voluptate, amarus pœnitentiæ sti- C mulus succedit, contra quam accidere solet mulieribus parturientibus. Nam illis ante partum labor est ingens, gravesque nixus, dissecantes eas intolerandis doloribus: post partum vero relaxatio, dolore simul cum infante egrediente: verum hic non item, sed dum parturimus concipimusque corruptos affectus, delectamur, gaudemusque: cæterum ubi fuerimus enixi malum illum puerum peccatum, tum conspecta fœditate partus, discruciamur gravius quam mulieres parturientes. Quapropter ne, a principio maxime, concipiamus in animo corruptam cupiditatem. Quod si quando conceperimus, D tamen fetum intus præfocemus. Rursus si huc usque fuerimus negligentes, iniquitatem in opus progressam mox occidamus per confessionem, per lacrymas, per propriorum commissorum accusationem. Nihil enim tam exitiale peccato, quam peccati accusatio condemnatioque, cum pœnitudine lacrymisque conjuncta. Condemnasti tuum peccatum? deposuisti sarcinam. Quis hæc dicit? Ipse judex Deus. *Dic tu peccata tua prior, ut justificeris.* Cur igitur te, quæso, pudet, & erubescis dicere peccata tua? Num enim homini dicis, ut te probro afficiat? Num enim conservo confiteris, ut in publi- E cum proferat? Imo vero ei qui Dominus est, ei qui tui curam gerit, ei qui humanus est, ei qui medicus est, ostendis vulnera. Neque enim ignorat, etiamsi tu non dixeris, qui sciebat etiam antequam perpetrares. Quid igitur est causæ, quo minus dicas? Non enim ex accusatione tua fit gravius peccatum: imo vero mitius ac levius. Et ob hoc ipsum Deus vult te dicere: non ut puniaris, sed ut relaxeris: non ut ipse sciat peccatum: cur enim id postulet, cum jam sciat? sed ut

Conscientiæ tribunal incorruptum.

Hesai. 43. 26.

a Alii, συλλάβωμεν.
b Unus MS. ὀλέθριον ὡς ἡ ἁμαρτία, καὶ οὐδὲν οὕτως ὠφέλιμον ὡς κατηγορία.

Paulopost, alii, κατέγνως σου τῆς ἁμαρτίας.
c Alii, ἐπίσταται.

scias, quantum tibi debitum remittatur. Ideo vero vult te scire beneficii magnitudinem, ut perpetuo gratias agas, ut segnior fias ad peccandum, ut ad virtutem promtior. Nisi dixeris debiti magnitudinem, non agnosces gratiæ eminentiam. Non, inquit, cogo te in medium prodire theatrum, ac multos adhibere testes. Mihi soli dic peccatum privatim, ut sanem ulcus, teque dolore liberem. Ideo nobis indidit conscientiam, idque quovis patre amantius. Nam pater ubi semel, iterum, ac tertio, deciesve filium increpaverit: si viderit incorrigibilem manere, desperans abdicat, expellit e familia, a cognatione resecat. At non eodem modo conscientia, sed licet semel, licet iterum, licet ter, licet millies admonuerit, tuque non obtemperes, monebit iterum, nec desistet usque ad supremum halitum, sive domi, sive in biviis, sive in mensa, sive in foro, sive in itinere: frequenter & in somniis ipsis peccatorum nobis simulacra spectraque repræsentat.

Quare Deo confitendum qui scit omnia.

5. Vide autem Dei sapientiam. Non fecit perpetuam conscientiæ accusationem, neque enim hoc onus perferre poteramus, si jugiter accusasset: neque rursus adeo levem & imbecillem, ut post unam aut alteram admonitionem desperaret. Nam si singulis diebus & horis fuisset nos stimulatura, mœrore profecto suffocaremur. Rursus si post unam atque alteram increpationem desisteret, haud multum fructus nobis afferret. Eoque fecit objurgationem perpetuam, at non frequentem: perpetuam quidem, ne in socordiam incideremus; sed semper & usque ad mortem admoniti vigilaremus; non frequentem vero ac sæpius repetitam, ne animo conciderenius; sed ut subinde relaxatione solatioque quopiam accepto, respiraremus. Quemadmodum enim omnino non dolere de peccatis, exitiale est, atque etiam mali sensum nobis prorsus adimit: sic & jugiter, supraque modum id facere, noxium est. Potest enim & doloris immodica magnitudo, frequenter hominem a naturalibus excutiens sensibus, animum demergere, & ad honesta omnia inutilem reddere. Ea propter & illud providit, ut ex intervallis nobis immineret conscientiæ redargutio, propterea quod est admodum severa, & quovis stimulo acrius pungere consuevit peccatorem. Non enim tunc solum, cum ipsi peccamus, verumetiam cum alii committunt eadem, vehementer insurgit, magnaque contentione nobis occlamat. Nam scortator, adulter, aut fur non modo cum accusatur ipse, verumetiam cum audit alios eadem ausos accusari, ipse sibi videtur flagris cædi dum increpantur alii, suorum admissorum reminiscens, & alius quidem vocatur in jus, hic vero flagellatur, cui nullum crimen intenditur, si fuerit eadem ausus. Quemadmodum in aliorum recte factis dum laudantur & coronantur, qui eadem cum ipsis recte facta gesserunt, gaudent, exsultantque, quasi non illi magis quam ipsi laudarentur. Quid igitur es-

Conscientiæ stimulus, quare non est perpetuus.

Dolor immodicus adducit insaniam.

A μάθῃς πόσον σοι συγχωρεῖ χρέος. βούλεται δέ σε μαθεῖν τῆς χάριτος τὸ μέγεθος, ἵνα εὐχαριστῶν διατελῇς, ἵνα ὀκνηρότερος πρὸς ἁμαρτίαν ᾖς, ἵνα προθυμότερος [a] εἰς ἀρετήν. ἂν μὴ εἴπῃς τοῦ χρέους τὸ μέγεθος, οὐκ ἐπιγινώσκεις τῆς χάριτος τὴν ὑπερβολήν. οὐκ ἀναγκάζω, φησὶν, εἰς μέσον ἐλθεῖν σε θέατρον, καὶ μάρτυρας περιστῆσαι πολλούς· ἐμοὶ τὸ ἁμάρτημα εἰπὲ μόνῳ κατ' ἰδίαν, ἵνα θεραπεύσω τὸ ἕλκος, καὶ ἀπαλλάξω τῆς ὀδύνης. διὰ τοῦτο τὸ συνειδὸς ἡμῖν ἐγκατέθηκε καὶ πατρὸς φιλοστοργότερον. πατὴρ μὲν γὰρ ἅπαξ, ἢ δεύτερον, ἢ καὶ τρίτον, καὶ δεκάκις ἐπιτιμήσας τῷ παιδὶ, ἐπειδὰν ἴδῃ μένοντα B ἀδιόρθωτον, ἀπαγορεύσας ἀποκηρύττει, καὶ τῆς οἰκίας ἐκβάλλει, καὶ τῆς συγγενείας διακόπτει. [b] ἀλλ' οὐ τὸ συνειδός· ἀλλὰ, κἂν ἅπαξ, κἂν δεύτερον, κἂν τρίτον, κἂν μυριάκις εἴπῃ, καὶ παρακούσῃς, πάλιν ἐρεῖ, καὶ οὐκ ἀφίσταται ἕως ἐσχάτης ἀναπνοῆς· καὶ ἐν οἰκίᾳ, καὶ ἐν ἀμφόδοις, καὶ ἐν τραπέζῃ, καὶ ἐν ἀγορᾷ, καὶ ἐν ὁδοῖς, πολλάκις δὲ καὶ ἐν ὀνείροις αὐτοῖς τῶν ἡμαρτημένων ἡμῖν τὰ εἴδωλα καὶ τὰς φαντασίας παρίστησι.

Καὶ ὅρα σοφίαν θεοῦ. οὔτε διηνεκῆ τὴν κατηγορίαν ἐποίησεν εἶναι τοῦ συνειδότος· οὐ γὰρ ἂν ἠνέγκαμεν τὸ φορ- C τίον, συνεχῶς ἐγκαλούμενοι· οὔτε οὕτως ἀσθενῆ, ὡς ἐκ πρώτης καὶ δευτέρας ἀπαγορεῦσαι παραινέσεως. εἰ μὲν γὰρ καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ ὥραν ἔμελλεν ἡμᾶς κεντεῖν, κἂν ἀπεπνίγημεν ἀπὸ τῆς ἀθυμίας· εἰ δὲ ἅπαξ καὶ δεύτερον [c] ὑπομνῆσαν ἀπέστη τῆς ἐπιτιμήσεως, οὐκ ἂν πολλὴν ἐκαρπωσάμεθα τὴν ὠφέλειαν. διὰ τοῦτο διηνεκῆ μὲν ταύτην ἐποίησεν εἶναι τὴν ἐπιτίμησιν, οὐ μὴν συνεχῆ· διηνεκῆ μὲν, ἵνα μὴ εἰς ῥᾳθυμίαν ἐμπίπτωμεν, ἀλλ' ἀεὶ καὶ μέχρι τελευτῆς ὑπομιμνησκόμενοι νήφωμεν· οὐ συνεχῆ δὲ οὐδὲ ἐπάλληλον, ἵνα μὴ καταπίπτωμεν, ἀλλὰ ἀνέσεις τινὰς λαμβάνοντες καὶ παραμυθίας ἀναπνέωμεν. D ὥσπερ γὰρ τὸ μηδ' ὅλως ἀλγεῖν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν, ὀλέθριον, καὶ τὴν ἐσχάτην ἀναισθησίαν ἐντίκτον ἡμῖν· οὕτω τὸ συνεχῶς καὶ πέρα τοῦ μέτρου τοῦτο πάσχειν, ἐπιβλαβές. ἡ γὰρ ὑπερβολὴ τῆς [d] ἀθυμίας ἴσχυε καὶ τῶν κατὰ φύσιν πολλάκις ἐκβαλοῦσα φρενῶν, ὑποβρύχιον ποιῆσαι τὴν ψυχὴν, καὶ πρὸς ἅπαντα ἄχρηστον ἐργάσασθαι τὰ καλά. διὰ τοῦτο καὶ ἐκ διαλειμμάτων ἡμῖν τὸν τοῦ συνειδότος ἔλεγχον παρεσκεύασεν ἐπιτίθεσθαι, ἐπειδὴ σφόδρα ἐστὶν ἀπότομος, καὶ παντὸς κέντρου σφοδρότερον τὸν ἡμαρτηκότα νύττειν εἴωθεν. οὐδὲ γὰρ ἡνίκα ἂν ἁμαρτάνωμεν E αὐτοὶ, ἀλλὰ καὶ ἡνίκα ἂν ἕτεροι τὰ αὐτὰ πλημμελῶσιν ἡμῖν, διεγείρεται σφοδρῶς καὶ μετὰ πολλῆς ἡμῶν καταβοᾷ τῆς εὐτονίας. καὶ γὰρ ὁ πόρνος, καὶ ὁ μοιχὸς, καὶ ὁ κλέπτης, οὐ μόνον ὅταν αὐτὸς κατηγορῆται, ἀλλ' ὅταν καὶ ἑτέρων τοιαῦτα τολμησάντων ἀκούῃ κατηγορουμένων, αὐτὸς ἡγεῖται μαστίζεσθαι, ἐν ταῖς ἑτέρων ἐπιτιμήσεσι τῆς οἰκείας ἁμαρτίας λαμβάνων ἀνάμνησιν. καὶ ἐγκαλεῖται μὲν ἄλλος, πλήττεται δὲ οὗτος ὁ μηδὲν ἐγκαλούμενος, ὅταν ᾖ τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ τετολμηκώς. ὥσπερ οὖν καὶ ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν, ἑτέρων ἐγκωμιαζομένων, καὶ στεφανουμένων, οἱ τὰ αὐτὰ κατωρθωκότες ἐκείνοις, χαίρουσι καὶ ἀγάλλονται, ὡς οὐκ ἐκείνων μᾶλλον, ἢ αὐτῶν ἐπαινουμένων. τί τοίνυν

a Alii, πρὸς ἀρετήν.
b Post, ἀλλ' οὐ τὸ συνειδὸς, alii addunt, τὸ συνειδὸς δὲ οὐχ οὕτως.

c Unus Ms. ὑπομνήσας.
d Unus Ms. & Savil. in marg. ἀθυμίας οἶδε, καὶ τῶν

γένοιτ' ἂν τοῦ ἡμαρτηκότος ἀθλιώτερον, ὅταν ἑτέρων κατηγορουμένων, αὐτὸς καταδύηται; τί δὲ τοῦ ζῶντος ἐν ἀρετῇ μακαριώτερον, ὅταν ἑτέρων ἐπαινουμένων, αὐτὸς χαίρῃ καὶ διαχέηται, ἐν τοῖς ἑτέρων ἐγκωμίοις ὑπόμνησιν λαμβάνων τῶν οἰκείων κατορθωμάτων; ταῦτα τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας τὰ ἔργα, ταῦτα τῆς μεγίστης αὐτοῦ προνοίας τὰ σημεῖα. ἄγκυρα γάρ τίς ἐστιν ἱερὰ τοῦ συνειδότος ἡ ἐπιτίμησις, οὐκ ἐῶσα τέλεον ἡμᾶς εἰς τὸν τῆς ἁμαρτίας καταποντισθῆναι βυθόν. οὐδὲ γὰρ παρ' αὐτὸν τῶν ἁμαρτημάτων τὸν καιρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ πολλὰς ἐνιαυτῶν περιόδους οἶδεν ἡμᾶς πολλάκις παλαιὰς ἀναμιμνήσκειν ἁμαρτίας. καὶ τοῦτο καὶ ἀπ' αὐτῶν παραστήσομαι τῶν γραφῶν σαφῆ τὴν ἀπόδειξιν. ἀπέδοντό ποτε τὸν Ἰωσὴφ οἱ ἀδελφοὶ, ἐγκαλεῖν μὲν οὐδὲν ἔχοντες, ὅτι δὲ ἐνύπνια ἑώρα τὴν μέλλουσαν αὐτῷ προαναφωνοῦντα δόξαν. εἶδον γὰρ, φησι, τὰ δράγματα ὑμῶν προσκυνήσαντα τὸ ἐμὸν δράγμα. καίτοι διὰ τοῦτον φυλάττειν αὐτὸν ἐχρῆν· στέφανος γὰρ τῆς οἰκίας ἁπάσης ἔμελλεν ἔσεσθαι, καὶ λαμπρότης τοῦ γένους παντός. ἀλλὰ τοιοῦτον ἡ βασκανία· τοῖς οἰκείοις πολεμεῖ καλοῖς, καὶ μᾶλλον ἂν ἕλοιτο μυρία [a] πάσχειν δεινὰ ὁ βασκαίνων, ἢ τὸν πλησίον ἰδεῖν εὐδοκιμοῦντα, κἂν εἰς αὐτὸν διαβαίνειν μέλλοι τὰ τῆς εὐδοξίας· οὗ τί γένοιτ' ἂν ἀθλιώτερον; ὅπερ οὖν κἀκεῖνοι ἔπαθον, καὶ ἰδόντες αὐτὸν πόρρωθεν ἥκοντα, σιτία αὐτοῖς κομίζοντα, πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον· δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ ἴδωμεν τί ἔσται τὰ ἐνύπνια αὐτοῦ. εἰ καὶ μὴ ὡς ἀδελφὸν ᾐδέσθης, οὐδὲ τὴν φύσιν ἐπέγνως· τὴν γοῦν τράπεζαν αὐτὴν αἰδεσθῆναι ἔδει, καὶ τὸν τῆς διακονίας τρόπον, ὅτι θρέψαν σε παρεγένετο. ἀλλ' ὅρα πῶς καὶ ἄκοντες προφητεύουσι. δεῦτε, φασιν, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ ἴδωμεν τί ἔσται αὐτοῦ τὰ ἐνύπνια. εἰ γὰρ οὐκ ἐβουλεύσαντο, καὶ τὸν δόλον ὕφαναν, καὶ τὴν ἀναιδῆ βουλὴν ἔρραψαν ἐκείνην, οὐκ ἂν ἔγνωσαν τῶν ἐνυπνίων ἐκείνων τὴν δύναμιν. οὐ γὰρ ἦν ἴσον, μηδὲν παθόντα δεινὸν ἐπὶ τὸν θρόνον ἀναβῆναι τὸν Αἰγύπτου, καὶ διὰ τοσούτων τῶν κωλυμάτων καὶ τῶν [b] ἐμποδίων τῆς αὐτῆς ταύτης ἐπιλαβέσθαι λαμπρότητος. εἰ μὴ γὰρ ἐπεβούλευσαν, οὐκ ἂν εἰς Αἴγυπτον ἀπέδοντο· εἰ μὴ ἀπέδοντο εἰς Αἴγυπτον, οὐκ ἂν ἠράσθη ἡ δέσποινα· εἰ μὴ ἠράσθη ἡ δέσποινα, οὐκ ἂν ἐνεβλήθη εἰς τὸ δεσμωτήριον, οὐκ ἂν συνέκρινε τὰ ὁράματα, οὐκ ἂν τῆς βασιλείας ἐπέτυχεν· εἰ μὴ τῆς βασιλείας δὲ ἐπέτυχεν ἐκείνης, οὐκ ἂν ἦλθον οὗτοι κατ' ἐμπορίαν σίτου, καὶ προσεκύνησαν αὐτόν. ὥστε ἐπειδὴ ἀπέκτειναν αὐτὸν, διὰ τοῦτο μάλιστα ἔγνωσαν αὐτοῦ τὰ ἐνύπνια. τί οὖν; αὐτοὶ πρόξενοι τῶν μελλόντων ἀγαθῶν αὐτῷ πάντων ἐγένοντο καὶ τῆς περιφανείας ἐκείνης; οὐδαμῶς. ἀλλ' αὐτοὶ μὲν θανάτῳ καὶ ἀθυμίᾳ καὶ τῇ δουλείᾳ καὶ τοῖς ἐσχάτοις παραδοῦναι ἐβουλεύσαντο κακοῖς· ὁ δὲ ἀμήχανος Θεὸς τῇ τῶν ἐπιβουλευόντων πονηρίᾳ πρὸς τὴν τοῦ πραθέντος καὶ ἐπιβουλευθέντος εὐδοκίμησιν ἀπεχρήσατο.

Ἵνα δὲ μὴ συντυχίας τινὸς, μηδὲ πραγμάτων [c] περιπετείας τὰ συμβάντα εἶναι νομίζῃς, δι' αὐτῶν τῶν ἐναντιουμένων, δι' αὐτῶν τῶν κωλυόντων, αὐτὰ κατασκευάζει

[a] Alii, παθεῖν.
[b] Alii, ἐμποδισμάτων.

A se possit homine peccatore miserius, qui quoties accusantur alii, ipse exanimatur? Contra, quid eo beatius, qui cum virtute vivit, qui dum laudantur alii, ipse gaudet, lætitiaque diffluit, ex aliorum laudibus suorum recte factorum memoriam recipiens? Hæc sunt divinæ sapientiæ opera, hæc maxima illius providentiæ sunt argumenta: conscientiæ increpatio sacra est ancora, non sinens nos tandem in peccatorum demergi profundum. Neque enim per id tempus tantum quo peccata committimus, verum etiam post multos annorum circuitus, novit nos sæpe veteris admonere peccati. Idque B ex ipsis evidenter comprobabo Scripturis. Vendiderunt olim fratres Josephum, nibil quidem habentes quod incusarent, sed quoniam viderat somnia ipsi gloriam venturam portendentia. *Videbam*, inquit, *manipulos vestros adorantes manipulum meum.* Quamquam ob hæc decuit illum servare potius, quod totius familiæ corona, totiusque generis decus erat futurus. Sed ejusmodi res est invidia, pugnat adversus domestica decora, mavultque invidus innumera perpeti mala, quam videre proximum in precio habitum, etiamsi gloriæ pars ad ipsum sit permanatura: C quo sane quid esse possit miserius? Quod & illis usu venit: cum enim vidissent illum procul venientem, ipsisque cibum afferentem, inter se dicebant: *Venite, occidamus eum, ac videamus quid futura sint illius somnia.* Ut fratrem non reverearis, neque naturam agnoscas, certe mensam ipsam conveniebat revereri, ipsumque ministerii officium, quandoquidem aliturus te veniebat. Sed vide quomodo & imprudentes vaticinantur. *Venite*, inquiunt, *occidamus eum, & videamus quid futura sint illius somnia.* Etenim nisi struxissent insidias, nisi dolos texuissent, & impudens illud consilium concinnassent, D nequaquam cognovissent vim illorum somniorum. Non enim perinde magnum erat, Joseph, si nihil acerbi passus esset, conscendere thronum Ægypti, ac tot obstaculis discussis, hunc eumdem assequi splendorem. Nisi enim illi struxissent insidias, non vendidissent eum in Ægyptum. Nisi in Ægyptum vendidissent, non adamatus fuisset ab hera. Si non fuisset adamatus ab hera, non fuisset conjectus in carcerem, non interpretatus fuisset somnia, non regnum illud fuisset assequutus. Si non fuisset regnum consequutus, non venissent illi commercaturi frumentum, nec adorassent. Itaque quoniam occiderunt illum, ob hoc maxime intellexe- E runt illius somnia. Quid igitur? Ipsine bonorum omnium quæ post evenerunt, illiusque gloriæ fuerunt illi conciliatores? Nequaquam. Verum ipsi quidem moliebantur illum morti, desperationi, servituti, breviter extremis malis tradere: sed Deus melior artifex, insidiantium malitia in venditi insidiisque impetiti gloriam usus est.

6. Ne vero putares rerum eventus, vel casus esse fortuitos, vel ab humanarum rerum subita mutatione pendere: per eos qui adversantur, per eos qui obsistunt, pro-

Invidiæ vis.

Genes. 37. 7.

Gen. 37. 20.

Genes. 39.

[c] Unus Ms. περιφορᾶς, alius, περιφανείας.

curat Deus, ut res quæ vetantur, conficiantur, inimicis suis ad suam gloriam utens ministris, ut intelligas quod Deus decrevit, a nemine dissipari, nec manum illam excelsam a quoquam aversum iri: quod si quando ab aliquo petaris insidiis, ne consterneris animo, néve moleste feras, sed scire possis insidias in bonum finem exituras, tantum si fortiter feras quæ accidunt. [Eventus in manu Dei.] Ecce hic quoque livor regnum peperit, invidia conciliavit diadema, ad thronum perduxit, atque illi ipsi qui struebant insidias, auxiliantes promoverunt ad illius imperii magnitudinem. Et is quidem cui structæ fuerant insidiæ, regnum adeptus est: ii vero qui struxerant, servierunt: adorabatur ille, hi adorarunt. Itaque cum tibi acciderint acerba, continuaque mala, ne turberis, neque moleste feras, sed exspecta finem. Omnino continget aliquid munifico Deo dignum, tantum si cum gratiarum actione feras quæ accidunt: quandoquidem nec iste, cum illa somniasset, cum in extremum discrimen venisset, cum venditus a fratribus, cum ab hera insidiis appetitus, denique cum in carcerem esset conjectus, dicebat apud sese: Quid tandem hoc est rei? fefellerunt me illa somnia: exsulo a patria, spoliatus sum libertate, propter Deum non cessi heræ ad adulterium invitanti, propter pudicitiam ac virtutem do pœnas, ac ne sic quidem ultus est vicem meam Deus, aut manum porrexit, sed passus est me tradi vinculis super alia aliis, calamitates inciderunt perpetuæ, post cisternam servitus, post servitutem insidiæ, post insidias calumnia, post calumniam carcer: verum horum nihil illum perturbabat, sed perseverabat in spe cum bona fiducia, sciens quod quæ dicta sunt a Deo, numquam excident. [Deus quare non statim eripit Sanctos.] Poterat quidem Deus eodem etiam die ista perficere, sed ut simul & suam declaret potentiam, & fidem famulorum suorum, permittit multum temporis intercedere, multaque incidere impedimenta, uti simul & ipsius robur cognoscas, tum explentis promissa, posteaquam in desperationem adducta res est, & servorum perspicias tolerantiam ac fidem, quos nihil horum, quæ interim accidunt, a bona spe depellit. Sed quod dicere cœperam, reversi sunt isti, fame illos veluti carnifice præcipites agitante, & principi Joseph exhibente: volebant emere frumentum: hic autem ait ad eos, *Exploratores estis.* [Gen. 42.] Illi apud sese dicebant, Quidnam hoc est? alimenta emtum venimus, & de vita periclitamur? Merito: quandoquidem & ille vobis alimoniam afferebat, deque vita periclitatus est. Cæterum ille quidem vere passus est; vos autem hoc per simulationem patimini. [Gen. 42. 21.] Non enim inimicus erat, sed inimici personam assumserat, ut quid in paterna familia ageretur ad plenum cognosceret. Quoniam enim circa ipsum improbi, ingratique fuerant: Benjamin autem cum ipsis non viderat, veritus de puero ne quando & ille eadem quæ frater passus fuisset, jubet unum ex illis vinctum illic detineri, deinde illos sumto omni frumento discedere, mortem

A τὰ κωλυόμενα ὁ θεὸς, τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ πρὸς τὴν εὐδοκίμησιν διακόνοις χρώμενος, ἵνα μάθῃς, ὅτι ἃ ὁ θεὸς βεβούλευται, οὐδεὶς διασκεδάσει, καὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ τὴν ὑψηλὴν οὐδεὶς ἀποστρέψει· ἵν᾽ ὅταν ἐπιβουλεύῃ παρά τινων, μὴ καταπίπτῃς, μηδὲ δυσχεραίνῃς, ἀλλ᾽ εἰδέναι ἔχῃς, ὅτι πρὸς τέλος ἀπαντᾷ χρηστὸν ἡ ἐπιβουλὴ, μόνον ἂν γενναίως φέρῃς τὰ συμπίπτοντα. ἰδοὺ γοῦν καὶ ἐνταῦθα φθόνος βασιλείαν ἔτεκε, καὶ βασκανία διάδημα προεξένησε, καὶ θρόνον ἐκόμισε, καὶ αὐτοὶ οἱ ἐπιβουλεύσαντες, αὐτοὶ συνώθησαν αὐτὸν πρὸς τὸ μέγεθος ἐκείνης τῆς ἀρχῆς· καὶ ὁ μὲν ἐπιβουλευθεὶς ἐβασίλευσεν, οἱ δὲ ἐπιβουλεύσαντες ἐδούλευον· κἀκεῖνος μὲν προσεκυνεῖτο, οὗτοι δὲ προσεκύνουν. ὅταν τοίνυν [a] ἐπέλθῃ σοι B δεινὰ συνεχῆ καὶ ἐπάλληλα, μὴ θορυβοῦ, μηδὲ δυσχέραινε, ἀλλ᾽ ἀνάμενε τὸ τέλος. πάντως γὰρ ἀπαντήσεται τῆς τοῦ θεοῦ μεγαλοδωρεᾶς ἄξιον, μόνον ἐὰν εὐχαρίστως τὰ ἐν μέσῳ συμπίπτοντα ἐνέγκῃς. ἐπεὶ καὶ οὗτος μετὰ τὰ ὀνείρατα ἐκεῖνα περὶ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύσας, καὶ πραθεὶς ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν, καὶ παρὰ τῆς δεσποίνης ἐπιβουλευθεὶς, καὶ πάλιν εἰς δεσμωτήριον ἐμπεσὼν, οὐκ εἶπε πρὸς ἑαυτὸν, τί ποτε τοῦτό ἐστιν; ἀπάτη τὰ ὀνείρατα ἐκεῖνα ἦν, ἐξέπεσον τῆς πατρίδος, ἀπεστερήθην ἐλευθερίας· διὰ τὸν θεὸν οὐκ εἶξα τῇ δεσποίνῃ πρὸς μοιχείαν C καλούσῃ· διὰ σωφροσύνην καὶ ἀρετὴν κολάζομαι. καὶ οὐδὲ οὕτως ἤμυνεν, οὐδὲ χεῖρα ὤρεξεν, ἀλλ᾽ εἴασε παραδοθῆναι δεσμοῖς ἐπαλλήλοις, καὶ συνεχέσι συμφοραῖς. μετὰ γὰρ τὸν λάκκον, δουλεία· μετὰ δουλείαν, ἐπιβουλή· μετὰ ἐπιβουλὴν, συκοφαντία· μετὰ συκοφαντίαν, δεσμωτήριον. ἀλλ᾽ οὐδὲν τούτων αὐτὸν ἐθορύβει, ἀλλ᾽ ἔμενε τῇ ἐλπίδι θαῤῥῶν, καὶ εἰδὼς ὅτι τὰ εἰρημένα οὐ διαπεσεῖται οὐδέποτε. ἐδύνατο μὲν γὰρ ὁ θεὸς καὶ παρ᾽ αὐτὴν αὐτὰ πληρῶσαι τὴν ἡμέραν· ἀλλ᾽ ἵνα καὶ τὴν αὐτοῦ δύναμιν ἐπιδείξηται, καὶ τὴν πίστιν τῶν αὐτοῦ δούλων, ἀφίησι χρόνον μεταξὺ παρεμπεσεῖν μακρὸν, καὶ D πολλὰ γενέσθαι κωλύματα, ἵνα καὶ τὴν αὐτοῦ μάθῃς ἰσχὺν, τότε πληροῦντος τὰ ἐπηγγελμένα, ὅταν εἰς ἀπόγνωσιν ἐμπέσῃ, καὶ τὴν τῶν δούλων ἴδῃς ὑπομονὴν καὶ πίστιν, οὐδενὶ τῶν ἐν μέσῳ συμβαινόντων τῆς ἀγαθῆς προσδοκίας ἐκπιπτόντων. ἀλλ᾽, ὅπερ ἔλεγον, ἐπανῆλθον οὗτοι, τοῦ λιμοῦ, καθάπερ στρατιώτου τινὸς, ἐπὶ κεφαλὴν αὐτοὺς ὠθοῦντος καὶ παριστάντος ἄρχοντι τῷ Ἰωσὴφ, καὶ ἐβούλοντο πρίασθαι σῖτον· ὁ δὲ τί φησι πρὸς αὐτούς; κατάσκοποί ἐστε. οἱ δὲ εἶπον ἐν ἑαυτοῖς, τί ποτε τοῦτό ἐστι; τροφὴν ἤλθομεν ἐμπορευσόμενοι, καὶ περὶ ψυχῆς κινδυνεύομεν; E εἰκότως· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς τροφὴν ὑμῖν ἐκόμισε, καὶ περὶ τῆς ζωῆς ἐκινδύνευσεν. ἀλλ᾽ αὐτὸς μὲν ἀληθείᾳ ὑπέμεινεν, ὑμεῖς δὲ ὑποκρίσει τοῦτο πάσχετε. οὐ γὰρ ἐχθρὸς ἦν, ἀλλὰ προσωπεῖον ἀνέλαβεν ἐχθροῦ, ἵνα τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν μετὰ ἀκριβείας μάθῃ. ἐπειδὴ γὰρ πονηροὶ περὶ αὐτὸν ἐγένοντο καὶ ἀγνώμονες, τὸν δὲ Βενιαμὶν οὐκ εἶδε μετ᾽ αὐτῶν ὄντα, δείσας ὑπὲρ τοῦ παιδὸς, μήποτε κἀκεῖνος τὰ ἀδελφὰ αὐτῷ πέπονθε, κελεύει δεθῆναί τινα ἕνα καὶ ἀφεθῆναι ἐκεῖ· εἶτα αὐτοὺς λαβόντας τὸν σῖτον ἅπαντας ἀπελθεῖν,

a Alii, τινί σοι.

ἀπειλήσας

A ἀπειλήσας θάνατον αὐτοῖς, εἰ μὴ τὸν ἀδελφὸν τὸν ἑαυτῶν ἐπαγάγοιεν. ἐπεὶ οὖν ταῦτα ἐγένετο, καὶ εἶπεν, ἄφετέ τινα ἐνταῦθα, καὶ τὸν ἀδελφὸν ὑμῶν ἀγάγετε· εἰ δὲ μή, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. τί πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον ἐκεῖνοι; ναὶ, ἐν ἁμαρτίαις ἐσμὲν περὶ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν, ὅτε κατεδέετο ἡμῶν. εἶδες μετὰ πόσον χρόνον τῆς ἁμαρτίας ἀνεμνήσθησαν ἐκείνης; καὶ πρὸς μὲν τὸν πατέρα ἔλεγον, θηρίον πονηρὸν κατέφαγε τὸν Ἰωσήφ. αὐτοῦ τοῦ Ἰωσὴφ παρόντος καὶ ἀκούοντος, τὴν ἁμαρτίαν ἐξήλεγχον. τί τούτου παραδοξότερον γένοιτ' ἄν; δικαστήριον χωρὶς ἐλέγχων γίνεται, καὶ ἀπολογία χωρὶς κατηγορίας, καὶ ἀπόδειξις B δίχα μαρτύρων, αὐτῶν τῶν τὸ πρᾶγμα ἐργασαμένων ἑαυτοὺς ἐλεγχόντων, καὶ τὸ λάθρα γεγενημένον ἐκπομπευόντων. τίς ἔπεισε, τίς ἠνάγκασεν εἰς μέσον ἐξενεγκεῖν τὰ πρὸ τοσούτου τολμηθέντα χρόνου; οὐκ εὔδηλον, ὅτι τὸ συνειδὸς, ὁ ἀπαραλόγιστος δικαστὴς, συνεχῶς αὐτῶν κατέσειε τὴν διάνοιαν, καὶ τὴν ψυχὴν ἐθορύβει; καὶ ὁ φονευθεὶς τότε ἐκάθητο σιγῇ δικάζων αὐτούς· καὶ μηδεμιᾶς ἐξενεχθείσης ἀποφάσεως, καθ' ἑαυτῶν τὴν καταδικάζουσαν αὐτοὺς ψῆφον αὐτοὶ ἔφερον. καὶ οὗτοι μὲν ταῦτα ἔλεγον. ἕτερος δὲ ἀπελογεῖτο, λέγων· οὐκ ἐλάλησα πρὸς C ὑμᾶς, οὕτω λέγων· μὴ ἀδικήσητε τὸ παιδάριον, μηδὲ ποιήσητε αὐτὸν μηδὲν κακὸν, ὅτι ἀδελφὸς ἡμῶν ἐστι· καὶ ἰδοὺ νῦν τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκζητεῖται ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν; καίτοι οὐδὲ αὐτὸς ὁ ταῦτα λέγων περὶ τοῦ φόνου καὶ τῆς σφαγῆς ἐκείνης εἶπεν, ἀλλ' αὐτὸς μὲν καθήμενος οὐδὲν τοιοῦτον ἐζήτει, ἀλλὰ τὸν ἕτερον ἀδελφὸν ἐπεζήτει· τὸ δὲ συνειδὸς αὐτῶν ἐπιλαβόμενον καιροῦ, διανέστη καὶ καθήψατο τῆς ἐκείνων διανοίας, καὶ μηδενὸς ἀναγκάζοντος, τὰ τετολμημένα ὁμολογῆσαι παρεσκεύασε. ταῦτα καὶ ἡμεῖς πολλάκις πάσχομεν, παρελθόντων τῶν ἁμαρτημάτων. D ἐν δεινοῖς γὰρ ἐξεταζόμενοι καὶ περιστάσεσι, μνημονεύομεν τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων.

Ἅπερ οὖν ἅπαντα εἰδότες, ἐπειδάν τι πράξωμεν πονηρὸν, μὴ ἀναμένωμεν συμφορὰς καὶ περιστάσεις, μηδὲ κινδύνους καὶ δεσμὰ, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην ὥραν τε καὶ ἡμέραν ἀνακινῶμεν παρ' ἑαυτοῖς τὸ δικαστήριον τοῦτο, καὶ τὰς ψήφους καθ' ἑαυτῶν φέρωμεν, καὶ πειρώμεθα παντὶ τρόπῳ ἀπολογεῖσθαι τῷ θεῷ, καὶ μήτε αὐτοὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως καὶ τῆς κρίσεως ἀμφισβητῶμεν, μήτε ἑτέρων λεγόντων ἀνεχώμεθα, ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ διὰ τῶν εἰρημένων αὐτοὺς ἐπιστομίζωμεν. οὐ γὰρ ἂν, εἰ μὴ τότε ἐμέλλομεν εὐθύνας ὑφέξειν τῶν πεπλημμελημένων, τοιοῦτον ἡμῖν ἐν- E ταῦθα τὸ δικαστήριον ἐγκατέστησεν ὁ θεός. ἀλλὰ καὶ τοῦτο τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας τεκμήριον. ἐπειδὴ γὰρ τότε μέλλει λόγον ἡμᾶς ἀπαιτεῖν τῶν πεπλημμελημένων, ἐγκατέστησε τοῦτον τὸν ἀδέκαστον κριτὴν, ἵνα ἐνταῦθα ὑπὲρ τῶν ἡμαρτημένων δικάζων ἡμῖν, καὶ σωφρονεστέρους ποιῶν, ἐξαρπάσῃ τῆς μελλούσης ἐκεῖ κρίσεως. ὅπερ οὖν καὶ ὁ Παῦλος λέγει· εἰ γὰρ ἑαυτοὺς ἐκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα ὑπὸ τοῦ κυρίου. ἵνα οὖν μὴ τότε κολαζώμεθα, μὴ τότε εὐθύνας ὑπέχωμεν, ἕκαστος εἰς τὸ συνειδὸς εἰσελθέτω τὸ ἑαυτοῦ, καὶ τὴν ζωὴν ἀναπτύξας, καὶ ἅπαντα τὰ πεπλημμελημένα μετὰ ἀκριβείας ἐπελθὼν, καταγινωσκέτω τῆς ψυχῆς τῆς ταῦτα ἐργασαμένης, κολαζέτω τοὺς λο-

illis comminatus, nisi fratrem suum adducerent. Hæc igitur ubi facta sunt, dixit illis: Relinquite aliquem hic, & fratrem vestrum adducite: sin minus, moriemini. Quid tum inter se loquebantur illi? Profecto hæc jure nobis accidunt: nam in peccatis sumus, de fratre nostro cum rogaret nos. Vides post quantum temporis peccati illius recordabantur? & ad patrem quidem dixerant: *Fera pessima devoravit Joseph.* Gen. 37. 33. Cæterum ipso Joseph præsente audienteque peccatum suum prodebant. Quid hac re mirabilius accidere possit? judicium absque redargutionibus peragitur, & excusatio sine accusatione, probatio sine testibus, dum ipsi, qui facinus peregerant, seipsos redarguunt, quodque clam factum fuerat, efferunt. Quis persuasit? quis adegit in publicum efferre, quæ ante tantum temporis patrata sunt? Annon perspicuum est huc adegisse conscientiam, judicem, cui verba dari non possunt; quæ assidue concutiebat illorum mentem, animumque turbabat? Et ille occisus tunc sedebat tacite judicans illos: cumque nulla sententia in ipsos esset pronunciata, ipsi condemnationis calculum adversus sese ferebant. Et isti quidem hæc dicebant. Alius vero sese excusabat, dicens: *Nonne dixi ad vos ita loquens: ne lædatis puerum, neve quidquam mali illi faciatis, quoniam frater noster est: & ecce nunc sanguis ipsius exquiritur de manibus nostris?* Gen. 42. 22. Attamen is qui hæc dicebat, nihil de cæde aut interfectione illa dixerat: verum ne ipse quidem sedens quidquam tale quærebat, sed alium fratrem requirebat: ipsorum tamen conscientia per oblatam occasionem insurrexit, momorditque illorum animos, efficiens, ut nemine compellente, sua confiterentur facinora. Eadem & nobis accidunt in peccatis præteritis. Cum enim malis nos circumstantibus examinamur, priorum peccatorum reminiscimur. *Afflictio dat intellectum.*

7. Hæc igitur omnia cum sciamus, ubi quid pravi gesserimus, ne exspectemus calamitates, malorumque incursum, neque pericula, neque vincula, sed singulis & horis & diebus renovemus apud nos ipsos hoc judicium, sententiam adversus nos ipsos feramus, omnique modo conemur Deo nos purgare, ac neque ipsi de resurrectione, deque judicio dubitemus, neque alios ita loquentes feramus, sed modis omnibus per ea quæ dicta sunt, illis obturemus os. Nam si illic non essemus daturi pœnas admissorum, Deus nequaquam nobis hic constituisset tale judicium. Sed & hoc ipsum est illius benegnitatis indicium. Quoniam enim tunc exacturus est a nobis rationem delictorum, instituit in nobis hunc judicem incorruptibilem, ut is hic de commissis nobis judicium reddens, emendatioresque faciens, ex illo eripiat judicio: quod & Paulus ait: *Nam si nosmetipsos judicaremus, non utique judicaremur a Domino.* 1. Cor. 11. Ut igitur neque tum puniamur, neque tum pœnas demus, in suam quisque conscientiam ingrediatur, vitamque explicet: cunctisque commissis diligenter excussis condemnet animam, quæ hæc patravit, pu-

niatque cogitationem, affligat, crucietque suam ipsius mentem, supplicium a seipso exigat pro peccatis, per condemnationem, per diligenter actam pœnitentiam, per lacrymas, per confessionem, per jejunium, per eleemosynam, per continentiam, ac caritatem, ut possimus omnes omni modo hic depositis peccatis multa cum fiducia illuc proficisci: quam nobis omnibus contingat assequi, gratia ac benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri & sancto Spiritui gloria, in sæcula sæculorum. Amen.

A γισμοῖς, θλιβέτω, στενοχωρείτω τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν, δίκην ἑαυτὸν ἀπαιτείτω τῶν ἡμαρτημένων διὰ τῆς καταγνώσεως, διὰ τῆς μετανοίας τῆς ἠκριβωμένης, διὰ δακρύων, διὰ ἐξομολογήσεως, διὰ νηστείας καὶ ἐλεημοσύνης, διὰ ἐγκρατείας καὶ ἀγάπης, ἵνα παντὶ τρόπῳ δυνηθῶμεν πάντα ἐνταῦθα ἀποθέμενοι τὰ ἁμαρτήματα, μετὰ πολλῆς ἀπελθεῖν ἐκεῖ τῆς παῤῥησίας· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

AD HOMILIAM DE DORMIENTIBUS MONITUM.

CHRYSOSTOMO *duce hanc Homiliam secundum quatuor illas de Lazaro priores ponimus. Id vero non modo temporis ordinisque, sed etiam argumenti ratio postulat. Nam post quatuor illas de Lazaro, se hanc consequenter dixisse initio declarat ipse.* Dies quatuor in explicanda vobis Lazari parabola consumsimus*: neque tamen se argumentum mutare, sed eodem ipso insistere profitetur, cum dicit:* Ille de Lazaro evangelicus cantus fuit, hic apostolicus sonus; sed unus est concentus. Siquidem in illa parabola multa de Resurrectione & de illo tribunali philosophati sumus; nunc in idipsum argumentum oratio deduxit. *Quapropter in vetustis multis Codicibus post quatuor illas de Lazaro Conciones hæc locatur, & quinta inscribitur. Etsi vero de Resurrectione ut plurimum verba faciat, in eos maxime invehitur, qui pro defunctis nimium immoderatumque luctum exhiberent, nec sine magna Gentilium offensa, exemplo autem Jobi & Abrahami ad filiorum jacturas æquiore animo ferendas cohortatur.*

Jacobi Goupyli interpretationem Latinam, quæ multis vitiis laborabat rejecimus, novamque fecimus.

IN DICTUM APOSTOLI: B

1. Thess. 4. 13. De Dormientibus autem nolo vos ignorare, Fratres, *& in Job & Abraham.*

1. DIES quatuor in explicanda vobis Lazari parabola consumsimus, thesaurumque exhausimus, quem invenimus in corpore ulceribus scatente: thesaurum in quo nec aurum, nec argentum, nec lapides preciosi inerant; sed philosophia, fortitudo, patientia, ingensque perseverantia. Quemadmodum enim in thesauris sub sensum cadentibus contingit, ut superficies spinas, tribulos asperiusque solum præ se ferat, si quis vero altius terram effoderit, magnæ adsunt divitiæ; sic & in Lazaro contigit; foris vulnera, intus divitiæ ingentes: corpus resolutum, fortis vigilque animus: videreque erat dictum Apostolicum hac in re impletum: 2. Cor. 4. 16. *Quantum externus homo corrumpitur, tantum internus renovatur.* Ac licebat quidem etiam hodie hanc parabolam tractare, & cum hæreticis pugnare, qui Vetus Testamentum vi-

[a] ΕΙΣ ΤΟ ΡΗΤΟΝ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ·

περὶ δὲ τῶν κεκοιμημένων οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ἵνα μὴ λυπῆσθε· καὶ εἰς τὸν Ἰὼβ καὶ τὸν Ἀβραάμ.

ΗΜΕΡΑΣ τέσσαρας ἀνηλώσαμεν τὴν κατὰ τὸν Λάζαρον παραβολὴν ὑμῖν ἐξηγούμενοι, τὸν θησαυρὸν ἐξαντλοῦντες, ὃν εὑρήκαμεν ἐν ἡλκωμένῳ κείμενον σώματι· θησαυρὸν οὐχὶ χρυσίον καὶ ἀργύριον καὶ λίθους ἔχοντα πολυτελεῖς, ἀλλὰ φιλοσοφίαν, καὶ ἀνδρείαν, καὶ ὑπομονὴν, καὶ καρτερίαν πολλήν. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν θησαυρῶν τοῦτο συμβαίνει, τὴν μὲν ἐπιφάνειαν C ἀκάνθας ἔχειν καὶ τριβόλους ἁπλῶς καὶ γῆν τραχυτέραν, εἰ δέ τις κάτω διασκάψειε, πολὺς ὁ πλοῦτος φαίνεται· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ Λαζάρου συνέβαινεν. ἄνωθεν τραύματα, καὶ κάτωθεν πλοῦτος ἄφατος· παρειμένον τὸ σῶμα, ἀλλὰ γενναία καὶ ἐγρηγορυῖα ἡ ψυχή, καὶ τὸ ἀποστολικὸν ἦν ἰδεῖν ἐκεῖνο πληρούμενον ἐπὶ τούτου· ὅσον ὁ ἔξω ἄνθρωπος διαφθείρεται, τοσοῦτον ὁ ἐντὸς ἀνακαινοῦται. καὶ ἐνῆν μὲν καὶ τήμερον εἰς τὴν αὐτὴν παραβολὴν εἰπεῖν, καὶ πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς μαχήσασθαι τοὺς τὴν παλαιὰν διαβάλλοντας,

[a] Collata cum MSS. Regiis 1819. 1960. 1975. Colbertinis 49. 364. 1030. In Codice Colb. 364. inscribitur Sexta in Lazarum, & Homilia in eos qui ad Circenses pergunt inscribitur Quinta. In aliis Quinta inscribitur, & vere Quinta est.

τοὺς τῶν πατριαρχῶν κατηγορήσαντας, τοὺς κατὰ τοῦ δημιουργοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ τὴν γλῶτταν ἠκονηκότας. ἀλλ' ἵνα μὴ προσκορὴς ὑμῖν ὁ λόγος γένηται, τούτοις εἰς ἕτερον παραπεμψάμενοι καιρὸν τοὺς ἀγῶνας, φέρε, πρὸς ἄλλην ὑπόθεσιν τὸν λόγον ἀγάγωμεν· ἐπεὶ καὶ τράπεζα μονοειδὴς μὲν οὖσα κόρον ἐντίθησιν, αἱ δὲ ποικίλαι τῇ συνεχείᾳ διεγείρουσι τὴν ὄρεξιν. ἵν' οὖν καὶ ἐπὶ τῆς ἀκροάσεως τοῦτο γένηται, πρὸς τὸν μακάριον Παῦλον διὰ μακροῦ τοῦ χρόνου τήμερον ἐπανέλθωμεν. καὶ γὰρ εἰς εὔκαιρον ἡμῖν τήμερον τὸ χωρίον ἀνεγνώσθη τὸ ἀποστολικόν, καὶ συνῳδὰ ἔσται τοῖς πρῴην λεχθεῖσι τὰ ῥηθησόμενα. ἠκούσατε τοίνυν τοῦ Παύλου σήμερον βοῶντος καὶ λέγοντος· περὶ δὲ τῶν κεκοιμημένων οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἵνα μὴ λυπῆσθε, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. ἐκείνη εὐαγγελικὴ νευρὰ ἡ τοῦ Λαζάρου, οὗτος ἀποστολικὸς ὁ φθόγγος· ἀλλὰ μία ἡ συμφωνία. καὶ γὰρ καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ παραβολῇ πολλὰ περὶ ἀναστάσεως καὶ τῶν ἐκεῖ δικαστηρίων ἐφιλοσοφήσαμεν, καὶ νῦν εἰς τὴν αὐτὴν ἡμᾶς ὑπόθεσιν ὁ λόγος ἤγαγε πάλιν. ὥστε εἰ καὶ ἀποστολικὸν ἀνορύττομεν χωρίον, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν καὶ ἐνταῦθα θησαυρὸν εὑρήσομεν. καὶ γὰρ καὶ τότε ὁ λόγος ἡμῖν ἅπας τοῦτο παιδεῦσαι τοὺς ἀκροατὰς ἔσπευδε, μηδὲν τοῦ παρόντος βίου τὰ λαμπρὰ νομίζειν εἶναι πράγματα, ἀλλὰ περαιτέρω προϊέναι ταῖς ἐλπίσι, καὶ τὰς ἐκεῖ ψήφους καθ' ἑκάστην ἐννοεῖν τὴν ἡμέραν, καὶ τὸ φοβερὸν κριτήριον, καὶ τὸν ἀπαραλόγιστον δικαστήν. ταῦτα καὶ ὁ Παῦλος διὰ τῶν ἀνεγνωσμένων ἡμῖν συμβουλεύει τήμερον, ἀλλὰ προσέχετε. περὶ δὲ τῶν κεκοιμημένων οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, ἵνα μὴ λυπῆσθε, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. εἰ γὰρ πιστεύομεν, ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει σὺν αὐτῷ. τοῦτο πρῶτον ἄξιον ἐπιστήσαντας ἐξετάσαι, τί δήποτε, ὅταν μὲν περὶ τοῦ Χριστοῦ διαλέγηται, θάνατον καλεῖ τὸν ἐκείνου θάνατον· ὅταν δὲ περὶ τῆς ἡμετέρας τελευτῆς, κοίμησιν αὐτὴν καὶ οὐ θάνατον ὀνομάζει. οὐ γὰρ εἶπε, περὶ δὲ τῶν ἀποθανόντων, ἀλλὰ τί; περὶ δὲ τῶν κεκοιμημένων. καὶ πάλιν· οὕτως ὁ Θεὸς καὶ τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει σὺν αὐτῷ, καὶ οὐκ εἶπε, τοὺς ἀποθανόντας. καὶ πάλιν· ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας. καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα εἶπε τοὺς ἀποθανόντας, ἀλλὰ τρίτον μνημονεύσας, τὸ τρίτον κοίμησιν τὸν θάνατον αὐτὸν ὠνόμασε· περὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πῶς; εἰ γὰρ πιστεύομεν ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανε, καὶ οὐκ εἶπεν, ἐκοιμήθη, ἀλλὰ ἀπέθανε. τίνος οὖν ἕνεκεν τὸν μὲν τοῦ Χριστοῦ θάνατον ἐκάλεσε, τὴν δὲ ἡμετέραν κοίμησιν; οὐ γὰρ ἁπλῶς, οὐδὲ παρέργως ταύτῃ κέχρηται τῇ λέξεων παρατηρήσει, ἀλλὰ σοφόν τι καὶ μέγα κατασκευάζων. ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ Χριστοῦ θάνατον ἐκάλεσεν, ἵνα τὸ πάθος πιστώσηται· ἐπὶ δὲ ἡμῶν κοίμησιν ἐκάλεσεν, ἵνα τὴν ὀδύνην παραμυθήσηται. ἔνθα μὲν γὰρ προεχώρησεν ἡ ἀνάστασις, θαρρῶν καλεῖ θάνατον· ἔνθα δὲ ἐν ἐλπίσιν ἐστὶ τὸ πρᾶγμα, κοίμησιν καλεῖ, καὶ δι' αὐτῆς παραμυθούμενος τῆς προσηγορίας ἡμᾶς, καὶ χρηστὰς ὑποτείνων ἐλπίδας. ὁ γὰρ κοιμώμενος ἀναστήσεται πάντως, καὶ οὐδὲν ἕτερόν ἐστι θάνατος, ἀλλ' ἢ ὕπνος μακρός. μὴ γάρ μοι τοῦτο εἴπῃς, ὅτι οὔτε

A tuperant, Patriarchas accusant, & contra universorum creatorem Deum, linguam acuunt: Verum ne satietatem atque fastidium oratio vobis afferat, hæc certamina aliud in tempus seponentes, age ad aliud argumentum sermonem convertamus. Nam unius generis cibo instructa mensa, satietatem parit, variis vero eduliis frequentata, appetitum excitat. Ut igitur in hac concione idem eveniat, ad sanctum Paulum longo jam temporis intervallo revertamur. Etenim opportune nobis hodie locus Apostoli lectus est, qui nuper dictis consentanea suppeditabit. Audistis itaque Paulum hodie clamantem ac dicentem: Contra Manichæos.

B *De dormientibus autem nolo vos ignorare, ut non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent.* Ille de Lazaro Evangelicus cantus fuit, hic Apostolicus sonus; sed unus est concentus. Si quidem in illa parabola multa de resurrectione, & de illo tribunali philosophati sumus; nunc in idipsum argumentum nos oratio deduxit. Itaque etiamsi jam locum Apostoli defodiamus, eumdem tamen hic thesaurum reperiemus. Etenim tunc sermo noster totus eo spectabat, ut auditores doceremus, nihil in hac vita splendidum existimandum, sed spe ulterius progrediendum, atque animo quotidie reputandum esse, qua- 1. Thess. 4. 13.

C les illic sententiæ, quam formidabile judicium futurum sit: quam fraudi inopportunus judex. Hoc Paulus in hodierna lectione consulit; sed animum advertite. *De dormientibus autem nolo vos ignorare, fratres, ut non contristemini sicut & cæteri, qui spem non habent. Si enim credimus quod Jesus mortuus est, & resurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt per Jesum adducet cum eo.* Hoc primum disquirendum nobis incumbit, cur cum de Christo loquitur, ejus obitum mortem vocet, cum autem de interitu nostro agit, eum non mortem, sed dormitionem appellet. Non enim dixit, De mortuis au- Ibid. Cur Christi mortem, aliorum dormitionem vocet Paulus.

D tem; sed quid? *De dormientibus autem:* & rursum, *Ita & Deus eos, qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo*; nec dixit, eos qui mortui sunt: & iterum, *Nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt.* Neque hic dixit, eos qui mortui sunt, sed ter mentionem ejus faciens, ter mortem vocavit dormitionem. De Christo autem non item: sed quomodo? *Si enim credimus quod Jesus mortuus est.* Non dixit, obdormivit; sed, mortuus est. Cur itaque Christi obitum, mortem; nostrum vero, dormitionem appella- 1. Thess. 4. 13.

E vit? Non enim temere & sine delectu, hac vocum observatione est usus, sed sapientiæ plenum & magnum quid apparans. De Christo enim loquens mortem dixit, ut passioni fidem faceret, de nobis agens, dormitionem vocavit, ut dolorem leniret. Ubi enim jam resurrectio præcesserat, fidens mortem memorat; ubi autem tantum sperabatur, dormitionem vocat, hac voce usus ad nostri consolationem, & ad spem suggerendam: nam qui dormit, sine dubio resurget, nihilque aliud mors est, quam longus somnus. Ne mihi dixeris, mortuum nec audire, nec lo-

qui, nec videre, neque sensu affici: nam idipsum de dormiente dixerim. Si quod porro mirum dicere liceat, dormientis anima quodammodo dormit; mortui non item, sed vigilat. At, inquies, mortuus putrescit & corrumpitur, pulvisque & cinis efficitur. Quid tum inde, dilecte? Ideo maxime gaudendum. Etenim si quis veterem domum quassatam restaurare velit, primo habitatores ejicit, domumque diruit, & magnificentiorem exstruit. Ejecti vero non ideo mœrent, sed gaudent potius. Non enim demolitionem, quæ sub aspectum cadit, sed futurum ædificium, quod non videtur, animo reputant. Ita facturus Deus, corpus dissolvit, & in illo habitantem animam prius educit, ceu ex domo quapiam, ut post in eamdem magnificentius constructam domum, animam cum majori gloria reducat. Ne igitur demolitionem spectemus, sed futurum splendorem.

2. Iterumque si quis statuam habens rubigine ac tempore labefactatam, multisque partibus mutilam, ipsam contritam in fornacem injicit, ut flando splendidiorem reddat. Quemadmodum igitur in fornace statua detrita non deletur, sed renovatur; sic morte corpora nostra non prorsus pereunt, sed renovantur. Cum igitur videris carnem nostram, ceu in fornace defluentem & putrescentem; ne in aspectu illo steteris, sed denuo conflandam exspecta. Neque hoc tantum exempli modo contentus esto; sed ad id quod prius est ratiocinando procede. Statuarius enim, qui corpus æneum injecit, non auream tibi & immortalem reddit statuam; sed æneam rursum efficit. Contra vero Deus, luteo ac mortali injecto corpore, auream & immortalem tibi statuam reddit: terra enim, quæ fluxum ac corruptibile corpus accepit, incorruptibile illud & immortale restituit. Ne itaque intuearis eum, cujus clausi sunt oculi, qui mutus jacet; sed eum, qui resurget & accipiet gloriam ineffabilem & stupendam mirabilemque, atque a præsenti hujusmodi aspectu cogitationes transfer in spem futuram. At consuetudinem requiris, ideoque ingemiscis ac luges? Et quî non absurdum fuerit, si, cum sponso cuipiam filiam collocaveris, illeque secum eam in longinquam regionem abduxerit, ibique rem prospere gesserit, rem non molestam ducis, bene gestæ rei fama absentiæ dolorem leniente: hic vero, cum non homo, non conservus, sed ipse Dominus cognatum tuum abripuit: mœreas & crucieris? Et quomodo, inquies, homo cum sim, possim non mœrere? Neque ego id postulo: non mœrorem veto, sed mœroris vehementiam. Mœrere namque, naturæ est, sed ultra modum mœrere, furoris, insaniæ, muliebrisque animi. Mœre, lacrymare; sed ne ægre molesteque

Luctus erga defunctos qualis esse debeat.

A ἀκούει, οὔτε φθέγγεται, οὔτε ὁρᾷ, οὔτε αἰσθάνεται ὁ τετελευτηκώς· οὐδὲ γὰρ ὁ καθεύδων. Εἰ δὲ χρή τι καὶ θαυμαστὸν εἰπεῖν, τοῦ μὲν καθεύδοντος καὶ ἡ ψυχή πως καθεύδει· τοῦ δὲ τελευτήσαντος οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐγρήγορεν. Ἀλλ' ὁ τελευτήσας σήπεται καὶ διαφθείρεται, φησὶ, καὶ κόνις γίνεται καὶ τέφρα. Καὶ τί τοῦτο, ἀγαπητέ; δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα χαίρειν δεῖ. Καὶ γὰρ οἰκίαν τις μέλλων οἰκοδομεῖν σαθρωθεῖσαν καὶ παλαιὰν γενομένην, ἐκβαλὼν πρότερον τοὺς οἰκοῦντας, οὕτω καταλύει τὴν οἰκίαν, καὶ ἀνοικοδομεῖ λαμπροτέραν. Καὶ τοὺς ἐκβληθέντας οὐ λυπεῖ τὸ γινόμενον, ἀλλὰ καὶ εὐφραίνει πλέον. Οὐ γὰρ τῇ καθαιρέσει προσέχουσι τῇ βλεπομένῃ, ἀλλὰ τὴν μέλ-
B λουσαν [a] οἰκοδομὴν φαντάζονται τὴν οὐ βλεπομένην. Οὕτω δὴ καὶ ὁ Θεὸς ποιεῖν μέλλων, καταλύει ἡμῶν τὸ σῶμα, καὶ τὴν ἐνοικοῦσαν ἐν αὐτῷ ψυχὴν ἐξάγει πρότερον, καθάπερ ἐξ οἰκίας τινὸς, ἵνα λαμπροτέραν αὐτὴν οἰκοδομήσας, μετὰ πλείονος αὐτὴν δόξης εἰσαγάγῃ πάλιν. Μὴ τοίνυν τῇ καθαιρέσει προσέχωμεν, ἀλλὰ τῇ μελλούσῃ λαμπρότητι.

Πάλιν ἀνδριάντα τις ἔχων ἰῷ καὶ χρόνῳ διεφθαρμένον, καὶ πολλὰ τῶν μερῶν ἀποτεθλασμένον, συντρίψας αὐτὸν εἰς χωνευτήριον ἐμβάλλει, καὶ τήξας αὐτὸν ἀκριβῶς, οὕτω λαμπρότερον ἀποδίδωσιν. Ὥσπερ οὖν ἡ ἐν τῷ χωνευτηρίῳ συντριβὴ οὐκ ἀφανισμὸς, ἀλλὰ ἀνα-
C καινισμός ἐστι τοῦ ἀνδριάντος ἐκείνου· οὕτω καὶ τῶν ἡμετέρων σωμάτων ὁ θάνατος, οὐκ ἀπώλειά τίς ἐστιν, ἀλλὰ ἀνανέωσις. Ὅταν τοίνυν ἴδῃς, καθάπερ ἐν χωνευτηρίῳ, καταρρέουσαν ἡμῶν τὴν σάρκα καὶ σηπομένην, μὴ στῇς μέχρι τῆς ὄψεως ταύτης, ἀλλὰ τὴν ἀναχώνευσιν ἀνάμενε· καὶ μηδὲ τῷ μέτρῳ τοῦ παραδείγματος ἀρκεσθῇς τούτῳ, ἀλλ' ἐπὶ τὸ πρότερον πρόελθε τῷ λόγῳ· ὁ μὲν γὰρ ἀνδριαντοποιὸς χαλκοῦν ἐμβαλὼν σῶμα, οὐ χρυσοῦν καὶ ἀθάνατόν σοι ἀποδίδωσι τὸν ἀνδριάντα, ἀλλὰ χαλκοῦν ἐργάζεται πάλιν· ὁ δὲ Θεὸς οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πήλινον καὶ θνητὸν
D ἐμβαλὼν σῶμα, χρυσοῦν καὶ ἀθάνατον ἀποδίδωσί σοι τὸν ἀνδριάντα. Φθαρτὸν γὰρ ἡ γῆ δεξαμένη τὸ σῶμα καὶ ἐπίκηρον, ἄφθαρτον καὶ ἀκήρατον ἀποδίδωσι τὸ αὐτό. Μὴ τοίνυν ἴδῃς ἐκεῖνον τὸν μεμυκότα τοὺς ὀφθαλμοὺς, τὸν ἄφωνον κείμενον, ἀλλὰ τὸν ἀνιστάμενον, τὸν ἀπολαμβάνοντα δόξαν ἄῤῥητον καὶ φρικώδη καὶ θαυμαστὴν, καὶ ἀπὸ τῆς παρούσης ὄψεως πρὸς τὴν μέλλουσαν ἐλπίδα μετάγαγε τοὺς λογισμούς. Ἀλλὰ συνήθειαν ἐπιζητεῖς, καὶ διὰ τοῦτο ὀδύρῃ καὶ θρηνεῖς; Καὶ πῶς οὐκ ἄτοπον, εἰ μὲν νυμφίῳ τὸ θυγάτριον δοίης, εἶτα λαβὼν εἰς μακρὰν ἐκεῖνος ἀπέλθοι χώραν, καὶ καλῶς πράττων διατελοίη, μη-
E δὲν ἡγεῖσθαι δεινὸν τὸ γεγενημένον, τῇ τῆς εὐπραγίας φήμῃ παραμυθεῖσθαι τῆς ἀποδημίας τὴν ἀθυμίαν· ἐνταῦθα δὲ οὐκ ἀνθρώπου, οὐδὲ συνδούλου τινὸς, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ δεσπότου λαβόντος τὸν προσήκοντα, ἀλγεῖν καὶ ὀδύρεσθαι; Καὶ πῶς οἷόν τε, φησὶ, μὴ ἀλγεῖν ἄνθρωπον ὄντα; Οὐδὲ ἐγὼ τοῦτο λέγω· οὐδὲ τὴν ἀθυμίαν, ἀλλὰ τὴν ἐπίτασιν τῆς ἀθυμίας ἀναιρῶ. Τὸ μὲν γὰρ ἀθυμεῖν, τῆς φύσεως· τὸ δὲ πέρα τοῦ μέτρου τοῦτο ποιεῖν, μανίας καὶ παραφροσύνης καὶ γυναικώδους ψυχῆς. Ἄλγησον, δάκρυσον, ἀλλὰ μὴ ἀποδυσπε-

[a] Unus, οἰκοδομὴν, alius, οἰκοδομηθεῖσαν, alius, οἰκοδομεῖν.

τήσῃς, μὴ δυσχεράνῃς, μὴ ἀγανακτήσῃς. εὐχαρίστησον τῷ λαμβάνοντι, ἵνα κοσμήσῃς τὸν ἀπελθόντα, καὶ λαμπρὰ ταῦτα αὐτῷ συμπέμψῃς ἐντάφια. ἂν μὲν γὰρ δυσχεράνῃς, κἀκεῖνον καθύβρισας, καὶ τὸν λαβόντα παρώξυνας, καὶ σαυτὸν κατέβλαψας. ἂν δὲ εὐχαριστήσῃς, κἀκεῖνον ἐκόσμησας, καὶ τὸν λαβόντα ἐδόξασας, καὶ σαυτὸν ὠφέλησας. δάκρυσον ὡς ὁ δεσπότης σου ἐδάκρυσε τὸν Λάζαρον, μέτρα τιθεὶς ἡμῖν καὶ κανόνας καὶ ὅρους ἀθυμίας, οὓς ὑπερβαίνειν οὐ δεῖ. οὕτω καὶ Παῦλος εἶπε· περὶ δὲ τῶν κεκοιμημένων, φησὶν, οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἵνα μὴ λυπῆσθε, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. λυποῦ, φησὶν, ἀλλὰ μὴ ὡς Ἕλλην ὁ ἀπογινώσκων ἀναστάσεως, ὁ ἀπελπίζων τὴν μέλλουσαν ζωήν. αἰσχύνομαι, πιστεύσατε, καὶ ἐρυθριῶ, διὰ τῆς ἀγορᾶς χοροὺς γυναικῶν ὁρῶν ἀσχημονούσας, τρίχας τιλλομένας, βραχίονας τεμνομένας, παρειὰς σπαραττομένας, ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν Ἑλλήνων ταῦτα γινόμενα. τί γὰρ οὐκ ἐροῦσιν ἐκεῖνοι; τί δὲ οὐ φθέγξονται περὶ ἡμῶν; οὗτοί εἰσιν οἱ περὶ ἀναστάσεως φιλοσοφοῦντες; πάνυ γε. οὐ γὰρ συμβαίνει τοῖς δόγμασι τὰ γινόμενα· ἐν ῥήμασι τὰ περὶ ἀναστάσεως φιλοσοφοῦσι, καὶ ἐν τοῖς πράγμασι τὰ τῶν ἀπεγνωκότων ποιοῦσιν. εἰ ἐθάῤῥουν οὗτοι, ὅτι ἀνάστασίς ἐστιν, οὐκ ἂν ταῦτα ἐποίησαν· εἰ πεπεικότες ἦσαν ἑαυτοὺς, ὅτι πρὸς βελτίονα λῆξιν ἀπῆλθεν οὗτος, οὐκ ἂν ἐθρήνησαν. ταῦτα, καὶ πλείονα τούτων λέγουσιν οἱ ἄπιστοι τῶν θρήνων ἐκείνων ἀκούοντες. αἰσχυνώμεθα τοίνυν, καὶ σωφρονισθῶμεν, καὶ μὴ τοσαύτην καὶ ἑαυτοῖς, καὶ τοῖς ὁρῶσι προξενῶμεν τὴν βλάβην. τίνος γὰρ ἕνεκεν, εἰπέ μοι, δακρύεις οὕτω τὸν ἀπελθόντα; ὅτι πονηρὸς ἦν; οὐκοῦν διὰ τοῦτο εὐχαριστεῖν δεῖ, ὅτι ἐνεκόπη τὰ τῆς κακίας αὐτῷ. ἀλλὰ χρηστὸς καὶ ἐπιεικής; καὶ διὰ τοῦτο χαίρειν δεῖ, ὅτι ταχέως ἡρπάγη, πρὶν ἢ τῇ κακίᾳ ἀλλάξῃ σύνεσιν, καὶ ἀπῆλθεν εἰς χωρίον ἔνθα ἐπ' ἀσφαλείας λοιπὸν ἕστηκε, καὶ μεταβολὴν οὐκ ἔστιν ὑποπτεῦσαί τινα. ἀλλὰ νέος ἦν; καὶ διὰ τοῦτο δόξασον τὸν λαβόντα, ὅτι ταχέως αὐτὸν πρὸς τὴν βελτίονα λῆξιν ἐκάλεσεν. ἀλλὰ γεγηρακώς; καὶ διὰ τοῦτο εὐχαρίστησον, καὶ τὸν λαβόντα δόξασον πάλιν. αἰσχύνθητι τὸ σχῆμα τῆς ἐκφορᾶς· ψαλμῳδίαι, καὶ εὐχαὶ, καὶ πατέρων σύλλογος, καὶ πλῆθος ἀδελφῶν τοσοῦτον, οὐχ ἵνα κλαίῃς καὶ ὀδύρῃ καὶ ἀποδυσπετῇς, ἀλλ' ἵνα εὐχαριστῇς τῷ λαβόντι. καθάπερ γὰρ τοὺς ἐπ' ἀρχὴν καλουμένους πολλοὶ προπέμπουσι ταῖς εὐφημίαις, οὕτω καὶ τῶν ἁγίων τοὺς ἀπιόντας, ἅτε ἐπὶ μείζονα κληθέντας τιμὴν, μετὰ πολλῆς ἅπαντες προπέμπουσι τῆς εὐφημίας. ἀνάπαυσίς ἐστιν ὁ θάνατος, ἱδρώτων καὶ φροντίδων βιωτικῶν ἀπαλλαγή. ὅταν οὖν ἴδῃς τινὰ τῶν προσηκόντων ἀπελθόντα ἐντεῦθεν, μὴ δυσχεράνῃς, ἀλλὰ κατανύγηθι, πρὸς σεαυτὸν ἐπάνελθε, τὸ συνειδὸς ἐξέτασον, σκόπησον ὅτι καί σε μικρὸν ὕστερον τοῦτο μένει τὸ τέλος. γενοῦ σωφρονέστερος καὶ δέξαι φόβον ἀπὸ τῆς ἑτέρου τελευτῆς, καὶ ῥαθυμίαν περίκοψον ἅπασαν, ἀναλόγισαι τὰ πεπραγμένα, διόρθωσον τὰ ἡμαρτημένα, ἀρίστην ποίησον μεταβολήν. τούτῳ διεστήκαμεν τῶν ἀπίστων, τῷ κρίσεις ἑτέρας περὶ τῶν πραγμάτων ἔχειν. ὁρᾷ τὸν οὐρανὸν ὁ ἄπιστος, καὶ προσκυνεῖ· θεὸν γὰρ εἶναι νομίζει· ὁρᾷ τὴν γῆν, καὶ θεραπεύει, καὶ πρὸς

A feras, ne indigneris. Gratias age ei, qui abstulit, ut defunctum exornes, ejusque funeri hæc justa splendide persolvas, ipsique mittas. Si moleste feras, ipsi contumeliosus es, Deum exacerbas, teque ipsum damno afficis; sin gratias agas, illi honorem, Deo ipsum abripienti gloriam, tibi lucrum procuras. Lacrymare, ut Dominus tuus Lazarum luxit, modum nobis, regulam terminumque doloris ponens, quem prætergredi non licet. Sic & Paulus ait: *De dormientibus autem nolo vos ignorare, ut non contristemini sicut & cæteri, qui spem non habent.* Mœre, inquit, at non ut Ethnicus, qui de resurre-

1. Thess. 4. 15.

B ctione desperat, qui futuram vitam non exspectat. Pudet me, mihi credite, & erubesco, cum per forum video mulierum turmas, indecore agentes, capillos vellentes, brachia genasque lacerantes; idque coram Ethnicis. Quid non illi de nobis dicturi, quid non vociferaturi sunt? Hi sunt qui de resurrectione philosophantur? Sane quidem. Non enim cum dogmatibus gesta consentiunt. Verbis quidem de resurrectione philosophantur: re autem ipsa perinde se gerunt, atque illi, qui de ea desperant. Si resurrectionem fore confiderent, talia non agerent. Si persuasum haberent, hunc ad meliorem

C sortem abiisse, non utique lugerent. Hæc, & his plura dicunt infideles, cum talem audiunt luctum. Erubescamus ergo, & moderatius agamus, neque tantum & nobis ipsis & spectatoribus damni inferamus. Cur, quæso, sic defunctum luges? An quia improbus erat? Atqui ideo gratiæ agendæ, quod ejus improbitas præcisa fuerit. At frugi & bonus erat? Ideo lætari convenit, quod cito abreptus sit prius, quam improbitas conscientiam ejus mutaret, abieritque in locum, ubi in tuto versatur, neque ulla mutatio metuenda. Sed juvenis erat? Idcirco gloriam rapienti Deo referas, quod cito illum ad me-

D liorem sortem vocaverit. Senex erat? Ob id gratiæ agendæ, iterum rapienti Deo gloriam referas. Hunc efferendi modum erubesce. Psalmodiæ, preces, patrum conventus, fratrum multitudo tanta; hæc inquam, non ideo adsunt, ut fleas, mœreas, & indigneris; sed ut gratias ei agas, qui defunctum accepit. Quemadmodum enim eos, qui ad magistratum vocantur, multi cum laudibus & acclamatione comitantur; ita & sanctos, qui decesserunt, utpote qui ad majorem evocentur honorem, cum magnis omnes laudibus deducunt. Mors quies est, & a sudoribus curisque sæcularibus liberatio. Cum

Mors quies est.

E igitur ex propinquis aliquem videris hinc abeuntem, ne indigne feras; sed compungere, ad teipsum redi, conscientiam scrutare, hoc considera, brevi parem tibi subeundum esse finem. Temperantior esto, & alterius morte timere disce, ignaviam omnem præcide, facta tua expende, errata corrige, optimam fac morum mutationem. Hoc ab infidelibus differimus, quod aliter atque illi de rebus ipsis judicemus. Respicit infidelis cælum, & adorat, quod deum esse credat: terram respicit, ipsamque colit, & iis, quæ

in sensum cadunt, inhiat. At nos secus: videmus enim cælum, & ejus opificem admiramur: ipsum quippe, non Deum, sed Dei opificium esse credimus. Video mundum universum, ac per illum deducor ad creatorem. Videt ille divitias, ipsisque inhiat, & obstupescit. Video & ego divitias, & irrideo. Videt ille paupertatem, & ingemiscit: video & ego paupertatem, & exsulto. Alio ego, alio ille modo res inspicimus. Sic & in morte nos gerimus. Videt ille mortuum, & mortuum putat: video ego mortuum & somnum pro morte video. Ac quemadmodum in literis accidit, ut iisdem oculis ipsas cernamus, docti & indocti, nec eadem tamen mente; sed qui literas non norunt, eas solum pro literis habeant, qui vero norunt magna arte sensum in illis contentum colligant; sic & in ipsis rebus, iisdem oculis videmus ea quæ contingunt; sed non eadem mente & animo. An igitur qui in omnibus aliis rebus ab illis discrepamus, in iis quæ ad mortem spectant eumdem quem illi calculum ponemus?

3. Cogita ad quem abierit, & consolationem accipe. Eo scilicet ubi Paulus est, ubi Petrus, ubi sanctorum chorus omnis. Cogita quomodo resurrecturus sit, cum quanta gloria & splendore. Animo reputa, te fletu & lacrymis in re illa nihil immutaturum vel emendaturum, sed tibi ipsi damnum ingens illaturum. Cogita quos id faciens imiteris, & fuge consortium in peccatis hujusmodi. Quos ergo imitaris? quos æmularis? Infideles, qui spem non habent, quemadmodum & Paulus dixit: *ut non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent.* Et animadverte dicti accurationem. Non enim dixit, qui spem non habent resurrectionis, sed simpliciter, *qui spem non habent.* Nam qui spem non habet judicii illic futuri, nullam spem habet, neque Deum esse novit, neque scit eum res humanas sua regere providentia, neque divinam quamdam justitiam hæc omnia inspicere. Qui autem hæc neque intelligit, neque secum reputat, fera quavis stolidior est, qui leges, judicia, jura bonaque omnia ex animo suo eliminavit. Qui enim non exspectat se facinorum rationem redditurum, virtutem prorsus deseret, nequitiamque omnem sectabitur. Hæc cogitantes, ac stultitiam amentiamque Gentilium, quibuscum lugendo communicamus, animo reputantes, ne committamus ut cum illis consentiamus. Ideo namque Paulus illos commemorat, ut dedecus in quod incurris reputans, ab illorum moribus pedem referas, & ad propriam redeas nobilitatem. Neque hic solum, sed etiam multis in locis ac frequenter id agit beatus Paulus. Cum enim a peccatis vult abducere, ostendit quibuscum communicemus per ipsa peccata, ut ex personæ conditione motus, societati renuncies. Thessalonicensibus igitur scribens, ita dicebat: 1. Thess. 4. 5. *Unusquisque vestrum possideat corpus suum in sanctificatione & honore, non in passione ignominiæ, sicut gentes quæ Deum non noverunt:*

A τὰ αἰσθητὰ κέχηνεν. ἀλλ' ἡμεῖς οὐχ οὕτως. ἀλλ' ὁρῶμεν τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸν πεποιηκότα αὐτὸν θαυμάζομεν. οὐ γὰρ θεὸν αὐτὸν, ἀλλ' ἔργον εἶναι θεοῦ πεπιστεύκαμεν. ὁρῶ τὴν κτίσιν ἅπασαν, καὶ δι' αὐτῆς χειραγωγοῦμαι πρὸς τὸν δημιουργόν. ὁρᾷ πλοῦτον ἐκεῖνος, καὶ κέχηνε καὶ ἐκπέπληκται· ὁρῶ πλοῦτον ἐγὼ, καὶ καταγελῶ. ὁρᾷ πενίαν ἐκεῖνος, καὶ ὀδύρεται· ὁρῶ πενίαν ἐγὼ, καὶ ἀγάλλομαι. ἑτέρως ἐγὼ βλέπω τὰ πράγματα, καὶ ἑτέρως ἐκεῖνος· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ θανάτου ποιοῦμεν· ὁρᾷ νεκρὸν ἐκεῖνος, καὶ νομίζει νεκρὸν εἶναι· ὁρῶ νεκρὸν ἐγὼ, καὶ ὕπνον ἀντὶ θανάτου βλέπω. καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν γραμμάτων, τοῖς μὲν B αὐτοῖς ὁρῶμεν αὐτὰ ὀφθαλμοῖς οἵ τε εἰδότες, οἵ τε ἀγνοοῦντες τὰ γράμματα, οὐ τῇ αὐτῇ δὲ διανοίᾳ, ἀλλ' οἱ μὲν οὐκ εἰδότες γράμματα ἁπλῶς εἶναι νομίζουσι τὰ βλεπόμενα, οἱ δὲ ἐπιστάμενοι μετὰ πολλῆς τέχνης τὸν ἐναποκείμενον νοῦν ἀναλέγονται· οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων· τοῖς μὲν αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρῶμεν τὰ συμβαίνοντα, οὐ τῇ αὐτῇ δὲ διανοίᾳ καὶ γνώμῃ. οἱ τοίνυν ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων διεστηκότες αὐτῶν, ἐν ταῖς περὶ τοῦ θανάτου συμπέσωμεν ψήφοις;

Ἐννόησον πρὸς τίνα ἀπῆλθε, καὶ λαβὲ παραμυθίαν. ἔνθα Παῦλός ἐστιν, ἔνθα Πέτρος, ἔνθα τῶν ἁγίων ὁ χορὸς ἅπας. ἐννόησον πῶς ἀναστήσεται, μεθ' ὅσης δόξης καὶ C λαμπρότητος· ἐννόησον ὅτι πενθῶν καὶ ὀδυρόμενος οὔτε τὸ γεγενημένον δυνήσῃ διορθώσασθαι τοῖς ὀδυρμοῖς, καὶ σαυτὸν καταβλάψεις τὰ ἔσχατα. ἐννόησον τίνας μιμῇ τοῦτο ποιῶν, καὶ φεῦγε τὴν κοινωνίαν τῆς ἁμαρτίας. τίνας οὖν μιμῇ καὶ ζηλοῖς; [a] τοὺς ἀπίστους τοὺς οὐκ ἔχοντας ἐλπίδα, καθάπερ καὶ ὁ Παῦλος εἶπεν· ἵνα μὴ λυπῆσθε, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. καὶ πρόσεχε τῇ τοῦ ῥήματος ἀκριβείᾳ. οὐ γὰρ εἶπεν, οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα ἀναστάσεως, ἀλλ' ἁπλῶς, οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. ὁ γὰρ ἐλπίδα τῆς ἐκεῖ κρίσεως μὴ ἔχων, οὐδεμίαν ἐλπίδα ἔχει, οὐδ' ὅτι θεός ἐστιν οἶδεν, οὐδ' ὅτι προνοεῖται τῶν παρόν- D των πραγμάτων, οὐδ' ὅτι τὰ πάντα θεία τις ἐφορᾷ δίκη. ὁ ταῦτα δὲ οὐκ εἰδὼς οὐδὲ νομίζων, θηρίου παντός ἐστιν ἀλογώτερος, καὶ νόμους καὶ δικαστήρια καὶ θεσμοὺς καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ ἀγαθὰ ἀπὸ τῆς οἰκείας ἐξορίσας ψυχῆς. ὁ γὰρ μὴ προσδοκῶν εὐθύνας ὑφέξειν τῶν πεπραγμένων, πάσης μὲν ἀρετῆς ἀφέξεται, πάσης δὲ κακίας ἀνθέξεται. ταῦτ' οὖν ἐννοήσαντες, καὶ τὴν ἄνοιαν καὶ τὴν παραπληξίαν τῶν Ἑλλήνων, οἷς κοινωνοῦμεν διὰ τῶν θρήνων, λογισάμενοι, φεύγωμεν τὴν πρὸς αὐτοὺς συμφωνίαν. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ Παῦλος αὐτῶν ἀνεμνήσθη, ἵνα τὴν ἀτιμίαν ἐννοήσας πρὸς E ἣν καταπίπτεις, ἐκ τῆς πρὸς ἐκείνους συμφωνίας ἀνανήψῃς καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν εὐγένειαν ἐπανέλθῃς. καὶ οὐκ ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ πολλαχοῦ τοῦτο ποιεῖ καὶ συνεχῶς ὁ μακάριος Παῦλος. ὅταν γὰρ ἀπαγαγεῖν τῶν ἁμαρτημάτων βούληται, δείκνυσι τίσι κοινωνοῦμεν διὰ τῶν ἁμαρτημάτων, ἵνα τῇ ποιότητι τοῦ προσώπου δηχθεὶς, τὴν κοινωνίαν φύγῃς. Θεσσαλονικεῦσι γοῦν γράφων, οὕτως ἔλεγεν· ἕκαστος [b] τὸ ἑαυτοῦ σῶμα κτᾶσθε ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ, μὴ ἐν πάθει ἀτιμίας, καθάπερ ἔθνη τὰ μὴ εἰδότα θεόν.

[a] Sic MSS. in Editis τοὺς ἀπίστους deest.

[b] MSS. τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος, & sic Sav. in marg. Sav. in textu & Mor. τὸ ἑαυτοῦ σῶμα.

καὶ πάλιν, μὴ καθὼς τὰ λοιπὰ ἔθνη περιπατεῖτε ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν. οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα. οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, περὶ τῶν κεκοιμημένων, ἵνα μὴ λυπῆσθε, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. οὐ γὰρ ἡ φύσις τῶν πραγμάτων, ἀλλ' ἡ προαίρεσις ἡ ἡμετέρα λυπεῖν ἡμᾶς εἴωθεν. οὐχ ὁ θάνατος τοῦ ἀπελθόντος, ἀλλ' ἡ ἀσθένεια τῶν θρηνούντων. τὸν γοῦν πιστὸν οὐδὲν τῶν παρόντων λυπῆσαι δυνήσεται, ἀλλὰ πρὸ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν καὶ ἐν τῷ παρόντι διέστηκε τῶν ἀπίστων, οὐ μικρὰ ἀπολαμβάνων ἐκ τῆς κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίας ἀγαθά, καὶ μεγίστην ἐκ τούτου καρπούμενος εὐθυμίαν καὶ διηνεκῆ χαράν. διὸ καὶ ὁ Παῦλός φησι· χαίρετε ἐν κυρίῳ πάντοτε, πάλιν ἐρῶ, χαίρετε. ὥστε καὶ πρὸ τῆς ἀναστάσεως οὐ μικρὰν ταύτην ἐλάβομεν ἀμοιβήν, τῷ μὴ καταπίπτειν ἐπὶ μηδενὶ τῶν συμπιπτόντων δεινῶν, ἀλλὰ τῇ τῶν μελλόντων ἐλπίδι παραμυθίας ἀπολαύειν πολλῆς. ὥσπερ οὖν ἑκατέρωθεν ἡμεῖς κερδαίνομεν, οὕτως ὁ ἄπιστος ἑκατέρωθεν καταβλάπτεται, καὶ τῷ κολάζεσθαι ὕστερον διὰ τὴν τῆς ἀναστάσεως ἀπιστίαν, καὶ τῷ καταπίπτειν ἐπὶ τοῖς παροῦσι πράγμασι, διὰ τὸ μηδὲν προσδοκᾶν μετὰ ταῦτα χρηστόν. οὐ τοίνυν διὰ τὴν ἀνάστασιν μόνον ὀφείλομεν εὐχαριστεῖν τῷ θεῷ, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως, ἣ καὶ τὴν ὀδυνωμένην δύναται παραμυθήσασθαι ψυχήν, καὶ πεῖσαι περὶ τῶν ἀπελθόντων θαρρεῖν, ὡς ἀναστησομένων πάλιν καὶ συνεσομένων ἡμῖν. εἰ γὰρ ἀλγεῖν χρὴ καὶ πενθεῖν, τοὺς ἐν ἁμαρτίαις ζῶντας πενθεῖν δεῖ καὶ ὀδύρεσθαι, οὐ τοὺς ἀπελθόντας μετ' ἀρετῆς. οὕτω καὶ Παῦλος ποιεῖ· Κορινθίοις γὰρ ἐπιστέλλων φησί· μή πως ἐλθόντα με πρὸς ὑμᾶς ταπεινώσῃ ὁ θεός, καὶ πενθήσω πολλούς. οὐκ εἶπε τῶν ἀποθανόντων, ἀλλὰ τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀσελγείᾳ καὶ ἀκαθαρσίᾳ ᾗ ἔπραξαν· τούτους δεῖ πενθεῖν. οὕτω καὶ ἄλλος παραινεῖ λέγων· κλαῦσον ἐπὶ νεκρῷ, ἐξέλιπε γὰρ φῶς· καὶ ἐπὶ μωρῷ κλαῦσον, ἐξέλιπε γὰρ σύνεσις. ὀλίγον κλαῦσον ἐπὶ νεκρῷ, ὅτι ἀναπέπαυται· τοῦ δὲ μωροῦ ὑπὲρ τὸν θάνατον ἡ ζωὴ πονηρά. εἰ δὲ ὁ συνέσεως ἀπεστερημένος διαπαντὸς ἄξιος ἂν εἴη θρηνεῖσθαι, πολλῷ μᾶλλον ὁ δικαιοσύνης ἔρημος, καὶ τῆς κατὰ θεὸν ἐλπίδος ἐκπεπτωκώς. τούτους οὖν πενθῶμεν ἡμεῖς· τοῦτο μὲν γὰρ ἔχει κέρδος τὸ πένθος. πολλάκις γοῦν τοὺς τοιούτους θρηνοῦντες διωρθωσάμεθα· τὸ δὲ ἐπὶ τοῖς ἀπελθοῦσιν, ἀνόνητον ὁμοῦ καὶ βλαβερόν. μὴ τοίνυν ἀντιστρέψωμεν τὴν τάξιν, ἀλλ' ἁμαρτίαν θρηνῶμεν μόνον· τὰ δὲ ἄλλα πάντα, κἂν πενία, κἂν νόσος, κἂν θάνατος ἄωρος, κἂν ἐπήρεια, κἂν συκοφαντία, κἂν ὁτιοῦν προσπίπτῃ τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν, πάντα γενναίως φέρωμεν. ὑπόθεσις γὰρ ἡμῖν τὰ δεινὰ ταῦτα στεφάνων εἰσὶ πλειόνων, ἂν νήφωμεν.

Καὶ πῶς ἐστιν ἄνθρωπον ὄντα, φησί, μὴ ἀλγεῖν; τοὐναντίον μὲν οὖν λέγω· πῶς ἐστιν ἄνθρωπον ὄντα ἀλγεῖν, λόγῳ τιμηθέντα καὶ λογισμῷ, καὶ ταῖς περὶ τῶν μελλόντων ἐλπίσι; καὶ τίς ἐστιν, ὃς οὐχ ἑάλω τῷ πάθει τούτῳ, φησί; πολλοὶ καὶ πολλαχοῦ, καὶ ἐφ' ἡμῶν, καὶ ἐπὶ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων. ὁ γοῦν Ἰώβ, ὁλοκλήρου τοῦ χοροῦ τῶν παίδων ἀπελθόντος, ἄκουσον τί φησιν· ὁ κύριος ἔδωκεν, ὁ κύριος ἀφείλετο· ὡς τῷ κυρίῳ ἔδοξεν,

A ac rursus. *Non sicut cæteræ gentes ambulant in vanitate cordis sui.* Ephes. 4. 17. Sic & in hoc loco: *Nolo vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non contristemini sicut & cæteri, qui spem non habent.* Non enim rei ipsius natura; sed animi nostri propositum, dolorem nobis afferre solet: non mors defuncti, sed lugentium infirmitas. Fidelem itaque nulla rerum præsentium dolore afficere poterit; sed etiam ante futura bona & in præsenti vita ab infidelibus remotus est, non parva ex philosophia Christiana percipiens bona, maximamque inde metens alacritatem, perpetuumque gaudium. Quare Paulus ait: *Gaudete in Domino semper, iterum dico, gaudete.* Philip. 4. 4.
B Itaque etiam ante resurrectionem, non parvam hanc mercedem accipimus, quod in nulla accidentium calamitatum animo concidamus, sed futurorum spe, multo fruamur solatio. Quemadmodum igitur utrinque lucrum facimus, ita infidelis utrinque damno afficitur, & quod demum puniatur, quia resurrectionem non credidit, & quod animo concidat in præsentibus rebus, quia nihil post hanc vitam sperat boni. Non solum ergo propter resurrectionem Deo gratias agere debemus, sed etiam propter spem resurrectionis, quæ & mœrentem animum solari potest, & persuadere nobis ut circa de-
C functos confidamus, eos nempe resurrecturos, ac nobiscum futuros esse. Nam si mœrere convenit ac lugere, lugendi ii, qui in peccatis vivunt, non ii qui cum virtute defuncti sunt. Sic & Paulus facit: Corinthiis quippe scribens ait: *Nequando ad vos venientem me Deus humiliet, & multos lugeam.* 2. Cor. 12. 21. Non multos ex mortuis dixit; sed ex iis, qui cum ante peccavissent, eos tamen lasciviæ impuræque vitæ non pœniteret: Hos lugere convenit. Sic alius monet his verbis: *Fle super mortuo: defecit enim lumen; & super stulto fle: defecit enim intelligentia.* Eccli. 22. 10. Parum fleas
D super mortuo: quoniam requievit; stulti autem morte vita est deterior. Quod si intelligentiæ expers semper lacrymis dignus est; multo magis justitia vacuus, & qui a spe in Deum excidit. Hos itaque lugeamus. Hic luctus lucro non est destitutus. Sæpe namque luctu nostro illos emendavimus. Defunctos autem lugere cum inutile, tum damnosum est. Ne igitur ordinem invertamus; sed peccatum solum lugeamus: reliqua vero omnia, sive paupertatem, sive morbum, sive immaturam mortem, sive damnum, sive calumniam, sive aliud quidpiam humanum Peccatum solum lugendum.
E malum, fortiter feramus. Hæc quippe mala, si temperantes fuerimus, plures nobis coronas procurant.

4. At qui, inquies, fieri possit, ut homines cum simus, dolore non afficiamur? At ego contra quæro: qui fieri possit ut lugeat homo, qui rationis particeps, & futurorum spe fultus est? Ecquis, inquies, umquam fuit, qui hac ægritudine non captus sit? Multi & pluribus in locis, tum nostro, tum progenitorum nostrorum ævo. Etenim audi quid Job, amisso toto filiorum cœtu dicat: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Do-* Job 1. 21.

mino placuit ita factum est. Vel auditu quidem hæc mirabilia sunt: at si illa accurate expenderis, tunc majus cernes miraculum. Cogita namque diabolum, non liberorum dimidium abstulisse; neque plures abstulisse, pauciores reliquisse; sed totum fructum demessuisse, nec arborem dejecisse. Totum mare cum fluctibus induxit, neque tamen scapham demersit: totam vim adhibuit, neque turrim commovit. Sed stetit ille undique telis impetitus, immobilisque manens: tela instar nivis in eum confertim ferebantur; neque ille percellebatur; imo mittebantur quidem, at non vulnerabant. Cogita quantum sit tot filios mortuos cernere. Quid enim non dolorem inferebat? quod omnes raperentur, quod omnes simul uno die; quod in ipso ætatis flore; quod cum jam egregium dedissent virtutis specimen, quod supplicii more vitam finirent; quod post tot plagas hæc postrema inferretur, quod pater esset liberorum amans, quod defuncti amabiles. Cum enim improbos quispiam liberos amittit, de jactura quidem dolet, sed non cum tanta vehementia: defunctorum enim improbitas, non ita acrem sinit esse dolorem. Cum autem virtute præditi sunt, vulnus diu perdurat, memoria ejus non amittitur: malum omnem consolationem vincit, duplex stimulus est; alter a natura, alter a virtute defunctorum. Quod autem illi virtute ornati essent, hinc palam, quod pater magnam eorum curam haberet, quodque hostias pro illis offerret, de occultis etiam eorum peccatis solicitus; nihilque ipsi plus cordi erat. Id vero non modo virtutem filiorum declarat, sed etiam patris amorem. Cum igitur & pater esset, & usque adeo prolis amans, qui non naturalem modo affectum, sed etiam eum, qui ex pietate proficiscebatur, exhiberet; cum etiam defuncti tantæ probitatis essent, hinc triplex mœroris ignis gignebatur. Præterea cum partim tantum abripiuntur, aliquam consolationem hoc malum habet. Nam residui filii dolorem de aliorum morte obscurant & mitigant. At cum uno tempore universi moriuntur, ad quem respicere poterit ille, qui multorum filiorum pater jam penitus orbus est? Ad hæc quintam etiam plagam recensere licet. Quænam illa est? Quod derepente omnes interierint. Nam si cum intra tres aut quinque dies vita funguntur aliqui; tunc mulieres & cognati omnes illud maxime deplorant, quod cito & derepente defunctus ab eorum oculis abreptus sit; quanto magis hic indoluit, qui non intra tres vel duos, vel unum diem; sed hora una omnes sic amisit. Malum aliquamdiu ante prævisum, etiamsi admodum intolerabile fit, ipsa tamen exspectatione facile lenitur: quod autem inopinatum accidit, intolerandum est. Cum igitur aliquid per se grave, inopinatum præterea contingit, cogita quam intolerabile sit, ut nec satis verbis exprimi possit. Vis sextam plagam audire? In ipso ætatis flore omnes perdidit. Scitis quantum mœrorem & quam varium luctum inferant prœmaturæ mortes. Hæc porro mors non præmatura tantum, sed

Job exemplum patientiæ.

A οὕτω καὶ ἐγένετο. θαυμαστὰ μὲν οὖν ταῦτα καὶ ἁπλῶς ἀκουόμενα· ἂν δὲ καὶ μετ' ἀκριβείας ἐξετάσῃς αὐτὰ, τότε μειζόνως ὄψει τὸ θαῦμα. ἐννόησον γὰρ, ὅτι οὐχὶ τοὺς ἡμίσεις ἔλαβεν ὁ διάβολος, καὶ τοὺς ἡμίσεις ἀφῆκεν, οὐδὲ τοὺς πλείονας ἔλαβε, καὶ τοὺς ἐλάττους ἀφῆκεν· ἀλλὰ ὁλόκληρον ἐτρύγησε τὸν καρπὸν, καὶ τὸ δένδρον οὐ κατέβαλε· πᾶσαν ἐπήγαγε τὴν θάλατταν μετὰ τῶν κυμάτων, καὶ τὸ σκάφος οὐ κατεπόντισεν· ὅλην τὴν δύναμιν ἐκένωσε, καὶ τὸν πύργον οὐκ ἔσεισεν. ἀλλὰ εἱστήκει πάντοθεν βαλλόμενος, καὶ ἀκλινὴς μένων· καὶ νιφάδες ἐφέροντο βελῶν, B καὶ οὐκ ἐπλήττετο· μᾶλλον δὲ ἐπέμποντο μὲν, οὐκ ἐτίτρωσκον δέ. ἐννόησον ὅσον ἐστὶ, τοσούτους παῖδας ἰδεῖν ἀπολωλότας. τί γὰρ οὐκ ἦν ἱκανὸν δάκνειν, τὸ πάντας ἀναρπασθῆναι· τὸ πάντας ἀθρόον καὶ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ· τὸ ἐν αὐτῷ τῆς ἡλικίας τῷ ἄνθει· τὸ πολλὴν ἀρετὴν ἐπιδεδειγμένους· τὸ τρόπῳ τιμωρίας καταλῦσαι τὸν βίον· τὸ μετὰ τοσαύτας πληγὰς ἐσχάτην ἐπενεχθῆναι ταύτην, τὸ φιλόστοργον εἶναι τὸν γεγεννηκότα· τὸ ποθεινοὺς εἶναι τοὺς ἀπελθόντας. ὅταν γὰρ πονηροὺς ἀποβάλῃ τις παῖδας, δάκνεται μὲν τῷ πάθει, πλὴν ἀλλ' οὐ μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος· ἡ γὰρ πονηρία τῶν ἀπελθόντων, δριμυτέραν οὐκ ἀφίησι γενέσθαι τὴν ὀδύνην. ὅταν δὲ καὶ ἐνάρετοι C ὦσι, μόνιμον τὸ τραῦμα γίνεται, ἄληστος ἡ μνήμη, ἀπαραμύθητον τὸ κακὸν, διπλοῦν τὸ κέντρον, τὸ μὲν ἀπὸ τῆς φύσεως, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς τῶν ἀπελθόντων. ὅτι δὲ ἦσαν ἐνάρετοι, δῆλον ἐκεῖθεν. πολλὴν αὐτῶν ὁ πατὴρ ἐποιεῖτο τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ ἀνιστάμενος θυσίας προσέφερεν ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ ὑπὲρ τῶν ἀδήλων ἁμαρτημάτων δεδοικὼς, καὶ οὐδὲν αὐτῷ τούτου προτιμότερον ἦν. τοῦτο δὲ οὐ τὴν τῶν παίδων ἀρετὴν δείκνυσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ πατρὸς φιλοστοργίαν. ὅταν οὖν καὶ πατὴρ ᾖ, καὶ οὕτω φιλόστοργος, μὴ τὸν ἀπὸ τῆς φύσεως πόθον ἐνδεικνύμενος μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, ἀλλὰ καὶ οἱ ἀπελ- D θόντες οὕτως ἐνάρετοι, τριπλῆ γίνεται τῆς ἀθυμίας ἡ πυρά. πάλιν, ὅταν κατὰ μέρος ἀναρπάζωνται, ἔχει τινὰ παραμυθίαν τὸ πάθος. οἱ γὰρ ἐπιλειπόμενοι τὴν ἐπὶ τοῖς ἀπελθοῦσι συσκιάζουσιν ἀθυμίαν· ὅταν δὲ ὁλόκληρος ὁ χορὸς ἀπέλθῃ, πρὸς τίνα δυνήσεται ἰδεῖν ὁ πολύπαις ἀθρόον ἄπαις γενόμενος; μετὰ τούτων πάλιν ἐστὶ καὶ πέμπτην εἰπεῖν πληγήν. ποίαν δὴ ταύτην; τὸ ἀθρόον αὐτοὺς ἀναρπασθῆναι πάντας. εἰ γὰρ ἐν τρισὶν, ἢ πέντε ἡμέραις ἀπελθόντων τινῶν, αἱ γυναῖκες καὶ οἱ προσήκοντες ἅπαντες τοῦτο μάλιστα πάντων ὀλοφύρονται, ὅτι ταχέως καὶ ἐξαίφνης ἀνηρπάγη τῶν ἐκείνων ὄψεων ὁ τετελευτηκώς· πολλῷ μᾶλλον E οὗτος ἂν ἤλγησεν οὐκ ἐν ἡμέραις τρισὶ καὶ δυσὶ καὶ μιᾷ, ἀλλ' ἐν ὥρᾳ μιᾷ πάντας οὕτως ἀφαιρεθείς. τὸ μὲν γὰρ μελετηθὲν τῷ χρόνῳ δεινὸν, κἂν σφόδρα ἀφόρητον ᾖ, τῇ προσδοκίᾳ κοῦφον ἂν γένοιτο ῥᾳδίως· τὸ δὲ παρ' ἐλπίδα συμβὰν καὶ ἐξαίφνης, ἀφόρητον γίνεται. ὅταν οὖν τι καθ' ἑαυτὸ χαλεπὸν ᾖ, καὶ τὴν ἐκ τοῦ παρ' ἐλπίδα συμβῆναι λαμβάνῃ προσθήκην, ἐννόησον πῶς ἀφόρητον γίνεται, καὶ πάντα ὑπερβαίνει λόγον. βούλει καὶ ἕκτην ἀκοῦσαι πληγήν; ἐν αὐτῷ τῆς ἡλικίας τῷ ἄνθει πάντας ἀπώλεσεν. ἴστε δὲ ὅπως οἱ ἄωροι δάκνουσι θάνατοι, καὶ ποικίλον ποιοῦσι τὸ πένθος. οὗτος δὲ οὐκ ἄωρος μόνον ἦν, ἀλλὰ

καὶ

καὶ βίαιος, ὡς εἶναι καὶ ταύτην ἑβδόμην πληγήν. οὐ γὰρ ἐπὶ κλίνης εἶδεν αὐτοὺς ἀποπνέοντας καὶ ψυχοῤῥαγοῦντας, ἀλλὰ τῇ οἰκίᾳ καταχωσθέντας ἅπαντας. ἐννόησον τοίνυν, τίς ἦν ἀνορύττων ἐκεῖνο τὸ χῶμα, καὶ νῦν μὲν λίθον, νῦν δὲ μέλος ἀνέλκων παιδίου, καὶ χεῖρα ὁρῶν ἔτι φιάλην κατέχουσαν, καὶ δεξιὰν ἑτέραν ἐπικειμένην τῷ πίνακι, καὶ αὐτὸν τοῦ σώματος διεφθαρμένον τὸν τύπον, ῥινὸς συντριβείσης, κεφαλῆς διαθλασθείσης, ὀφθαλμῶν ἀφανισθέντων, ἐγκεφάλου διεσπαρμένου, πάσης ἁπλῶς τῆς μορφῆς διεφθαρμένης, καὶ τῆς τῶν τραυμάτων ποικιλίας οὐκ ἀφιείσης τὸν πατέρα τῶν ποθουμένων ὄψεων ἐπιγνῶναι τὸν τύπον. συνεχύθητε ταῦτα ἀκούοντες, καὶ δακρύετε· ἐννοήσατε τοίνυν, τίς ἦν ἐκεῖνος ταῦτα ὁρῶν. εἰ γὰρ ἡμεῖς μετὰ τοσοῦτον χρόνον οὐ δυνάμεθα ἀδακρυτὶ τῆς τραγῳδίας ἐκείνης τὴν ἀκοὴν ἐνεγκεῖν, καὶ ταῦτα ἀλλοτρίας ἀκούοντες συμφορὰς, τίς ἦν ὁ ἀδάμας ἐκεῖνος ὁ ταῦτα παραλαμβάνων, οὐκ ἐν ἀλλοτρίοις, ἀλλ' ἐν οἰκείοις φιλοσοφῶν κακοῖς; [a] οὐδὲ γὰρ ἀπεδυσπέτησεν, οὐδὲ τοιοῦτον οὐδὲν εἶπε, τί ποτε τοῦτό ἐστιν; αὕτη μοι τῆς φιλοφροσύνης ἡ ἀμοιβή; διὰ τοῦτο τοῖς ξένοις ἀνέῳξα τὴν οἰκίαν, ἵνα τάφον τῶν παίδων γινομένην αὐτὴν ἐπίδω; διὰ τοῦτο πᾶσαν περὶ αὐτοὺς ἀρετὴν ἐπεδειξάμην, ἵνα τοιοῦτον ὑπομείνωσι θάνατον; οὐδὲν τούτων οὐκ εἶπεν, οὐκ ἐνενόησεν· ἀλλ' ἔφερε πάντα γενναίως καὶ μετὰ τοσαύτην ἐπιμέλειαν αὐτῶν ἀφαιρεθείς. καθάπερ γὰρ ἄριστος ἀνδριαντοποιὸς χρυσοῦς διαπλάττων ἀνδριάντας, μετὰ πολλῆς καλλωπίζει τῆς ἀκριβείας· οὕτω καὶ αὐτὸς τὰς ἐκείνων ἐῤῥύθμιζε ψυχὰς διαπλάττων, καὶ κατακοσμῶν. καὶ καθάπερ τις γεωργὸς φιλόπονος στελέχη φοινίκων ἢ ἐλαιῶν ἄρδων, τειχίζων, περιφράττων, παντὶ θεραπεύων τρόπῳ διατελεῖ· οὕτω καὶ οὗτος οὐ διελίμπανε, καθάπερ ἐλαίαν τινὰ κατάκαρπον, τὴν ἑκάστου ψυχὴν εἰς πλείονα ἀρετῆς αὔξων ἐπίδοσιν. ἀλλ' εἶδε τὰ στελέχη τῇ τοῦ πονηροῦ πνεύματος προσβολῇ ἀνασπασθέντα, καὶ ἐπὶ γῆς ἐκταθέντα, καὶ τὸν ἐλεεινὸν τῆς τελευτῆς ὑπομείναντα τρόπον, καὶ οὐδὲν βλάσφημον ἐφθέγξατο, ἀλλὰ καὶ εὐχαρίστησε, καιρίαν δοὺς τῷ διαβόλῳ τὴν πληγήν.

Εἰ δὲ λέγοις, ὅτι πολλοὺς εἶχεν οὗτος υἱοὺς, ἄλλος δὲ πολλάκις ἕνα μονογενῆ ἔχων ἀπώλεσε, καὶ οὐκ ἴσον τὸ πένθος· καλῶς λέγεις· κἀγώ σοί φημι, ὅτι οὐκ ἴσον τὸ πένθος, ἀλλὰ πολλῷ μεῖζον τὸ τοῦ Ἰώβ. τί γὰρ αὐτῷ τῆς πολυπαιδίας ὄφελος; τρανοτέραν αὐτῷ τὴν συμφορὰν ἐποίησε καὶ πικροτέραν τὴν ὀδύνην τὸ ἐν πλείοσι σώμασι τὸ τραῦμα δέξασθαι. εἰ δὲ βούλει καὶ ἕτερον ἰδεῖν ἅγιον μονογενῆ παῖδα ἔχοντα, καὶ τὴν αὐτὴν ἢ καὶ πλείονα ἀνδρείαν ἐπιδειξάμενον, ἀναμνήσθητι τοῦ πατριάρχου Ἀβραὰμ, ὃς οὐκ εἶδε τὸν Ἰσαὰκ ἀποθανόντα, ἀλλ', ὃ πολλῷ πικρότερον ἦν καὶ ὀδυνηρότερον, αὐτὸς αὐτὸν κατασφάξαι ἐπετάττετο, καὶ οὐκ ἀντεῖπε πρὸς τὸ ἐπίταγμα, οὐδὲ ἐδυσχέρανεν, οὐδὲ ἐφθέγξατό τι τοιοῦτον· διὰ τοῦτό με πατέρα ἐποίησας, ἵνα παιδοκτόνον ἀπεργάσῃ; βέλτιον

A etiam violenta erat, ita ut hæc septima plaga esset. Non enim in lecto eos exspirare animamque efflare vidit, sed domus ruina obrutos omnes. Perpende igitur, quo animo esset is qui cumulum illum effodiens, nunc lapidem, nunc membrum alicujus e filiis extraheret, qui manum videret adhuc poculum tenentem, moxque dexteram patinæ impositam, totumque corpus deformatum, contrito naso, confracto capite, exstinctis oculis, cerebro huc illuc disjecto, tota, ut uno verbo dicam, specie labefactata, ita ut per vulnerum varietatem, non liceret amantissimo parenti vultus internoscere. Hæc audientes **B** conturbamini ac fletis. Animo reputate igitur, quis ille esset, qui hæc conspiciebat. Si enim nos post tantum temporis intervallum non possumus tragœdiam illam sine lacrymis vel auditu ferre, etiamsi alienæ calamitates narrentur; quis erat adamantinus ille, qui hoc oblato spectaculo, non in alienis, sed in suis malis philosophabatur? Neque enim indigne tulit, neque simile quidpiam dixit. Quid hoc est? hæccine benignitatis meæ remuneratio? Num ideo hospitibus domum meam aperui, ut eam liberorum tumulum viderem? Ideone tantam erga illos virtutem exhibui, ut hac morte occumberent? Nihil horum vel dixit, vel **C** cogitavit; sed omnia fortiter tulit; licet post tantam curam orbus. Sicut enim peritus statuarius aureas imagines effingens, magno eas studio exornat; ita & ille eorum animos componebat, informabat ornabatque. Ac quemadmodum laboriosus agricola palmarum vel olearum stirpes rigat, munit & sepit, omnique ratione colere non cessat; ita & ille non cessabat singulorum animam, quasi olivam fructiferam ad majora virtutis incrementa deducere. Sed vidit stirpes maligni spiritus impetu avulsas, atque in terram prostratas, miserabilemque vitæ exitum perpes**D**sas, nihil tamen maledicti protulit, sed Deo gratias agens, lethalem diabolo plagam inflixit.

5. Si vero dixeris, Multos ille filios habuit: alius vero sæpe unicum perdidit filium, neque pari dolore affectus est; optime loqueris: atque in hoc tibi assentior, quod non par fuerit dolor, sed Jobi multo major. Quæ enim illi ex numerosa sobole utilitas? Evidentiorem ipsi atque acerbiorem dolorem vulnus intulit, in pluribus corporibus ac**E**ceptum. Quod si lubet alium videre sanctum, cui unicus erat filius, pari imo majori animi magnitudine usum, recordare Abrahami patriarchæ, qui Isaacum quidem morientem non vidit; sed quod longe acerbius amariusque erat, ipse eum mactare jussus est; nec mandato repugnabat ille, non indignabatur, neque simile quidpiam dicebat: Ideone me patrem fecisti, ut filii homicidam faceres?

Abrahami exemplum.

[a] In uno Ms. sic terminatur hæc Homilia: οὐδὲ γὰρ ἀπεδυσπέτησεν οὐδέποτε, οὐδὲ εἶπε τί ποτε τοῦτό ἐστιν· ἀλλ' ἔλεγεν, ὁ κύριος ἔδωκεν, ὁ κύριος ἀφείλετο. ἂν οὕτω καθ' ἡμᾶς οἰκονομῶμεν καθάπερ ὁ μακάριος Ἰώβ, οὐ μόνον ἐπὶ τῆς θλίψεως, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐλαττωμάτων καὶ καθαροὶ πρὸς τὸν ἡμέτερον ἀπολαυσόμεθα δεσπότην, καὶ τῆς τοῦ πυρὸς γεέννης ἀπαλλαγησόμεθα, καὶ μετὰ παῤῥησίας στησόμεθα ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ &c.

Melius fuisset omnino non dedisse, quam datum tali modo sustulisse. Eum prorsus vis habere? Cur eum a me mactari imperas, meamque dexteram sanguine ejus contaminari? Annon pollicitus eras me per hunc puerum totum orbem prole mea impleturum? quî fructum dabis avulsa radice? quomodo prolem promittis, cum filium mactare jubeas? Quis talia vidit vel audivit? Deceptus sum ac circumventus. Nihil simile dixit aut cogitavit, non restitit imperanti, non expetivit facti rationem, sed his auditis: *Accipe filium tuum, quem diligis, Isaac, & adduc eum in unum montium, quem dixero tibi*, cum tanta alacritate paruit, ut plus etiam, quam imperatum esset, faceret. Nam uxorem hoc celavit & servos, ipsisque in montis radice dimissis, sola secum ducta victima ascendit. Ita non invitus, sed cum alacritate multa jussa exsequebatur. Cogita ergo quantum illud erat, solum cum solo filio colloqui, præsente nemine, cum viscera maxime commoventur, amorisque vis major est, idque non unius vel duorum, sed plurium dierum spatio. Nam si statim fecisset quod imperatum erat, magnum mirabileque facinus fuisset; sed non perinde tamen mirabile; atque cum per multos dies ejus animus excruciatus exercitusque fuerit, nihil humani circa filium passum esse. Ideo enim longiora illi scammata proposuit Deus stadiumque spatiosius, ut accuratius athletam spectares. Vere namque athleta erat, non cum homine decertans, sed cum ipsa naturæ tyrannide. Quis sermo possit ejus fortitudinem exprimere? Adduxit filium, devinxit, lignis imposuit, ensem arripuit, jam plagam inflicturus erat. Quid ultra aut qua ratione loquar non habeo: solus ille novit, qui ista perfecit. Oratio quippe nulla exprimere poterit, quomodo manus ejus non obtorpuerit, quomodo nervorum vis non soluta fuerit, quo pacto amabilis ille filii aspectus eum non conturbaverit. Hic etiam Isaac admirari convenit. Ut enim ille Deo, ita hic patri paruit, & ut ille Deo jubente sacrificare, rationes non exegit, ita & ille patre vinciente, & super aram inducente, non dixit, cur hoc agis? Sed paternæ manui subjacebat. Videre erat eumdem patrem factum & sacerdotem, sacrificium sine sanguine oblatum, holocaustum absque igne, mortis ac resurrectionis figuram in altari positam. Etenim filium immolavit, & non immolavit. Non immolavit manu, sed proposito. Nam & Deus ideo imperavit, non quod effusionem sanguinis videre vellet, sed quod propositum animi tibi ostendere cuperet, atque una fortem illum virum in orbis medio prædicare, omnesque posteros docere, & liberis, & naturæ, & rebus omnibus, ipsique animæ Dei jussa anteponi debere. Descendit igitur vivo recepto martyre Isaac. Quæ ergo nobis venia, quæso, quæ defensio erit, si cum viderimus fortem illum virum cum tanta alacritate Deo obsequentem, in omnibusque obtemperantem, nos moleste feramus? Ne

A ἢ μὴ δοῦναι τὴν ἀρχὴν, ἢ δόντα τοιούτῳ τρόπῳ αὐτὸν ἀφελέσθαι. βούλει λαβεῖν; τίνος ἕνεκεν καὶ ἐμὲ κατασφάξαι κελεύεις, καὶ τὴν δεξιὰν μιᾶναι τὴν ἐμαυτοῦ; οὐκ ἀπὸ τούτου μοι τοῦ παιδίου τὴν οἰκουμένην ἐμπλῆσαι τῶν ἀπογόνων ὑπέσχου; πῶς οὖν τοὺς καρποὺς δίδως τὴν ῥίζαν ἀναιρῶν; πῶς δὲ ἀπογόνους ἐπαγγέλλῃ τὸν υἱὸν κατασφάττειν κελεύων; τίς ταῦτα εἶδε; τίς ταῦτα ἤκουσεν; ἠπάτημαι, παρελογίσθην. οὐδὲν τοιοῦτον οὐκ εἶπεν, οὐκ ἐνενόησεν, οὐκ ἀντεῖπε τῷ κελεύσαντι, οὐκ ἀπήτησεν εὐθύνας, ἀλλὰ ἀκούσας· λάβε τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητὸν, ὃν ἠγάπησας, τὸν Ἰσαὰκ, καὶ ἀνάγαγε αὐτὸν ἐφ' ἓν τῶν ὀρέων B ὧν ἄν σοι εἴπω, μετὰ τοσαύτης προθυμίας τὸ ἐπίταγμα ἐπλήρωσεν, ὡς καὶ πλείονα τῶν ἐπιταχθέντων ποιῆσαι. καὶ γὰρ τὸ γύναιον ἔκρυψε, καὶ τοὺς παῖδας ἔλαθε κάτω μένειν ἀφεὶς, καὶ μόνον τὸ ἱερεῖον λαβὼν ἀνῄει. οὕτως οὐκ ἄκων, ἀλλὰ μετὰ προθυμίας πολλῆς τὸ κελευσθὲν ἔπραττεν. ἐννόησον τοίνυν ἡλίκον ἦν, μόνον μόνῳ διαλέγεσθαι τῷ παιδὶ, μηδενὸς παρόντος, ὅτε μᾶλλον τὰ σπλάγχνα διαθερμαίνεται, καὶ σφοδρότερον τὸ φίλτρον γίνεται, καὶ τοῦτο οὐκ ἐν μιᾷ ἢ δυσὶν, ἀλλὰ καὶ ἐν πλείοσιν ἡμέραις. τὸ μὲν γὰρ ταχέως ποιῆσαι τὸ ἐπιταχθὲν, θαυμαστὸν καὶ μέγα, ἀλλ' οὐχ οὕτω θαυμαστὸν, ὡς τὸ, διὰ πολλῶν C ἡμερῶν βασανιζομένης αὐτοῦ καὶ γυμναζομένης τῆς ψυχῆς, μηδὲν παθεῖν πρὸς τὸ παιδίον ἀνθρώπινον. διὰ γὰρ τοῦτο αὐτὸ καὶ μακρότερα σκάμματα ἐπέθηκεν ὁ θεὸς, καὶ τὸ στάδιον ἐξέτεινεν, ἵνα ἀκριβέστερον ἴδῃς τὸν ἀθλητήν. καὶ γὰρ ἦν ἀθλητὴς ὄντως, οὐκ ἀνθρώπῳ παλαίων, ἀλλ' αὐτῇ τῇ τῆς φύσεως τυραννίδι. ποῖος λόγος παραστῆσαι δυνήσεται τὴν ἀνδρείαν; ἀνήγαγε τὸ παιδίον, συνεπόδισε, τοῖς ξύλοις ἐπέθηκε, τὴν μάχαιραν ἥρπασεν, ἐπάγειν τὴν πληγὴν ἔμελλε. πῶς εἴπω, καὶ ποίῳ τρόπῳ, οὐκ ἔχω· μόνος αὐτὸς οἶδεν ὁ ταῦτα ἐργασάμενος· λόγος D γὰρ οὐδεὶς παραστῆσαι δυνήσεται, πῶς οὐκ ἐνάρκησεν ἡ χεὶρ, πῶς οὐκ ἐλύθη τῶν νεύρων ὁ τόνος, πῶς οὐ συνέχεεν αὐτὸν ἡ ποθουμένη τοῦ παιδίου ὄψις. ἄξιον ἐνταῦθα θαυμάσαι καὶ τὸν Ἰσαάκ. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος τῷ θεῷ, οὕτω καὶ οὗτος ἐπείθετο τῷ πατρί· καὶ καθάπερ ἐκεῖνος, τοῦ θεοῦ κελεύοντος θῦσαι, οὐκ ἀπήτησεν εὐθύνας· οὕτω καὶ οὗτος, τοῦ πατρὸς δεσμεύοντος καὶ ἀνάγοντος ἐπὶ τὸν βωμὸν, οὐκ εἶπε· τίνος ἕνεκεν ταῦτα ποιεῖς; ἀλλ' ὑπέκειτο τῇ χειρὶ τῇ πατρικῇ. καὶ ἦν ἰδεῖν πατέρα καὶ ἱερέα γινόμενον τὸν αὐτὸν, καὶ θυσίαν χωρὶς αἵματος ἀναφερομένην, ὁλοκαύτωμα χωρὶς πυρὸς, θανάτου καὶ ἀναστάσεως τύπον ἐπὶ τοῦ βωμοῦ γινόμενον. καὶ γὰρ ἔσφαξε τὸν υἱὸν, καὶ οὐκ ἔσφαξεν. οὐκ E ἔσφαξε χειρὶ, ἀλλὰ τῇ προθυμίᾳ. ἐπεὶ καὶ ὁ θεὸς διὰ τοῦτο ἐκέλευσεν, οὐχ αἵματος χύσιν βουλόμενος ἰδεῖν, ἀλλὰ προαίρεσίν σοι δεῖξαι θέλων, καὶ τὸν γενναῖον ἐκεῖνον ἐν μέσῳ τῆς οἰκουμένης ἀνακηρύξαι πάσης, καὶ παιδεῦσαι τοὺς μετὰ ταῦτα πάντας, ὅτι καὶ παίδων, καὶ φύσεως, καὶ τῶν ὄντων ἁπάντων, καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς τοῦ θεοῦ τὰ προστάγματα προτιμᾶν χρή. κατῄει τοίνυν ζῶντα λαβὼν μάρτυρα τὸν Ἰσαάκ. τίνα οὖν ἕξομεν συγγνώμην, εἰπέ μοι, ποίαν δὲ ἀπολογίαν, εἰ τὸν γενναῖον ἐκεῖνον μετὰ τοσαύτης εἴδομεν προθυμίας τῷ θεῷ πειθόμενον, καὶ πάντων αὐτῷ παραχωροῦντα, καὶ ἡμεῖς δυσχεραίνομεν; μὴ

δή μοι τὸ πένθος εἴπῃς, μηδὲ τὸ τῆς συμφορᾶς ἀφόρητον, ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπησον, ὅτι καὶ τοῦ πένθους χαλεποῦ ὄντος ἀνώτερος ἦν. ἱκανὸν ἦν τὸ ἐπιταχθὲν θορυβῆσαι αὐτοῦ τὸν λογισμὸν, καὶ εἰς ἀπορίαν αὐτὸν ἐμβαλεῖν, καὶ τὴν πίστιν ὑπορύξαι τὴν ἐν τοῖς παρελθοῦσι. τίς γὰρ τῶν πολλῶν οὐκ ἂν ἐνόμιζεν ἀπάτην εἶναι τὰ εἰρημένα περὶ τοῦ πλήθους τῶν ἐγγόνων, ὧν αὐτῷ ἐπηγγείλατο; ἀλλ' οὐχ ὁ Ἀβραάμ. καὶ τοῦ Ἰὼβ δὲ τῆς ἐπὶ τῇ συμφορᾷ φιλοσοφίας οὐχ ἧττον, καὶ ὑπὲρ τούτου μάλιστα αὐτὸν θαυμάζειν χρὴ, ὅτι μετὰ τοσαύτην ἀρετὴν, μετὰ ἐλεημοσύνας καὶ φιλανθρωπίας, μετὰ τὸ μηδὲν μήτε ἑαυτῷ, μήτε τοῖς παισὶ συνειδέναι πονηρὸν, τοσοῦτον πένθος ἰδὼν οὕτω καινὸν καὶ παράδοξον καὶ μηδενὶ τῶν τὰ ἔσχατα τετολμηκότων συμβεβηκὸς, οὐκ ἔπαθε τὰ τῶν πολλῶν, οὐδὲ ἐνόμισεν ἀνόνητον εἶναι τὴν ἀρετὴν, οὐδὲ κακῶς βεβουλεῦσθαι τοῖς παρελθοῦσιν. ὥστε δι' ἀμφότερα αὐτοὺς ταῦτα οὐ θαυμάζειν χρὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ζηλοῦν καὶ μιμεῖσθαι τὴν ἀρετήν. καὶ μὴ λεγέτω τις, ὅτι ἐκεῖνοι θαυμαστοί τινες ἦσαν. θαυμαστοὶ μὲν γὰρ ἦσαν καὶ μεγάλοι· ἀλλ' ἡμεῖς τοσοῦτον πλείονα ἐκείνων ἀπαιτούμεθα φιλοσοφίαν, καὶ τῶν ἐν τῇ παλαιᾷ βεβιωκότων ἁπάντων. ἐὰν γὰρ μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, φησὶν, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. πάντοθεν τοίνυν σωφρονισθέντες, καὶ ταῦτα συλλέξαντες, καὶ τὰ περὶ ἀναστάσεως ἡμῖν εἰρημένα, καὶ τὰ περὶ τῶν ἁγίων τούτων, συνεχῶς ἐπᾴδωμεν ταῖς ψυχαῖς, μὴ μόνον κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πένθους, ἀλλὰ καὶ ἡνίκα ἂν καθαρεύωμεν ὀδύνης. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐγὼ, καίτοι μηδενὸς ὄντος ἐν ἀθυμίᾳ, νῦν τούτους ἐκίνησα τοὺς λόγους, ἵν', ὅταν ἐμπέσωμεν εἴς τινα τοιαύτην συμφορὰν, μεμνημένοι τῶν εἰρημένων, ἱκανῆς ἀπολαύωμεν παραμυθίας· ἐπεὶ καὶ στρατιῶται, εἰρήνης οὔσης, τὰ τοῦ πολέμου μελετῶσιν, ἵνα τῆς μάχης ἐπιστάσης, καὶ τοῦ καιροῦ τὴν ἐμπειρίαν ἀπαιτοῦντος, εὐκαίρως ἐπιδείξωνται τὴν τέχνην, ἣν ἐν τῇ εἰρήνῃ κατώρθωσαν. καὶ ἡμεῖς τοίνυν καὶ ὅπλα καὶ φάρμακα κατασκευάσωμεν ἑαυτοῖς ἐν τῷ καιρῷ τῆς εἰρήνης, ἵνα, εἴ ποτε πόλεμος ἐπιστῇ παθῶν ἀλόγων, ἢ πένθους, ἢ ὀδύνης, ἢ ἄλλου ὁτουοῦν τοιούτου, καθωπλισμένοι καλῶς καὶ πεφραγμένοι πάντοθεν, τὰς τοῦ πονηροῦ προσβολὰς μετὰ πολλῆς ἀποκρουσώμεθα τῆς ἐμπειρίας, καὶ λογισμοῖς ὀρθοῖς, καὶ ταῖς ἀποφάσεσι τοῦ θεοῦ, καὶ τοῖς ὑποδείγμασι τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, καὶ παντὶ τρόπῳ πάντοθεν ἑαυτοὺς τειχίσωμεν. οὕτω γὰρ δυνησόμεθα καὶ τὴν παροῦσαν ζωὴν μετ' εὐθυμίας διενεγκεῖν, καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιτυχεῖν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἅμα τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

mihi luctum, ne calamitatis magnitudinem afferas: sed perpende, illum luctu fuisse superiorem. Mandatum hujusmodi poterat illius animum conturbare, anxium reddere, & fidem ejus circa præterita subagitare. Quis enim alius præter Abrahamum, non putasset fraudem ea omnia esse, quæ de multitudine generis & nepotum Deus pollicitus erat? Philosophiam item Jobi in tanta calamitate nihilo minus quis admirari debet, quod post tantam exhibitam virtutem, post eleemosynas & benignitatem; cum nullius vel sibi vel filiis mali conscius esset, cum tantum tamque inopinatum videret luctum, quantus ne sceleratissimis quidem umquam contigerat; non sic affectus fuerit, ut alii solent, neque putaverit infructuosam esse virtutem, aut se male rebus suis ante consuluisse. Itaque hosce viros ob hæc utraque: non modo admirari debemus, sed etiam æmulari, eorumque virtutem imitari. Nec dicat quispiam: Illi viri admirabiles erant. Admirabiles certe, & magni erant; sed a nobis major nunc requiritur Philosophia, quam ab illis omnibus, qui in veteri testamento vixerunt. *Nisi enim abundaverit justitia vestra plus, quam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* [Matt. 5. 20.] Ad meliorem ergo frugem omnino reversi, hisque collectis, ac simul iis, quæ de resurrectione, necnon de sanctis illis viris diximus, hæc assidue in animis concinamus, non modo in luctus tempore, sed etiam quando vacui dolore sumus. Ideo namque ego, & si nullus in mœrore sit, hos jam sermones feci, ut cum in similem calamitatem inciderimus, dictorum memores, multa fruamur consolatione. Milites enim in pace res bellicas meditantur, ut instante pugna, & tempore peritiam postulante, opportune artem exhibeant, quam in pace coluerunt. Et nos igitur arma & remedia in pacis tempore nobis paremus, ut si quando irrationabilium affectuum, acerbi luctus, aut doloris, aut cujuspiam adversi bellum ingruerit, pulcre armati & undique muniti, maligni impetum multa cum peritia propulsemus; atque rectis cogitationibus, Dei eloquiis, proborumque virorum exemplis, omnimode undique nos muniamus. Sic enim poterimus & præsentem vitam cum bono animo transigere, & regnum cælorum consequi, in Christo Jesu, cui gloria & imperium cum Patre & sancto Spiritu in sæcula sæculorum, amen.

AD HOMILIAM IN TERRÆ MOTUM ET DIVITEM ET LAZARUM,

MONITUM.

HANC Concionem antehac mutilam, ingentique quatuor paginarum hiatu labefactatam, nunc integram, & ad duorum Manuscriptorum fidem sarcitam damus. Eam vero non consequenter post alias, sed aliquantulo interposito tempore Chrysostomus habuit; ita tamen ut recens adhuc memoria eorum, quæ de Lazaro & de divite non ita pridem dicta fuerant, auditorum animis hæreret, ut testificatur ipse num. 4. *Occasione autem ingentis terræ motus, qui triduo urbem succusserat, hæc concionatus est Chrysostomus. Qui sit vero ille terræ motus, & quo contigerit anno, non ita facile est augurari, quandoquidem frequenter Antiochiæ terræ motus accidere solebant. Memorantur terræ motus Antiochiæ ante statuarum eversionem anno* 387. *& quidem jam freqnentes accidisse Homilia* 3. *in Statuas nnm.* 7. Τῶν γὰρ σεισμῶν πολλάκις καταλαβόντων, καὶ λιμοῦ καὶ αὐχμοῦ, τρεῖς καὶ τέσσαρας ἡμέρας σωφρονισθέντες, καὶ ἐπιεικέστεροι γενόμενοι. Etenim terræ motibus sæpius accidentibus, & fame atque siccitate, ad tres vel quatuor dies moderati & mansuetiores effecti *&c. Hæc de terræ motibus, qui ante quadragesimam anni* 387. *jam frequentes acciderant. Aliis item subsequentibus annis crebros iterum accidisse non dubium videtur. In quadam enim Homilia, a Combefisio edita, de alio terræ motu, qni biduo urbem subagitaverat multa præclare loquitur, ac frequentes accidere terræ motus indicat his verbis:* εἶπον καὶ χθὲς ὅτι οὐ μικρὸς ὁ καρπὸς ὁ ἀπὸ τῶν σεισμῶν, Dicebam etiam heri, non parvum fructum ex terræ motibus derivari. *Memoratur autem in Chronico Marcellini terræ motus ingens ad annum* 394. *sed qui aliquot tantum Europæ regiones concussit. Alius eodem in Chronico annotatur terræ motus ad annum* 396. *qui totum orbem commovisse fertur. Hunc vero postremum putat Hermantius homiliam hanc de Lazaro præcessisse: quia videlicet initio dicit Chrysostomus,* ἐτίναξε τὴν οἰκουμένην, orbem terræ concussit: *Si autem hæc sint ad literam accipienda, ad illum universalem terræ motum non incongruenter referantur. At Chrysostomus, quando vixdum terræ motus cessaverat, ut ex dictis ejus inferre licet, hanc Concionem habuit: & quomodo scire poterat, ne dicam an totum orbem, an vicinas saltem regiones concussisset terræ motus? Sane cum dicit bisque repetit orbem terræ commotum esse, oratorio loquitur more, atque verbis ex Scriptura Sacra decerptis utitur. Quamobrem cum tam frequentes essent Antiochiæ terræ motus, nonnisi divinando possumus ad aliquem memoratorum hujus Concionis tempus revocare. Certe ait Cosmas Ægyptius p.* 121. *Antiochiam frequentibus terræ motibus succussam, iis aliquando corruisse. His perspectis eatenus tantum Hermantii calculo standum censemus, quatenus non repugnat anno* 396. *hunc terræ motum contigisse: verum ut potuit illo anno, potuit & aliis, in urbe tam crebris quati motibus assueta. Hoc unum certo dicere possumus, hunc de Lazaro sermonem, etsi non eadem cum quatuor prioribus serie habitus fuisse videatur, post modicum ab illis tempus pronunciatum fuisse: quandoquidem numero* 4. *ait Chrysostomus assiduam sermonum de Lazaro tractationem, auditores suos hac in re fecisse doctores,* διδασκάλους ὑμᾶς εἰργάσατο ἡ συνεχὴς τῶν λόγων ἀπόλαυσις.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi, ea excepta ingenti parte, quam nunc primum edimus & Latine convertimus.

IN TERRÆ MOTUM, ET IN divitem & Lazarum, atque unde servitus orta sit.

1. VIDISTIS Dei potentiam? vidistis Dei benignitatem? potentiam, quod orbem terræ concusserit, benignitatem, quod eum cadentem firmaverit: imo vero in utroque potentiam & benignitatem.

Collata cum Cod. Vaticano 574. & Ottoboniano quodam aliquot in locis, itemque cum Cod. Reg. 2343. ad cujus fidem hæc Homilia primum edita fuerat, quique ingentem illam habet lacunam. Itemque cum Cod. Colbert. 2495. qui mendis scatet & hunc habet titulum, εἰς τοὺς σεισμοὺς, καὶ εἰς τὴν παραβολὴν τοῦ πλουσίου καὶ τοῦ Λαζάρου, atque ita differt ab Edito, ut plerumque alia videatur Homilia.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΣΕΙΣΜΟΝ ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΟΝ πλούσιον καὶ εἰς τὸν Λάζαρον, καὶ πόθεν ἡ δουλεία ἐγένετο.

ΕΙΔΕΤΕ Θεοῦ δύναμιν; εἴδετε Θεοῦ φιλανθρωπίαν; δύναμιν, ὅτι ἐτίναξε τὴν οἰκουμένην· φιλανθρωπίαν, ὅτι πίπτουσαν αὐτὴν ἔστησε· μᾶλλον δὲ ἐν ἑκατέρῳ καὶ δύναμιν καὶ φιλανθρωπίαν. [a] Καὶ a

a Καὶ γὰρ καὶ τὸ σεῖσαι φιλανθρωπίας, ὅτι ἔσεισε τὴν οἰκουμένην, καὶ ἐστήριξεν αὐτήν· δύναμιν ὅτι σαλευομένην, καὶ μέλλουσαν πίπτειν ἤγειρεν.

γὰρ τὸ σεῖσαι, δυνάμεως, καὶ τὸ στῆσαι, φιλανθρωπίας· ὅτι ἔσεισε τὴν γῆν καὶ ἐστήριξε τὴν οἰκουμένην· ὅτι σαλευομένην καὶ μέλλουσαν αὐτὴν πίπτειν ἤγειρεν. ἀλλ᾽ ὁ μὲν σεισμὸς παρῆλθεν, ὁ δὲ φόβος μενέτω· ὁ σάλος ἐκεῖνος παρέδραμεν, ἡ δὲ εὐλάβεια μὴ παραδραμέτω. ἐλιτανεύσαμεν τρεῖς ἡμέρας, ἀλλὰ μὴ καταλύσωμεν τὴν σπουδήν. διὰ γὰρ τοῦτο ὁ σεισμὸς, διὰ τὴν ῥαθυμίαν τὴν ἡμετέραν. ἐρραθυμήσαμεν, καὶ ἐκαλέσαμεν τὸν σεισμόν· ἐσπουδάσαμεν, καὶ ἀπεκρουσάμεθα τὴν ὀργήν· μὴ πάλιν ῥαθυμήσωμεν, ἵνα μὴ πάλιν καλέσωμεν τὴν ὀργὴν καὶ τὴν τιμωρίαν. οὐ γὰρ βούλεται ὁ θεὸς τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. εἴδετε τὸ ἐπίκηρον τῆς φύσεως τῶν ἀνθρώπων, ὅτε ὁ σεισμὸς ἐγένετο, ἐνενόουν ἐν ἑαυτῷ λέγων· ποῦ αἱ ἁρπαγαί; ποῦ αἱ πλεονεξίαι; ποῦ αἱ τυραννίδες; ποῦ αἱ ἐπίνοιαι, ποῦ αἱ δυναστεῖαι; ποῦ αἱ καταπονήσεις; ποῦ αἱ λεηλασίαι τῶν πενήτων; ποῦ αἱ ὑπερηφανίαι τῶν πλουτούντων; ποῦ τῶν ἀρχόντων αἱ δυναστεῖαι; ποῦ αἱ ἀπειλαί; ποῦ οἱ φόβοι; μία καιροῦ ῥοπὴ καὶ ἀράχνης εὐτελέστερον πάντα διεσπᾶτο, πάντα ἐκεῖνα παρελύετο, καὶ κωκυτὸς πόλεως ἦν, καὶ πάντες ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν ἔτρεχον. ἐννοήσατε, εἰ ἔδοξε τῷ θεῷ πάντα κατενέγκαι, τί ἂν ἐπάθομεν. ταῦτα δὲ λέγω, ἵνα συνεχῶς ἀκμάζῃ ἐν ὑμῖν ὁ φόβος τῶν γενομένων, καὶ τὴν διάνοιαν πάντων στηρίζῃ. ἔσεισεν, ἀλλ᾽ οὐ κατέβαλεν. εἰ γὰρ ἐβούλετο καταβαλεῖν, οὐκ ἂν ἔσεισεν. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ οὐκ ἐβούλετο, προέλαβε καθάπερ κῆρυξ ὁ σεισμὸς, προαναγγέλλων ἅπασι τὴν ὀργὴν τοῦ θεοῦ, ἵνα τῷ φόβῳ βελτίους γενόμενοι, ἀποκρουσώμεθα τὴν διὰ τῶν πραγμάτων τιμωρίαν. οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν βαρβάρων ἐποίησεν. ἔτι τρεῖς ἡμέραι καὶ Νινευὴ καταστραφήσεται. καὶ διὰ τί οὐ καταστρέφεις; ἀπειλεῖς κατασκάπτειν, καὶ διὰ τί οὐ κατασκάπτεις; ἐπειδὴ οὐ βούλομαι κατασκάπτειν, διὰ τοῦτο ἀπειλῶ. τί οὖν λέγεις; ἵνα μὴ ποιήσω, ἃ λέγω, προλαμβανέτω ὁ λόγος, καὶ κωλυέτω τὸ ἔργον. ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευὴ καταστραφήσεται. τότε ὁ προφήτης ἔλεγε, σήμερον οἱ τοῖχοι φωνὴν ἀφιᾶσι. ταῦτα δὲ λέγω, καὶ λέγων οὐ παύσομαι, καὶ πρὸς πένητας, καὶ πρὸς πλουσίους· ἐννοήσατε πόση τοῦ θεοῦ ἡ ὀργὴ, πῶς αὐτῷ πάντα ῥᾴδια καὶ εὔκολα· [a] καὶ στῶμέν ποτε τῆς πονηρίας. ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ καὶ [a] τὴν διάνοιαν καὶ τὸν νοῦν οὕτω παρέλυσεν ἑκάστου, καὶ τὰ θεμέλια τῆς καρδίας διέσεισεν. ἐννοήσωμεν, εἰ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην τὴν φοβερὰν, ὅτε οὐ μία καιροῦ ῥοπὴ, ἀλλ᾽ ἄπειροι αἰῶνες, καὶ ποταμοὶ πυρὸς, καὶ ἀπειληφόροι ὀργαὶ, καὶ δυνάμεις ἐπὶ τὴν κρίσιν ἕλκουσαι, καὶ βῆμα φοβερὸν, καὶ δικαστήριον ἀδέκαστον, καὶ ἑκάστου τὰ πεπραγμένα πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἕστηκε, καὶ οὐδεὶς ὁ βοηθῶν, οὔτε γείτων, οὔτε ῥήτωρ, οὔτε συγγενὴς, οὐκ ἀδελφὸς, οὐ πατὴρ, οὐ μήτηρ, οὐ ξένος, οὐκ ἄλλος οὐδεὶς, τί ποιήσομεν τότε, [b] εἰπέ μοι; [b] ἄγω τὸν φόβον ἵνα κατασκευάσω τὴν σωτηρίαν· σιδήρου τομωτέραν εἰργασάμην τὴν διδασκαλίαν, ἵνα ἕκαστος ὑμῶν σηπεδόνα ἔχων, ἀποτέμηται. οὐκ ἀεὶ ἔλεγον, καὶ νῦν λέγω, καὶ λέγων οὐ παύσομαι, μέχρι πότε τοῖς

A Nam & commovisse potentiæ fuit, & composuisse benignitatis; quod terram commoverit, & firmaverit orbem terræ, quod concussum & jam jam ruiturum erexerit. At enim terræmotus quidem præteriit, metus autem maneat: transiit illa tempestas, sed timor non transeat: supplicationes spatio trium dierum obiimus, verumtamen studium non restinguamus: ob hoc enim terræmotus accidit, ob nostram socordiam: socordes fuimus, & terræ motum accersivimus; studium ac diligentiam adhibuimus, & iram repulimus; ne socordes iterum simus, ut iram ac B supplicium iterum non accersamus. Non enim mortem peccatoris vult Deus, sicut eum converti, ac vivere. Vidistis quam fragile sit & caducum genus humanum? cum fieret terræmotus, sic ego apud me cogitabam: ubi nunc rapinæ? ubi fraudationes? ubi imperia injusta? ubi fastus? ubi principatus? ubi oppressiones? ubi spoliatores egenorum? ubi divitum superba fastidia? ubi principum imperia? ubi minæ? ubi timores? unum temporis momentum facilius quam aranearum telas omnia diripuit, omnia destruxit: & audiebatur civitatis ejula- C tus, omnesque ad Ecclesiam currebant. Cogitate, si cuncta pessumdare Deo visum esset, quid fecissemus: hæc autem dico, ut eorum, quæ acciderunt, perpetuo vigeat in vobis metus, omniumque mentem corroboret. Concussit, at non prostravit. Si enim prosternere voluisset, minime profecto concussisset: sed quoniam id nolebat, præcessit tamquam præco terræmotus iram Dei omnibus ante denuncians, ut timore meliores effecti supplicium reipsa inferendum repellamus. Ita quoque cum barbaris egit: *Adhuc tres dies, & Nineve subvertetur.* Quare vero non subvertis? minaris te subversurum; quin igitur subvertis? Quia nolo subvertere, idcirco minor. Cur ergo dicis? Ne faciam ea, D quæ dico: præcedat sermo, & opus impediatur: *Adhuc tres dies, & Nineve subvertetur.* Tum temporis dicebat Propheta; hodie muri vocem mittunt. Hæc vero dico, neque dicere desistam, cum ad pauperes tum ad divites: cogitate quanta Dei sit ira, & quo pacto facilia sint illi cuncta & proclivia, tandemque ab improbitate desistamus, perbrevi temporis momento mentem animumque uniuscujusque nostrûm infregit, & cordis fundamenta concussit. Cogitate die illo tremendo, cum non unum temporis momentum erit, sed infinita sæcula, & E ignis fluvii, ac minaces iræ, atque ad judicium pertrahentes virtutes, tremendum tribunal, judicium incorruptum, & quæ gessit unusquisque, versabuntur ob oculos, nec ullus erit qui succurrat, non vicinus, non orator, non propinquus, non frater, non pater, non mater, non peregrinus, non alius ullus, quid tum quæso faciemus? Metum infero, ut salutem perficiam: doctrinam ferro penetrabiliorem fabricatus sum, ut vestrûm quisque, cui fuerit ulcus, illud abjiciat. Nonne semper dicebam & nunc dico, & dicere non desistam: quousque tandem

Cur terræ motus fieri permittat Deus.

Ezech. 33. 11.

Jon. 3. 4.

Dies judicii quam tremendus.

[a] Vatic. τὴν καρδίαν. Paulopost idem, καὶ τὰ θεμέλια τῆς γῆς. Ibid. ἐννοήσατε. Paulopost Vatic. ὅτε οὐ μικρὰ ἡ ῥοπὴ, ἀλλὰ ποταμοὶ πυρὸς καχλάζοντες.

[b] Vatic. αὔξω τὸν φόβον, non male, & ibid. ἐργάζομαι.

rebus sæculi hujus affixi estis? Ad omnes quidem est mihi sermo, sed ad eos præcipue, qui morbo laborant, nec ad ea quæ dicuntur, attendunt. Imo vero perutilis est utrique sermo: illi quidem, qui morbo laborat, ut sanitatem recuperet: ei vero qui sanus est, ne morbo laboret. Quousque tandem pecuniæ? quousque divitiæ? quousque ædificiorum magnificentia? quousque rabidus eorum furor, qui bruto voluptatum amori dediti sunt? ecce venit terræmotus, quid profuerunt opes? labor utrorumque sublatus est, periit una cum possessione possessor, domicilium cum eo qui construxerat: omnium commune sepulcrum facta est civitas, sepulcrum est tempore structum, non ab artificum manibus, sed a calamitate fabricatum. Ubi divitiæ? ubi rapinæ, ubi fraudationes? videtis, ut omnia sint araneis viliora?

2. At enim mihi dices, quid dicendo proficis? Proficio, si quis me audiat, ego quod officium meum est, id præsto: seminator seminat. *Matth. 13. 3.* Exiit qui seminat ad seminandum, & quædam ceciderunt secus viam, quædam supra petram, quædam supra spinas, quædam in terram bonam: tres partes perierunt, & una servata est, nec ab agricultura destitit: sed quoniam una conservata est, agrum colere non cessavit. *Non frustra seritur, etiamsi pauci semen suscipiant.* Et vero nunc in tantam multitudinem projectum semen fieri non potest quin mihi segetes proferat: tametsi omnes non audiant, dimidia pars audiet: & licet non dimidia, pars tertia: & licet nec tertia, decima: & licet nec decima, licet unus ex ea multitudine auditurus sit, audiat: non enim exiguum est vel unam ovem servari: quandoquidem & pastor ille, qui nonaginta novem reliquerat oves, ad unam cucurrit, quæ aberraverat. Hominem non contemno: licet unus sit, *Matt. 18. 12.* homo est, animal Deo carissimum. Licet servus sit, contemnendus mihi non videtur: non enim dignitatem quæro, sed virtutem: non dominationem aut servitutem, sed animam: licet unus sit, homo est, propter quem cælum extensum est, sol lucet, luna decurrit, aër effusus est, fontes scaturiunt, expansum est mare, Prophetæ missi sunt, & lex data est: & quid opus est cuncta persequi? propter quem unigenitus Dei filius factus est homo. Dominus meus immolatus est, ac sanguinem suum pro homine fudit, & illum ego contemnam? qua vero *Joan. 4. 9.* dignus venia fuero? Nonne audistis Dominum cum Samaritana colloquutum esse, ac sexcentos impendisse sermones, nec quoniam Samaritana erat, ideo contemtam eam fuisse, sed quoniam animam habebat, in precio habitam esse? Non quia meretrix erat, despecta est, sed quia servanda erat, & fidem exhibuit, multa in illam cura collata est. *Hic locus citatur a Photio in Biblioth. V. in ultimo Tomo Operum Chrysostomi.* Equidem dicere non cessabo, licet nullus sit, qui audiat: medicus sum, adhibeo medicamenta: doctor sum, mandatum mihi est, ut admoneam: sic enim ait, *Speculatorem dedi te domui Israël.* *Ezech. 3. 17.* Neminem corrigo: quid tum postea? sed ego mercede non careo. Et hoc ad summum dixi: nam in

A πράγμασίν ἐστε προσηλωμένοι; πρὸς πάντας μὲν λέγω, ἐξαιρέτως δὲ πρὸς τοὺς νοσοῦντας, καὶ μὴ προσέχοντας τοῖς λεγομένοις· μᾶλλον δὲ, ἑκατέρῳ χρήσιμος ὁ λόγος, τῷ μὲν νοσοῦντι, ἵνα ὑγιάνῃ· τῷ δὲ ὑγιαίνοντι, ἵνα μὴ νοσήσῃ. μέχρι πότε χρήματα; μέχρι πότε πλοῦτος; μέχρι πότε περιφάνειαι οἰκοδομημάτων; μέχρι πότε λύσσα περὶ τὴν ἄψυχον φιληδονίαν; ἰδοὺ ἦλθεν ὁ σεισμός· τί ὠφέλησεν ὁ πλοῦτος; ὁ πόνος ἑκατέρων [a] παρελύθη· τῷ κεκτημένῳ τὸ κτῆμα συναπώλετο. ἡ οἰκία τῷ κατασκευάσαντι. κοινὸς τάφος ἁπάντων ἡ πόλις ἐγίνετο, τάφος ἐσχεδιασμένος, οὐκ ἐν χερσὶ τεχνιτῶν, ἀλλὰ τῇ B συμφορᾷ κατεσκευασμένος. ποῦ ὁ πλοῦτος; ποῦ αἱ ἁρπαγαί; ποῦ αἱ πλεονεξίαι; ὁρᾶτε ὅτι ἀράχνης πάντα εὐτελέστερα;

Ἀλλ' ἐρεῖς μοι, καὶ τί ὠφελεῖς λέγων; ὠφελῶ, ἐάν τίς μου ἀκούῃ. ἐγὼ τὸ ἐμαυτοῦ ποιῶ. ὁ σπείρων, σπείρει. ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι· καὶ τὰ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδὸν, τὰ δὲ ἐπὶ τὴν πέτραν, τὰ δὲ ἐπὶ τὰς ἀκάνθας, τὰ δὲ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλήν. τρία μέρη ἀπώλετο, καὶ ἓν ἐσώθη, καὶ οὐκ ἀπέστη τῆς γεωργίας. ἀλλ' ἐπειδὴ ἓν διεσώζετο, οὐκ ἐπαύσατο τῆς γεηπονίας· καὶ νῦν δὲ ἀμήχανον ἐν C τοσούτῳ πλήθει σπόρον καταβαλλόμενον μὴ ἐνεγκεῖν μοι στάχυν. κἂν μὴ πάντες ἀκούσωσιν, οἱ ἡμίσεις ἀκούσονται. κἂν μὴ οἱ ἡμίσεις, ἡ τρίτη μοῖρα· κἂν μὴ ἡ τρίτη μοῖρα, ἡ δεκάτη· κἂν μὴ ἡ δεκάτη, κἂν εἷς ἐκ τοῦ πλήθους [b] ἀκούσῃ, ἀκουέτω. οὐ μικρὸν γὰρ καὶ ἓν τὸ πρόβατον διασωθῆναι· ἐπεὶ καὶ ὁ ποιμὴν ἐκεῖνος τὰ ἐννενηκονταεννέα πρόβατα καταλιπὼν, ἐπὶ τὸ ἓν τὸ πεπλανημένον ἔδραμεν. οὐ καταφρονῶ ἀνθρώπου· κἂν εἷς ᾖ, ἄνθρωπός ἐστι, τὸ περισπούδαστον τοῦ θεοῦ ζῶον. κἂν δοῦλος ᾖ, οὐκ ἔστι μοι εὐκαταφρόνητος. οὐ γὰρ ἀξίωμα ζητῶ, ἀλλ' ἀρετήν. οὐ δεσποτείαν, οὐ δουλείαν, ἀλλὰ D ψυχήν. κἂν εἷς ᾖ, ἄνθρωπός ἐστι, δι' ὃν οὐρανὸς ἐτανύσθη, καὶ ἥλιος φαίνει, καὶ σελήνη τρέχει, καὶ ἀὴρ ἐξεχέθη, καὶ πηγαὶ βρύουσι, καὶ θάλαττα ἡπλώθη, καὶ προφῆται ἐπέμφθησαν, καὶ νόμος ἐδόθη. καὶ τί δεῖ πάντα λέγειν; δι' ὃν ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος ἐγένετο. ὁ δεσπότης μου ἐσφάγη, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐξέχεεν ὑπὲρ ἀνθρώπου, κἀγὼ καταφρονῆσαι ἔχω; καὶ ποίαν ἔχω συγγνώμην; οὐκ ἀκούετε ὅτι Σαμαρείτιδι διελέγετο ὁ κύριος, E καὶ μυρίους ἀνάλωσε λόγους; καὶ οὐκ ἐπειδὴ Σαμαρεῖτις ἦν, κατεφρονεῖτο, ἀλλ' ἐπειδὴ ψυχὴν εἶχεν, ἐσπουδάζετο. οὐκ ἐπειδὴ πόρνη ἦν, ὑπερεωρᾶτο, ἀλλ' ἐπειδὴ ἔμελλε σώζεσθαι, καὶ πίστιν ἐπεδείξατο, πολλῆς ἀπήλαυσε τῆς ἐπιμελείας. οὐ παύσομαι λέγειν ἐγὼ, κἂν μηδεὶς ᾖ ὁ ἀκούων. ἰατρός εἰμι, ἐπιτίθημι τὰ φάρμακα· διδάσκαλός εἰμι, παραινεῖν ἐκελεύσθην. λέγει γάρ· σκοπὸν δέδωκά σε τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ· οὐδένα διορθοῦμαι; καὶ τί τοῦτο; ἀλλ' ἐγὼ τὸν μισθὸν ἔχω. καὶ τοῦτο καθ' ὑπερβολὴν εἶπον.

a Cod. Reg. παρελύετο.

b Vatic. ἀκούσῃ· κερδαίνω ἐγώ· οὐ μικρὸν.

A omnes, & ferebatur arca super aquas in medio procellæ, neque naufragium faciebat; quippe quæ gubernatorem dominum haberet universitatis. Non enim asseres illum servarunt, sed robusta Dei manus. Ac vide miraculum: cum abluta fuisset terra, cum sublati essent e medio, qui mala perpetraverant, cum sedata tempestas esset: apparuerunt montium vertices, consedit arca, columbam misit Noë: porro mysteria fuerunt quæ narrantur, & rerum futurarum figura, quæ tum fiebant, nimirum arca fuit Ecclesia, Noë Christus, columba Spiritus sanctus, oleæ folium Dei benignitas. Emissum est animal mansuetum, & exiit ex arca, sed figura fuerunt illa, hæc sunt veritas. Vide autem veritatis abundantiam: quemadmodum in medio mari servabat eos arca, qui intus erant: sic & omnes qui errant, servat Ecclesia: verum arca servabat tantum, Ecclesia quiddam amplius perficit. Exempli causa, rationis expertes animantes accepit arca, & rationis expertes animantes servavit: rationis expertes homines accipit Ecclesia, nec servat tantum, sed etiam immutat. Corvum accepit arca, & corvum emisit: Ecclesia corvum accipit, & columbam emittit: accipit lupum, & ovem illum emittit. Cum enim ingressus huc fuerit homo rapax & fraudator, ubi divinorum doctrinam eloquiorum audiverit, mutat mentem & pro lupo fit ovis: siquidem lupus aliena rapit, at ovis etiam lanam suam concedit. Sedit arca, & reseratæ sunt portæ; egressus est e naufragio servatus Noë, videt terram desolatam, videt sepulcrum ex tempore factum, limum, commune jumentis & hominibus sepulcrum, cuncta simul equorum, hominum, & rationis expertium jumentorum omnium corpora sepulta erant & obruta. Vidit tragœdiam illam, vidit terram miseriæ plenam, multa erat obsessus mœstitia, perierant omnes, non homo, non jumentum, non aliud quidvis eorum, quæ fuerant extra arcam, servatum est, cælum cernebat solum, mœstitia torquebatur, & dolore premebatur: vinum bibit, somno seipsum tradidit, ut vulnus mœstitiæ mitigaret. Jacebat in lecto, cum somno seipsum tamquam medico dedisset, ut menti subreperet eorum oblivio, quæ acciderant; sicut homini seni assolet, qui vinum biberit, & somno sit oppressus: justum enim oportet excusare, quod non ex ebrietate vel ex passionis desiderio res illi hæc acciderit, sed utroque vulnus mitigabat. Hoc enim dicebat & Salomon, *Date vinum iis, qui in mœrore, & inebriamentum iis, qui in doloribus.* Idcirco multi homines ac præcipue tempore exsequiarum, cum quis filium aut uxorem amiserit, quia perturbatio vim facit, quia mœstitia vincit, quia conscientia dominatur, amicos secum accipit in ædes suas, opiparum struit convivium, & vinum merum tristitia correpto datur, ut vulnus mitiget: hoc & illi seni tunc accidit. Nam cum illi mœstitia

Ecclesia cum arca Noë collata. Vide in Homil. 1. in Paulum & de Pœnitentia.

Prov. 31. 6. Vini usus in luctu.

[a] Vatic. οὐ διεπήρησαν. Paulopost Reg. ἐξεπλύθη, pro ἐξεκλύσθη.
[b] Vatic. παραδούς. Reg. ἐπιδούς.

[c] Vatic. ἐπιπηδείοις, & infra idem, κρατεῖ τῷ συνειδότι.

vim afferret, hoc tamquam pharmaco usus est, & post vinum seipsum somno tradidit. Ut unde servitus indita sit intelligatis, paulo post cum ingressus esset maledictus ille filius ejus, filius natura, non moribus: rursus quippe nobilitatem non majorum splendorem appello, sed virtute præditos mores; cum ingressus esset filius, nuditatem patris videt: cum debuisset obtegere, cum debuisset velare, propter senectutem, propter mœrorem, propter calamitatem, propterea quod pater ejus erat; ille vero egressus divulgavit, & tragice auxit. Ac cæteri ejus fratres sumto pallio retrorsum, ne viderent, quæ ille divulgaverat, ingressi patrem operuerunt. Tum ubi surrexit pater, omnia cognovit; &
Gen. 9.25. dicere cœpit: *Maledictus Chanaan puer, famulus erit fratribus suis:* quorum verborum hæc est sententia: Servus eris, quia patris tui turpitudinem divulgasti. Vides ut e peccato servitus orta sit, & improbitas servitutem introduxerit? vis ostendam libertatem ex servitute? famulus fuit quidam Onesimus, de-
Ad Philem. 11. spectus, fugitivus: hic fugit, & ad Paulum abiit, baptismum obtinuit, peccata eluit, ad pedes ejus remansit: scribit ad dominum ejus Paulus: *Onesimum qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi utilis, illum ut me suscipe.* Quid enim accidit? *Quem genui in vinculis meis.*

8. Vidisti nobilitatem? Vidisti mores, qui pariunt libertatem? servus enim & liber nomina sunt simpliciter. Quid est servus? nudum nomen: quam multi domini ebrii jacent in toris, famuli vero adstant sobrii? utrum appellabo servum, sobrium an ebrium? servum hominis, an mancipium vitii? ille servitutem exterius habet, hic captivitatem intus circumfert. Hæc ego dico, neque dicere cessabo, ut de rebus, prout earum natura exigit, sentiatis, neque errore vulgi abducamini, sed quid servus sit noveritis, quid pauper, quid ignobilis, quid beatus, quid vitium. Si enim ista dijudicare didiceritis, nulla vos perturbatio percellet. Sed ne quod obiter dictum est amplius fiat eo, quo de agitur, & orationem alio traducat, ab argumento non discedamus. Hic igitur dives, deinceps vero pauper: imo vero tum cum opibus abundabat, pauper erat. Quid enim prodest homini, si aliena habeat, & sua non habeat? quid prodest homini si pecunias possideat, virtutem vero non possideat? Cur ea quæ sunt aliorum accipis, & tua perdis? villam, inquit, fertilem habeo: quid est hoc? at animam fertilem non habes; habeo man-
Depositum sunt divitiæ. Luc.16.24. cipia, sed virtutem non habes: habeo indumenta, sed pietatem non possides: quod alterius est habes, tua vero non habes. Si quis depositum tibi tradiderit, num te divitem possum vocare? minime. Quare? quod possideas aliena. Hoc enim est depositum: atque utinam depositum tantum esset, neque accessio tibi supplicii fieret. Cum vidisset ergo Lazarum dives, ait: *Pater Abraham miserere mei.* Pauperis sunt hæc verba, mendici, egeni. *Pater Abraham miserere mei.*

a Sic Vatic. recte. Edit. τῷ τοιούτῳ.
b Vatic. οἱ δὲ ἄλλος, & sic sequentia in singulari.

A καθάπερ φαρμάκῳ [a] τῷ οἴνῳ ἐχρήσατο, καὶ ἀπὸ τοῦ οἴνου δέδωκεν ἑαυτὸν τῷ ὕπνῳ. ἵνα μάθητε πόθεν ἡ δουλεία ἐδόθη, μετὰ μικρὸν εἰσελθὼν ὁ ἐπικατάρατος ἐκεῖνος υἱὸς αὐτοῦ, υἱὸς μὲν αὐτοῦ τῇ φύσει, οὐχ υἱὸς δὲ προαιρέσει· πάλιν δὲ λέγω εὐγένειαν, οὐ προγόνων περιφάνειαν, ἀλλὰ τρόπον ἀρετῆς· εἰσελθὼν ὁ υἱὸς εἶδε τὴν γύμνωσιν τοῦ πατρός. δέον περιστεῖλαι, δέον περικαλύψαι διὰ τὸ γῆρας, διὰ τὸ πένθος, διὰ τὴν συμφορὰν, διὰ τὸ πατέρα αὐτοῦ εἶναι· ὁ δὲ ἐξελθὼν ἐξεπόμπευσε καὶ ἐξετραγῴδησεν. [b] οἱ δὲ ἄλλοι αὐτοῦ ἀδελφοὶ λαβόντες πάλλιον,
B ὀπισθοφανῶς, ἵνα μὴ ἴδωσι τὰ παρ' ἐκείνου ἐκπομπευόμενα, εἰσελθόντες ἐκάλυψαν τὸν πατέρα. ἀναστὰς δὲ ὁ πατὴρ, ἔγνω πάντα, καὶ ἄρχεται λέγειν· ἐπικατάρατος Χαναὰν παῖς, οἰκέτης ἔσται τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· δοῦλος ἔσῃ, ὅτι ἐξεπόμπευσας τὴν ἀσχημοσύνην τοῦ πατρός σου. ὁρᾷς ὅτι ἀπὸ ἁμαρτίας ἡ δουλεία, καὶ ἡ πονηρία τὴν δουλείαν εἰσήγαγε; βούλει δείξω σοι ἐλευθερίαν ἀπὸ δουλείας; ἐγένετό τις Ὀνήσιμος οἰκέτης, καταπτυστος δραπέτης· οὗτος ἔφυγε, καὶ ἀπῆλθε πρὸς τὸν Παῦλον, ἔτυχε τοῦ βαπτίσματος, ἀπελούσατο τὰ ἁμαρτήματα, παρέμεινεν αὐτοῦ τοῖς ποσί· γράφει
C Παῦλος πρὸς τὸν δεσπότην αὐτοῦ. Ὀνήσιμον, τόν ποτέ σοι ἄχρηστον, νυνὶ δὲ καί σοι καὶ ἐμοὶ εὔχρηστον, προσλαβοῦ αὐτὸν ὡς ἐμέ. τί γὰρ ἐγένετο; ὃν ἐγὼ ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου.

Εἶδες εὐγένειαν; εἶδες τρόπον παρέχοντα ἐλευθερίαν; δοῦλος γὰρ καὶ ἐλεύθερος, ὀνόματά ἐστιν ἁπλῶς. τί ἐστι δοῦλος; ὄνομα ψιλόν. πόσοι δεσπόται ἐπὶ στιβάδος κεῖνται μεθύοντες, οἰκέται δὲ παρεστήκασι νήφοντες; τίνα καλέσω δοῦλον, τὸν νήφοντα; ἢ τὸν μεθύοντα; τὸν δοῦλον ἀνθρώπου, ἢ τὸν αἰχμάλωτον πάθους; ἐκεῖνος τὴν δουλείαν ἔξωθεν ἔχει, οὗτος τὴν αἰχμαλωσίαν ἔνδοθεν περιφέρει. Ταῦ-
D τα λέγω, καὶ λέγων οὐ παύσομαι· ἵνα ἔχητε γνώμην [c] διακρινοῦσαν τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν, καὶ μὴ ἀπάγησθε τῇ τῶν πολλῶν ἀπάτῃ· ἀλλ' εἰδῆτε, τί δοῦλος, τί πένης, τί δυσγενὴς, τί μακάριος, τί πάθος. ἐὰν γὰρ μάθητε ταῦτα διακρίνειν, οὐδένα ὑποστήσεσθε θόρυβον. ἀλλ' ἵνα μὴ τὸ πάρεργον τοῦ λόγου πλέον γινόμενον ἀπάγῃ τὸν λόγον, ἐχώμεθα τῆς ὑποθέσεως. οὗτος τοίνυν ὁ πλούσιος, λοιπὸν δὲ πένης· μᾶλλον γὰρ ἡνίκα ἐπλούτει, πένης ἦν. τί γὰρ ὄφελος ἀνθρώπῳ ἀλλότρια ἔχοντι, καὶ τὰ ἑαυτοῦ οὐκ ἔχοντι; τί ὄφελος ἀνθρώπῳ χρήματα κεκτημένῳ,
E ἀρετὴν δὲ μὴ κεκτημένῳ; τί λαμβάνεις τὰ τῶν ἄλλων, καὶ τὰ σὰ ἀπολλύεις; ἔχω, φησὶ, χωρίον εὔφορον· καὶ τί τοῦτο; ἀλλὰ ψυχὴν οὐκ ἔχεις εὔφορον. ἔχω ἀνδράποδα· ἀλλ' ἀρετὴν οὐκ ἔχεις· ἔχω ἱμάτια· ἀλλ' εὐλάβειαν οὐ κέκτησαι. τὰ μὲν ἄλλου ἔχεις, τὰ δὲ σὰ οὐκ ἔχεις. ἐάν τίς σοι δῷ παρακαταθήκην, μὴ δύναμαί σε καλέσαι πλούσιον; οὐχί. διὰ τί; ἀλλότρια γὰρ κέκτησαι. τοῦτο γὰρ παρακαταθήκη ἐστίν· εἴθε γὰρ παρακαταθήκη μόνον ἦν, καὶ μὴ προσθήκη σοι τιμωρίας ἐγίνετο. ἰδὼν οὖν ὁ πλούσιος τὸν Λάζαρον, λέγει· πάτερ Ἀβραὰμ, ἐλέησόν με. πένητος ῥήματα, προσαίτου, πτωχοῦ. πάτερ Ἀβραὰμ,

c Vatic. διακρίνουσαν τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν. Abhinc in eodem Codice omnia pene vitiata sunt.

ἐλέησόν

ἐλέησόν με. τί θέλεις; πέμψον Λάζαρον. ὃν μυριάκις παρέδραμες, ὃν οὐδὲ ἰδεῖν ἠθέλησας, τοῦτον νῦν αἰτεῖς πεμφθῆναί σοι εἰς σωτηρίαν; πέμψον Λάζαρον. καὶ ποῦ νῦν οἱ οἰνοχόοι σου, ποῦ οἱ τάπητες; ποῦ οἱ παράσιτοι; ποῦ οἱ κόλακες; ποῦ ὁ τῦφος; ποῦ ἡ ἀπόνοια; ποῦ τὸ χρυσίον τὸ κατορωρυγμένον; ποῦ τὰ ἱμάτια τὰ σητόβρωτα; ποῦ ὁ ἄργυρος ὁ τιμώμενος παρὰ σοῦ; ποῦ ἡ φαντασία καὶ ἡ ἀπόλαυσις; φύλλα ἦν· χειμὼν κατέλαβε, καὶ πάντα ἐξηράνθη· ὄναρ ἦν· ὡς δὲ ἡμέρα ἐγένετο, ἀπῆλθε τὸ ὄναρ. σκιὰ ἦν· ἦλθεν ἡ ἀλήθεια, καὶ παρέδραμεν ἡ σκιά. πέμψον Λάζαρον. καὶ διὰ τί οὐδένα βλέπει δίκαιον ἄλλον; οὐ τὸν Νῶε, οὐ τὸν Ἰακὼβ, οὐ τὸν Λὼτ, οὐ τὸν Ἰσαὰκ, ἀλλὰ τὸν Ἀβραάμ; διὰ τί; ἐπειδὴ φιλόξενος ἦν ὁ Ἀβραάμ, καὶ τοὺς ὁδοιποροῦντας εἰς τὴν σκηνὴν εἷλκε. τῆς τοίνυν ἀπανθρωπίας τούτου ἡ ἐκείνου φιλοξενία μείζων γίνεται κατήγορος. πέμψον Λάζαρον. ἀκούοντες φοβηθῶμεν, ἀγαπητοί, μὴ καὶ ἡμεῖς ἴδωμεν πένητας, καὶ παραδράμωμεν, μὴ ἀντὶ Λαζάρου πολλοὶ ἡμῖν τότε γένωνται κατήγοροι. πέμψον Λάζαρον, ἵνα τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατι βάψας, ἐπιστάξῃ μου τῇ γλώττῃ, ὅτι ἀποτηγανίζομαι. ᾧ γὰρ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. οὐ μετέδωκας ψιχίων· οὐ μεταλαμβάνεις σταγόνος. πέμψον Λάζαρον, ἵνα ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ἐπιστάξῃ μου τῇ γλώττῃ, ὅτι ἀποτηγανίζομαι. καὶ τί πρὸς αὐτὸν ὁ Ἀβραάμ; τέκνον, ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος ὁμοίως τὰ κακὰ αὐτοῦ· καὶ νῦν οὗτος ὧδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι. πάλιν ἐνταῦθα οὐκ εἶπεν, ἔλαβες, ἀλλὰ, ἀπέλαβες. πολλὴν διαφορὰν ἔχει ἡ προσθήκη τοῦ συνδέσμου. ὅπερ γὰρ πολλάκις εἶπον ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ, καὶ περὶ τὰς συλλαβὰς ὀφείλομεν εἶναι ἐρευνηταί. ἐρευνᾶτε γάρ, φησι, τὰς γραφάς· ἰῶτα γὰρ ἕν, ἢ μία κεραία πολλάκις νόημα ἐγείρει. ἵνα δὲ μάθῃς ὅτι καὶ προσθήκη ἑνὸς στοιχείου ποιεῖ νόημα· οὗτος ὁ πατριάρχης Ἀβραὰμ Ἀβρὰμ ἐλέγετο πρότερον. καὶ λέγει αὐτῷ ὁ θεός, οὐκ ἔσται τὸ ὄνομά σου Ἀβρὰμ, ἀλλ' Ἀβραάμ. ἄλφα προσέθηκε, καὶ πατέρα αὐτὸν πολλῶν ἐθνῶν ἐποίησεν. ἰδοὺ τοίνυν ἑνὸς στοιχείου προσθήκη [a] πολλὴν εὐγένειαν ἔδειξε. μὴ παράτρεχε οὖν ἁπλῶς τὰ τοιαῦτα. οὐ γὰρ εἶπεν, ἔλαβες τὰ ἀγαθά σου, ἀλλὰ, ἀπέλαβες· ὁ δὲ ἀπολαμβάνων, τὰ κεχρεωστημένα ἀπολαμβάνει. πρόσεχε ὃ λέγω. ἄλλο γὰρ τὸ λαβεῖν, καὶ ἄλλο τὸ ἀπολαβεῖν. ἀπολαμβάνει γάρ τις, ἅπερ εἶχε· λαμβάνει δὲ πολλάκις, ἅπερ οὐκ ἐκέκτητο. ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου, καὶ Λάζαρος τὰ κακὰ αὐτοῦ. ἰδοὺ καὶ ὁ πλούσιος τὰ ἀγαθὰ αὐτοῦ ἀπέλαβε, καὶ ὁ Λάζαρος τὰ κακὰ αὐτοῦ. ταῦτα δέ μοι πάντα εἴρηται διὰ τοὺς ἐνταῦθα κολαζομένους, καὶ μὴ ἐκεῖ, διὰ τοὺς ἐνταῦθα τρυφῶντας, καὶ ἐκεῖ κολαζομένους. πρόσεχε τοίνυν ὃ λέγω. ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου, καὶ Λάζαρος τὰ κακὰ αὐτοῦ, τὰ κεχρεωστημένα, τὰ ὀφειλόμενα. προσέχετε τῷ ζητήματι· φθάνω γὰρ εἰς τόπον, ἄφες, ὑφάνω τὸν ἱστόν. ἀλλὰ μὴ θορυβεῖσθε ἐν τῷ προοιμίῳ· ἀλλ' ὅταν τι τοιοῦτον λέγω, ἀναμείνατε τὴν λύσιν. βούλομαι γὰρ ὀξυδερκεῖς ὑμᾶς καταστῆσαι, καὶ μὴ ἁπλῶς ἐπι-

[a] Vatic. πόσην εὐγένειαν.

A Quid vis? *Mitte Lazarum.* Quem millies præteriisti; quem ne videre quidem voluisti, hunc tibi nunc ad salutem mitti postulas? *Mitte Lazarum.* Ubi vero nunc pocillatores tui? ubi tapetes? ubi parasiti? ubi assentatores? ubi fastus? ubi superbia? ubi defossum aurum? ubi a tineis exesa vestimenta? ubi argentum quod a te colebatur? ubi magnus apparatus & voluptaria vita? folia erant, advenit hyems, & exsiccata sunt omnia: somnium erant, ut autem dies illuxit, abscessit somnium: umbra erant, veritas venit, & umbra præteriit. *Mitte Lazarum.* Quare vero nullum alium justum videt, non Noe, B non Jacob, non Lot, non Isaac, sed Abraham; quid ita? quoniam hospitalis erat Abraham, & in suum tabernaculum viatores pertrahebat: itaque hujus inhumanitatis major accusatrix efficitur illius hospitalitas. *Mitte Lazarum.* Hæc audientes timeamus dilectissimi, ne nos quoque pauperes videamus, & prætereamus: ne loco Lazari multi tunc nostri fiant accusatores. *Mitte Lazarum, ut cum intinxerit extremum digiti sui in aquam, instillet linguæ meæ, quia flammis uror.* Qua enim mensura metiemini, remetietur vobis: non impartitus es micas, neque stillæ particeps eris. Mitte Lazarum, ut C extremo digito instillet linguæ meæ, quia flammis uror. Quid vero Abraham ad illum? *Fili recepisti bona tua in vita tua, & Lazarus similiter mala sua; & nunc iste hic consolatur, tu vero cruciaris.* Rursus hic non dixit, cepisti, sed recepisti: multum affert discriminis additio præpositionis. Quod enim persæpe caritati vestræ dixi, vel etiam syllabarum scrutatores esse debemus; *Scrutamini enim scripturas*, inquit: nam iota unum aut apex unus sæpenumero sensum excitat. Ut autem intelligas etiam unius elementi additionem sensum efficere, hic ipse Abraham Patriarcha prius Abram dicebatur, eique D dixit Deus: non erit nomen tuum Abram, sed Abraham: addidit, a, & patrem illum multarum gentium reddidit. Ecce igitur unius elementi additio multam prosapiam indicavit. Noli ergo talia temere præterire: non enim dixit, cepisti bona tua, sed recepisti: qui vero recipit, debita recipit: attende quod dico; aliud enim est capere, aliud recipere: nam recipit quis ea, quæ habebat; capit autem sæpe, quæ non possidebat. Recepisti bona tua, & Lazarus mala sua. Ecce & dives bona sua recepit, & Lazarus mala sua. E Hæc autem a me dicta sunt omnia propter eos, qui puniuntur hic & non illic propter eos qui genio hic indulgent, & illic puniuntur. Attende igitur ad ea quæ dico: Recepisti bona tua, & Lazarus mala sua, quæ solvenda erant, quæ debebantur. Attendite quæstioni: ad locum enim pergo; sine, telam pertexam. At enim nolite in exordio turbari, sed cum tale quid dixero, solutionem exspectate: volo enim acutos & perspicaces vos reddere, neque leviter tantum

Cur Abraham potissimum viderit Lazarus.

Luc. 6.

Luc. 16.

Joan. 5. 39.

Gen. 17. 5.

exercere, sed in divinarum Scripturarum profundum demittere, profundum, in quo nulla sævit tempestas; profundum tranquillitate maris tutius: quanto igitur amplius descenderis, majorem invenies securitatem. Non enim hîc est inordinatus aquarum impetus, sed ordinata dispositio sententiarum. *Recepisti bona tua, & Lazarus mala sua: & nunc hic consolatur, tu vero cruciaris.* Magna est quæstio, dixi eum qui recipit, ea quæ debita erant, recipere: si ergo justus fuit Lazarus, ut nimirum fuit, & Abrahæ sinus indicavit, corona, præmia, refrigerium, delectatio, tolerantia, patientia; iste vero peccator, plane improbus, & inhumanus, deliciis & ebrietati vacans, Sybaritica mensa perfruens, cum in tanta lascivia luxuriaque versaretur, cur ait illi, quia recepisti? num enim illi debebatur quidpiam homini opulento, homini prodigo, & inhumano? quid enim illi debebatur? cur non dixit, cepisti, sed recepisti?

9. Attende, quod dicimus: debebantur illi pœnæ, debebantur illi supplicia, debebantur illi dolores. Cur non dixit, illa cepisti, sed recepisti bona illa tua, vitam illam

Quæ bona dives receperit. sic appellans, & Lazarus mala sua? Sed attende animum; in altas enim gravesque sententias delabimur. Hominum, qui nunc degunt, omnium alii quidem peccatores sunt, alii vero justi: animadverte igitur etiam in justis differentiam: alius justus est, alius magis justus, alius sublimior, alius major; & quemadmodum stellæ sunt multæ, & sol &

1. Cor. 15. 21. luna, sic & differentia est inter justos: *Alia quippe claritas solis, & alia lunæ, & alia claritas stellarum:* quædam enim excellunt claritate, quædam superantur; & quemadmodum corpora sunt cælestia, sic & sunt corpora terrestria, & quemadmodum in corporibus aliud cervus est, aliud canis, aliud leo, aliud alia fera, aliud aspis, aliud tale quippiam: sic & in peccatis sunt differentiæ. Homines igitur alii quidem sunt justi, alii vero peccatores: sed & in justis multum est discrimen, & in peccatoribus multum & immensum: verum attende. Licet justus sit quis, licet millies sit justus, & ad culmen ipsum ascenderit: ita ut expers sit peccati, non potest esse mundus a sorde: licet millies ju-

Prov. 20. 9. stus sit, est tamen homo. *Quis enim gloriabitur castum se habere cor, aut quis confidet mundum se esse a peccato?* Propterea dicere

Matt. 6. 12. in oratione jubemur: *Dimitte nobis debita nostra*, ut orationis consuetudine admoneamur illic nos obnoxios esse suppliciis. Etenim Paulus Apostolus, vas electionis, Dei templum, os Christi, lyra spiritus, doctor orbis terrarum, qui terram & mare peragravit, qui peccatorum spinas revulsit, qui religionis semina jactavit; ille regibus opulentior, ille divitibus potentior, militibus fortior, ille magis philosophus quam ipsi philosophi, ille disertior oratoribus, qui nihil habebat, & omnia possidebat, qui mortem umbra sua solvebat, qui morbos suis vestimentis fugabat, qui tropæa erexit in mari, ad tertium usque cælum raptus est, & in paradisum ingressus, qui Christum Deum præ-

A πολαίως γυμνάζειν, ἀλλὰ καὶ εἰς βυθὸν καταφέρειν τῶν θείων γραφῶν, βυθὸν οὐκ ἔχοντα χειμῶνα, βυθὸν γαλήνης ἀσφαλέστερον. ὅσον οὖν καταβῇς, πλείονα ἀσφάλειαν εὑρίσκεις. οὐ γάρ ἐστιν ἐνταῦθα ὑδάτων ἄτακτος ῥύμη, ἀλλ' εὔτακτος νοημάτων διάθεσις. ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου, καὶ Λάζαρος τὰ κακὰ αὐτοῦ· καὶ νῦν οὗτος παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι. ζήτημα μέγα ἐστίν· εἶπον, ὅτι ὁ ἀπολαμβάνων, τὰ κεχρεωστημένα ἀπολαμβάνει· εἰ τοίνυν ὁ Λάζαρος δίκαιος ἦν, ὥσπερ οὖν καὶ ἦν, καὶ ἔδειξεν ὁ κόλπος τοῦ Ἀβραάμ, ὁ στέφανος, τὰ βραβεῖα, ἡ ἄνεσις, ἡ ἀπόλαυσις, ἡ καρτερία, ἡ ὑπομονή· οὗτος δὲ ἁμαρτωλὸς καὶ παμπόνηρος καὶ ἀπάνθρωπος, τρυφῇ καὶ B μέθῃ προσέχων, Συβαριτικὴν παρατιθέμενος τράπεζαν, ἐν ἀσελγείᾳ τοσαύτῃ καὶ ἀκολασίᾳ στρεφόμενος, διὰ τί αὐτῷ λέγει, ὅτι ἀπέλαβες; ἐχρεωστεῖτο γάρ τι αὐτῷ, ἀνθρώπῳ πλουτοῦντι, ἀνθρώπῳ ἀσώτῳ καὶ ἀπανθρώπῳ; τί γὰρ αὐτῷ ἐχρεωστεῖτο; διὰ τί γὰρ μὴ εἶπεν, ἔλαβες, ἀλλ' ἀπέλαβες;

Πρόσεχε τῷ λεγομένῳ· ἐχρεωστοῦντο αὐτῷ τιμωρίαι, ἐχρεωστοῦντο αὐτῷ κολάσεις, ἐχρεωστοῦντο αὐτῷ ὀδύναι. διὰ τί μὴ εἶπεν, ὅτι αὐτὰ ἔλαβες, ἀλλὰ ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐκεῖνα, τὸν βίον ἐκεῖνον λέγων, καὶ Λάζαρος τὰ κακὰ αὐτοῦ; ἀλλὰ σύντεινόν σου τὴν διάνοιαν· εἰς βάθος γὰρ C καταβαίνω νοημάτων. τῶν ἀνθρώπων ἁπάντων τῶν ὄντων οἱ μέν εἰσιν ἁμαρτωλοὶ, οἱ δὲ δίκαιοι. πρόσεχε τοίνυν καὶ ἐν τοῖς δικαίοις διαφοράν· ὁ μὲν δίκαιος, ὁ δὲ πλέον δίκαιος· ὁ μὲν ὑψηλότερος, ὁ δὲ μείζων, καὶ καθάπερ ἀστέρες εἰσὶ πολλοὶ καὶ ἥλιος καὶ σελήνη, οὕτω καὶ διαφορὰ δικαίων. ἄλλη γὰρ δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων. τὰ μὲν γὰρ διαφέρει ἐν δόξῃ, τὰ δὲ ἐλαττοῦται. καὶ καθάπερ εἰσὶ σώματα ἐπουράνια, οὕτω καὶ σώματα ἐπίγεια· καὶ ὥσπερ ἐν τοῖς σώμασιν, ὁ μὲν ἔλαφος, ὁ δὲ κύων, ὁ δὲ λέων, ὁ δὲ ἄλλο θηρίον, ὁ δὲ ἀσπὶς, ὁ δὲ ἄλλο τι τῶν τοιούτων· οὕτω καὶ ἐν τοῖς ἁμαρτήμασι διαφοραί. τῶν ἀνθρώπων τοίνυν οἱ μέν εἰσι δίκαιοι, οἱ δὲ D ἁμαρτωλοί· ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς δικαίοις πολλὴ διαφορὰ, καὶ ἐν τοῖς ἁμαρτωλοῖς πολλὴ καὶ ἄπειρος. ἀλλὰ πρόσεχε. εἰ καὶ δίκαιος ᾖ τις, κἂν μυριάκις ᾖ δίκαιος, καὶ πρὸς αὐτὴν ἀναβῇ τὴν κορυφὴν, ὥστε ἀπηλλάχθαι ἁμαρτημάτων, οὐ δύναται καθαρὸς εἶναι κηλῖδος, κἂν μυριάκις ᾖ δίκαιος, ἀλλ' ἄνθρωπός ἐστι. τίς γὰρ καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν; ἢ τίς παῤῥησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ἁμαρτίας; διὰ τοῦτο κελευόμεθα εἰς τὴν εὐχὴν λέγειν, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ἵνα τῇ συνηθείᾳ τῆς εὐχῆς ἀναμνησθῶμεν ἐκεῖ, ὅτι ὑπεύθυνοί ἐσμεν κολάσεσι. καὶ γὰρ Παῦλος ὁ ἀπόστολος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, ὁ ναὸς τοῦ E θεοῦ, τὸ στόμα τοῦ Χριστοῦ, ἡ λύρα τοῦ πνεύματος, ὁ διδάσκαλος τῆς οἰκουμένης, ὁ γῆν καὶ θάλασσαν περιελθὼν, ὁ τὰς ἀκάνθας τῶν ἁμαρτιῶν ἀνασπάσας, ὁ τὰ σπέρματα τῆς εὐσεβείας καταβαλὼν, ὁ βασιλέων εὐπορώτερος, ὁ πλουσίων δυνατώτερος, ὁ στρατιωτῶν ἰσχυρότερος, ὁ φιλοσόφων φιλοσοφώτερος, ὁ ῥητόρων εὐγλωττότερος, ὁ μηδὲν ἔχων, καὶ πάντα κεκτημένος, ὁ ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ θάνατον λύων, ὁ ἐν τοῖς ἱματίοις αὐτοῦ τὰ νοσήματα φυγαδεύων, ὁ ἐν θαλάσσῃ τρόπαια στήσας, ὁ ἁρπαγεὶς ἕως τρίτου οὐρανοῦ, καὶ εἰς παράδεισον εἰσελθὼν, ὁ τὸν Χριστὸν θεὸν ἀνακη-

ρύξας, ἐκεῖνος λέγει· οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα, ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι. ὁ τοσοῦτον καὶ τηλικοῦτον κεκτημένος ἀρετῆς πλῆθος, λέγει· ὁ δὲ ἀνακρίνων με, κύριός ἐστι. τίς οὖν καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν; ἢ τίς παῤῥησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ἁμαρτίας; ἀμήχανον τοίνυν εἶναι ἄνθρωπόν τινα ἀναμάρτητον. τί γὰρ λέγεις; δίκαιός ἐστιν, ἐλεήμων ἐστί; φιλόπτωχός ἐστιν; ἀλλ' ἔχει τι ἐλάττωμα· ἢ ὑβρίζει ἀκαίρως, ἢ κενοδοξεῖ, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ποιεῖ· οὐ γὰρ δεῖ πάντα καταλέγειν· ὁ μὲν ἐλεήμων, ἀλλ' οὐ σώφρων πολλάκις· ὁ δὲ σώφρων μὲν, ἀλλ' οὐκ ἐλεήμων· ὁ μὲν ἐν ταύτῃ τῇ ἀρετῇ ὀνομάζεται, ὁ δὲ ἐν ἐκείνῃ. ἔστω τις δίκαιος· καὶ πολλάκις μὲν δίκαιός ἐστι, καὶ ἔχει πάντα τὰ ἀγαθὰ, καὶ ἔσχεν ἀπόνοιαν διὰ τὴν δικαιοσύνην, καὶ ἐλυμήνατο αὐτῷ τὴν δικαιοσύνην ἡ ἀπόνοια. ὁ Φαρισαῖος οὐκ ἦν δίκαιος, νηστεύων δὶς τοῦ σαββάτου; καὶ τί φησιν; οὐκ εἰμὶ ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἅρπαγες καὶ πλεονέκται. καὶ πολλάκις ἀπὸ καθαροῦ συνειδότος εἰς ἀπόνοιαν ἦλθέ τις· καὶ ὅπερ οὐκ ἔβλαψεν αὐτὸν ἡ ἁμαρτία, ἔβλαψεν αὐτὸν ἡ ἀπόνοια. οὐκ ἔστι γοῦν ἄνθρωπον καθ' ὅλου οὕτως εἶναι δίκαιον, ὡς καθαρὸν εἶναι ἀπὸ ἁμαρτίας, καὶ πάλιν, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπον οὐδένα κακὸν [a] εἶναι, ὡς μὴ ἔχειν τι κἂν μικρὸν ἀγαθόν. οἷόν τι λέγω· ὁ δεῖνα ἁρπάζει καὶ πλεονεκτεῖ καὶ λυμαίνεται, ἀλλ' ἐνίοτε ἐλεημοσύνην δίδωσιν, ἀλλ' ἐνίοτε σώφρων ἐστὶν, ἀλλ' ἐνίοτε λόγον ἔχει χρηστὸν, ἀλλ' ἐνίοτε κἂν ἑνὶ ἀνδρὶ ἐβοήθησεν, ἀλλ' ἐνίοτε ἔκλαυσεν, ἀλλ' ἐνίοτε ἐστύγνασεν. οὔτε οὖν δίκαιός ἐστι χωρὶς ἁμαρτίας, οὔτε ἐστὶν ἁμαρτωλὸς καθόλου ἔρημος ἀγαθοῦ. τί τοῦ Ἀχαὰβ χαλεπώτερον; ἥρπασε καὶ ἐφόνευσεν· ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ ἐστύγνασε, λέγει τῷ Ἠλίᾳ ὁ θεός· εἶδες πῶς κατενύγη Ἀχαάβ; εἶδες ἐν τοσούτῳ βυθῷ κακῶν πῶς εὑρέθη τι μικρὸν ἀγαθόν; τί Ἰούδα χεῖρον, τοῦ προδότου, τοῦ αἰχμαλωτισθέντος ὑπὸ τῆς φιλαργυρίας; ἀλλ' ὅμως καὶ αὐτὸς ἐποίησε κἂν μικρόν τι μετὰ ταῦτα ἀγαθόν. ἥμαρτον γὰρ, φησι, παραδοὺς αἷμα ἀθῷον. ὅπερ οὖν ἔλεγον· οὐ γάρ ἐστι φύσει ἡ κακία, ἵνα μὴ ἔχῃ χώραν ἡ ἀρετή. τὸ πρόβατον οὐδέποτε δύναται γενέσθαι ἄγριον· φύσει γὰρ ἔχει τὸ ἥμερον. ὁ λύκος οὐδέποτε δύναται γενέσθαι ἥμερος· φύσει γὰρ ἔχει τὸ ἄγριον. οὐ λύονται οὖν οἱ νόμοι τῆς φύσεως, οὐδὲ σαλεύονται, ἀλλὰ μένουσιν ἀκίνητοι. ἐπὶ ἐμοῦ τοῦτο οὐκ ἔνι· ἀλλὰ καὶ ἄγριος γίνομαι ὅταν βούλωμαι, καὶ ἥμερος ὅταν θέλω· οὐ γὰρ φύσει δέδεμαι, ἀλλ' ἐλευθερίᾳ προαιρέσεως τετίμημαι. ὅπερ οὖν εἶπον, οὔτε ἀγαθός τις οὕτως ἐστὶν, ὡς μὴ ἔχειν μικρὰν κηλῖδα, οὔτε πονηρός τις οὕτως ἐστὶν, ὡς μὴ ἔχειν κἂν μικρὸν ἀγαθόν. ἐπεὶ οὖν πάντων ἀντίδοσίς ἐστι, καὶ πάντων ἐστὶν ἀμοιβή· [b] κἂν γὰρ φονεὺς ᾖ τις, κἂν πονηρός τις ᾖ, κἂν πλεονέκτης, ποιήσῃ δὲ καλὸν, μένει αὐτῷ τοῦ καλοῦ ἡ ἀνταπόδοσις, καὶ οὐ διὰ τὰ κακὰ, ἃ ἐποίησεν, ἄμισθον γίνεται τὸ καλόν. καὶ πάλιν, κἂν μυρία τις ἐργάζηται ἀγαθὰ, ποιήσῃ δέ τι φαῦλον, μένει αὐτῷ τοῦ φαύλου ἡ ἀνταπό-

A dicavit, ille dicit: *Nihil mihi conſcius ſum: ſed non in hoc juſtificatus ſum:* qui talem tantamque virtutum copiam acquiſierat, ait, *Qui autem judicat me, Dominus eſt. Quis ergo gloriabitur caſtum ſe habere cor: aut quis confidet mundum ſe eſſe a peccato?* Impoſſibile eſt igitur, ut ullus homo ſit a peccato immunis. Quid enim ais? juſtus eſt? miſericors eſt? pauperum amans eſt? at vitium aliquod habet, vel importune contumeliis afficit, vel inani gloria ducitur, vel aliud quidpiam tale agit; non enim recenſenda ſunt omnia. Hic miſericors eſt, ſed non temperans: perſæpe ille temperans quidem, at miſericors non eſt: hic virtutis unius, ille alterius laude celebratur. Sit aliquis juſtus, & ſæpe quidem juſtus eſt, eique omnia inſunt bona, ſed ob juſtitiam ſuperbia tumet, ejuſque juſtitiam ſuperbia labefactat. Numquid juſtus erat Phariſæus, qui bis in ſabbato jejunabat? quid autem dicit? *Non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, injuſti:* ac perſæpe ex conſcientia munda in ſuperbiam devolvitur quis, & quod non potuit illi afferre detrimentum peccatum, affert ſuperbia. Fieri ergo non poteſt, ut homo ſit ita penitus juſtus, ut a peccato ſit mundus; neque rurſus fieri poteſt ut ullus ita malus ſit homo, quin C habeat aliquod ſaltem exiguum bonum. Exempli cauſa, ille rapit, & fraudat, & perniciem infert: at nonnumquam largitur eleemoſynam: at nonnumquam temperans eſt: at nonnumquam bona verba loquitur; at nonnumquam uni ſaltem viro ſubſidium præbuit; at nonnumquam luxit: at nonnumquam mœrore tactus fuit. Nec igitur juſtus eſt ullus ſine peccato, neque peccator eſt penitus expers boni. Quid Achab pernicioſius? rapuit & occidit: verumtamen poſtquam mœſtus fuit, dicit Eliæ Deus, *Vidiſti quemadmodum compunctus eſt Achab?* vides ut in tanto malorum gurgite bonum quoddam D exiguum ſit inventum? quid proditore Juda deterius, qui avaritiæ mancipium fuit? verumtamen & ipſe boni quidpiam ſaltem exiguum deinde præſtitit: *peccavi* enim, inquit, *tradens ſanguinem juſtum.* Quod igitur dicebam, non eſt a natura improbitas, ut virtuti locus non ſit. Ovis numquam fieri poteſt fera, quippe quæ manſuetudinem habeat a natura: lupus numquam fieri manſuetus poteſt: quippe qui feritatem habeat a natura. Non ſolvantur ergo naturæ leges, neque refiguntur, ſed immotæ permanent. In me hoc locum non habet, ſed & ferus cum E volo ſio, & manſuetus, cum volo: non enim natura ſum vinctus, ſed arbitrii libertate decoratus. Quod ergo dicebam, nec ullus eſt ita bonus, ut exiguam labem non habeat: nec ullus eſt ita malus, ut ſaltem exiguum bonum non habeat. Quoniam igitur omnium eſt retributio, & omnium remuneratio: licet enim homicida ſit quis, licet improbus ſit quis, licet fraudator, ſi quid boni fecerit, illum boni manet retributio, neque propter ea mala, quæ fecit, bonum mercede privatur: & rurſus licet innumera bona præſtiterit, ſi quid mali commiſerit, manet illum re-

1. Cor. 4. 4.

Nullus eſt immunis a peccato.

Luc. 18. 11.

3. Reg. 21. 29.

Matt. 27. 4.

Bonorum & malorum retributio.

a εἶναι deeſt in Reg.

b Vatic. κἂν γὰρ φονεύσῃ τις, κἂν πορνεύσῃ, κἂν πλεονεκτήσῃ.

tributio mali. Hæc retine, hæc firma & immota conserva: neque bonus est ullus sine peccato, neque sine justitia malus est ullus. Eadem enim rursus dico, ut radicibus fixis stabiliam, ut plantem, ut in profundo collocem. Diabolus quippe solicitudines quasdam in animum injicit, dum mentem vestram in fraudem vult illicere, & quæ a me dicuntur labefactare: propterea in profundum ea demitto. Si enim ea diligenter hic conservaveris, licet foras abieris, amittere illa non potes. Ut enim si aurum in crumenam misero, constringo illam & obsigno, ne me forte absente fur abripiat: sic etiam erga vestram caritatem me gero, doctrinæ assiduitate constringo, & sigillum appono, mentemque vestram confirmo: ne iners & evanida segnitie reddatur, sed ut eam conservans potius ea tranquillitate, quam hic percipit, externum omnem tumultum repellam. Non ergo sunt hominis loquacis verba, quæ dicimus, sed solicitudinem, paternum affectum, & doctoris amorem præ se ferunt, ne effluant quæ dicuntur. Equidem ad hæc dicenda minime segnis sum, vobis autem securitatem idipsum parit. Docere volo, non ostentationis causa facere. Non est igitur ullus qui peccato careat, neque peccator ullus est, qui bonum aliquod non habeat: sed quoniam utriusque parata est remuneratio, vide quid fiat. Peccator parem bonis suis recipit remunerationem, si quid vel minimum boni habeat, & justus peccatis suis par judicium recipit, si tantillum mali fecerit. Quid ergo accidit, & quid facit Deus? peccato terminum definivit præsentem vitam & futurum ævum: si quis ergo just is fuerit, qui mali quidpiam perpetrarit, & hic morbo laborarit, ac supplicio sit affectus; ne turberis, sed apud te cogita, & dicito: Justus iste quidpiam mali fecit aliquando, & illud hic recipit, ne illic plectatur. Rursus peccatorem si videris rapientem, fraudantem, sexcenta mala perpetrantem, qui prosperis tamen successibus utatur, tum tu cogita bonum aliquod eum olim fecisse, ac bona illum hic recipere, ne illic mercedem reposcat. Ita licet justus sit quispiam, & aliquid adversi patiatur, hic idcirco recipit, ut hic peccatum deponat, & purus illuc discedat. Quod si fuerit peccator aliquis sexcentis malis coopertus, & qui sexcentis insanabilibus morbis laboret, qui rapiat, qui fraudet: idcirco prospero rerum successu fruitur, ne mercedem illic repetat. Quoniam ergo & Lazarum peccata quædam habere contigerat, & divitem aliquod bonum habere, propterea dicit Abraham, Nihil hic require, bona illic tua recepisti, & Lazarus mala sua. Atque ut intelligas hæc a me temere non dici, verum ita se rem habere, dicit, Recepisti bona tua. Quæ tandem? fecisti aliquid boni? recepisti opes tuas, sanitatem, delicias, potentiam, honorem: nihil tibi debetur, recepisti bona tua. Quid igitur? nihilne Lazarus peccavit? Imo vero, & Lazarus mala sua: cum tu bona tua recepisti, tum Lazarus mala: propterea nunc iste con-

Cur peccatoribus prospere succedant.

A δοσις. κάτεχε ταῦτα, τήρει αὐτὰ ὀχυρὰ καὶ ἀκίνητα. οὔτε ἀγαθός τίς ἐστι χωρὶς ἁμαρτίας, οὔτε κακός τίς ἐστι χωρὶς δικαιοσύνης. τὰ αὐτὰ γὰρ λέγω πάλιν, ἵνα ῥιζώσω, ἵνα φυτεύσω, ἵνα εἰς βάθος θήσω. ἐμβάλλει γάρ τινας μερίμνας ὁ διάβολος εἰς τὴν ψυχὴν, βουλόμενος ἀποβουκολῆσαι ὑμῶν τὴν διάνοιαν, καὶ λυμήνασθαι τὰ παρ' ἐμοῦ λεγόμενα· διὰ τοῦτο εἰς βάθος αὐτὰ καταφέρω. ἐὰν γὰρ ὧδε τηρήσῃς ἀσφαλῶς, κἂν ἔξω ἀπέλθῃς, ἀπολέσαι αὐτὰ οὐ δύνασαι. ὥσπερ γὰρ ἐὰν βάλω χρυσίον εἰς βαλάντιον, σφίγγω καὶ σφραγίζομαι, ἵνα καὶ ἐμοῦ ἀπόντος B ὁ λῃστὴς μὴ λάβῃ, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης ποιῶ· τῇ συνεχείᾳ τῆς διδασκαλίας σφίγγω καὶ σφραγῖδας ἐπιτίθημι, καὶ ἀσφαλίζομαι ὑμῶν τὴν γνώμην, ἵνα μὴ γένηται ἐξίτηλος τῇ ῥᾳθυμίᾳ, ἀλλ' ἵνα τηρήσας μᾶλλον, τῇ ἐνταῦθα γαλήνῃ τὸν ἔξω θόρυβον ἀποκρούσωμαι. οὐ τοίνυν ταῦτα πολυλογίας τὰ λεγόμενα, ἀλλ' ἐπιμελείας καὶ φιλοστοργίας καὶ πόθου τοῦ διδασκάλου, ἵνα μὴ ἀποῤῥυῇ τὰ λεγόμενα. ταῦτα γὰρ λέγειν ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. διδάξαι βούλομαι, οὐχ ἁπλῶς ἐπιδείξασθαι. οὐκ ἔστιν οὖν τις δίκαιος, ὃς οὐκ ἔχει ἁμαρτίαν· καὶ οὐκ ἔστι τις ἁμαρτωλὸς, ὃς οὐκ ἔχει ἀγαθόν. C ἀλλ' ἐπειδὴ ἑκάστων ἐστὶν ἀντίδοσις, βλέπε τί γίνεται. ὁ ἁμαρτωλὸς ἀπολαμβάνει τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ ἰσόῤῥοπον τὴν ἀντίδοσιν, ἐάν τι ἔχῃ κἂν μικρὸν ἀγαθόν· καὶ ὁ δίκαιος ἀπολαμβάνει τῆς ἁμαρτίας αὐτοῦ τὴν ἰσόῤῥοπον κρίσιν, κἂν μικρόν τι ποιήσῃ κακόν. τί οὖν γίνεται, καὶ τί ποιεῖ ὁ θεός; [a] ἀφώρισε νόσον τῇ ἁμαρτίᾳ, τὸν παρόντα βίον καὶ τὸν μέλλοντα αἰῶνα. ἐὰν οὖν ᾖ τις δίκαιος, καὶ ἐργάσηταί τι φαῦλον, καὶ νοσήσῃ ὧδε, καὶ τιμωρίᾳ παραδοθῇ, μὴ θορυβηθῇς· ἀλλ' ἐννόησον πρὸς ἑαυτὸν, καὶ εἰπέ· ὅτι οὗτος ὁ δίκαιος πώποτε μικρόν τι κακὸν ἐποίησε, καὶ ἀπολαμβάνει ὧδε, ἵνα μὴ ἐκεῖ κολασθῇ. πάλιν, ἐὰν ἴδῃς ἁμαρτωλὸν ἁρπάζοντα, πλεονεκτοῦντα, μυρία ποιοῦν- D τα κακὰ, κἂν εὐθηνῇ, ἐννόησον, ὅτι ἐποίησέ ποτε ἀγαθόν τι, καὶ ἀπολαμβάνει ὧδε τὰ ἀγαθὰ, ἵνα μὴ ἐκεῖ ἀπαιτήσῃ τὸν μισθόν. οὕτω κἂν δίκαιος ᾖ τις, καὶ πάσχῃ δεινόν τι, διὰ τοῦτο ἀπολαμβάνει ὧδε, ἵνα ὧδε ἀποθῆται τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἀπέλθῃ ἐκεῖ καθαρός. κἂν ἁμαρτωλός τις ᾖ, γέμων κακῶν, καὶ μυρία ἀνίατα νοσῶν, ἁρπάζων, πλεονεκτῶν, διὰ τοῦτο ἀπολαύει ἐνταῦθα εὐημερίας, ἵνα μὴ ἐκεῖ ἀπαιτήσῃ μισθόν. ἐπειδὴ οὖν συνέβαινε καὶ τὸν Λάζαρον ἔχειν τινὰ ἁμαρτήματα, καὶ τὸν πλούσιον ἔχειν τι ἀγαθὸν, διὰ τοῦτο ὁ Ἀβραὰμ λέγει· E ὧδε μηδὲν ζήτει· ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐκεῖ, καὶ Λάζαρος τὰ κακὰ αὐτοῦ. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι [b] οὐχ ἁπλῶς λέγω ταῦτα, ἀλλ' οὕτως ἐστὶ, λέγει· ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου. ποῖα; ἐποίησάς τι ἀγαθόν; ἀπέλαβές σου τὸν πλοῦτον, τὴν ὑγείαν, τὴν τρυφὴν, τὴν δυναστείαν, τὴν τιμήν. οὐδέν σοι κεχρεώστηται· ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου. τί οὖν; ὁ Λάζαρος οὐδὲν ἥμαρτε; ναὶ, καὶ Λάζαρος τὰ κακὰ αὐτοῦ. ὅτε σὺ ἀπελάμβανες τὰ ἀγαθὰ, τότε καὶ Λάζαρος τὰ κακά. διὰ τοῦτο νῦν οὗτος παρακαλεῖται,

a Legendum videtur, ἀφώρισεν ὅρον. Vatic, δύο ὥρισεν, νόσον καὶ ἁμαρτίαν. Sed hæc vitiata sunt.

b Vatic. οὐχ ἁπλῶς στοχάζομαι· ἀλλ' οὕτως. Ab hinc longe variat Vatic. & mendis scatet.

A σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι. ὥστε ὅταν ἴδῃς δίκαιον κολαζόμενον ὧδε, μακάριζε αὐτὸν, καὶ λέγε· οὗτος ὁ δίκαιος ἢ ἁμαρτίαν ἔχει καὶ ἀπολαμβάνει αὐτὴν, καὶ ἀπέρχεται ἐκεῖ καθαρὸς, ἢ πλέον τῶν ἁμαρτημάτων κολάζεται, καὶ προσθήκη δικαιοσύνης αὐτῷ λογίζεται. λόγος γὰρ γίνεται ἐκεῖ· καὶ λέγει ὁ θεὸς τῷ δικαίῳ, ἔχεις μου τόσον· τυχὸν δὲ πιστεύει αὐτῷ δέκα ὀβολοὺς, καὶ ποιεῖ αὐτῷ λόγον τῶν δέκα ὀβολῶν. ἐὰν δαπανήσῃ ἑξήκοντα ὀβολοὺς, λέγει αὐτῷ ὁ θεὸς, τοὺς δέκα ὀβολοὺς λογίζομαί σοι εἰς ἁμαρτίαν, καὶ τοὺς πεντήκοντα εἰς δικαιοσύνην. ἵνα δὲ μάθῃς ὅτι τὸ λειπόμενον εἰς δικαιοσύνην αὐτῷ λογίζεται, Ἰὼβ δίκαιος ὢν, ἄμεμπτος, ἀληθινὸς, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς B πονηροῦ πράγματος· ἐκολάσθη αὐτοῦ τὸ σῶμα ὧδε, ἵνα ἐκεῖ μισθοὺς ἀπαιτήσῃ. τί γάρ φησιν ὁ θεὸς πρὸς αὐτόν; ἄλλως οἴει με κεχρηματικέναι σοι, ἢ ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος; τὴν αὐτὴν τοίνυν τοῖς δικαίοις ὑπομονὴν ἐπιδειξάμενοι, καὶ τῇ ἀγαθῇ αὐτῶν πολιτείᾳ τὴν καρτερίαν ἰσόῤῥοπον ἐπιδειξάμενοι, ἀπολάβωμεν τὰ ἀγαθὰ τὰ εὐτρεπισμένα τοῖς ἁγίοις τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεόν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A solatur, tu vero cruciaris. Itaque si quando justum videris hic punitum, beatum illum prædica, & dicito: Justus hic vel peccatum habet, & illud recipit, ac purus illuc abit: aut plus plectitur quam peccarit, & illi accessio justitiæ reputatur. Illic enim ratio supputatur, aitque justo Deus: Tantum habes a me, fortasse vero decem obolos illi credit, & rationem illi decem obolorum subducit. Quod si obolos sexaginta expenderit, ait illi Deus: Decem tibi obolos imputo ad peccatum, & ad justitiam quinquaginta. Verum ut discas id, quod restat, ad justitiam illi reputari, justus erat Job, sine crimine, verax, B colens Deum, abstinens ab omni mala re, punitum hic fuit ejus corpus, ut illic mercedem reposceret. Quid enim ait illi Deus? *Aliter putas me tibi respondisse, quam ut appareas justus?* Job 40. 2. Eamdem igitur cum justis patientiam exhibentes, & æqualem rectæ illorum conversationi tolerantiam exhibentes, parata sanctis Deum diligentibus bona recipiamus: quæ nobis omnibus assequi contingat gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, amen.

IN HOMILIAM, *ADVERSUS EOS QUI AD CIRCENSES*, &c.

MONITUM.

HANC *Concionem in serie Homiliarum de Lazaro reponendam esse deprehendimus. Etenim numero* 3. *de Lazari & divitis parabola mox dicturus Chrysostomus, sic habet:* Unum igitur ex iis, qui per latam hanc portam intrarunt, & unum ex iis, qui per angustam & arctam viam incesserunt, vobis in medium proferentes eorum, quæ a Domino dicta sunt, veritatem ostendamus, & eadem rursus Domini parabola utamur. *Et paucis interpositis eos eadem Parabola jam imbutos declarans, sic pergit:* Ac scio equidem vos homines perspicaces jam quod dicturi simus intelligere: nihilominus tamen a nobis dici necesse est. *Et postea de divite & Lazaro pluribus agit. Demum numero* 5. *postquam Lazari mortem cum divitis obitu contulerat;* lubenter enim *ait*, hanc rem sæpe verso, ἡδέως γὰρ ταῦτα στρέφω συνεχῶς, ut nemo ex illis, qui egestate vel morbis & fame premuntur, se contemnat, & seipsum miserum arbitretur; sed patienter *&c. Ex quibus perspicuum est, hanc paupost Homilias illas quatuor de Lazaro pronunciatam fuisse. Quamobrem in nonnullis Codicibus Manuscriptis inter Homilias de Lazaro ponitur, & in Colbertino* 364. *post quatuor illas priores de Lazaro locatur & inscribitur Quinta de Lazaro, & Homilia in illud.* Nolo vos ignorare de Dormientibus *inscribitur sexta de Lazaro. Verum hanc postremam de Ludis Circensibus illa de Dormientibus præcessit, ut ipsa Homiliæ illius prima verba indicant,* Dies quatuor in explicanda vobis Lazari parabola consumsimus, *&c. Quod jam annotavimus in Monito ad eamdem ipsam Homiliam. Igitur Antiochiæ consequenter post Conciones de Lazaro hanc habuit Homiliam, ubi primum contra illos agit, qui Circenses Ludos frequentabant, & postea ad consuetam de Lazaro & divite parabolam deflectit. De anno quo hæ de Lazaro Homiliæ habitæ sunt in Monito ad quatuor priores disseruimus.*

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

ADVERSUS EOS, QUI AD LUDOS Circenses proficiscuntur, & in illum Evangelii locum, Intrate per angustam portam, quia lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam: *& sub finem in Divitem & in Lazarum.*

1. CONSUETAM rursus attingere doctrinam volo, & spiritualem mensam vobis apponere: sed piget me cunctorque, dum video nullum vos ex assidua doctrina fructum capere. Quandoquidem agricola quoque postquam liberali manu semina sinui terræ commisit, neque dignum laboribus germen videt exoriri, non eadem cum animi alacritate agriculturam exercet: quoniam spes ubertatis frugum semper molestiam laborum imminuit. Pari ratione nos quoque multum hunc docendi laborem æquo animo ferremus, si nos quidpiam profecisse cohortatione nostra didicissemus ad utilitatem vestram promovendam: jam vero cum conspiciamus post tam multas cohortationes nostras, post tam multas admonitiones & castigationes; neque enim cessavimus vobis in memoriam revocare tremendum illud tribunal, inevitabiles illas pœnas, ignem illum, qui numquam exstinguitur, & vermem qui numquam moritur; eorum nonnulli, qui hæc audiunt, non enim in omnes sententiam fero, absit, horum omnium obliti, rursus illi Satanico se circensium spectaculo dediderunt, qua tandem exspectatione lactari redibimus ad eosdem labores, & hanc illis doctrinam spiritualem apponemus, cum nullum eos inde fructum percepisse videamus, sed consuetudini cuidam temere obsequentes cum applausu, quæ dicebantur a nobis, excepisse nobisque significationem dedisse voluptatis ejus quam ex nostris sermonibus capiebant, ac deinde rursus ad Circum accurrere, majorique cum applausu, & effrenata quadam insania cursibus agitatorum favere, summa contentione cum illis concurrere, & inter se frequenter velitari, ac dicere, unum quidem ex equis non recte cucurrisse, alterum vero supplantatum esse prolapsum, & hunc quidem illi agitatori se adjungere, illum vero alteri, nec usquam eos mente versare, vel recordari verborum nostrorum, neque spiritualium tremendorumque mysteriorum quæ hic celebrantur, sed quasi diaboli laqueis captivi teneantur, illic totos dies traducere, & Satanicis spectaculis se dedere, seque Judæis ac Gentilibus opprobriis obruendos exponere, illisque qui rebus nostris voluerint obtrectare? Quis ergo, tametsi fuerit plane saxeus, aut stupidus, hoc sine dolore ferre poterit, nedum nos, qui erga vos omnes paternum affectum exhibere contendimus? Neque enim hoc solum

A spectaculis profanis avocat.

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΕΙΣ ΤΑΣ ΙΠΠΟΔΡΟΜΙΑΣ ἀπελθόντας, καὶ εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ εὐαγγελίου· Εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης, ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν, καὶ πολλοί εἰσιν οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς· καὶ πρὸς τῷ τέλει εἰς πλούσιον καὶ εἰς τὸν Λάζαρον.

A ΒΟΥΛΟΜΑΙ τῆς συνήθους ἅψασθαι πάλιν διδασκαλίας, καὶ τὴν πνευματικὴν ὑμῖν παραθεῖναι τράπεζαν· καὶ ὀκνῶ καὶ ἀναδύομαι, ὁρῶν οὐδὲν καρπουμένους ὑμᾶς ἐκ τῆς συνεχοῦς διδασκαλίας. ἐπεὶ καὶ γηπόνος, ἐπειδὰν δαψιλεῖ τῇ χειρὶ τὰ σπέρματα τοῖς κόλποις τῆς γῆς παρακαταθῆται, καὶ μὴ ἀξίαν τῶν πόνων ἴδῃ τὴν βλάστην γινομένην, οὐ μετὰ τῆς αὐτῆς προθυμίας τῆς γεωργίας ἅπτεται. ἡ γὰρ ἐλπὶς ἀεὶ τῆς τῶν καρπῶν φορᾶς ὑποτέμνεται τὸ βαρὺ τῶν πόνων. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡμεῖς B τὸν πολὺν τοῦτον πόνον τῆς διδασκαλίας κούφως ἂν ἠνέγκαμεν, εἰ ἐμάθομεν πλέον τι γινόμενον ἐκ τῆς παραινέσεως τῆς ἡμετέρας εἰς ὠφέλειαν τὴν ὑμετέραν· νυνὶ δὲ ὅταν θεασώμεθα, ὅτι μετὰ τὰς τοσαύτας ἡμῶν παραινέσεις, μετὰ τὰς τοσαύτας νουθεσίας καὶ ἐπιπλήξεις· οὐδὲ γὰρ ἐπαυσάμεθα συνεχῶς ὑμᾶς ὑπομιμνήσκοντες τοῦ φοβεροῦ δικαστηρίου καὶ τῶν εὐθυνῶν τῶν ἀπαραιτήτων, καὶ τοῦ πυρὸς ἐκείνου τοῦ ἀσβέστου, καὶ τοῦ σκώληκος τοῦ ἀτελευτήτου· τινὲς τῶν ταῦτα ἀκουόντων· οὐδὲ γὰρ κατὰ πάντων ἐκφέρω τὴν ψῆφον, μὴ γένοιτο· πάντων τούτων ἐπιλαθόμενοι, πάλιν ἐπὶ τὴν Σατανικὴν θεωρίαν τῆς C ἱπποδρομίας ἑαυτοὺς ἐκδεδώκασι, ποίᾳ λοιπὸν προσδοκίᾳ τῶν αὐτῶν ἁψόμεθα πόνων, καὶ τὴν διδασκαλίαν αὐτοῖς ταύτην τὴν πνευματικὴν παραθήσομεν, ὁρῶντες μηδὲν πλέον αὐτοὺς ἐντεῦθεν καρπουμένους, ἀλλ' ἁπλῶς συνηθείᾳ τινὶ κατακολουθοῦντας, καὶ κροτοῦντας μὲν τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα καὶ δεικνύντας ἡμῖν, ὡς μεθ' ἡδονῆς δέχονται τοὺς ἡμετέρους λόγους, καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν ἐπὶ τὸν ἱππόδρομον τρέχοντας, καὶ μείζονας τοὺς κρότους ἐπὶ τοὺς ἡνιόχους ἐπιδεικνυμένους καὶ ἀκάθεκτον τὴν μανίαν, καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ τόνου συντρέχοντας, καὶ πρὸς ἀλλήλους πολλάκις [a] διαπληκτιζομένους καὶ λέγοντας, ὅτι ὁ μὲν τῶν D ἵππων οὐ καλῶς ἔδραμεν, ὁ δὲ ὑποσκελισθεὶς κατέπεσεν. καὶ ὁ μὲν τούτῳ τῷ ἡνιόχῳ ἑαυτὸν προσνέμει, ὁ δὲ τῷ ἑτέρῳ· καὶ οὐδαμοῦ ἔννοια, οὐδὲ ὑπόμνησις τῶν ἡμετέρων λόγων, οὐδὲ τῶν πνευματικῶν καὶ φρικτῶν μυστηρίων τῶν ἐνταῦθα τελουμένων, ἀλλὰ καθάπερ αἰχμάλωτοι γινόμενοι ὑπὸ τῶν τοῦ διαβόλου παγίδων, ἐκεῖ διημερεύουσι, τῇ σατανικῇ θεωρίᾳ ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότες, καὶ εἰς αἰσχύνην προκείμενοι καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι καὶ τοῖς τὰ ἡμέτερα διασύρειν βουλομένοις; τίς ἂν οὖν, κἂν σφόδρα ᾖ λίθινος, ἢ καὶ ἀναίσθητος, ταῦτα ἀναλγήτως ἐνεγκεῖν δυνήσεται, μήτιγε ἡμεῖς οἱ πατρικὴν φιλοστοργίαν περὶ πάντας ὑμᾶς E ἐπιδείκνυσθαι σπουδάζοντες; οὐδὲ γὰρ τοῦτο μόνον ἐστὶ

Collata cum MSS. Regiis 1964. 1975. Colbertinis 364. 970. 1030. In Colbertino 364. hæc Homilia inscribitur Quinta in Lazarum.

a Tres MSS. διαπληκτιζομένους. διατί ὁ μὲν

τὸ λυποῦν ἡμᾶς, ὅτι ἀνόνητον τὸν ἡμέτερον ἐπιδείκνυσθε κάματον, ἀλλὰ πολλῷ πλέον ἡμῶν καθάπτεται, ὅταν ἐννοήσωμεν, ὅτι βαρυτέραν ἑαυτοῖς οἱ ταῦτα ποιοῦντες ἐργάζονται τὴν κατάκρισιν. ἡμεῖς γὰρ τῶν πόνων τὴν ἀμοιβὴν ἀναμένομεν παρὰ τοῦ δεσπότου· τὸ γὰρ ἡμέτερον ἅπαν πεποιήκαμεν, καὶ τὸ ἀργύριον κατεβάλομεν, καὶ τὸ τάλαντον τὸ ἐμπιστευθὲν ἡμῖν διενείμαμεν, καὶ οὐδὲν τῶν εἰς ἡμᾶς ἡκόντων παραλελοίπαμεν· οἱ δὲ τὰ ἀργύρια δεξάμενοι ταῦτα τὰ πνευματικὰ, ποίαν ἕξουσιν, εἰπέ μοι, ἀπολογίαν, ποίαν δὲ συγγνώμην, ὅταν μὴ μόνον αὐτὰ ἀπαιτῶνται, ἀλλὰ καὶ τὴν τούτων ἐργασίαν; ποίοις ὀφθαλμοῖς ὄψονται τὸν κριτήν; πῶς οἴσουσι τὴν ἡμέραν ἐκείνην τὴν φοβερὰν, τὰ κολαστήρια τὰ ἀφόρητα; μὴ γὰρ εἰς ἄγνοιαν ἔχουσι καταφυγεῖν; καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐνηχοῦμεν, παραινοῦμεν, προτρεπόμεθα, δεικνύομεν τῆς ἀπάτης τὸν ὄλεθρον, τῆς βλάβης τὸ μέγεθος, τῆς Σατανικῆς πανηγύρεως τὸν δόλον, καὶ οὐδὲ οὕτω καθικέσθαι ἠδυνήθημεν. καὶ τί λέγω τὴν ἡμέραν ἐκείνην τὴν φοβεράν; τέως τὰ ἐνταῦθα γυμνάσωμεν. πῶς, εἰπέ μοι, οἱ τῆς Σατανικῆς ἐκείνης μετασχόντες θεωρίας δυνήσονται μετὰ παῤῥησίας ἐνταῦθα παραγενέσθαι, τὸ συνειδὸς ἔχοντες κατεξανιστάμενον καὶ καταβοῶν μεγάλα; ἢ οὐκ ἀκούουσιν οὗτοι τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος τοῦ διδασκάλου τῆς οἰκουμένης, τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου; πόσης γὰρ οὐκ ἂν εἴη καταγνώσεως ἄξιον, ὅταν ὁ πιστὸς καὶ τῶν ἐνταῦθα τελουμένων καὶ εὐχῶν καὶ φρικτῶν μυστηρίων καὶ πνευματικῆς διδασκαλίας ἀπολαύων, μετὰ τὴν ἐνταῦθα τελετὴν ἀπελθὼν καθέζηται εἰς τὴν Σατανικὴν ἐκείνην θεωρίαν μετὰ τοῦ ἀπίστου, μετὰ τοῦ ἐν τῷ σκότει τῆς ἀσεβείας πλανωμένου, ὁ τῷ φωτὶ τοῦ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου καταυγασθείς; πῶς, εἰπέ μοι, λοιπὸν ἐπιστομίσαι δυνησόμεθα, ἢ Ἕλληνας, ἢ Ἰουδαίους; πῶς δὲ ἐναγαγεῖν αὐτοὺς ἰσχύσομεν, καὶ πείσομεν μετατάξασθαι εἰς τὴν εὐσέβειαν, ὅταν ὁρῶσι τοὺς μεθ' ἡμῶν τεταγμένους εἰς τὰ ὀλέθρια ἐκεῖνα καὶ πάσης λύμης γέμοντα θέατρα συμφυρομένους αὐτοῖς; τίνος γὰρ ἕνεκεν, εἰπέ μοι, μετὰ τὸ παραγενέσθαι ἐνταῦθα καὶ ἐκκαθᾶραι τὸν λογισμὸν, καὶ τὴν διάνοιαν εἰς νῆψιν ἀγαγεῖν καὶ κατάνυξιν, πάλιν ἀπελθὼν ἐκεῖ καταῤῥυπαίνεις ἑαυτόν; ἢ οὐκ ἀκούεις σοφοῦ τινος λέγοντος, εἷς οἰκοδομῶν, καὶ εἷς καθαιρῶν, τί ὠφέλησαν πλέον ἢ κόπους; ὃ δὴ καὶ νῦν. ὅταν γὰρ τὰ ἐνταῦθα ὑφ' ἡμῶν οἰκοδομηθέντα διὰ τῆς συνεχοῦς διδασκαλίας καὶ τῆς παραινέσεως ταύτης τῆς πνευματικῆς, ἀπελθὼν ἀθρόον ἐκεῖ πάντα καθέλῃς, καὶ εἰς ἔδαφος, ὡς εἰπεῖν, καταγάγῃς, ποῖον ὄφελος πάλιν ἡμᾶς ἄνωθεν τὰ τῆς οἰκοδομῆς ἐπιδείκνυσθαι, καὶ πάλιν ὑμᾶς τὰ τῆς καθαιρέσεως; πόσης τοῦτο ἀνοίας οὐκ ἂν εἴη καὶ παραπληξίας; εἰπὲ γάρ μοι, εἰ ἐθεάσω ἐν ταῖς αἰσθηταῖς ταύταις οἰκοδομαῖς ταῖς διὰ τῶν λίθων γινομέναις τοῦτό τινα ποιοῦντα, οὐχὶ ὡς μεμηνότι αὐτῷ προσέσχες καὶ εἰκῇ καὶ μάτην κοπτομένῳ, καὶ εἰς οὐδὲν δέον πάντα τὰ αὐτοῦ καταναλίσκοντι; τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς οἰκοδομῆς ταύτης τῆς πνευματικῆς λογίζου, καὶ τὴν αὐτὴν ἔκφερε ψῆφον. ἰδοὺ γάρ· ἡμεῖς μὲν, ἐπειδὴ εἰς τοῦτο ἐτάχθημεν παρὰ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος, καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὴν οἰκοδομὴν ταύτην τὴν

A est, quod nobis dolorem inurit, quod inutilem nostrum laborem reddatis, sed multo magis tangit, cum nobis venit in mentem eos, qui hæc faciunt, graviorem sibi damnationem accersere. Nos enim laborum mercedem a Domino exspectamus: quoniam id quod nostri muneris fuit, perfecimus, pecuniam expendimus, & creditum nobis talentum distribuimus, nihil eorum quæ nostrarum erant partium prætermisimus; qui vero spirituales has pecunias acceperunt, quam quæso excusationem habebunt, quam veniam, cum non illæ tantum ab eis exigentur, sed etiam quæstus illarum.
B Quibus oculis judicem intuebuntur? quo pacto formidabilem illum diem ferent, intoleranda tormenta? Num enim ad ignorantiam confugere poterunt? quotidie inclamamus, admonemus, cohortamur, fraudis perniciem indicamus, gravitatem damni, Satanici conventus dolum, nec tamen ita potuimus commovere. Quid dico diem illum formidabilem? interim de hujus vitæ rebus sermonem instituamus: quo pacto quæso poterunt, qui Satanico illi spectaculo intersunt, huc confidenter venire, cum se ab insurgente ac vehementer reclamante conscientia sua sentiant condemnari? Annon audiunt isti beatum Paulum, doctorem or-
C bis terrarum dicentem: *Quæ societas luci* 1.Cor.6.15.
ad tenebras, aut quæ pars fideli cum infideli? Quanta enim condemnatione dignum censendum est, cum fidelis, qui precum & tremendorum mysteriorum quæ hic celebrantur, ac spiritualis doctrinæ particeps fuerit, post hujus loci sacrificium Satanico illi spectaculo cum infideli assideat, cum eo qui in tenebris impietatis aberrat, is qui solis justitiæ fuerit radiis illustratus? qua ratione quæso deinceps poterimus Gentilibus aut Judæis os obturare? qua ratione inducere valebimus, ac persuadere, ut ad pietatis partes transeant, cum eos videant, qui stant a no-
D bis, in perniciosis illis omnique sordium genere redundantibus theatris cum illis commisceri. Cur enim quæso postquam huc venisti, & animum expurgasti, mentemque ad sobrietatem & contritionem induxisti, rursus illuc abiens teipsum contaminas? non audis sapientem quemdam dicentem: *Unus* Eccli. 34.
ædificans, & unus destruens, quid proficiunt 28.
aliud, quam labores? Id vero nunc etiam fit. Cum enim ea quæ a nobis hic ædificata fuerant per doctrinam assiduam, & spiritualem hanc admonitionem, confestim illuc abiens omnia destruas, & in pavimentum, ut ita loquar, abjicias, quid nobis proderit, si rur-
E sus ædificium instauremus, & vos iterum destruatis? Quis non summæ dementiæ hoc facinus dixerit ac furoris? Dic enim quæso si in sensilibus istis ædificiis, quæ ex lapidibus construuntur, quempiam cerneres hoc agentem: num eum tamquam furiosum intuereris, aut frustra & incassum laborantem, & omnia sua in res inutiles expendentem? pari ratione de hoc spirituali ædificio ratiocinare, atque eamdem fer sententiam. Ecce nos quidem postquam id nobis muneris a gratia divina delatum est, singulis diebus spirituale

hoc ædificium in altum erigimus, & vos ad virtutis doctrinam provehere studemus: at nonnulli qui huc concurrunt, ædificium multo cum labore auctum uno temporis momento suis propemodum manibus per summam hanc desidiam in pavimentum dejiciunt, & nobis quidem ingentem inde tristitiam pariunt, sibi vero perniciem extremam & intolerabile damnum contrahunt.

2. Asperiore fortasse reprehensione usi sumus: si spectetur quidem paternus hic amor noster, asperiore; sin autem gravitas delicti spectetur, ne quidem satis digna. Verumtamen quoniam lapsis manus est porrigenda, atque erga illos qui tam negligentes fuerunt, paterna exhibenda est benevolentia, ne sic quidem de illorum salute desperamus: dummodo non amplius in eadem velint recidere, sed huc usque tantum negligentiæ suæ indulgere, sibique ipsis aditu Circensium & omnis ejusmodi Satanici spectaculi interdicant. Benignum enim, clementem, ac providum habemus dominum, qui cum naturæ nostræ noverit imbecillitatem, ubi negligentia supplantati in peccatum aliquod prolapsi fuerimus, unum id solum a nobis requirit, ut ne desperemus, sed a peccato resiliamus, & ad confessionem properemus. Quod si hoc faciamus, cito se veniam daturum pollicetur: ipse enim est qui dicit: *Numquid qui cadit, non resurgit, aut, qui avertit se, non revertitur?* Hæc igitur cum sciamus, tam clementem dominum ne spernamus, sed noxiam consuetudinem superemus, neque per latam portam & spatiosam viam incedamus, prout audistis hodie communem dominum admonentem in Evangelio, ac dicentem: *Intrate per angustam portam, quia lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam.* Dum audis latam esse portam, & spatiosam viam, ne decipiaris in exordio, neque illud spectes, quod multi sint qui per eam intrent: sed illud animadverte in angustum illam finem desinere. Illud quoque prudenter considera, nequaquam de sensili porta verba fieri, neque de via simpliciter, sed de tota vita nostra, de virtute ac vitio admonitionem esse. Propterea quoque ab his verbis sermonem inchoavit, *Intrate per angustam portam*, virtutis portam sic appellans. Deinde cum dixisset, *Intrate per angustam portam*, nos deinceps causam docet, ob quam ad hoc nos cohortetur. Licet enim angusta sit ista, multumque laborem offerat in ingressu, si tamen paululum laboretis, ad multam latitudinem pervenietis & amplitudinem, quæ vos ingenti voluptate poterit recreare. Ne igitur hoc spectetis, inquit, quod angusta sit, neque vos conturbent primordia, neque ingressus angustiæ desides vos reddant. Lata enim hæc porta & spatiosa via desinit in perditionem. Quapropter multi etiam ob initia & exordia decepti, neque futurorum quidquam prævidentes, in perditionem seipsos dediderunt: idcirco, lata est, in-

Confessio peccatorum.

Jer. 8. 4.

Matt. 7. 13.

[a] Unus, πολλοῦ κόπου, alius, πολλοῦ τόνου.
[b] Omnes Mss. & Savil. in marg. τὸ ἀσθενές.

A πνευματικὴν εἰς ὕψος ἐγείρομεν, καὶ πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς διδασκαλίαν ὑμᾶς ἀνάγειν σπουδάζομεν· τινὲς δὲ τῶν ἐνταῦθα συντρεχόντων τὴν μετὰ [a] πολλοῦ πόνου αὐξηθεῖσαν οἰκοδομὴν ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ μονονουχὶ ταῖς οἰκείαις χερσὶ διὰ τῆς ἀφάτου ταύτης ῥᾳθυμίας εἰς ἔδαφος κατάγουσιν, ἡμῖν μὲν πολλὴν τὴν ἀθυμίαν ἐντεῦθεν τίκτοντες, ἑαυτοῖς δὲ μέγιστον τὸν ὄλεθρον καὶ τὴν ζημίαν ἀφόρητον.

Τάχα σφοδροτέραν τὴν ἐπιτίμησιν ἐποιησάμεθα· ὅσον μὲν πρὸς τὴν ἡμετέραν φιλοστοργίαν σφοδροτέραν, ὅσον δὲ πρὸς τὸ μέγεθος τοῦ πλημμελήματος οὐδὲ τὴν ἀξίαν. B ἀλλ᾽ ὅμως ἐπειδὴ δεῖ καὶ τοῖς πεπτωκόσι χεῖρα ὀρέγειν, καὶ περὶ τοὺς τοσοῦτον ἐρρᾳθυμηκότας τὴν πατρικὴν εὔνοιαν ἐπιδείξασθαι, οὐδὲ οὕτως ἀπαγορεύομεν αὐτοῖς τὴν σωτηρίαν· μόνον ἐὰν βουληθῶσι μηκέτι τοῖς αὐτοῖς πάλιν περιπεσεῖν, ἀλλὰ μέχρι τούτου στῆσαι τὰ τῆς ῥᾳθυμίας, καὶ ἀπαγορεῦσαι ἑαυτοῖς τὴν ἐπὶ τὰς ἱπποδρομίας ἄνοδον, καὶ πᾶσαν τὴν τοιαύτην Σατανικὴν θεωρίαν. δεσπότην γὰρ ἔχομεν φιλάνθρωπον καὶ ἥμερον καὶ κηδεμονικὸν, ὃς, ἐπειδὴ οἶδε [b] τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας, ἐπειδὰν ἁμαρτήματί τινι περιπέσωμεν ῥᾳθυμίᾳ ὑποσκελισθέντες, ἓν μόνον ἐπιζητεῖ παρ᾽ ἡμῶν, μὴ ἀπογνῶναι, ἀλλὰ ἀποστῆναι τοῦ πλημμελήματος, καὶ πρὸς τὴν C ἐξομολόγησιν ἐπειχθῆναι. κἂν τοῦτο ποιήσωμεν, ταχεῖαν ἡμῖν τὴν συγχώρησιν ἐπαγγέλλεται· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ λέγων· μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται, ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέφει; ταῦτα τοίνυν εἰδότες, μὴ καταφρονῶμεν τοῦ οὕτω φιλανθρώπου δεσπότου, ἀλλὰ περιγινώμεθα τῆς συνηθείας τῆς ἐπιβλαβοῦς· καὶ μὴ τὴν πλατεῖαν πύλην, καὶ εὐρύχωρον ὁδὸν βαδίζωμεν· καθάπερ σήμερον ἠκούσατε τοῦ κοινοῦ πάντων δεσπότου παραινοῦντος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, καὶ λέγοντος· εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης, ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν, καὶ πολλοί εἰσιν οἱ εἰσερχόμενοι δι᾽ αὐτῆς. D [c] ἀκούσας πλατεῖαν πύλην, καὶ εὐρύχωρον ὁδὸν, μὴ τοῖς προοιμίοις ἀπατηθῇς, μηδὲ, ὅτι πολλοὶ εἰσέρχονται δι᾽ αὐτῆς, τοῦτο ἴδῃς, ἀλλ᾽ ἐννόει ὅτι εἰς στενὸν καταστρέφει τέλος. κἀκεῖνο δὲ συνετῶς λογίζου, ὅτι οὐ περὶ αἰσθητῆς πύλης ἐστὶν ὁ λόγος, οὐδὲ περὶ ὁδοῦ ἁπλῶς, ἀλλὰ περὶ πάσης τῆς ζωῆς τῆς ἡμετέρας, καὶ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας ἐστὶν ἡ παραίνεσις. διά τοι τοῦτο καὶ ἀρχόμενος οὕτως ἤρξατο λέγων, εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης, τὴν τῆς ἀρετῆς πύλην οὕτω καλῶν. εἶτα εἰπὼν, ὅτι εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης, διδάσκει ἡμᾶς λοιπὸν τὴν αἰτίαν, δι᾽ ἣν τοῦτο παραινεῖ. εἰ γὰρ καὶ στενή, φησιν, αὕτη, καὶ E πολὺν ἔχει τὸν κάματον ἐν τῇ εἰσόδῳ, ἀλλ᾽ ἐὰν μικρὸν κάμητε, εἰς πολὺ πλάτος ἐκβήσεσθε καὶ εὐρυχωρίαν πολλὴν τὴν ἄνεσιν δυναμένην ὑμῖν παρασχεῖν. μὴ τοίνυν ὅτι στενή ἐστι, φησιν, ἴδητε, μηδὲ τὰ προοίμια ὑμᾶς θορυβείτω, μηδὲ τὸ στενὸν τῆς εἰσόδου ὀκνηροὺς ἀπεργαζέσθω. ἡ γὰρ πλατεῖα αὕτη πύλη, καὶ ἡ εὐρύχωρος ὁδὸς εἰς ἀπώλειαν καταστρέφει. διὸ καὶ πολλοὶ τῇ ἀρχῇ καὶ τοῖς προοιμίοις ἀπατώμενοι, καὶ οὐδὲν τῶν μελλόντων προορώμενοι, εἰς τὴν ἀπώλειαν ἑαυτοὺς ἐκδιδόασι. διὰ τοῦτό

[c] Alii, ἀκούσας, alii, ἤκουσας.

φησιν,

A φησιν, ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν, καὶ πολλοί εἰσιν οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς. Καὶ καλῶς αὐτὴν πλατεῖαν πύλην ἐκάλεσε, καὶ εὐρύχωρον ὁδὸν τὴν ἐπὶ τὴν ἀπώλειαν ἀπάγουσαν. οἱ γὰρ ἐπὶ τὰς ἱπποδρομίας ἀναβαίνειν σπεύδοντες, καὶ τὰς ἄλλας τὰς σατανικὰς θεωρίας, καὶ τῆς σωφροσύνης ἀμελοῦντες, καὶ τῆς ἀρετῆς οὐδένα λόγον ποιούμενοι, καὶ ἀσελγαίνειν βουλόμενοι, καὶ οἱ τῇ τρυφῇ καὶ τῇ γαστριμαργίᾳ ἑαυτοὺς ἐκδιδόντες, καὶ περὶ τὴν τῶν χρημάτων μανίαν καὶ λύτταν καθ' ἑκάστην ἡμέραν δαπανώμενοι, καὶ πρὸς τὰ τοῦ παρόντος βίου πράγματα κεχηνότες, διὰ τῆς πλατείας πύλης βαδίζουσι καὶ εὐρυχώρου ὁδοῦ· ἀλλ' ἐπειδὰν ἐπὶ πολὺ B προέλθωσι, καὶ πολλὰ τῶν ἁμαρτημάτων ἑαυτοῖς τὰ φορτία συνάξωσι, καταδαπανώμενοι, ἐλθόντες εἰς τὸ τῆς ὁδοῦ τέλος, οὐκέτι περαιτέρω προελθεῖν δύνανται, τῆς στενότητος τῆς ὁδοῦ πιεζούσης αὐτούς, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τῷ ὄγκῳ τῶν ἁμαρτημάτων βαρυνομένους ταύτην διελθεῖν· διὸ ἀνάγκη εἰς αὐτὸν τῆς ἀπωλείας τὸν κρημνὸν αὐτοὺς καταστρέψαι. ποῖον οὖν ὄφελος, εἰπέ μοι, πρὸς ὀλίγον τὴν εὐρύχωρον βαδίσαντας, ἐν διηνεκεῖ ἀπωλείᾳ γενέσθαι; καὶ ὄναρ, ὡς εἰπεῖν, τρυφήσαντας, ἐν ἀληθείᾳ κολάζεσθαι; ὅπερ γάρ ἐστι μιᾶς νυκτὸς ὄναρ, τοῦτο ἅπας ὁ παρὼν βίος πρὸς τὴν διαδεξομένην ἡμᾶς κόλασιν καὶ C τιμωρίαν. μὴ γάρ, ἵνα ἁπλῶς ἀναγινώσκωμεν, ταῦτα γέγραπται; διὰ τοῦτο ἡ τοῦ πνεύματος χάρις γραφῇ τοὺς τοῦ κυρίου λόγους παραδοθῆναι πεποίηκεν, ἵνα προφυλακτικὰ τῶν παθῶν τῶν ἡμετέρων φάρμακα ἐντεῦθεν λαμβάνοντες, τὴν ἐπηρτημένην κόλασιν διαφυγεῖν δυνηθῶμεν. διὰ τοῦτο καὶ τότε κατάλληλα τοῖς τραύμασιν αὐτῶν τὰ φάρμακα ἐπιτιθεὶς ὁ δεσπότης ἡμῶν Χριστός, ἔλεγε παραινῶν· εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης. στενὴν δὲ αὐτὴν ἐκάλει, οὐκ ἐπειδὴ τῇ φύσει στενὴ τυγχάνει, ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ γνώμη ἡ ἡμετέρα πρὸς ῥᾳθυμίαν μᾶλλον ῥέ- D πουσα, στενὴν αὐτὴν εἶναι νομίζει. οὐδὲ γὰρ ἵνα ἀποστρέψῃ ἡμᾶς, διὰ τοῦτο στενὴν αὐτὴν ὠνόμασεν, ἀλλ' ἵνα τὸ πλάτος τῆς ἑτέρας φυγόντες, καὶ ἐκ τοῦ τέλους ἑκάστην καταμαθόντες, οὕτω ταύτην μᾶλλον ἑλώμεθα.

Ἀλλ' ἵνα πᾶσιν ὁ λόγος εὐσύνοπτος γένηται, φέρε, εἰ δοκεῖ, παραγάγωμεν εἰς μέσον τοὺς διὰ τῆς πλατείας πύλης εἰσελθόντας καὶ διὰ τῆς εὐρυχώρου βαδίσαντας, καὶ ἴδωμεν οἷον αὐτοὺς ἐδέξατο τέλος, καὶ τοὺς διὰ τῆς στενῆς πύλης εἰσελθόντας καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ, καὶ καταμάθωμεν καὶ τούτους οἷα ἐδέξαντο τὰ ἀγαθά. ἕνα τοίνυν τῶν διὰ ταύτης τῆς πύλης εἰσελθόντων τῆς πλατείας, καὶ ἕνα E τῶν διὰ τῆς στενῆς καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ βαδισάντων εἰς μέσον ὑμῖν προθέντες, δείξωμεν τῶν παρὰ τοῦ κυρίου εἰρημένων τὴν ἀλήθειαν, αὐτῇ πάλιν τῇ τοῦ κυρίου παραβολῇ χρησάμενοι. τίς οὖν ἐστιν ὁ διὰ τῆς πλατείας πύλης εἰσελθὼν, καὶ τὴν εὐρύχωρον ὁδὸν βαδίσας; πρότερον γὰρ προσήκει δεῖξαι τίς ποτέ ἐστι, καὶ πόσον μῆκος ὥδευσεν ὁδοῦ τῇ πλατείᾳ βαδίζων, καὶ τότε φανερὸν ὑμῖν ποιῆσαι, εἰς οἷον κατέστρεψε τέλος. καὶ οἶδα μὲν, ὅτι συνετοὶ ὄντες ἤδη συνήκατε τὸ μέλλον ῥηθήσεσθαι· ἀλλ' ὅμως καὶ ἡμᾶς ἀναγκαῖον εἰπεῖν. ἀναμνήσθητέ μοι τοῦ πλουσίου ἐκεί-

quit, porta & spatiosa via, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam. Ac recte sane latam ipsam portam vocavit, spatiosam viam, quæ ad perditionem deducit. Qui enim ad ludos Circenses festinant ascendere, cæteraque Satanica illa spectacula, temperantiæ valedicentes, virtutem pro nihilo habentes, qui libidini ac genio indulgere volunt, qui deliciis & gulæ se dedunt, qui pecuniarum cupiditate & insania stimulantur, ac præsentis vitæ commodis inhiant, per latam portam & spatiosam viam incedunt: postquam autem paulo longius progressi sunt, multasque peccatorum sarcinas coarcervarunt, afflicti, & debilitati, cum ad viæ finem pervenerint, ulterius progredi nequeunt, cum viæ premantur angustiis, eo quod mole gravati peccatorum illam peragere minime possint: quo fit, ut in ipsum tandem perditionis præcipitium devolvantur. Quid igitur, quæso, prodest, quod ad exiguum tempus per spatiosam incedamus, si perpetua perditione mox opprimamur, & ubi per somnium propemodum deliciis potiti fuerimus, re vera supplicio plectamur? Quod enim unius noctis est somnium, hoc tota præsens est vita, si cum eo, quod nos excepturum est, supplicio comparetur. Num enim ut temere a nobis legantur hæc scripta sunt? Propterea Domini sermones scriptis mandari gratia Spiritus sancti curavit, ut dum ex iis remedia depromimus, quibus adversus passiones nos præmuniamus, imminens possimus supplicium evitare. Quamobrem tum quoque convenientia vulneribus eorum adhibens medicamenta Dominus noster Jesus Christus cohortabatur dicens: *Intrate per angustam portam.* Angustam autem illam vocabat, non quod natura sua sit angusta, sed quod animus noster ad desidiam proclivis angustam illam esse arbitretur. Neque enim ut nos avocaret, idcirco angustam illam appellavit, sed ut alterius latitudinem fugientes, & ex fine unamquamque cognoscentes, hanc ita potius eligamus.

Somnio similis est hæc vita.

3. Sed ut omnibus intellectu facilis fiat oratio, age si videtur eos, qui per latam portam ingressi sunt, & per spatiosam viam incesserunt in medium advocemus, & quis eos tandem finis exceperit videamus; itemque illos qui per angustam portam ingressi sunt, & per arctam viam, & quæ tandem isti bona sortiti fuerint, cognoscamus. Unum igitur ex iis, qui per latam hanc portam intrarunt, & unum ex iis, qui per angustam & arctam viam incesserunt, vobis in medium proferentes, eorum quæ a Domino dicta sunt veritatem ostendamus, & eadem rursus Domini parabola utamur. Quisnam ergo est ille qui per latam portam intravit, & spatiosam viam peragravit? Prius enim quis iste sit convenit indicari, quantumque spatium viæ confecerit, per latam incedens, ac tum manifestum vobis reddere, in quem tandem finem desierit. Ac scio equidem vos homines perspicaces jam quid dicturi simus intelligere: nihilominus tamen a nobis dici necesse est. Revocate vobis in memoriam divi-

Exempla eorum qui per latam viam ambularunt.

Luc. 16.

tem illum, qui quotidie purpura induebatur & bysso, qui epulabatur splendide, qui parasitos & adulatores alebat; qui multum merum infundebat, qui quotidie ventrem saburrabat, qui multis se deliciis ingurgitabat, & per latam portam ingressus, voluptate ac lætitia mundana perpetuo fruebatur. Nam illi cuncta velut ex fonte affluebant, multum ministerium, immensæ deliciæ, corporis sanitas, pecuniarum copia, delatus a multis honor, assentatorum laudes, nihil interim erat, quod illi tristitiam afferret: & quod maius est, cum totos dies crapulæ gulæque vacans transigeret, non modo prospera corporis valetudine fruebatur, & in securitate summa degebat, sed & pauperem Lazarum in vestibulo jacentem, plenum ulceribus, obsessum a canibus, qui vulnera lingebant, fameque confectum immisericors præteribat, & ne micas quidem illi impertire dignabatur. Atque hic quidem per latam portam ingressus per spatiosam viam incedebat, viam deliciarum, intemperantiæ, risus, voluptatis, helluationis, ebrietatis, pecuniarum copiæ, mollitiei in vestimentis: ac diu totum vitæ hujus tempus per spatiosam viam incedendo transegit, neque quidquam molestiarum expertus est, sed semper prospero ventorum afflatu delatus, utpote per spatiosam viam incedens, multa cum securitate pergebat. Nusquam saxa sub undis latentia, nusquam scopuli, nusquam præcipitia, nusquam naufragium, nusquam mutatio inæqualis, sed quasi per solidam & planam regionem iter habens, ita præsentis vitæ spatia decurrebat: quotidie vitiorum fluctibus mergebatur, neque sentiebat: quotidie pravarum cupiditatum stimulis pungebatur, & amplius lætabatur: a lascivia semper obsidebatur, ab ingluvie, ab insana pecuniæ cupiditate, nec ullo malorum sensu tangebatur, neque viæ finem poterat prævidere: sed præsentium tantum jucunditate fruebatur, nec umquam perpetui doloris in mentem illi veniebat, sed deceptus, ut ita loquar, per latam viam incedebat, & ad ipsum præcipitium festinabat, quod non poterat præ nimia ebrietate cognoscere. Nam ille prosper mundanarum rerum successus, qui rationem ejus obruerat, oculum illi mentis excæcarat, & quasi jam luminibus orbatus ambulabat, neque quo ferretur sciebat: fortasse vero neque naturæ humanæ meminerat, cum se cerneret difficultatem nullam experiri Non enim tantum deliciis fruebatur, sed & opibus abundabat: neque tantum opibus abundabat, sed & prospera erat corporis valetudine: neque sano tantum erat corpore, sed & a multo famulitio colebatur, neque tantum colebatur, sed omnia sibi cernens tamquam ex fonte fluere, vitam in perpetua voluptate degebat. Vidistis dilectissimi eum, qui per latam portam intraverat, & per spatiosam viam incesserat, quantis deliciis potiretur? Nemo tamen eorum, qui hæc audiunt, ante finem beatum ipsum prædicare dignetur, sed rerum finem exspectet, ac tum sententiam

Ante finem vitæ nemo beatus.

A νου, τοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὴν πορφύραν καὶ τὰ βύσσινα ἐνδιδυσκομένου, καὶ λαμπρῶς ἑστιωμένου, καὶ παρασίτους καὶ κόλακας τρέφοντος, καὶ πολὺν τὸν ἄκρατον [a] ἐγχεομένου, καὶ γαστριζομένου καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ τῇ τρυφῇ τῇ πολλῇ ἑαυτὸν ἐκδεδωκότος, καὶ διὰ τῆς πλατείας πύλης εἰσελθόντος, καὶ ἐν ἡδονῇ καὶ εὐθυμίᾳ βιωτικῇ διηνεκῶς τυγχάνοντος. πάντα γὰρ αὐτῷ, ὥσπερ ἐκ πηγῶν ἐπέῤῥει· θεραπεία πολλὴ, τρυφὴ ἄφατος, σώματος ὑγεία, χρημάτων περιουσία, τιμὴ παρὰ τῶν πολλῶν, αἱ παρὰ τῶν κολάκων εὐφημίαι, καὶ οὐδὲν ἦν αὐτῷ τέως τὸ λυποῦν. καὶ τὸ δὴ μεῖζον, ὅτι ἐν τοσαύτῃ κραιπάλῃ καὶ ἀδηφαγίᾳ B διημερεύων, οὐ μόνον ὑγείας ἀπήλαυσε σωματικῆς καὶ ἀδείας πάσης, ἀλλὰ καὶ τὸν πένητα Λάζαρον ἐπὶ τοῦ πυλῶνος κατακείμενον καὶ ἡλκωμένον καὶ ὑπὸ τῶν κυνῶν κυκλούμενον καὶ διαλειχόμενον, καὶ λιμῷ τηκόμενον ἀνηλεῶς παρέτρεχεν, οὐδὲ ψιχίων αὐτῷ μεταδιδούς. καὶ ὁ μὲν διὰ τῆς πύλης τῆς πλατείας εἰσελθὼν, τὴν εὐρύχωρον ὁδὸν ἐβάδιζε, τὴν τῆς τρυφῆς, τὴν τῆς ἀκολασίας, τὴν τοῦ γέλωτος, τὴν τῆς ἀνέσεως, τὴν τῆς γαστριμαργίας, τὴν τῆς μέθης, τῆς τῶν χρημάτων περιβολῆς, τῆς ἐν τῇ ἐσθῆτι βλακείας. καὶ μέχρι πολλοῦ πάντα τὸν χρόνον τῆς παρούσης ζωῆς τὴν εὐρύχωρον ὁδὸν ἐβάδισεν, οὐδενὸς λυπηροῦ πεῖραν λαβὼν, ἀλλὰ πάντοτε ἐξ οὐρίας φερόμενος, C καὶ ἅτε δὴ ἀεὶ δι' εὐρυχώρου βαδίζων ὁδοῦ, μετὰ πολλῆς τῆς ἀδείας διέτρεχεν. οὐδαμοῦ σκόπελοι, οὐδαμοῦ κρημνοὶ, οὐδαμοῦ [b] ὕφαλοι σπιλάδες, οὐδαμοῦ ναυάγιον, οὐδαμοῦ ἀνώμαλος μεταβολὴ, ἀλλὰ διηνεκῶς στερεὰν καὶ ἰσόπεδον ὁδεύων, οὕτω τὸν παρόντα βίον διέδραμε, καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν ὑπὸ τῶν κυμάτων τῆς κακίας [c] καταποντιζόμενος, καὶ οὐ λαμβάνων αἴσθησιν· καθ' ἑκάστην ἡμέραν παρατιλόμενος ὑπὸ τῶν ἀτόπων ἐπιθυμιῶν, καὶ μᾶλλον ἡδόμενος· διηνεκῶς πολιορκούμενος ὑπὸ ἀσελγείας, ὑπὸ γαστριμαργίας, ὑπὸ τῆς τῶν χρημάτων μανίας, καὶ οὐδεμίαν τῶν δεινῶν λαμβάνων τὴν αἴσθησιν, οὐδὲ προϊδεῖν δυνάμε- D νος τῆς ὁδοῦ τὸ τέλος· ἀλλὰ τὸ παρὸν ἡδὺ μόνον καρπούμενος, οὐδεμίαν ἔννοιαν ἐλάμβανε τῆς διηνεκοῦς ὀδύνης, ἀλλὰ ἀπατώμενος, ὡς εἰπεῖν, ἐβάδιζε τὴν εὐρύχωρον ὁδὸν, εἰς αὐτὸν τὸν κρημνὸν ἐπειγόμενος, ὑπὸ τῆς πολλῆς μέθης συνιδεῖν οὐκ ἔχων. ἡ γὰρ ἐν ἅπασι τοῖς βιωτικοῖς εὐημερία καταβαπτίσασα αὐτοῦ τὸν λογισμὸν, ἐτύφλωσε τὸ ὄμμα τῆς διανοίας, καὶ καθάπερ πεπηρωμένος λοιπὸν τὰς ὄψεις, οὕτως ἐβάδιζεν, οὐκ εἰδὼς ποῦ φέρεται· τάχα δὲ οὐδὲ ἔννοιαν ἐλάμβανε τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ὁρῶν ἑαυτὸν οὐδεμίαν δυσκολίαν ὑπομένοντα. οὐδὲ γὰρ E ἐτρύφα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπλούτει· οὐδὲ ἐπλούτει μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑγείας σώματος ἀπήλαυεν· οὐδὲ ὑγείας σώματος ἀπήλαυε μόνον, ἀλλὰ καὶ θεραπείας, καὶ οὐ θεραπείας μόνον πολλῆς, ἀλλὰ καὶ ἐπιῤῥέοντα, ὥσπερ ἐκ πηγῶν, αὐτῷ πάντα ὁρῶν, ἐν ἡδονῇ διῆγε διηνεκεῖ. εἴδετε, ἀγαπητοὶ, τὸν διὰ τῆς πλατείας πύλης εἰσελθόντα, καὶ τὴν εὐρύχωρον ὁδὸν δι' ὅλου βαδίσαντα, ὅσης ἀνέσεως ἀπήλαυσεν; ἀλλὰ μηδεὶς τῶν ταῦτα ἀκουόντων πρὸ τοῦ τέλους μακαρίσαι αὐτὸν ἀνάσχηται, ἀλλὰ ἀναμενέτω τῶν πραγμάτων τὸ τέλος, καὶ τότε οἴσει τὴν

a Alii, ἐκχεομένου.
b Alii, ὕφαλοι καὶ σπιλάδες.
c Alii, καταβαπτιζόμενος.

ψῆφον. εἰ δοκεῖ τοίνυν καὶ τὸν διὰ τῆς στενῆς πύλης εἰσελθόντα, καὶ τὴν τεθλιμμένην ὁδὸν ὁδεύσαντα παραγάγωμεν εἰς μέσον, καὶ οὕτω τὸ τέλος ἀμφοτέρων θεασάμενοι, τὴν προσήκουσαν περὶ ἑκάστου ψῆφον οἴσομεν. τίνα δὲ ἄλλον ἔχομεν νῦν παραγαγεῖν, ἢ τὸν Λάζαρον, τὸν ἐπὶ τοῦ πυλῶνος τοῦ πλουσίου κατακείμενον, καὶ ὑπὸ τῶν ἑλκῶν ἐκείνων πολιορκούμενον, καὶ ὁρῶντα τὰς γλώσσας τῶν κυνῶν ψαυούσας αὐτοῦ τῶν τραυμάτων, καὶ μηδὲ ἀπελάσαι τούτους ἰσχύοντα; καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος διὰ τῆς πλατείας εἰσελθὼν, τὴν εὐρύχωρον ἐβάδιζεν· οὕτω δὴ καὶ ὁ μακάριος οὗτος· μακάριον γὰρ αὐτὸν ἤδη καλῶ διὰ τῆς στενῆς εἰσελθεῖν ἑλόμενον· εἰσῆλθε διὰ τῆς στενῆς πύλης τῆς [a] ἀπεναντία ἐκείνης πάντα ἐχούσης. καθάπερ ἐκεῖνος διηνεκῶς ἐτρύφα, οὕτω καὶ οὗτος λιμῷ παλαίων διετέλει. καὶ ἐκεῖνος μὲν μετὰ τῆς τρυφῆς καὶ ὑγείας σώματος ἀπήλαυε, καὶ χρημάτων περιουσίας, καὶ ἐν γαστριμαργίᾳ καὶ μέθῃ διημερεύων κατεδαπανᾶτο· οὗτος δὲ μετὰ τοῦ λιμοῦ καὶ ἐσχάτῃ πενίᾳ περιβεβλημένος καὶ νόσῳ διηνεκεῖ καὶ ἕλκεσιν ἀφορήτοις, οὐδὲ τῆς ἀναγκαίας ηὐπόρει τροφῆς, ἀλλὰ τῶν ψιχίων ἐπεθύμει τῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου, καὶ οὐδὲ τούτων ἠξίωτο.

Εἶδες πῶς διὰ τῆς στενῆς πύλης οὗτος εἰσελθὼν, τὴν τεθλιμμένην ὁδὸν διηνεκῶς ἐβάδιζεν; εἶδες πῶς ἐκεῖνος διὰ τῆς πλατείας πύλης καὶ τῆς εὐρυχώρου ὁδοῦ ἐπορεύετο; ἀλλ' ἴδωμεν λοιπὸν ἑκατέρων τὸ τέλος, καὶ πῶς μὲν ἐκεῖνος εἰς στενὸν κατέστρεψε τέλος, πῶς δὲ οὗτος εἰς πλατὺ καὶ πολλῆς ἀνέσεως γέμον· ἵνα ταῦτα μαθόντες ἀκριβῶς, μὴ τὴν εὐρύχωρον ἐκ παντὸς τρόπου διώκωμεν ὁδὸν, μηδὲ διὰ τῆς πλατείας πύλης εἰσέρχεσθαι σπουδάζωμεν, ἀλλὰ τὴν στενὴν πύλην μεταδιώκωμεν, καὶ τὴν τεθλιμμένην ὁδὸν βαδίζωμεν, ἵνα εἰς χρηστὸν καὶ ἀνέσεως γέμον τέλος καταντῆσαι δυνηθῶμεν. ἐπειδὴ γὰρ τὸ τέλος τῆς ἑκάστου ζωῆς ἔφθασεν, ὅρα τί φησι περὶ τοῦ τὴν τεθλιμμένην ὁδεύοντος [b] πρότερον. ἐγένετο δὲ, φησιν, ἀποθανεῖν τὸν πτωχὸν, καὶ ἀπενεχθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τὸν κόλπον Ἀβραάμ. τάχα οἱ ἄγγελοι ἀπῆγον αὐτὸν προηγούμενοι καὶ δορυφοροῦντες, καὶ εἰς τὸ τῆς ἀνέσεως χωρίον μετὰ τὰς πολλὰς ἐκείνας θλίψεις καὶ τὴν στενὴν ὁδοιπορίαν ἀποκαθιστῶντες. εἶδες ὅσον τῆς στενῆς πύλης καὶ τῆς τεθλιμμένης ὁδοῦ τὸ πλάτος ἐν τῷ τέλει φαίνεται; ὅρα λοιπὸν καὶ τῆς εὐρυχώρου ὁδοῦ τὰ ὀλέθρια τέλη. ἀπέθανε, φησι, καὶ ὁ πλούσιος, καὶ ἐτάφη. οὐδεὶς ὁ προηγούμενος, οὐδεὶς ὁ δορυφορῶν, οὐδεὶς ὁ ὁδηγῶν, καθάπερ τὸν Λάζαρον. ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ εὐρυχώρῳ ὁδῷ τούτων ἁπάντων ἀπήλαυε, καὶ πολλοὺς εἶχε τοὺς δορυφοροῦντας, τοὺς θεραπεύοντας, τοὺς κόλακας λέγω, τοὺς παρασίτους, ἡνίκα πρὸς τὸ τέλος ἔφθασε, γυμνὸς καὶ ἔρημος ἁπάντων γέγονε μετὰ τὰς πολλὰς ἐκείνας ἀνέσεις, μᾶλλον δὲ μετὰ τὴν βραχεῖαν ἐκείνην ἄνεσιν καὶ εὐημερίαν. ἅπας γὰρ ὁ παρὼν βίος βραχὺς, τῷ μέλλοντι αἰῶνι συγκρινόμενος. μετὰ τὴν βραχεῖαν τοίνυν ἄνεσιν, ἧς ἀπήλαυε τὴν εὐρύχωρον ὁδὸν βαδίζων, τὸ τῆς στενοχωρίας καὶ τῆς θλίψεως χωρίον αὐτὸν ἐδέξατο. καὶ ἐκεῖνος μὲν ἐν τοῖς

[a] Duo Mss. ἀπεναντίας.

A feret. Itaque illum qui per angustam portam intraverat: & arctum iter confecerat, si placet, in medium adducamus, ac deinde postquam utriusque finem conspexerimus, convenientem de unoquoque sententiam feramus. Quemnam autem alium proferre possumus, quam Lazarum, qui ante divitis vestibulum jacebat, & ab illis ulceribus obsidebatur, qui sua vulnera a canum linguis attingi videbat, nec illos valebat abigere? Ut enim ille per latam portam ingressus, per spatiosam viam incedebat; ita beatus iste, beatum quippe illum jam appello, quod per angustam elegerit introire: per angustam portam intravit, in qua omnia contrario B modo se habebant. Ut ille semper deliciis fruebatur, sic & iste perpetua fame conflictabatur. Atque ille quidem deliciis & prospera corporis valetudine, & pecuniarum abundantia potiebatur, & ingluviei atque ebrietati totis diebus vacando conficiebatur: iste vero una cum fame, summa oppressus erat egestate, perenni morbo, & intolerandis ulceribus, ut ne necessarius quidem illi cibus suppeteret, sed micas de divitis mensa cadentes expeteret, quas nequaquam tamen impetraret.

4. Vidisti quo pacto per angustam portam ingressus iste, per arctam viam semper inceC deret? Vidisti quo pacto ille per latam portam & per spatiosam viam pergeret? Jam vero finem utriusque videamus, & quo pacto in angustum ille finem desierit, quo pacto iste in latum ac multis deliciis refertum: ut his probe intellectis, ne spatiosam viam omni modo persequamur, neque per latam portam ingredi studeamus, sed angustam portam sectemur, & per arctam viam incedamus, quo possimus ad bonum finem ac refertum deliciis pervenire. Cum enim cujusque illorum finis advenisset, vide quid de eo qui per arctam viam perrexerat, prius dicat. *Factum est autem*, inquit, *ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum* D *Abrahæ*. Fortasse illum abducebant angeli præcedentes & latus ejus satellitum more cingentes, atque in deliciarum locum post multas illas afflictiones & arctam illam peregrinationem restituebant. Vides quanta in fine angustæ portæ, & arctæ viæ appareat latitudo? vide jam funestum terminum viæ spatiosæ. *Mortuus est autem & dives*, inquit, *& sepultus est*. Nullus fuit qui præcederet, nullus qui latus stiparet, nullus qui in via deduceret, sicut Lazarum. Nam quoniam in spatiosa via cunctis hisce potitus est, habuitque multos satellites, ac famulos, asE sentatores, inquam, parasitos, quando ad sepulcrum venit, nudus ac destitutus his omnibus fuit post multas illas voluptates, vel potius post brevem illam voluptatem & prosperitatem. Brevis enim est tota præsens vita, si cum futuro sæculo comparetur. Post brevem igitur voluptatem, qua potitus est, dum per spatiosam viam incederet, angustiarum & afflictionis eum locus excepit. Atque ille

Luc. 16. 22.
Dissimilis Lazari vitæ terminus.

[b] Omnes Mss. πρότερον. ἀπέθανέ φησιν ὁ Λάζαρος· καὶ οἱ ἄγγελοι ἀπῆγον.

quidem in sinu Abrahæ requiescebat, ac laborum multarumque miseriarum mercedem recipiens post famem, post ulcera, postquam in vestibulo reclinatus jacuerat, ineffabilibus illis deliciis, quas ne oratione quidem complecti possumus, fruebatur: hic vero post voluptatem ac delicias, post ingluviem multam, post ebrietatem illi inevitabili supplicio addictus cruciabatur. Ut autem illorum uterque rebus ipsis doceatur, hic quidem, quanta sit angustæ viæ utilitas, ille vero quantum damnum, quanta pernicies spatiosæ, a longe multo sejunctos intervallo se invicem intuentur. Audi quo pacto.

Luc. 16. 23. *Et in inferno*, ait, *elevans oculos suos, in tormentis degens, videt Abraham a longe, & Lazarum in sinu ejus.* Equidem arbitror illum ubi tam subitam rerum mutationem vidit, & illum quidem qui jacebat in vestibulo, canumque linguis erat expositus, tanta fiducia gaudere, dum in patriarchæ sinu versaretur; se vero tanta obrutum ignominia, atque insuper igne cruciatum, majorem sensum doloris cepisse. Cum ergo res cerneret in contrarium mutatas, ac se qui propemodum in somnis & umbra deliciis potitus erat, nunc intolerabile supplicium ferre, ac post spatiosam viam latamque portam, in finem adeo angustum esse delatum: illi vero contraria penitus evenisse, ac propter eam, quam in hac vita exhibuerat patientiam, illum ineffabilibus perfrui bonis, nesciens quo se verteret, inopsque consilii, cum experientia didicisset, quanta fraude penitus deceptus fuisset, cum spatiosam viam elegisset, supplicationem offert patriarchæ, ac miserabiles voces simul & lacrymas ubertim effundit. Itaque is qui qui ad Lazarum se convertere, vel illum respicere non dignabatur, pauperem abjectum, & jacentem in vestibulo, sed & ipsum propemodum detestabatur propter ulcerum tetrum odorem, suamque mollitiem, & delicias, quibus continue fruebatur, nunc

Luc. 16. 24. patriarchæ supplicat & ait: *Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam; quia crucior in hac flamma.* Sufficiebant hæc verba ad misericordiam movendam, verumtamen nihil hæc illi profuerunt. Intempestiva quippe fuit confessio, & non convenienti oblata tempore deprecatio. Mitte, inquit, Lazarum illum pauperem, quem antea detestabar, cui micas non impertiebar: illum oro nunc, & digitum illum requiro, quem canes lingebant. Vides ut illum supplicium compescuerit? Vides quam angustum ad finem illum spatiosa via detulerit? Neque preces offert Lazaro, sed patriarchæ; merito: neque enim contra pauperem attollere oculos audebat. Suam enim inhumanitatem mente versabat, & cogitans, quam immisericordem illi se exhibuisset, ipsum ne responso quidem se dignaturum suspicabatur. Quam ob causam neque supplicationem ad illum dirigit, sed patriarcham obtestatur. Sed ne sic quidem quidquam pro-

A κόλποις τοῦ πατριάρχου ἐπανεπαύετο, τῶν πόνων καὶ τῆς πολλῆς ταλαιπωρίας τὰς ἀμοιβὰς ἀπολαμβάνων, καὶ μετὰ τὸν λιμὸν καὶ τὰ ἕλκη καὶ τὴν ἐν τῷ πυλῶνι κατάκλισιν, τῆς ἀποῤῥήτου ἐκείνης ἀνέσεως καὶ οὐδὲ λόγῳ ἑρμηνευθῆναι δυναμένης μετεῖχεν· οὗτος δὲ μετὰ τὴν τρυφὴν καὶ ἄνεσιν καὶ γαστριμαργίαν τὴν πολλὴν καὶ τὴν μέθην εἰς τὴν ἀπαραίτητον κόλασιν ἐκείνην καταντήσας ἀπετηγανίζετο. Καὶ ἵνα ἑκάτερος αὐτῶν διὰ τῶν πραγμάτων μάθῃ, ὁ μὲν τῆς στενῆς ὁδοῦ τὸ κέρδος, ὁ δὲ τῆς εὐρυχώρου τὴν ζημίαν καὶ τὸν ὄλεθρον, ἀπὸ πολλοῦ τοῦ διαστήματος ἀλλήλους [a] ὁρῶσιν.

B Ἄκουε δὲ πῶς. Καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ, φησὶν, ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, ὑπάρχων ἐν βασάνοις, ὁρᾷ τὸν Ἀβραὰμ ἀπὸ μακρόθεν καὶ Λάζαρον ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ὅτι θεασάμενος τὴν ἀθρόαν οὕτω τῶν πραγμάτων μεταβολὴν, καὶ τὸν μὲν ἐν τῷ πυλῶνι ἐῤῥιμμένον, καὶ ταῖς γλώτταις τῶν κυνῶν προκείμενον τοσαύτης ἀπολαύοντα τῆς παῤῥησίας, καὶ τοῖς κόλποις τοῦ πατριάρχου ἐνδιαιτώμενον, ἑαυτὸν δὲ τοσαύτῃ αἰσχύνῃ περιβεβλημένον, καὶ μετὰ ταύτης καὶ ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀποτηγανιζόμενον, πλείονα τῆς ὀδύνης τὴν αἴσθησιν ἐλάμβανεν. Ὁρῶν τοίνυν εἰς τὸ ἐναντίον τὰ πράγματα μεταστάντα, καὶ αὐτὸν μὲν,
C ὡς εἰπεῖν, ἐν ὀνείρῳ καὶ σκιᾷ τρυφήσαντα, καὶ νῦν τὴν ἀφόρητον κόλασιν ὑπομένοντα, καὶ μετὰ τὴν εὐρύχωρον ὁδὸν καὶ τὴν πλατεῖαν πύλην εἰς οὕτω στενὸν καταστρέψαντα τέλος· ἐπ' ἐκείνου δὲ τὰ ἐναντία συμβεβηκότα, καὶ διὰ τὴν ἐνταῦθα ὑπομονὴν τῶν ἀποῤῥήτων ἐκείνων ἀγαθῶν αὐτὸν ἀπολαύοντα· καὶ ἐν ἀμηχανίᾳ γεγονὼς, καὶ τῇ πείρᾳ μαθὼν τὴν ἀπάτην, ἣν ὑπέμεινε δι' ὅλου τὴν εὐρύχωρον ὁδὸν ἑλόμενος, ἱκετηρίαν τίθησι πρὸς τὸν πατριάρχην, καὶ ἐλεεινὰ φθέγγεται ῥήματα, καὶ δακρύων γέμοντα. Καὶ ὁ πρὸ τούτου μηδὲ ἐπιστρεφόμενος, μηδὲ ἰδεῖν ἀνεχόμενος τὸν Λάζαρον, τὸν πένητα, τὸν ἐν τῷ πυλῶνι ἐῤῥιμμένον, ἀλλὰ καὶ βδελυττόμενος αὐτὸν, ὡς εἰπεῖν, διὰ
D τὴν τῶν ἑλκῶν δυσωδίαν, καὶ τὴν οἰκείαν βλακείαν, ἐν ᾗ διηνεκῶς τρυφῶν διῆγε, νῦν ἱκετεύει τὸν πατριάρχην, καί φησι· Πάτερ Ἀβραὰμ ἐλέησόν με, καὶ πέμψον Λάζαρον, ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος, καὶ καταψύξῃ τὴν γλῶσσάν μου· ὅτι ὀδυνῶμαι ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ. Ἱκανὰ τὰ ῥήματα εἰς οἶκτον ἀφελκύσασθαι. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲ οὕτως ὤνησέ τι πλέον. Ἄκαιρος γὰρ ἡ ἐξομολόγησις, καὶ ἡ παράκλησις οὐκ ἐν καιρῷ τῷ δέοντι γινομένη. Πέμψον, φησὶ, τὸν Λάζαρον ἐκεῖνον, τὸν πένητα, ὃν πρὸ τούτου ἐβδελυττόμην, ᾧ τῶν ψιχίων οὐ μετεδίδουν· ἐκείνου δέομαι νῦν, καὶ τὸν δάκτυλον ἐκεῖνον
E ἐπιζητῶ, ὃν οἱ κύνες ἔλειχον. Εἶδες πῶς συνέστειλεν αὐτὸν ἡ τιμωρία; εἶδες πῶς εἰς στενὸν τέλος κατήντησεν ἡ εὐρύχωρος ὁδός; Καὶ οὐ ποιεῖται πρὸς τὸν Λάζαρον τὴν ἱκετηρίαν, ἀλλὰ πρὸς τὸν πατριάρχην. Εἰκότως. Οὐδὲ γὰρ ἀντιβλέψαι ἐτόλμα τῷ πένητι. Ἐνενόει γὰρ οἶμαι τὴν οἰκείαν ἀπανθρωπίαν, καὶ τὸ ἀνηλεὲς λογιζόμενος ὅπερ εἰς αὐτὸν ἐπεδείξατο, ὑπώπτευεν αὐτὸν ἴσως μηδὲ ἀποκρίσεως ἀξιοῦν. Διά τοι τοῦτο οὐδὲ πρὸς αὐτὸν ποιεῖται τὴν παράκλησιν, ἀλλὰ τὸν πατριάρχην ἱκετεύει.

[a] Sic Editi ambo, Mss. autem omnes & Savil. in marg. ὁρῶσιν. εἶδε γάρ φησιν ὁ πλούσιος τὸν Λάζαρον ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Ἀβραάμ. καὶ θεασάμενος.

A ἀλλ' ὅμως οὐδὲ οὕτως ἐκέρδανέ τι πλέον. τοσοῦτον κακόν ἐστιν ἡ ἀκαιρία, καὶ τὸ τὸν δεδομένον ἡμῖν τῆς ζωῆς καιρὸν παρὰ τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας εἰς τὴν τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ὑπόθεσιν προδιδόναι. ποῖον γὰρ ἀδάμαντα οὐκ ἂν κατέκαμψε ταῦτα τὰ ῥήματα, καὶ εἰς οἶκτον καὶ συμπάθειαν ἤγαγεν; ἀλλ' ὅμως οὐδὲ οὕτως ὁ πατριάρχης ἐπινεύει τῇ αἰτήσει, ἀλλ' ἀποκρίσεως μὲν αὐτὸν ἀξιοῖ, διδάσκει δὲ αὐτὸν ὅτι αὐτὸς ἑαυτῷ αἴτιος τούτων ἐγένετο τῶν κακῶν. φησὶ γὰρ πρὸς αὐτὸν ὁ πατριάρχης· τέκνον, μνήσθητι ὅτι ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος ὁμοίως τὰ κακά· νῦν δὲ ὁ μὲν παρακαλεῖται, σὺ B δὲ ὀδυνᾶσαι. καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις, μεταξὺ ὑμῶν καὶ ἡμῶν χάσμα μέγα ἐστήρικται, ὅπως οἱ θέλοντες διαβῆναι ἔνθεν πρὸς ὑμᾶς μὴ δύνωνται, μηδὲ οἱ ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς διαπερῶσι. φοβερὰ τὰ εἰρημένα, καὶ ἱκανὰ καθικέσθαι τῶν νοῦν ἐχόντων. ἵνα γὰρ διδάξῃ αὐτόν, ὅτι αὐτὸς μὲν τὴν οἰκείαν εὐσπλαγχνίαν περὶ αὐτὸν ἐπιδείκνυσι, καὶ εἰς οἶκτον ἐπικάμπτεται, ὁρῶν αὐτοῦ τῆς κολάσεως τὴν ἐπίτασιν, οὐδὲν δὲ πλέον αὐτῷ εἰς παραμυθίαν ἐνεγκεῖν δύναται, μονονουχὶ ἀπολογούμενος αὐτῷ φησιν, ὅτι ἐβουλόμην χεῖρά σοι ὀρέξαι, καὶ ἐπικουφίσαι σου τὰς ἀλγηδόνας, C καὶ τῶν τιμωριῶν ὑποτέμνεσθαι τὸ σφοδρόν, ἀλλὰ προλαβὼν αὐτὸς ταύτης ἀπεστέρησας ἑαυτὸν τῆς παραμυθίας· διὰ τοῦτό φησι, τέκνον, μνήσθητι. ὅρα τοῦ πατριάρχου τὴν ἀγαθότητα· τέκνον αὐτὸν καλεῖ. ἀλλὰ τοῦτο μὲν τὴν ἡμερότητα τὴν ἑαυτοῦ ἐμφῆναι δύναται, οὐδεμίαν δὲ αὐτῷ βοήθειαν παρέχει, διὰ τὸ ὑφ' ἑαυτοῦ αὐτὸν προδίδοσθαι. τέκνον, φησί, μνήσθητι ὅτι ἀπέλαβες σὺ τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου· εἰς ἔννοιαν ἐλθὲ τῶν παρελθόντων, μὴ ἐπιλάθῃ πόσης τρυφῆς ἀπήλαυσας, πόσης ἀνέσεως, πόσης φαντασίας, πῶς ἐν γαστριμαργίᾳ καὶ μέθῃ πάντα τὸν βίον διετέλεσας, ἐν ἐκείνοις νομίζων εἶ- D ναι πάντα τὸν αἰῶνα, καὶ ἐκεῖνα ὁριζόμενος εἶναι τὰ ἀγαθά. ἀπὸ τῆς ψήφου τῆς αὐτοῦ τὴν ἀπόκρισιν πρὸς αὐτὸν ἐποιήσατο. οὐδὲν γὰρ ἐκεῖνος ὑψηλὸν φανταζόμενος, οὐδὲ τὰ μέλλοντα αὐτὸν διαδέχεσθαι κακὰ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἔχων, ἐκεῖνα ἀγαθὰ εἶναι ἐνόμιζε.

Τοῦτο γὰρ καὶ νῦν ἔθος λέγειν τοῖς πολλοῖς τοῖς περὶ τρυφὴν καὶ τὴν ἀδηφαγίαν ἐπτοημένοις, ὅτι πολλὰ ἀγαθὰ ἐσχήκαμεν, ὅταν βούλωνται δηλῶσαι τὴν τῆς πολλῆς τρυφῆς τὴν ἐπίτασιν. μὴ κάλει ταῦτα ἁπλῶς ἀγαθά, ἄνθρωπε, ἐννόησον ὅτι ταῦτα μὲν ἐδόθη παρὰ τοῦ δεσπότου, ἵνα τῆς E συμμετρίας ἀπολαύοντες, τὴν σύστασιν ἔχωμεν τῆς ζωῆς, καὶ τὴν ἀσθένειαν διακρατῶμεν τοῦ σώματος· ἕτερα δέ ἐστι τὰ ὄντως ἀγαθά. οὐδὲν γὰρ τούτων ἀγαθόν, οὐ τρυφή, οὐ πλοῦτος, οὐκ ἐσθῆτος πολυτέλεια, ἀλλ' ὄνομα μόνον ἔχει. τί δὲ λέγω ὄνομα μόνον ἔχει; ταῦτα μὲν οὖν πολλάκις καὶ ὀλέθρου ἡμῖν αἴτια γίνεται, ἐπειδὰν μὴ δεόντως αὐτοῖς χρησώμεθα. ὁ γὰρ πλοῦτος τότε ἂν γένοιτο ἀγαθὸς τῷ κεκτημένῳ, ὅταν μὴ εἰς τρυφὴν μόνον αὐτὸν ἀναλίσκῃ, μηδὲ εἰς μέθην καὶ τὰς ἐπιβλαβεῖς ἡδονάς, ἀλλ' ὅταν τῆς τρυφῆς συμμέτρως ἀπολαύων, τὰ λοιπὰ εἰς τὰς τῶν πενήτων διανέμῃ γαστέρας, τότε ἀγα-

fecit: tantum malum est intempestivitas, & concessum nobis a Dei benignitate ad salutis nostræ occasionem tempus negligere. Quem enim adamantem non hæc verba flexissent, & ad misericordiam & compassionem commovissent. Verumtamen ne sic quidem annuit petitioni patriarcha, sed responso quidem illum dignatur, ipsum vero docet sibi tot malorum eum auctorem exstitisse. Sic enim eum alloquitur patriarcha: *Fili recordare, quia recepisti bona tua in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic quidem consolatur, tu vero cruciaris. Et ad hæc omnia inter vos & nos hiatus magnus constitutus est, ut ii qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare.* Terribilia sunt hæc verba, & quæ possint eos, quibus cor sapit, plurimum commovere. Nam ut eum doceat, se quidem suam erga illum misericordiam exhibere, atque ad compatiendum inflecti, dum suppliciorum cernit gravitatem: nihil tamen solatii præbere posse, seque propemodum excusans illi, Vellem, inquit, manum tibi porrigere, ac dolores mitigare, & peracerbas pœnas minuere, sed tu temetipsum jampridem eo solatio privasti: idcirco ait: *Fili recordare.* Vide bonitatem patriarchæ, filium ipsum vocat. Verumtamen hoc quidem ejus humanitatem potest ostendere, sed nullum auxilium ferre, quod seipsum ipse prodiderit. *Fili*, inquit, *recordare, quia recepisti tu bona tua in vita tua.* Veniant tibi in mentem præterita, noli oblivisci quantis deliciis potitus fueris, quanta voluptate, quanta magnificentia: quo pacto ingluviei atque ebrietati deditus semper vixeris, cum in omne ævum te fruiturum illis existimares, & illa esse bona statueres. Ex ipsius sententia responsum illi dedit. Cum enim ille sublime nihil conciperet animo, neque mala futura, quæ illum exceptura essent, sibi ante oculos poneret, illa esse bona censebat.

Dives sibi malorum auctor.

Ibid.

5. Hoc enim plerique dicere soliti sunt, qui delicias & ingluviem ad stuporem mirantur, multis potiti fuimus bonis, si quando summas delicias velint exprimere. Noli hæc simpliciter bona vocare mi homo, sed cogita hæc a Domino data esse, ut eis moderate utentes vitam nostram tueamur, & infirmitatem corporis sustentemus: alia vero sunt vere bona. Nihil quippe istorum bonum est, non deliciæ, non divitiæ, non sumtuositas vestium, sed solum nomen habent. Quid autem dico solum ea nomen habere? illa vero sæpenumero perniciem nobis accersunt, si quando ipsis, non ut oportet, utamur. Nam divitiæ bonæ possunt esse possessori, quando non in delicias tantum illas, nec in ebrietatem & noxias voluptates expendit, sed cum deliciis moderate perfruens, reliqua in pauperum ventres distribuit, tum bo-

Quæ sint vere bona.

næ ſunt divitiæ. Sin autem ſeipſum quis deliciis ac cæteris libidinibus dediturus ſit, non modo nihil ei proſunt, ſed etiam in profundum illum barathrum præcipitem agunt: quod & iſti diviti accidit. Quam ob cauſam dicit illi patriarcha, *Fili recordare, quia recepiſti bona tua in vita tua.* Illa quæ vere bona eſſe cenſebas recepiſti, & Lazarus ſimiliter mala: non quod ea Lazarus mala cenſeret, abſit, ſed ex ipſius divitis ſententia hoc etiam adjecit. Siquidem ille cum hanc apud ſe ſententiam ratam habuiſſet, opes ac delicias, laſciviam & omnem alium vitæ luxum bona eſſe ducebat: paupertatem vero, famem & adverſam valetudinem mala eſſe ſuſpicabatur. Prout igitur exiſtimabas, & falſum illud judicium amplectebaris, recordare te ex tuo calculo bona illa recepiſſe, cum per latam ac ſpatioſam viam incederes, & Lazarum ſimiliter mala ex ratiocinio tuo, dum anguſtum & arctum iter conficeret. Quoniam igitur tu viæ tantum aditum ſpectabas, hic vero finem reſpiciebat, neque negligentior propter aditum viæ reddebatur, propterea nunc conſolatur hoc in loco, tu vero cruciaris, & fines ſibi invicem contrarios ſortiti eſtis. Vidiſtis reipſa ſpatioſæ ac latæ viæ finem, & quo pacto anguſtæ portæ, & arctæ viæ felix terminus eum exceperit qui ipſam elegerat; audiviſtis & reſponſum illud terribilius: *Et ad hæc omnia*, inquit, *inter nos & vos hiatus magnus conſtitutus eſt, ut ii qui volunt hinc tranſire illuc non poſſint, neque inde huc tranſmeare.* Ne temere prætereamus, dilectiſſimi, quod dictum eſt, ſed exactam orationis vim mente verſemus, & quanto perfruatur honore, quanta ſedis prærogativa, qui pro veſtibulo jacebat, ille abjectus & pauper, ille qui fame conflictabatur, ille ulceribus oppletus, & canibus expoſitus. Lubenter enim hanc rem oratione ſæpe verſo, ut nemo ex illis qui egeſtate vel morbis & fame premuntur, ſe contemnat, & ſeipſum miſerum arbitretur; ſed patienter & cum gratiarum actione cuncta ferens, bona ſpe foveatur, & illa quæ nullis exprimi verbis queunt præmia, laborumque remunerationes exſpectet. *Et ad hæc omnia.* Quid eſt, ad hæc omnia? Cum dixiſſet, Tu quidem in hac vita cuncta recepiſti, quæ eſſe bona cenſes, & hic ea recepit, quæ tu mala eſſe ducebas, hoc adjecit, ut eum doceret, unumquemque finem ſibi convenientem excepiſſe ad hæc omnia quæ dicta erant: te quidem una cum bonis, quibus te potiri arbitrabare, afflictio & anguſtiæ, & ignis qui numquam exſtinguitur: hunc autem poſteaquam toto vitæ ſuæ tempore conflictatus eſt iis, quæ tu mala eſſe cenſebas, voluptas & bonorum participatio, & ævum quod cum ſanctis ducit, excepit. Quando igitur convenientem unuſquiſque finem ſortitus eſt, & te quidem porta lata & ſpatioſa via in has anguſtias deduxit: hunc autem anguſta & arcta ad hanc voluptatem provexit. *Et ad hæc omnia inter nos & vos*

Non pauperes & afflicti miseri sunt.

A τὸν ὁ πλοῦτος. εἰ δὲ μέλλοι τις τρυφῇ ἑαυτὸν ἐκδιδόναι καὶ τῇ ἄλλῃ ἀσωτίᾳ, οὐ μόνον οὐδὲν αὐτὸν ὀνίνησιν, ἀλλὰ καὶ εἰς βαθὺν κρημνὸν κατάγει· ὃ δὴ καὶ ὁ πλούσιος οὗτος πέπονθε. διό φησιν αὐτῷ ὁ πατριάρχης, τέκνον, μνήσθητι ὅτι ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου. ἐκεῖνα ἃ ἐνόμιζες εἶναι ὄντως ἀγαθὰ, ταῦτα ἀπέλαβες, καὶ Λάζαρος ὁμοίως τὰ κακὰ, οὐκ ἐπειδὴ Λάζαρος αὐτὰ κακὰ ἐνόμιζε, μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἀπὸ τῆς ψήφου τοῦ πλουσίου καὶ τοῦτο ἐπήγαγεν. ἐκεῖνος γὰρ ταύτην παρ' ἑαυτῷ κυρώσας τὴν
B ψῆφον, τὸν μὲν πλοῦτον καὶ τὴν τρυφὴν καὶ τὴν ἀκολασίαν καὶ τὴν ἄλλην βλακείαν ἀγαθὰ ἐνόμιζε· τὴν δὲ πενίαν καὶ τὸν λιμὸν καὶ τὴν χαλεπὴν ἀῤῥωστίαν κακὰ ὑπώπτευεν. ὡς οὖν αὐτὸς ὑπελάμβανες, καὶ τὴν ἐψευσμένην κρίσιν ἐκείνην εἶχες, μνήσθητι, ὅτι κατὰ τὴν σὴν ψῆφον καὶ σὺ τὰ ἀγαθὰ ἐκεῖνα ἀπέλαβες, τὴν πλατεῖαν καὶ εὐρύχωρον ὁδεύσας ὁδὸν, καὶ Λάζαρος ὁμοίως τὰ κακὰ κατὰ τὸν σὸν λόγον, τὴν στενὴν πύλην καὶ τὴν τεθλιμμένην βαδίσας ὁδόν. ἐπεὶ οὖν σὺ μὲν τὰ προοίμια μόνον εἶδες τῆς ὁδοῦ, οὗτος δὲ καὶ πρὸς τὸ τέλος ἑώρα, οὐδὲν ἀπὸ τῶν προοιμίων τῆς ὁδοῦ γινόμενος ὀκνηρότερος, διὰ τοῦτο νῦν ἐνταῦθα παρακαλεῖται, σὺ δὲ
C ὀδυνᾶσαι, καὶ ἀπεναντίας ἀλλήλοις τὸ τέλος κατήντησεν. εἴδετε δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων τῆς εὐρυχώρου καὶ πλατείας ὁδοῦ τὸ τέλος, ἐμάθετε τῆς στενῆς πύλης καὶ τῆς τεθλιμμένης ὁδοῦ ὅπως χρηστὸν τὸ πέρας ἐδέξατο τὸν ταύτην ἑλόμενον· ἀκούσατε δὴ καὶ τὸ φοβερώτερον· καὶ ἐπὶ πᾶσι, φησὶ, τούτοις μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστήρικται, ὅπως οἱ θέλοντες διαβῆναι ἔνθεν ἐκεῖ μὴ δύνωνται, μηδὲ οἱ ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς διαπερῶσι. μὴ ἁπλῶς παραδράμωμεν, ἀγαπητοὶ, τὸ λεχθὲν, ἀλλ' ἐννοήσωμεν τῶν λεχθέντων τὴν ἀκρίβειαν, καὶ ὅσης ἀπολαύει τῆς τιμῆς καὶ τῆς προεδρείας ὁ παρὰ τὸν πυλῶνα ἐῤῥιμμένος,
D ὁ εὐκαταφρόνητος, ὁ πένης, ὁ τῷ λιμῷ διηνεκῶς παλαίων, ὁ τοῖς ἕλκεσι πολιορκούμενος, ὁ τοῖς κυσὶ προκείμενος. ἡδέως γὰρ ταῦτα στρέφω συνεχῶς, ἵνα μηδεὶς τῶν ἐν πενίᾳ, ἢ τῶν ἐν νόσοις ὄντων καὶ λιμῷ καταφρονήσῃ, ἑαυτὸν ταλανίζων, ἀλλὰ μεθ' ὑπομονῆς καὶ εὐχαριστίας ἅπαντα φέρων, ἤδη ταῖς χρησταῖς ἐλπίσι τρέφηται, τὰς ἀποῤῥήτους ἐκείνας ἀναμένων ἀμοιβὰς, καὶ τῶν πόνων τὰς ἀντιδόσεις. καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις. τί ἐστιν, ἐπὶ πᾶσι τούτοις; εἰπὼν, ὅτι σὺ μὲν ἅπαντα ἐν τῷ παρόντι βίῳ ἀπέλαβες, ἅπερ ἡγοῦ εἶναι ἀγαθὰ, καὶ ὅτι οὗτος ἀπέλαβεν, ἅπερ σὺ ἐνόμιζες εἶναι [a] κακὰ, τοῦτο προσέθηκε, διδάσκων αὐτὸν, ὅτι καὶ ἀκόλουθον ἕκαστον τέλος
E ἐδέξατο ἐπὶ πᾶσι τοῖς ῥηθεῖσι· σὲ μὲν μετὰ τὸ τῶν ἀγαθῶν, ὧν ἐνόμιζες, ἀπολαύειν, ἡ θλίψις καὶ ἡ στενοχωρία καὶ τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον, τοῦτον δὲ μετὰ τὸ προσπαλαῖσαι ἐν διηνεκεῖ τῇ ζωῇ οἷς ἐνόμιζες αὐτὸς εἶναι κακοῖς, ἡ ἄνεσις καὶ ἡ τῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυσις καὶ ἡ μετὰ τῶν ἁγίων [b] λῆξις ἐδέξατο. ἐπειδὴ τοίνυν τὸ τέλος ἀκόλουθον ἕκαστος εὗρε, καί σε μὲν ἡ πλατεῖα πύλη καὶ ἡ εὐρύχωρος ὁδὸς εἰς ταύτην τὴν στενοχωρίαν καταντῆσαι πεποίηκε, τοῦτον δὲ ἡ στενὴ καὶ τεθλιμμένη εἰς ταύτην ἤγαγε τὴν ἄνεσιν. καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις μεταξὺ ἡμῶν καὶ

[a] Quatuor MSS. κακά. καὶ ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τοῖς ῥηθεῖσι, ὅτι, ἀκόλουθον ἕκαστον τέλος ἐδέξατο· καὶ σὲ μὲν μετὰ τῶν.

[b] Omnes MSS. λῆξις ἐδέξατο, in Editis, ἐδέξατο deest.

ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστήρικται. Ὁρᾷ τὸν πένητα, τὸν ἡλκωμένον, πάλιν γὰρ ταῦτα λέγω, τῷ πατριάρχῃ συναριθμούμενον, καὶ τῷ χορῷ τῶν δικαίων κατειλεγμένον. Μεταξὺ γὰρ ἡμῶν καὶ ὑμῶν, φησιν. Εἶδες οἵα λῆξις διεδέξατο τὸν μεθ' ὑπομονῆς καὶ εὐχαριστίας τὴν χαλεπὴν ἐκείνην ἀῤῥωστίαν καὶ τὸν λιμὸν ἐνέγκαντα; Μεταξὺ γὰρ ἡμῶν καὶ ὑμῶν, φησι, χάσμα μέγα ἐστήρικται. Πολύ, φησίν, ἐστι τὸ διεῖργον, καὶ οὐχ ἁπλῶς χάσμα, ἀλλὰ μέγα. Καὶ γὰρ ἀληθῶς πολὺ τὸ μέσον τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς κακίας, καὶ πολλὴ ἡ διαφορά. Ἡ μὲν γάρ ἐστι πλατεῖα καὶ εὐρύχωρος, ἡ δὲ στενὴ καὶ τεθλιμμένη· ἡ μὲν τρυφὴ πλατεῖα καὶ εὐρύχωρος, ἡ δὲ πενία καὶ ἡ ἔνδεια στενὴ καὶ τεθλιμμένη. Ὥσπερ οὖν ἐνταῦθα ἐναντίαι εἰσὶν αἱ ὁδοὶ, καὶ ὁ μὲν τὴν παρθενίαν ἑλόμενος τὴν στενὴν ὁδεύει καὶ τεθλιμμένην, καὶ ὁ τὴν σωφροσύνην μεταδιώκων, καὶ ὁ τὴν ἀκτημοσύνην ἀσπαζόμενος, καὶ ὁ τῆς κενοδοξίας ὑπερορῶν, ὁ δὲ τὴν πλατεῖαν ὁδεύειν σπεύδων καὶ τὴν εὐρύχωρον, μέθῃ καὶ τρυφῇ, καὶ χρημάτων μανίᾳ καὶ ἀκολασίᾳ, καὶ ταῖς ἐπιβλαβέσι θεωρίαις ἑαυτὸν ἐκδίδωσι, καὶ πολλὴ ἑκατέρων ἐστὶν ἡ διαφορά· οὕτω δὴ καὶ ἐν τῷ τῆς κολάσεως καιρῷ καὶ τῆς ἀνταποδόσεως, τῶν ἀμοιβῶν πολὺ τὸ μέσον ἐστὶν εὑρεῖν. Χάσμα γάρ, φησι, μέγα ἐστήρικται μεταξὺ ἡμῶν, τουτέστι, τῶν δικαίων, τῶν ἐναρέτων, τῶν τὴν λῆξιν ἐκείνην λαχόντων· καὶ ὑμῶν, τουτέστι, τῶν ἐν πονηρίᾳ καὶ κακίᾳ καταδαπανηθέντων. Καὶ τοσοῦτόν ἐστι μέγα τὸ χάσμα, ὥστε μήτε ἐντεῦθεν ἑστῶτά τινα πρὸς ὑμᾶς διαβῆναι δύνασθαι, μήτε ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς διαπεράσαι. Εἶδες χάσματος μέγεθος; εἶδες ἀπόκρισιν γεέννης βαρυτέραν; Ἆρα ἐν προοιμίοις [a] ἀκούσαντες τὴν εὐημερίαν τοῦ πλουσίου καὶ τὴν πολλὴν θεραπείαν ἣν εἶχε παρὰ πάντων, δορυφορούμενος, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τῇ τρυφῇ προσηλωμένος, οὐκ ἐνομίζετε μακαριστὸν εἶναι; καὶ πάλιν ὁρῶντες τὸν πένητα ἐπὶ τοῦ πυλῶνος ἐῤῥιμμένον, καὶ τοῖς χαλεποῖς ἕλκεσιν ἐκείνοις ἐκδεδομένον, οὐκ ἐταλανίζετε αὐτοῦ τὴν ζωήν; Ἀλλ' ἰδοὺ νῦν ἀπὸ τοῦ τέλους τῶν πραγμάτων τὰ ἐναντία ὁρῶμεν γινόμενα, καὶ τὸν μὲν ἐν βασάνοις μετὰ τὴν τρυφὴν ἐκείνην, καὶ τὴν μέθην, τὸν δὲ ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατριάρχου μετὰ τὴν πενίαν ἐκείνην τὴν ἐσχάτην καὶ τὸν λιμόν. Ἀλλ' ἵνα μὴ εἰς πολὺ μῆκος ἐκτείνωμεν τὸν λόγον, ἀρκεῖ μέχρι τούτου συστεῖλαι τὴν διδασκαλίαν, καὶ παρακαλέσαι τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, μὴ τὴν πλατεῖαν μεταδιώκειν πύλην, μηδὲ τὴν εὐρύχωρον ὁδὸν, μηδὲ τὴν ἄνεσιν ἐκ παντὸς τρόπου ζητεῖν, ἀλλὰ τὸ τέλος ἑκατέρας ἐννοοῦντας, ταύτην μὲν φεύγειν, λογιζομένους τὰ κατειληφότα τὸν πλούσιον τοῦτον, τὴν δὲ στενὴν πύλην μεταδιώκειν καὶ τὴν τεθλιμμένην ὁδὸν, ἵνα εἰς τὸ τῆς ἀνέσεως χωρίον μετὰ τὴν ἐνθάδε θλίψιν καταντῆσαι δυνηθῶμεν. Φεύγετε τοίνυν, παρακαλῶ, τὰς σατανικὰς θεωρίας, καὶ τὴν ἐπιβλαβῆ τῶν ἱπποδρομιῶν θέαν. Διὰ γὰρ τοὺς ὑποσυρέντας καὶ πρὸς τὴν εὐρύχωρον ὁδὸν βαδίσαντας, ταῦτα εἰπεῖν [b] ἤχθημεν, ἵνα μαθόντες, ἐκείνην μὲν καταλίπωσι, τὴν δὲ τεθλιμμένην ὁδεύσαντες, τὴν τῆς ἀρετῆς λέγω, τῶν κόλπων τοῦ πα-

[a] MSS. plurimi & Savil. in marg. ἀκούοντες.

A *hiatus magnus constitutus est.* Vide pauperem, ulceribus plenum, rursus enim hæc dico, cum patriarcha numeratum, & in cœtum justorum aggregatum. *Nam inter nos & vos*, inquit. Vides quam vitæ conditionem sortitus sit is, qui cum patientia & gratiarum actione gravem illum morbum fuerat famemque perpessus. *Nam inter nos & vos*, inquit, *hiatus magnus constitutus est.* Magnum est inquit, quod nos dirimit, neque simpliciter hiatus, sed magnus. Vere namque magnum est inter virtutem & vitium intervallum, multumque discrimen: siquidem hoc latum & spatiosum est, illa vero arcta & angusta: voluptas lata & spatiosa; paupertas autem & penuria arcta & angusta. B Ut igitur hic contrariæ sunt viæ, & hic quidem, qui virginitatem elegit per angustam & arctam incedit, item qui castitatem profitetur, qui paupertatem amplexus est, & qui vanam gloriam aspernatur: ille vero per latam & spatiosam pergere festinans ebrietati, deliciis, pecuniarum insano amori, lasciviæ, ac perniciosis spectaculis seipsum addicit, & multum inter utrumque discrimen occurrit: sic nimirum & in tempore supplicii ac retributionis multam inter præmia possumus differentiam invenire. *Hiatus enim magnus* C *constitutus est inter nos*, hoc est inter justos, virtute præditos, qui conditionem illam vitæ sortiti sunt, *& vos*, hoc est, qui toti estis nequitia & sceleribus cooperti. Adeoque magnus est hiatus, *ut neque quisquam eorum qui hic consistunt, ad vos transire possit, neque ad nos inde transmeare.* Vides hiatus magnitudinem. Vides responsum gehenna gravius. Nonne a principio cum prosperitatem divitis audiretis, & obsequium quo colebatur ab omnibus, satellitio stipatus, & quotidie deliciis addictus, beatissimum esse illum arbitrabamini? rursus dum pauperem pro foribus abjectum, & gravibus illis exposi- D tum ulceribus cerneretis, nonne miseram ejus vitam putabatis? At ecce jam ab ipso rerum fine in contrarium cernimus cuncta conversa, & hunc quidem post delicias illas & ebrietatem in tormentis: illum vero post egestatem illam extremam & famem, in patriarchæ sinu versari. Verumtamen ne prolixior æquo nostra sit oratio, sufficit ut huc usque provectam doctrinam finiamus, & caritatem vestram cohortemur, ne latam portam sectemini, neque viam spatiosam, neque voluptatem omni ratione perquiratis: sed utriusque finem vobis ob oculos ponentes hanc fugiatis, cogitantes quæ divitem istum mala oppresserint: angustam autem & E arctam viam persequamini, ut ad locum deliciarum post hujus vitæ ærumnas pervenire possimus. Fugite ergo quæso satanica illa spectacula, ac perniciosos illos Circi ludos. Nam propter eos qui subdole attracti fuerunt, atque ad spatiosam viam perrexerunt, hæc dicere compulsi sumus, ut edocti cum hanc deserant, tum per angustam incedentes, virtutis nimirum, in patriarchæ sinum,

[b] Editi ἤχθημεν, omnes MSS. προήχθημεν.

quemadmodum Lazarus, recipi mereantur, & a gehenna ignis communiter omnes liberati bonis illis arcarnis, quæ oculus non vidit, & auris non audivit, fruamur: quæ nos omnes utinam obtinere contingat gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri simulque Spiritui sancto gloria, imperium, honor nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

A τριάρχου ὁμοίως τῷ Λαζάρῳ ἀξιωθῶσι, καὶ τῆς γεέννης τοῦ πυρὸς κοινῇ πάντες ἐλευθερωθέντες, τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων ἀγαθῶν, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, ἀπολαύσωμεν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

SPURIA.

IN THEODORI LAPSI RESPONSIONEM AD CHRYSOSTOMUM, ADMONITIO.

Hoc otiosi & insulsi Græculi commentum agmen ducit in spuriis, quemadmodum Epistolæ sive Parænenses ad Theodorum lapsum, in germanis Chrysostomi operibus primum obtinent locum. Utque vere fatear tam ineptam opellam, etsi Theodorum lapsum ementiatur, e tenebris eruere ne cogitassem quidem, nisi jam edidisset Henricus Savilius. Omnia hic ἀπροσδιόνυσα *sunt, series perplexa & intricata, oratio maculis & solœcismis gravissimis fœdata: Joannes Chrysostomus, tum admodum juvenis, Theodori, qui vigesimum ætatis annum agebat, socius atque ejusdem palæstræ comes individuus, hîc Pater Chrysostomus non semel vocatur. Et quî pater dici potuit tam juvenis? Quî Chrysostomus compellari, qui vixdum aliquod eloquentiæ specimen dederat? Reliqua* νοθείας *argumenta cuivis vel tantillum nasuto sese passim offerent. Ne quid tamen ex jam editis in hac Editione nostra desiderari videretur, tam inficetum opus Latine convertendum & typis dandum esse censuimus.*

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΕΚΠΕΠΤΩΚΟΤΟΣ ἀντίγραμμα πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις πατέρα ἡμῶν, καὶ οἰκουμενικὸν διδάσκαλον Ἰωάννην τὸν Χρυσόστομον.

A

ΠΑΝΤΟΤΕ οἱ ἐν εὐδίαις λιμέσιν ὁρμιζόμενοι τοῖς ἐν μέσῳ θαλάσσης χειμαζομένοις βοηθεῖν σπουδάζουσιν, ὡς ἂν ᾖ δυνατὸν, κατὰ δύο τρόπους· ἢ ὡς παρελθόντες τοὺς χειμῶνας, καὶ μεμνημένοι τῶν φοβερῶν κυμάτων, καὶ ὅσα αὐτοῖς κατὰ θάλατταν δεινὰ συνέβαινεν, οἰκτείρουσι τοὺς πάσχοντας· ἢ μήπω χειμασθέντες, ὡσαύτως οἰκειοῦνται τοὺς κινδύνους, διὰ τὸ δεῖν τὴν αὐτὴν θάλατταν τέμνοντας, καὶ τὰ αὐτὰ τῶν κυμάτων δεινὰ πειραθέντας, οὕτως ἐπὶ τὸν λιμένα τῆς ἀναπαύσεως καταντῆσαι σπουδάζουσι, καὶ μυρίαις μηχαναῖς χρώμενοι, εἰ δυνατὸν, ὅλην ναῦν περιποιήσασθαι· εἰ δὲ μήτε, κἂν τοὺς ναυαγήσαντας γυμνοὺς περισῶσαι σπουδάζουσι, καὶ τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ δικαίας μισθαποδοσίας τυχεῖν ἐλπίζουσιν· ἀλλ' ἐμοὶ τῷ τάλανι, ναυαγίῳ περιπεσόντι χαλεπωτάτῳ, καὶ χειμαζομένῳ, οὐ λέγω ἐν μέσῳ θαλάσσης, ἀλλ' ἐν πυθμένι βυθοῦ, καὶ ὅτι [l. ἔτι] ἀγωνιζομένῳ, ὥσπερ τινὶ ἰχθύϊ ἀπὸ βάθους πρὸς τὴν ἄνω ἐπιφάνειαν ἀνανηξαμένῳ, ἀπαλλαγῆναι τῶν κατὰ τὸν βυθὸν ἰοβόλων ἑρπετῶν, οὐδεὶς ὁ βοηθῶν [a] πάντως διὰ τὸ τοιαύτας ἡμῶν μνήμας ἔχειν. οὐδέποτε γὰρ δυνάμενοί τισι τοιοῦτοι ἐπεφάνημεν, καὶ διὰ τοῦτο ἐν τούτοις εὑρέθημεν, ἵνα μάθωμεν ἀφ' ὧν πάσχομεν. ἀλλὰ μὴ τὰ αὐτὰ σπλάγχνα, τίμιοι πατέρες, ἐπιδείξησθε ἐν ἐμοὶ τῷ ἀθλιωτάτῳ καὶ ταπεινῷ, ἵνα μὴ τῶν αὐτῶν πειραθῆτε; ἰδόντες δὲ τὸ ἐμὸν τραῦμα φοβήθητε. τί γὰρ εἴποιμι; ἆρα [b] ὑμέτερε, οὐ χάρτης, οὐχ ἡμερῶν δύο σχολὴ, οὐχ ἑνὸς ζώου κάματος εὑρέθη; ἀλλὰ πάντως κατὰ τοὺς ἐμπειροτάτους τῶν ἰατρῶν, ὅτι ὅταν ἅψωνται, καὶ ἴδωσι πρὸς θάνατον ἐπειγομένους, ἀποκρατοῦσι μὲν τὰ βοηθήματα, παρασκευάζουσι δὲ διὰ τῶν ζώντων τῷ ὁρμήσαντι τὰ ἐπιθανάτια,

B

C

THEODORI LAPSI RESPONSIO ad sanctum Patrem nostrum & œcumenicum Doctorem Joannem Chrysostomum.

SEMPER ii, qui ad tranquillum portum appulerunt iis, qui in medio pelago fluctibus agitantur, pro virili opem ferre student; idque duobus modis; vel utpote prætergressi tempestatem, ac decumanorum fluctuum memores, eos, qui in gravia illa maris pericula incidunt, miserantur; vel si nondum tempestatem experti sunt; pericula illa sibi propria putant, quod idem se trajicere mare opus sit, eademque fluctuum pericula experiri, ut ad tranquillitatis portum appellant; ideo omni studio sexcentisque machinis utuntur, ut si possint universam navim eripiant; sin vero minus, naufragos saltem nudos servare satagunt, atque a Deo sperant se mercedem recepturos. Verum mihi misero, in gravissimum naufragium lapso, tempestatibusque agitato, non dico in medio mari, sed in profundo abyssi depresso, qui etiamnum tamen reluctor tamquam piscis ex profundo in aquarum superficiem adnatare satagens, ut a venenatis reptilibus in profundo versantibus eripiar, nemo fert opem; nimirum quod hujusmodi de nobis opinionem haberent, ut numquam rem talem admittere posse videremur: ideoque in hoc nunc statu reperimur, ut malo nostro erudiamur. Verum annon eadem viscera, venerandi patres, erga me miserum & humilem exhibueritis, ne ejusdem rei periculum faciatis? meo certe conspectu vulnere timendum vobis est. Quid enim dixerim? Annon charta, annon bidui otium, annon unius jumenti labor suppetat? Sed quemadmodum peritissimi medici, cum ægrotum contigerint, viderintque ad mortem vergere, jam remedia cohibent, eique qui profecturus est, viventium ministerio funeralia

a Hæc prorsus vitiata videntur, & facile sane vitiari potuerunt tam inepti scriptoris dicta. Nos divinando vertimus.

b Vox illa, ὑμέτερε vel prorsus peregrina, vel corrupta est.

præparant, & amicis ægri etiamnum viventis mortem denunciant, acerbi luctus præcones, non infaustum artis suæ exitum considerantes, sed auctoritatem præ se ferentes, contra ægrum sententiam dicunt; ita & vestra Sanctitas, consolationem cohibuit, adhortationem exclusit, fratrum cœtum distrahi curavit, omnibusque qui hosce terminos incolunt mortem nostram annunciavit, ita ut etiam ad procul remotos hæc fama pervenerit. Hinc vero piis dilectisque fratribus acerbus luctus, iis vero, qui circa fidem male affecti erant, lætitia & gaudium. Omnino dicetis illud:
Jer.17.11. *Vociferata est perdix, & congregavit quæ non peperit, faciens misericordiam suam, in medio dierum ejus derelinquent eam, & in novissimis suis erit insipiens.* Videntes igitur vulnus meum, patres venerandi, timete, ac primo Misericordem illum per sanctas preces vestras exorare conemini: ut misericordia ejus ad nos usque perveniat, qui, ut supra diximus, in profundum abyssi, & in medium inferni decidimus. Atque insuper bono vestro colloquio opem mihi ferre ne gravemini.
Prov.11.19. Etiamnum enim vestræ caritati fidere audeo. *Frater qui adjuvatur a fratre.* Novi enim vos id non moleste laturos esse, sed potius precaturos, & meo conspectu vulnere in metum lapsuros. At ne putetis me verborum ostentationem curare, aut doctrinam instituere. Ne putetis, per vestram caritatem rogo. Sed me ut ingentis vulneris dolore & metu æterni supplicii laborantem suscipite, ut captum desiderio bonorum æternorum, quæ audivi, quæ gustavi, in quibus, antequam ab inimicis vulnus acciperem, aliquanto tempore degi. Hæc cum viderent dolosi illi, livore commoti, omnigenarum machinarum positis laqueis, victoriæ tropæum erexerunt. Unusquisque igitur vestrûm, vulnus meum cernens, metuat ac qui in prædictis bonis versatur, utpote qui graves ingentesque hostes circum se habeat, insidias observet ad rapiendum thesaurum paratas. Qui autem nondum gustavit, sed gustare conatur, utpote multos magnosque habens hostes, qui impediant, in tuto se collocet. Sed ad propositum redeamus, & a vestra caritate poscamus ea, quæ nobis competant. Etenim a sermonis suavitate in sublime tantillum erecti sumus, tametsi currentes non læsimus, imo potius confirmavimus. Vestra namque de inimico reportata victoria, illos quidem reddit infirmiores, nos vero movet, ut resumtis armis, rursus ad certamina veniamus, nec ob metum inflictæ nobis plagæ terga demus, sed per alacritatem vestræ victoriæ in stadium generosius accurramus. Rursum itaque, ut sæpe feci, pietatem vestram obsecrare audeo, ut dignemini preces vestras ceu hamum in profundum immittere, mortalemque piscem revocare, ac reducere in sagenam, ex qua vehementibus decumanisque fluctibus dejectus sum in profundum: utque meo conspectu vulnere timeatis. Et hæc quidem ad commonitionem vestiæ caritatis scribere aggressus sum, nec tamen hoc argumento digna verba facio. Utinam possem in cacuminibus & præruptis, ore quasi tuba proferre, ac tonitrui instar per totum mundum emittere, & quasi in triumphum adducere peccatum meum: non desinerem utique omnem lapidem movere, ut universum orbem ad opem mihi ferendam pertraherem. Verum id nequeo facere: homo quippe sum, cujus vox tenuis, vita brevis. Cæterum sermonem jam orsus, divinas Scripturas commemo-
Psal.49.17. rare, illisque consentanea loqui audebo. *Peccatori autem,* inquit, *dixit Deus: quare tu enarras justitias meas?* Num vere exclamare possum, & prophetiJerem.9.1. cum illud efferre: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & flebo vulneratos filiæ populi mei.* Nam si Jeremias eos, qui in prælio vulnerati fuerant in corpore tantum, sexcentis fletibus dignos putavit, quid dicatur de tanta aniHesai.22.2. mæ calamitate? *Vulnerati mei, non vulnerati framea; & mortui mei, non mortui in bello.* Non de mortuis corporibus loquitur: sed de stimulo veræ mor-

A καὶ τοῖς φίλοις τοῦ ζῶντος τὸν θάνατον καταγγέλλουσι, πένθους δεινοῦ ὑποφῆται γινόμενοι, οὐ τὸ αὐτῶν τέχνης τὰς ἀποτυχίας ἐννοούμενοι, ἀλλ᾽ ἀρχοντικῷ φρονήματι κατὰ τοῦ κάμνοντος ἀποφαίνονται· οὕτω δὴ καὶ ἡ ὑμετέρα ὁσιότης, ἀπεκράτησε μὲν τὴν παράκλησιν, ἀπέκλεισε δὲ τὴν παραίνεσιν, ἐσπούδασε δὲ τὸ σύστημα τῆς ἀδελφότητος διασπαράξαι, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τήνδε τὴν ἐνορίαν οἰκοῦσιν ἐξήγγειλε τὸν ἡμέτερον θάνατον, ὡς διαδοθῆναι καὶ τοῖς ὑπὲρ τὰ ὅρια οἰκοῦσι. καὶ τοῖς μὲν εὐλαβέσι καὶ ἀγαπητοῖς πένθος δεινὸν, τοῖς δὲ ἄλλως ἔχουσι κατὰ τὴν πίστεως εὐφροσύνη καὶ χαρά. πάντως δὲ ἐρεῖτε τοῦτο· ἐφώνησε πέρδιξ, καὶ συνήγαγεν ἃ οὐκ ἔτεκε, [a] ποιῶν ἔλεον αὐτοῦ· ἐν ἡμίσει ἡμερῶν αὐτοῦ ἐγκαταλείψουσιν αὐτὸν, καὶ ἐπ᾽ ἐσχάτων αὐτοῦ ἔσαι ἄφρων. ἰδόντες τοίνυν τὸ ἐμὸν τραῦμα, πατέρες τίμιοι, φοβήθητε, καὶ πρῶτον μὲν διὰ τῶν ἁγίων ὑμῶν εὐχῶν δυσωπῆσαι
B τὸν εὔσπλαγχνον σπουδάσατε, ὥστε φθάσαι αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν μέχρις ἡμῶν τῶν, καθὰ προείρηται, ἐν πυθμένι βυθοῦ, καὶ ἐν μέσῳ ᾅδου πεσόντων· ἔπειτα καὶ συντυχίᾳ ἀγαθῇ βοηθῆσαι μὴ ὀκνήσητε. ἔτι γὰρ τολμῶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης καταθαῤῥεῖν· τὸ ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος. οἶδα γὰρ ὡς οὐκ ἄχθεσθε, εὔχεσθε δὲ μᾶλλον, καὶ ἰδόντες τὸ ἐμὸν τραῦμα φοβεῖσθε. ἀλλὰ μή με νομίσητε ἐπίδειξιν λόγων ποιεῖσθαι, ἢ διδασκαλίας σύνταγμα, οὐ μὰ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην· ἀλλὰ δέξασθέ με ὡς ἄλγος ἔχοντα μεγάλης πληγῆς, καὶ φόβον κολάσεως αἰωνίου, ἐπιθυμίαν τε τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, ὧν τε ἤκουσα, ὧν τε ἐγευσάμην, ἐν οἷς καὶ χρόνον διήγαγον πρὶν ἢ με ὑπὸ τῶν πολεμίων κατατιτρώσκεσθαι. ταῦτα γὰρ θεασάμενοι οἱ δόλιοι ἐβάσκαναν, καὶ τούτων παντοίων μηχανῶν παιδεύματα θέμενοι, τῆς νίκης τρόπαιον ἔστησαν. ἰδὼν
C τοίνυν ἕκαστος ὑμῶν τὸ ἐμὸν τραῦμα, φοβηθήτω· καὶ ὁ μὲν διάγων ἐν τοῖς προειρημένοις ἀγαθοῖς, ὡς δεινοὺς καὶ μεγάλους ἐχθροὺς ἔχων κύκλῳ, περισκοπείτω τὴν ἐπιβουλὴν τὴν τῶν θησαυρῶν ἀφαιρέσεως· ὁ δὲ μήπω γευσάμενος, σπουδάζων δὲ, ὡς πολλοὺς καὶ μεγάλους πολεμίους τοὺς τοῦτον διακωλύοντας ἔχων, ἀσφαλιζέσθω. ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν, καὶ τῶν ἡμῖν συμβαλλομένων δεηθῶμεν παρὰ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης. ὑπὸ γὰρ τῆς ἡδονῆς τῶν λεγομένων κατὰ μικρὸν ἐμετεωρίσθημεν, εἰ καὶ μὴ ἐβλάψαμεν τοὺς τρέχοντας, μᾶλλον δὲ ἐπεῤῥώσαμεν. ἡ γὰρ ὑμετέρα νίκη παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἐκεῖνον μὲν ἀσθενέστερον παρασκευάζει, ἡμᾶς δὲ ἀναλαβόντας τὰ ὅπλα, αὖθις ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας ἐλθεῖν, μὴ τῷ φόβῳ τῆς ἑαυτῶν πληγῆς νῶτα διδόντας, ἀλλὰ τῇ προθυμίᾳ τῆς ὑμετέρας νίκης ἐπὶ τὸ στάδιον γενναιοτέρους ἐλθεῖν. πάλιν οὖν ὡς καὶ πολλάκις ἐδεήθην, καὶ
D νῦν τῆς ὑμετέρας εὐλαβείας ἐτόλμησα, ἵνα καταξιώσητε τὰς εὐχὰς ὑμῶν ἀγκίστρου δίκην εἰς βυθὸν πέμψαι, καὶ ἐκεῖ θνητὸν ἰχθὺν ἀνακαλέσασθαι, καὶ εἰσαγαγεῖν τοῦτον εἰς τὴν σαγήνην, ἐξ ἧς ὑπὸ σφοδρῶν καὶ δεινῶν κυμάτων εἰς βυθὸν κατεῤῥίφην, καὶ ἰδόντες τὸ ἐμὸν τραῦμα, φοβήθητε· καὶ ταῦτα μὲν ὅσον πρὸς ὑπόμνησιν τῆς ὑμετέρας ἀγάπης γράψαι ἐσπούδασα, οὐκ ἀξίως τὸν λόγον τῆς ὑποθέσεως ποιούμενος. εἴτε γὰρ ἂν δυνατὸν ἦν, ἐπὶ τὰ τῶν ἀκρωτηρίων ἐπιστάντα με, σαλπίσαι διὰ τοῦ στόματός μου, καὶ βροντῆς δίκην ἐξαποστεῖλαι κατὰ παντὸς τοῦ κόσμου θριαμβεύοντα τὴν ἐμὴν ἁμαρτίαν, καὶ οὐκ ἂν εἴασα τὴν οἰκουμένην εἰς βοήθειαν τοῦ κατορθώματός μου μὴ ἐπισπάσασθαι· ἀλλ᾽ ἀδύνατον τὸ πρᾶγμα· ἄνθρωπος γάρ εἰμι μικρόφωνος καὶ ὀλιγόβιος, λοιπὸν δὲ συνεχόμενος ὑπὸ τοῦ λόγου, τολμήσω μνημονεῦσαι τῶν θείων γραφῶν, καὶ τοῦτο παρ᾽ αὐτὰς ποιῶν. τῷ γὰρ ἁμαρτωλῷ, φησιν, εἶπεν ὁ
E θεὸς, ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου; νῦν ἀληθῶς ἐκβοῆσαι τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο, καὶ εἰπεῖν· τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου πηγὴν δακρύων, καὶ κλαύσομαι τοὺς τετραυματισμένους θυγατρὸς λαοῦ μου. εἰ γὰρ Ἱερεμίας τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ τὰ σώματα πεπληγότας μυρίων θρήνων ἀξίους ἔκρινε, τί ἄν τις εἴποι πρὸς τηλικαύτην ψυχῆς συμφορὰν; οἱ τραυματίαι μου, οὐ τραυματίαι ῥομφαίας, καὶ οἱ νεκροί μου, οὐ νεκροὶ πολέμου. οὐ περὶ νεκρῶν σωμάτων λέγει, ἀλλὰ τὸ κέντρον τοῦ ὄντως θανάτου, ἤγουν

[a] In Editione Romana τῶν O. legitur, ποιῶν πλοῦτον αὐτοῦ.

τὴν χαλεπὴν ἁμαρτίαν ὀδύρεται, καὶ τὰ πεπυρωμένα βέλη τοῦ πονηροῦ, ψυχὰς ὁμοῦ μετὰ σωμάτων βαρβαρικῶς καταφλέξαντα. μεγάλως γὰρ στενάζουσιν οἱ τοῦ θεοῦ νόμοι μετὰ τῶν ἁγίων πνευμάτων τηλικοῦτον ἄλγος, καὶ ἐπ' ἐμοὶ βλέποντες. καὶ ἐμοὶ γὰρ πικρὸν ἐξέβη τῶν γλυκείων ἐκείνων ῥημάτων τὸ πέρας, ὦ φίλοι· καὶ πενθεῖν ἀνάγκη με πάλιν, ἐφ' οἷς ἔδει χαίρειν. ἄρας γὰρ τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, ἐποίησα αὐτὰ πόρνης μέλη. ἐπὶ τούτοις τίς οὐκ ἂν πενθήσας εἴποι· πῶς ἐγένετο πόρνη πόλις πιστὴ Σιών; ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔφριξεν ἡ γῆ σφόδρα, λέγει κύριος. ἀλλ' εὔξασθε, τίμιοι καὶ ὅσιοι πατέρες, μνησθῆναί μου τῆς καλῆς ὁμολογίας, ἣν ὡμολόγησα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, καὶ ἀγγέλων, καὶ ἀνθρώπων. οἱ γὰρ ἐπεισελθόντες ἀλλότριοι τῇ οἰκίᾳ, τοιούτους θορύβους κινεῖν σπουδάζουσιν, ὡς καὶ αὐτῆς τῆς ὁμολογίας λήθην ἐμποιῆσαι· ἀλλ' εὐχαῖς τῆς ὑμετέρας ἀγάπης κύριος σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα μνήμης· ὅθεν ἐπέχει τὸν λόγον ἡ μνήμη ὑπερέχουσα τῷ λυπηρῷ τὴν καρδίαν, καὶ παραπίπτον τὸ δάκρυον τὴν φωνὴν ἐπικόπτει, ὅταν ἐνθυμηθῶ τὸ περὶ τῶν συμβεβηκότων μοι δεινῶν, ὅταν ἐνθυμηθῶ, ὅτι Χριστῷ ὁμολογίας δεδωκὼς, ἀντιχρίστῳ ὑπετάγην, ὅταν ἐνθυμηθῶ ὅτι πνεύματι ἀρξάμενος, σαρκικὸς ἀπετελέσθην. οἴμοι τῷ ταπεινῷ καὶ ἐκπτώτῳ, ἀπὸ ὀδύνης ἣν ὀδυνῶμαι, ἀπὸ αἰσχύνης καὶ ἀπολογίας ἀναπολογήτου. ὁ γεννηθεὶς εἰς ζωὴν, θανάτῳ παρεδόθην. ἐλεήσατέ με, ὦ ἐλεήμονες πατέρες καὶ ἰατροὶ, ἐλεήσατε, ἀναλάβετε ἐπ' ἐμοὶ θρῆνον, καὶ κόψασθε τὸν ἐχίδνης ἰοβόλου φαρμάκου δελεάσμασι βεβλημένον· ἀναλάβετε ἐπ' ἐμοὶ θρῆνον, καὶ κόψασθε ἐφ' ἑαυτοὺς πρὸ πληγῆς· τὰ δάκρυα ὑμῶν γενέσθω προτειχίσματα κατὰ τοῦ ἀντιπάλου· χαρίσατέ μοι δάκρυον δαψιλὲς οἱ τοῦτο κεκτημένοι, ὥστε καταῤῥῆξαι τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐξαλεῖψαι τοὺς ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐγγεγραμμένους νόμους. καὶ δέομαι ὑμῶν, ἐκκαθάρατε ταύτην πρὸς τὸ ἐγγραφῆναι τοὺς νόμους τοὺς βασιλικοὺς, τοὺς νόμους τοὺς πνευματικοὺς, τοὺς νόμους τοὺς ἐπουρανίους. κύριος σαβαὼθ ἐγκατέλιπέ μοι σπέρμα πίστεως, ἵνα μὴ τελείως Σόδομα γενηθῶ· συλλιτανεύσατέ μοι λοιπὸν, ὦ ἐλεήμονες καὶ χρηστοὶ πατέρες, ἵνα τῇ τῶν Νινευιτῶν μετανοίᾳ συσσωθῆναι δυνηθῶ. κλαύσατε καὶ ἐπ' ἐμοὶ, καὶ [a] λυπήθητε τοὺς κατὰ Ἰωνᾶν τὸν προφήτην ὑποφήτας μοι γενομένους. οὐ γὰρ ἦν ἐκεῖνος ψεύστης, ὡς οὔτε ὑμεῖς, ἀλλ' ἡ τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ εὐσπλαγχνία τὸν ἕνα ἐλύπησεν, ἢ τοὺς πολλοὺς ἀπώλεσεν. οὔτε γὰρ ἐκεῖνος διὰ μισανθρωπίαν ἐλυπήθη, ἀλλ' ἐκινδύνευε, μὴ τὸ τῆς φιλανθρωπίας μέρος διαβολὴν κατὰ τοῦ ἀποστείλαντος ὡς ψεύστου ἐργάσηται· ἡ δὲ ὑμετέρα ἀγάπη οὐχ οὕτως· ἀλλ' οἶδα συγχαίρειν ὑμᾶς, ἐπὰν γίνεται χαρὰ ἐν οὐρανῷ ἐπὶ μετανοίᾳ ἑνὸς ἁμαρτωλοῦ, καὶ εὔχεσθε ἀδιαλείπτως τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ θεοῦ προκαταλαβεῖν τὰ ἀπολλύμενα τῶν μελῶν, διὰ τὸ συμπάσχειν πάντα τὰ μέλη. λοιπὸν γὰρ καὶ τὰ παρὰ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης ὀφείλοντα λεχθῆναι, ἑαυτῷ διαλεχθήσομαι, ὥσπερ ἀπό τινος ἀοράτου δυνάμεως συλλαβὼν λεληθότως τοὺς λόγους. καὶ γὰρ δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐν μνήμῃ τὰ τῆς παρακλήσεως τῆς ὑμετέρας ἀγάπης φέρων, ἑαυτὸν ἀνακαλέσασθαι σπουδάζω, τὴν ὑμετέραν εὐχὴν εἰς βοήθειαν ἔχων· καὶ καθ' ἡμέραν, ὥσπερ διδασκαλία παρισταμένη, τῆς ὑμετέρας ἀγάπης ἡ παραίνεσις τῇ ἐμῇ ψυχῇ, γίνεται παράκλησις, παριστῶσα τῆς ἁγίας εὐχῆς ὑμῶν τὸ διάπυρον· τοῦτό με τοῦ μακαρίου Ἰεζεκιὴλ ἐπονειδίζοντος, καὶ λέγοντος ἐν τῇ ὑπομνήσει τῶν προτέρων εὐεργεσιῶν· διῆλθον διὰ σοῦ, καὶ εἶδόν σε, καὶ ἰδοὺ καιρός σου, καὶ καιρὸς τῶν καταλυόντων σε, καὶ διεπέτασα τὰς πτέρυγάς μου ἐπὶ σὲ, καὶ ἐκάλυψα τὴν ἀσχημοσύνην σου, καὶ ὤμοσά σοι, καὶ εἰσῆλθον ἐν διαθήκῃ μετὰ σοῦ, λέγει Ἀδωναῒ κύριος· καὶ ἐγένου μοι καλὴ σφόδρα, καὶ ἔλουσά σε ἐν ὕδατι, καὶ ἀπέπλυνα τὸ αἷμά σου ἀπὸ σοῦ, καὶ ἔχρισά σε ἐν ἐλαίῳ, καὶ ἐνέδυσά σε ποικίλα, καὶ ὑπέδησά σε ὑάκινθον, καὶ ἔζωσά σε βύσσῳ, καὶ περιέβαλόν σε τριχάπτῳ, καὶ ἐκόσμησά σε κόσμῳ, καὶ περιέθηκα ψέλλια περὶ τὰς χεῖράς σου, καὶ κάθεμα περὶ τὸν τράχηλόν σου, καὶ ἔδωκα ἐνώτιον περὶ τὸν μυκτῆρά σου, καὶ τροχίσκους περὶ τὰ ὦτά σου, καὶ στέφανον καυχήσεως ἐπὶ τὴν κεφαλήν σου, καὶ ἐκοσμήθης χρυσίῳ καὶ ἀργυρίῳ, καὶ

[a] Hæc male cohærent & solœcis plena sunt.

A tis, sive de gravi peccato lacrymatur, & de ignitis maligni telis, quæ animas simul cum corporibus barbarico more incendunt. Divinæ quippe leges cum sanctis spiritibus de tanto malo magnopere lugent in me respicientes. Suaviumque illorum verborum finis mihi acerbissimus evasit, o amici mei! Ac me lugere necesse est super iis, de quibus gaudere debueram. Assumta quippe Christi membra, feci membra meretricis. Super his quis non gemebundus dixerit: *Quomodo facta est meretrix urbs fidelis Sion? obstupuit cælum super hoc, & horruit terra valde.* Hesai. 1. 21. Sed precamini, venerandi sanctique Patres, meæque pulcræ confessionis recordamini, qua confessus sum in conspectu Dei & Angelorum & hominum. Etenim alieni in domum ingressi, tantos movere tumultus conantur, ut illam confessionem in oblivionem deducere possint. Verum precibus vestræ caritatis factum est, ut Dominus
B Sabaoth relinqueret nobis semen recordationis. At memoria præ dolore cor obruens, sermonem detinet impeditque, lacrymæque manantes vocem intercipiunt, quando in mentem veniunt graves illæ calamitates, quæ mihi acciderunt; quando in mentem venit me, qui Christo confessionem dederam, anti-christo subjectum esse; quando in mentem venit me, qui spiritu inceperam, carnalem evasisse. Væ mihi vili & abjecto: præ dolore quo premor: præ verecundia & excusatione, quæ admitti nequit. Qui in vitam genitus eram, morti traditus sum. Miseremini mei, o miseratores Patres & medici, miseremini: assumite super me planctum, & lugete eum qui venenatæ viperæ inescante poculo infectus est. Assumite super me planctum, & plorate pro
C vobis ipsis antequam plaga infligatur: lacrymæ vestræ vobis sint propugnacula contra adversarium. Lacrymas uberes mihi largimini, qui hoc possidetis donum; ut in cor irrumpant, & deleant leges a peccato ibi descriptas. Etiam rogo, purgate illud ut inscribantur leges regiæ, leges spirituales, leges cælestes. Dominus sabaoth reliquit mihi semen fidei, ne prorsus Sodoma efficerer. Mecum precamini, o misericordes & boni patres, ut Ninivitarum pœnitentiâ cum illis salutem consequi possim. Flete pro me, & dolete, qui perinde atque Jonas propheta admonitores mei fuistis. Non enim mendax ille erat, ut neque vos estis: sed clementis Dei misericordia, unum dolore affecit, ne multos perderet. Neque vero ille, quod odio homines haberet indoluit; sed periclitatus est, ne clementiam mittentis se in crimen mendacii verteret. Non ita se ha-
D bet vestra caritas: sed scio vos congaudere, quando gaudium est in cælo super pœnitentia unius peccatoris, & sine intermissione orare Dei clementiam, ut perdita membra recipiat, quia omnia membra compatiuntur. Demum de iis, quæ vestra caritas tractare debuisset ego disseram, ac si a quadam invisibili virtute sermonem clam mutuatus essem. Nam cum die noctuque vestræ caritatis adhortationem memoria retineam, meipsum revocare studeo, precum vestrarum ope fultus: & quotidie ceu præsens doctrina vestra, vestræ caritatis adhortationem admonitionemque animæ meæ subministrat, qua precum vestrarum fervor declaratur: beato Ezechiele mihi exprobrante ac dicente in commemoratione priorum beneficiorum: *Transivi per te, & vidi te, & ecce tempus tuum, & tempus demergentium te, &* Ezech. 16. 8.
E *expandi alas meas super te, & operui ignominiam tuam: & juravi tibi, & ingressus sum in testamentum tecum, dicit Adonaï Dominus. Et facta es mihi pulcra valde, & lavi te aqua, & ablui sanguinem a te, & unxi te oleo, & indui te variis vestimentis, & calceavi te hyacintho, & cinxi te bysso, & circumamicivi te piloso texto, & ornavi te ornamento; & circumposui armillas manibus tuis, & torquem collo tuo, & dedi inaurem in naribus tuis, & globulos circa aures tuas, & coronam gloriæ super caput tuum; & ornata es auro & argento, & amictus tui byssi-*

ni, & piloſa texta, & varia. Et ſimilam, mel, & oleum comedebas, & facta es mihi pulcra valde, valde. Et exivit nomen tuum in gentes in pulcritudine tua: quia perfectum erat in ſpecie & in decore, quod conſtitui ſuper te, ait Adonaï Dominus. Et confidiſti in pulcritudinem tuam, & fornicata es in nomine tuo, & effudiſti fornicationem tuam ſuper omnem tranſitum, & accepiſti de veſtimentis tuis, & feciſti tibi idola conſuta, & fornicata es in eis: & non ingredieris, neque ſiet. Et accepiſti vaſa gloriationis tuæ ex argento meo & ex auro meo, ex iis quæ dedi tibi, & feciſti tibi imagines viriles, & fornicata es cum eis: beato item Jeremia clamante, ac de eadem re dicente: *Numquid qui cadit non reſurget, & qui avertit ſe, non ſe convertet? Num reſina non eſt in Galaad, aut medici non ſunt illic? Dixi enim poſtquam illa fornicata eſt in his omnibus: Ad me revertere.* Sed in his omnibus timeo, ne pietas veſtra ſuſpicetur nos quaſi doctrinæ verba proferre. Non utique, per veſtram ſpem, quam habetis in Deum. Sed quemadmodum ii, qui gravibus premuntur, ſi morbum medicis committant, ſpe remediorum dolores ſedant; ita & ego ex colloquio cum pietate veſtra, quaſi jam vulnera ſint obducta, ſpem aſſumſi majorem, veſtræ adhortationis memoria clam in corde lumen pariente. Obſecro igitur vos, o chriſtianorum divina congregatio, & ſacra collectio! o popule ſancte! preces pro me ad Dominum emittite; quia non ultra feram me extra ovile reperiri, extra ſagenam, extra caulam ſpiritualem; ſed intra vineam, intra ſponſi thalamum, intra paradiſum, ut illic vobiſcum reperiar. Meoque conſpecto vulnere timete. Neque enim confiteri erubeſco: neque ad id ſæpe repetendum ſegnis ſum: pudet enim quod me puduerit. Cum autem epiſtolam legeritis, univerſæ fraternitati mittite, ſine intermiſſione orantes, ut peccator avertat ſe a via erroris, ut animas veſtras ſervetis, & operiatis multitudinem peccatorum. Hic demum finem dicendi faciam. Te vero alloquor, o Venerabiliſſime & religioſiſſime frater & pater. Nam te & ceu patrem conſcribere, & ceu fratrem primo loco ponere numquam dubitavi. A te vero plus quidpiam poſtulo, quam a tota fraternitate; quemadmodum pueruli ſi indecore ludant in ſinu paterno, nequaquam a paternis viſceribus excludi metuunt, vehementi patris affectui fidentes. Verum hæc in me jam ceſſarunt, & ego fortaſſe dignum geſtorum ſupplicium ſubeo. Sed mei memineris, religioſiſſime Pater Chryſoſtome, ne immiſericordis animi pœnas des apud juſtum judicem Deum. Deus enim novit in memoria ſuavitatis tuæ lacrymas ſuperare ratiocinium, & cohibere ſermonem: quamobrem hic finem dicendi faciam, dulciſſime & religioſiſſime pater Chryſoſtome: quia illius ſolum eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum, amen.

Jer. 8. 22.

A περιβόλαιά σου βύσσινα, καὶ τρίχαπτα, καὶ ποικίλα· καὶ σεμίδαλιν, καὶ μέλι, καὶ ἔλαιον ἔφαγες, καὶ ἐγένου μοι καλὴ σφόδρα, σφόδρα· καὶ ἐξῆλθέ σοι ὄνομα ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐν τῷ κάλλει σου, διότι συντετελεσμένον ἦν ἐν τῇ ὡραιότητι, ἐν εὐπρεπείᾳ ᾗ ἔταξα ἐπὶ σὲ, λέγει ἀδωναῒ κύριος. καὶ ἐπεποίθεις ἐν τῷ κάλλει σου, καὶ ἐπόρνευσας ἐπὶ ὀνόματί σου, καὶ ἐξέχεας τὴν πορνείαν σου ἐπὶ πάντα πάροδον, καὶ ἔλαβες ἐκ τῶν ἱματίων σου, καὶ ἐποίησας σεαυτῇ εἴδωλα ῥαπτὰ, καὶ ἐπόρνευσας ἐν αὐτοῖς, καὶ οὐ μὴ εἰσέλθῃς, οὐδ᾽ οὐ μὴ γένηται. καὶ ἔλαβες τὰ σκεύη τῆς καυχήσεώς σου ἐκ τοῦ ἀργυρίου μου, καὶ ἐκ τοῦ χρυσίου μου ἐξ ὧν ἔδωκά σοι, καὶ ἐποίησας σεαυτῇ εἰκόνας ἀρρενικὰς, καὶ ἐξεπόρνευσας ἐν αὐταῖς. τοῦ δὲ μακαρίου Ἱερεμίου ἐμβοῶντος καὶ λέγοντος ἐπὶ τούτου· μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται, ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέφει; μὴ ῥητίνη οὐκ ἔστιν ἐν Γαλαάδ, ἢ ἰατροὶ οὐκ εἰσὶν ἐκεῖ; εἶπα γὰρ

B μετὰ τὸ πορνεῦσαι αὐτὴν ταῦτα πάντα πρὸς μὲ ἀνάστρεψον. ἀλλ᾽ ἐπὶ τούτοις δέδια, μή ποτε ἡ ὑμετέρα εὐλάβεια ὑπολάβῃ ἡμᾶς ὡς διδασκαλίας λόγους ποιεῖσθαι. οὐ μὰ τὴν ὑμετέραν ἐλπίδα, ἣν ἔχετε πρὸς τὸν θεόν· ἀλλ᾽ ὥσπερ οἱ συνεχόμενοι ὑπὸ δεινῶν ἀλγηδόνων, ἐὰν τὸ πάθος τοῖς ἰατροῖς ἀνατίθενται, τῇ ἐλπίδι τῶν βοηθημάτων τὰς ὀδύνας καταπαύουσιν· οὕτω κἀγὼ ἐκ τῆς περὶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην ὁμιλίας, ὡς ἤδη διορθωθέντων τῶν τραυμάτων, εὐελπιστότερος γέγονα, αὐτῆς τῆς μνήμης ὑμῶν τὴν παράκλησιν ἐν τῇ καρδίᾳ λεληθότως φῶς ἐργασαμένης. δέομαι τοίνυν ὑμῶν, ὦ τῶν χριστιανῶν θεῖος σύλλογος, τὸ ἅγιον ἄθροισμα, ὦ ἱερὸς λαὸς, δεήθητε ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν κύριον, διότι οὐκ ἔτι φέρω μὴ εὑρεθῆναί με ἔξω τῆς ποίμνης, ἔξω τῆς σαγήνης, ἔξω τῆς μάνδρας πνευματικῆς, ἀλλ᾽

C ἔνδον τοῦ ἀμπελῶνος, ἔνδον τοῦ νυμφῶνος, ἔσω τοῦ παραδείσου, ἵνα καὶ σὺν ὑμῖν εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ. καὶ ἰδόντες τὸ ἐμὸν τραῦμα φοβήθητε· οὔτε γὰρ ὁμολογεῖν αἰσχύνομαι, οὔτε πλειστάκις λέγειν ὀκνῶ· ᾐσχύνθη γὰρ ὅτε ᾐσχύνθην. καὶ ἀναγνόντες μου τὴν ἐπιστολὴν, διαπέμψασθε πάσῃ τῇ ἀδελφότητι, ἀδιαλείπτως εὐχόμενοι πρὸς τὸ ἐπιστρέψαι ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδοῦ, ἵνα σώσητε καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, καὶ καλύψητε πλῆθος ἁμαρτιῶν. καὶ μέχρι μὲν τούτου καταπαύσω τὸν λόγον. πρὸς σὲ δέ μοι ὁ λόγος, ὦ τιμιώτατε καὶ θεοφιλέστατε ἀδελφὲ καὶ πάτερ· καὶ γὰρ ὡς πατέρα ἐπιγράψασθαι, καὶ ὡς ἀδελφῷ τὰ πρεσβεῖα δοῦναι οὐδέποτε ἀμφέβαλλον. ἀπαιτῶ γάρ τι πλέον σε τῆς κοινῆς ἀδελφότητος, ὥσπερ οἱ νέοι τῶν παίδων, κἂν ἀσχημόνως παίζωσιν εἰς κόλπους πατέρων, οὐδέποτε τῶν πατρικῶν σπλάγχνων ἀπωθεῖσθαι ἐλπίζουσι, τῇ ὑπερβολῇ τῆς πατρικῆς

D διαθέσεως πεποιθότες. ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἐμοὶ καὶ ταῦτα ἤργησε. κἀγὼ μὲν ἴσως ἀξίαν τῆς τιμωρίαν τῶν πεπραγμένων ὑπέχω· ἀλλ᾽ ἀναμιμνήσκου μοι αὐτὸς, θεοφιλέστατε πάτερ Χρυσόστομε, μή πως ἀσπλαγχνίας δίκην δῷς ἐπὶ τῷ δικαιοκρίτῃ θεῷ. θεὸς γὰρ οἶδεν, ὡς ἐν τῇ μνήμῃ τῆς σῆς γλυκύτητος ὑπερνικᾷ τὰ δάκρυα τὸν λογισμὸν, καὶ ἐπέχει τὸν λόγον. ὅθεν ἐνταῦθα καταπαύσω τοῦ λέγειν· θεὸς δὲ ἔσται κριτὴς ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καί σου, γλυκύτατε καὶ θεοφιλέστατε πάτερ Χρυσόστομε, ὅτι αὐτοῦ ἐστι μόνου ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IN LIBRUM SEPTIMUM DE SACERDOTIO

MONITUM.

Liber ſeptimus Chryſoſtomo adſcriptus de Sacerdotio exſtat in quibuſdam Manuſcriptis, in Coiſliniano CCXLV. undecimi ſæculi, & in Taurinenſi quodam, cujus ἀπόγραφον *manu & dono Viri Clariſſimi Doctiſſimique Pfaffii penes me habeo. Eſt vero inepti cujuſdam Græculi commentum, ut nemo non videat. Hæſi aliquandiu, an publicum facerem necne; quia vero in antiquis Codicibus exſtat, & alioqui breviſſimus eſt, inter ſpuria locum habeat.*

ΤΟΥ

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ [ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ]

περὶ ἱερωσύνης, λόγος ζ'.

Ὦ θαῦμα παράδοξον, ὦ δύναμις ἄῤῥητος, ὦ φρικτὸν μυστήριον τὸ τῆς ἱερωσύνης· νοερὰ καὶ ἁγία, σεμνὴ καὶ ἀμώμητος· ἣν Χριστὸς τοῖς ἀξίοις ἐλθὼν ἐδωρήσατο. προσπίπτω καὶ δέομαι δάκρυσι καὶ στεναγμοῖς, ἵνα ἐποπτεύσωμαι εἰς τοῦτον τὸν θησαυρὸν τῆς ἱερωσύνης, τοῖς αὐτὸν φυλάττουσιν ἀξίως καὶ ὁσίως. θυρεὸς γάρ ἐστι λαμπρὸς καὶ ἀνείκαστος, καὶ πύργος ἀσάλευτος, τεῖχος ἀδιαίρετον. θεμέλιος γάρ ἐστιν ἑδραῖος ἀπὸ γῆς μέχρι τῆς οὐρανίου ἀψῖδος ἐγγίζουσα. καὶ τί λέγω ἀδελφοί; ὅτι τὰς τῶν ὑψίστων ἀψίδων καθάπτεται, εἰς αὐτοὺς τοὺς οὐρανοὺς τῶν οὐρανῶν ἔρχεται ἀκωλύτως, ἐν μέσῳ τῶν ἀγγέλων ἅμα τῶν ἀσωμάτων λαμπρῶς καὶ ῥᾳδίως ἰχνοβατεῖ. καὶ τί λέγω ἐν μέσῳ τῶν ἄνω δυνάμεων; αὐτοῦ τοῦ δεσπότου τῶν ἀγγέλων καὶ κτίστου καὶ φωτοδότου συνόμιλος γίνεται, καὶ καθ' ὅσον βούλεται παραυτίκα λαμβάνει τὰ αὐτοῦ αἰτήματα ἐν πολλῇ παῤῥησίᾳ. οὐ παύομαι, ἀδελφοὶ, ὑμνῶν καὶ δοξάζων τὸν τοῦ ἀξιώματος βαθμὸν, ὃν ἡ τριὰς δέδωκε τοῖς υἱοῖς τοῦ Ἀδὰμ, δι' οὗ ὁ κόσμος σέσωσται, καὶ ἡ κτίσις πεφώτισται· δι' οὗ ὄρη καὶ βουνοὶ καὶ νάπαι καὶ φάραγγες πεπλήρωνται τῆς φαιδρᾶς καὶ σεμνῆς πολιτείας τοῦ μακαρίου γένους· λέγω δὴ τῶν μοναχῶν, καθὼς Ἡσαΐας ὁ λαμπροφωνότατος ἔφησεν· ὅτι ἐκ τῶν κορυφῶν τῶν ὀρέων δώσουσι φωνὰς αὐτῶν, ἄνθρωποι εἰς δοξολογίαν· δι' οὗ καὶ ἀνομία ἐκ τῆς γῆς ἀῄρηται· δι' οὗ καὶ σωφροσύνη ἐν τῇ γῇ αὐλίζεται, δι' οὗ ὁ διάβολος πεσὼν κατήργηται, οἱ ἀσελγεῖς γεγόνασι σκεύη ἡγιασμένα, οἱ πόρνοι, ἁγνοὶ καὶ ἀμίαντοι, οἱ ἄφρονες γεγόνασιν ὁδηγοὶ δικαιοσύνης· δι' οὗ καὶ τὸ τοῦ θανάτου κράτος κατήργηται, καὶ ὁ ᾅδης τὴν ἰσχὺν ἀπώλεσε, καὶ ἡ κατάρα τοῦ Ἀδὰμ λέλυται, καὶ ὁ νυμφὼν ὁ οὐράνιος ηὐτρέπισται· δι' οὗ τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις πρὸς τὴν τῶν ἀσωμάτων μεταβάλλεται δύναμιν. τί εἴπω, ἢ τί ἐπαινέσω· ὑπερβαίνει γὰρ καὶ λόγον καὶ ἔννοιαν ἡ δωρεὰ τοῦ βαθμοῦ τῆς ἱερωσύνης. καὶ ὡς οἶμαι τοῦτό ἐστιν ὃ ὁ Παῦλος ἐκπλαγεὶς αἰνίττεται λέγων· ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. ὑψιπέτης ὑπάρχει ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν, ὀξυτάτως προσφέρουσα τῷ θεῷ τὰ αἰτήματα ἡμῶν· πρεσβεύει τῷ δεσπότῃ ὑπὲρ τῶν δούλων. καὶ πρόσχωμεν, ἀδελφοὶ, τηλαυγῶς εἰς τοῦτο τὸ μυστικὸν καὶ φρικτὸν διήγημα· ὅτι ἄνευ τῆς σεμνῆς ἱερωσύνης ἄφεσις ἁμαρτιῶν βροτοῖς οὐ δίδοται. θέτε τὸν νοῦν ὑμῶν, ἀδελφοί· ὑμεῖς γάρ ἐστε ἐρασταὶ τῆς εὐσεβείας, αὐγάζοντες τὸ φῶς τῶν διδαγμάτων. τί ἐστιν ὃ πρώην ἐλέξαμεν περὶ τοῦ μυστηρίου τῆς ἱερωσύνης; τὸ κλῆμα τῆς ἀμπέλου, καὶ ὁ κόκκος τοῦ σίτου, καὶ ἡ ἱερωσύνη, ὁμόνοιαν κέκτηνται. τὸ κλῆμα καὶ ὁ σῖτος παιδίσκαι ὑπάρχουσιν, ἡ δὲ ἱερωσύνη ἐλευθέρα πέφυκε. ὅταν οὖν συναχθῶσιν αἱ τρεῖς τοῦ αὐλιάζεσθαι ἐπάνω τῶν θησαυρῶν, προσφέρει τῷ βασιλεῖ ἑκάστη τὴν δύναμιν τῶν ἰδίων καρπῶν εἰς εὐωδίαν. τὸ κλῆμα προφέρει τὸ αἷμα· ὁμοίως καὶ ὁ σῖτος τὸν ἄρτον· ἡ δὲ ἱερωσύνη εὐπαῤῥησιάστως ὑψηλοπετεῖ ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν, ἄχρις ἂν θεωρήσῃ αὐτὸν τὸν ἀόρατον· καὶ προσκυνήσασα ἔμπροσθεν τοῦ ὑψηλοῦ θρόνου, ἱσταμένη δέεται ὑπὲρ τῶν δούλων πρὸς τὸν δεσπότην, βαστάζουσα δάκρυα καὶ στεναγμοὺς τῶν συνδούλων καὶ προσφέρουσα τῷ δεσπότῃ· ὁμοίως παράκλησιν ἅμα καὶ μετάνοιαν αἰτοῦσα, συγχώρησιν καὶ ἔλεον τῷ εὐσπλάγχνῳ βασιλεῖ· ὅπως τὸ παράκλητον πνεῦμα συνέλθῃ, καὶ ἁγιάσῃ τὰ δῶρα ἐν γῇ προσκείμενα. καὶ ὅταν προσκομισθῇ μυστήρια φοβερὰ, πλήρη ἀθανασίας διὰ τοῦ προεστῶτος ἱερέως πρεσβείαν ποιοῦντος ὑπὲρ πάντων, τότε δὴ προσέρχονται ψυχαὶ διὰ τῶν μυστηρίων καθαρμὸν λαμβάνουσαι τῶν σπίλων. ἴδετε φιλόθεοι πῶς οὐκ ἐνεργοῦσιν οἱ δύο ἐπὶ τῆς γῆς· εἰ μὴ ἡ οὐρανία ψῆφος παραγένηται, καὶ ἁγιάσῃ τὰ δῶρα. ἑώρακας, ἄνθρωπε, τὴν λαμπρὰν θαυματουργίαν; ἴδες βαθμὸν ἱερὸν πῶς ῥα-

EJUSDEM CHRYSOSTOMI

De Sacerdotio, Liber 7.

A O Stupendum miraculum! o virtus ineffabilis! o mysterium sacerdotii horrendum! Spirituale est & sanctum, venerandum & inculpatum, quod Christus veniens, dignis elargitus est. Procumbo & deprecor cum lacrymis & gemitibus, ut oculis conspicere mihi liceat illum Sacerdotii vere thesaurum iis, qui ipsum sancte digneque conservant. Clypeus enim est splendidus & incomparabilis; turris inconcussa; murus, qui dirumpi nequit. Fundamentum quippe est solidum, a terra usque ad ipsum cæli fornicem pertingens. Ecquid dico, fratres? Celsissimos illos fornices attingit, ad ipsos cælos cælorum sine obice pervadit, in medio Angelorum cum incorporeis naturis splendide facileque progreditur. Ecquid dico, in medio supernarum virtutum? cum ipso Domino Angelorum creatore & illustratore conversatur, & pro voluntate B sua cum fiducia multa quod petit accipit. Non finem faciam, fratres, prædicandi celebrandique tantum dignitatis gradum, quem dedit Trinitas Adami filiis, per quem & mundus salutem consequitur, & creatura illuminatur: per quem montes, colles, saltus, valles implentur instituto beati generis, Monachorum videlicet: quemadmodum clarissimus præco Hesaias dicit: *Ex verticibus montium dabunt voces suas* homines ad gloriam prædicandam: per quem iniquitas de terra tollitur; per quem temperantia in terra versatur; per quem diabolus lapsus, destructus est; lascivi facti sunt vasa sanctificata; fornicarii, casti & intemerati; insipientes facti sunt justitiæ duces: per quem mortis imperium abolitum est, & infernus robur amisit, & condemnatio Adami soluta est, C nuptialisque thalamus cælestis decoratus est: per quem hominum natura in virtutem incorporearum mutatur. Quid dicam, & quam laudem proferam? Donum enim illius sacerdotii gradus sermonem omnem & cogitationem superat: illud est, ut existimo, quod Paulus stupefactus subindicat cum ait: *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus!* A terra ad cælum advolat, atque velocissime petitiones nostras offert Deo. Legatione fungitur pro servis apud Dominum. Animum, fratres, ad hanc mysticam & horrendam narrationem sedulo adhibeamus. Sine venerabili Sacerdotio remissio peccatorum mortalibus non datur. Animum adhibete, fratres: vos enim estis pietatis amatores, luce doctrinæ fulgentes. D Quidnam est illud, quod nuper dicebamus de Sacerdotii mysterio? Palmes vitis, & granum frumenti & Sacerdotium consensum mutuo habent: palmes & frumentum ancillæ sunt; sacerdotium vero liberum est. Cum itaque hæc tria congregantur, ut supra omnes omnino thesauros constituantur, unumquodque Regi fructuum suorum virtutem offert in odorem suavitatis. Palmes sanguinem emittit, frumentum vero panem: Sacerdotium vero cum fiducia evolat a terra in cælum, donec ipsum invisibilem contempletur; & postquam ante thronum excelsum adoravit, stans supplicat pro servis Domino, lacrymas gemitusque conservorum gestans, Dominoque offerens: similiterque rogat ut consolationem & pœnitentiam tribuat, simulque E veniam & misericordiam petit a clementi Rege; ut Spiritus Paracletus simul veniat, donaque in terris proposita sanctificet. Cum autem mysteria illa tremenda immortalitatis plena allata fuerint, per illum præstitutum sacerdotem, pro omnibus intercedentem, tunc accedunt animæ, quæ per mysteria purgationem a maculis accipiunt. Videte, Religiosi viri, quomodo hæc duo nihil operentur super terram; nisi cælestis calculus accedat, & dona sanctificet. Vidisti, o homo, splendidum miraculum? Videsne gradum illum sacrum, quomodo

Hesai. 42. 11.

Rom. 11. 33.

animarum sordes expurget? Benedictus sit Salvator, qui super terram posuit hoc splendidissimum & expurgatorium donum, dum Sacerdotes gratiâ illustrat, ut quasi luminaria fulgeant in mundo. Populus qui nos præcessit, cornu oleum gestans profectum accepit: nos vero inutiles homines, Benedicti Domini servi, non cornu, non oleum sensibile accepimus: sed is ipse qui caput est, excelsus & tremendus descendit de cælo, & dedit nobis in manuum impositione Spiritum suum, qui ceu ignis venit in Apostolos. O virtutem ineffabilem, quæ dignata est habitare in nobis per impositionem manuum sacerdotum! O quantum obtinet gradum tremendum illud sacerdotium! Beatus est quisquis in eo caste versatur & inculpate. Petrus qui vocabatur Cephas, qui ad littus maris sagena captus est, qui testimonium hoc accepit a magno Pastore:
Matth. 16. 18. *Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*; per sacerdotium claves etiam cælorum accepit. Similiterque Paulus olim persequutor, hoc dignatus munere, ceu alis instructus discurrebat in terra & in mari prædicans resurrectionem mortuorum. Gradum referamus ad Abel justum, qui in principio creationis Sacerdos fuit: & ab illo discamus, quod ipse in principio hostiam suam Deo sacrificaverit. Annon ignis de cælo descendens hostiam ejus consumsit? Quando autem obtulit Deo primitias, ut
Gen. 4. 4. ait Scriptura, *Respexit Deus in hostiam Abel, ad Cain autem non respexit*. Rursum autem Noe, qui servatus est in arca, quando sedata est aqua, & consedit ille in montibus Ararat; hoc statim ille suscepit sacerdotium, & obtulit hostiam pure Deo in odorem suavitatis. Quamobrem disposuit cum eo Deus testamentum, quod non ultra induct rus esset diluvium super terram: & dedit illi benedictionem, ut cresceret & multiplicaretur. Vidistin vim mirabilem Sacerdotii? Vidisti primum sacerdotem Abel in prima creatione? Quomodo ignem deduxerit de cælo in terram per inculpatum suum holocaustum? Vidisti rursum Noe venerandum sacerdotem in secunda creatione? Quomodo Deus disposuerit cum illo testamentum? Hoc item sacerdotio Abraham dignatus est, & obtulit Deo Isaac, viscera propria sacrificavit. Illic ostendit Deus ipsi magnum miraculum, in virgulto Sabec, incrementum in momento factum, & benedictionem
Gen. 26. 4. qua ipsi benedixit: *In semine tuo benedicentur omnes gentes*. Hoc item Sacerdotio Moses honoratus est, cum ascendisset in montem Sina ad Deum, & ab eo legem accepisset. Quamobrem glorificatus est vultus ejus, ut plus, quam sol appareret. Similiterque Aaron Sacerdotio dignatus est. Legatus
Psal. 98. 6. factus ad Deum pro peccatis populi. Nam *Moyses & Aaron in Sacerdotibus ejus*. Eodem quoque modo Phinees hoc venerabilissimo sacerdotio mortem depulit ex populo illo. Helias vero rursum, hoc indutus, exauditus est in igne, & sacerdotes turpitudinis interfecit. Discamus itaque, fratres, magnam sublimemque esse Sacerdotii dignitatem. Gloria unigenito, & soli bono, qui ipsam Apostolis suis tradidit, per suum novum sanctumque testamentum; ut nobis & ipsi specimen ostendant, in impositione manuum suarum super eos, qui digni sunt. Omnes itaque nos, sincere veneremur eos, qui gradum Sacerdotii obtinent: scientes, quod si quis Regis amicos diligat, eo ipse multo magis a Rege diligatur. Amemus ergo Sacerdotes Dei, quoniam illi amici Dei sunt, & pro nobis semper intercedunt. Honora Sacerdotes, adimplens hoc
Matth. 10. 41. Christi præceptum: *qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet*. Si vero quemvis sacerdotem ignores an dignus sit hoc gradu, an indignus, tu ob Christi præceptum ne despicias. Quemadmodum enim aurum cum luto mixtum non læditur, neque splendida margarita mutatur, quando cum impuris quibusdam speciebus conjungitur; eodem prorsus modo sacerdotium a nullo sordes contrahit, quamvis indignus fuerit is, qui illud accipit. Si quis porro in hanc ingredi dignitatem dignus habitus fuerit, in illaque digne & inculpate processerit, ea vitam illi conciliat & coronam in-

A διως καθαίρει τῶν ψυχῶν τὰς κηλῖδας; εὐλογεῖται ὁ σωτὴρ ὁ δράσας ἐπὶ τῆς γῆς τοῦτο τὸ ὑπέρλαμπρον καὶ ῥυπτικὸν δώρημα, φωτίσας χάριτι τοὺς ἱερεῖς, τοῦ λάμπειν ὡς φωστῆρας ἐν κόσμῳ. ὁ λαὸς ὁ πρὸ ἡμῶν, κέρας ἐλαιοφόρον, προκοπὴν κατείληφεν. ἡμεῖς δὲ οἱ ἀχρεῖοι, δοῦλοι τοῦ εὐλογητοῦ, οὐ κέρας, οὐκ ἔλαιον αἰσθητὸν εἰλήφαμεν· ἀλλ' αὐτὸς ὁ κερανίων, ὁ ὑψηλὸς καὶ φρικτὸς κατῆλθεν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἐδωρήσατο ἡμῖν ἐν τῇ ἐπιθέσει τῶν χειρῶν τὸ πνεῦμα τὸ ἑαυτοῦ, τὸ ἐλθὸν ὡσεὶ πῦρ ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους. ὢ δύναμις ἄρρητος ἡ καταπαύσασα οἰκῆσαι ἐν ἡμῖν δι' ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τῶν ἱερέων· ὢ τί μέγαν βαθμὸν ἔχει ἡ φρικτὴ ἱερωσύνη. μακάριος ὑπάρχει ὅστις πολιτεύεται ἐν αὐτῇ ἁγνῶς καὶ ἀμώμως. Πέτρος ὁ κληθεὶς Κηφᾶς, ὁ σαγηνευθεὶς παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης, ὁ μαρτυ-
B ρηθεὶς ὑπὸ τοῦ μεγάλου ποιμένος ὅτι ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν· διὰ ἱερωσύνης καὶ τὰς κλεῖς τῶν οὐρανῶν εἴληφεν. ὁμοίως δὲ καὶ Παῦλος, ὁ ποτὲ διώκτης, ταύτης ἀξιωθεὶς, ὑπόπτερος διέδραμε κηρύττων ἐν γῇ καὶ θαλάσσῃ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν. ἐπανέλθωμεν πρὸς Ἄβελ τὸν δίκαιον, ὃς γέγονεν ἐν ἀρχῇ τῆς κτίσεως ἱερεύς· καὶ μάθωμεν ἐξ αὐτοῦ ὅτι ἱεράτευεν ἐν ἀρχῇ τὴν θυσίαν αὐτοῦ πρὸς τὸν θεόν. οὐχὶ πῦρ ἐξ οὐρανοῦ κατελθὸν κατέφαγε τὴν θυσίαν αὐτοῦ; ὅτε δὲ προσέφερε τῷ θεῷ τὰς ἀπαρχὰς, ὥς φησιν ἡ γραφὴ, ἐπεῖδεν ὁ θεὸς ἐπὶ τὴν θυσίαν τοῦ Ἄβελ· ἐπὶ δὲ τὴν τοῦ Κάϊν οὐκ εὐδόκησεν. πάλιν δὲ ὁ Νῶε, ὁ σωθεὶς ἐν κιβωτῷ, ὅτε ἐκόπασε τὸ ὕδωρ, καὶ ἐκάθισεν ἐπὶ τὰ ὄρη τὰ Ἀραράτ, ταύτην πάλιν εὐθέως μετέσχε τὴν ἱερωσύνην· καὶ προσήνεγκε θυσίαν
C εἰλικρινῶς τῷ θεῷ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. ὅθεν διέθετο μετ' αὐτοῦ διαθήκην ὁ θεὸς, τοῦ μηκέτι ἐπάξαι κατακλυσμὸν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ δίδωσιν αὐτῷ εὐλογίαν τοῦ αὐξάνεσθαι καὶ πληθύνεσθαι. εἶδες θαυματουργίαν τῆς ἱερωσύνης; ἑώρακας τὸν πρῶτον ἱερέα Ἄβελ ἐν τῇ προτέρᾳ κτίσει; πῶς τὸ πῦρ κατήνεγκεν οὐρανόθεν ἐπὶ γῆς διὰ τὴν ἄμωμον αὐτοῦ ὁλοκάρπωσιν; εἶδες πάλιν τὸν Νῶε τὸν σεμνὸν ἱερέα ἐν τῇ δευτέρᾳ κτίσει; πῶς ἔθετο ὁ θεὸς μετ' αὐτοῦ διαθήκην; ταύτην δὲ Ἀβραὰμ ἠξιώθη μετασχεῖν, καὶ προσήνεγκε τῷ θεῷ τὸν Ἰσαὰκ, καὶ ἱερούργησε τὰ σπλάγχνα τὰ ἴδια. ἐκεῖ αὐτῷ δείκνυσιν ὁ θεὸς θαῦμα μέγα, τὴν τοῦ κριοῦ γέννησιν ἐν τῇ τοῦ φυτοῦ Σαβὲκ τὴν ἐν ῥιπῇ αὔξησιν· καὶ τὸ τῆς εὐλογίας, ἧς αὐτὸς εὐλόγησεν· ἐν τῷ σπέρματί σου εὐλογηθήσονται πάντα τὰ ἔθνη. ταύτης καὶ Μωσῆς κατηξιώθη ἀναβὰς εἰς τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ πρὸς τὸν θεὸν, καὶ
D δεξάμενος τὸν νόμον παρ' αὐτοῦ. ὅθεν καὶ ἐδοξάσθη τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ὥστε αὐτὸ ὁρᾶσθαι ὑπὲρ τὸν ἥλιον. ὁμοίως καὶ Ἀαρὼν ταύτης κατηξιώθη, πρεσβευτὴς γενόμενος ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ λαοῦ πρὸς τὸν θεόν. Μωσῆς γὰρ καὶ Ἀαρὼν ἐν τοῖς ἱερεῦσιν αὐτοῦ. ὁμοίως καὶ Φινεὲς ταύτῃ τῇ πανσέμνῳ ἐκώλυσε θάνατον ἐκ τοῦ λαοῦ ἐκείνου. καὶ Ἠλίας δὲ πάλιν ταύτην ἐνδυσάμενος εἰσηκούσθη ἐν πυρὶ, καὶ τοὺς ἱερεῖς τῆς αἰσχύνης κατέσφαξε. μάθωμεν οὖν, ἀδελφοὶ, ὅτι μέγα ἐστὶ, καὶ ὑπέρογκον τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα. δόξα τῷ μονογενεῖ καὶ μόνῳ ἀγαθῷ, τῷ παρασχόντι αὐτὴν τοῖς ἑαυτοῦ ἀποστόλοις, διὰ τῆς αὐτοῦ καινῆς καὶ ἁγίας διαθήκης, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἡμῖν ὑπόδειγμα δείξωσιν ἐν τῇ θέσει τῶν χειρῶν αὐτῶν πρὸς τοὺς ἀξίους. πάντες οὖν εἰλικρινῶς τιμήσωμεν τοὺς τὸν βαθμὸν
E ἔχοντας τῆς ἱερωσύνης· γινώσκοντες ὅτι εἴ τις τῶν φίλων τοῦ βασιλέως φιλεῖ, τοῦτον πολλῷ πλέον ἀγαπᾷ ὁ βασιλεύς. ἀγαπήσωμεν οὖν τοὺς ἱερεῖς τοῦ θεοῦ, ἐπειδὴ φίλοι εἰσὶ τοῦ θεοῦ, καὶ πρεσβεύουσιν ὑπὲρ ἡμῶν πάντοτε. τίμησον τοὺς ἱερεῖς, ἀναπληρῶν τὴν ἐντολὴν τοῦ Χριστοῦ τὴν λέγουσαν· ὅτι ὁ δεχόμενος προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου, μισθὸν προφήτου λήψεται. ἐὰν δὲ τὸν τυχόντα ἱερέα ἀγνοεῖς, εἰ ἄξιός ἐστι τοῦ βαθμοῦ ἢ ἀνάξιος, σὺ διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐντολὴν μὴ παρίδῃς. ὥσπερ γὰρ οὐ βλάπτεται χρυσὸς τῷ πηλῷ συμπεφυρμένος, οὐδὲ φαιδρὸς μαργαρίτης ἀλλοιοῦται, ὅταν τισὶ συναφθῇ εἴδεσιν ἀκαθάρτοις· τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον οὐδὲ ἡ ἱερωσύνη κηλιδοῦται ἔκ τινος, κἂν ἀνάξιος ᾖ ὁ ταύτην δεχόμενος. ἐὰν μέν τις ἀξιωθῇ εἰς ταύτην τὴν ἀξίαν ἐλθεῖν, καὶ πρευθῇ ἐν αὐτῇ ἀξίως καὶ ἀμέμπτως, ζωὴν αὐτῷ προξενεῖ καὶ στέφανον

ἄφθαρτον· ἐὰν δέ τις ἀναξίως εἰς ταύτην ἐλθεῖν τολμήσῃ, προξενεῖ ἑαυτῷ σκότος τὸ ἐξώτερον καὶ κρίσιν ἀνίλεον. ἄλλο σοι ὑπόδειγμα δίδωμι, ὦ ἄνθρωπε, ἵνα μὴ τολμήσῃς ἐν τῇ ἀλαζονείᾳ σου λαβεῖν ἀναξίως τὸν τῆς ἱερωσύνης βαθμόν· ἐπειδὴ οὐκ εὐδοκεῖ ὁ θεὸς ἐν τοῖς ἀλαζονικῶς κεχειροτονημένοις. γνῶθι τοίνυν ὃ πεπόνθασιν οἱ τάλανες ἐκεῖνοι, οἱ τῷ Μωσεῖ καὶ Ἀαρὼν ἀντιστάντες ποτὲ, καὶ προπετευσαμένοις ἀναιδῶς καὶ αὐθαδῶς θυμιᾶσαι τῷ θεῷ· οὐχὶ πῦρ κατέφαγεν ἅπαντας, ἀνθ' ὧν κατετόλμησαν εἰς βαθμὸν ὃν (sic) οὐκ ἦσαν ἄξιοι; πάλιν δὲ καὶ Μαριὰμ ἡ προφῆτις τοῦ θεοῦ, ἵνα βραχύν τινα λόγον τῷ Μωσῇ ὀνειδίσῃ περὶ ἱερωσύνης, τοιοῦτον αὐτῇ μῶμον ὥρισεν ὁ ὕψιστος, ἵνα λεπρωθεῖσα ἑπτὰ ἡμέρας ἀφορισθῇ ἔξω τῆς παρεμβολῆς. καὶ τὸ νῦν, ἀδελφοί, ἁγνῶς αὐτὴν πολιτεύσασθε, μιμούμενοι τὸν Μωσῆν καὶ Ἀαρὼν καὶ τὸν Ἐλεάζαρ. θεώρησον τοὺς εὐσεβεῖς τούτους ἱερεῖς, πῶς ἐν αὐτῇ ἠμύναντο τὰς τῶν ἐχθρῶν παρεμβολάς. ταύτην ἔχων ὁ Μωσῆς, ἥπλωσε τὰς χεῖρας πρὸς τὸν θεὸν, καὶ ἔτρωσε τὸν Ἀμαλὴκ πληγὴν ἀνίατον· ταύτην Ἀβραὰμ ζωσάμενος, τοὺς βασιλεῖς ἐτροπώσατο· ταύτην ὁ Μελχισεδὲκ ἀναλαβὼν, εὐλόγησε τὸν Ἀβραὰμ εὐλογίαν ἐξαίρετον. ἠξιώθης οὖν, ἀδελφὲ, κομίσασθαι βαθμὸν ἱερωσύνης; σπουδὴν ἔχε εὐαρεστεῖν τῷ στρατολογήσαντί σε, ἐν ἁγνείᾳ καὶ ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ σοφίᾳ πνευματικῇ, καὶ ἐν λαμπρᾷ παρθενίᾳ. γενοῦ θερμὸς ζηλωτὴς ὡς Ἠλίας, κηδεμὼν ὡς Ἱερεμίας, σώφρων ὡς Ἰωσὴφ, καὶ ἁγνὸς ὡς Ἰησοῦς, φιλόξενος ὡς Ἀβραὰμ, φιλόστοργος ὡς Δαυὶδ, καὶ πρᾶος ὡς Μωσῆς. τὸν πλανηθέντα σύναξον, τὸν χωλὸν ἐπίδησον, τὸν πεσόντα ἀνάστησον, ἀσθενοῦντας ἀντιλαβοῦ, καὶ ὅσα ὅμοια. ἐγὼ δὲ ἐκπλήττομαι, ἀγαπητοὶ, ὁποῖα εἰώθασί τινες ἐκ τῶν ἀφρόνων τολμᾷν, καὶ ἐπιχειροῦσιν ἀναιδῶς καὶ προπετῶς ἱερωσύνην λαβεῖν, μὴ κληθέντες ὑπὸ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ, ἀγνοοῦντες ὅτι πῦρ καὶ θάνατον ἑαυτοῖς σωρεύουσιν οἱ ἄθλιοι. οὐ λέγω σοι, ἄνθρωπε, τὴν ἱερωσύνην μόνον μὴ προπετῶς κομίσασθαι· ἀλλ' οὐδέ τι ἕτερον ἐκ τῶν σκευῶν ἅψασθαι τῆς πανσέμνου λατρείας. εἴγε ἄρα ἀνέγνως τί πέπονθεν Ὀζᾶ, ἐν τῷ αὐτὸν ἅψασθαι τῆς κιβωτοῦ τοῦ θεοῦ. ταύτης ἀεὶ μέμνησο, ἀδελφὲ ἀγαπητὲ, τῆς θείας λέξεως τοῦ ὑψίστου, τῆς ῥηθείσης διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, τὸ, ἐπὶ τίνα ἐγὼ ἀναπαύσομαι, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν πρᾶον καὶ ταπεινὸν καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους. ταύτης ἀεὶ τῆς ἐντολῆς μνημόνευσον, καὶ κτῆσαι θησαυρὸν τὸν πρᾶον λογισμόν· ἵνα οὕτως δυνηθῇς νοερῶς ἀναβῆναι εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, καὶ θυσίας νοερὰς προσενέγκαι τῷ βασιλεῖ καὶ θεῷ ἐπὶ τὸ ἄνω θυσιαστήριον· ὅπου πλέκονται στέφανοι ἀφθαρσίας. κἀκεῖσε ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων ἀναδήσει σε ὁ Χριστὸς στέμμα ἀθανασίας, καὶ σὺν ταῖς ἄνω στρατείαις ὑμνήσεις ὕμνον ἐπινίκιον τῇ ἁγίᾳ τριάδι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A corruptam. Si quis vero indigne in illam se ingerere ausus fuerit, is tenebras sibi exteriores & judicium implacabile conciliat. Aliud tibi exemplum proponam, o homo, ut ne præ arrogantia Sacerdotii gradum indigne sumere audeas: quoniam Deo non placent ii, qui arroganter ordinationem accipiunt. Nosce igitur quid passi sint ii, qui Moysi & Aaroni contradixerunt, & cum petulantia impudenter & arroganter Deo incensum offerre non dubitarunt. Annon ignis omnes consumsit, eo quod ausi essent in gradum illum se ingerere, quo digni non erant? Rursum vero Maria Prophetissa Dei, quod pauculis verbis Moysi circa Sacerdotium exprobrasset, tantum ab Altissimo pertulit opprobrium, ut lepra candens septem diebus extra castra segregata manserit. Nunc itaque, fratres, caste in sacerdotio versamini, B imitantes Moysem, Aaronem & Eleazarum. Hosce pios sacerdotes contemplare, quomodo per illud hostium castra depulerint. Hoc munitus Moyses expandit ad Deum manus, & Amalec insanabili plaga confodit. Hoc præcinctus Abraham reges profligavit. Hoc assumto Melchisedec Abrahæ benedixit excellenti benedictione. Dignus habitus es, frater, qui gradum Sacerdotii acciperes? cura ut placeas ei, qui te in exercitum adscripsit, in castitate, in justitia, in sapientia spirituali, & in splendida virginitate. Esto ardens zelo ut Helias, solicitus ut Jeremias, temperans ut Joseph, castus ut Jesus Nave, hospitalis ut Abraham, amore plenus ut David, & mitis ut Moyses. Errantem reduc, claudum alliga, lapsum erige, infirmos suscipe; & C his similia facito. Obstupesco, fratres, dum considero insipientium quorumdam audaciam, qui impudenter & petulanter sacerdotium adeunt non vocati a gratia Christi: ignorantes se sibi ignem & mortem miseros consciscere. Non solum dico tibi, o homo, ne sacerdotium petulanter usurpes; sed etiam ne quidpiam ex vasis sacratissimi cultus contingas. Num forte legisti quid passus sit Oza, quando tetigit arcam Dei. Hujus semper memento, frater dilecte, vocis Altissimi, ab Hesaïa propheta emissæ, quæ sic habet: *Super quem requiescam, nisi super mitem & humilem & trementem verba mea?* Hes. 66. 2. ut ita possis spiritualiter ascendere in supernam Je- D rusalem, & hostias spirituales offerre Regi & Deo in superno altari: ubi nectuntur coronæ incorruptionis. Ibique in conspectu Angelorum te Christus redimiet corona immortalitatis, & cum supernis exercitibus cantabis triumphalem hymnum sanctæ Trinitati, in sæcula sæculorum. Amen.

IN HOMILIAM CUI TITULUS, *ASCETAM FACETIIS UTI* &c.

MONITUM.

Etsi non prorsus inepta sit hæc Homilia, nec cordato indigna viro: a Chrysostomi tamen stylo penitus abhorrere statim animadvertent, quotquot S. Doctoris orandi modum & disserendi rationem vel primoribus quidem labris attigerunt. Ad hæc plurimæ hic voces occurrunt, quæ Chrysostomo minime familiares erant, ut sunt ληθαργῆσαι, oblivisci, βακήλως delicate, μελῳδικῶς ἀνακλᾶν, *modulatis & fractis sonis canere. Peregrina alia ejusmodi verba non pauca in tam brevi opusculo deprehendet, quisquis Chrysostomi Operum lectioni vel tantillum assuetus erit. Quamobrem jure inter Spuria ablegata fuit ab iis, qui prius editis advigilarunt. Hic quædam habentur de subintroductis & agapetis, qua de re in notis posterioribus agitur; sed etiam fusius agetur ad calcem Operum, cum de disciplina ævo Chrysostomi recepta disputabitur. Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.*

ASCETAM FACETIIS UTI non debere.

SANCTISSIMÆ sunt beati Pauli cohortationes, quæ jubent, ut cum timore, salutem nostram operemur. Qui enim absque timore ac multa solicitudine in virtutis exercitatione versatur, in multas ad nequitiam conversiones incurrit: & tamquam a recta regiaque via aberrans in diverticula & digressiones per spinas vepresque deducitur. Idcirco assiduæ ad Deum preces itineris duces ad bonum sunt iis qui dicunt: *Deduc me Domine in veritatem tuam*, & *Perfice gressus meos in semitis tuis.* Bonum est humanitas, & caritas caput est bonorum. Hæc vero consequitur hilaritas multa, risusque modum excedens, &, quæ gravitatem deprimunt facetiæ. Res sane indigna facetiis diffluere: risus enim temperantiæ vinculum laxat: risus gravitatem depellit: risus timoris Dei non recordatur: risus gehennæ minas non reformidat: risus ad fornicationem viam sternit: facetiæ sunt hominis intemperantis indicia: scurrilitas efficit, ut in dissolutionem & inertiam incidamus: scurrilitas est contemtus occasio. Propterea beatus Apostolus prohibet, dicens, *Stultiloquium & scurrilitas, quæ ad rem non pertinent, ex ore vestro non procedant, sed potius gratiarum actio:* hoc dicens, ne animi tranquillitatem ac lætitiam ad occasionem inertiæ traducamus, sed ad materiam gratiarum actionis erga bonorum largitorem. Quapropter Job quidem testatur pro se dicens: *Sin autem cum scurris ambulans fui.* Reprehendit etiam mores eorum, qui risum amant, Salomon: *Melior*, inquit, *est ira risu, quia in malitia vultus bonum reddetur cor. Cor sapientum in domo luctus: cor autem stultorum in domo lætitiæ. Bonum audire correptionem sapientis, super virum audientem cantum stultorum.* Dedecus autem & ignominiam arguens eorum, qui risui dediti sunt, ait: *Sicut sonitus spinarum sub lebete, sic risus stultorum.* Quid enim attinet valde lepidum & hilarem esse, ut sapiens & gravis appareas? Quin potius præ timore ac solicitudine, quod a Deo specteris, excessum hilaritatis auferre debes. Qui enim immodicis facetiis ac dicteriis diffluunt, res suas ignorare ipsi videntur, oblivione gravata anima; neque Domini adventum exspectare. Nondum Domini benignitatem, ô homo, nondum certam malorum exemtionem & immunitatem consequutus es: non nosti, quod paulo post eveniet: nempe te quidem ipsum futurum, tibi autem quid accidet: deinde absque ulla cura rides, & scurram agis, & absque metu vivis, cum deberes, in preces ad Deum incumbere, & de rebus futuris anxius ac solicitus esse, & de te formidare, ne forte a virtutis calle declines, curare vero ac metuere de iis quæ eventura sunt, & occursura, ne forte difficiliora sint & majora, quam tuæ ferant vires? Te itaque in medio tot tantorumque præliorum deprehenso, consistutam se in periculo existimet anima tua: bellum inferunt invisibile dæmones, bellum inferunt homines manifestum, bellum inferunt interiores animi perturbationes, libidines a corpore excitatæ, & quæ exterius corpus obsident calamitates. Non enim propinquis condoles, non ægrotas cum ægrotantibus, non fles cum flentibus, non times de illis, qui non satis in fide sunt firmi, ne concutiantur, & labantur. Non luges eos, qui lapsi sunt: non porrigis manum jacentibus: non eum qui ridet, interioribus gemitibus excipis, quandoquidem paratæ sibi damnationis nullum sensum capit: non evertit intempestivas tuas delicias cogitatio temporis, quod contractum est, non futuri terribilis illius diei adventus; sed illos imitaris, qui cum cithara & psalterio vinum bibunt, quibus lætitiæ loco pro-

Ephes. 6. 5. — Psal. 24. 5. — Psal. 16. 5. — Ephes. 5. 4. — Job 31. 5. — Eccles. 7. 4. — Eccles. 7. 7.

[a] Collata cum MSS. Regio 2353. qui sat recens est, & mendis scatet.
[b] Reg. ἀπωθεῖται.

[a] ΟΤΙ ΟΥ ΧΡΗ ΕΥΤΡΑΠΕΛΙΖΕΙΝ τὸν ἀσκητήν. [a]

A ΠΑΝΑΓΙΑΙ αἱ παραινέσεις τοῦ μακαρίου Παύλου, μετὰ φόβου κελεύουσαι τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθαι. ὁ γὰρ μὴ μετὰ φόβου καὶ πολλῆς ἐπιμελείας τὴν ἄσκησιν τῆς ἀρετῆς ἐργαζόμενος, πολλὰς ὑφίσταται τὰς εἰς τὸ κακὸν ἐκτροπὰς, καὶ ὥσπερ ἐξ εὐθείας καὶ βασιλικῆς ὁδοῦ πλανώμενος εἰς τὰς δι' ἀκανθῶν καὶ σκολόπων πλαγίας καὶ ἀνοδίας· διὸ καὶ πρὸς τὸν θεὸν εὐχαὶ ἀδιάλειπτοι ὁδηγοὶ εἰς τὸ ἀγαθὸν γίνονται· ὁδήγησόν με λεγόντων, ἐπὶ τὴν ἀλήθειάν σου, καὶ κατάρτισον τὰ διαβήματά μου ἐν ταῖς τρίβοις σου. ἀγαθὸν οὖν ἡ χρηστότης, καὶ ἡ ἀγάπη κεφάλαιόν ἐστι τῶν ἀγαθῶν. τούτοις δὲ ἀκολουθεῖ φαιδρότης πολλὴ, καὶ γέλως ὑπερβάλλων τὸ μέτρον, καὶ ἡ τὴν σεμνότητα ταπεινοῦσα εὐτραπελία.
B δεινὸν δὴ τὸ διαχυθῆναι τῇ εὐτραπελίᾳ. ὁ γὰρ γέλως χαυνοῖ τὸν δεσμὸν τῆς σωφροσύνης· γέλως [b] ἀπωθεῖ σεμνότητα· γέλως οὐ μιμνήσκεται φόβου θεοῦ· γέλως οὐ φοβεῖται ἀπειλὴν γεέννης· γέλως πορνείας ὁδηγός· εὐτραπελία ἔλεγχός ἐστι τοῦ ἀκολάστου ἀνθρώπου· γελωτοποιΐα εἰς ῥᾳθυμίαν κατενεχθῆναι ποιεῖ· γελωτοποιΐα καταφρονήσεως πρόφασις. διὰ τοῦτο ὁ μακάριος ἀπόστολος ἀπαγορεύει, λέγων· μωρολογία καὶ εὐτραπελία, τὰ οὐκ ἀνήκοντα, ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω· ἀλλὰ μᾶλλον εὐχαριστία· τοῦτο λέγων, ὅτι τὴν εὐθυμίαν μὴ πρόφασιν κτήσησθε ῥᾳθυμίας, ἀλλὰ εὐχαριστίας ὑπόθεσιν πρὸς τὸν δεδωκότα. διὰ τοῦτο μαρτυρεῖ μὲν Ἰὼβ ὑπὲρ ἑαυτοῦ, λέγων· εἰ δὲ καὶ ἤμην πεπορευμένος μετὰ γελοιαστῶν. ἐπιπλήττει δὲ τῷ φιλογέλωτι τρόπῳ Σολομών.
C ἀγαθόν φησι θυμὸς ὑπὲρ γέλωτα· ὅτι [c] ἐν κακίᾳ προσώπου ἀγαθυνθήσεται καρδία. καρδία σοφῶν ἐν οἴκῳ πένθους, καρδία δὲ ἀφρόνων ἐν οἴκῳ εὐφροσύνης. ἀγαθὸν τὸ ἀκοῦσαι ἐπιτίμησιν σοφοῦ ὑπὲρ ἄνδρα ἀκούοντα ᾆσμα ἀφρόνων, τὸ δὲ ἀπρεπὲς καὶ ἄτιμον τῶν εἰς γέλωτα ἐγκειμένων ἐλέγχων, φησί· φωνὴ ἀκανθῶν ὑπὸ τὸν λέβητα, οὕτως ὁ γέλως τῶν ἀφρόνων. πρὸς τί δὲ προσήκει τὸ πάνυ φαιδρὸν καὶ ἱλαρὸν εἰς τὸ σοφὸν ἡσύχιον καὶ σεμνὸν [d] αἰσθῆτι. καὶ διὰ φόβου καὶ μερίμνης τοῦ ὀφθῆναι θεῷ περιαιρεῖν τὸ ἄγαν ἱλαρόν. οἱ γὰρ φαιδρότησιν ἀμέτροις καὶ γελοίοις διαχεόμενοι ἐοίκασιν ἀγνοεῖν τὰ καθ' ἑαυτοὺς λήθῃ τινὶ βεβαρημένοι τὴν ψυχὴν, καὶ μηδὲ τοῦ δεσπότου τὴν παρουσίαν προσδοκῶντες. οὔπω τοῦ δεσπότου τὴν εὐμένειαν, ὦ ἄνθρωπε, οὔπω τῶν κακῶν βεβαίως ἔχεις τὴν ἀπαλλαγήν· οὐ γινώσκεις τὸ μικρὸν ὕστερον ἐσόμενον, ὅτι ὁ
D μὲν αὐτὸς ἔσῃ, τί δέ σοι συμβήσεται· εἶτα γελᾷς ἀφροντίστως, καὶ εὐτραπελίζεις, καὶ ἄγεις σεαυτὸν ἀφόβως, δέον ἐγκεῖσθαι ταῖς πρὸς θεὸν ἱκεσίαις, ἀγωνιᾶν δὲ ὑπὲρ τῶν μελλόντων, καὶ τρέμειν μὲν ὑπὲρ αὐτοῦ μή ποτε τῆς ἀρετῆς ἐκτραπῇς, φροντίζειν δὲ καὶ δεδοικέναι περὶ τῶν ἀπαντησομένων μὴ χαλεπώτερα καὶ μείζονα τῆς σῆς δυνάμεως ἀπέλθοι, τοσούτων καὶ τηλικούτων ἐν μέσῳ πολέμων ἀπειλημμένης; ἀγῶνα ἐχέτω ἡ ψυχή σου. πολεμοῦσιν ἀοράτως δαίμονες, πολεμοῦσι προφανῶς ἄνθρωποι, πολεμεῖ τὰ τῆς ψυχῆς ἔνδον πάθη, αἱ διὰ σώματος ἐγειρόμεναι ἡδοναὶ, καὶ αἱ περὶ τὸ σῶμα ἔξωθεν συμφοραί. τοῖς γὰρ πλησίον οὐ συναλγεῖς, οὐκ ἀσθενεῖς μετὰ τῶν ἀσθενούντων, οὐ κλαίεις μετὰ τῶν κλαιόντων· οὐ δέδοικας περὶ τῶν μὴ βεβαίως περὶ τὴν πίστιν διακειμένων, μὴ μετακινηθῶσι, καὶ πέσωσιν· οὐ
E θρηνεῖς τοὺς πεπτωκότας, οὐ χεῖρα ὀρέγεις τοῖς κειμένοις, οὐκ ἐπιλαμβάνῃ τοῦ γελῶντος, ἔνδοθεν στεναγμοῖς, ἐπειδὴ ἐληθάργησε τὴν ἡτοιμασμένην κόλασιν· οὐκ ἀνατρέπει σου τὴν ἄκαιρον τρυφὴν ὁ τοῦ συνεσταλμένου καιροῦ λογισμὸς, οὐχὶ τῆς μελλούσης φοβερᾶς ἡμέρας παρουσία, ἀλλ' ἐκείνους μεμίμησαι τοὺς μετὰ κιθάρας καὶ ψαλτηρίου τὸν οἶνον πίνοντας; οἷς ἀντὶ τῆς εὐφροσύνης τὸ οὐαὶ ἠπείλησεν ὁ προφή-

[c] Reg. ἐν ἀτυχίᾳ.
[d] Hæc corrupta sunt, nec juvant MSS. Codices ad textum restituendum.

της.

τῆς. ἐγὼ μὲν γάρ φησιν ἐκήρυξα κλαυθμὸν καὶ κοπετὸν καὶ ξύρησιν κεφαλῆς, καὶ περίζωσιν σάκκου· αὐτοὶ δὲ ἐποιήσαντο εὐφροσύνην καὶ χαρὰν, λέγοντες, φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν· καὶ ἀνακεκαλυμμένα εἰσὶ ταῦτα ἐν τοῖς ὠσὶ κυρίου σαβαὼθ, ὅτι οὐκ ἀφεθήσεται αὐτοῖς ἡ ἁμαρτία αὕτη, ἕως ἂν ἀποθάνωσιν. ἀκούσας ταῦτα φοβήθητι, καὶ στέναξον· μὴ μιμήσῃ τοὺς φαγόντας, καὶ πιόντας, καὶ ἀναστάντας παίζειν· καὶ ἵνα τὸ πικρότερον εἴπω, θυσίαι, καὶ τροφαὶ, καὶ παίγνια τοῦ πρὸς θεὸν ληθαργῆσαι φόβου ἐποίησαν, καὶ πρὸς εἰδωλολατρείαν ἐξήλκυσαν. φοβήθητι μὴ σοῦ γελῶντος ὁ δεσπότης ὀργίζηται, ὁ τοὺς μὲν κλαίοντας μακαρίσας, τοὺς δὲ γελῶντας ταλανίσας· μὴ τὴν παιγνίαν σου, καὶ τὸν ἐκκεχυμένον γέλωτα ἀφοβίαν περὶ θεοῦ καὶ λήθην τῶν συμφερόντων ὁ διάβολος εὑρὼν ἐπιβῇ τῇ ψυχῇ σου, καὶ σπείρῃ τὰ ἑαυτοῦ ζιζάνια· ἦν ὅτε ἄνεσιν εἶχον οἱ καιροὶ μᾶλλον ἐπιτηδείως· ἀλλ' ὅμως καὶ τότε πολὺ παρὰ τοῖς ἁγίοις ἦν τὸ σκυθρωπὸν ἀντὶ τοῦ περιχαροῦς· καὶ φησὶν ὁ ψαλμῳδὸς, ὅλην τὴν ἡμέραν σκυθρωπάζων ἐπορευόμην, καὶ, λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου, ἐν δὲ δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω· κατηφὴς ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις γινόμενος, καὶ περὶ τῶν συμφορῶν ὀδυρόμενος, καὶ τὰς τῆς Ἱερουσαλὴμ συμφορὰς, κάθηται κλαίων ὁ προφήτης Ἱερεμίας· καὶ σὺ τοίνυν μὴ καρηβαρείᾳ καὶ μέθῃ χρώμενος καὶ γελοίοις καὶ εὐτραπελίᾳ ἐκδώσῃς σεαυτόν· διὰ τοῦτο γάρ σου καὶ κιθάρα περιῄρηται, καὶ οὔτε τύμπανον ἔχεις ἐν χερσί· καὶ καρδίᾳ μᾶλλον ἢ τῷ στόματι ψάλλειν ὁ Παῦλος ἐδίδασκεν, ὁ πανταχόθεν συστέλλων τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ πάσης ἐκλύσεως καὶ διαχύσεως· ἔπαιζεν ὁ πατὴρ Ἰσαὰκ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα· ἀλλά σοι καὶ τὰ πρὸς γυναῖκα σεμνότερα διατέτακται, ὅτι ὁ καιρὸς συνεσταλμένος ἐστίν· ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας, ὡς μὴ ἔχοντες ὦσι, καὶ οἱ χαίροντες ὡς μὴ χαίροντες, καὶ οἱ ἀγοράζοντες ὡς μὴ κατέχοντες· καὶ οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ ὡς μὴ καταχρώμενοι. παράγει καὶ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου· σὺ δὲ οὐ βούλῃ συστέλλεσθαι, πάντων τῶν πραγμάτων συστελλομένων. ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον γυναικῶν ἀδιαφόρως ἐκχέεις δάκρυα, καὶ πληθύνεις παίγνια, καὶ γελοῖα προτείνεις, καὶ διακλᾶσαι αἰσχρολογίας προφέρεις· μὴ φέρων γὰρ τὴν ἐν τῷ ἀκολάστῳ σου σώματι πύρωσιν, λοιπὸν ἐκφέρεις τὸν βόρβορον ἔξω, καὶ ἑαυτὸν φανερὸν ποιεῖς· οἷος εἶ διὰ ῥημάτων, τοιοῦτος πάντως ἔσῃ, καὶ πολὺ χεῖρον ἐν τῷ ἔσω ἀνθρώπῳ. τί ἀφόβως συναναμίγνυσαι γυναιξί; τί σεαυτὸν εἰς τὴν παγίδα κατατρέχεις; τί εἰς τὸν κίνδυνον ἑαυτὸν ἐμβάλλεις; τί φαιδρύνῃ πρὸς θηλείας, καὶ συνδιάγειν τολμᾷς; διὰ τοῦτο νηστεῖαι, διὰ τοῦτο προσευχαὶ, διὰ τοῦτο καὶ ξηροῦ δίαιτα, διὰ τοῦτο πολυτρόπους ἀσκήσεις ἐπινοοῦσιν ἄνθρωποι, διὰ τοῦτο τὰς ἐρήμους μεταδιώκουσιν· ἔνιοι δὲ οὐδὲ ἄρτου, οὐδὲ ὕδατος κορέννυνται, δι' οὐδὲν ἕτερον, ἢ διὰ τὸ φυγεῖν ἐκεῖνα τὰ σκάνδαλα, διὰ τὸ μὴ ἐμπεσόντας τοῖς θηλείαις πτῶμα γενέσθαι αἰσχρόν. σὺ δὲ ταῦτα πάντα παραδραμὼν, καὶ μήτε τὸν κίνδυνον ἐννοήσας μετὰ τὴν παγίδα, δι' ἧς ὁ πρωτόπλαστος ἐκ τῆς τηλικαύτης μακαριότητος ἐξέπεσεν, οὐκ ἐννοεῖς τὸ ὅπλον τοῦ διαβόλου, δι' οὗ ὁ ἀρχαῖος ζωθεὶς καταβέβληται; καὶ ὁ μὲν δεσπότης καὶ τὸ ἐμβλέψαι γυναικὶ ἀπηγόρευσε, πορνείαν διαγράφων· σὺ δὲ εἰς τοσοῦτον ἐμάνης, καὶ πλαστὰ ὀνόματα ἐπιθεὶς [a] τῇ προσωνυμίᾳ τῆς ἀγάπης προφάσει χρηστότητος ἑαυτῷ σύνοικον ἐπεσπάσω ὡς ἡ Εὔα τὸν ὄφιν. ἀποδήσας τὸ πῦρ ἐν τῷ κόλπῳ, καὶ λύχνον εἰς χόρτον θήσας, κίνδυνον ἐξ ἀμφοτέρων ἕξεις· ἢ γὰρ εἰς αὐτὸ τὸ πτῶμα τοῦ βαράθρου ἐμπεσὼν περὶ τὴν σωφροσύνην ἐκινδύνευσας· ἢ εἰ μὴ τοῦτο πάθῃς, φήμην αἰσχρὰν ἑαυτῷ περιάψεις, ὁ κελευόμενος προνοεῖσθαι καλὰ, οὐ μόνον ἐνώπιον θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον ἀνθρώπων. διὸ παραίνεσιν ἔχων ἐκκλησιαστικὴν ὀφείλεις παραφυλάττεσθαι ὅσα σεμνά· καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ὅσα εὔφημα. μέτρησον τῷ σεμνῷ τὸ χρηστόν· τὸν σοφὸν ἐπίθες σωφρονιστήν. τί χραίνεις τὸ καλὸν ὄνομα τοῦ χριστιανισμοῦ; τί καὶ τὰς ἑτέρων παιδεύεις ψυχὰς σύνοικον

A pheta, Væ comminatus est. Ego enim, inquit, *Hesai. 22. 12.*
prædicavi fletum, & planctum, & calvitium, &
cincturam sacci: ipsi autem fecerunt lætitiam, &
exsultationem, dicentes: *Edamus, & bibamus, cras* *Hesai. 22. 13.*
enim morimur. Et revelata sunt hæc in auribus
Domini Sabaoth, quoniam non dimittetur illis hoc
peccatum, donec mortui fuerint. His auditis pertimesce
ac geme, noli imitari eos, qui comederunt, & biberunt, & ad ludendum surrexerunt, atque, ut id quod acerbius est, dicam, sacrificia & cibi, & lusus, timoris Dei oblivionem invexerunt, & ad idololatriam illos pellexerunt. Pertimesce, ne cum tu rides, Dominus irascatur, qui beatos dixit eos, qui flent, & infelices eos, qui rident, ne lusum tuum, ac dissolutum risum, timorisque Dei defectum, ac rerum utilium oblivionem cum offenderit. Diabolus, in animam tuam insiliat, &
B zizania sua spargat. Fuerunt tempora, quibus magis conveniebat recreatio: verumtamen tum quoque apud sanctos mœstitiæ locus erat potius quam lætitiæ. Unde ait Psalmista: *Tota die contristatus* *Psal. 37. 7.*
ingrediebar, &, *Lavabo per singulas noctes lectum* *Psal. 6. 7.*
meum: lacrymis autem stratum meum rigabo: tristis ob peccata sua factus, & propter calamitates suas lugens, atque Jerusalem clades deplorans Jeremias sedet. Ergo tu quoque ne crapulæ deditus aut ebrietati, facetiis & scurrilitati te addicas: propterea namque cithara tua sublata est, neque tympanum in manibus habes: & corde potius, quam ore psallere Paulus docet, qui undique hominem ab omni *1. Cor. 14. 15.*
dissolutione atque effusione revocat. Ludebat pater Isaac cum uxore sua, tibi autem injunctum est, ut *Gen. 29. 8.*
cum uxore honestius graviusque te geras: quoniam
C *tempus contractum est, ut & ii qui habent uxores,* *1. Cor. 7. 29.*
tamquam non habentes sint, & qui gaudent, tamquam non gaudentes, & qui emunt, tamquam non possidentes, & qui utuntur hoc mundo, tamquam non abutentes. Præterit enim figura hujus mundi. *1. Cor. 7. 31.*
Tu autem contrahi non vis, cum res omnes contrahantur, sed & coram mulieribus temere lacrymas fundis, ludicra exerces, ridicula profers, & turpibus dicteriis effusis solveris in cachinnos. Dum enim intemperantis corporis æstum ferre non potes, reliquum est, ut sordes illas foris ejicias, & qualis sis, teipsum prodas; qualis es per verba, talis omnino eris, & multo deterior in interiori homine. Cur absque ullo metu cum mulieribus congrederis? cur tua sponte in laqueos incurris? cur teipsum in periculum conjicis? cur hilariter cum mu-
D lieribus versaris, & degere cum illis audes? Idcirco jejunia, idcirco preces, idcirco victus ille aridus, & austerus, idcirco multiplices exercitationes excogitant homines, idcirco solitudines sectantur: nonnulli autem ne pane quidem & aqua satiantur, nulla alia de caussa, nisi, ut illa scandala evitent, ne, si in feminas incidant, turpis aliqua prolapsio fiat. Tu vero his omnibus contemtis, ac nulla habita ratione periculi post laqueum, quo primus generis humani parens ab illa tanta felicitate excidit, non animadvertis telum diaboli, quo vetus ille parens noster confossus, prostratus est? Ac Dominus quidem vel hoc ipsum prohibuit, ne mulierem respiceremus, fornicationem describens: tu vero usque adeo demens es, ut impositis confictis nominibus appellatione caritatis, & occasione humanitatis serpentem ut Eva tibi contubernalem asciveris. Cum
E alligaveris ignem in sinu, & lucernam in fœno posueris, periculum tibi creabitur ex utroque. Aut enim in ipsam barathri prolapsionem incidens amittendæ castitatis periculum adibis, aut si hoc tibi non accidat, turpem tibi infamiæ notam inures, cum tibi mandatum sit, ut non solum coram Deo, *2. Cor. 8. 21.*
sed etiam coram hominibus bona provideas. Quapropter hac Ecclesiastica cohortatione commonefactus observare debes quæcumque honesta sunt & *Philip. 4. 8.*
pudica, neque id tantum, sed & quæcumque bonæ famæ. Metire ex honestate humanitatem: sapientem tibi monitorem appone. Cur honestum Christianismi nomen contaminas? cur aliorum etiam illa-

[a] Hic agitur de subintroductis & Agapetis, qua de re agetur, ubi de disciplina tempore Chrysostomi.

queans animas contubernalem tibi ascissis? Non enim solum ut animam tuam defendas, rationem reddes, sed ob eos, quibus scandalo fuisti. Projice e sinu tuo serpentem, abjice a te ipso periculum. Si tibi a feminis ministrari desideras, cur non antiquam legem observans nuptiis te legitimis copulasti? Nuptiæ pœnis non sunt obnoxiæ: adulterium supplicio est obnoxium inevitabili. Est enim adulterium, atque adeo magnum adulterium cohabitare cum feminis. Conscientiam tuam examina, num quando detrimentum acceperis, num sive noctu, sive interdiu vulnus inflictum tibi senseris. Sane ego cor tuum reserabo, tametsi mihi succensurus es: verumtamen non est mihi curæ: valde quippe doleo, cum video Ascetam subintroductam mulierem sibi asciscere. Ego vero tibi dico te in singulas horas vulnerari, & singulis horis prædam belluæ fieri. Laxantur enim tibi vincula castitatis, corrumperis ac remissus evadis bellator generosus, pro victore captivus efficeris. Num enim lapis es? homo es, communibus naturæ casibus obnoxius. Ignem habes in sinu, & non ureris? cui verisimile illud videatur? Pone lucernam in fœno, tumque vide, num dicere mihi possis fœnum non uri? quod si negaveris uri fœnum, ne mihi dicas, sed ei qui occulta novit, qui venit ut cogitationes congreget. Est enim discretor cogitationum, & ratiocinationes
Matt. 5. 29. cordis intelligit. Ait enim, *Qui viderit mulierem ad concupiscen*`*um eam, jam mœchatus est eam in corde suo.* Vide ne omni hora in te adulterium deprehendatur. Omnino dices, jejuniis, exercitationibus & arido austeroque victu me communio, ne a proposito excidam. Igitur ob aliud nihil instituitur exercitatio tua, nisi propter contubernalem tuam. Itaque non jam tibi justitiam thesaurizas: tuam enim illa exercitationem subtraxit. Abjice igitur a teipso illam, quæ multorum bonorum tibi damnum invexit, ne te ejiciat e paradiso, ne te diabolo ludibrium reddat. Noli apud te illam collocare, ne forte cum te supplantarit, tecum in gehennam mittatur. Formidabilem judicem pertimesce, ini tecum pactum, ut ne oculos quidem conjicias in mulierem. Præsentibus senioribus canitiem reverere & tamquam Patres eos reveritus, parce scurrilibus verbis, & ludicris, & ridiculis. Ne lude cum juniori, neque viam inertiæ monstres, iniens eam prior ipse, multoque majorem contemtum ingenerans: mulierem vero vel solo aspectu tenus reverere. Sit illis forma quædam & exemplum vita tua, talem te præbe, ut te illæ revereantur, & forma atque initium verecundiæ illis fias, quandoquidem vir quiddam est muliere principalius, neque facilitatem adjicias faciliori naturæ muliebri. Verecunda sit præcipua quadam ratione mulier, quanto gravius est dedecus mulieris impudentia. Et si liberius etiam cum viris loqui admodum indignum est & audaciæ plenum, cum mulieri sit impositum, ut timeat virum suum, potius, quam ut loquendi libertate apud illum utatur:
Ephes. 5. 33. *Mulier* enim, inquit, *virum suum timeat:* si igitur ei, quæ virum habet, lex ista proposita est, quid tibi nunc quæ virum non habes, agendum restat? tibi vero nunc convenit, ut ne ullo quidem pacto viro appropinques, quantum fieri potest, neque ullo modo vir tuum vultum aspiciat. Christi enim sponsa es; sic progredere ornata ut sponsa, vultu amictu velato, ne forte si quem tuo conspectu vulneraveris, perditionis ejus pœnam luas. Atque hæc quidem nos ex arcana scripturarum doctrina depromta dicimus: multæ vero quæ neque Dei timorem animo versant, neque facilem suam prolapsionem reformidant, neque propositam pœnam provident, ea non admodum curant, & suo ductæ consilio virorum se obsequiis addixerunt, neque ex præscripto regulæ illi datæ, quæ nupsit, & juncta est marito. At tu ne hanc quidem legem observas, non enim cum timore conversaris, sed multa cum securitate atque contemtu & simul comedis, & simul bibis, & colloqueris, & incomposite simul

a Reg. νομίμως.

A ἐπισπασάμενος; οὐ μόνον γὰρ τῆς περὶ τῆς σῆς ψυχῆς ἀπολογίας δώσεις λόγον, ἀλλὰ καὶ περὶ ὧν διὰ σὲ ἐσκανδαλίσθησαν. ἔκβαλε τὸν ὄφιν ἐκ τοῦ κόλπου σου, ἔκβαλε τὸν κίνδυνον ἀπὸ σεαυτοῦ· εἰ ἐπιποθεῖς ὑπὸ θηλειῶν διακονεῖσθαι, διὰ τί ἀρχαῖον νόμον οὐκ ἐφύλαξας, καὶ γάμῳ [a] νομίμῳ συνήφθης; ὁ γάμος κόλασιν οὐκ ἔχει· ἡ μοιχεία κόλασιν ἔχει ἀπαραίτητον. μοιχεία γάρ ἐστι, καὶ μεγάλη μοιχεία ἡ σὺν γυναιξὶν συνοίκησις. ἀνερεύνησον τὴν συνείδησιν, εἰ οὐδέποτε ἐβλάβης· εἰ οὔτε νυκτὸς, οὔτε ἡμέρας ἐδέξω πληγήν. ἐγὼ δὲ ἀναπτύξω σου τὴν καρδίαν, εἰ καὶ μέλλεις ἄχθεσθαι. ἀλλ' ἐμοὶ οὐ μέλει· πάνυ γὰρ ἀλγῶ, ὅταν εἴδω ἀσκητὴν συνείσακτον ἐπισπασάμενον· ἐγὼ δέ σοι λέγω, ὅτι κατὰ πᾶσαν ὥραν τραυματίζῃ, καὶ κατὰ πᾶσαν ὥραν θηριάλωτος γίνῃ. χαυνοῦνται γὰρ τοῦ τῆς σωφροσύνης δεσμοῦ, ἐκλύῃ ὁ γενναῖος πολεμιστὴς, αἰχμάλωτος ἀντὶ νικητοῦ ἀναδεικνύῃ. μὴ γὰρ λί-
B θος εἶ; ἄνθρωπος εἶ, τοῖς κοινοῖς τῆς φύσεως συμπτώμασιν ὑποκείμενος· πῦρ ἔχεις ἐν τῷ κόλπῳ, καὶ οὐ καίῃ; καὶ πῶς
[b] ἔχει λόγον; θὲς λύχνον εἰς χόρτον, καὶ τότε ἴδε, εἰ δύνασαί b
μοι εἰπεῖν, ὅτι οὐ καίεται ὁ χόρτος; εἰ δὲ ἀρνῆται, ὅτι οὐ καίεται ὁ χόρτος, ἐμοὶ μὴ λέγε, ἀλλὰ τῷ εἰδότι τὰ κρύφια, ὃς ἔρχεται συναγαγεῖν τοὺς λογισμούς· κριτικὸς γάρ ἐστιν ἐνθυμήσεων, καὶ λογισμῶν, καὶ ἐννοίας καρδιῶν συνιεῖ· λέγει γὰρ, ὁ ἐμβλέψας γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· βλέπε μὴ κατὰ πᾶσαν ὥραν μοιχεία ἐν σοὶ εὑρίσκηται· πάντως ἐρεῖς νηστείαις καὶ ἀσκήσεσιν καὶ τῇ κατὰ ξηρὸν διαίτῃ τειχίζω ἐμαυτὸν, ἵνα μὴ τοῦ προκειμένου ἐκπέσω· οὐκοῦν δι' οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἡ ἄσκησίς σου, ἀλλ' ἢ διὰ τὴν σύνοικόν σου. οὐκοῦν οὐκ ἔτι θησαυρίζεις δικαιοσύ-
C νην· ὑπέσυρε γάρ σου ἐκείνη τὴν ἄσκησιν. ἔκβαλε τοίνυν ἀπὸ σεαυτοῦ τὴν ζημιοῦσάν σε πολλῶν ἀγαθῶν, μή σε ἐκβάλῃ ἐκ τοῦ παραδείσου, μή σε ποιήσῃ παίγνιον τῷ διαβόλῳ· μὴ στήσῃς αὐτὴν παρὰ σεαυτῷ, μήπως καταστρέψασά σε σὺν σοὶ εἰς γέενναν κατενεχθῇ. φοβήθητι τὸν φοβερὸν δικαστὴν, διάθου σεαυτῷ διαθήκην μηδὲ ἀτενίσαι γυναικί· πρεσβυτέρων παρόντων αἰδοῦ πολιὰν, καὶ καθάπερ πατέρας αἰδούμενος φείδου μωρολογίας καὶ παιγνίας καὶ γέλωτος. νεωτέρῳ μὴ προσπαίζε, μηδὲ δείκνυε ῥαθυμίας ὁδὸν, κατάρχων ταύτης αὐτὸς, καὶ πολὺ πλείονα τὴν καταφρόνησιν ἐμποιῶν· γυναῖκα δὲ καὶ μέχρι τῆς ἀντιβλέψεως αὐτῆς αἰδοῦ· ὁ σὸς βίος ἐκείναις γενέσθω τύπος· τοιοῦτον σεαυτὸν ἐπίδειξον, ἵνα σὲ ἐκεῖναι αἰ-
D δῶνται, καὶ τύπος καὶ ἀρχὴ τῆς αἰδοῦς ἐκείναις γένῃ, ὅτι καὶ ἡγεμονικώτερον ἀνὴρ γυναικὸς, καὶ μὴ τὴν σὴν εὐχέρειαν προσθῇς εὐχερεστέρᾳ φύσει τῇ γυναικείᾳ. γυνὴ αἰδείσθω διαφερόντως, ὅσῳ καὶ χαλεπώτερον ὄνειδος ἀναισχυντία γυναικός. εἰ καὶ παῤῥησιάζεσθαι πρὸς ἄνδρας πολὺ δεινὸν καὶ τολμηρὸν, φόβου προστεθέντος γυναικὶ πρὸς τὸν ἴδιον ἄνδρα μᾶλλον, ἢ παῤῥησιάζεσθαι. ἡ γὰρ γυνὴ, φησιν, ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα. εἰ οὖν τῇ ἐχούσῃ ἄνδρα τοιοῦτος ὁ νόμος πρόκειται, τί λοιπὸν πρὸς σὲ τὴν μὴ ἔχουσαν ἄνδρα; σοὶ λοιπὸν τοῦτο πρέπει, μηδὲ ὅλως ἐγγίζειν ἀνδρὶ, εἰ ἐνδέχεται, μηδὲ ὅλως βλεπέτω ἀνὴρ τὸ πρόσωπόν σου. νύμφη γὰρ Χριστοῦ εἶ· οὕτω πρόελθε, ὡς νύμφη κεκοσμημένη, ἐσκεπασμένη τῷ περιβολαίῳ τὴν
E ὄψιν, ἵνα μή τινα διὰ τῆς ὁράσεως τραυματίσασα τῆς ἐκείνου ἀπωλείας σὺ τὴν ἀμοιβὴν ἀπολήψῃ. καὶ ἡμεῖς μὲν ταῦτα λέγομεν κατὰ τὰς ἀῤῥήτους τῶν γραφῶν διδασκαλίας· πολλαὶ δὲ μηδὲ τὸν φόβον τοῦ θεοῦ ἐν νῷ λαβοῦσαι, μήτε τὴν εὐχερῆ αὐτῶν πτῶσιν φοβηθεῖσαι, μήτε τὴν ἀποκειμένην κόλασιν προειδοῦσαι ἀδιαφόρως ἤνεγκαν, καὶ οἰκείᾳ γνώμῃ προσῆλθον ὑπηρετεῖν ἀνδράσιν, οὔτε ἐξίσου τῷ κανόνι τῆς γαμηθείσης καὶ ἐχούσης ἄνδρα. σὺ δὲ οὐδὲ τοῦτον τὸν ὅρον φυλάττεις· οὐ γὰρ μετὰ φόβου συναναστρέφῃ, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς ἀδείας καὶ καταφρονήσεως, καὶ συνεσθίεις, καὶ συμπίνεις, καὶ συνομιλεῖς, καὶ

b Sic Reg. melius, quam Editi, ἔχει λόγος.

συγγελᾷς ἀτάκτως· καὶ ἐπὶ τούτοις πᾶσιν σὺ μὲν θέλεις παρθένος καλεῖσθαι· οὐκ ἔτι δὲ παρθένον ἐρῶ τὴν οὕτως ἑαυτὴν ῥίψασαν, καὶ μηδὲ φοβηθεῖσαν τὸν κίνδυνον. τολμήσω εἰπεῖν τὸ προφητικὸν, ἐκστήτω ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ φριξάτω ἡ κτίσις, εἰς ὅσην ἀναισχυντίαν κεχωρήκαμεν, καὶ τῶν ἐν τοῖς ἐργαστηρίοις πορνῶν. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖναι ὑπὸ μίμων ἀγελώμεναι ἀνθρώπων ἰταμώτεραι πρὸς τὰς ἀσέμνους πράξεις γίνονται· οὕτως καὶ αὗται εὐδοκήσασαι ἀνδράσι συνοικεῖν. θεὸς ἀγανακτεῖ, ἄνθρωποι διασύρουσι, κἀκεῖναι τὸν ἄδικον κριτὴν μιμούμεναι, οὐδὲ τὸν θεὸν φοβοῦνται, οὔτε ἄνθρωπον ἐντρέπονται· ἀλλ' ἐπὶ τούτοις πᾶσι μειζόνως παῤῥησιάζονται καὶ τῶν ἐν γάμῳ σεμνῶς παροικουσῶν ἀνδράσιν. αὗται μᾶλλον ἐπηρμένως τὰ μὲν ὧν συνοικοῦσιν διατίθενται, καὶ ἐκταράσσουσιν, καὶ ἀνθυβρίζουσι, καὶ πάσης αὐτοῦ τῆς ὑπάρξεως δεσπόζειν βούλονται· κἂν ἐνίοτε βούληται εἰς εὐποιΐαν ἐκτεῖναι τὴν χεῖρα αὐτοῦ, διακωλύει, καὶ λοιπὸν οὐκ ἔστιν ὑπηρέτις, ἀλλὰ δέσποινα γέγονεν. ἀποχώρει οὖν τῆς ἀλλοτρίας συνοικήσεως, ὦ παρθένε, καὶ οὐχὶ μόνον τῆς συνοικήσεως λέγω, ἀλλὰ καὶ τοῦ συνομιλεῖν, ἢ συγγελᾷν παραιτήσαι. εἰ γὰρ τῷ φρονίμῳ ἀνδρὶ μόλις ἡσυχῇ μειδιᾷν ἐπιτέτραπται, τῇ σοφῇ γυναικὶ μόλις καὶ τοῦτο κελεύει. καὶ γὰρ καὶ τὸ μειδιᾶσαι γυναικὶ ἐπαγγελλομένῃ θεοσέβειαν, βαρὺ καὶ ἐπικίνδυνον· πολὺ γὰρ βελτίων ἐπὶ σεμνότητι θεωρεῖται γυνὴ, ἤπερ ἐπὶ τῇ φαιδρότητι καὶ ἱλαρότητι. καὶ δὴ ἐπὶ τὴν πνευματικὴν νύμφην ἀπὸ τῆς γυναικὸς ἐπιφέρων τοὺς ἐπαίνους ὁ τὸ μυστικὸν ᾆσμα γεγραφὼς τὴν σιωπὴν αὐτῆς θαυμάζων, καὶ τὸ τοῦ σχήματος αὐστηρὸν ἐπαινεῖ, θάμβος ὀνομάζων αὐτό· τοῦτο γὰρ τὸ πάνυ σεμνὸν καὶ καταπληκτικὸν τοῖς ὁρῶσι γίνεται. δεῖ γὰρ αὐτῆς τὴν σεμνότητα φοβερὰν εἶναι τοῖς περιέργοις ὀφθαλμοῖς, καὶ τῆς πολυπράγμονος ἀναιδείας ἀποσεισμικὴν, ἧς διὰ τοῦτο καὶ τὸν κόσμον ἀφεῖλε τὸν διὰ χρυσοῦ καὶ τριχῶν ἐμπλοκῆς καὶ ἐσθῆτος πολυτελοῦς, ἵνα μὴ καταστίλβῃ τοῖς περικειμένοις κοσμήμασι, καὶ φαιδρυνῇ τὸν ὀφθαλμὸν τῶν ὁρώντων, καὶ προσκαλῆται εἰς σκάνδαλον· διὰ τοῦτο νηστεῖαι, καὶ ἐγκράτειαι, καὶ ἀσκήσεις, καὶ ὠχρὸν καὶ στυγνὸν τὸ εἶδος, καὶ τὴν στολὴν εὐτελεστέραν ὀφείλει ἔχειν ἡ παρθένος διὰ τὸ τῆς φύσεως εὐόλισθον· διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος τῷ γνησίῳ τέκνῳ Τιμοθέῳ γράφων τὴν πρὸς γυναῖκας αὐτοῦ τιμητικὴν χρηστότητα τῆς ἁγνείας ἀσφαλείᾳ περιφυλάττει, λέγων· νεωτέρας χήρας τιμᾶν ὡς ἀδελφὰς ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ. εἰ δὲ γυναικὸς τὸν περὶ τὸ σῶμα κόσμον ἀφαιρεῖ τὰ θεῖα γράμματα, πόσῳ μᾶλλον ἀνδρὶ προσήκει τὸ παντελῶς ἀκαλλώπιστον, καὶ ἡ μέχρι τῆς χρείας περιβολή; ἵνα σκέπασμα ᾖ καὶ μὴ καλλώπισμα, καθάπερ ὠνόμασεν ὁ Παῦλος· ἔχοντες διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα. αἱ γὰρ εἰς καλλωπισμὸν ἐσθῆτες γυναικεῖαι μᾶλλον, ἢ ἀνδρεῖαι νομιζέσθωσαν· καὶ γὰρ ὁ νόμος λέγει, οὐκ ἐνδύσεται ἀνὴρ στολὴν γυναικείαν· μὴ τοίνυν θηλυνέσθω ἀνὴρ, ὅπου οὐδὲ τὸ θῆλυ σφόδρα προσήκει θηλύνεσθαι παρὰ τῷ θεῷ. ἐκ τριχῶν καμήλου ὁ Ἰωάννης ἐσθῆτα ἐφόρει, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ· καὶ πρότερον Ἠλίας, οὗ τὸ πνεῦμα ὁ Ἰωάννης ἐφόρεσε, μηλωτὴν μόνον κἀκεῖνος ἠμφίαστο. νωθρῆς καὶ ῥαθύμου ψυχῆς τὸ θαυμάζειν εὐανθὲς ἔνδυμα, καὶ κατὰ τὴν ἐργασίαν λεπτόν· ψυχὴ δὲ μεγαλοφυὴς ἡ τοῦ ὄντως κόσμου τοῦ ἀληθινοῦ αἰσθανομένη, διαπτύει πᾶσαν μαλακὴν ἐσθῆτα, τὴν ὑψηλοτέραν αὐτῆς [a] ἐπιποθοῦσα, τὴν ἀπερίεργον, τὴν εὐπρεπεστέραν, τὴν σεμνοτάτην, τὴν ἁγνείαν πάντων προτιμήσασα. ἀρκέσθητε τοίνυν τῇ διὰ τῶν εἰρημένων ὑπομνήσει· φυλάξατε δὲ τὴν σεμνότητα μὴ πέρα τοῦ μέτρου ἐξαγαγεῖν ὡς πικρὰν τὴν ἀκρίβειαν· ἥτις γλυκυτέρα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον αὐτῷ τε τῷ ἀκούοντι, καὶ τοῖς πλησιάζουσι γίνεται. ἡ γὰρ πνευματικὴ χαρὰ σεμνῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς εἰς ἑνότητα θεοῦ προσορμίζει τὴν ψυχὴν, πληροῖ δὲ τῆς γλυκύτητος καὶ τοὺς

[a] Reg. ἐπιποθοῦσα τὸν ἀπτέκτον, τὴν ἀπείργον.

A rides, & post hæc omnia tamen virgo vis appellari: verumtamen ego te non amplius virginem dicam, quæ usque adeo te præcipitem agas, neque periculum reformides. Audebo propheticum illud usurpare, *Obstupescat cælum super hoc, & horreat creatura*, in quantam devenimus impudentiam & dignam stantibus in prostibulo meretricibus. Ut enim illæ ab hominibus histrionibus congregatæ prociviores ad inhonestas actiones redduntur, sic & istæ cum in animum induxerunt, ut cum viris cohabitent. Indignatur Deus, homines probro afficiunt; at illæ ut iniquum judicem imitentur, neque Deum timent, neque hominem reverentur: sed ad hæc omnia multo majori cum fiducia loquuntur, quam vel ipsæ, quæ honesto junctæ conjugio cum viris habitant. Hæ nimirum arrogantius eorum ne- *Jer. 2. 12.*

B gotia, cum quibus degunt, administrant, & perturbant, contumeliis eos lacessunt, omniumque bonorum, quæ ad illos pertinent, volunt obtinere dominatum. Quod si velit ille nonnumquam manum ad beneficentiam protendere prohibet ipsa, denique famula non est, sed domina evasit. Secede igitur ab aliena cohabitatione, o virgo, neque a cohabitatione tantum, verum & a colloquio & a risu te mutuo abstine. Nam si prudenti viro vix tacite subridere permissum est, sapienti mulieri ut vix etiam istud, injunctum est. Etenim vel ipse modicus risus mulieri religionem professæ gravis est & periculosus. Multo enim melior est, quæ ob reverentiam spectatur mulier, quam quæ ob hilaritatem & voluptatem. Enimvero dum ad spiritualem sponsam

C a muliere laudes transfert, is, qui mysticum scripsit Canticum, ejus silentium celebrans & habitus ejus gravitatem collaudat, pavorem illam appellans. Hoc enim est quod admodum venerabile atque admirandum spectantibus apparet. Siquidem oportet, ut ejus honestas & gravitas curiosis oculis terrorem incutiat, & ad importunam impudentiam repellendam sit idonea: quam etiam ob causam omnis aureus ornatus illi ereptus est, & tortorum crinium, & vestis preciosæ: ne ornamentis quibus est cincta, refulgeat, & oculos exhilaret intuentium, atque ad prolapsionem invitet. Propterea jejunia, abstinentiæ, & exercitationes, vultumque pallidum ac mœstum, & vestem viliorem habere virgo debet ob naturæ ad lapsum proclivitatem. Idcirco etiam Paulus scribens ad carissimum filium *Cant. 6. 3.*

D Timotheum, ejus in honorandis mulieribus humanitatem castitatis custodiam præmunit, dicens: *Juniores viduas honora ut sorores, in omni castitate*. Quod si a muliere ornatum omnem corporis amovent sacræ literæ; quanto magis viro convenit nullo modo comtum esse, tantumque necessario amictu vestiri? sic ut tegumentum sit, & non ornamentum, quemadmodum id appellavit Paulus: *Habentes alimenta & tegumenta, his contenti erimus*. Nam quæ ad ornatum comparatæ sunt vestes, muliebres potius quam viriles censeantur. Lex quippe dicit, *Non induetur vir veste feminea*. Ne igitur effeminetur vir, quandoquidem neque muliebrem sexum admodum convenit apud Deum effeminari. Ex pilis camelorum vestem gestabat: & zonam pelliceam circa lumbos suos Joannes: & ante illum Elias, cujus *1. Tim. 5. 3.* *1. Tim. 6. 8.* *Deut. 22. 5.*

E spiritum Joannes gerebat, ovilla solum pelle ipse quoque amiciebatur. Stupidi est & mollis animi splendidum indumentum & subtili artificio contextum magni facere: animus autem ad altiora quæque natus, qui veri ornatus sensum capere potest, mollem omnem vestem despicit, & sublimiorem illa desiderans, securam, minime superfluam, honestiorem illam maximeque venerandam castitatem omnibus existimat præferendam. Contenti igitur estote verborum, quæ dicta sunt, admonitione. Cavete autem, ne honestatem atque gravitatem ultra terminos mediocritatis tamquam molestam quamdam severitatem producatis: quæ & ipsi qui audit, & iis qui ejus consortio fruuntur, melle ac favo dulcior efficitur. Spiritualis quippe lætitia honeste ac decore ad unionem cum Deo provehit, eosque qui in congressum ejus veniunt, voluptate

perfundit. Verum ne ex his quæ a me dicta sunt, occasione arrepta, eo quod in hilaritate vivere sis prohibitus, tristis ac morosus esse incipias erga fratres adventantes, neque difficilis esse velis ac minime affabilis aut inhumanus pro benigno atque gratioso, neque dum comiter suscipiendi sunt, qui te invisunt, fratres, morosus ac tristis, aut in responsionibus & alloquiis inaccessus. Semper enim ut
Ephes.4.32. gaudeamus, mandatum est Apostolicum, Et *consolamini invicem, & invicem benigni* estote: & *caritas*,
1.Cor.13.4. inquit, *benigna est*: & Apostolorum salutationes in eorum insunt epistolis tamquam filios complectentes eos qui audiunt, tamquam fratres cohortantes eos qui attendunt. Ac multa sane de hac sancta benignitate, quæ ex caritate promanat, ex sacris literis discere possumus. Neque oportet ut ad immodicam hilaritatem traducamur, neque ut scurrilitate benignitatem se ad Dei imitationem comparantem labefactemus, sed in meditullio quodam perfectæ hilaritatis consistamus, & neque molesti simus iis quibus familiariter utimur, neque dissolutos eos & inertes reddamus: neque acerbe reprehendamus, neque fraudulenter adulemur, sed utiliter
Prov.10.20. corrigamus, & humaniter cohortemur. *Qui parcit*, inquit, *emittere verbum durum, prudens est.*
Prov.16.24. *Favus mellis sermones boni, dulcedo autem eorum sanitas animæ. Sunt qui dicentes vulnerant quasi*
Prov.12.19. *ensis, lingua autem sapientum sanant.* Bonum quidem est divinis canticis moderate operam dare. Nam lætitia ejusmodi mentem sanctificat, ut ait Apostolus: *Implemini Spiritu sancto*, inquit, *cantantes*
Ephes.5.18. *& psallentes in cordibus vestris Domino.* Bonum igitur est, ad lætitiam ejusmodi consequendam studiose vacare, neque ob quamdam morum asperitatem ac duritiem negligenter in divinis cantibus versari, quasi nimirum vocem impendere Dei laudibus non dignemur. Nam ad ejusmodi rem sanctam & sacrum illum congressum hilariter affectos esse nos oportet, non in dulces modulos effundi, neque delicate divinis concentibus mulceri, neque mollibus ac fractis sonis gaudere, atque huc illucque oculos circumferre, ut videas, quo pacto lauderis: sed in Deo lætandum est, eique soli placere studendum, atque hîc præcipue, ut cum honestate hilaritas mixta reperiatur: cum a Dei timore gravitas & honestas proficiscatur, divini verò cantus ad lætitiam nos provehant, & æternæ illius exsultationis imitationem in nobis exprimant, in qua illi qui honeste conversati fuerint, futuram transigent vitam apud Dominum, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

A συντυγχάνοντας· ἀλλὰ μὴ πρόφασιν λαβὼν ἐκ τῶν ἐμῶν λόγων, ὅτι ἐκωλύθης ἐν ἱλαρότητι διάγειν, ἄρξῃ σκυθρωπὸς καὶ χαλεπὸς εἶναι πρὸς τοὺς ἐρχομένους ἀδελφούς· μηδὲ ἀπηνής τις, καὶ δυσπρόσιτος, καὶ ἀπάνθρωπος ἔσο ἀντὶ χρησίμου καὶ ἀγαπητικοῦ, μηδὲ ἐν τῇ δεξιώσει τῶν προσιόντων ἀδελφῶν σκυθρωπὸς, καὶ περὶ ἀπόκρισιν καὶ λόγον ἀκοινώνητος. πάντοτε γὰρ χαίρειν πρόσταγμά ἐστιν ἀποστολικὸν, καὶ τὸ, παρακαλεῖτε ἀλλήλους, καὶ γίνεσθε εἰς ἀλλήλους χρηστοί· καὶ ἡ ἀγάπη φησὶ χρηστεύεται, καὶ αἱ τῶν ἀποστόλων φιλοφροσύναι τοῖς γράμμασιν αὐτῶν ἔνεισιν, ὡς τέκνα φιλοφρονούμενοι τοὺς ἀκούοντας, ὡς ἀδελφοὺς παρακαλοῦντες τοὺς προσέχοντας· καὶ πολλὰ περὶ τῆς ἱερᾶς κατὰ τὴν ἀγάπην χρηστότητός ἐστιν ἐκ τῶν ἁγίων γραφῶν καταμαθεῖν. μηδὲ δεῖ πρὸς ἄμετρον ἱλαρότητα μεταχθῆναι, μηδὲ γελωτοποιΐᾳ λυμήνασθαι τὴν εἰς θεὸν μίμησιν χρηστότητα, B ἀλλὰ μεταξὺ εἶναι τῆς τελείας ἱλαρότητος, καὶ μήτε λυπεῖν τοὺς συντυγχάνοντας, μήτε ἐκλύειν καὶ ῥαθύμους ἀποτελεῖν, μήτε χαλεπῶς ἐπιπλήττειν, μήτε ἀπατηλῶς κολακεύειν· ἀλλὰ καὶ συμφερόντως ἐπιστρέφειν καὶ χρηστῶς παρακαλεῖν. ὃς φείδεται, φησὶν, ῥῆμα προέσθαι σκληρὸν, νοήμων· κηρία δὲ μέλιτος λόγοι καλοί· γλύκασμα δὲ αὐτῶν ἴασις ψυχῆς· εἰσὶν οἳ λέγοντες τιτρώσκουσιν ὡς μάχαιραι· γλῶσσαι δὲ σοφῶν ἰῶνται· καλὸν δὲ καὶ τὸ θείαις ᾠδαῖς ἀνακεῖσθαι μετρίως· ἡ γὰρ τοιαύτη φαιδρότης ἁγιάζει τὴν ψυχὴν, κατὰ τὸν ἀπόστολον· πληροῦσθε φησὶ πνεύματι ᾄδοντες καὶ ψάλλοντες ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν τῷ κυρίῳ. καλὸν οὖν τῇ πρὸς τὴν τοιαύτην εὐφροσύνην σπουδῇ προσιέναι, καὶ μὴ διά C τινα τρόπον πικρὸν καὶ σκληρὸν ὀκνηρῶς ἔχειν πρὸς τὴν θείαν ᾠδὴν, ὡς μὴ καταξιοῦντα φωνὴν προσκομίσαι πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ μελῳδίαν. πρὸς γὰρ τοιοῦτον θεῖον πνεῦμα, καὶ πρὸς τὴν ὁμιλίαν τὴν ἱερὰν φαιδρῶς ἔχειν δεῖ οὐκ εἰς ἡδυφωνίαν ἐκλυομένους, οὐδὲ βακχικῶς διαχεῖσθαι εἰς τὰς θείας ᾠδὰς, οὐδὲ μελῳδικῶς ἀνακλᾷν, καὶ περιβλέπεσθαι ὧδε κἀκεῖ, ὅπως ἐπαινεθῇς, ἀλλ' ἐνευφραινομένους θεῷ, καὶ αὐτῷ μόνῳ ἀρέσκειν σπουδάζοντας, καὶ ἐνταῦθα δὴ μάλιστα, ἵνα τῷ σεμνῷ τὸ ἱλαρὸν κεκραμένον εὑρήσηται· τοῦ μὲν πρὸς θεὸν φόβου τὴν σεμνότητα παρέχοντος ἡμῖν, τῆς δὲ θείας ᾠδῆς εἰς φαιδρότητα ἐναγούσης, καὶ μίμησιν τῆς αἰωνίου χαρᾶς ἐμποιούσης, ἐν D ᾗ τὴν μέλλουσαν ζωὴν οἱ καλῶς ἐμπολιτευσάμενοι ζήσονται παρὰ κυρίῳ· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IN SEQUENTEM SERMONEM
MONITUM.

HOC *Opusculum jam pridem inter spuria jure ablegatum fuisse nemo prudens non censebit: nam stylo* χυδαίῳ *scriptum, nihil præ se fert salis, nihil nervorum. Estque prorsus Chrysostomo indignum.*

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΛΟΓΟΣ ΟΤΙ ΧΡΗ τὸν Χριστοῦ μαθητὴν ἤπιον εἶναι, καὶ μὴ ταχέως ὀργίζεσθαι.

Η ΘΕΙΑ φωνὴ τοῦ κυρίου ἐν τοῖς εὐαγγελίοις διδάσκει ἡμᾶς, ἡ ἀναπληροῦσα τὸν νόμον, οὐ καταργοῦσα, μὴ ὀργίζεσθαι τῷ ἀδελφῷ, καὶ διὰ τῆς προσθήκης ταύτης τοῦ λόγου ἀνεπλήρωσε τὸ, οὐ φονεύσεις, αὐτὴν τὴν ῥίζαν ἐξαίρων τοῦ φόνου, καὶ τὴν καρδίαν ἔσωθεν καθαρίζων, καὶ οὐχὶ τὰς χεῖρας ἔξωθεν. τιμωρίαν γὰρ ἐπέθηκεν οὐχὶ τοιαύτην, ἥνπερ ὁ νόμος, τὴν παρ' εὐθὺ, ἀλλὰ τὴν ἐπὶ τῆς κρίσεως, λέγων· ὁ γὰρ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. οὐ γὰρ ὀξεῖαι αἱ παρὰ Χριστοῦ τιμωρίαι, καθάπερ ἐν τῷ νόμῳ· ἀλλὰ πολλὴ μὲν ἀναβολὴ τῶν κατὰ τὸ δίκαιον ἀνταποδόσεων, φοβερὰ δὲ ὕστερον ἡ δίκη. ὥσπερ ἐπιτάττει τὰ μείζω, οὕτω καὶ μειζόνως μακροθυμεῖ, καθαρότητα καρδίας ἐπιζητῶν, ἣν δυσκόλως ἐστὶν ἐξεργάσασθαι. διόπερ εἰ καὶ παραχθείημεν εἰς ὀργὴν, οὐκ εὐθὺ τιμωρεῖται. εἰ γὰρ παρ' εὐθὺ ἐτιμωρεῖτο, οὐκ ἂν ἦν διὰ μετανοίας ἐπάνοδος. διὰ τοῦτο ὑπερτίθεται τὴν τιμωρίαν, ἵνα ἔχωμεν καιρὸν μετανοίας· ἵνα ὁ χθὲς ὀργισθεὶς τῷ ἀδελφῷ, σήμερον μετανοήσῃ, καὶ διαθήκην ἑαυτῷ διαθῆται μηκέτι ὀργίζεσθαι τῷ ἀδελφῷ· καὶ κατὰ μέρος ὅμοιοι θεῷ γινώμεθα. μεταβάλλει γὰρ ἡμᾶς ἐκ τῶν ἀλλοτριούντων τὴν ζωὴν ἡμῶν ἐκ τῆς ὁμοιώσεως τοῦ θεοῦ, καὶ ἄγει εἰς τὸ κατὰ φύσιν καλὸν, μετὰ τὸ προκείμενον. εἰς γὰρ τὸ κατὰ φύσιν ἀγόμεθα, καὶ εἰς τὴν τοῦ θείου πνεύματος κοινωνίαν, καὶ τὴν διηνεκῆ μετὰ θεοῦ ζωὴν περὶ τηλικούτων ἀγωνιζόμενοι. προσέχωμεν ἑαυτοῖς, καὶ μὴ καταφρονήσει τὸ ἔργον τῆς εἰς θεὸν ὁμοιώσεως διαφθείρωμεν, ἐπειδὴ χρονίζει ὁ κύριος τοῦ ἐλθεῖν· μὴ ἑαυτοῖς ἄδειαν δῶμεν εἰς τὸ παραβαίνειν τὰ λόγια κυρίου, μὴ ἀπελπίσαντες ὡς μὴ δυνάμενοι τούτου τυχεῖν τῆς καθ' ὁμοίωσιν θεοῦ, καταλίπωμεν τὸν ἀγῶνα, ἀλλ' ἡ ἐλπὶς παρέστω διὰ τὸν προστάξαντα, καὶ δύναμιν χαριζόμενον ἐπὶ τῷ προσταχθέντι. ἡ καταφρόνησις καὶ ἡ ἀμέλεια ἀπέστω, φοβερωτέραν ἡμῶν προσδοκώντων τὴν τιμωρίαν διὰ τὴν μακροθυμίαν. ὅσον γὰρ μακροθυμεῖ ζητῶν τὴν διόρθωσιν, τοσοῦτον ἀγανακτήσει μὴ διορθουμένων ἡμῶν, καὶ ὡς ἐξυβρίσασι τὴν χάριν ἐπελεύσεται ὀξέως. καταφρονείσθω δὲ ἡμῖν ἅπαντα τὰ τοῦ αἰῶνος τούτου πράγματα μᾶλλον, ἢ τὸ θεῖον πρόσταγμα. πολλὰ γὰρ τὰ εἰς ὀργὴν ἐκκαλούμενα τοὺς ὀξεῖς εἰς ὀργὴν, τοὺς εὐχερῶς παροξυνομένους. ὁ δὲ τὸ πρόσταγμα τοῦ φοβεροῦ βασιλέως φοβούμενος, τοῦ κελεύσαντος ὅλως μὴ ὀργίζεσθαι, πάντων καταφρονήσει τῶν παροξύνειν θελόντων. εὐχερῶς δὲ ὑπομενεῖ τοὺς διὰ λόγων λυποῦντας, καρτερήσει δὲ πρὸς τοὺς δι' ἔργων λυπεῖν θέλοντας· καὶ τῷ τύπτοντι τὴν σιαγόνα, στρέψει καὶ τὴν ἄλλην, καὶ τὸ ῥῆμα αἰσχρὸν λοιδορίας χάριν ἐπάγοντα γενναίως ὑποίσει, θαυμαστὴν παραμυθίαν τοῦ μακαρισμοῦ κεκτημένος, καὶ ἵνα ὑπήκοος τῷ κυρίῳ εὑρεθῇ, καὶ σβέσῃ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν ὀργὴν, καὶ φύγῃ τὴν ἐπ' αὐτῷ ὡρισμένην κόλασιν. διὰ γὰρ τοῦτο τῆς σωματικῆς συμπαθείας ἀπηλλάχθαι Χριστὸς παρακελεύεται, φεύγειν τε φιλοχρηματίαν, καὶ φιλοδοξίας ἀφίστασθαι, ὅλως δὲ ἡδονὴν μὴ παραδέχεσθαι ἐν ἑαυτῷ, ἵνα μὴ διὰ μηδὲν τούτων κακωθῶμεν τὴν ψυχὴν, καὶ διατεθῶμεν ἀλλότριοι εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα. ὁ γὰρ χρημάτων καταφρονεῖν διδαχθεὶς, πῶς διὰ χρήματα παροξυνθήσεται, εἰ καὶ βούλεταί τις ἁρπάζειν; καὶ ὁ δόξης μὴ ὀριγνώμενος, πῶς διὰ δόξαν παροξυνθήσεται; ἀπόδυσαι τοίνυν τὸ κοσμικὸν ἔνδυμα, καὶ τὸ πνευματικὸν ἔνδυσαι. ἀπόδυσαι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, ἵνα τὸν νέον ἐνδύσῃ. διὰ τοῦτο γὰρ ἀναγέννησις λέγεται, καὶ βεβόηται παρὰ τοῖς θείοις γράμμασι. μεταβολῆς γὰρ τοῦ προτέρου ἡ σωτηρία ἡ ἡμετέρα δεῖται, ἵνα ἕτεροι, παρ' ὃ ἐσμὲν, γενώ-

EJUSDEM SERMO DE HOC argumento, bonum Christi discipulum benignum esse, neque cito irasci.

A IN Evangeliis docet nos Domini divina vox, quæ legem adimplet, non destruit, ut ne irascamur fratri: & hac additione orationis adimplevit illud, *Non occides*, ipsam homicidii radicem exstirpans, & interius cor expurgans, non manus exterius tantum. Etenim pœnam proposuit, non quidem tantam, quantam lex, e vestigio prementem, sed judicio statuendam, dicens: *Qui enim irascitur fratri suo sine causa, reus erit judicio:* non enim celeres infliguntur a Christo pœnæ, sicut in lege, sed multa est retributionum ex æquo dilatio: cæterum tremendum consequitur exinde supplicium. Quemadmodum majora imperat, sic & major est ejus longanimitas, cordisque munditiam requirit, quam non nisi cum difficultate quis sibi acquirit. *Matt. 5. 22.*

B Quamobrem licet in iram inducamur, non e vestigio punit: si enim subito puniret, per pœnitentiam resilire non liceret; propterea pœnam differt, ut nobis tempus ad pœnitentiam concedatur; ut qui heri fratri iratus est, hodie pœnitentiam agat, & pactum quoddam secum ineat, uti ne fratri amplius irascatur; & quadantenus similes Deo reddamur. Nos enim sensim ab iis, quæ vitam nostram à Dei similitudine alienant, transmutat, & ad honestatem, ac pulcritudinem naturæ convenientem post hunc statum traducit. Ad id namque, quod naturæ convenit, deducimur, & ad divini spiritus communionem, ac perennem cum Deo vitam, dum de iis rebus dimicamus. Attendamus nobis ipsis, neque ex contemtu opus hujus divinæ similitudinis destruamus, eo quod moram faciat venire Dominus: ne inani Dei longanimitas.

C nos fiducia fallamus, ut Domini præcepta violemus; neve desperantes istud nos consequi posse, similitudinem, inquam, Dei, certamen deseramus: verum adsit nobis spes propter eum, qui præcepit, & ad id quod præceptum est exsequendum, robur, viresque largitur: contemtus autem, & incuria absit, quod graviores pœnas ob ejus longanimitatem exspectemus: quanto enim cunctatur diutius longanimis, emendationem requirens, tanto gravius indignabitur, si non emendemur, & in nos, ut violatores gratiæ suæ, acriter impetum faciet. Contemnantur autem a vobis potius res hujus sæculi omnes, quam divinum mandatum. Multa siquidem sunt, quæ facile excandescentes ad iracundiam impellunt. Qui vero tremendi regis mandatum veretur, ne omnino irascamur prohibentis,

D omnes facile contemnet, qui ipsum voluerint irritare. Facile porro eos tolerabit, à quibus sermone offenditur: patienter autem eorum feret injurias, a quibus factis ipsis læditur; & percutienti maxillam, præbebit & alteram: verbumque turpe contumeliæ causa jacientem generose ac fortiter feret: admirabili nimirum consolatione recreatus, ex eo quod beatus prædicetur, ac Domino obediens reperiatur: simulque reprimat iracundiam in fratrem, & denunciatum ejusmodi peccato supplicium evitet. Hac etenim de causa nos Dominus cohortatur, ut nos ab omni perturbationum, quibus ad corpus afficimur, contagione vindicemus, & avaritiam fugiamus, gloriæque cupiditatem aversemur, atque omnino, ut ne voluptati locum in nobis demus, ne quid ex istis animam nostram male affec-

E tam reddat, & ne alieni a Spiritu sancto reddamur. Qui enim pecunias contemnere edoctus est, quomodo propter pecunias irritabitur umquam, licet sit, qui eas velit abripere? & qui gloriam non appetit, quomodo gloriæ causa excandescet? Exue itaque mundanum indumentum, & spirituale induere: exue veterem hominem, ut novum induas. Eapropter siquidem regeneratio dicitur, & in sacris literis appellatur. Nam prioris status mutatione indiget salus nostra, ut alii ab eo quod sumus, fiamus;

ut quod ſumus, eſſe deſinamus; aliam autem vitam inchoemus, quam ante tranſgreſſionem ſectabamur. Non enim talis es apud Deum, qualis a pueritia fuiſti: neque tales ex creatione a Deo facta mores haberes, quales ex humana generatione.
Joan. 3. 3. Audi itaque jurantem Dominum, & time, *Amen quippe*, inquit, *dico vobis, niſi quis natus fuerit deſuper, non poteſt introire in regnum cælorum.* Quocirca novam inchoa vitam, derelinque in peccatis inveteratam vitam. Qui heri fornicator erat, hodie caſtus fiat: qui heri immoderate helluabatur, hodie jejunator fiat: quod male contraxiſti, poſterius abjice, ut quod recte a principio datum eſt, recu-
Hortatur ad injuriarum remiſſionem. peres. Perexiguum eſt ſine perturbatione ac ſine iracundia permanere. Qui ſecundum imaginem Dei vivere cupit, is ab omnibus contemni, deſpui, ac illudi debet, cum verbis, tum factis. Nam & idcirco neque par referre malum ei, qui injuria
B affecerat, juſſit, ne ſi ei, qui injuria te affecit, par retuleris, humanitatem, quæ ſecundum naturam eſt, perdideris. Noli ergo apud te prudens eſſe, utpote qui merito eum, a quo læſus fueris, ulciſcaris. Recordare ſacrorum Pauli documentorum,
Rom. 12. 16. *Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos, neque malum, pro malo reddentes.* Non honeſtum, ultorem eſſe, aut ſui-ipſius vindictam quærere: verum projice potius tuam vindictam in Deum, qui ultionem ſine iracundia in eos, a quibus fuiſti læſus, demittet. *Non voſmetipſos ulciſcentes*, inquit, *ſed date locum iræ.* Scriptum eſt enim, *mihi vindicta: ego retribuam, dicit Dominus.* Ne dicas, Deus retribuit, retribuam & ego. Conſidera quid tibi Chriſtus oſtenderit, cum in mundum veniſſet, ut ſalutarem vitæ formam monſtraret: atque hanc imitare, ut ſalvus fias. Non enim venit, ut judex eſſet, aut ut eos, qui ſibi adverſabantur, ulciſceretur: quamquam ipſe qui-
C dem non id agebat, ut aliquod ex patientia lucrum ambiret, ſed ut ſalutem mundo afferret. Chriſti namque patientia diaboli fregit audaciam, & benignitas Domini ferocem mali furorem expugnavit. Et tu ergo formam hanc tibi ad imitandum propone. Non ſuccenſuit iis a quibus contumeliis proſcindebatur: ſed, Samaritanus, & dæmonio correptus cum appellaretur, benigne ac placide
Joan. 8. 49. iis qui hoc dicebant, reſpondebat, *Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico patrem meum; vos vero inhonoratis me. Ego autem non quæro gloriam meam, eſt qui quærat, & judicet.* Itaque & tu noli te ipſum ulciſci, exſpecta judicem. Si enim judex ipſe, cum in humana forma apparuiſſet, non retribuit, cum
1. *Petr.* 2. poſſet, ſed Dei judicium exſpectavit: *cum enim malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non*
D *comminabatur; tradebat autem judicanti ſe juſte.* Et tu ergo ita facito, ac Dominum imitare, qui ad crucem uſque injuriam pertulit impiam, atque exitio dignis ſalutem procurabat. Sic enim ad Patrem
Luc. 23. 34. aiebat, *Dimitte illis hoc peccatum, non enim ſciunt, quid faciunt.* Injuria te frater affecit, viſus eſt indignus fraternitate: at tu fraternitatem non deſtrue: Frater tuus Joſephi fratres imitatus eſt, fratris cædem machinatus eſt, inimicum ſe pro fratre oſtendit, teque per ſummum ſcelus impetiit, nulla provocatus injuria te læſit: at tu fac contrarium, ut & tu
Pſal. 119. cum cantore Davide dicas, *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus.* Vince in bono malum: provoca ipſum, & incita ad bonum, iracundiam frange benignitate. Fac intelligat ſe injuria perſequi
E Chriſtum in te, & dignum non eſſe te, qui perſequutionem patiaris, declares. At enim pertinax eſt, neque emendari poteſt, aut illa tua benignitate commoveri: ac belluæ quidem ad hominum familiaritatem cicures factæ traducuntur, ille vero immanior belluis eſt factus: ne idcirco velis cum ejuſmodi homine rixari, neve iracundiam cum iracundia committas. Fuge potius, ut periculoſas
Pſal. 57. cautes ſapiens gubernator. Obſerva autem ſicut
Epheſ. 5. 16. aſpis ſurda, & obturans aures ſuas, quæ non
Levit. 19. exaudiet vocem incantantis: Redime tempus, *quoniam dies mali ſunt.* In ſapientia ambula, ſciens peregrinum & hoſpitem eſſe te in terra, quemad-

A μεθα, ἵνα παυσώμεθα ὅπερ ἐσμὲν, ἐναρξώμεθα δὲ ἕτερον βίον, ὃν πρὸ τῆς παραβάσεως κρατοῦντες ἐτυγχάνομεν. οὐ γὰρ ἦσθα γὰρ τοιοῦτος παρὰ θεῷ, οἷος ἐπὶ παίδων γεγονας, οὐδὲ τοιοῦτον ἐκ τῆς θεοποιήτου πλάσεως εἶχες τὸ ἦθος, οἷον ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης γενέσεως. ἄκουσον τοίνυν ὀμνύοντος τοῦ κυρίου, καὶ φοβήθητι· ἀμὴν γάρ, φησι, λέγω ὑμῖν, ἐὰν μή τις ἄνωθεν γεννηθῇ, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. διὸ ἄρξαι βίου καινότερον, κατάλειπε τὸν ἐν ἁμαρτίαις παλαιωθέντα βίον. ὁ χθὲς πόρνος, σήμερον γενέσθω σώφρων· ὁ χθὲς ἀμέτρως μεθύων, σήμερον γενέσθω νηστευτής. τὸ κακῶς ὕστερον ἐπιγενόμενον ἀπόρριψον, ἵνα τὸ καλῶς ἐξ ἀρχῆς δεδομένον ἐπαναλάβῃς. μικρόν ἐστιν τὸ ἀτάραχον καὶ ἀόργητον διατελεῖν· ὁ θέλων κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν θεοῦ εἶναι, ὀφείλει ὑπὸ πάντων καταφρονεῖσθαι, διαπτύεσθαι, ἐξευτελίζεσθαι, διὰ ῥημάτων, διὰ πραγμάτων. διὰ τοῦτο
B γὰρ οὐδὲ ἀνταποδιδόναι κακὰ τῷ ἠδικηκότι ἐκέλευσεν, ἵνα μὴ ἀνταποδιδοὺς τῷ ἀδικοῦντι, τὴν κατὰ φύσιν ἀπολέσῃς ἠπιότητα. μὴ τοίνυν γένῃ κατὰ σεαυτὸν φρόνιμος, ὡς δίκαιος ὢν τὸ ἀμύνασθαι τὸν ἀδικοῦντα. μέμνησο τῶν ἱερῶν τοῦ Παύλου διδασκαλιῶν, μὴ γίνεσθε, φησι, φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς, μηδὲ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες. οὐκ ἔστι καλὸν ἀντίδικον γενέσθαι, οὐδὲ ὑπὲρ ἑαυτοῦ τὴν δίκην ζητεῖν, ἀλλ' ἐπίρριψον τὴν δίκην σου θεῷ τῷ τὴν ἄμυναν ἀοργήτως ἐπάγοντι τοῖς ἀδικοῦσι· μὴ γὰρ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, φησὶν, ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ· γέγραπται γὰρ, ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει κύριος. μὴ λέγε, θεὸς ἀνταποδίδωσιν, ἀνταποδώσω κἀγώ· σκέψαι τί σοι Χριστὸς ἐπέδειξεν εἰς κόσμον ἐλθὼν, ἵνα τὸν σωτήριον τῆς ζωῆς ἐπιδείξῃ τύπον, καὶ τοῦτον ζήλωσον, ἵνα σωθῇς. οὐκ ἦλθεν γὰρ κριτὴς, οὐδὲ τοὺς ἐπανισταμένους ἀμυνόμενος· καίτοιγε οὐχ ἑαυτῷ διὰ τῆς ἀνεξικακίας κέρδος μνηστευό-
C μενος, ἀλλὰ τῷ κόσμῳ τὴν σωτηρίαν πραγματευόμενος. ἡ γὰρ Χριστοῦ ἀνεξικακία τὴν τοῦ διαβόλου θρασύτητα καταβέβληκε, καὶ ἡ τοῦ κυρίου ἠπιότης τὸν ἄγριον θυμὸν τοῦ πονηροῦ κατεπάλαισε. καὶ σὺ τοίνυν τὸν τύπον εἰς μίμησιν πρότιθει. οὐκ ὠργίσθη τοῖς ἐξυβρίκασιν, ἀλλὰ Σαμαρείτης καὶ δαιμονιῶν ἀκούων, ἠπίως καὶ πραέως πρὸς τοὺς λέγοντας ἀποκρίνεται. ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω, ἀλλὰ τιμῶ τὸν πατέρα μου· ὑμεῖς δὲ ἀτιμάζετέ με. ἐγὼ δὲ οὐ ζητῶ τὴν δόξαν μου, ἔστιν ὁ ζητῶν καὶ κρίνων. οὐκοῦν καὶ σὺ μὴ ἑαυτὸν ἐκδίκει, ἀλλ' ἀνάμενε τὸν κριτήν. εἰ γὰρ αὐτὸς ὁ κριτὴς ἐν ἀνθρωπίνῳ σχήματι ἐλθὼν οὐκ ἀνταπέδωκε δυνάμενος, ἀλλὰ ἐξεδέχετο κρίσιν θεοῦ· λοιδορούμενος γάρ, φησιν, οὐκ ἀντελοιδόρει, πάσχων οὐκ ἠπείλει, παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι δικαίως. καὶ σὺ
D τοίνυν ποίησον οὕτω, καὶ μίμησαι τὸν δεσπότην, ὃς καὶ μέχρι σταυροῦ τὴν ἄθεον ὕβριν ἐβάστασε, καὶ τοῖς ἀξίοις ἀπωλείας σωτηρίαν ἐπιπρόστινει. καὶ γὰρ πρὸς τὸν πατέρα ἔλεγεν, ἄφες αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην· οὐ γὰρ οἴδασιν τί ποιοῦσιν. ἠδίκησεν ὁ ἀδελφὸς, ἀνάξιος τῆς ἀδελφότητος ὤφθη· ἀλλὰ σὺ μὴ διαφθείρῃς τὴν ἀδελφότητα. ὁ ἀδελφὸς ἐμιμήσατο τοὺς τοῦ Ἰωσὴφ ἀδελφοὺς, ἀδελφοκτονίαν ὥπλισατο, ἐχθρὸς ἀνεφάνη ἀντ' ἀδελφοῦ, πονηρίας ἔδειξεν ὑπερβολὴν, οὐδὲν ἀδικούμενος ἀδικεῖ. ἀλλὰ σὺ τὸ ἐναντίον ποίησον, ἵνα εἴπῃς καὶ σὺ κατὰ τὸν μελῳδὸν Δαυὶδ, μετὰ τῶν μισούντων τὴν εἰρήνην ἤμην εἰρηνικός. νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν· προκαλοῦ αὐτὸν εἰς τὸ ἀγαθὸν, λῦσον τὸν θυμὸν ἠπιότητι· δεῖξον αὐτῷ ὅτι ἀδίκως διώκει τὸν ἐν σοὶ Χριστὸν, οὐκ ἄξιον τοῦ διώκεσθαι
E σεαυτὸν ἐπιδεικνύων. ἀλλ' ἀδιόρθωτός ἐστι, καὶ πρὸς τὴν σὴν ἡμερότητα οὐ μεταβάλλεται. καὶ θηρία μὲν μεταβάλλεται εἰς τὴν τῶν ἀνθρώπων ἡμερότητα· ἐκεῖνος δὲ τῶν θηρίων ἀγριώτερος καθέστηκε· μὴ φιλονείκει πρὸς τὸν τοιοῦτον, μηδὲ ἄν τι παρεξάγαγε θυμῷ θυμοῦ. ἔκκλινον δὲ ὥσπερ χαλεπὰς τῶν πετρῶν ὁ σοφὸς κυβερνήτης· φύλαξαι δὲ ὥσπερ ἀσπίδα κωφὴν καὶ βύουσαν τὰ ὦτα αὐτῆς, ἥτις οὐκ εἰσακούσεται φωνὴν ἐπᾴδοντος. ἐξαγόρασον τὸν καιρὸν, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι· ἐν σοφίᾳ περιπάτει· εἰδὼς, ὅτι ξένος εἶ καὶ πάροικος ἐπὶ τῆς γῆς καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ

πατέρες σου. πρόβατον εἰς μέσον λύκων ἀπεστάλης καὶ σὺ, ὥσπερ καὶ οἱ ἀπόστολοι. μὴ λύκος ἀντὶ προβάτου γίνου· πρὸς λύκους φιλονεικῶν, φυλάσσου ὅση δύναμις, ἵνα μὴ τὸν θησαυρὸν τῆς δικαιοσύνης ἀπολέσῃς· φυλάσσου τοὺς διαρπάζοντας. φρόνιμος ὢν ὡς ὄφις φυλάσσου τε τὰς ἐπιβουλάς· εἰ δὲ καὶ βλάψειεν ὁ λύκος, εἰ δὲ καὶ σπαράττειν μέλλῃ, παρασκεύαζου φέρειν, μεμνημένος τοῦ λέγοντος· ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς· ἀφορῶν εἰς αὐτὸν τὸν κύριον, ὃς ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος. ἥξει καὶ τῆς σῆς νίκης ὁ καιρὸς ὅταν νικήσῃς ἀνεξικακῶν μετὰ Χριστοῦ. καὶ γὰρ ὁ κύριος οὐκ ἤρισεν οὐδὲ ἐκραύγασεν, οὐδὲ ἤκουσέν τις ἐν ταῖς πλατείαις τὴν φωνὴν αὐτοῦ. καὶ ὁ ἀπόστολος ἐν ἑτοίμῳ ἔχειν φησὶν ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοήν, ὅταν πληρωθῇ τῶν ὑπακουσάντων ἡ ὑπακοή. θεοῦ δὲ μακροθυμοῦντος, μακροθύμει καὶ σύ· ὅτε γὰρ σήμερον πάσχων Χριστός σου πάσχοντος, διὰ Χριστὸν ὑπομένειν δεῖ καὶ τὸν Χριστοῦ διάκονον. βόα πρὸς αὐτὸν καὶ ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν· ἐν τάχει συντελέσει πονηρίαν ἁμαρτωλῶν, καὶ κατευθυνεῖ δίκαιον ὁ θεὸς κριτὴς δίκαιος, ἰσχυρὸς καὶ μακρόθυμος· μακροθυμεῖ γὰρ πρὸς τὸ ἡμᾶς ἐπιστρέψαι, αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

modum & patres tui fuere. Ovis in medium luporum missus es tu quoque, sicut Apostoli: noli fieri pro ove lupus, cum lupis contendens. Cave quantum potes, ne thesaurum justitiæ perdas; cave tibi a direptoribus; prudens ut serpens, cave tibi ab insidiis. Si vero lædat etiam te lupus, si membra discerpturus sit, præpara te, ut feras, memor illius, qui dicit: *Facti sumus sicut oves occisionis*: respiciens (*Psal.* 43.) in ipsum Dominum, qui *ut ovis ad immolandum* (*Rom.* 8.) *ductus est, & sicut agnus coram tondente se, mutus.* (*Hesai.* 53.) Veniet & tuæ tempus victoriæ, cum multis malis (*Act.* 5.) cum Christo toleratis, deviceris. Nam & Dominus non rixatus est, non vociferatus est, neque audivit in plateis quisquam vocem ejus: ut Apostolus in (1. *Cor.* 10.) promtu habere se ait, omnem inobedientiam ulcisci, cum impleta fuerit eorum obedientia, qui obediunt. Dum vero Deus longanimis est, & tu longanimis esto: dum hodie quoque patitur Christus, te patiente, propter Christum tolerare & Christi ministrum oportet. Clama ad illum, & vindictam faciet, cito consummabit iniquitatem peccatorum, & diriget justum Deus judex justus, & potens, & (*Psal.* 7. 10.) longanimis. Longanimis enim est, & cunctatur, ut nos ad ipsum convertamur: cui gloria in sæcula. Amen.

IN HOMILIAM DE FUGIENDA SIMULATA SPECIE

MONITUM.

HANC *Homiliam jure inter* νενοθευμένα *jamdiu allegatam esse clamant omnia, stylus, dictio, troporum modus, verborum nec Chrysostomo nec quibusvis politioris literaturæ Scriptoribus familiarium usus; ut sunt* ἐπιμορφάζειν, ἀπνιάζειν, *& alia quæ studiosus quivis Chrysostomi Lector animadvertet, atque inter spuria hanc Homiliam merito jacere non inficias ibit.*

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

ΟΤΙ ΕΠΙΠΛΑΣΤΟΝ ΣΧΗΜΑ, καὶ μὴ ἀληθὲς, φεύγειν χρή. Ὁμιλία.

ΠΑΛΙΝ χρὴ μεταχειρίσασθαι ἡμᾶς τὴν εὐαγγελικὴν σάλπιγγα, καὶ τὴν τοῦ κυρίου παραίνεσιν πρὸς ὑμᾶς ἐκφᾶναι· προσέχετε γάρ φησιν, ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες· ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. ἐλέγχεται γάρ, φησιν, ἐπίπλαστον σχῆμα πανταχοῦ διὰ τῶν καθ' ἑκάστην πραττομένων· ἀπὸ γὰρ τῆς προαιρέσεως αἱ πράξεις· τὸ σεμνὸν σχῆμα τὴν προαίρεσιν οὐκ ἀλλάττει. ματαιόπονος οὖν παρὰ τοῖς σοφοῖς ὁ δολερός, τοῖς δυναμένοις αὐτὸν θηρᾶσαι διὰ τῶν καρπῶν, καὶ καταμαθεῖν ὅστις ὢν ὁποῖος φέρεται. τί οὖν κρύπτεις ἐν ἀλλοτρίῳ σχήματι σαυτόν; τί κατακρύπτεις τῇ δορᾷ τοῦ προβάτου τὸν λύκον; ἐκφαίνει γάρ σε μικρὸν ὕστερον ἡ ἀλήθεια, καὶ φεύγων ἀλήθειαν, ἁλώσῃ διὰ τῆς ἀληθείας. τί προβάλλῃ λόγους χρηστότητος τὸ πικρὸν ἦθος καὶ κατακαλύπτων, οὐ λάθῃς πικρὸς ὤν, κἂν πάνυ γλυκὺς εἶναι προσποιῆσαι. τί φιλίας ὑποδύῃ σχῆμα πολέμιος ὤν; οὐκ ἐν σκότει ζῶμεν· ἐκφαίνεται τὰ κρυπτά, καὶ διελέγχεται τὸ μῖσος, ὅπερ ἔκρυπτες. τί προσποιῇ τὴν φιλίαν; τί κολακεύεις μὴ φιλῶν; μισητόν σου καὶ τὸ τῆς κολακείας γενήσεται, βλάβην ὡς παρὰ ἐχθροῦ φέρον, οὐκ ὠφέλειαν ὡς παρὰ φίλου. ἐπαινεῖς γὰρ καὶ τὰ φαῦλα κολακείας ἕνεκα· οὐχ οὕτως δὲ ἀναίσθητος ὁ κολακευόμενος· μισῆσαι γὰρ ὀφείλει τὸν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν ἐπαινοῦντα. τί δικαίου χαρακτῆρα καὶ σώφρονος ἐπιμορφάζεις ἐν ἀδικήμασιν ὢν καὶ ἀκολασίαις διατελῶν; τί καλύπτεις ὑπερηφανίαν σχήματι, καὶ ῥήματι ταπεινώσεως καὶ εὐλαβείας, ὑποκρίνῃ τὸν φθόνον; οὐκ ἔστι κεκαλυμμένον, ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται,

DE FUGIENDA SIMULATA specie, ac minime vera, Homilia.

RURSUS evangelica nobis in manus sumenda est tuba, & Domini vobis admonitio enarranda. *Attendite enim, inquit, a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: a fructibus eorum cognoscetis eos.* (*Matt.* 7. 15.) nam ex iis, quæ in dies geruntur, ubique species simulata deprehenditur: siquidem a voluntate dimanant actiones; voluntatem porro venerandus habitus non immutat. Frustra igitur labores suscipit vir dolosus, apud sapientes, qui eum ex fructibus indagare possunt; & quisnam sit cognoscere qualiscumque tandem feratur. Quid igitur teipsum in alieno habitu occultas? quid ovina pelle lupum abscondis? paulo post namque te veritas patefaciet, & dum veritatem fugis, a veritate deprehenderis. Cur cum moribus asperis sis, sermones præ te fers humanitatis? tametsi te occultas, non latebit asperitas tua: licet admodum suavis esse videare. Cur habitum induis amicitiæ, cum sis hostis? non vivimus in tenebris: patefiunt occulta, &, quod abscondebas, odium comperitur. Cur amicitiam simulas? cur adularis cum non ames? odium isthæc tibi pariet adulatio, tamquam ab inimico noxam inferens, non commodum ut ab amico. Laudas etenim etiam ea quæ prava sunt, assentationis causa: non est autem adeo stupidus is, cui adularis; quin potius odisse debet eum, a quo propter peccata laudetur. Cur justi atque temperantis tibi figuram affingis, cum in sceleribus ac lasciviis perseveres? cur arrogantiam cultu ac sermone humilitatis obvelas, & invidiam dissimulas observantia? *Nihil enim est opertum, quod non re-* (*Matth.* 10. 26.)

velabitur: & occultum, quod non scietur. Malum est hominis probrum, mendacium: fugiamus ob mendacium objectam criminationem: ne tibi ipsi apud amicum fidem deroges, ut ne tum quoque cum vera narras, non amplius fides habeatur: nam qui in uno mendax deprehensus est, non amplius dignus est cui, licet vera dicenti, credatur. Loqui justa, inquit, & veracem esse, placita sunt Deo magis quam hostiarum sanguis. Donum acceptum offeres Deo fidem ac veritatem. Facile tibi est alioquin ut res, uti sunt, eloquaris, non ut eas, quæ nusquam sunt, comminiscaris: non enim laborabis connitendo ut pro veritate mendacium admittatur, neque ulla in re fatisces contraria tibi ipsi loquendo: non enim sibi ipsi consonus est sermo mendax. Non quod aliis imposueris erubesces tu, qui veritatem custodis: jurejurando fide digniorem amici tuam orationem censebunt, ac testimonio quovis jurejurando firmato certius illud quod dixeris, tamquam justum & indubitatum testimonium tuum admittent: quandocumque ad testimonium dicendum prodieris, præclaram quidem tibi gloriam ob veritatem, versantibus autem in periculo reis salutem, & injuria
Prov. 12. 20. oppressis utilitatem in judicio conciliabis. *Labia veracia, inquit, dirigunt testimonium verum: testis autem injustorum dolosus:* benigno vultu te contuebitur judex, teque omni judiciaria disquisitione liberabit. Verumenimvero laude digna sunt apud Deum humilitatis recte facta, siquidem exsequi ea possimus. Etenim multi cum aliquid boni egerint, deprimere semetipsos conantur præter ipsam veritatem, & mentiri contra seipsos malunt. At ego tibi dico mi homo, tu humiliter pro rei veritate de te senti: apud Dei aures humilia de teipso loquere,
Gen. 18. 27. sicut Abraham dicebat, *Ego autem sum terra & cinis:* ut Paulus dicebat, *Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus: quia persequutus sum Ecclesiam Dei:* rursus autem veri-
1. Cor. 15. 9. tatem proloquutus adjecit, *Gratia autem Dei sum id quod sum:* His itaque sic ad doctrinam nostram propositis, simulatam speciem omni ex parte fugiamus. Cur nobismetipsis larvas circumponimus, cum tales non simus quales nos ostentamus, dum vestes quidem ad terram trahimus in habitu sanctorum, moribus autem efferati, sermone quidem, & amictu sancti, animo vero & operibus inhumani? non vestitus in regnum cælorum introducit, sed opera justitiæ. Non ita aspiciet homo, ut aspiciet Deus: homo quidem in faciem aspiciet: Deus au-
Psal. 7. 10. tem aspiciet ad cor. *Scrutans enim, inquit, corda & renes Deus:* & propter eum qui venit, ut colli-
Psal. 18. 7. gat hominum cogitationes: *omnia enim nuda sunt & aperta oculis ejus: non est qui se abscondat a calore ejus.* Veniet tempus cum hac abjecta persona nudus reperieris, tumque ut Adam post lapsum in conspectu Dei apparere te pudebit. Illic enim non jam habitus quæritur, sed opera. Nam hic quidem sæpenumero fallimus, & indicium criminis evitamus, & venerandi habitus causa tamquam justi apparemus, ac sæpenumero felices prædicamur: illic autem non jam amplius licet imponere: illic opera quæruntur, non jam habitus venerabilis: imo vero majori supplicio ac damnatione plectemur, si venerabilem quidem honestumque habitum gestaverimus, nec tamen habitus opera perfecerimus. Audi de Judæis loquentem Salvatorem,
Matt. 23. 5. sed doctrinam quæ nos spectat proferentem: *Dilatant enim, inquit, fimbrias, & in plateis orant ut hominibus justi videantur:* hi vero accipient damnationem majorem. Desideras habitum venerandum, & Christianismi nomen expetisti. Ne hic tantum consistas, sed operum exhibitione fac appareant promissa, quibus te obstrinxisti. Cur ad promissum es præceps, cum illud operibus non confirmes? Oportet igitur & caute vota nuncupare, & dili-
Psal. 75. 12. genter debitum voti persolvere. *Vovete namque & reddite Domino Deo vestro:* sancta conversatione cum illo conjungere, hoc est corpore, & spiritu, & anima: nihil subtrahas de promissione, ne eadem tibi accidant, quæ Ananiæ & Saphiræ. Illi cum de-

A καὶ κρυπτὸν, ὃ οὐ γνωσθήσεται. μῶμος πονηρὸς ἀνθρώπου ψεῦδος. φύγωμεν τὴν ἐπὶ τῷ ψεύδει διαβολήν. μὴ ποιήσῃς ἄπιστον τῷ φίλῳ σεαυτὸν, ἵνα μὴ καὶ ὅτε λαλεῖς ἀλήθειαν, οὐκ ἔτι πιστεύηται. ὁ γὰρ ἐν ἑνὶ εὑρεθεὶς ψεύστης, οὐκ ἔτι ἐστὶν ἄξιος πιστευθῆναι, οὐδὲ ἂν ἀληθεύσῃ ποτέ. ὅτι τὸ λαλεῖν δίκαια, φησὶν, καὶ ἀληθεύειν, ἀρεστὰ θεῷ μᾶλλον ἢ θυσιῶν αἷμα. δῶρον δεκτὸν θεῷ προσοίσεις πίστιν καὶ ἀλήθειαν. εὔκολον δὲ καὶ αὐτό σοι τὸ τὰ ὄντα λαλεῖν, καὶ μὴ τὰ μὴ ὄντα τεχνάζεσθαι. οὐ γὰρ κάμνεις βιαζόμενος τὸ ψεῦδος εἰς ἀλήθειαν, οὐδὲ ἀτονάσῃς μηδὲν, λέγων ἐναντία σεαυτῷ, ὅτι μὴ σύμφωνος ὁ ψευδὴς λόγος πρὸς ἑαυτόν. οὐκ αἰσχυνθήσῃ ψευσάμενος ἄλλως σὺ τὴν ἀλήθειαν φυλάττων. ὅρκου πιστότερον τὸν λόγον οἱ φίλοι ἡγήσονται, καὶ πάσης ἐνόρκου μαρτυρίας
B ἰσχυρότερον τὸ ῥῆμα τὸ σὸν δικαίαν καὶ ἀναμφισβήτητον καταδέξεταί σου μαρτυρίαν. ὁπότε μαρτυρήσεις παρελθὼν, δόξαν μὲν σεαυτῷ καλλίστην ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν, σωτηρίαν δὲ κινδυνεύουσι καὶ ἀδικουμένοις ὠφέλειαν ἐν δικαστηρίῳ προξενῶν. χείλη ἀληθινὰ, φησὶ, κατορθοῖ μαρτυρίαν ἀληθῆ· ὁ δὲ μάρτυς τῶν ἀδίκων δόλιος. ὄψεταί σε δικαστὴς ἀσμένως ἀπαλλάττων τῆς περὶ τὴν δίκην ζητήσεως. ἀλλὰ γὰρ ἐπαινετὸν κυρίως τῆς ταπεινοφροσύνης τὸ κατόρθωμα, εἰ δυνηθῶμεν κατορθῶσαι. πολλοὶ μὲν οὖν κατορθώσαντές τι ἀγαθὸν, ἑαυτοὺς σμικρύνειν βούλονται παρὰ τὴν ἀλήθειαν, ψεύδεσθαι καθ' ἑαυτῶν βουλόμενοι μᾶλλον. ἐγὼ δέ σοι λέγω πρὸς τὴν ἀλήθειαν ταπεινοφρόνησον ἄνθρωπε· εἰς ἀκοὰς θεοῦ λάλει
C περὶ σεαυτοῦ ταπεινὰ, ὡς ὁ Ἀβραὰμ ἔλεγεν· ἐγὼ δέ εἰμι γῆ καὶ σποδός· ὡς Παῦλος ἔλεγεν, ἐγώ εἰμι ὁ ἐλάχιστος τῶν ἀποστόλων, ὃς οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος, διότι ἐδίωξα τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ. πάλιν δὲ ἀλήθειαν ἐπήγαγεν· χάριτι δὲ θεοῦ εἰμὶ ὅ εἰμι. τούτων δὲ οὕτως πρὸς ἡμετέραν διδασκαλίαν προκειμένων πανταχόθεν, φύγωμεν τὸ ἐπίπλαστον σχῆμα. τί προσωπεῖα ἑαυτοῖς περιτιθέμεθα, μὴ ὄντες τοιοῦτοι οἵους ἑαυτοὺς ἐπιδεικνύομεν· τοὺς μὲν χιτῶνας μέχρι τῆς γῆς ἕλκοντες ἐν σχήματι ἁγίων, τὸν δὲ τρόπον ἠγριωμένοι, τῷ μὲν λόγῳ καὶ τῇ στολῇ ἅγιοι, τῇ δὲ γνώμῃ καὶ τοῖς ἔργοις ἀπάνθρωποι; στολισμὸς οὐκ εἰσάγει εἰς βασιλείαν οὐρανῶν, ἀλλ' ἔργα δικαιοσύνης. οὐχ οὕτως ὄψεται ἄνθρωπος ὡς ὄψεται θεός· ἄνθρωπος μὲν εἰς πρόσωπον ὄψεται, ὁ δὲ θεὸς εἰς καρδίαν· ἐτάζων γὰρ, φησιν, καρδίας καὶ
D νεφροὺς ὁ θεός· καὶ διὰ τὸν ἐρχόμενον συναγαγεῖν τοὺς λογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων· πάντα γὰρ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ· οὐκ ἔνι ἀποκρυβῆναι τῆς θέρμης αὐτοῦ. ἥξει καιρὸς ὅτε τὸ προσωπεῖον τοῦτο ῥίψας γυμνὸς εὑρεθήσῃ, καὶ τότε ἔσῃ αἰσχυνόμενος ὀφθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ ὡς ὁ Ἀδὰμ ἐκπεσών. ἐκεῖ γὰρ οὐκ ἔτι σχῆμα ζητεῖται, ἀλλὰ ἔργα. ὧδε μὲν γὰρ πολλάκις πλανῶμεν, καὶ διαφεύγομεν τὸν ἔλεγχον, καὶ διὰ τοῦ σεμνοῦ σχήματος φαινόμεθα ὡς δίκαιοι, καὶ πολλάκις μακαριζόμεθα· ἐκεῖ δὲ οὐκ ἔτι ἔνι ψεύσασθαι· ἐκεῖ τὰ ἔργα ζητεῖται, οὐκ ἔτι τὸ σεμνὸν σχῆμα· μᾶλλον δὲ μείζονα τὴν κόλασιν καὶ τὸ κατάκριμα ἕξομεν, τὸ μὲν σχῆμα τὸ σεμνὸν φορέσαντες, τὰ δὲ ἔργα σχήματος μὴ πονήσαντες. ἄκουε τοῦ σωτῆρος περὶ Ἰου-
E δαίων μὲν λέγοντος, πρὸς ἡμᾶς δὲ διδασκαλίαν προτείνοντος· πλατύνουσιν γὰρ φησιν τὰ κράσπεδα, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις προσεύχονται, ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις δίκαιοι· οὗτοι δὲ λήψονται περισσότερον κρίμα. ἐπιθυμεῖς τὸ σεμνὸν σχῆμα, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ χριστιανισμοῦ ἐπεπόθησας· μὴ ἕως τούτου ἀπομείνῃς, ἀλλ' ὡς ὡμολόγησας θεῷ, ἀπόδος τὴν ἐπαγγελίαν τῇ τῶν ἔργων ἐπιδείξει. τί προπετὴς εἶ εἰς τὴν ἐπαγγελίαν, μὴ ἔργοις βεβαιῶν αὐτήν; χρὴ οὖν καὶ εὔχεσθαι μετ' ἀσφαλείας, καὶ ἀποδιδόναι τὸ χρέος τῆς ἐπαγγελίας μετ' ἀκριβείας· εὔξασθε γὰρ καὶ ἀπόδοτε κυρίῳ τῷ θεῷ ὑμῶν· ἁγνῇ πολιτείᾳ ἅφθητι αὐτῷ· τοῦτ' ἔστι, σώματι καὶ πνεύματι, καὶ ψυχῇ· μή τι ὑφέλῃς τῆς ἐπαγγελίας, ἵνα μὴ πάθῃς τὰ Ἀνανίου καὶ Σαπφείρης· ἐκεῖνοι νοσφισάμενοι ἐκ τοῦ ἐπαγγελθέντος

A ἐπαγγελθέντος κτήματος τιμῆς θανάτῳ κατεδικάσθησαν· καὶ ἡμᾶς χρὴ ταῦτα φοβεῖσθαι. δεῖ γὰρ εἰδέναι, καὶ μὴ ἀγνοεῖν, ὅτι ἃ ἐπαγγελλόμεθα τῷ θεῷ, οὐκ ἔτι λοιπὸν ἡμῖν ἐστιν, ἀλλὰ θεῷ διαφέρει. θεοῦ κειμήλιόν ἐστιν ἡ ἡμετέρα ἐπαγγελία· καὶ ἐὰν ἀπὸ τούτων σύρωμεν, οὐκ ἔτι τὰ ἡμέτερα ἐσμὲν λαμβάνοντες, ἀλλ᾽ ὡς τὰ τοῦ θεοῦ ἱεροσυλοῦντες κειμήλια, καὶ ὄντως ὡς ἱερόσυλοι κριθησόμεθα. ἡ δὲ ἐπαγγελία οὐ μόνον χρημάτων ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ μέχρι λόγου, καὶ προαιρέσεως· ὑπὲρ παντὸς, φησὶν, λόγου ἀργοῦ ἀποδώσεις λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως· τὸ γὰρ θεῖον καὶ μέγα μυστήριον οὐκ ἐπὶ χρήμασιν ἔχει τὴν ὑπόστασιν, ἀλλ᾽ ἐπὶ προαιρέσει τελείᾳ καὶ τῇ κατὰ θεὸν πίστει· πάντες γὰρ ἐπηγγειλάμεθα, καὶ πάντες ἐπαγγελίας ἐσμὲν χρεωσταί. ὥστε ἀνάγκη ἀποδιδόναι τὴν μὲν παρθένον τὴν παρθενίαν, ὁποίαν καὶ ἐπηγγείλατο· τὸν δὲ
B ἐγκρατῆ, τὴν ἐγκράτειαν· τὸν δὲ ἐν γάμῳ, τὴν σωφροσύνην, καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀγάπην. ἥτις γὰρ παρθενεύειν ἢ ἐγκρατεύεσθαι διὰ χηρείας ἐπαγγέλλεται, ψεύσηται δὲ τὴν ἐπαγγελίαν, καὶ εἰς γάμον μετενεχθῇ, κρίμα ἔχει, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησεν. εἰκότως δὲ καὶ ὁ πρεσβύτερος ὀφείλει ἀποδοῦναι τὴν ἱερωσύνην εὐάρεστον, καὶ ὁ διάκονος τὴν διακονίαν ἀμώμητον, μὴ κλοποφορῶν τὰ τῆς διακονίας, ἵνα μὴ κατακριθῇ ὡς ὁ Ἰούδας πωλῶν. πολλῆς οὖν ἀκριβείας ἐνταῦθα χρεία, μή πού τις ψεύσηται θεὸν, μὴ ἀποδιδοὺς σώαν τὴν ἐπαγγελίαν, μᾶλλον δὲ τὴν παρακαταθήκην, ἥνπερ ἕκαστος ἡμῶν ἐπηγγειλάμεθα. οὐκ ἔτι ἡμέτερόν ἐστιν· ἀλλ᾽ οὕτως ὀφείλομεν λογίζεσθαι ὅτι παρακαταθήκην παρὰ θεοῦ ἐλάβομεν· καὶ ἵνα μετὰ προσευχῆς φυλάξαντες ἀνόσφιστον τὸ ἐπάγγελμα, παραστήσωμεν τῷ φοβερῷ βήματι Χριστοῦ· ἵνα μὴ ὡς ἀγνώμονας ἡμᾶς ἡ ἀπόφασις καταλάβῃ, κατὰ τὸ παράδειγμα Ἀνανίου. οὐκοῦν ἐνταῦθα πολλῆς ἀσφαλείας
C χρεία, μὴ ἔν τινι πταῖσαι, μηδὲ ὑφελέσθαι τῆς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ μετ᾽ ἀκριβείας ἀποδοῦναι τὴν ἐπαγγελίαν σπουδάσωμεν· μὴ ἕως τοῦ σχήματος εἶναι νομίσωμεν τὸν χριστιανισμὸν, μηδὲ τούτῳ τερπόμενοι ἐναπομείνωμεν, ἀλλὰ τῇ διὰ τῶν ἔργων βεβαιώσει ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης οἰκεῖοι διαμείναντες, τῶν ἑπομένων τῇ δικαιοσύνῃ τιμῶν τευξώμεθα παρὰ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A precio agri promissi fraudassent, morte puniti sunt, & nos oportet ista reformidare. Sciendum enim est nec ignorandum ea quæ Deo promisimus, non jam amplius nostra esse, sed ad Deum pertinere. Dei suppellex est & thesaurus promissio nostra, & si quid inde subtrahamus, non jam nostra accipimus, sed sacrilege Dei thesauros compilamus, vereque tamquam sacrilegi judicabimur. Porro non pecuniarum tantum, sed vel sermonis & voluntatis est promissio. *De omni*, inquit, *verbo otioso reddes rationem in die judicii*: divinum enim magnumque mysterium non in pecuniis positum est, sed in perfecta voluntate ac proposito, & in Deum fide. Omnes enim promisimus & omnes promissionis debitores sumus. Itaque necesse est ut reddat virgo quidem virginitatem, quam & promisit: Matt 12.36.
B continens vero, continentiam: qui autem matrimonio junctus est, temperantiam, & ad invicem caritatem. Nam quæ virginitatem se servaturam, aut in viduitate continentiam promittit, si promissi fidem fefellerit, atque ad nuptias se transtulerit, damnationem habet: quia primam fidem irritam fecit. Merito autem & Presbyter reddere debet sacerdotium acceptum, & diaconus (seu minister) ministerium irreprehensibile: non ea quæ ad diaconi ministerium pertinent, furtim auferendo, ne condemnetur ut Judas, dum vendit. Multa igitur hic opus est diligentia & cautione, ne quis forte Deum fallat, neque integrum reddat promissum; vel potius depositum quod nostrum quisque promisit. Non amplius nostrum est: sed ita nobiscum reputare debemus, a Deo nos depositum accepisse: atque ut cum minime defraudatum promissum orando servaverimus, tremendo Christi tribunali sistamus; ne tamquam debiti inficiatores sententia
C ad Ananiæ exemplum nos opprimat. Itaque multa nobis hic adhibenda est cautio, nec in aliquo labi, aut de promisso quidquam subtrahere, sed exacte promissum reddere studeamus: ne habitu tenus Christianismum profitendum esse censeamus: neque hoc contenti maneamus, sed cum per operum confirmationem veritatis ac justitiæ sectatores ac domestici perseveraverimus, eos honores, qui justitiam sequuntur, Christi munere consequamur: cui gloria in sæcula. Amen.

IN HOMILIAM DE JEJUNIO ET ELEEMOSYNA

MONITUM.

ETSI *non inepta sit hæc Homilia, jure a Frontone Ducæo inter spuria, vel ex aliis consarcinata Chrysostomi scriptis accensetur. Interpretatio Latina est ejusdem Frontonis Ducæi.*

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΛΟΓΟΣ ΠΕΡΙ ΝΗΣΤΕΙΑΣ καὶ ἐλεημοσύνης.

D ΚΑΛΗ ἡ νηστεία, καλὴ καὶ ἡ τῶν γραφῶν ἀνάγνωσις· καλὴ δέ ἐστιν, ὅταν καὶ ἡ ἐκ ταύτης πρᾶξις ἕπηται. ἐπεὶ ἐὰν ἀναγινώσκῃς, μὴ ποιῇς δὲ, γίνεταί σοι εἰς κρίμα ἡ ἀνάγνωσις, καὶ εἰς ἐφόδιον κολάσεως. οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου, φησὶ, δίκαιοι παρὰ τῷ θεῷ, ἀλλ᾽ οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται· καὶ πάλιν ὁ Χριστός· εἰ μὴ ἦλθον, καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσιν περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν. μακάριος δὲ ὁ λέγων εἰς ὦτα ἀκουόντων, ὅταν μάλιστα τὸν τόκον καταβάλωσι· τόκος δέ ἐστιν ὑπακοὴ, καὶ ἡ τῶν ἐντολῶν τοῦ θεοῦ ἐργασία, καθώς φησιν ὁ κύριος· κἀγὼ ἐλθὼν ἀπήτησα ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τό-

EJUSDEM ORATIO DE jejunio & eleemosyna.

D BONUM est jejunium, bona est & lectio scripturarum: bona vero est, quando & actio ex ea sequitur: quoniam si legas, at non facias, in judicium tibi lectio vertit, & in occasionem supplicii. Non enim auditores legis, inquit, justi sunt apud Deum; sed factores legis justificabuntur: & rursus Christus, *Si non venissem, & loquutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.* Beatus autem, qui dicit in auribus eorum, qui audiunt: ac tum præcipue, cum fœnus erogaverint: fœnus autem est obedientia, & Dei mandatorum exsequutio, sicut Dominus ait, Et ego veniens recepissem utique, quod meum Rom. 2. 13. Joan. 15. 22. Matth. 25. 27.

est, cum usura. Quid ergo congregasti frater ex jejunio? quandoquidem & agricola idcirco seminat, ut etiam metat; & mercator idcirco peregrinationes obit, ut pecunias colligat: & gubernator idcirco multa maria emetitur, ut mercium sarcinis navim repleat. Ne mihi dixeris, tot dies jejunavi, hoc & illud non comedi, vinum non bibi, illuviem pertuli: sed ostende mihi, an cum iracundus esses, lenis factus sis, & cum esses crudelis, benignus evaseris: quoniam si ebrius iracundia sis, quid carnem affligis? si intus sit invidia & avaritia, quid prodest aquæ potus? non quæro nunc, qualis sit mensa, sed an malæ mentis facta sit mutatio. Si domina, nimirum anima, fornicatur, cur ancillam, ventrem inquam, flagellas? si anima seducitur, cur corpus maceras? Hæc ego dico, non ut vos accusem, sed propter negligentes. Cum enim vos videam volantes, altius volare vos velim: tanta enim est vis caritatis. Et quemadmodum avari quanto plus auri collegerint, tanto plus expetunt: sic & nos majori progressus vestri desiderio tenemur. Si ergo velis excipi apud Deum, jejuna quemadmodum Ninivitæ, mi frater: illi legem

Rom. 2. 14. non acceperant: de quibus ait Paulus, *Cum enim Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt: ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex.* Noli igitur otiosum jejunium exhibere: non enim solum jejunium in cælum ascendit, nisi sororem habeat suam eleemosynam. Siquidem biga est ejus; nec fraternitas & biga tantum, sed etiam vehiculum. Unde id constat? Angelus Cornelio

Act. 10. 4. dicebat, *Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.* Est enim ala orationis eleemosyna: nisi orationi tuæ alam addideris, minime volat: cum vero fuerit alis prædita anima tua, in cælum evolat. Quousque tandem pecuniarum amor, & opum cupiditas? hæc omnia, mi frater, unà cum hac vita terminantur. Sed mihi, sat scio, dices, hæc tibi ipsi commemora. Et mihi ipsi commemoro, & vobis: est enim commune consilium. Ego dum hæc audio, & corrigor, beneficium a vobis accipio: licet is servus sit, qui dicit, consilium admitto; licet liber: non enim personarum excellentia, sed utilitas consilii efficit, ut ea quæ

Exod. 18. 24. dicuntur, admittam. Nam si Moyses ille tantus vir, qui cum Deo fuerat colloquutus, soceri sui consilium non est aversatus, tametsi barbarus erat, sed cum ipse suscepit, tum Deus confirmavit: quanto magis nos? Non dico tibi, ut inops fias, sed ut quod redundat, in pauperes eroges, ut abundantia tua salutis occasio tibi fiat. Non videtis multos in via pauperes? quo pacto ægri nudique remanent? atque hic quidem junior, ille vero senior est; & alter ab altero fulcitur, & multa est illorum miseria. Da igitur conservo, ut Dominum habeas debitorem, qui lubenter est debitor, qui sortem dat cum usura. Nam in rebus quidem profanis, crimen est usura: at apud Deum, laus est. Non das pauperi? eum attende, qui per illum petit, & ejus dignitatem, qui accipit, reverere: pauper accipit, & Deo mutuum datur. Cogita quo descenderit ejus causa Dominus tuus, ut te inflecteret, ne crudelis esses

Matth. 25. 42. & inhumanus. *Esurientem enim me vidistis, & non aluistis: sitientem, & non dedistis mihi potum: hospitem, & non collegistis: nudum, & non operuistis:* & quæ sequuntur. Non das igitur Christo esurienti? tu & pauper corporis ejus communiter ex mensa participes estis, & calici ejus pariter communicatis: in rerum magnarum ac tremendarum communionem tecum venit, & tu illi exiguas non impertis? non enim illi, quæ tua sunt, largiris? quamvis enim a parentibus acceperis, quamvis a majoribus; Dei sunt: quid in terram illa defodis? da pauperi, & multa cum securitate tibi Dominus illa servabit. Non vides, quid faciant agricolæ? sæpenumero is, cui præ inopia semen non suppetit, vestem suam pignori opponit, & quod vult, accipit, ac terræ committit: tametsi persæpe cum tempestatum intemperies ingruerit, nulla collecta messe discedit, & tamen propter spem terræ cre-

A κῳ. τί οὖν συνήγαγες ἀδελφὲ ἀπὸ τῆς νηστείας; ἐπεὶ καὶ γεωργὸς διὰ τοῦτο σπείρει, ἵνα θερίσῃ· καὶ ἔμπορος διὰ τοῦτο τὰς ἀποδημίας ἀποτελεῖ, ἵνα χρήματα συναγάγῃ· καὶ κυβερνήτης διὰ τοῦτο πολλὰ πελάγη διαπερᾷ, ἵνα τὸ σκάφος φορτίων ἐμπλήσῃ. μή μοι εἴπῃς τόσας ἡμέρας ἐνήστευσα, τὸ καὶ τὸ οὐκ ἔφαγον, οἶνον οὐκ ἔπιον, ἀλουσίαν ὑπέμεινα· ἀλλὰ δεῖξόν μοι, εἰ θυμώδης ὢν πρᾶος ἐγένου, καὶ εἰ ὠμὸς ὢν, ἐγένου φιλάνθρωπος. ἐπεὶ ἐὰν μὲν μεθύῃς τῷ θυμῷ, τί τὴν σάρκα καταθλίβεις; ἐὰν φθόνος ᾖ ἔνδον καὶ πλεονεξία, τίς ὠφέλεια τῆς ὑδροποσίας; οὐ ζητῶ νῦν ποταπὴ ἡ τράπεζα, ἀλλ᾽ εἰ γνώμης κακῆς ἐγένετο μεταβολή. ἐὰν ἡ δέσποινα, ἡ ψυχὴ λέγω, πορνεύῃ, τί τὴν θεράπαιναν, τὴν γαστέρα φημὶ, μαστίζεις; εἰ ἡ ψυχὴ παρασύρεται, τί τὸ σῶμα τήκεις; ταῦτα λέγω οὐχ ὑμῶν κατηγορῶν, ἀλλὰ διὰ τοὺς ῥαθύμους. ὅσον γὰρ ἐὰν εἴδω ὑμᾶς πετομένους, βούλομαι ὑμᾶς ἀνωτέρω πέτασθαι·

B τοιαύτη γὰρ ἡ τῆς ἀγάπης τυραννίς. καὶ ὥσπερ οἱ φιλάργυροι, ὅσον ἐὰν συνάγωσι χρυσίον, πλέον ἐπιζητοῦσιν· οὕτω καὶ ἡμεῖς πλέον ὀρεγόμεθα τῆς ὑμετέρας προκοπῆς. εἰ οὖν θέλεις παρὰ θεῷ προσδεχθῆναι, νήστευσον ὡς οἱ Νινευῖται, ἀδελφέ· ἐκεῖνοι νόμον οὐκ ἔλαβον· περὶ ὧν φησὶν ὁ Παῦλος· ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιοῦσιν, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες, ἑαυτοῖς εἰσι νόμος. μὴ τοίνυν ἀργὴν τὴν νηστείαν ἐπιδείκνυσο· οὐ γὰρ ἀναβαίνει μόνη εἰς τὸν οὐρανὸν ἡ νηστεία, ἐὰν μὴ ἔχῃ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς τὴν ἐλεημοσύνην. ξυνωρὶς γὰρ αὐτῆς ἐστι, καὶ οὐ μόνον ἀδελφότης καὶ ξυνωρὶς, ἀλλὰ καὶ ὄχημα. καὶ πόθεν τοῦτο; τῷ Κορνηλίῳ ἔλεγεν ὁ ἄγγελος· αἱ προσευχαί σου καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. πτερὸν γάρ ἐστι τῆς εὐχῆς ἡ

C ἐλεημοσύνη· ἐὰν οὖν μὴ ποιήσῃς πτερὸν τῇ εὐχῇ, οὐ πέταται· ὅταν δὲ πτερωθῇ ἡ ψυχή σου, ἵπταται εἰς τὸν οὐρανόν. ἕως πότε ἡ φιλαργυρία καὶ τῶν κτημάτων ἡ ἐπιθυμία; ταῦτα πάντα ἀδελφὲ συγκαταλύεται τῷ παρόντι βίῳ. ἀλλὰ πάντως μοι ἐρεῖς· ταῦτα σεαυτῷ λέγε· καὶ ἐμαυτῷ λέγω ἀδελφὲ, καὶ ὑμῖν· κοινὸν γὰρ τὸ συμβούλιον. ἐγὼ ταῦτα ἀκούων, καὶ διορθούμενος, παρ᾽ ὑμῶν χάριν λαμβάνω· κἂν δοῦλος ᾖ ὁ λέγων, δέχομαι τὴν συμβουλήν· κἂν ἐλεύθερος ᾖ. οὐ γὰρ τὸ διάφορον τῶν προσώπων, ἀλλ᾽ ἡ χρῆσις τῆς συμβουλῆς ποιεῖ με δέχεσθαι τὰ λεγόμενα. εἰ γὰρ Μωϋσῆς ἐκεῖνος, ὁ τηλικοῦτος, ὁ τῷ θεῷ ὁμιλήσας, τὰς τοῦ κηδεστοῦ αὐτοῦ συμβουλίας οὐκ ἀπεστράφη, καὶ τούτου βαρβάρου ὄντος, ἀλλὰ κἀκεῖνος κατεδέξατο, καὶ ὁ θεὸς ἐβεβαίωσε· πόσῳ μᾶλλον ἡμεῖς; οὐ λέγω σοι, ἀκτήμων γενοῦ, ἀλλὰ τὸ περισσὸν εἰς τοὺς πένητας ἀνάλωσον, ἵνα ἡ περισσεία σου ὑπόθεσις σω-

D τηρίας σοι γένηται. οὐχ ὁρᾶτε πολλοὺς κατὰ τὴν ὁδὸν πένητας; πῶς μένουσι νοσοῦντες καὶ γυμνητεύοντες; καὶ ὁ μὲν νεώτερος, ὁ δὲ πρεσβύτερος, καὶ ἄλλος ὑφ᾽ ἑτέρου στηρίζεται, καὶ πολλὴ ἡ τούτων τραγῳδία. δὸς οὖν συνδούλῳ, ἵνα ἔχῃς τὸν δεσπότην χρεωφειλέτην, τὸν ἡδέως χρεωστοῦντα, τὸν διδόντα τὸ κεφάλαιον μετὰ τοῦ τόκου. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἔξω ἔγκλημα ὁ τόκος· ἐπὶ δὲ τοῦ θεοῦ ἔπαινος. οὐ δίδως τῷ πένητι; πρόσεχε τῷ δι᾽ αὐτοῦ αἰτοῦντι, καὶ αἰδέσθητι τὸ ἀξίωμα τοῦ λαμβάνοντος. ὁ πένης λαμβάνει, καὶ ὁ θεὸς δανείζεται. ἐννόησον ποῦ κατέβη ὁ δεσπότης σου δι᾽ ἐκεῖνο, ἵνα σε ἐπικάμψῃ μὴ εἶναι ὠμὸν καὶ ἀπάνθρωπον. πεινῶντα μὲν γάρ φησιν εἴδετέ με, καὶ οὐκ ἐθρέψατε· διψῶντα, καὶ οὐκ ἐποτίσατε· ξένον, καὶ οὐ συναγάγετε· γυμνὸν, καὶ οὐ περιεβάλετε· καὶ τὰ

E ἑξῆς. οὐ δίδως οὖν πεινῶντι τῷ Χριστῷ; σὺ καὶ ὁ πένης, τὸ σῶμα αὐτοῦ κοινῶς ἐκ τῆς τραπέζης μεταλαμβάνετε, τοῦ ποτηρίου αὐτοῦ ὁμοίως μετέχετε· ἐν τοῖς μεγάλοις σοὶ καὶ φρικτοῖς κοινωνεῖ, καὶ τῶν μικρῶν αὐτῷ οὐ μεταδίδως; μὴ γὰρ τὰ σὰ αὐτῷ παρέχεις; κἂν γὰρ παρὰ τῶν γονέων ἐδέξω, κἂν παρὰ τῶν προγόνων, τοῦ θεοῦ εἰσι. τί καταχωννύεις αὐτὰ εἰς τὴν γῆν; δὸς τῷ πένητι, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἀσφαλείας φυλάττει σοι αὐτὰ ὁ δεσπότης. οὐχ ὁρᾷς τοὺς γηπόνους, τί ποιοῦσιν; ὅτι πολλάκις ὑπὸ πενίας μὴ ἔχων σπόρον, τίθησιν αὐτοῦ τὸ ἱμάτιον, καὶ λαμβάνει ὃ βούλεται, καὶ τῇ γῇ καταπιστεύει· καίτοι πολλάκις ἦλθε χειμῶν ἀνωμαλία, καὶ ἀπῆλθε μηδὲν θερίσας, καὶ ὅμως πιστεύει τῇ γῇ διὰ τὴν

ἐλπίδα. ὅπερ οὖν ἡ γῆ ποιεῖ, τοῦτο ὁ δεσπότης οὐ δύναται A ποιῆσαι; μίμησαι ἐκείνην τὴν ἐν τῇ παλαιᾷ χήραν, τὴν ἔχουσαν δράκα ἀλεύρου ἐν τῇ ὑδρίᾳ, καὶ ὀλίγον ἔλαιον ἐν τῷ καψάκῃ, ὅτι ἐξ αὐτῶν τὸν προφήτην ἐξενοδόχησεν· ἢ ταύτην τὴν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, ἥτις δύο ὀβολοὺς βαλοῦσα πάντας ὑπερηκόντισεν· ὅλον γὰρ τὸν πλοῦτον ἑαυτῆς ἔβαλεν. ἀλλὰ τί λέγεις; πένης εἰμὶ, καὶ οὐκ ἔχω χρήματα· δύο ὀβολοὺς οὐκ ἔχεις; εἰ δὲ καὶ οὐκ ἔχεις, γνώμης ἀγαθῆς περιουσίαν ζητεῖ ὁ θεός. διὰ τοῦτο ἔλεγεν, ὅστις ἐὰν δῷ ποτήριον ψυχροῦ ὕδατος, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ. βλέπε, τί λέγει· ψυχροῦ ὕδατος· οὐ θερμοῦ· ἵνα μὴ διὰ τὴν δαπάνην τῶν ξύλων στερηθῇς τοῦ μισθοῦ. καὶ βασιλεὺς μὲν ὅσον ἐὰν ἐπιβάλῃ σοι χρυσίον, κρεμώμενος, χοινιζόμενος, δίδως ὅπερ βούλεται· κἂν πένης εἶ, οὐ προσέχει τῇ δυνάμει τῶν B προσώπων, ἀλλὰ τῷ ἰδίῳ κέρδει. ὁ δὲ θεὸς οὐχ οὕτως, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἑκάστου δύναμιν ἀπαιτεῖ. διὰ τί γάρ εἰσι πένητες; μὴ γὰρ οὐκ ἠδύνατο ὁ θεὸς ὄμβρον χρυσίου κατενεγκεῖν; ἀλλ' ἵνα σοι ἡ ἐκείνου πενία παραμυθία τῶν ἁμαρτημάτων γένηται. μέγα, ἄνθρωπος, καὶ τίμιον, ἀνὴρ ἐλεήμων· βλέπε πόσον ἐστὶν ἐλεημοσύνη. ἑαυτῷ παραβάλλει ὁ θεὸς τὸν ἐλεήμονα· γίνεσθε γάρ φησιν οἰκτίρμονες, καθὼς ὁ πατὴρ ἡμῶν ὁ οὐράνιος οἰκτίρμων ἐστί. ἐὰν ἔλθῃ ὁ θάνατος, ὧδε μένει τὰ χρήματα· διὰ τί οὖν οὐ προαποστέλλεις σεαυτῷ ἐκεῖ, ἵνα ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ παραστῶσίν σοι πένητες, ὅπου ῥήτωρ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ συνήγορος; ἐπιδείκνυνται γὰρ οἱ πένητες τὰ ἱμάτια, καὶ τὰ στρόφια, καὶ ἁρπάζουσί σε τοῦ πυρός. οὐχ οὕτως ἥλιος εἰς πάγος ἐλθὼν λύει αὐτὸ, ὡς ἐλεημοσύνη ἐμπεσοῦσα εἰς πλῆθος ἁμαρτιῶν ἀφανίζει αὐτάς. C ἵνα δὲ μάθῃς τῆς ἐλεημοσύνης τὸ ὕψος, τί τῆς παρθενίας ἐπιπονώτερον; οὐδέν· πολλαί εἰσιν αἱ ἀρεταὶ, αἱ μὲν μεγάλαι, αἱ δὲ μείζους, αἱ δὲ ἐλάττονες· τῆς δὲ παρθενίας οὐδὲν ἐπιπονώτερον· πρὸς τὴν φύσιν παλαίει· ὁ πόλεμος οὗτος ἀνοχὴν οὐκ ἔχει· μάχη ἐστὶν εἰρήνην μηδέποτε ἔχουσα, εἰ μὴ διὰ τοῦ ἐλέους τοῦ Χριστοῦ. ἕστηκεν ἡ παρθένος τὴν κάμινον πρὸς ἑαυτὴν συνάγουσα, καὶ μὴ καιομένη· παρθένος ἐπὶ τῶν ἀνθράκων ἑστῶσα οὐ κατακαίεται· ἐν τῇ καμίνῳ οὖσα οὐ φλέγεται, δρόσον ἔχουσα καθάπερ οἱ τρεῖς παῖδες· πρὸς τὰς ἀοράτους δυνάμεις ἁμιλλωμένη, τὸν Μιχαὴλ μιμεῖται, καὶ πρὸς τὸν Γαβριὴλ ἁμιλλᾶται. ἐν τῷ παραδείσῳ ἦν ἡ παρθενία, καὶ ὑπὸ τοῦ δράκοντος κατεφθάρη. διὰ τοῦτο ἐν τοῖς μέσοις χρόνοις οὐκ ἐφαίνετο· ὅτε δὲ ἦλθεν ὁ ἐκ παρ- D θένου γεννηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, τότε ἐφάνη πάλιν. θέλεις δὲ γνῶναι τῆς παρθενίας τὸ μέγεθος; Μωϋσῆς τὴν θάλασσαν ἔσχισε, τὸν ἀέρα μετέβαλε, μάννα κατήγαγεν, καὶ κατελάλησαν αὐτοῦ περὶ ἰδίας γυναικὸς τῆς Αἰθιοπίσσης, ὅτι γυναῖκας εἶχεν· καὶ Ἀβραὰμ δὲ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ. ἀλλὰ καὶ Ἰωσὴφ, εἰ καὶ σωφρονῶν· ἀλλ' ὅμως μετὰ ταῦτα γυναῖκα εἶχεν. βούλει μαθεῖν, ὅσον ἐστὶν ἡ παρθενία; ὁ Χριστὸς ἐλθὼν οὐ κατέδησεν αὐτὴν ἀνάγκῃ· ὁμοῦ γὰρ τὰς ἄλλας ἐπιτείνας ἀρετὰς, ταύτην οὐκ ἐπέτεινεν· ἵνα ἐὰν ἑκουσίως κατορθώσῃς, στεφανωθῇς. οἱ ἐγκράτειαν ἀσκοῦντες, καὶ τὴν ἀκτημοσύνην πρώτην αὐτὴν μεταχειρίζονται. εἰσὶν γὰρ εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, οὐ τὰ μόρια κόψαντες, ἀλλὰ τὴν ἀκόλαστον ἐπι- E θυμίαν ἀποκοψάμενοι. ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω· καὶ ὁ ἀπόστολος τὰς ἀρετὰς ἐπελθὼν πάσας, εἰδὼς αὐτῆς τὸ πέλαγος, λέγει· περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν κυρίου οὐκ ἔχω· εἶδες πῶς μεγάλη ἡ παρθενία; καὶ ὅμως χωρὶς ἐλεημοσύνης οὐκ ἔσωσεν. ἐλεημοσύναι δὲ χωρὶς παρθενίας ἔσωσαν. αἱ πέντε παρθένοι αἱ μωραὶ, ἐπειδὴ ἔλαιον οὐκ εἶχον, ἀλλὰ μόνην τὴν παρθενίαν, οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸν νυμφῶνα· λέγουσι γὰρ τοῖς φρονίμοις, δότε ἡμῖν ἐκ τοῦ ἐλαίου ὑμῶν. δικαίως δὲ ἐκλήθησαν μωραὶ, ὅτι τὸ ἐπιπονώτερον κατορθώσασαι, τὸ χωρὶς πόνου οὐκ ἐποίησαν· τὸν μέγαν ἀνταγωνιστὴν κατήνεγκαν, καὶ ὑπὸ τοῦ ἐλάττονος ἡττήθησαν· καὶ ἐλθόντος τοῦ νυμφίου, ἦλθον αἱ φρόνιμοι εἰς τὸν νυμφῶνα, καὶ ἦλθον κἀκεῖναι κρούουσαι· καὶ λέγει αὐταῖς· οὐκ οἶδα ὑμᾶς. διὰ

dit. Quod igitur terra præstat, hoc Dominus præstare non potest? Imitare illam in veteri testamento viduam, quæ pugillum farinæ in hydria, & paucum oleum in lecytho habuit: quoniam ex ipsis hospitio prophetam excepit: aut istam in evangelio, quæ cum obolos duos misisset, omnes superavit: quippe quæ suas omnes opes miserit. Quid vero dicis? Pauper sum, pecunias non habeo. Duos obolos non habes? quinetiam, licet non habeas, bonæ mentis & affectus opes requirit Deus: propterea dicebat, *Quicumque dederit calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam.* Vide, quid dicat: *aquæ frigidæ*, non calidæ; ne propter lignorum sumtum, mercede priveris. Atque Imperator quidem si tributum auro tibi solvendum indicat, suspensus, fidiculis tortus, quantum ille voluerit, pendis: quamvis pauper sis, non habet rationem facultatis personarum, sed proprii lucri: Deus autem non ita, verum pro cujusque facultate requirit. Cur enim sunt pauperes? an vero non poterat Deus aureum imbrem demittere? sed ut illius paupertas solatium tibi fiat peccatorum. *Magnum quiddam est homo, & pretiosum homo misericors.* Vide quanta res sit eleemosyna: secum Deus comparat misericordem: *Estote* enim, inquit, *misericordes, sicut & pater vester cælestis misericors est.* Si venerit mors, hic manent pecuniæ: quin tu igitur eas illuc præmittis, ut in illa die tibi pauperes patrocinentur, ubi non est orator, nec advocatus? ostendunt enim vestes & strophia pauperes, & ab igne te abripiunt. Non ita cum in glaciem Sol inciderit, eam liquefacit, atque eleemosyna, cum in peccatorum inciderit multitudinem, ea delet. Ut autem sublimitatem intelligas eleemosynæ, quid virginitate laboriosius? nihil. Multæ sunt virtutes, aliæ magnæ, aliæ majores, aliæ minores; at virginitate laboriosius est nihil. Cum natura luctatur, hoc bellum intermissionem non habet: pugna est quæ pacem numquam sortitur, nisi forte per Christi misericordiam. Stat virgo fornacem in seipsam conflans, nec tamen uritur: virgo super prunas consistens, non tamen inceditur: cum sit in fornace, non exuritur, sed ut tres pueri rore perfunditur: cum invisibilibus certans virtutibus Michaëlem imitatur; & Gabrielem æmulatur. In paradiso erat virginitas, & a dracone corrupta est: propterea mediis temporibus non apparebat: cum autem venit is, qui ex virgine natus est, Jesus Christus Dei filius; tum rursus apparuit. Vis autem virginitatis magnitudinem nosse? Moyses mare divisit, aërem immutavit, manna demisit, & illi propter uxorem suam Æthiopissam obloquuti sunt, quod uxores haberet: Et vero Abraham, Isaac, & Jacob. Imo & Joseph, tametsi castus erat, postea tamen uxorem habuit. Vis intelligere, quanta res sit virginitas? cum venisset Christus, eam necessitate non devinxit, simul enim alias virtutes cum intendisset, hanc non intendit, ut cum sponte bene egeris, coroneris. Qui in continentia & paupertate se exercent, primam illam aggrediuntur. *Sunt enim eunuchi, qui sic nati sunt: & sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipsos castraverunt propter regnum cælorum*, non cum sibi membra amputassent, sed cum lascivam libidinem resecuissent. *Qui potest capere capiat.* Apostolus quoque virtutes omnes cum recensuisset, hujusque immensitatem probe nosset, ait, *De virginibus præceptum Domini non habeo: consilium autem do.* Vides ut magna sit virginitas, & tamen absque eleemosyna non servavit: eleemosynæ vero sine virginitate servaverunt. Quinque virgines fatuæ, propterea quod oleum non habebant, sed virginitatem solam, in sponsi thalamum non intrarunt. Sapientibus enim dicunt, *Date nobis de oleo vestro.* Ac merito sane fatuæ sunt vocatæ, quod cum id, quod erat laboriosius, perfecissent, quod laboris expers erat, non præstitissent: magnum adversarium dejecerant, & a minori fuere superatæ. Et cum venisset sponsus, sapientes in thalamum sponsi venerunt: atque illæ quoque pulsantes venerunt: aitque illis, Nescio vos.

Marginal references: 3. Reg. 17. 12. — Luc. 21. 3. — Matth. 10. 42. — Prov. 20. 6. — Luc. 6. 36. — Matth. 30. 12. — 1. Cor. 7. 25. — Matt. 25. 2.

Quid ita? *Quoniam esurientem me vidistis, nec aluistis.* Absit autem, ut talem nos vocem audiamus. Illis vero quæ eleemosynam erogaverunt, ait: *Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi:* quid ita? num quia virginitatem servarunt? nequaquam, sed quoniam *esurivi, & dedistis mihi manducare: sitivi, & potum mihi dedistis: nudus eram, & operuistis me, infirmus, & in carcere, & visitastis me.* Ut autem intelligas, quanta res sit eleemosyna, rursus hanc volo vobis historiam in memoriam revocare. Decem erant virgines, quinque sapientes, & quinque fatuæ: ac circa medium noctis vox est edita, Surgite, sponsus venit. Medium noctis est resurrectio: quo tempore nos omnes angeli excitabunt. Cum vero virgines surrexissent, ornaverunt lampades suas. Porro lampas est virginitas, quæ est quiddam purum, acre, ac lucidum. Dicunt sapientibus fatuæ: *Date nobis de oleo vestro:* respondent illis sapientes, Timemus, ne forte non sufficiat nobis & vobis: at non quod inviderent, minime dederunt: quid enim illic opus est auro? non enim illic dives & pauper est: Sed abeuntes emite. Quinam autem sunt illi, qui vendunt? pauperes. Tu enim potius accipis quam das. Tu das illi terrena, & accipis cælestia. Cum igitur emtum abiissent, venit sponsus, & quæ paratæ erant, in sponsi thalamum sunt ingressæ, & clausæ sunt januæ. Illæ vero cum venissent, pulsarunt, & ait illis: Nescio vos. Vides, quoniam eleemosynam non habebant, laborem etiam virginitatis amiserunt, & extra thalamum sponsi remanserunt: Itaque perspecta eleemosynæ utilitate, fratres, eleemosynam erogemus, ut & sponsi thalamum consequamur, & æternis bonis perfruamur, gratia Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria una cum sancto, bono, ac vivifico Spiritu nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

Matth. 25. 34.

A τί; ὅτι πεινῶντά με ἴδετε, καὶ οὐκ ἐθρέψατε. ἡμᾶς δὲ μὴ γένοιτο ἀκοῦσαι φωνῆς τοιαύτης· ταῖς δὲ τὴν ἐλεημοσύνην κατορθωσάσαις λέγει· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. διὰ τί; ὅτι παρθενίαν ἐτήρησαν; οὐδαμῶς· ἀλλ᾽ ὅτι ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· γυμνὸς, καὶ περιεβάλετέ με. ἀσθενής καὶ ἐν φυλακῇ, καὶ ἐπεσκέψασθέ με. ἵνα δὲ μάθῃς πόσον ἐστὶν ἡ ἐλεημοσύνη, βούλομαι πάλιν ὑμᾶς ὑπομνῆσαι τῆς ἱστορίας ταύτης. δέκα παρθένοι ἦσαν αἱ πέντε φρόνιμοι, καὶ αἱ πέντε μωραί. καὶ φωνὴ ἐγένετο κατὰ τὸ μεσονύκτιον, ἀνάστητε, ὁ νυμφίος ἔρχεται· τὸ μεσονύκτιον ἡ ἀνάστασίς ἐστιν, ὅτε οἱ ἄγγελοι πάντας ἡμᾶς ἐπεγείρουσιν· ἀναστᾶσαι δὲ αἱ παρθένοι ἐκόσμησαν τὰς λαμπάδας ἑαυτῶν· ἡ δὲ λαμπὰς ἡ παρ-
B θενία ἐστίν· τὸ καθαρὸν, τὸ ὀξὺ, τὸ φωτεινόν. λέγουσιν αἱ μωραὶ ταῖς φρονίμοις· δότε ἡμῖν ἐκ τοῦ ἐλαίου ὑμῶν· λέγουσιν αὐταῖς αἱ φρόνιμοι· φοβούμεθα, μή ποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν, καὶ ὑμῖν· ἀλλ᾽ οὐχὶ βασκαίνουσαι οὐκ ἔδωκαν· ἐκεῖ γὰρ τίς χρεία χρυσίου λοιπόν; οὐ γάρ ἐστιν ἐκεῖ πλούσιος καὶ πένης· ἀλλ᾽ ἀπελθοῦσαι ἀγοράσατε· καὶ τίνες οἱ πωλοῦντες, πένητες· σὺ γὰρ μᾶλλον λαμβάνεις ἢ δίδως; δίδως αὐτῷ σὺ γήϊνα, καὶ λαμβάνεις ἐπουράνια· ὡς οὖν ἀπῆλθον ἀγοράσαι, ἦλθεν ὁ νυμφίος· καὶ εἰσῆλθον εἰς τὸν νυμφῶνα αἱ ἕτοιμοι, καὶ ἐκλείσθησαν αἱ θύραι. ἐλθοῦσαι δὲ ἐκεῖναι ἔκρουσαν, καὶ λέγει αὐταῖς· οὐκ οἶδα ὑμᾶς. ὁρᾷς ἐπειδὴ ἐλεημοσύνην οὐκ εἶχον, καὶ τοῦ πόνου τῆς παρθενίας ἀπέτυχον, καὶ ἔξω τοῦ νυμφῶνος ἔμειναν. μαθόντες οὖν τῆς ἐλεημοσύνης τὸ κέρδος ἀδελφοὶ
C ποιήσωμεν ἐλεημοσύνην, ἵνα καὶ τοῦ νυμφῶνος ἐπιτύχωμεν, καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἀπολαύσωμεν χάριτι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ᾽ οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα σὺν τῷ ἁγίῳ καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IN HOMILIAM SEQUENTEM MONITUM.

HOc inepti hominis Chrysostomo adscriptum opus præferunt utraque Editio, Saviliana nempe & Morelliana: omnia hic ἀπροσδιόνυσα; stylus sagaci viro indignus, argumenta ut plurimum levia & futilia, si qua vero alicujus precii sint, ea ex modo narrandi labefactantur. Cum autem hic Scriptor Judæorum de monarchia in Deo sententiam confutat, cave putes eum, unitatem vel principii vel principatus in Deo negare; sed quia imperite putat ille Monarchiam vel principii principatusve unitatem, personarum pluralitati officere, ideo Monarchiam illam impugnatam oportere arbitratur.

Incerti cujusdam interpretationem Latinam, utpote minus accuratam & plerumque vitiosam rejecimus, novamque paravimus.

CONTRA JUDÆOS, & GENTILES & Hæreticos; & in illud, Vocatus est Jesus ad nuptias.

HIRUNDINUM pulli in nido sedent, exspectantque parentes, qui sibi alimenta afferant: cumque accedentes vident, levi ala (movent aërem cantillantes, & ad illorum adventum applaudentes: similiter & eorum parentes cum nidulo appropinquant, cantillant, pullis adventum suum nunciantes. Similiter autem & vos in nido templi hujus sederis meum adventum exspectantes: & quia venientem videtis, levi) mentis ala volatis. Pari modo ego quoque ad hanc spiritualem nidum accessurus, prius emissa voce Deo gratias ago, quod tam mei

Quæ uncinis clauduntur absunt a Græco.

ΠΡΟΣ ΙΟΥΔΑΙΟΥΣ ΚΑΙ ΕΛΛΗΝΑΣ καὶ αἱρετικούς. καὶ εἰς τὸ, ἐκλήθη Ἰησοῦς εἰς γάμον.

D ΟΙ νεοττοὶ τῶν χελιδόνων καθέζονται ἐν τῇ καλιᾷ προσδεχόμενοι τὴν τῶν γονέων παρουσίαν, φέροντων αὐτοῖς τὴν τροφήν· ἐπὰν δὲ ἴδωσιν αὐτοὺς ἐρχομένους, κούφῳ τῷ πτερῷ τῆς διανοίας πτεροῦνται. ὁμοίως δὲ κἀγὼ μέλλων ἐγγίζειν τῇ καλιᾷ ταύτῃ τῇ πνευματικῇ, προαναφωνῶν δοξάζω τὸν θεὸν, ὅτι τοιαῦτά μοι τέκνα δέδωκε

φιλόστοργα.

A φιλόστοργα. ἀλλὰ μὲν ἐπὶ τῶν χελιδόνων, ἀπὸ στόματος εἰς στόμα δίδοται ἡ τροφὴ, ἐπὶ δὲ ἡμῶν οὐκ ἔστιν οὕτως, ἀλλ' ἀπὸ στόματος εἰς ἀκοήν. ἐκεῖνα γὰρ εἰς φθορὰν προσχωροῦσι, ταῦτα δὲ εἰς ἀφθαρσίαν· ἐκεῖνα, σώματα τρέφει· ταῦτα δὲ, ψυχὴν πιαίνει. ταῦτα δέ μοι πάντα οὐχ ἁπλῶς οὔτε εἰκῆ εἴρηται· ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ εὐαγγελίου τοῦ σήμερον ἀναγνωσθέντος ἡ περιοχὴ εἰς ταύτην ἡμᾶς τὴν διδασκαλίαν χειραγωγεῖ, ἀναγκαῖον ὑμᾶς παιδεῦσαι. ἐκλήθη, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς εἰς γάμον. ἀλλὰ συντείνατε ἑαυτοὺς, παρακαλῶ, προσέχετε τοῖς λεγομένοις. ἐπειδή τινες προφασίζονται γάμον, ἄλλοι τέκνα, ἄλλοι στρατείαν, ἄλλοι ἐμπορίαν, ἄλλοι τέχνην, ἄλλοι δουλείαν, ἄλλοι πλοῦτον, ἄλλοι πενίαν, καὶ ἄλλα τινὰ ὅσα ἐστί. βούλομαι οὖν ὑμῖν δεῖξαι, ὅτι οὔτε πλοῦτος ἐμποδίζει, οὔτε πενία, οὔτε στρατεία, οὔτε ἐμπορία, οὔτε γάμος, οὔτε τέκνα, οὔτε δουλεία, B οὔτε τέχνη, οὔτε τι τῶν τοιούτων οὐδέν. ἐκλήθη ὁ Ἰησοῦς εἰς γάμον· ἀπῆλθεν, ἢ οὐκ ἀπῆλθεν; δῆλον ὅτι ἀπῆλθεν. εἰ οὖν ἀπῆλθε, πῶς ὁ γάμος κακός; μὴ ἔχεις ἀπολογίαν; ἐγὼ δὲ οὐ μόνον λέγω, ὅτι ἀπῆλθεν, ἀλλὰ καὶ δῶρα προσήνεγκε· τὸ γὰρ ὕδωρ εἰς οἶνον μετέβαλε. μὴ τοίνυν προφασίζου τὸν γάμον. ὁ δεσπότης σου παρεγένετο εἰς γάμον, καὶ ἐδόξασε τὸν γάμον, καὶ σὺ ἐνυβρίζεις τὸν γάμον, καὶ λέγεις ὅτι ἐμπόδισμά ἐστιν ὁ γάμος; οὐδὲν ἐμπόδισμα πρὸς εὐσέβειαν. βούλει μαθεῖν, ὅτι οὐδὲν παραβλάπτει ἔχειν γυναῖκα καὶ τέκνα; Μωϋσῆς οὐχὶ γυναῖκα καὶ τέκνα εἶχεν; Ἠλίας οὐχὶ παρθένος ἦν; οὐχὶ Μωϋσῆς μάννα κατήγαγεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ; οὐχὶ Ἠλίας πῦρ κατήγαγεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ; οὐχὶ Μωϋσῆς ὀρτυγομήτραν ἐξεπέτασεν; οὐχὶ Ἠλίας τῷ λόγῳ τὸν οὐρανὸν ἔκλεισεν; οὐχὶ Μωϋσῇ ὁ θεὸς ὡμίλει; οὐχὶ καὶ Ἠλίᾳ θεὸς ὡμίλει; οὐχὶ Μωϋσῆς θάλασσαν ἔσχισε, καὶ διήγαγε τὸν λαόν; οὐχὶ Ἠλίας ἐν ἅρματι πυρίνῳ ἀνελήφθη; μή τι παρέβλαψε τοῦτον ἡ παρ- C θενία; μή τι παρενεπόδισε τοῦτον ἡ γυνὴ καὶ τὰ τέκνα; εἶδες Ἠλίαν τὸν τοῦ ἀέρος ἡνίοχον· εἶδες Μωϋσῆν τὸν τῆς θαλάσσης ὁδοιπόρον· βλέπε καὶ Πέτρον, τὸν στύλον τῆς ἐκκλησίας, ὅτι καὶ αὐτὸς γυναῖκα εἶχεν. οὐ γέγραπται, ὅτι Πέτρος γυναῖκα εἶχε· πόθεν οὖν δῆλον ὅτι γυναῖκα εἶχεν; ἐγὼ λέγω. εἰσῆλθε, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς πρὸς τὴν πενθερὰν Πέτρου· καὶ ἦν ἐκείνη ἀρρωστοῦσα, καὶ ἥψατο αὐτῆς, καὶ ἔφυγεν ὁ πυρετὸς αὐτῆς, καὶ διηκόνει. ὁρᾷς ὅτι καὶ Πέτρος γυναῖκα εἶχεν; ὅπου γὰρ πενθερὰ, εὔδηλον ὅτι καὶ γυνή. ὁρᾷς ὅτι καὶ Πέτρος γυναῖκα εἶχε; μή τι διαβάλλῃς τὸν γάμον. ταῦτα δὲ λέγω, ἵνα μή τις προφασίσηται μήτε γυναῖκα, μήτε τέκνα, μήτε στρατείαν, μήτε ἐμπορίαν, μήτε τέχνην, μήτε δουλείαν, μήτε πλοῦτον, μήτε πενίαν. ταῦτα προφάσεις, ταῦτα σκέψεις, αὗται D ἐπιβουλαὶ τοῦ διαβόλου. στρατείαν προφασίζῃ, καὶ λέγεις, ὅτι στρατιώτης εἰμὶ, καὶ οὐ δύναμαι εὐλαβὴς εἶναι. ὁ ἑκατόνταρχος οὐχὶ στρατιώτης ἦν; καὶ λέγει τῷ Ἰησοῦ, ὅτι οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς, ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς· ἀλλ' εἰπὲ λόγον, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου. καὶ θαυμάσας ὁ Ἰησοῦς, λέγει· ἀμὴν, ἀμὴν, λέγω ὑμῖν, ὅτι οὔτε ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον. μή τι ἐνεπόδισεν αὐτῷ ἡ στρατεία; ἀλλὰ τί εἶ; χειροτέχνης εἶ; καὶ Παῦλος, καὶ σκυλευτὴς τῶν ἐκκλησιῶν ἦν, καὶ μετὰ ταῦτα γέγονε κῆρυξ καὶ ἀπόστολος. ἀλλὰ τί εἶ; πλούσιος; καὶ Ἀβραὰμ, καὶ αὐτὸς γυναῖκα εἶχε καὶ τέκνα· καὶ ἐπίστευσε, φησὶν, Ἀβραὰμ τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, καὶ φίλος θεοῦ ἐκλήθη. μή τι ἐνεπόδισεν αὐτῷ ὁ πλοῦτος καὶ ἡ γυνὴ, ἢ τὰ τέκνα; μὴ ἔχεις ἀπολογίαν; ἰδοὺ ἅπερ προφα- E σίζῃ τρία οὗτος ἔχει, καὶ γυναῖκα καὶ τέκνα καὶ πλοῦτον. ἀλλὰ τί εἶ; δοῦλος; καὶ Ὀνήσιμος. καὶ γράφων Παῦλος Φιλήμονι ἔλεγεν· Ὀνήσιμον τόν ποτέ ἄχρηστον, νῦν δὲ καὶ ἐμοὶ καὶ σοὶ εὔχρηστον. ἀλλὰ τί εἶ; βασιλεύς; καὶ Δαυίδ. καὶ εἰσῆλθε πρὸς αὐτὸν Νάθαν ὁ προφήτης, καὶ ἤλεγξεν αὐτὸν περὶ τῆς ἁμαρτίας, ἧσπερ ἐποίησε. μή τι ἐτυράννησεν ὁ βασιλεύς; μή τι ἀπεψηφίσατο κατὰ τοῦ προφήτου; οὐχὶ καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ τὴν δουλείαν ὡμολόγει, καί φησιν, ἥμαρτον τῷ κυρίῳ; καὶ ὁ προφήτης ἰδὼν τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ, λέγει αὐτῷ· ὁ κύριος ἀφεῖλε τὸ ἁμάρτημά σου. ὀξεῖα ἡ μετάνοια, ὀξυτέρα ἡ συγχώρησις. μή τι προσέσχεν ἑαυτῷ ὁ βασιλεὺς, καὶ εἶπεν,

amantes filios dederit. Verum hirundines escam ab ore in os tradunt; nos vero secus, ab ore namque in aurem infundimus. Illa enim in corruptionem procedunt, nostra vero in incorruptibilitatem. Illa, corpora nutriunt; hæc animam impinguant. Hæc porro omnia a me non temere nec sine causa dicta sunt; sed quia Evangelii lectio hodierna ad hanc nos doctrinam deducit, necessarium est vos instituere. *Vocatus est*, inquit, *Jesus ad nuptias.* At animum adhibete, quæso, & dictis attendite. (Joan. 2. 2.) Quoniam quidam nuptias prætexunt, alii filios, alii militiam, alii negotiationem, alii artem, alii servitutem, divitias alii, paupertatem nonnulli; & similia quæque. Volo itaque demonstrare vobis, neque divitias impedimento esse, neque paupertatem, neque militiam, neque negotiationem, non nuptias, non filios, non servitutem, non artem, nullamque rerum similium. *Vocatus est Jesus ad nuptias.* Venit-ne, an non venit? Venit utique. Si ergo venit, quomodo nuptiæ malæ fuerint? Num quid habes ad defensionem? Ego vero dico, non tantum venisse, sed etiam munera attulisse: aquam enim in vinum convertit. Ne igitur de nuptiis caussificeris. Dominus tuus ad nuptias venit, nuptias cohonestavit, & tu nuptias probro afficis, & dicis nuptias impedimento esse? Nullo impedimento sunt ad pietatem. Vis discere nihil nocere uxorem & liberos? Moyses annon uxorem & liberos habuit? Helias nonne virgo fuit? Nonne Moyses manna deduxit de cælo? Nonne Helias ignem de cælo deduxit? Nonne Moyses coturnicem advolare fecit? Nonne Helias verbo cælum clausit? Nonne Moysem Deus alloquebatur? Nonne cum Helia Deus colloquebatur? Nonne Moyses mare divisit, & populum traduxit? Nonne Helias igneo curru sublatus est? An nocuit huic virginitas? an impedimento fuerunt illi uxor & liberi? Vidisti Heliam aurigam in aëre: vidisti Moysem in mari viatorem: vide & Petrum Ecclesiæ columnam, qui & ipse uxorem habuit. Non scriptum est Petrum uxorem habuisse, undenam ergo liquet quod habuerit? Id ego dicam. *Ingressus est*, inquit, *Jesus ad socrum Petri: & erat illa infirma, & tetigit eam; & reliquit eam febris, & ministrabat.* (Matt. 8. 14.) Viden' etiam Petrum uxorem habuisse? Ubi namque socrus est, ibi uxorem esse necesse est. Viden' etiam Petrum uxorem habuisse? Ne itaque nuptias calumnieris. Hæc porro dico ut ne quis prætexat uxorem, vel filios, vel militiam, vel negotiationem, vel artem, vel servitutem, vel divitias, vel paupertatem. Hæc obtentus sunt, hæc caussificationes & insidiæ diaboli. Militiam prætendis & dicis: Miles sum, nec possum pius esse. Annon centurio miles erat & tamen dixit Jesu: *Non sum dignus ut intres sub tectum meum; sed dic verbum, & sanabitur puer meus?* (Matth. 8. 8.) Et admiratus Jesus dicit: *Amen, amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israël.* An nocuit illi militia? Sed quis es tu? an opifex? Et Paulus erat, qui postquam Ecclesias devastaverat, fuit prædicator & Apostolus. Sed quis es? an dives? Abraham quoque dives, qui habuit uxorem & liberos. *Et credidit*, inquit, *Abraham Deo, & reputatum est illi ad justitiam*, (Gen. 15. 6.) & amicus Dei vocatus est. An obfuerunt illi divitiæ, uxor aut liberi? Num excusandi locum habes? Ecce tria illa quæ prætendis ille habuit; uxorem nempe, filios, & divitias. At quis es tu? an servus? Et Onesimus servus erat: scribensque Paulus Philemoni dicit: *Onesimum, qui olim inutilis erat, nunc autem & mihi & tibi utilis.* (Philem. 1.) Quis inquam es? num rex? David etiam rex erat: & ingressus ad eum Nathan Propheta, arguit eum de peccato quod fecerat. Numquid tyrannidem in illum rex exercuit? Numquid contra Prophetam sententiam protulit? Annon vel in regno servum se fatebatur dicens, *Peccavi Domino?* Et Propheta videns pœnitentiam ejus, dixit illi: *Dominus transtulit peccatum tuum.* (2. Reg. 12. 13.) Velox pœnitentia, velocior condonatio. Numquid secum reputavit se regem

esse, ac dixit, Rex sum, purpura indutus, ac diademate redimitus: penes me sunt, arcus, sagittæ, scuta, galeæ, milites, satellites; & hunc pauperem timebo, nec occidam eum, imo ipsum feram? Nihil horum dixit: sed etiamsi rex esset, sciebat se peccasse, ideoque pœnitentiam egit. Sed quis tu es? an puer? Erat quoque puer Daniel, qui leonum ora obturavit, draconem disrupit, & Bel subvertit, qui seniores condemnavit, & Susannam liberavit: tantæque virtuti imperfecta ætas non obfuit. At quid es? an fratrum amator? Talis & Joseph fuit, qui quantam philosophiam exhibuit, & quantam continentiam apud Ægyptiam? Vestem suam scidit, sed fidem non violavit, impudentiam mulieris vicit, concupiscentiam non satiavit. An vidua es? Erat & Sidonia vidua, quæ Heliam Prophetam suscepit, & pavit pane & aqua, & auctorem famis non tabefecit fames. An meretrix es? Erat & Rahab, quæ exploratores occultavit, & cum filii Israël terram promissionis accepissent, servata est ipsa cum domo & genere suo. Sed quid es? an pauper? Pauper quoque Lazarus. Et quantam ille philosophiam & patientiam exhibuit, nec tantam necessitatem indigne tulit? Sed quid? An mulierum amans es? Talis erat & Sampson. Qui licet a muliere proditus sit, sed hoc illi Deus concessit, ut se de Alienigenis ulcisceretur. Sed quid es? an amans filiorum? Talis erat & Jacob. [Sed tentaris, tentabatur & Job.] Vides quot salutem consequuti sunt? Habes fidem? omnia habes: non habes fidem, & regnum obtines? nihil te juvat regnum. Verum non sum promissi immemor. Vocatus est igitur Jesus ad nuptias. Cum advenisset autem, vinum non habebant. Dicit ei Mater ejus, *Vinum non habent. Dicit ei Jesus: Vade mulier, nondum venit hora mea.* Et cum hoc dixisset Jesus ait: *Implete hydrias aqua*; & impleverunt hydrias aqua, & fecit aquam vinum. Cur dixit: *Implete hydrias aqua?* An is qui verbo cælum fecit, & terram fundavit, & omnia quæ in eis sunt; cujus aspectus arefacit abyssos, quem timet ac tremit omnis creatura cælestium, terrestrium & infernorum, non poterat hydrias verbo implere? Sed dicit: Haurite aquam. Quare? Ego dicam: ut si negassent, ipsorum manus, quæ hauserant, & humeri, qui aquam gestaverant, ipsos redarguerent. Nam idipsum fecit in Lazaro: antequam in locum advenisset, dixit Discipulis: *Lazarus amicus noster dormit.* Postquam autem venerunt sorores Lazari, & dixerunt ei, *Lazarus mortuus est*, dixit eis: *ubi posuistis eum?* Dicunt ei: *Veni & vide.* O nova & inopinata opera! Paulo ante dixeras Discipulis, Lazarus mortuus est, & nunc dicis, *Ubi posuistis eum?* Mortem prænuncias Discipulis tuis, & locum non nosti? Sciebat utique, sed propter Judæos, utpote inscios & ingratos, sic loquebatur. Quandoquidem & in paradiso dicebat, *Adam, Adam ubi es?* An ignorabat ubi esset? Verum quia ipsis diabolus dixerat, *In quacumque die comederitis de ligno hoc, eritis sicut dii*, suspicabantur illi se futuros esse deos: ideo dicebat illi Deus, *Adam ubi es?* ex quo comedisti, mansisti tamen homo, ea vero de causa dixit illi Deus, *Adam ubi es?* Sic & circa Lazarum fecit. Ut accessit ad monumentum dixit Judæis: *Tollite lapidem de monumento*; & tulerunt. Dicit ei soror Lazari, *Domine jam fœtet*, erat enim quatriduanus. *Et clamans voce magna dixit: Lazare veni foras.* Et exiit ligatus institis. An is, qui transfert montes in cor maris, non poterat amovere lapidem? Qui stimulos mortis confregit, qui portas inferni contrivit, non poterat institas rumpere? Dixit illis, *Solvite illum.* Quare? Ut si negarent & manus & oculi ipsorum eos redarguerent. Ideo dixit, *Solvite illum.* [In primis autem soror Lazari testimonium dedit, dicens: *jam fœtet.*] Idipsum in nuptiis fecit dicens illis: *Implete hydrias aqua.* Et impleverunt

Quæ uncinis clauduntur desunt in Græco.

Joan. 2. 3.

Joan. 11. 11.

Joan. 11. 34.

Gen. 3. 9.

Joan. 11. 39.

(Hæc desunt in Græco.)

A ὅτι βασιλεύς εἰμι, πορφύραν περιβέβλημαι, καὶ διάδημα περίκειμαι, καὶ ἔχω τόξα καὶ βέλη καὶ ἀσπίδας καὶ κρανέα καὶ στρατιώτας ὑπασπιστάς. καὶ τοῦτον τὸν πένητα φοβοῦμαι, καὶ οὐ φονεύω αὐτὸν, ἀλλὰ ἀνέχομαι αὐτοῦ; ἀλλ' οὐδὲν τούτων εἶπεν· ἀλλ' εἰ καὶ βασιλεὺς ἦν, ᾔδει ὅτι ἥμαρτε, καὶ διὰ τοῦτο μετενόησεν, ἐπειδὴ ᾔδει ὅτι χαλεπὸν ἁμάρτημα ἐποίησε. μήτι ἐνεπόδισεν αὐτῷ ἡ βασιλεία; ἀλλὰ τί εἶ; παῖς; καὶ ὁ Δανιὴλ λέοντας ἐφίμωσε, καὶ δράκοντα διέῤῥηξε, τὸν Βὴλ κατέστρεψε· καὶ τοὺς πρεσβυτέρους κατέκρινε, τὴν δὲ Σωσάνναν ἔσωσε, καὶ τὸ ἀτελὲς τῆς νεότητος οὐδὲν ἐνεπόδισε τὴν τοσαύτην ἀρετήν. ἀλλὰ τί εἶ; φιλάδελφος; καὶ Ἰωσήφ· κἀκεῖνος πόσην φιλοσοφίαν ἐπεδείξατο, καὶ σωφροσύνην ἐπὶ τῆς Αἰγυπτίας; τὸν χιτῶνα αὐτοῦ ἔσχισε, τὴν δὲ πίστιν αὐτοῦ οὐ διέῤ-

B ῥηξε· τὴν ἀναισχυντίαν αὐτῆς ἐνίκησε, τὴν δὲ ἐπιθυμίαν αὐτῆς οὐκ ἐπλήρωσεν. ἀλλὰ τί εἶ; χήρα; καὶ ἡ Σιδωνία, ἥτις Ἠλίαν τὸν προφήτην ὑπεδέξατο, καὶ ἔθρεψεν ἄρτῳ καὶ ὕδατι· καὶ τὸν αἴτιον τοῦ λιμοῦ λιμὸς οὐ κατέτηξεν. ἀλλὰ τί εἶ; πόρνη; καὶ ἡ Ῥαὰβ, ἥτις ἔκρυψε τοὺς κατασκόπους, καὶ μετὰ τὸ παραλαβεῖν τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ἐσώθη καὶ αὐτὴ καὶ ὁ οἶκος αὐτῆς καὶ τὸ γένος αὐτῆς. ἀλλὰ τί εἶ; πένης; καὶ ὁ Λάζαρος, καὶ ἐν τῇ πενίᾳ πόσην φιλοσοφίαν ἐπεδείξατο καὶ ὑπομονὴν, καὶ οὐκ ἐδυσπέτησεν ἐν τοσαύτῃ ἀνάγκῃ ὤν; ἀλλὰ τί εἶ; φιλογύναιος; καὶ Σαμψών· εἰ γὰρ παρεδόθη ὑπὸ γυναικὸς, ἀλλὰ τὴν ἐκδικίαν παρέσχεν αὐτῷ ὁ θεὸς, καὶ ἐξεδικήθη ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων. ἀλλὰ τί εἶ; φιλότεκνος; καὶ Ἰακώβ. ὁρᾷς πόσοι ἐσώθησαν;

C ἔχεις πίστιν; πάντα ἔχεις· οὐκ ἔχεις πίστιν, βασιλεὺς δὲ εἶ; οὐδέν σε ὠφελεῖ ἡ βασιλεία. ἀλλὰ τῆς ὑποσχέσεως οὐκ ἐπιλέλησμαι. ἐκλήθη οὖν ὁ Ἰησοῦς εἰς γάμον. παραγενομένου δὲ αὐτοῦ οὐκ εἶχον οἶνον. λέγει αὐτῷ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, οἶνον οὐκ ἔχουσι. λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, ὕπαγε γύναι· οὔπω γὰρ ἥκει ἡ ὥρα μου. καὶ ταῦτα εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς λέγει, γεμίσατε τὰς ὑδρίας ὕδατος· καὶ ἐγέμισαν τὰς ὑδρίας ὕδατος καὶ ἐποίησε τὸ ὕδωρ οἶνον. διὰ τί δὲ εἶπε, γεμίσατε τὰς ὑδρίας ὕδατος; ἆρα ὁ λόγῳ τὸν οὐρανὸν ποιήσας, καὶ τὴν γῆν θεμελιώσας, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, οὗ τὸ βλέμμα ξηραίνει ἀβύσσους, ὃν φρίσσει καὶ τρέμει πᾶσα ἡ κτίσις ἐπουρανίων τε καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, οὐκ ἐδύνατο τὰς ὑδρίας λόγῳ γεμίσαι· ἀλλὰ λέγει, ἀντλήσατε ὕδωρ; διὰ τί; ἐγὼ λέγω· ἵνα, ἐὰν ἀρνήσωνται, αἱ χεῖρες αὐτῶν αἱ ἀντλήσασαι,

D καὶ οἱ ὦμοι αὐτῶν οἱ βαστάσαντες τὸ ὕδωρ, ἐλέγξωσιν αὐτούς. ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τοῦ Λαζάρου αὐτὸ ἐποίησε. πρὸ τοῦ παραγενέσθαι ἐπὶ τὸν τόπον, λέγει τοῖς μαθηταῖς· Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται. ἔπειτα ὡς ἦλθον αἱ ἀδελφαὶ τοῦ Λαζάρου, καὶ λέγουσιν αὐτῷ, ὅτι Λάζαρος ἀπέθανε, λέγει αὐταῖς· ποῦ τεθείκατε αὐτόν; αἱ δέ φασιν, ἐλθὲ καὶ ἴδε. ὢ καινῶν καὶ παραδόξων πραγμάτων. πρὸ μικροῦ ἔλεγες τοῖς μαθηταῖς ὅτι Λάζαρος ἀπέθανε, καὶ νῦν λέγεις, ποῦ τεθείκατε αὐτόν; τὸν θάνατον προδηλοῖς τοῖς μαθηταῖς σου, καὶ τὸν τόπον οὐκ οἶδας; ᾔδει, ἀλλὰ διὰ τοὺς Ἰουδαίους ἔλεγεν, ἐπειδὴ ἀγνώμονες ἦσαν· ὥστε τὸ εἰπεῖν, ποῦ τεθείκατε αὐτὸν, οὐκ ἀγνοίας ἦν. ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ παραδείσῳ ἔλεγε τῷ Ἀδὰμ, Ἀδὰμ, ποῦ εἶ; ἆρα οὖν οὐκ ᾔδει ποῦ ἦν; ἀλλ' ἐπειδὴ

E ἔλεγεν αὐτοῖς ὁ διάβολος, ὅτι ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ φάγησθε ἐκ τοῦ ξύλου τούτου, ἔσεσθε ὡς θεοὶ, ὑπελάμβανον ἐκεῖνοι ὅτι μέλλουσι γίνεσθαι θεοί. καὶ διὰ τοῦτο ἔλεγεν αὐτῷ ὁ θεὸς, Ἀδὰμ ποῦ εἶ; ἀφ' οὗ ἔφαγες, καὶ ἔμεινας ἄνθρωπος· διὰ τοῦτο ἔλεγεν αὐτῷ ὁ θεὸς, Ἀδὰμ ποῦ εἶ; οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Λαζάρου ἐποίησεν. ἐγγίσας τῷ μνήματι λέγει τοῖς Ἰουδαίοις· ἄρατε τὸν λίθον ἐκ τοῦ μνήματος· καὶ ἦραν. λέγει αὐτῷ ἡ ἀδελφὴ τοῦ Λαζάρου· κύριε, ἤδη ὄζει· ἦν γὰρ τεταρταῖος. καὶ κράξας φωνῇ μεγάλῃ λέγει, Λάζαρε, δεῦρο ἔξω. καὶ ἐξῆλθε κειρίαις δεδεμένος. ἆρα οὖν ὁ μετατιθῶν ὄρη ἐν καρδίαις θαλασσῶν, οὐκ ἠδύνατο λόγῳ τὸν λίθον κινῆσαι; ὁ τὰ κέντρα τοῦ θανάτου κατακλάσας, ὁ τὰς θύρας τοῦ ᾅδου συντρίψας, οὐκ ἠδύνατο καὶ τὰς κειρίας διαῤῥῆξαι; καὶ λέγει αὐτοῖς, λύσατε αὐτόν. διὰ τί; ἵνα, ἐὰν ἀρνήσωνται, αἱ χεῖρες αὐτῶν καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐλέγξωσιν αὐτούς· διὰ τοῦτο εἶπε, λύσατε αὐτόν. καὶ ἐν τῷ γάμῳ τὸ αὐτὸ ἐποίησεν, ὅτι εἶπεν αὐτοῖς, γεμίσατε τὰς ὑδρίας ὕδατος, καὶ ἐγέμισαν

A τὰς ὑδρίας, καὶ ἐποίησε τὸ ὕδωρ οἶνον. διὰ τοῦτο οὖν πανταχόθεν ἠσφαλίζετο αὐτοῖς. ἀεὶ γὰρ ἀγνώμονες ἐγένοντο οἱ Ἰουδαῖοι καὶ ἀναίσχυντοι. θέλετε μαθεῖν πόσα παρέσχεν αὐτοῖς ὁ θεὸς, καὶ ἀμνήμονες ἐγένοντο; μάθετε· ἀλλὰ συντείνατέ μοι ἑαυτοὺς, παρακαλῶ, προσέχετε τοῖς λεγομένοις. βούλομαι γὰρ ὑμῖν δεῖξαι ὅτι ἀπ' ἀρχῆς ἀγνώμονες ἦσαν οἱ Ἰουδαῖοι. ἑβδομήκοντα καὶ πέντε ψυχαὶ κατέβησαν ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἐγένοντο ἑξακόσιαι χιλιάδες. ἐτελεύτησεν Ἰωσὴφ, καὶ ἀνέστη αὐτοῖς ἕτερος βασιλεὺς, ὃς οὐκ ἐμνήσθη τοῦ Ἰωσήφ· ἔθλιβε δὲ τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ σφόδρα. ἐβόησαν οὖν πρὸς τὸν θεὸν λέγοντες, κύριε, σὺ ὤμοσας τοῖς πατράσιν ἡμῶν, ὅτι δώσω τῷ σπέρματι ὑμῶν γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι· καὶ νῦν κύριε, μνήσθητι τῆς διαθήκης, ἧς ἔθου τοῖς πατράσιν ἡμῶν, B καὶ ἐξελοῦ ἡμᾶς ἐκ χειρὸς Φαραὼ βασιλέως Αἰγύπτου, καὶ ἐκ δουλείας τῶν Αἰγυπτίων. ἤκουσεν οὖν ὁ θεὸς τῆς φωνῆς αὐτῶν, καὶ ἔπεμψε τὸν Μωϋσῆν πρὸς αὐτούς. ἀλλὰ συντείνατέ μοι ἑαυτοὺς, παρακαλῶ. λέγει τῷ Μωυσῇ ὁ θεός. λάβε ἀρνίον ἄμωμον ἐνιαύσιον πρωτότοκον, καὶ θῦσον, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ χρισάτω ἕκαστος εἰς τὴν θύραν· ἵν', ὅταν ἔλθῃ ὁ ἄγγελος ἔχων ἐσπασμένην τὴν ῥομφαίαν, καὶ ἴδῃ ὅτι τὸ αἷμα κέχρισται εἰς τὸν οἶκον ἐκεῖνον, ἀναχωρῇ· ἐὰν δὲ ἴδῃ ὅτι οὐκ ἔνι, εἰσέρχηται, καὶ πάντας ἐξολοθρεύσῃ. ἐποίησεν οὖν ὁ Μωϋσῆς οὕτω, καὶ ἔδωκε τῷ λαῷ, καὶ λαβόντες ἐκεῖνοι, ἕκαστος ἔχρισε τὰς θύρας αὐτῶν. καὶ ἤρχετο ὁ ἄγγελος ἔχων ἐσπασμένην τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ, καὶ ἔβλεπε τὸ αἷμα ἐν ταῖς θύραις, καὶ ἀνεχώρει. ὅπου δὲ οὐκ ἔβλεπεν, εἰσήρχετο, καὶ πάντας ἀνεῖλε. ταῦτα δὲ πάντα οὐχ ἁπλῶς ἐγένετο· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐμέλλομεν δι' αἵματος καὶ ξύλου σώζεσθαι, διὰ τοῦτο εἶπεν ὁ θεὸς, ὅτι χρισάτω C ἕκαστος τὸ αἷμα εἰς τὰς θύρας. διὰ τί οὐκ εἶπε, χρῖσον τὸ αἷμα εἰς τὸν τοῖχον; ὅτι οὐκ ἤμελλον σώζεσθαι, εἰ μὴ διὰ ξύλου. * ἐξέβαλεν οὖν αὐτοὺς ὁ Μωϋσῆς ἐκ τῆς Αἰγύπτου, καὶ ἤνεγκεν αὐτοὺς εἰς τὴν ἔρημον, καὶ λέγουσι τῷ Μωϋσῇ, διὰ τὸ μὴ εἶναι μνήματα ἐν Αἰγύπτῳ, ἤνεγκεν ἡμᾶς εἰς τὴν ἔρημον θανατῶσαι; οὐ καλῶς ἡμῖν ἦν ἐν Αἰγύπτῳ, ὅτι ἐτρώγαμεν τοὺς σικύας καὶ πέπονας καὶ τὰ κρόμμυα καὶ τὰ σκόροδα; εἶδες ἀγνωμοσύνην; αὐτοὶ ἔλεγον τῷ θεῷ, αὐτοὶ ἠξίουν, ὅτι ἐξάγαγε ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου· καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν ἔρημον ἠχαρίστουν. εἶδες ἀγνωμοσύνην αὐτῶν; ἀλλὰ μάθετε τὸ μεῖζον καὶ ἐξαίρετον πρᾶγμα. τεσσαράκοντα ἔτη ἐποίησαν ἐν τῇ ἐρήμῳ. θρὶξ αὐτῶν οὐκ ηὔξησεν, οὔτε ὄνυξ· ἱμάτιον αὐτῶν οὐκ ἐρρυπώθη· ὑπόδημα αὐτῶν οὐκ ἀπετρίβη· D οὐκ ἔκαμον, οὐκ ἔσκαψαν· βόας οὐκ ἔζευξαν, ἄροτρον οὐκ εἵλκυσαν, αὔλακας οὐκ ἀνέτεμον, ἀκάνθας οὐκ ἀνέσπασαν, σπέρματα οὐ κατεβάλλοντο, καὶ ὄμβρον οὐκ ἀνέμειναν, ἡλίου θερμὰς ἀκτῖνας οὐ προσεδόκησαν, καιρὸν θερισμοῦ οὐ προσεδέξαντο, δρεπάνην οὐκ ἠκόνησαν· οὔτε ἐθέρισαν, οὔτε ἔδησαν στάχυας καὶ ἐβάστασαν, οὔτε ἤνεγκαν εἰς ἅλωνα καὶ ἐμόχθησαν, οὔτε ἠλόησαν, οὔτε ἐκάθαραν, οὔτε ἔφυρασαν ἄλευρα, οὔτε ὤπτησαν καὶ ἐποίησαν ἄρτους, ἀλλ' οὐδὲ τῶν τοιούτων οὐδέν· ἀλλὰ ἄρτον ἀχειρογεώργητον ἔτρωγον· αὐτοσχεδία τράπεζα παρετίθετο αὐτοῖς· τῇ ἀπαθείᾳ τοὺς ἀγγέλους ἐμιμοῦντο· ἡ φύσις τῆς οἰκείας ἀσθενείας ἐπελάθετο. καὶ μετὰ τοσαύτας εὐεργεσίας ἔλεγον τῷ Ἀαρὼν, δὸς ἡμῖν θεοὺς, οἵτινες προπορεύσονται ἡμῶν· Μωϋσῆς γὰρ οὗτος, ὅστις ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ τῆς Αἰγύπτου, οὐκ οἴδαμεν τί γεγένηται αὐτῷ· καὶ ἐποίησαν βίαν μεγάλην τῷ Ἀαρών· ἐκεῖνος ἰδὼν ὅτι σκληροκάρδιοι ἦσαν καὶ ἀπερίτμητοι, λέγει αὐτοῖς· περιέλετε E τὰ χρυσάφια ὑμῶν, καὶ βάλετε ἐν πυρί· καὶ εἴ τι ἀναβῇ, τοῦτο θεός. καὶ ἀνέβη τὸ βουκέφαλον· ἐνταῦθά μοι τὸν αἱρετικὸν τὸν ἀγνώμονα, τὸν παράσιτον Ἰουδαῖον τὸν λέγοντα, ὅτι ἐγέννησε θεὸς, καὶ ῥεῦσιν ὑπέμεινεν. ἐφθαρμένε, ἄθλιε, καὶ ταλαίπωρε, ταῦτα ἐπὶ θεοῦ ὑπολαμβάνεις; ἀλλ' ἡμεῖς οὐχ οὕτω [μὴ γένοιτο] ἀλλ' ὅτι ἐγέννησε πατὴρ υἱὸν, μόνος μόνον, θεὸς θεὸν, τέλειος τέλειον. ταῦτα γὰρ φρονήματα χριστιανῶν. ἐπειδὴ οὖν δοκεῖς τὰ ἄνω περιεργάζεσθαι, τὰ σαυτοῦ, εἰ δοκεῖς εἰδέναι, εἰπέ μοι· πῶς, βληθέντων τῶν χρυσαφίων εἰς τὴν πυρὰν, ἀνέβη τὸ βουκέφαλον; χαλκότυπος οὐκ εἰργάσατο, χωνευτὴς οὐκ ἦν. πῶς ἀνέβη τὸ βουκέφαλον, τολμᾷς εἰπεῖν; εἰ

* f. ἐξήγαγεν.

A hydrias, & fecit aquam vinum. Propterea nihil non agebat ut ipsos certiores redderet. Semper enim Judæi increduli fuerunt & impudentes. Vultis discere quanta illis præstiterit Deus, quorum fuerunt immemores? Discite, sed quæso animum adhibete; & iis, quæ dicuntur, attendite. Volo quippe demonstrare vobis, Judæos ab initio ingratos fuisse. Septuaginta quinque animæ descenderunt in Ægyptum, & ad sexcenta usque millia auctæ sunt. Mortuus est Joseph, & surrexit alius rex, qui memor ejus non fuit. Is filios Israël vehementer oppressit. Clamarunt igitur illi ad Dominum, dicentes, *Domine, tu jurasti patribus nostris, Dabo semini vestro terram fluentem lac & mel. Et nunc, Domine, memento* B *testamenti tui, quod posuisti patribus nostris: & erue nos de manu Pharaonis regis Ægypti, & de servitute Ægyptiorum.* Audivit igitur Deus vocem eorum, & misit ad eos Moysem. Hic mihi, quæso mentem adhibete. Dicit Moysi Deus: *Accipe agnum* Exod. 12. *immaculatum, anniculum, primogenitum, & immola, & sanguine ejus unusquisque liniet januam, ut cum venerit Angelus habens gladium evaginatum; & viderit quod sanguine linita sit domus, recedat; sin viderit non adesse sanguinem; introeat, omnesque exterminet. Fecit igitur Moyses sic, & tradidit populo, & accipientes illi, linierunt singuli januas suas.* Et ingrediebatur Angelus, strictum habens gladium, & videbat sanguinem in januis, & recedebat. Ubi autem non videbat, ingrediebatur, & omnes occidebat. Hæc porro omnia non temere facta sunt; sed quoniam futurum erat ut per sanguinem & lignum salutem consequeremur; ideo C dixit Deus: Unusquisque sanguine liniet januas. Cur non dixit, lini sanguine parietem: quia nonnisi per lignum salutem consequuturi erant. Eduxit igitur eos Moyses ex Ægypto, & intulit in desertum: dixeruntque illi Moysi. *Eo quod non essent* Exod. 14. *sepulcra in Ægypto, intulit nos in desertum ut occi-* 11. *deret. Nonne nobis bene erat in Ægypto, cum co-* Num. 11. 5. *mederemus cucumeres, pepones, & allia, & cæpe?* Viden ingratum animum? Illi Deum alloquebantur, Deum precabantur, Educ nos de terra Ægypti, & cum in desertum advenissent, ingrate agebant. Vidistin ingratum eorum animum? Sed discite rem majorem singularemque. Quadraginta annis fuerunt in deserto: capillus eorum non crevit; non unguis item; vestis non sordidata est, calceamen- D tum non detritum: non laborarunt, non foderunt, boves non junxerunt, aratrum non traxerunt, sulcos non aperuerunt, spinas non evulserunt, semen non jecerunt, imbrem non sustinuerunt, solis æstum non exspectarunt, messis tempus non exceperunt, falcem non acuerunt, non messuerunt, non alligarunt manipulos nec abstulerunt, vel portarunt in aream, non sudarunt, non in area triverunt aut expurgarunt, non miscuerunt placentas, non coxerunt nec panem fecerunt; nihil omnino illorum: sed panem sine manuum labore comederunt: apponebatur illis mensa sine apparatu: instar Angelorum nihil patiebantur: natura infirmitatis suæ oblita erat. Et post tanta beneficia dicebant Aaroni: *Da nobis deos, qui præcedant nos. Moysi* Exod. 32. 1. *enim illi qui nos eduxit ex Ægypto, nescimus quid acciderit.* Magnamque vim inferebant Aaroni. Ille videns eos corde duros & incircumcisos esse, ait illis: tollite monilia aurea vestra, & injicite in ignem, E & si quid inde ascenderit, id Deus erit. Et ascendit bubulo capite animal. Hic mihi siste hæreticum ingratum & parasitum Judæum, qui dicit: Genuit Deus & fluxum passus est. O perdite, miser, & nefarie; hæccine de Deo suspicaris? At nos non ita; absit; sed genuit Pater Filium, solus solum, Deus Deum, perfectus perfectum. Hæc sentiunt Christiani. Quando igitur videris superna curiose inquirere: quæ ad te spectant, si te putas scire, dicito mihi: Quomodo jactis in pyram aureis monilibus, animal illud capite bubulo ascendit? Ærarius non operatus est, conflator non aderat: quomodo ergo ascendisse animal bubulo capite audes dicere? Si hæc

inferiora nescis, cur superna scrutaris? qui ea, quæ sibi propria sunt, ignoras, cur aliena perquiris? Et afferunt nobis evangelicam vocem ipsius Filii
Joan. 15. 5. dicentis Discipulis: *Ego sum vitis, vos palmites, pater meus agricola est.* Viden, inquiunt, quod filium fecerit? Si enim agricola vitem non colat, non potest utilis esse. Et putant se magnum quid & validum proferre. Verum mihi animum adhibete, quæso. Dixi ad ingratos Judæos, finite alloquar impudentes hæreticos, potesne mihi dicere, Ingrate & impudens hæretice, agricolam non pasci a vite? te tuis armis capiam. Quemadmodum igitur agricola colit vitem, ita & Pater operatur filium suum. Videamus igitur quis a quonam nutriatur, an vitis ab agricola, an agricola a vite. Secundum te Pater a Filio habet esse. Non est enim agricola, qui non pascatur ab operibus suis. Quid igitur, Filius nutritne Patrem? Nequaquam absit. Hæc extremæ insaniæ essent. Satius est dicere: sicut agricola gaudet de vite, sic & Pater gaudet de Filio. Non enim dixit: Pater meus operatus est me, sed *pater meus agricola est.* Gaudebat enim in Filio.
Matt. 3. 17. Non audisti eum dicentem: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui?* Quando stetit in Jordanis fluentis, non dixit. Hic est filius meus, quem creavi, aut quem feci; sed dixit, *in quo mihi bene complacui.* Num vocem illam expungis?
Joan. 5. 30. Rursumque dicit, *Descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed ejus qui misit me, Patris.* Quibusnam id dicebat? Plane Judæis, quia dicebant illi, Hic est fabri filius, & eum quasi Deo adversarium reputabant. Ideo dixit, *Descendi de cælo:* & quia illum Deo adversari dicebant, ideo adjiciebat ille. *Non veni facere voluntatem meam, sed ejus, qui misit me, Patris.* Quandoquidem Patrem honorare videbantur, ipsumque tamen negabant; ideo illorum se infirmitati attemperabat: nam quo pacto missus est ille, qui ubique est & omnia implet? Vides igitur illum propter Judæos dixisse, *Descendi de cælo.* Num propter se dixit? An excusandi tui locum habes? Verum aliud nobis Apostoli testimonium obtrudunt, nempe: *Unus Deus Pater ex quo omnia, & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia.* Dicis non alium esse Deum, qualis est Pater: & ego tibi dico, non alium esse Dominum qualis est filius. Cur itaque contendimus? Nequaquam, absit. Videamus ergo quibuscum loqueretur Paulus, quorumque causa hoc diceret. At animum adhibete, quæso. Quoniam Gentiles multos colebant deos, Judæi vero Monarchiam sive unitatem principii statuebant, ut & pluralitatem deorum & Monarchiam auferret, ideo dicit: Sive enim sint dii multi, & Domini multi, sive in cælo, sive in terra: at nobis unus est Deus Pater: cumque dicit, *unus*, deorum multiplicitatem tollit. Ubi namque unus, multi non sunt. Et cum dixit Pater, Monarchiam sustulit. Ubi enim est Pater, palam est ibi & filium esse. Ideo itaque
1. Cor. 8. 6. dicit: *Unus Deus Pater, ex quo omnia; & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia.* Vides Paulum & Gentiles & Judæos aggressum. Ideo dicit: *Unus Dominus Jesus Christus per quem omnia.* Quia omnia per Filium facta sunt, visibilia & invisibilia. Audi Joannem dicentem: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum: & Deus erat Verbum. Hic erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Vides hunc esse omnium creatorem. Num ausis mihi ostendere, Filium cum omnibus connumerari. Verum, ingrati vos, quousque circumvolvitis Scripturas, hinc flores decerpentes, ut dicatis Filium esse creatum aut factum? Vultis discere? Si de Filio quidpiam sublime aut Deo dignum audiant, in furorem vertuntur: putant in os suum stercus immitti. Libet exemplum vobis afferre: Quemadmodum si quis infirmitatis & febris æstum patiatur, ubi sedatur morbus, jubent medici os ejus melle oblinire: idipsum vero quod jubent medici faciunt. Famulantibus autem servis, putat ægrotus mel amarum

* f. τῷ υἱῷ.

A τὰ κάτω οὐκ οἶδας, πῶς τὰ ἄνω περιεργάζῃ; ὁ τὰ ἴδια μὴ ἐπιστάμενος, πῶς τὰ ἀλλότρια περιεργάζῃ; καὶ παρέχουσιν ἡμῖν εὐαγγελικὴν φωνὴν αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ λέγοντος τοῖς μαθηταῖς· ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, ὑμεῖς ἐστε τὰ κλήματα, ὁ πατήρ μου γεωργός ἐστιν· ὁρᾷς, φησὶν, ὅτι εἰργάσατο τὸν υἱόν; ἐὰν γὰρ μὴ ἐργάσηται γεωργὸς ἄμπελον, οὐ δύναται χρήσιμος εἶναι· καὶ νομίζουσιν, ὅτι μέγα τι καὶ ἐνάρετον λέγουσιν. ἀλλὰ συντείνατέ μοι ἑαυτοὺς, παρακαλῶ. εἶπον πρὸς τοὺς ἀγνώμονας Ἰουδαίους· ἄφες, εἴπω καὶ πρὸς τοὺς ἀναισχύντους αἱρετικούς· δύνασαί μοι εἰπεῖν, ἀγνῶμον καὶ ἀναίσχυντε αἱρετικὲ, ὅτι ὁ γεωργὸς οὐ τρέφεται ἀπὸ τῆς ἀμπέλου; ἀπὸ τῶν ὅπλων σου χειροῦμαί σε. ὥσπερ οὖν ἐστι γεωργὸς ἐργαζόμενος ἄμπελον, οὕτω καὶ ὁ πατὴρ εἰργάσατο τὸν ἴδιον υἱόν· ἴδωμεν οὖν, τίς ἐκ τίνος τρέφεται, ἡ ἄμπελος ἐκ τοῦ γεωργοῦ, ἢ ὁ γεωργὸς ἐκ τῆς ἀμπέλου; κατὰ σὲ ὁ πατὴρ ἀπὸ τοῦ υἱοῦ ἔχει τὸ εἶναι.
B οὐκ ἔνι γὰρ γεωργὸς μὴ τρεφόμενος ἐκ τῶν ἔργων αὐτοῦ· τί οὖν; ὁ υἱὸς τρέφει τὸν πατέρα; οὐχὶ, μὴ γένοιτο· ταῦτα γὰρ ἐσχάτης ἀνοίας. ἄμεινον λέγειν, ὥσπερ γεωργὸς χαίρει ἐπ' ἀμπέλῳ, οὕτω καὶ ὁ πατὴρ χαίρει ἐπὶ * τὸν υἱόν. οὐ γὰρ εἶπεν· ὅτι ὁ πατήρ μου ὁ ἐργασάμενός με· ἀλλ', ὁ πατήρ μου ὁ γεωργός. ἔχαιρε γὰρ ἐπὶ τῷ υἱῷ. οὐκ ἤκουσας αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα, ὅτε ἔστηκεν εἰς τὰ Ἰορδάνια ῥεῖθρα; μὴ εἶπεν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου, ὃν ἔκτισα, ἢ ὃν ἐποίησα, ἀλλ' εἶπεν, ἐν ᾧ ηὐδόκησα. μὴ καὶ τὴν φωνὴν παραχαράττεις; καὶ πάλιν λέγει, καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα τὸ ἐμὸν θέλημα ποιήσω, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με πατρός. τίσιν ἔλεγε; πάντως τοῖς Ἰουδαίοις· ἐπειδὴ ἔλεγον αὐτῷ, οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱὸς, καὶ ὡς ἀντιθέῳ αὐτῷ προσεῖχον. διὰ τοῦτο εἶπεν, ὅτι κα-
C ταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. καὶ ἐπειδὴ ἀντίθεον αὐτὸν ἔλεγον, διὰ τοῦτο ἔλεγεν αὐτοῖς, ὅτι οὐκ ἦλθον τὸ ἐμὸν θέλημα ποιῆσαι, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με πατρός. ἐπειδὴ ἐδόκουν τὸν πατέρα τιμᾷν, αὐτὸν δὲ ἠρνοῦντο, διὰ τοῦτο συγκατέβαινε τῇ ἀσθενείᾳ αὐτῶν, ἐπεὶ πῶς ἀπεστάλη ὁ πανταχοῦ ὢν, ὁ πάντα πληρῶν; ὁρᾷς οὖν ὅτι διὰ τοὺς Ἰουδαίους εἶπεν; ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. μή τι δι' ἑαυτὸν εἶπε; μὴ ἔχεις ἀπολογίαν; ἀλλὰ καὶ ἐπάγουσιν ἡμῖν ἄλλην μαρτυρίαν τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, εἷς θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. λέγεις, ὅτι ἄλλος θεὸς κατὰ τὸν πατέρα οὐκ ἔστι· κἀγώ σοι λέγω, ὅτι ἄλλος κύριος κατὰ τὸν υἱὸν τοιοῦτος οὐκ ἔστι. τί οὖν φιλονεικοῦμεν; οὐχὶ.
D μὴ γένοιτο. ἴδωμεν οὖν τίσι διελέγετο ὁ Παῦλος, καὶ διὰ τίνας τοῦτο εἴρηται. ἀλλὰ προσέχετέ μου μετὰ ἀκριβείας τῷ λόγῳ. ἐπειδὴ Ἕλληνες πολυθεΐαν ἐσέβοντο, οἱ Ἰουδαῖοι δὲ μοναρχίαν, ἵνα δὲ καὶ τὴν πολυθεΐαν ἀνέλῃ καὶ τὴν μοναρχίαν, διὰ τοῦτο ἔλεγεν. εἴτε γάρ εἰσι θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοὶ, εἴτε ἐν οὐρανῷ, εἴτε ἐπὶ γῆς· ἀλλ' ἡμῖν εἷς θεὸς ὁ πατήρ. καὶ εἰπὼν τὸ, εἷς, ἀνεῖλε τὴν πολυθεΐαν. ὅπου γὰρ εἷς, οὐκ εἰσὶ πολλοί. καὶ εἰπὼν πατέρα, ἀνεῖλε τὴν μοναρχίαν. ὅπου γὰρ πατὴρ, δῆλον ὅτι καὶ υἱός. διὰ τοῦτο λοιπὸν εἶπεν, εἷς θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. ὁρᾷς ὅτι πρὸς Ἕλληνας καὶ Ἰουδαίους ἀπεδύσατο ὁ Παῦλος. διὰ τοῦτο εἶπεν, εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς δι' οὗ τὰ πάντα, ἐπειδὴ τὰ πάντα διὰ τοῦ υἱοῦ γεγένηται, ὁρατὰ, καὶ τὰ ἀόρατα. καὶ ἄκουε Ἰωάννου λέγοντος· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ
E λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν· καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν. ὁρᾷς ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ τῶν ἁπάντων δημιουργός. μὴ τολμᾷς μοι δεῖξαι ὅτι ὁ υἱὸς σὺν τοῖς πᾶσιν ἀριθμεῖται; ἀλλ' ἀγνώμονες, ἕως πότε περιέρχεσθε τὰς γραφὰς ἀνθολογοῦντες, ἵνα που τὸν υἱὸν εἴπητε κτίσμα καὶ ποίημα; θέλετε μαθεῖν; ἐὰν ἀκούσωσι περὶ τοῦ υἱοῦ ὑψηλὸν ῥῆμα, ἢ θεοπρεπῆ, μαίνονται· νομίζουσιν ὅτι κοπρίαν τις βάλλει εἰς τὸ στόμα αὐτῶν. βούλομαι ὑμῖν ὑπόδειγμα εἰπεῖν. ὥσπερ ἄν τις ἀῤῥωστίᾳ καὶ πυρετοῖς πολλοῖς φλέγηται, ὀλίγον δὲ αὐτοῦ ἐν ἀνέσει ἐλθόντος προστάττουσιν οἱ ἰατροὶ μέλιτος περιχρίεσθαι τὸ στόμα αὐτοῦ· ποιοῦσι δὲ οὕτω καθὼς προστάττουσιν οἱ ἰατροί· ἐπιμελουμένων δὲ τοῦ ἀῤῥωστοῦντος ὑπὸ τῶν ὑπηρετῶν, νομίζει ὁ ἀῤῥωστῶν,

ἀῤῥωστῶν, ὅτι πικρόν ἐστι τὸ μέλι· καὶ λοιπὸν λέγουσιν οἱ παρεστῶτες, μέλι ἐστὶ, κύριε, καλόν ἐστι, παρατρεπόμενοι τὸν ἀῤῥωστοῦντα. πικρὸν δὲ φαίνεται τὸ μέλι εἰς τὸ στόμα τοῦ ἀσθενοῦντος, οὐχ ὅτι πικρόν ἐστι τὸ μέλι· τί γὰρ γλυκύτερον μέλιτος; οὐκοῦν οὐ παρὰ τὴν φύσιν τοῦ μέλιτος, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀσθένειαν τοῦ μὴ ὑποδεχομένου. οὕτω καὶ ἐπὶ τούτων γίνεται. ἐὰν ἀκούσωσιν ὁμοούσιον, νομίζουσι πικρίαν ποτίζεσθαι, καὶ οὐ παρὰ τὸν λόγον τοῦ λέγοντος, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀσθενῆ ἀκοὴν τοῦ μὴ ὑποδεχομένου. ὁ πατὴρ υἱὸν καλεῖ, οἱ ἀπόστολοι ὁμοίως, καὶ οὗτοι κτίσμα καὶ ποίημα. πῶς κτίσμα; τὸ γεννᾷν καὶ τὸ κτίζειν τὸ αὐτό ἐστιν. εἰ πᾶς ὁ γεννῶν κτίζει, καὶ πᾶς ὁ κτίζων γεννᾷ, εὑρίσκομεν πάντα τὰ κτίσματα ἔγγονα τυγχάνοντα τοῦ θεοῦ. ἐπειδὴ γὰρ πάντα διὰ τοῦ υἱοῦ γεγόνασιν, οὐκοῦν κτίσας αὐτὰ καὶ ἐγέννησεν; ὁρᾷς ὅτι ἔγγονα τυγχάνουσι τοῦ θεοῦ, καθὼς σὺ λέγεις; ἕως πότε ἀγνώμονες; εἴπατέ μοι, κατὰ τίνα τρόπον τιμᾶται ὁ υἱός; ἐπειδὴ υἱὸς λέγεται; καὶ σύ. ἀλλὰ τί; ἐπειδὴ θεός; καὶ σύ. ἀλλ᾽ ἔχεις μοι εἰπεῖν, ἐκεῖνος πράγματι, σὺ δὲ ὀνόματι. εἰ πράγματι, οὐκοῦν υἱός. ὁρᾷς, ὅτι τὸ στόμα σου ἐλέγχει σε, μήτι κτίσμα, μήτι ποίημα. ἐκεῖνος γὰρ φύσει υἱός ἐστι, σὺ δὲ προσηγορίᾳ· ἐκεῖνος ἐξ ἀϊδίου πατρὸς ἐγεννήθη, σὺ δὲ ἐξ ὑποκειμένης ὕλης ἐποιήθης. ταῦτα δέ μοι εἴρηται πρὸς Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας καὶ αἱρετικούς. ἀλλ᾽ ἡμεῖς δοξάσωμεν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

esse. Qui adstant porro dicunt, mel est, Domine, ideoque dulce, sic ægrum commonefacientes. At mel infirmo amarum esse videtur, non quod amarum sit; quid enim dulcius melle? Non id igitur provenit ex natura mellis, sed ex infirmitate non suscipientis. Sic & illis contingit: si audiant consubstantialem, putant amarum sibi potum offerri, neque id provenit ex hujusmodi voce; sed ex infirmo auditu non suscipientis. Pater ipsum filium vocat, itemque Apostoli: hi vero rem creatam & factam. Quomodo creatus? Creare ac gignere sunt idem. Si quisquis gignit, creat; & quisquis creat, gignit, inveniemus omnes creaturas esse Filios Dei: quia vero omnia per Filium facta sunt, igitur qui creavit, etiam genuit. Viden' secundum te omnia esse Filios Dei? Quamdiu increduli eritis? Dicite mihi, quomodo colitur Filius? An quia filius dicitur? Et tu diceris. An quia Deus? Et tu diceris. Sed potes mihi dicere: Ille re filius, tu nomine. Si reipsa, ergo Filius. Viden' te ore tuo redargui: nec creatus ille, nec factus est. Etenim ille natura filius est, tu appellatione. Ille ex æterno patre genitus est, tu autem ex subjecta materia factus. Hæc contra Judæos, Gentiles & hæreticos dicta sint. Verum nos glorificemus Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum in sæcula sæculorum. Amen.

IN OPUSCULUM DE FIDE MONITUM.

LECTU *indignum Opusculum non publici juris fecissemus. Sed quia Henricus Savilius & Fronto Ducæus jam typis dederant, religio fuisset prætermittere: etsi molestum admodum sit quisquiliis hujusmodi diuturnam operam ponere. Incerti cujusdam interpretationem Latinam non paucis in locis emendavimus.*

ΛΟΓΟΣ ΠΑΝΥ ΩΦΕΛΙΜΟΣ, περὶ πίστεως, καὶ εἰς τὸν περὶ φύσεως νόμον, καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

ΠΑΣΑ γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος, ἀρχὴν ἔχουσα καὶ πηγὴν τῆς εὐσεβείας, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας. ἀπὸ γὰρ τοῦ ἁγίου καὶ προσκυνητοῦ πνεύματος, ὥσπερ ἀπό τινος εὐθαλοῦς καὶ γονίμου πηγῆς, πάντα πηγάζει τὰ θεῖα νάματα. καὶ ὅσα ὁ νόμος διαγορεύει, ὅσα προφῆται θεσπίζουσιν, ὅσα ἀπόστολοι κηρύττουσι, πάντα ταῦτα τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἀληθινῶς ἀπεικάζεται καὶ ἐπιγράφεται. πάντα γὰρ ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ, καθὼς βούλεται. διὰ τοῦτο πάντα ἀπαστράπτει τὰ κάλλη τῆς εὐσεβείας, καὶ λάμπουσιν οἱ λόγοι τῆς ἀληθείας, καὶ βρύουσι θησαυροὶ τῆς ἐνθέου σοφίας· θησαυροὶ οὐκ ἐν γῇ κατακρυπτόμενοι, ἀλλ᾽ ἐν τῷ βάθει τῆς εὐσεβείας θεωρούμενοι· θησαυροὶ ψυχὰς εὐφραίνοντες, ἐννοίας φωτίζοντες, τὴν οἰκουμένην ἐπιστρέφοντες, πᾶσαν τοῦ Ἀδὰμ τὴν πτωχείαν πλουτίζοντες. ὥσπερ γὰρ εἰς πολλὴν κατηνέχθη ταπείνωσιν τὸ πρωτότυπον κάλλος τῆς εὐσεβείας ἀποδυσάμενος, οὕτω διὰ τῆς σωτῆρος ἡμῶν τοῦ θεοῦ λόγου συγκαταβάσεως ἐπλουτίσθη. καὶ μαρτυρεῖ Παῦλος ὧδέ πῃ λέγων· εὐχαριστῶ τῷ θεῷ, ὅτι ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ, ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει· ὁ γὰρ θεοῦ λόγον δεχόμενος πλουτεῖ· ὁ δὲ μὴ δεχόμενος θεοῦ λόγον, πτωχεύει. καὶ μαρτυρεῖ Ἱερεμίας λέγων· καὶ εἶπον, ἴσως πτωχοί εἰσι, διὰ τοῦτο οὐ δύνανται ἀκούειν λόγον κυρίου. ἀλλ᾽ ὁ μὲν πτωχεύων ὀνειδίζεται, ὁ δὲ πλουτῶν ἀγάλλεται, ὁ πλουτῶν τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας, ὁ κο-

DE FIDE, ET LEGE NATURÆ, *& sancto Spiritu, Sermo admodum utilis.*

1. OMNIS Scriptura divinitus inspirata, est utilis, originem & fontem pietatis a spiritu veritatis ducit. Omnia enim divina fluenta a sancto adorandoque Spiritu, quasi a fertili & fecundo fonte scaturiunt. Omnia igitur quæcumque vel lex dicit, vel prophetæ vaticinantur, vel Apostoli prædicant, sancto Spiritui vere tribuuntur & adscribuntur. *Omnia enim operatur unus & idem spiritus, distribuens peculiariter unicuique sicuti vult.* 1. Cor 12.11. Hinc fulgurant omnigenæ pietatis pulcritudines, prælucent veritatis sermones, manant divinæ sapientiæ thesauri. Thesauri non qui in terra delitescunt, sed qui in profundo pietatis spectantur. Thesauri qui animas lætificant, mentes illustrant, orbem totum convertunt, omnem Adæ paupertatem ditant. Quia sicut primitivam pulcherrimamque pietatem exuens, in magnam deductus est humilitatem: ita per Salvatoris nostri Dei verbi condescensionem ditatus est. Id testatur alicubi Paulus, dicens: *Gratias ago Deo, quia in omnibus locupletati estis in illo, omni sermone & omni scientia.* 1. Cor. 1. 4. Etenim qui Dei sermonem accipit, dives fit: qui non accipit Dei sermonem, fit inops. Hujus rei testis est Jeremias, dicens: *Et dixi, Forte pauperes sunt; propter hoc non possunt audire sermonem Domini.* Jerem. 5. 4. Et pauper quidem male audit, dives autem exsultat. Dives inquam sermone

veritatis*, & florens virtutibus fructuosæ philoso-
Psal. 51. 8. phiæ. Qualis erat David, dicens: *Ego autem quasi oliva fructifera in domo Dei.* Oliva fructifera non foliis tantum germinans, sed & fructibus pietatis abundans. Sæpe enim fit, ut anima ramis & foliis sit decora, fructum autem ferat nullum: sicut de
Osee 10. 1. Israël Jeremias dicebat: *Vitis pampinosa Israël*, non autem fructifera. Et illa quidem talis fuit. At propheta exsultat, dicens: *Ego autem quasi oliva fructifera*, non solum foris frondosa, sed intus fecunda, in domo Dei fructifera. Non est enim bonum extra domum Dei versari. Offendes quidem multos, qui quamvis sermonem veritatis non acceperint, & foris sint, operibus tamen pietatis, ut apparet, sunt conspicui. Invenies viros misericordes, compatientes, justitiæ vacantes: sed nullus fructus operum, quia nescierunt opus veritatis. Nam & hæc sunt opera bona. Atqui necessarium est, ut præcedat opus summum. Enimvero cum olim Judæi dicerent
Joan. 6. 28. Domino: *Quid faciemus, ut operemur opera Dei?* Respondit eis: *Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille.* Vides quomodo fidem opus vocavit? Igitur quamprimum credideris, simul & operibus ornatus eris. Non quod desint opera, sed quod per seipsam fides plena sit operibus bonis. Opera quidem erga homines, & ex hominibus sunt; fides autem ex hominibus erga Deum. Fides eum qui convertitur, civem cælorum efficit. Fides hominem, qui terrenus est, Deo familiarem reddit. Nihil enim extra fidem bonum. Et ut quadam verbi similitudine utar, Fratres, similes mihi videntur qui operibus bonis florent, & Deum pietatis ignorant, reliquiis mortuorum pulcre quidem indutis, sensum autem pulcrorum non habentibus. Quæ enim utilitas animæ mortuæ, Deo quidem verbo mortuæ, bonis autem operibus circumquaque vestitæ? Opera in spe fiunt retributionis & coronarum. Quod si agonothetam ignoras, pro quo certas? Non oportet quidem nudam ab operibus esse fidem, ut ne vituperetur. Verumtamen sublimior est fides, quam opera. Sicut enim hominibus, qui hominis nomen merentur, opus est primùm, ut præcedat vita, & sic enutriantur: conservat enim vitam nostram alimentum: ita necessarium, ut præcedat vitam nostram spes in Christum, quæ postea pascenda bonis operibus. Contingit vivere quempiam qui non nutritur: non contingit autem nutriri aliquem
Exod. 34. non viventem. Jejunavit Moses diebus quadraginta: sed quia habuit in se animam viventem, nihil detrimenti ex terrenorum penuria accidit ei. Ita & opus quidem habet anima, ut operibus alatur: ante opera tamen fides primum induenda est. Eum qui operatur opera justitiæ, sine fide non potes probare vivum fuisse: fidelem autem absque operibus possum monstrare & vixisse, & regnum cælorum assequutum esse. Nullus sine fide vitam habuit. Latro autem
Luc. 23. credidit dumtaxat, & justificatus est. Atque hîc ne mihi dixeris, defuisse ei tempus quo juste viveret, & honesta faceret opera. Neque enim de hoc contenderim ego, sed illud unum asseveraverim, quod sola fides per se salvum fecerit. Nam si cum fide supervixisset, & operum fuisset negligens, a salute excidisset. Hoc autem nunc quæritur & agitur, quod & fides per seipsam salvum fecerit: opera autem per se nulles umquam operarios justificarint. Et vis plane videre quod opera sine fide non vivificant?
Act. 10. testimonium bonum habuit Cornelius de eleemosyna & precibus: sed Christum ignorabat, Deum quidem credens, Dei autem sermonem nondum edoctus. Et quia opera erant bona & admirabilia; placebant quidem bonorum remuneratori & amatori Deo. Sed quia magnus ille justitiæ & veritatis oculus, justus inquam ille judex, personarum respectum nesciens, vidit bona quidem opera, sed mortua, eo quod fidem non habebant: mittit divinum angelum qui operibus præmia proponeret, ita ut bene certando ob fidem coronari posset: qui
Act. 10. 4. dicit ei: *Corneli, preces tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam coram Deo.* Si igitur exaudita est petitio, inquit, & eleemosynæ meæ acceptæ sunt,

A μὲν τῇ ἀρεταῖς τῆς ἐγκάρπου φιλοσοφίας. οἷος ἦν ὁ Δαυῒδ λέγων· ἐγὼ δὲ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ. ἐλαία κατάκαρπος, οὐ φύλλοις κομῶσα, ἀλλὰ καρποῖς εὐσεβείας βρίθουσα. ἔστι γὰρ ψυχὴ πολλάκις κομῶσα μὲν τοῖς κλάδοις καὶ τοῖς φύλλοις, καρπὸν δὲ μὴ φέρουσα, ὡς Ἱερεμίας ἔλεγε περὶ τοῦ Ἰσραήλ· ἄμπελος εὐκληματοῦσα ὁ Ἰσραήλ· εὐκληματοῦσα, οὐκ εὐκαρποῦσα. ἀλλ' ἐκείνη μὲν τοιαύτη· ὁ δὲ προφήτης ἀγάλλεται λέγων· ἐγὼ δὲ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος, οὐκ ἐν τοῖς ἔξω κομῶσα, ἀλλὰ τοῖς ἔσω βρύουσα, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ ἐλαία κατάκαρπος. οὐδὲ γὰρ ἔστι καλὸν τὸ ἔξω τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ πολιτεύεσθαι. εὑρήσεις γοῦν πολλοὺς καὶ ἐκτὸς τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας ἔργοις ἀγαθοῖς κατὰ τὸ φαινόμενον διαλάμποντας· εὑρήσεις ἄνδρας συμπαθεῖς, ἐλεήμονας, δικαιοσύνῃ προσέχοντας· ἀλλ' οὐδεὶς καρπὸς τοῖς ἔργοις, ἐπειδὴ ἠγνόησαν τὸ ἔργον τῆς ἀληθείας. καλὰ
B μὲν γὰρ καὶ τὰ ἔργα. ἀλλὰ δεῖ προηγεῖσθαι τὸ ἔργον τὸ ἀνώτατον. καὶ γὰρ Ἰουδαίων ποτὲ λεγόντων πρὸς τὸν κύριον, τί ποιήσομεν, ἵνα ἐργασώμεθα τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ; ἀπεκρίνατο πρὸς αὐτούς· τοῦτό ἐστι τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ, ἵνα πιστεύσητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος. ὅρα πῶς τὴν πίστιν ἔργον ἐκάλεσεν. οὐκοῦν ἅμα ἐπίστευσας, ἅμα καὶ τοῖς ἔργοις ἐκόμησας. οὐχ ὅτι δὲ ἐλλείπει πρὸς τὰ ἔργα, ἀλλ' ὅτι καθ' ἑαυτὴν πίστις πλήρης ἐστὶν ἀγαθῶν ἔργων. τὰ μὲν γὰρ ἔργα εἰς ἀνθρώπους καὶ ἐξ ἀνθρώπων· ἡ δὲ πίστις ἐξ ἀνθρώπων πρὸς θεόν. ἡ πίστις τὸν ἐπιστρεφόμενον πολίτην οὐρανῶν ἀποδείκνυσιν, ἡ πίστις τὸν ἀπὸ γῆς ἄνθρωπον, θεοῦ συνόμιλον ἀπεργάζεται. οὐδέν ἐστιν ἔξω πίστεως ἀγαθόν. ἐοίκασι δέ μοι, ἀδελφοὶ, ἵνα εἰκόνι τινὶ χρήσωμαι τοῦ λόγου, ἐοίκασιν οἱ ἔρ-
C γοις κομῶντες ἀγαθοῖς, καὶ τὸν θεὸν τῆς εὐσεβείας ἀγνοήσαντες, λειψάνοις νεκρῶν, καλὰ μὲν ἐνδεδυμένοις, αἴσθησιν δὲ τῶν καλῶν οὐκ ἔχουσι. τί γὰρ ὄφελος ψυχῆς νεκρᾶς, τῷ μὲν θεῷ λόγῳ νενεκρωμένης, τοῖς δὲ ἀγαθοῖς ἔργοις περιβεβλημένης; τὰ ἔργα ἐπ' ἐλπίδι γίνεται ἀμοιβῆς καὶ στεφάνων. εἰ δὲ τὸν ἀγωνοθέτην ἀγνοεῖς, ὑπὲρ τίνος ἀθλεῖς; οὐ δεῖ μὲν τὴν πίστιν γυμνὴν εἶναι τῶν ἔργων, ἵνα μὴ ὑβρίζηται. πλὴν ἀνωτέρα τῶν ἔργων ἡ πίστις. ὥσπερ γὰρ ἐν τιμῇ τοῖς ἀνθρώποις ἔδει πρῶτον προηγεῖσθαι τὸ ζῆν, καὶ οὕτω τὸ τρέφεσθαι· τὸ γὰρ συνέχον τὴν ζωὴν ἡμῶν ἐστιν ἡ τροφή· οὕτω δεῖ προηγεῖσθαι ἡμῶν τῆς ζωῆς τὴν εἰς Χριστὸν ἐλπίδα, τρέφεσθαι δὲ καὶ τοῖς ἔργοις τοῖς ἀγαθοῖς. τὸν μὴ τρεφόμενον ἐγχωρεῖ ζῆν πολλάκις, τὸν δὲ μὴ ζῶντα οὐκ ἐγχωρεῖ τρέφεσθαι. ἐνήστευσε Μωϋσῆς ἡμέρας τεσσαράκοντα· ἀλλ' ἐπειδὴ εἶχεν ἐν ἑαυτῷ τὸν ζῶντα λόγον, οὐδὲν αὐτὸν ἐζημίωσεν ἡ τῶν γηΐνων ἔνδεια. οὕτω καὶ ἐπὶ
D τῆς κατὰ τὴν ψυχὴν καταστάσεως· δεῖ μὲν τοῖς ἔργοις τρέφεσθαι, δεῖ δὲ πρὸ τῶν ἔργων τὴν πίστιν ἐνδύεσθαι. ἄνευ πίστεως τὸν ἐργαζόμενον ἔργα δικαιοσύνης οὐ δύνῃ παραστῆσαι ζήσαντα, ἄνευ δὲ ἔργων τὸν πιστὸν δύναμαι δεῖξαι καὶ ζήσαντα καὶ βασιλείας ἀξιωθέντα. οὐδεὶς ἄνευ πίστεως ἔζησεν. ὁ δὲ λῃστὴς πιστεύσας μόνον, ἐδικαιώθη. καὶ μή μοι λέγε, οὐκ ἔσχε καιρὸν πολιτεύεσθαι· οὐδὲ γὰρ ἐγὼ τοῦτο φιλονεικῶ, ἀλλ' ἐκεῖνο παρέστησα, ὅτι ἡ πίστις καθ' ἑαυτὴν ἔσωσεν. εἰ γὰρ ἐπέζησε τῇ πίστει, καὶ ἔργων ἠμέλησεν, ἐξέπιπτε τῆς σωτηρίας. τὸ δὲ σκοπούμενον νῦν καὶ ζητούμενον, ὅτι καὶ ἡ πίστις καθ' ἑαυτὴν ἔσωσεν, ἔργα δὲ καθ' ἑαυτὰ οὐδαμοῦ τοὺς ἐργάτας ἐδικαίωσε. καὶ θέλεις ἰδεῖν ἀκριβῶς, ὅτι ἔργα ἄνευ πίστεως οὐ ζωοποιεῖ; ἐμεμαρτύρητο Κορνήλιος ἐπὶ ἐλεημοσύναις καὶ προσευχαῖς.
E ἀλλὰ Χριστὸν ἠγνόει, θεῷ μὲν πιστεύων, τὸν δὲ τοῦ θεοῦ λόγον οὐδέπω μεμαθηκώς. καὶ ἐπειδὴ ἔργα ἦν καλὰ καὶ θαυμαστὰ, ἤρεσκε μὲν τῷ ἀγαθῶν βραβευτῇ καὶ ἐραστῇ θεῷ. ἀλλ' ἐπειδὴ εἶδεν ὁ τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς ἀληθείας μέγας ὀφθαλμὸς, ὁ ἀπροσωπόληπτος καὶ δίκαιος κριτὴς, ὅτι καλὰ μὲν τὰ ἔργα, νεκρὰ δέ ἐστιν οὐκ ἔχοντα πίστιν, ἀποστέλλει ἄγγελον θεῖον βραβεύοντα τοῖς ἔργοις, ὥστε τὸν καλῶς ἀθλοῦντα στεφανῶσαι τῇ πίστει· ὅς φησι πρὸς αὐτόν· Κορνήλιε, αἱ προσευχαί σου καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον, ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. εἰ τοίνυν εἰσηκούσθη ἡ δέησις, φησὶ, καὶ αἱ ἐλεημοσύναι ἐδέχθησαν,

τί μοι τὸ λεῖπον εἰς δικαιοσύνην; πέμψον οὖν εἰς Ἰόππην, φησὶ, καὶ μετακάλεσαι Σίμωνα τὸν ἐπικαλούμενον Πέτρον, ὃς ἐλθὼν λαλήσει σοι ῥήματα, ἐν οἷς σωθήσῃ σὺ καὶ ὅλος ὁ οἶκός σου. οὐκοῦν οὐκ εἶχε τὰ ἔργα σωτηρίαν. εἰ γὰρ ἐξ ὧν κηρύττει Πέτρος, σώζεται καὶ αὐτὸς καὶ ὁ οἶκος αὐτοῦ, οὐκ εἶχεν οὐδέπω ὁ Κορνήλιος ἐκ τῶν ἔργων τὴν σωτηρίαν, ἕως αὐτοῦ τοῖς ἔργοις ἐβράβευσεν ἡ πίστις. διὰ τοῦτο καὶ Πέτρος, ὁ μακάριος καὶ τίμιος Χριστοῦ ἀπόστολος, ἐλθὼν ἐκ τῆς Ἰόππης, καὶ θεασάμενος τοῦ θεοῦ τὴν χάριν ἐκχυθεῖσαν ἐν τοῖς τότε νενομισμένοις ἀλλοφύλοις, ἐπιγνάμων γενόμενος τῆς τοῦ θεοῦ κρίσεως, λέγει· ἐπ᾽ ἀληθείας καταλαμβάνομαι, ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ θεός· ἀλλ᾽ ἐν παντὶ ἔθνει ὁ ποιῶν δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτοῦ ἐστιν. οὐκ εἶπεν, ἐν παντὶ ἔθνει ὁ ποιῶν δικαιοσύνην σώζεται, ἀλλὰ, δεκτός ἐστι, τουτέστιν, ἄξιος γίνεται τοῦ δεχθῆναι. δεῖ τοίνυν προλάμπειν τῶν ἔργων τὴν πίστιν, καὶ ἀκολουθεῖν τῇ πίστει τὰ ἔργα. καὶ μή τις τὴν πίστιν ὑβριζέτω δι᾽ ἀκαρπίαν, μήτε τὰ ἔργα ὑβριζέτω τῇ ἀπιστίᾳ. γίνου ἐλαία κατάκαρπος, ἀλλ᾽ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ. τὸ μὲν γὰρ ἐλαίαν εἶναι κατάκαρπον, ἑρμηνεύει κατὰ τὰ ἔργα· τὸ δὲ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ, τὴν πίστιν δείκνυσι. τίνα δὲ τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ; ἅπαντες ἴσμεν, ἐὰν ἐργάζεσθαι θέλωμεν· οὐδὲν γὰρ ἐστι κρυπτόν. τὰ μὲν γὰρ τῶν δογμάτων ἀμφιβάλλεται, τὰ δὲ τῶν ἔργων οὐ κεκρύπται. ἡ γὰρ φύσις ὑπαγορεύει τοὺς νόμους. οἴδαμεν ἐξ ἑαυτῶν τί καλὸν καὶ τί πονηρόν. ἔθηκεν ὁ θεὸς νόμον ἐν τῇ φύσει ἄγραφον, τὸν φωτίζοντα ἡμῶν τὰς διανοίας. μηδεὶς λεγέτω, οὐκ ἀνέγνων νόμον, οὐκ οἶδα τὰ τοῦ νόμου. ἐὰν γὰρ ἀρνήσῃ τὸν κοινὸν νόμον, ἐλέγχει σε ὁ τῆς φύσεως νόμος. θέλεις μαθεῖν, ὅτι ἐν τῇ φύσει ἔπηξεν ὁ θεὸς τοὺς νόμους τοὺς διακρίνοντας τί καλὸν καὶ τί πονηρόν; αὐτὴν ἡμῶν τὴν ἀναστροφὴν ἐρώτησον, πῶς ἅπαντες οἱ ποιοῦντες τὰ κακὰ, φεύγουσι τῶν κακῶν τὴν προσηγορίαν. καὶ ὅπως, ἄκουε. ὁ μοιχὸς μοιχεύει· μοιχὸς δὲ ἀκούων αἰσχύνεται. εἰπὲ τῷ ὁμολογουμένῳ μοιχῷ, μοιχέ· καὶ ὁ ποιῶν ἥδεται, ἀκούων αἰσχύνεται. καίτοι εἰ καλὸν ἡγῇ τὴν ἁμαρτίαν, τί φεύγεις τὴν προσηγορίαν; εἰπὲ τῷ ἐπιόρκῳ, ἐπίορκε· καὶ εἰς ὕβριν λαμβάνει τὴν προσηγορίαν τῶν ἰδίων ἔργων. οὕτως αὐτὴ ἡ φύσις κράζει, ὅτι τὸ φαῦλον ἀλλότριον τοῦ ἔργου τοῦ θεοῦ. καὶ ὃ ἐποίησεν ὁ θεὸς, καλὸν, καὶ καλὸν λίαν, καὶ οὕτω καλὸν, ὅτι καὶ τοῖς κακοῖς ἐμφύεται, καὶ τὴν κακίαν αἰσχύνεται. εἰπὲ τῷ σώφρονι, σῶφρον· καὶ ὁ [τι ἐπὶ] τῷ ἔργῳ ἥδεται, ἐπὶ τῇ προσηγορίᾳ αἰσχύνεται. κάλεσον τὸν δίκαιον, δίκαιον· καὶ τῷ ἔργῳ στεφανοῦται, καὶ τῇ προσηγορίᾳ σεμνύνεται. κἂν γὰρ δι᾽ εὐλάβειαν παραιτῆται τὸ ὄνομα, ἀλλ᾽ ἐν τῇ ψυχῇ δέχεται τὴν εὐφημίαν. ἐννόησον ὅση κακία ἐν κόσμῳ πολιτεύεται, καὶ πρόσωπον οὐκ ἔχει. καὶ πῶς οὐκ ἔχει πρόσωπον; ἐὰν λεπτομερῶς ἐρευνήσῃς, οὐδεμίαν εὑρήσεις κακίαν ἐξ οἰκείου προσώπου φαινομένην. ἀλλ᾽ ἐὰν μὴ δανείσηται πρόσωπον ἀρετῆς, οὐ φαίνεται. καὶ ὅπως, ἄκουε. ὁ ψευδόμενος, οὐχ ὁμολογῶν τὸ ψεῦδος, ψεύδεται, ἀλλ᾽ ἀλήθειαν ὑποκρινόμενος, ἀπατᾷ· ὁ ἀδικῶν οὐ κηρύττει ὅ ἐστιν, ἀλλὰ σχηματίζεται ὃ μή ἐστι, καὶ τότε τὴν ἀδικίαν ἐργάζεται. ὁμοίως ὁ δόλιος οὐ δείκνυσι τὸν δόλον, ἀλλὰ σχηματίζεται τὴν φιλίαν, καὶ πραγματεύεται τὴν πονηρίαν· ὁ μοιχὸς οὐχ ὁμολογήσας τὴν ἄθεσμον μοιχείαν, ἐπιπηδᾷ τῷ γάμῳ, ἀλλὰ πλάσμα σωφροσύνης ἐνδυόμενος εἰς τὸ σῶμα ἐνυβρίζει τὰ θεῖα. ὁρᾷς ὅτι οἰκεῖον οὐκ ἔχει πρόσωπον ἡ κακία; ὁμοίως καὶ ὁ συκοφάντης, ὅταν εἰσέλθῃ εἰς δικαστήριον, οὐ τοῦτο ὁμολογήσας, ὅπερ ἐστὶν, εἰσέρχεται, ἀλλὰ μάρτυρα ἀληθείας προσποιησάμενος τῷ σχήματι, διὰ τοῦ ψεύδους τὸν μάρτυρα τῆς κακίας ἐνδείκνυται. οὕτω κακία πρόσωπον ἴδιον οὐκ ἔχει, ἐὰν μὴ δανείσηται πρόσωπον ἀρετῆς. διὰ τοῦτο ὁ σωτὴρ ἔλεγεν· ἐλεύσονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες. ἀλλ᾽ εἰς τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν.

Θέλεις ἰδεῖν, ἀδελφὲ, ὅσον δύναται ἔμφυτος νόμος; καὶ ἡ ψυχὴ ἡ ἡμετέρα, κἂν ἐν κακίαις ἐμφύρηται, τὸ ὄνομα τὸ ἀγαθὸν ἀσπάζεται. πολλοὶ πολλάκις δυνάσται πλεονεξίαν πνέοντες, καὶ μηδὲν ἕτερον ἐννοοῦντες, ἢ ἁρπαγὴν καὶ ἀδι-

A quid mihi deest ad justitiam? Mitte igitur in Joppen, dicit, & accerse Simonem, qui agnominatur Petrus: qui ubi venerit, loquetur tibi verba, in quibus salvaberis tu, & tota domus tua. Itaque non poterant opera salvare. Nam si his quæ Petrus prædicat, salvatur & ipse & domus ejus, nondum habuit Cornelius ex operibus salutem, donec operibus suis fides acquirendum præmium offerret. Atque hanc ob causam beatus Petrus, venerandus Dei Apostolus, postquam ex Joppe venit, & vidit Dei gratiam in eos, qui tunc habebantur alienigenæ, effusam, divini judicii certior factus, dicit: *In veritate comperi quod non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente, qui facit justitiam, est acceptus est.* Non dixit: In omni gente, qui facit justitiam salutem consequitur; sed, acceptus est: hoc est, Act. 10. 34.

B dignus fit ut assumatur. Oportet igitur & ante opera lucere fidem, & fidei pedissequa esse opera: & ne quis fidem propter sterilitatem, & neque opera propter incredulitatem vituperet. Esto igitur oliva fructifera, sed in domo Dei. Oliva fructifera intelligitur secundum opera; illud autem, in domo Dei, fidem ostendit. Quæ autem Dei sunt opera? Omnes scimus, si operari volumus: nullum enim est occultum. Nam in dogmatis quidem ambiguitas est & disceptatio, opera autem non sunt occulta: natura enim leges suggerit. Scimus ex nobilipsis quid bonum & quid malum. Posuit Deus in natura nostra legem non scriptam, quæ illustret mentes nostras. Nullus dicat, legem non legeram, nesciebam quæ ad legem pertinent. Nam si negaveris

C communem legem, arguet te naturæ lex. Vis discere quod Deus naturæ inseverit leges, quæ discernant quid bonum, & quid malum? Interroga nostram ipsorum conversationem, quomodo omnes, qui faciunt mala, fugiunt, ne mali appellentur? Et quomodo, audi: Adulter adulterium committit, erubescit autem si adulter vocetur. Dic manifestario adultero, Adulter: confundetur tamen, licet dum facit delectetur. Quod si bonum putas peccatum, cur nomen fugis? Dic perjuro, Perjure: & pro contumelia habebit suorum operum appellationem. Sic natura ipsa clamat quod malum sit alienum ab opere Dei. Et quod fecit Deus, bonum est, & bonum valde, atque ita bonum, ut & malis immisceatur, & de malitia erubescat. Dic casto, Caste: & qui de opere delectatur, de appellatione non erubescit.

D Voca justum, justum: & opere coronatur, & appellatione honestatur: licet enim modestiæ gratia nomen fugiat, laudem tamen in anima sua accipit. Cogita quantum malorum versetur in mundo; & personam non habet malum: & quomodo personam non habet? Si minutiam examines, nullam invenies malitiam in sua apparentem persona. Non enim, nisi personam assumat virtutis, apparet. Et quomodo, audi: Qui mentitur, non fatetur se mentiri, sed veritatem simulans decipit. Qui injuste agit, non prædicat quod est, sed quod non est simulat, & tunc injustitiam operatur. Similiter dolosus non ostendit dolum, sed assumit amicitiæ personam, & sic rem facit malam. Adulter non illegitimum adulterium confessus, in ædes impetum facit: sed figmentum continentiæ ore prætexens,

E divina jura violat. Vides quod propriam personam non habeat malitia? Similiter & calumniator, quando ingreditur in judicium, non hoc confitetur quod est, sed larvam assumit veritatis, quasi ei patrocinari velit, eamque ex mendacio facit malitiæ testem. Sic malitia persona propria caret, nisi personam virtutis assumat. Idcirco Salvator dicebat: *Venient ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Sed ad institutum redeamus. Matt. 7. 15.

2. Vis videre, frater, quantum valeat innata lex? Anima quoque nostra, quamvis tota malis fermentata sit, nomen tamen bonum amplexatur. Sæpenumero potentes qui avaritiam spirant, & nihil præterquam rapinam & injustitiam cogitant, vin-

cuntur aliquorum precibus, ut imminentem pauperi necessitatem sublevent, vel ex debito quidpiam dimittant, vel non ulciscantur eos, qui se læserunt, vel læsisse censentur. Et qui probe legatione fungitur apud virum potentem, & improbum, non statim a veritate exorditur: non dicit ei id quod est, sed nomen ei virtutis attribuit. An nescis qualibus semper insignes legati coloribus utantur? Vir es, inquiunt, bonus, celebratur ubique nomen tuum: omnes tua bona opera decantant: multaque talia exhortationi inserunt, ut flectatur laudibus, & ipse a nequitia refugiat. Vide quomodo malitia virtutis laude vincatur. Nullus malus, malus dici vult. Natura enim quod suum est amplexatur, etiamsi voluntas adversum eligat. Simus ergo, dilecti, oliva fructifera, & operibus, fructibus, & foliis ornati. Folia enim nostra sunt sermones, fructus autem conversatio. Sit igitur & honestus sermo, & conversatio fructuosa. Apud pium enim neque folium
Pag. 230. A. 11. *Philosophorum vero quidam.* Nondum quis ille fuerit philosophus ullibi comperimus, nisi forte alludere voluit ad illud factum Agesilai regis, quod laudat Plutarchus in libro de audiendis Poëtis pag. 31. Edit. Wechel. Quo loco docet eum, qui ad amoris affectum propensus est, adversus eum præparare se debere, ὥσπερ ὁ Ἀγησίλαος οὐχ ὑπέμεινεν ὑπὸ τοῦ καλοῦ φιληθῆναι προσιόντος. *Quomodo Agesilaus non passus est osculum sibi dari a formoso ad se accedente:* quod ad illam fortasse historiam pertinet, quam ille narrat de Megabate in ejus vita pag. 602. Diogenes Laërtius tale quid de Zenone profert lib. 7. qui cum assedisset illi formosus quidam, surrexit & mirantibus dixit. *Et medicos audio dicentes præclarum esse ad tumores quosque remedium quietem.*

P. 232. A. *ult.* ὁρᾷς. *B.* ὁρᾷ. C. 8. ταπεινότητος. *B.* καθαρότητος. D. 4. αἰσχύνονται. *B.* αἰρούμενοι.

P. 233. E. *penult.* παρασκευάσειας. *B.* συμπαθείας.

P. 234. B. 4. βλάβην. *B.* λώβην. 10. πειθοῦν. *B.* πειθαρχῶν. D. 5. ἐμβλέπειν. *B.* ἐκπίπτειν.

P. 235. l. *ult.* *P.* καταστέλλοντα.

Pag. 236. B. 6. *P.* εἰσόδου τὴν εἰς. C. 5. *Et viduarum quidem.* Clarius dixisset Interp. *Et viduis quidem pecunias distribuere.*

P. 237. A. 9. τὸ πάντα ἀπαρνήσασθαι. Si expungatur articulus τὸ, qui παρέλκει, hæc lectio *P.* præferenda est alteri *B.* τοῦ πάντων ἀπαρτῆσθαι τῶν βιωτικῶν. B. 7. ἀπρεπεῖς. *P.* καὶ μὴ εὐπρεπεῖς.

P. 238. A. 2. ἀλλ' ἀπανθρ- Forte ἀπ' ἀπανθρώπου. Et pro ψυχῆς καὶ ἀπηνοῦς, in *P.* erat, καὶ ἀπηνοῦς ψυχῆς. 10. προφάσεις. *P.* ὑποθέσεις. B. 8. *P.* χαλεπωτάτην. C. 9. *P.* ἐπιμελήσασθαι. D. 3. *P.* αἰαβαίνει.

P. 239. E. 5. εὐώπιον τῆς.

P. 242. A. 3. κεφαλοδέσματα *P.* tametsi utroque usitatius est κεφαλοδέσμιον vel κεφαλόδεσμος. 9. *P.* ὁ τοῖς ὀρχουμένοις ὑπάγων. D. 8. *B.* κατηγορίας. E. 5. *P.* ἐνοχλήσει.

P. 244. D. 5. ἐπιστρεφόμενον. *B.* ἐντρεφόμενον.

P. 247. B. *frui supervacuis.* Scribe potius *frui voluptatibus.*

P. 248. D. 1. *Quod Regulares fœminæ* &c. Palladius in Dialogo de vita Chrysostomi scribit eum Episcopum ordinatum cœpisse mores quorumdam Ecclesiasticorum castigare, atque ut est apud Photium. ὁ μέγας Χρυσόστομος παραινετικὰ τοὺς ἔχοντας συνεισάκτους τῷ ἔθνοις ἐξέκοψε, καὶ κατὰ τῶν ἀδίκων καὶ γαστριμάργων καὶ φιληδόνων λόγοις μακροῖς κατέτεινεν. *Illum continuo morem sustulit, quo cœlibatum professi diversi sexus contubernales apud se alebant. In injustos item ventrique ac libidini deditos longis invectus est orationibus.* In Cod. Bavarico titulus hic dabatur isti priori πρὸς τοὺς τὰς συνεισάκτους ἔχοντας, *adversus eos qui subintroductas habent.* At in altero MS. Illustrissimi Cardinalis Perronii non alius ab eo, quem vetus Interpres agnoscit, & in Romanis libris se reperisse testatur ὁ μακαρίτης Gerard. Vossius Scholiis in capita centum S. Ephræm de humilitate, περὶ τοῦ μὴ τὰς κανονικὰς συνοικεῖν τοῖς ἀνδράσιν, qui & admonet perperam hactenus in omnibus Edit. Latinis scriptum fuisse, *viris cohabitent*, omissa negationis particula: cum & Ephræm ipse dicat, ἀσύμφορον τῷ μοναχῷ, *non decere Monachum versari cum ejusmodi mulieribus*, quas Canonicas hic appellat, quod & ipsæ præscriptam a Canonib. & legibus Ecclesiasticis sanctioris vitæ rationem profiterentur. Ab hac mente illud est Basilii in Epist. Canonica ad Amphilochium Can. 6. τῶν κανονικῶν τὰς πορνείας εἰς γάμον μὴ καταλογίζεσθαι, ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ διασπᾶν αὐτῶν τὴν συνάφειαν. *Canonicorum fornicatio pro matrimonio non reputetur, sed conjunctio omni modo divellatur.* In quem locum scribens Theodorus Balsamon docet Monachos & Monachas intelligi, & eas quæ virginitatem professæ sunt. Est & ejusdem Basilii C. 19. in Constitut. Monasticis, πρὸς τοὺς ἐν κοινοβίῳ κανονικούς. Ad Canonicos, qui in Monasterio degunt: quibus verbis Monachos designat Cœnobitas, qui in cœnobio & cœtu plurium vivunt, οἱ κατὰ συστήματα πολιτευόντων, *in societate degunt*, & sub finem Capitis ait se innuere τὰ τῶν κοινοβιακῶν κατορθώματα, *eorum præclara facinora, qui vitam agunt cœnobiticam.* Justinianus demum in Constit. 59. mentionem facit ἀσκητριῶν ἢ κανονικῶν ψαλλουσῶν, *Ascetriarum seu Canonicarum psallentium*, quæ in Xenodochiis ad opus sepulturæ ministrabant, easque Julianus Antecessor. Constit. 53. *Sanctimoniales* appellat.

D. 3. οἴ μοι ψυχή. In *B.* & Romanis quibus usus est Vossius legebatur, οἴ μοι, οἴ μοι ψυχή, & apud Jeremiam hæc tantum οἴ μοι ἐγὼ, ὅτι ἐκλείπει ἡ ψυχή μου ἐπὶ τοῖς ἀνῃρημένοις. *Hei mihi, quia deficit anima mea propter interfectos.* c. 4. 31.

P. 249. B. 5. ἐπιδεῖσαι. C. 9. δόξαν ἔχειν. *P.*

P. 251. C. 8. Græca exigunt, *consolationem eorum, qui casus ipsorum lugent.*

P. 253. B. 4. πεσοῦσαν. *P.* νοσοῦσαν.

Pag. 254. C. 6. ὠδίνησας. Ita *P.* Rectius *B.* ὠδῖνας. Forte ὠδῖνας scripsit auctor, ut ex alio loco ejus citatur, ἣν πάλαι ὠδῖνεν ἐπιθυμίαν ἀπέτεκε. 9. ἐλέγχονται. *B.* ἑτέρωθεν δηλαδὴ φησι ἀπελ-

Pag. 255. C. 3. χύτραν ἕψειν. χύτρα cacabus est vel olla fictilis, in qua vel legumina vel alia cibaria coqui solent. ἕψειν est coquere, sed est apud Aristotelem ἑψομένας ollas legimus, hoc est ferventes ollas, & apud Athenæum lib. 1. citatur ex Nicochare ἀντὶ ῥαφάνων ἑψήσομεν βαλανεῖον. *Raphani loco balneum parabimus:* ut igitur ἑψῆσαι dicitur βαλανεῖον cum curatur ut calidum sit balneum, sic is qui subjicit ignem ollæ, ἕψειν χύτραν. Ejusmodi sunt illa ministeria apud Hieronymum in eadem Epist. *Ipsum jacenti assidere lectulo, obstetrices adhibere languenti, portare matulam, calefacere lintea, plicare fasciolas.* D. 6. *P.* pro ἐφικτὸν, habet, οὐκ ἐφικτόν μοι τοῦτο.

P. 256 A. 9. *P.* καὶ εἰς κατηγορίαν ποιεῖν. D. 4. εἴσεται. *B.* ἥσεται.

P. 260. A. 2. Etsi passivi modus infinitivus videtur τὸ δουλοῦσθαι, tamen activi notionem hic habet, ut apud Platonem epist. 7. οὔτε τοῖς δουλωμένοις, (sic) οὔτε τοῖς δουλωθεῖσιν αὐτῶν, *neque in servitutem redigentibus, neque in servitutem redactis melius.* Plutarchus in Demetrio, τὰ σημεῖα κατεδουλοῦτο τὴν γνώμην αὐτοῦ, *prodigia frangebant spiritus eorum*; sic paulo ante dixit Chrysostomus, ἡ δουλουμένη τοὺς ἄνδρας.

P. 261. E. 2. *B.* Μάγος ἐκβάλλει ὅταν.

P. 262. C. 1. ποίας ὑπὸς- τιμωρίας, *P.*

P. 264. E. 5. *B.* νῦν μὲν αὐτὸν ἐξέβαλε . . νῦν δὲ ἐπέτρεψεν.

P. 266. E. 7. *P.* ἐπὶ κακῷ σοι συνόντων.

P. 267. B. 3. καὶ πρὸς τὰς ἀνωτέρω σε ὁδηγεῖν διατελεῖς. *P.*

NOTÆ HENRICI SAVILII IN Librum de Virginitate.

PAG. 268 Editionem doctissimi Livinei anno 1575. Antuerpiæ, emendavimus ex duobus Codd. MSS. in Bibliotheca Cæsarea, uno in membrana, altero in papyro, & tertio καθ' ἐπιτομήν in Augustana. Verterat ante Livineium hunc libellum Pogianus non male, & ex melioribus libris, quam erant ii, quibus usus est Livineius, quamvis Livineio secus videatur. Ea enim fere omnia, quæ a Pogiano assuta putat, nos in libris nostris διαῤῥήδην scripta deprehendimus, suisque repræsentavimus quæque locis. Meminit hujus tractatus Chrysostomus ipse Homil. 19. in priorem ad Corinthios, ut catalogum Augustanum γυναικότητος assertorem, adducere ineptum sit ac putidum.

P. 305. C. 7. αὐτῷ (*quod lineam incipit*) recte Livineius expungit. * *Omninoque expungendum videtur, licet habeatur in MSS.*

P. 317. B. 1. παρείημι νῦν. Imperfecta sententia.

P. 323. B. 5. μεταχειρίζουσαν, διαλεγομένην, ὁρῶσαν. Pro tribus his accusativis omnes nostri MSS. habent tres nominativos, μεταχειρίζουσα &c.

P. 326. C. 7. & p. 335. C. 7. κυρίας, scilicet ἡμέρας: dies obeundi vadimonii. Vocabulum est forense.

P. 335. E. *ult.* Librarius in Augustano Codice hoc loco

de

de suo largitus est nobis clausulam solennem, ὅτι πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκ- &c. satis importune.

NOTA JOANNIS BOISII IN NOTIS SAVIL. col. 833.

P. 317. B. 1. παρέμμιναι, vel hæc deleo, vel addo, ἀλλὰ πολλὰ τοιαῦτα.

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI IN LIBRUM de Virginitate.

Primus hunc librum Latine tantum in lucem edidit in Italia, & Othoni Truchsesio Cardinali Augustano dicavit Julius Pogianus, post a Joanne Livineio Gandensi utraque lingua Plantinianis formis expressus ex Cod. Gulielmi Sirleti Card. prodiit anno 1575. Adjecit & notas quasdam velut auctarii vicem idem Interpres, quibus sententiam suam confirmavit, si quibus in locis de lectione non leviter ariolandum fuerat, vel alterius Interpretis lectio expendenda. Ex illis nos ea, quæ necessaria videbuntur, repræsentabimus, additis insuper variis lectionibus ex Codice uno collectis reverendissimi Episcopi Ruthenensis, quem nobis illustriss. Card. Perronius commodavit. Latinam loquutionem non paucis in locis immutavimus, sicubi, dum sermonis studet elegantiæ, vel obscurior Interpres visus est, vel a Latinæ Vulgatæ Bibliorum interpretationis verbis minus religiose discessit. Ad capitum divisionem quod attinet, idem sentit Livineius, quod Pogianus, neque distributum in capita librum, aut inscriptiones eas, quæ in Cod. mss. initio cujusque sectionis seorsim annotatæ sunt, atque in Edit. Græcolatina in libri marginem rejectæ, ab ab auctore confectas existimat. Nam & perpetuum operis argumentum continenti oratione explicasse videtur, & inscriptiones pleræque non suis locis collocatæ sunt, ac multis in capitibus omissæ. Ante Commentarios in Pauli Epistolas hunc elaboratum fuisse librum constat ex Homil. 19. in priorem ad Corinthios. Unde Nicephorus lib. 13. c. 2. mysticas in divinum Apostolum & in sacra Acta Homilias eum condidisse scribit, in Episcopatu Constantinopoli, Presbyteri vero honore cohonestatum Commentarios in Psalterium, & de Virginitate, & plurimos alios libros edidisse.

P. 270. D. 4. ἐν ἐγκρατείᾳ. In hunc locum hæc annotat Joan. Livineius. *Corollarium hoc neque in antiquo Interprete Latino, neque in ullis Græcis exemplaribus, quæ permulta & emendata vidi, exstat: & credi poterat Chrysostomum id de suo addidisse. Quæ res non insolens est iis, qui ex auctoribus quidpiam citant* &c. * *A tota eaque longissima Livinei nota afferenda supersedemus, plurima ille differit de cœlibatu Pauli, quæ res a multis accuratius pertractata fuit, nec est præsentis instituti: ea solum afferre visum quæ adjicit Fronto Ducæus.* Quod ad Pauli perpetuum cœlibatum spectat, Tertulliani de eo varia profert loca Jac. Pamelius, ut ex lib. 1. ad uxorem cap. 3. & lib. de monogamia cap. 4. *Cum vero nos ad exemplum suum hortatur, utique ostendens, quid nos esse velit, id est continentes, pariter declarat quid nos esse nolit.* Et c. 8. de Apostolis loquens, *Petrum solum invenio maritum per socrum. Cæteros cum maritos non inveniam, aut spadones intelligam necesse est, aut continentes.* Methodii vero plurima citantur ab Epiphanio hæresi 64. qui & hæresi 78. citans eumdem hunc locum Pauli, tametsi non addit ἐν ἐγκρατείᾳ, colligit tamen idem ex eo quod dicat, *Vellem omnes esse sicut meipsum. Meipsum vero quomodo dicit præterquam propter castitatem?* Porro idem Chrysost. Homil. 29. in 1. ad Corinth. 7. 7. legit etiam, ὡς καὶ ἐμαυτὸν ἐν ἐγκρατείᾳ, *sicut meipsum in continentia.*

Pag. 271. D. 9 *Ruthen.* μασίζεσθαι. Edit. Plantin. μασίξεσθαι.

P. 273. B. 3. *R.* ἄκουε Παύλου αὐτοῦ. D. 5. ἀγαθῷ οὐδενί. Apud Platonem in Timæo legimus, ἀγαθὸς ἦν, ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίνεται φθόνος. *Bonus erat, bonus autem nulla umquam de re invidia tangitur.* Correximus ex *R.* & Platonis textu, quod vitiose Plantin. ἀγαθοῦ οὐδενί.

P. 275. B. 10. Scribendum ut legitur in *R.* οὕτως ὁ διάβολος.

P. 281. E. 1. τὸ καταλλήλως. Livineius suspicatur deesse alterum καὶ, quod tamen aberat ab *R.* & a Pogiani interpretatione.

P. 283. C. 4. ἡ τοιάδε. *R.* ἡ τοιαύτη.

Tom. I.

P. 285. B. 5. *R.* ἐκείνοις ἐπαχθῶς ἐγκειμένων. Post illos scilicet, qui Elisæum & Heliam maledictis incesserunt.

P. 290. A. 8. τὰς πνεύματι. Ita quoque *R.* sed Livineius mavult, τὰ πνευματικά, ut ei quod præcessit, τὰ πνευματικὰ respondeat. Recte, nam & in locis a nobis citatis spiritualis cultus carnali opponitur & corporali. Posset & πνεῦμα legi, nam sæpe nos spiritum accepisse dicit Rom. 8. 15. 2. Corinth. 11. 4. Gal. 3. 2.

P. 294. E. *penult.* προσῆν *R.*

P. 296. B. 7. τῶν περὶ τῶν ἀνθρώπων *R.*

P. 297. C. 5. καὶ πρὸ τούτων. Locus mendosus est: nec Pogianus satisfacit, qui post πρὸ τούτων addit διὰ, quæ in hanc sententiam vertit: *Quamobrem etiam antequam de his dissereret, propter ea præmia, quæ in cælo viduitati collocata sunt* &c. Mihi ut in commune aliquam velut symbolam conferam, voces hæ πρὸ τούτων monstri aliquid alere videntur, legendumque προσηκόντων, aut si quid ejus notionis propius est, quod cogitando nondum potui consequi. Guil. Canterus legendum censebat, προτρεπτικῶν, si quis id fortasse malet. *Hæc Joan. Livineius.* Nos in *R.* scriptum offendimus itidem πρὸ τούτων, mallemus tamen hic legi προειδὼν aut προειδώς. * *Atqui locus cum præpositione διὰ quam agnoscit Pogianus, optime ni fallor habet hoc pacto.* διὰ ταῦτα, καὶ πρὸ τούτων διὰ τοὺς ἀποκειμένους ἐν τοῖς οὐρανοῖς τῇ χηρείᾳ μισθούς. *Sic legimus, nec est hariolo opus, ut quis statim sensum percipiat.*

P. 298. E. 1. γαμεῖσθαι *R.*

P. 299. A. 2. *Quod eorum est qui aliquid dignum venia patiuntur.* Melius hunc locum vertit Pogianus, *Nihil omnino possit ejusmodi, quod aut vim allatam ostendat, aut venia dignum sit.* Hic ergo scribe, *quod eorum est qui aliquid patiuntur, & venia sunt digni.* * *Emendationi Frontonis adstipulamur, etsi res est admodum levis.*

P. 300. D. 6. προσηλωμένης. Sic emendat Livineius, cum antea scriptum esset, προσηλωμένοι. At Pogianus, *quod compedibus catenæ utrinque affixis alius alium sequi cogitur.*

P. 305. C. 7. vocem αὐτῷ ante, ὁ Θεὸς, vacare putat Livineius, *& recte.*

P. 306. C. 4. *R.* ἐπαγαγέσθαι.

P. 311. C. 1. *R.* κατασπαλαλῶσα.

P. 312. E. 5. *R.* πολεμικώτερον.

P. 315. C. 4. δυσκολίας. *R.* δουλείας.

Pag. 316. C. 5. *R.* ἀποκεφαλώμεθα. E. *penult.* φορητὸν *R.* δυνατόν.

P. 317. A. 11. κτίσεως. Emendandum ex Livineio ἐκτίσεως. * *Bene legitur in Edit. nostra* ἤπιως. Livineius admonet paulopost, ἀμφοτέρων ἐξ ἀρχῆς τεταγμένοντων, sic dictum videri ut paulopost ἐξ ὑπαρχῆς ἐναντίαν. Porro similem habet & huic plane germanum de incommodis matrimonii communem locum in Homilia de S. Thecla, qui & genuinum illum esse fetum auctoris ostendit.

P. 319. A. *ult.* ἁρμόζονται. *R* ἁρμόζεται. Eaque vera lectio videtur: nam & quæ sequuntur, de una sermonem haberi significant. * *Utraque lectio quadrare posse videtur.*

P. 327. A. 3. ἀπράγμονα, commodius *tranquillam* vertes, quam, *otiosam.* * *Sic & ego emendatum velim, ut & Fronto.*

Pag. 328. A. 8. τὸ ἀκνισμὸν, pruritum vertit Livineius, quasi esset διὰ τὸ κνισμὸν, at Pogianus, *supervacaneas curas a nequitia deliciisque ortas:* quasi legisset χλιασμὸν aut aliquid ejusmodi, sed ms. *R.* veram lectionem exhibet, διὰ τὸ ἀκκισμὸν, *ob delicias ac mollitiem:* sic enim apud Lucianum interpretatur hanc vocem auctor Græci Thesauri, ubi de uxoribus loquitur, quæ coram maritis vix audent primoribus digitis cibos attingere. Etymologus, ἀκκισμοὶ αἱ προσποιήσεις, καὶ ὑποκρίσεις, & ἀκκίζεται γυναικίζεται, θρύπτεται.

P. 329. E. 5. πρᾶγμα. *R.* θαῦμα οὕτω.

P. 331. B. 7. ὑπερβολῆς. *R.* ὑπερβολῆς.

NOTÆ HENRICI SAVILII IN DUAS Orationes ad viduam juniorem. p. 338.

HARUM Orationum priorem ex Bibliotheca Palatina descriptam, ex Augustana emendatam damus: posteriorem ex Augustana descriptam & ex Bavarica emendatam.

P. 338. A. 3. καὶ ἀνώδυν. Flaminius Interp. legisse videtur ἀνώδυν sine καί.

P. 339. B. 9. στρέψῃ τὴν ψυχὴν: infra συστρέψῃ σου τὴν ψυχήν; & alibi.

P. 347. A. 10. ἐπιδείξασθαι. Malo ἐπιδείξεσθαι propter sequentia.

P. 352. A. 4. χειμαζομένης. Florileg. χυματιζομένης. A. ult. σφόδρα γε. Interpr. *Valde quidem commoveatur necesse est.* Nescio quam lectionem sequutus. * *Recte Interpres, est enim ἀποσιώπησις non insolita.* C. 5. σφοδρὸν τό. τὸ videtur redundare. D. 3. παρῃτήσαντο. Quid si παρεῖλον, vel παρείλοντο: nam παρῃτήσαντο, quod propius est, vix ut opinor in usu, vel, πάντα ἐν δευτέρῳ γάμῳ τὰ φαιδρὰ παρῃτήσαντο. * *Quid si lectionem Colbertini Codicis, quam in imo paginæ posuimus, in serie reponamus* παρεσπάσαντο. *Videat eruditus Lector.*

P. 358. C. 1. Malim, ὡς τῶν ἴσων τυχεῖν ὧν ἡ αὐτῷ ἀφεῖται πάλιν.

NOTÆ JOANNIS BOISII IN NOTIS SAVIL. col. 833.

Pag. 352. A. 1. σφόδρα γε. Interpres legisse videtur γυναῖκα σφόδρα γε. τεταραγμένην αὐτὸν ἔχειν τὴν ψυχὴν ἀνάγκη. Rectius, ut puto. Nam σφόδρα γε non recte videtur interrogationem claudere. D. 3. τὰ δευτέρου γάμου τὰ φαιδρὰ παρῃτήσαντο. Malim τὰ δευτέρου γάμου. Sc. ἐν δευτέρῳ. 1. *Noluerunt ut secundæ nuptiæ pari festivitate celebrarentur atque primæ.*

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI IN DUAS Orationes ad viduam juniorem.

P. 338. Expressimus utriusque de viduitate libri hujus textum ex apographo, quod ex inclytæ Reip. Augustanæ Bibliotheca nobis exscribi curavit doctiss. & humaniss. vir David Hœschelius, varias autem lectiones ex altero decerpsimus, quod excuso jam hoc volumine ad nos pervenit olim ex Romanis mss. erutum opera R. P. Jac. Sirmondi Ordinis nostri Theologi, quod litera *S.* designabimus, ut Augustanum *A.* Titulus autem licet idem sit in utroque, tamen in Florilegiis Homil. 21. de Imperio & Potestate, talis appingitur, ἐκ τοῦ λόγου εἰς νεωτέραν χηρεύουσαν. *Ex libro in adolescentiorem viduam:* at in Augustano Catalogo legimus, πρὸς νεωτέραν χηρεύουσαν, *ad viduam adolescentiorem.* Quemadmodum & in alterius libri titulo, πρὸς τὴν αὐτὴν περὶ μονανδρείας. Sic 1. ad Timoth. 5. 11. νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ. *Adolescentiores autem viduas devita.* Locum citatum in Florileg. habes.

A. 3. καὶ οὐδέ. *S.* καὶ οὐδεὶς οὐδὲ τῆς σφόδρα φιλ. αὐτ. ἐπειδὴ δέ. C. 9. *S.* ἀναπαυσαμένην.

Pag. 339. A. 9. πέπονθεν. *S.* πεπαίδευκεν. E. 3. φροντιζομένης.

P. 340. A. 8. πυνθανομένην *S.* B. 4. ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς ἔξωθεν τ. τ. ἀπολαύει θαύματος καὶ ἐπαίνου. Gentilem autem hunc Doctorem fuisse Libanium suspicatur Illustriss. Card. Baronius T. 4. anno 362. Sect. 135. D. 2. πρᾶον οὖσαν καὶ *S.* *Ibid.* τέθνηκεν εἰπών. ὅταν γάρ. E. 2. τῆς χήρας *S.*

P. 341. A. 7. ἀπῆλαυες, οἵας παρὰ αὐθ. Χειστοῦ, & ita Interpres. B. 4. μὴ συγχωρήσας ἧττᾶσθαι. D. 2. νύξαιε.

P. 342. B. 3. *A.* χώραν locum: sed altera lectio *S.* verior, ut superius dixit, εἰς τὸν ἅγιον παρῆναι χορόν.

P. 343. A. 4. παραμυθεῖν αὐτὴν ἀντὶ τῆς ἐπιστολῶν παραμυθίας. C. 6. cubiculariis ancillis. Vox θεράπαιναι, cubicularias textrices indicat, aut conclavis. E. *penult.* Emenda ex *S.* & Florileg. p. 285. ὅσον τὰ βασιλ. Sic emenda ex *S.* & Florileg.

P. 344. A. 3. *S.* ἀλλ' ἵνα τι.

P. 346. B. 12. *Cratem.* Diogenes Laërtius lib. 6. p. 421. πείσαι αὐτὸν Διογένη τὴν οὐσίαν μηλόβοτον ἀνεῖναι, καὶ εἴ τι ἀργύριον εἴη εἰς θάλασσαν βαλεῖν. *Diogenem illi persuasisse, ut suas possessiones incultas dimitteret, ac si quid pecuniæ haberet, jactaret in mare.* Et Plutarchus de vitando ære alieno. Κράτης ὁ Θηβαῖος τὰς οἰκονομίας καὶ φροντίδας καὶ περισπασμοὺς δυσχεραίνων ἀφῆκεν οὐσίαν ὀκτὼ ταλάντων, καὶ τρίβωνα καὶ πήραν ἀναλαβὼν εἰς φιλοσοφίαν καὶ πενίαν κατέφυγε. *Crates Thebanus rei familiaris dispensationem, curasque & occupationes aversatus, rem octo talentorum deseruit, sumtisque pallio & pera ad philosophiam & paupertatem confugit.* Octo talentorum tantum fuisse vult rem familiarem Cratetis, ex quo suspicor subesse quid mendi eo loco, ubi Diogenes ducentis talentis eam æstimat. *Ibid.* παρ' ὧν πλουτεῖν. *S.* παρὸν πλουτ. ἃ καὶ: sed omisso fortasse hoc verbo rectius legeretur, παρὸν πλουτεῖν, διὰ τὸ, *cum divites esse possent*, exorientem sibi. Sic infra παρὸν κτήσασθαι.

P. 347. A. 11. ἦν θρηνεῖς & καταγελᾶσθαι, quod rectius est.

P. 348. A. 6. ἄγεσθαι μὲ

P. 349. A. 3. *S.* ἀπένευσε. 7. γράμμασιν ἐνδιατρίψας. C. 4. περὶ μονανδρείας. Epistolas vel libros, quibus alios a secundis nuptiis dehortabantur, Latini Patres nunc de viduitate servanda, nunc de Monogamia inscribebant, cujusmodi exstant Tertulliani, Ambrosii & Hieronymi varia opera, Interpres maluit, *de conjugio non iterando*; viduam enim ab altero avocat quærendo viro. Proverbium illud, γλυκὺ πόλεμος ἀπείροισι, Pindari est in Hyporchematis, quod Latine sic effert Vegetius lib. 3. de re militari cap. 12. *Inexpertis enim dulcis est pugna.*

P. 350. C. 2. ἐκ σκόλακσι *S.* ἐκ σκύλευσιν, ut infra. D. 5. *S.* κυρίῳ· ἀλλ' ὥσπερ ὅταν. E. 4. σύγκεισιν ταύτην.

P. 352. C. 6. τὰ γινόμενα τῆ. Infra, ἅπερ ἦν οἱ νόμοι. D. 3. παρεσπάσαντο. Mox σέφανοι γαμικοί.

P. 353. A. 7. χηρεῦσαι καλῶς χηρεῦσαι. 10. μηδὲ ἐπάγγελεν.

P. 355. A. 1. Emenda ex *S.* ὅσον τῶν ἀτέχνων οἱ τεχνῖται. B. 1. ὡς γὰρ τὰ πολλά. C. 7. *S.* κἂν ἐπεξέλθῃ, & sic emendandum.

P. 356. A. 10. *S.* ἂν γὰρ θελήσῃ . . . . . κατορύξῃ.

P. 357. C. *ult.* *S.* προσανέχειν.

P. 358. A. 7. *S.* δευτέρῳ γαμῆται.

P. 359. E. 4. ὅτι αὐτῷ πρέπει. Hæc usque ad finem addita sunt ex Augustano, quæ tamen nec Interpres, neque Romanum apographum agnoscit.

NOTÆ HENRICI SAVILII IN SEX libros de Sacerdotio. p. 362.

ΠΕΡΙ ἱερωσύνης. Doctissimi Hœschelii Editionem duobus subnixam Codicibus mss (præter tres vulgatos) Palatino sc. & Augustano, emendavimus aliquot in locis ex duobus aliis scriptis Oxoniensibus, uno Biblioth. Collegii Corporis Christi, altero in Biblioth. Collegii Novi: quorum in posteriori titulus est, πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας ἐπὶ τῷ διαφυγεῖν τὴν ἱερωσύνην &c. in Vulgatis, Ιωάννου Χρυσοστόμου, ὅτι πολλοῦ μὲν ἀξιώματος, δύσκολον δὲ ἐπισκοπεῖν &c. Indicem κεφαλαίων in Augustana Editione repræsentatum, aliumque plane diversum nostrorum Mss. neutrum bono judicio collectum, in hac Editione neglexinus.

P. 361. A. 5. κατόπιν. Amicus meus doctiss. Rich. Montacutus addit ἑαυτῷ post κατόπιν: sed sine libris, & non est necesse. B. 6. οὔτε γὰρ ἐπὶ πατρίδος μεγέθει. Non recte, ut opinor, ex hoc loco colligit Card. Baronius, Basilium hunc fuisse Antiochenum, ut nec ex verbis sequentibus, ἐκεῖνος δὲ ἐσχάτῃ συνέζη πενίᾳ, eumdem fuisse facultatibus pauperem, cum contra potius affirmet Chrysostomus facultatibus æqualem fuisse sibi, quem constat prædivitibus ortum parentibus. * *Hæc pluribus excutientur in vita Chrysostomi.*

P. 364. D. 2. μὴ δή. Doctissimus Allenus mavult μὴ δέ.

P. 374. A. 8. ἅπαντας. Suspectum hoc loco, & puto delendum. Interpres pro eo videtur legisse ἀρρωστοῦντας. * *Atqui ἅπαντας bene habet hoc loco, ni fallor.*

P. 375. D. 3. ἀνανήψωσι. Montacutus mavult ἀνακύψωσι.

P. 376. παίζων λέγεις ταῦτα, φησιν, ἢ σπουδάζων; legit ingeniosissime Montacutus. C. 1. ἐπιτρέψαι. In uno ex nostris Mss. μὴ ὅτι καὶ πᾶσαν τὴν ὑπὲρ τούτου πρᾶξαι σπουδήν, sensu huic loco non inepto. Sed a recepta lectione non discedendum. Eodem enim plane modo loquitur infra.

P. 377. A. 4. ψηφίσασθαι τοῖς κατηγόροις, τὰ μάλιστα ἠδικηκότων ἂν εἴην. Hæc verba, ψηφίσασθαι τοῖς κατηγόροις, absunt a quibusdam Codicibus Mss. Sed iis retentis, (& quidem in pluribus retinentur manu exaratis, & omnibus quod sciam excusis) *A.* Dounæus hunc sensum elicit: *Ut fatear esse verum, quod arguunt accusatores; in maxima sim culpa, vel injustissimus sim;* ante verbum ψηφίσασθαι subaudiendo ὥστε, vel potius ut ego puto, ὡς, quæ ellipsis, ante εἰπεῖν, φάναι & synonyma satis usitata, ante ψηφίσασθαι dura nimis. Nam quin ψηφίσασθαι τοῖς κατηγόροις sit idem quod ψῆφον τίθεσθαι τοῖς κατηγόροις apud Platonem 2. Legum ad finem, hoc est, *sententiam ferre pro accusatoribus*, dubium non est. Isaacus Casaubonus ex conjectura sic locum suo judicio vitiosum minima mutatione refingi posse pu-

ἐστὶ: ἐπὶ τοῦτο ἦλθον ἐγώ. δεῖ ψηφίσασθαι τοῖς κατηγόροις, ὡς τὰ μέγιστα ἠδικηκότων ἂν εἴην.

P. 384. B. 7. τὸ τῶν ἱερέων. Montacutus ex conjectura addit ἀξίωμα.

P. 417. B. 8. ἐκκλίνειν. Corruptum.

NOTÆ JOANNIS BOISII IN NOTIS SAVIL. col. 829.

P. 367. D. 5. ἐν μέσῳ παγίδων &c. Verba sunt Siracidis c. 9. v. 18. E. 3. Rectius forte, καὶ ὡς μεμοχλευμένα βασίλεια, vel, μεμοχλευμένον βασίλειον. LXX. enim Int. habent μεμοχλευμένον (al. τεθεμελιωμένον) βασίλειον, & Hebræus contextus habet armon.

P. 375. D. 3. ἀναλάμψαι. Nihil muto, quia apud Paulum est, ἀναζωπυρῶσαι.

P. 377. A. 4. ψηφίσασθαι τοῖς κατηγόροις. Abesse hæc possunt sine sententiæ detrimento, imo, quemadmodum nunc leguntur, plus efficiunt sensui, quam conducunt. Duorum summorum virorum in hunc locum conjecturæ ita mihi placent, ut tamen malim novam lectionem sequi, & pro ψηφίσασθαι ψηφισαίμην substituere, addita copulandi particula post κατηγόροις. ψηφισαίμην τοῖς κατηγόροις καὶ τὰ &c. i. *Suffragarer accusatoribus meis.*

P. 392. B. 9. πλὴν εἴ τις &c. Fortasse sic: ὥστε οὐ τις, πλὴν εἰ μὴ εὐλαβείᾳ πολλῇ εἴη κεχρημένος π. α. ς. δυνηθείη. * *Huic Chrysostomi loco aliqua inesse videtur difficultas, sed non puto illum secundum hanc Boisii conjecturam esse restituendum.*

P. 405. C. 6. ἀληθείας. Forte, ἐπ' ἀληθείας.

P. 408. A. 8. Forte, βίος ἑτέρου συντελοίη καὶ εἰς τὸ ἴσον &c.

P. 433. B. 6. πλῆθη. Quid si πλάτη.

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI IN SEX LIBROS de Sacerdotio.

Inter Opera B. Joannis Chrysostomi libros istos de Sacerdotio maxime commendat Suidas, quod excellant τῷ ὕψει, καὶ τῇ φράσει, καὶ τῇ λειότητι καὶ τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων, *tum sublimitate & eloquutione, tum lenitate & elegantia verborum.* Ac de tempore quidem quo scripti ab eo fuerint, constat ex Socrate l. 6. cap. 3. qui Diaconatus eum dignitatem assequutum a Meletio, contexuisse illos tradit, sed admodum allucinatur idem Historicus, dum ait Basilium, qui diu multumque versatus est cum Chrysostomo, postea Cæsareæ Cappadociæ ordinatum Episcopum fuisse, & qui Socratem errantem sequuti sunt Erasmus ac Brixius Interpres redarguuntur a Jac. Billio l. 2. c. 3. sacrarum observat ex eo, quod Chrysostomus Basilium cum quo in his libris loquitur, fuga se subduxisse queratur, cum interim ipse ad Ecclesiæ gubernacula raptus est, idque nullo modo conveniat Cæsariensi Basilio, qui plurimis annis ante Chrysostomum ad hujusmodi dignitatem provectus est, hoc est imperante Valente. Sed dum alienum errorem discutere conatur Vir doctissimus, memoria lapsus, quod proprium fuit Chrysostomo, Basilio tribuit: nam ea de causa se purgat in his libris Chrysostomus, quod fuga sibi consulens, sese occultarit, cum Basilius ad Episcopatum promotus est. Rectius multo Card. Illustrissimus Cæsar Baronius ad annum Christi 382. sect. 60. jam egisse Basilium septimum annum in Episcopatu Cæsariensi ostendit, cum iste junior est creatus, qui cum esset Joanni coævus nec ætatem excessisset annorum 22. fingi non posse ait hunc Basilium esse Cappadocem illum senem, qui post sequentem annum e vita migrasse dicitur. Neque verisimile est Basilium patria Antiochenum fuisse ab Episcopis Syriæ Cæsariensem Episcopum electum, præsertim cum hic Antiochenus eremum cogitans, ille vero Cappadox cum ad multos annos eremum incoluisset, Episcopus fit ordinatus. Alii putant hunc Basilium Episcopum Seleuciæ Isauriæ fuisse illum, cujus exstant aliquot Homiliæ, nuper in lucem editæ, ut scribit Photius, in Biblioth. πρὸς ὃν καὶ περὶ τῆς ἱερωσύνης λόγος συντέτακται, ad quem etiam librum de Sacerdotio scriptum miserit: additque multa vestigia apparere orationum & sensuum ipsius in orationibus Basilii, ut uterque sibi utilia ex eodem fonte hausisse videatur. Refutat hanc Photii sententiam Baronius ex testimonio Theodoreti, qui scribit in hist. SS. Patrum Basilium istum Seleuc. vitam egisse Monasticam sub S. Marcione Abbate, & cum eo diu versatum, Episcopum vero claruisse tempore Conc. Chalcedonensis, cui & subscriptus habetur, post annum 70. uno minus. Hæc tamen ratio falso nititur fundamento, neque enim affirmat Theodoretus Basilium istum, de quo loquitur cap. 3. Seleuciæ fuisse Episcopum, sed hoc tantum: *Marciani philosophiæ fructum percepit admirandus ille Basilius, qui multis postea temporibus apud Seleucobelum (est autem urbs Syriæ) monasticum erexit habitaculum.* Confundit ergo Vir doct iss. memoriæ lapsu Seleuciam Isauriæ ad Taurum montem civitatem, quæ ad Asiam Minorem pertinet, cum Seleucobelo Syriæ civitate, quæ Palæstinæ vicina est. Nam Seleucia ad Belum Ptolemæo & Plinio est, quam aliquando, ut Stephanus ait, Seleucobelon nominant, in Cassiotide regione Syriæ, & in Chalcedonensi Conc. reperitur Act. 4. Εὐσέβιος ἐπίσκοπος Σελευκοβήλου Συρίας δευτέρας. *Eusebius Episcopus Seleucobeli Syriæ secundæ*: proinde distinguendus est a Basilio Seleucensi Episcopo. Vero similior est altera ratio, quam subjicit idem Baronius, quod ex Socrate loco citato sciamus ætate Chrysostomi Maximum quemdam ipsius olim contubernalem, & in vita Monastica socium Seleuciæ Isauriæ fuisse Episcopum. Sic igitur existimandum est tertium quemdam fuisse Basilium & a Cæsariensi ac Seleucensi diversum illum, ad quem hi libri sunt missi, præsertim cum plurimos hoc nomine fuisse constet Episcopos illo tempore, ut Basilium Raphanensem in Syria Episc. & alterum Bibli in Phœnicia reperimus, qui Synodo Constantinop. interfuerunt. Porro ad hanc librorum de Sacerdotio instituendam Editionem primum Augustana usi sumus, quam anno anno 1599. V. D. David Hœschelius fideliter expressit ex Coloniensi & aliis vulgatis, addiditque varias lectiones ex Manuscriptis Codicib. Bibliothecarum Palatinæ & Augustanæ: nos eas novis locupletavimus, collectis ex duobus Regiis libris calamo exaratis, quorum alter Francisci I. alter Henrici II. Regum Christianissimorum ære coemti sunt, & ex membranis nobilissimi viri Fr. Olivarii: nonnumquam etiam ex veteris interpretationis vestigiis lectionem veram assequi conati sumus, cujus antiquissima Editio Latina Parisiensis fuit anno 1524. apud Petrum Gromorsum. Græcam vero quam existimamus omnium primam, nacti sumus Lovanii excusam typis Rutgeri Rescii anno 1529. Eam igitur his notis designabimus *L.* vel *Lo. F.* Francisci I. *H.* Henrici II. *O.* Olivarii. *P.* Palatinum. *A.* Augustanum, & nonnumquam hos tres Gallicos libros & duos Germanicos simul testes laudabimus. Et quoniam dum properanti prælo recognitam veterem multorum hujus voluminis opusculorum interpretationem adornamus, quædam nos fugerant, quædam consulto prætermissa fuerant, ut occasione data commodius vitiatis locis adhiberetur medicina, dum variantes lectiones ex aliis MSS. Codicib. colliguntur: idcirco minus erit Lectori mirandum, si plura quam optaret, in Notis nostris reperiat his curis secundis reservata, præsertim cum Religio sæpe fuerit jam receptas eorum interpretationes liberius immutare, qui antiquioribus & emendatioribus fortasse libris usi calamo exaratis, eos tractatus in lucem primi ediderant. Quod si quis minus copiose redditam a nobis emendationum rationem hic fuisse observet, quam in aliis in priorem partem hujus Tomi notis, intelligat nos plurimorum locorum expositionem uberiorem consulto reservasse libris nostris sacrarum observationum in Græcos Patres, quos θεοῦ συνεργοῦντος nos edituros speramus.

P. 362. A. 10 *H.* ἐπεμίγνυτο. Paulopost *O.* & *A.* εἰς διδασκάλου, & ut annotat D. Hœschel. Basil. M. homil. πρὸς τοὺς νέους tam edita, quam calamo exarata. Lucianus Hermotimo παρὰ τοὺς διδασκάλους. Parasit. εἰς διδασκαλεῖα: sed Xenophon, Xiphilinus ex Dione εἰς διδασκάλου ellipsi Græcis usitatissima; ut idem Lucianus illo de Sectis Dialogo, ἀπιὼν αὐτοῖς εἰς διδασκάλου, & alibi, κἂν εἰς μουσικοῦ δέοι φοιτᾶν. Photius pag. 544. εἰς διδάσκαλον ἐβάδιζεν numero multitudinis e Philostrato. Mendosum certe lib. de Virginitate p. 60. ἐν παιδοτρίβου pro παιδοτρίβου, vetus Interpres, *frequentabamus magistros.*

P. 363. A. 5. pro ἐπιθυμίαις. *O.* ἡδοναῖς. Infra *O.* βιάζεσθαι μένειν ἡμῖν. αὐχμηρά. *F.* αὐχμηρᾶ. B. 1. *F.* προσθάνας. B. *ult.* *A.* διὰ τοῦτο οὖν τὴν δίκην ἡμῖν. *H.* διὰ τοῦτο οὖν δίκην. C. 6. *H.* τὴν οἰκίαν ἔχ- E. 4. *F.* φρενίτιδας. . . . μείζονας. *ult.* *H. P. A.* πένησιν.

P. 364. B. 10. *P. F. H. O.* τὴν ἐρημίαν, recte cum accusandi casu. Synes. Epist. 155. γυνὴ δυστυχήσασα χηρείαν. D. Hœschel. * *Atqui cum dativo casu solet jungere Chrysostomus, exempla in Onomastico ad δυστυχεῖν.* C. 5. *H.* ...

μισθὸν ἤδη. D. 6. *A. P. H.* φροντίζειν τῶν ἐμῶν.

P. 368 D. 11. ἐλῶσιν. *A. P. H.* ἐλέγχωσι. Vetus Interpr. legiſſe videtur ἐλεῶσιν.

P. 373. C. 7. φαρμακείας. *H.* C. *ult.* τὴν πέμψιν. *H. A P.* τὴν ἀγέλην.

P. 374 A. 7. δυσκολίαν. *H P.* δεξιότητα.

P. 375. C. 3. λεπτόγεια. Sic legitur in *F. O.* at in *H.* λεπτόγειον, in *A. P.* λεπτόγαια. D. 10. πρὸς ψυχήν. *A. P. H.* καὶ ψυχῆς.

P. 376. A. 4. ἔθελεν. *A. P.* ἠθέλησε. *H.* ἐκέλευσε. B. 6. ἀποδύσασθαι. *H.* ἀπεκδύσασθαι. *O.* ἀπολούσασθαι. *A.* ἀπολύσασθαι.

P. 377. B. 3. ἔξωθεν αὐτοῦ. Emenda ex Manuſcriptis omnibus αὐτό.

P. 382. B. 7. πραγμάτων. *H. P.* ταγμάτων.

P. 390. A. 2. ἁπλῶς. *A.* εἰκῆ. B. 5. ἐντίμους. Sic legitur in *P.* & *H.* at vulgatæ Editiones & *F. O.* τοὺς ἀτίμους τῶν ἐντίμων. Brix. *ignobiles a claris.* & vetus Interpr. *nec ab honoratis ignobiles.*

P. 391. A. 6. *H. O. P.* βλακεύεσθαι. C. 3. πάντοθεν τε περισκοπεῖν Mſſ. omnes. Infra *F. P. H.* προσποιουμένων φιλεῖν.

P. 392. A. *ult.* τοὺς σωματοφύλακας. *H. F. P.* D. 7. φίλαρχοι. Omnes Mſſ. φιλάργυροι.

P. 410. E. 2. ἐπὶ τοῦτο. emendandum ἐπὶ τούτῳ, licet vulgatam lectionem tueantur Omnes.

P. 412. A. 4. τὴν λειότητα. *M.* τὴν τελειότητα, forte pro τήν τε λειότητα, quam vetus Interpr. *lævitatem* vertit: apud Rhetores Græcos appellatur λειότης ὀνομάτων lenitas, cum conſonantium aſperarum nulla fit σύγκρουσις. Ita Plinio lenitatem tribuit Hieronymus epiſt. 4. Quintiliano acumina, fluvios Ciceroni. Cicero lib. 3. de Orat. *Suavitatem Iſocrates, ſubtilitatem Lyſias, acumen Hyperides, ſonitum Æſchines, vim Demoſthenes habuit.* ὄγκον Demostheni tribuit hîc Chryſoſtomus, quod vertit Brixius *ſublimitatem*, vetus Interpres *tumorem* minus apte, gravitatem aptiſſime diceres: nam & ita Plutarchus ſub finem vitæ Ciceronis ait Demosthenem ὑπερβαλλόμενον ὄγκῳ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ τοὺς ἐπιδεικτικούς: gravitate & ſplendore orationis eos ſuperaſſe, qui demonſtrativum genus tractant. σεμνότητα, *claritatem* reddit vetus Interpres, Brixius *majeſtatem*, Corradus in Brutum Ciceronis *granditatem*: σεμνὸς enim grandis a Cicerone verti ſolet, & Demosthenes σεμνότερός τις ab eodem lib. 2. ad Atticum appellatur. Atque Hermogenes σεμνότητα τῷ μεγέθει tanquam ſpeciem generi ſubjicit: ὕψος demum vetus Interpres *hic altitudinem*, melius quam Brixius *excellentem dignitatem*: optime dixiſſet *ſublimitatem*, nam ὕψος λόγου ſublime ac celſum dicendi genus dicitur, quod in grandiora verba ſe attollit, de quo exſtat Dionyſii Longini liber περὶ ὕψους. * *Nos vertimus* λειότητα, leporem, ὄγκον *acumen*, σεμνότητα, *gravitatem*, ὕψος *ſublimitatem. Omnia, ni fallor, commode, nec tamen ſine ſcrupulo circa* ὄγκον *acumen. Verum nihil aptius ſuccurrebat: neque enim placet id quod hic ſuggerit Fronto, ut* ὄγκος *gravitas*, σεμνότης *granditas vertatur.* σεμνότης *enim meo quidem judicio aptiſſime vertitur gravitas.*

P. 418. B. 8. κἂν διὰ πολλοῦ συμβεβηκὸς, Interpres vetus melius expreſſit, *longo intervallo accidens*, non enim vult auctor errorem illum jamdiu accidiſſe: verum cum raro ſolere labi errore, qui id admiſerit. Hic ergo ſcribendum: *Iſque vel ex longo intervalloi aberraverit.* * *Non liquet utro Chryſoſtomus ſenſu loquatur. Certe hæc interpretatio*, quamvis jamdiu acciderit, *quadrare videtur ad ſenſum, ſin mavis Frontonis ſententiam amplecti, commodius ſcribas*, quamvis admodum infrequenter acciderit, *vel*, poſt longum intervallum acciderit. *Nam ea quam Fronto proponit interpretatio, non omnino perſpicua eſt.*

P. 420 B. 5. ὑπερβαίνων 2. Germ. & 3. Gallici ἐπεμβαίνων, quæ verior lectio confirmatur a veteri Interp. *& vituperatur publice & lacerat occulte.* Scribe igitur, *palam inſultans, clam ſubſannans.* * *Cum Frontone cenſeo lectionem* ἐπεμβαίνων, *quam inter variæ lectiones in imo paginæ poſuimas, alteri præferendam eſſe.*

P. 433. A. 9. μοχθηρότατος, melius exprimitur ab Interp. veteri *ærumnoſiſſimus*, quam a Brixio *nequiſſimus*: magis enim convenit cum cæteris epithetis, εὐτελὴς δυσγενὴς, ἀνάπηρος. * *Quæ neceſſitas ut conveniat cum cæteris epithetis? Imo appoſite ſuperadditur quod ſit* μοχθηρότατος *improbiſſimus. nequiſſimus*, πρὸς ἀντιδιαστολὴν *puellæ regiæ, non modo forma & pulcritudine, ſed etiam morum probitate omnium præſtantiſſimæ.*

NOTÆ HENRICI SAVILII IN Homiliam Chryſoſtomi cum Presbyter fuit ordinatus. p. 436.

HUjus orationis meminerunt βιογράφοι Georgius Alexandr. & alii: meminit Catalogus Auguſtanus. Nos eam ex unico Archiepiſcopi Philadelph. Codice, eoque minus integro edidimus, ut potuimus. Sed poſtea aliud nacti apographum ex Monaſt. S. Lauræ ἐν Χαλκῇ νήσῳ τῆς Χαλκηδόνος, quod defuit & in Appendice initio 8. Tomi adjecimus, & Editionis noſtræ menda in his notis ſuſtulimus.

P. 437. A. 9. θεωρεῖτε, ταῦτα. Mſ. ſic diſtinguit & legit, θεωρεῖτε. ταῦτα δὴ, ταῦτα τῶν ὄν. ἀμφότερα, ὅτε πόλις οὕτω μεγ- recte, ut opinor.

P. 439. C. 8. τὴν τῶν λοιπῶν μελῶν εὐεξίαν ἐπιλαβεῖν. Cod. mſ. τῇ τῶν λοιπῶν μελῶν εὐεξίᾳ ἐπιδραμεῖν.

P. 440. B. 4. ἐν ἀκατίῳ.

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI IN HOMILIAM Chryſoſtomi cum Presbyter fuit ordinatus.

Ordinatum fuiſſe Preſbyterum Joannem Chryſoſtomum ab Evagrio ſucceſſore Paulini tradit Socrates lib. 6. c. 3. ſed fide saliis potius Hiſtoricis adhibenda eſt. Qui eum volunt a Flaviano conſecratum, qui Meletio in Antiochena Sede ſucceſſit, hoc eſt non modo recentioribus Georgio Alexandrino, Simeoni Metaph. ac Leoni Imperatori idipſum teſtantibus, ut monet Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius ad annum Chriſti 386. ſect. 43. ſed etiam omnium antiquiſſimo Palladio in Dialogo de vita ipſius. *Hinc jam a Meletio*, inquit, *Diaconus ordinatus, quinque annis venerandis miniſtrat altaribus, ſed cum doctrinæ illius gratia cunctis innotuiſſet, Presbyter a ſanctæ memoriæ Flaviano Epiſcopo conſecratur invitus.* Meminit hujus orationis his verbis, ἐν μιᾷ οὖν προτρέπεται &c. *Vide in vita per Georgium.* Idem legitur apud Leonem Imperat. ubi pro ἀνῆλθεν ἐπὶ τοῦ ἀκειβαντος ſcribendum, ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος. Porro ejus exemplar excuſum a clariſſimo doctiſſimoque viro Henrico Savilio ſequuti ſumus in Græco Textu, quem ille ex unico Archiepiſcopi Philadelphienſis Codice mſ. expreſſerat, & alterius apographi ope ſubſidioque ſuppleverat ejus defectus, quod in Monaſterio S. Lauræ repertum eſt ἐν Χαλκῇ νήσῳ τῆς Χαλκηδόνος.

* *Variæ lectiones Frontonis eædem ſunt quæ Savilii: notæ vero aliæ ejuſdem Frontonis interpretationem Latinam corrigendam, quæ jam emendata fuit, reſpiciunt.*

NOTÆ HENRICI SAVILII IN quinque priores libros περὶ ἀκαταλήπτου *contra Anomœos.*

EUNOMIANI, qui & Aëtiani, ἀνόμοιοι dicti, quod æternum Dei Filium non modo non ὁμοούσιον Patri, quod Orthodoxorum fuit; ſed nec ὁμοιούσιον quidem, quod Arianorum fuit, eſſe paſſi ſunt, Arium ipſum impietate ſuperantes. Præter hanc Arianiſmi ἐπίτασιν, ſe etiam Deum ipſum tam noſſe affirmabant, quam eſſet ipſe ſibi notus. Vide Epiphan. & Socratem, apud quem ipſius hæc Eunomii verba citantur lib. 4. c. 7. φησὶν (Eunomius) κατὰ λέξιν τάδε· ὁ θεὸς περὶ τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας οὐδὲν πλέον ἡμῖν (f. ἡμῶν) ἐπίσταται. οὐδέ ἐστιν αὕτη (f. αὐτὴ) μᾶλλον μὲν ἐκείνῳ· ἧττον δὲ ἡμῖν γινωσκομένη· ἀλλ' ὅπερ ἂν εἰδείημεν ἡμεῖς περὶ αὐτῆς τοῦτο πάντως κἀκεῖνος οἶδεν. ὃ δ' αὖ πάλιν ἐκεῖνος, τοῦτο ἀπαραλλάκτως εὑρήσεις ἐν ἡμῖν. Contra hanc poſteriorem opinionem ſcriptæ ſunt hæ quinque Orationes, quæ propriæ ſunt περὶ ἀκαταλήπτου, quas itidem ſolas Gaza vertit Latine. De reliquis duabus poſtea videbimus. Porro has Orationes damus ex fide duorum Codicum ſcriptorum in Bibliotheca Collegii novi Oxoniæ: adhibita doctiſſimi Frontonis Editione, quam ipſe, ut videtur, ex quatuor Mſſ. in Biblioth. Regis Galliæ concinnavit.

P. 445. E. *penult.* poſt τὸ ζητούμενον, ait noſter, ἄνευ γὰρ πίστεως καὶ τὸ εἶ) ἄνθρωποι παντελῶς ἀπολοῦμεν.

P. 460. D. 3. Savil. οὐ γὰρ ἁπλῶς &c. Montacuto lectio Frontonis ſtare poſſe videtur, εἰ γὰρ ἁπλῶς ἀνάστασιν οὐ δύνα-

ται

τοῦ πιστεύσαι λογισμός. Et certe si sequentia usque ad ἀκλινῶς parenthesi includamus, stare potest optime. * *Alias admodumque leves Montacuti conjecturas consulto mittimus.*

Pag. 472. Οἱ τὴν μακαρίαν ἐκείνην φύσιν ἐμβατεύειν. Mavult Montacutus, τῇ μακαρίᾳ ἐκείνῃ φύσει. Nam sic Nazianzenus, ἐμβατεύειν τοῖς τοῦ θεοῦ βάθεσιν.

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI IN QUINQUE priores libros de Incomprehensibili contra Anomœos. p. 444.

Epiphanius hæresi 76. refert Anomœos, hoc est inæquales sive dissimiles ducem habuisse Aëtium quemdam Diaconum, qui cum Alexandriæ operam dedisset Aristotelico cuidam Sophistæ, & ex eo dialecticas argutias didicisset, rationem excogitavit, qua furiosam Arii doctrinam tueretur, ἐτόλμησε γὰρ εἰπεῖν ἀνόμοιον τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ ὑπάρχειν, καὶ οὐ ταυτὸν εἶναι τῇ θεότητι πρὸς τὸν πατέρα. Sozom. l. 4. c. 28. Acacianos ait Antiochiæ statuisse nomen ὅμοιον, *simile*, ex formula Arimini & Constantinopoli perlecta eximendum esse, καὶ κατὰ πάντα οὐσίαν τε καὶ βούλησιν ἀνόμοιον εἶναι τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων γενέσθαι ἠγνόουν, ὡς ἐξ ἀρχῆς Ἀρείῳ ἐδόκει, quibus subsidio fuere sectatores Aëtii, qui primus post Arium his nominibus ausus est uti, unde factum est ut tum ipse ἄθεος, tum ejus approbatores Anomœi & Exucontii dicerentur, sic enim vertendum est e Græco, καὶ οἱ τὰ αὐτοῦ δοκιμάζοντες ἀνόμοιοι καὶ ἐξουκόντιοι; non autem ut vertit Christophorsonus, *Anomiani & Exucontii*, id est Filium Patri dissimilem, & ex nihilo ortum statuentes: neque enim ullus scriptor Latinus Anomianos unquam eos appellavit. Augustinus quidem in libro de Hæresibus Hær. 54. Aëtianos ait dictos Eunomianos ab Eunomio Aëtii discipulo, qui in Dialectica prævalens acutius defendit hanc hæresim, dissimilem per omnia Patri asserens Filium: idem Socrates lib. 2. cap. 28. de Aëtio loquens, καὶ νῦν εἰσιν ἐξ ἐκείνου, οἱ τότε μὲν Ἀετιανοὶ, νῦν δὲ Εὐνομιανοὶ προσαγορευόμενοι. Nam paulopost Eunomius, qui ejus Notarius fuit, ταχυγράφος, & ab eo perversam doctrinam didicit, huic Hæreticorum sectæ præfuit; sed nemo Anomianos, ὡς ἀπό τινος ἀνομίας nominavit. Meminit etiam Anomœi Eusebius in Chronico a Synodo Antiochena rejecti O ym. 286. circa annum 367. Epiphanius Interpres hist. Tripartitæ, Sozomenum interpretans lib. 5. c. 39. Dissimiles & non exsistentes dixit. Hi ergo Anomœi cum Antiochiæ multos sibi aggregassent, ut loco citato narrat Socrates, inter cætera prava dogmata illud quoque asseverabant, Dei substantiam cognosci ab hominibus & comprehendi posse: nam ut scribit Theodoretus lib 4 Hæretic. fabul. cap. de Eumomio, ausus est dicere se nihil ex rebus divinis ignorare, sed ipsam etiam Dei substantiam exacte nosse, eamdemque de eo habere cognitionem, quam ipse de seipso habet Deus. Idemque refert de Eunomianis Basilius lib. 1. contra Eunomium, & Epist. 168. Vide Franc. Suarem, l. 2. de Deo cap. 5. qui Græcos Patres negantes Deum videri cognoscive a creaturis ullis, loqui vult de visione comprehensiva: nam ut ait Augustinus lib. de Gen. ad lit. cap. 8. licet haberemus corda mundissima, etiamsi essemus Angelis æquales, non esset nobis nota divina substantia, sicut ipsa sibi. Cæterum apographum harum 5. Homiliarum περὶ ἀκαταλήπτου, quo Typographus noster usus est, expressum fuit ex mss. Cod. Regis Francisci I. ex quo etiam Commentarium in Isaiæ priora capita septem Latine convertit olim Godefridus Tilmannus, varias autem lectiones collegimus ex tribus mss. Henrici II. quorum duo membranei sunt, tertius chartaceus, omnes hoc titulo insigniti, Χρυσοστόμου μαργαρίται. Hæ igitur notæ, *F.* primum Codicem, *H I.* librum Henrici II. primum, H. II. secundum, H. III. tertium indicabunt.

P. 445. A. 7. Corrigendum in excuso & *F.* ὑμᾶς καὶ τὸ ὑμέτερον ex Codd. *H. I. II.*

P. 453. B. 6. εὐλογία. * *Putat Fronto Ducæus hic vocem* εὐλογία *non preconium vel laudem Martyrum significare; sed benedictionem, & beneficia per Martyres collata, & aliquot exempla ex Chrysostomo affert, quibus* εὐλογία *hoc sensu accipitur. Sed ut hoc accipitur sensu, ita & laudis & preconii significatione usurpatur, ut videbis in Onomastico. Hic autem series, hanc postulat interpretationem ni fallor.*

P. 464. B. 1. καὶ πόθεν. *F. H. II.* καὶ φόβον.

P. 407. C. 8. *F.* καὶ τὰ τούτων ἀνωτέρω.

P. 468. B. ult. *F.* τὸ τῆς φύσεως κοῦφον.

P. 471. C. 7. *F.* ἀποφράξαι τὰ στόματα

P. 480. D. 7. τοῦτο ποιεῖν. Sic habuerunt *F. H. I.* rectius cum Interprete *H. II.* τούτῳ ποιεῖν. * *Omnes fere Mss. stant pro priore lectione. Utraque quadrare potest.*

* *Notæ aliæ Frontonis fere omnes Interpretationem Theodori Gazæ respiciunt, quam nos rejecimus.*

NOTÆ HENRICI SAVILII in Homilias in S. Philogonium, de Consubstantiali, & de Petitione filiorum Zebedæi.

In Notis ad Tom. 5. p. 505. Edit. Savil.

HANC Orationem edimus ex fide 4. Codicum scriptorum, quorum duo sunt in Bibliotheca Collegii novi Oxonii, tertius in Biblioth. Universitatis Oxoniensis, quartus in Bibliotheca mea: quibus accessit demum Frontonis Editio nupera Parisiensis, ex duobus Regiis adornata. Agnoscit Catalogus Augustanus numero 91.

P. 495. E. 2. ἀπὸ βήματος ἐπὶ βῆμα. *Al.* ἀπὸ βήματος διακονικοῦ ἐπὶ βῆμα ἤγετο ἱερόν. Alicujus ut puto glossatoris. * *Atqui hæc lectio, quæ in plurimis Codicibus reperitur, optime quadrat.*

P. 496. A. 9. ἀλλὰ καὶ τῆς φιλίας ἣν περὶ τὰ πρόβατα ἐπιδείκνυται, ἤδη τοῦτο τό. Locus parum sanus, cui tamen nullum ex libris scriptis medicamentum. Halesi. ex conjectura, sensu non incommodo sic legi posse putat, ἀλλὰ καὶ τῆς φιλίας ἣν περὶ τὰ πρόβατα ἐπιδείκνυταί τις, ἤδη τὸ εἰς αὐτόν. * *Sane locus ut supra legitur & γνήσιος & clarus est, ni fallor. Vide sis.*

Savil. in Homil. de Consubstantiali Tom. 6. p. 425.

P. 505. A. 5. πεπικράνοντα. Apud Joan. πεντήκοντα.

P. 512. D. 2. συνήχθησαν. In Edit. LXX. est συναχθήσονται. Symmachus habet, ὑποχωρήσουσι. * *Montacuti conjecturas mittimus, utpote nullius usus.*

Savil. in Hom. de Petitione filiorum Zebedæi T. 5. p. 206.

Hanc Orationem ex Cod. Palatino descriptam, ubi minus recte octiva inscribitur περὶ ἀγάπης κτλ. (* *An recte inscribatur vide Monitum nostrum.*) Castigatam ex altero Cod. Palatino, & tertio Oxoniensi in Biblioth. Collegii novi damus. Edidit eam nuper inter alias Fronto Ducæus Lutetiæ ex Regio Ms. γνησίαν omnino & germanam puto, quamvis in Catal. Augustano minime reperiatur: reperitur tamen in aliis omnibus fere quos vidi Catalogis, Vaticano, Cæsareo, Regio, Palatino, Oxoniensibus, & attestante doctissimo Frontone, etiam in Mediolanensi, descripsit itidem eam in usum meum Samuel Sladius in Chalce Insula Calcedonis in Bosporo Thracio: ex quo apographo varietates quasdam decerptas hic signamus literis *Ch.*

P. 514. *A.* 3. τοῦ θεοῦ deest Ch.

P. 517. E. 3. ἐκαθέζετο. Lege cum Ch. ἐκομίσατο.

P. 518. Ὁ πατὴρ οὐ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν κρίσιν δ. τ. υ. Hæc, ut videtur, hic importunius sese ingerunt, & meo judicio delenda. Halesius. Retinet Cod. Ch. * *Quam opportune jaceant statim percipies si legas; & alioquin omnia exemplaria efferunt.*

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI IN TRES HOMIL. de S. Philogonio, de Consubstantiali, & de Petitione filiorum Zebedæi.

P. 492. In B. Philogonium. Vulgata fuit hactenus sub finem Tomi 3. operum Chrysostomi hæc Homilia Latine, cujus græcum textum ex duobus Codd. Regiis repræsentamus, prior Henrici II. posterior Henrici IV. symbolo atque insignibus decoratus est. Fuit autem Antiochenus Episc. Philogonius num. vicesimus primus post Vitalem ordinatus Olympiadis 277. anno primo, circa 314. Christi, cui successit Paulinus 22. & post eum Eustathius 23. ut in Chron. S. Hieronymus, & Theodoretus lib. 1. c. 3. Φιλογόνιος δὲ κατὰ ταύτην τὴν εὐσέβειαν λαβών, τά τε λοιπὰ καὶ τὸν ζῆλον... *Post hunc autem Philogonius Pontificatum sumens, & reliqua ædificii superaddidit, & zelum pietatis Licinii temporibus demonstravit:* sic vertit Epiphanius lib. 1. c. 3. Tripart. historiæ: idemque Nicephorus l. 8. c. 6.

Quantum Ario fuerit adversatus, ex iisdem constat auctoribus, atque ex illa potissimum Arii ipsius epistola, quam proferunt Epiphanius hæres. 69. & Theodoretus lib. 1. c. 6. in qua Philogonium, Hellanicum & Macarium appellat hæreticos sibi reluctantes, qui de fide minus recte instituti sunt. Nicephorus demum C. P. in Chron. ejus obitum accidisse scribit cum sedisset annos quinque, sicque conferendus videtur in annum Christi 319. In Inscriptione Homiliæ, & in reliquo textu Henrici II. Codex habuit aliquas διορθώσεις, in quibus ab Henrici IV. libro Medicæo dissidet: nam ex eo desumtum fuit apographum, quo Typographus est usus: in eo legebatur καὶ ὅτι τοῦ προνοῆσαι τοῦ κοινῇ συμφέροντος, & in tertio quodam Codice προστῆναι, non προστῆναι. Illud autem quod sequitur de tempore habitæ hujus concionis, in solo erat Henrici IV. & convenit cum Martyrologio Romano, in quo fit ejus commemoratio 20. Decembr. & cum Græcorum Menologio.

B. 3. H. II. ἀποδύεσθαι.

P. 499. C. 1. *Ad excusationem majorem.* Hic quoque mutanda fuerunt verba Erasmi Interpretis, *requirat ad satisfactionem ulteriorem.* Potuit enim quis suspicari hunc non admodum fervidum pœnitentiæ præconem vocabulum satisfactionis ea mente substituisse in locum excusationis, qua τὴν ἀπολογίαν antea expresserat in hac eadem pagina, ut auctoritate Chrysostomi suaderet nihil opus esse laboriosis sese operibus macerare, quibus pœnæ temporalis reatus expiatur, id enim Theologi satisfactionem appellant, quæ confessionem sequitur, & fructus dignos exhibet pœnitentiæ. Ambrosius ad virginem lapsam c. 8. *Grandi plagæ alta & prolixa opus est medicina: grande scelus grandem necessariam habet satisfactionem.* Innocent. 1. epist. 1. cap. 7. *Ut attendat ad confessionem pœnitentis, & ad fletus atque lacrymas corrigentis: ac tum debere dimitti, cum viderit congruam satisfactionem.* Idem Leo & cæteri Latini quos citat Bellarminus Card. l. 4. de Pœnit. c. 10. Chrysostomus ipse libr. 2. de Sacerdotio pœnæ meminit & mulctæ a Sacerdote imponendæ: Οὐ γὰρ ἁπλῶς πρὸς τὸ τῶν πλημμελημάτων μέτρον δεῖ καὶ τὴν ἐπιτιμίαν ἐπάγειν, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἁμαρτανόντων στοχάζεσθαι προαιρέσεως. *Non convenit pro criminum ratione nullo respectu mulctam imponere: verum conjecturis colligere quo sit pœnitentium quisque animo.* Sub finem paginæ invehitur in eos author, qui diebus festis solum ad communionem accedunt, quod argumentum tractat etiam Homilia 24. hujus tomi p. 283. A. *Scio fore ut quamplurimi apud nos ex festi consuetudine:* & Homil. 28. in 1. ad Corinth. οὐ γὰρ ὅπως παρεσκευασμένοι, καὶ τὰ κακὰ ἑαυτῶν ἐκκαθάραντες προσέλθοιμεν σκοποῦμεν, ἀλλ' ὅπως ἐν ἑορταῖς, καὶ ἡνίκα ἂν ἅπαντες. *Non enim eo spectamus, ut accedamus parati, & malis nostris expiatis, sed ut in diebus festis, & quando omnes accedunt.*

P. 501. *In eos qui ad Missas*, * *nos* ad synaxin *reponendum censuimus*: *illud enim*, ad Missas, *Latini usus solum est, nec cum Græca voce convenit: satiusque fuisset, ut id in nota sua tantum poneret Fronto Ducæus, qui pergit.* Novum quidem Chrysostomi fetum, & patrum avorumque nostrorum sæculo ignotum proferimus, sed non tamen ita SS. Patrum testimonio suffragioque destitutum, quin si quis eum sua voluerit ingenuitate fraudare, patrocinio fultus illorum natalibus suis reddi ac restitui possit. Primum enim Theodoretus Dial. 2. qui dicitur *Inconfusus*, insignem ejus locum citat, ex quo & emendari textus apud ipsius Interpretem debet: illa enim omnia verba, ex oratione dogmatica, *Quia quæ humiliter a Christo dicta & facta sunt n. p. p. i. s. p. v. & m. œconomiæ rationes*, sunt ex hujus Homiliæ inscriptione, quæ vero sequuntur, *Et post Resurrectionem cum videret diffidentem discipulum*, reperies in hoc volumine p. 510. C. καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τὸν μαθητὴν ἰδὼν ἀπιστοῦντα. Et Theodoreti, qui ex dialogo 3. alterum profert ex hac eadem Homilia testimonium, πῶς οὖν ἐνταῦθα φησὶν, οὐ δυνατὸν, τῆς ἀνθρωπίνης, quod exstat hujus volum. p. 510. B. *Quomodo ergo hic dicit, si possibile est? Imbecillitatem naturæ* &c. Sed quid ego singulos Patres sententiam rogo, cum in totius orbis Concilio quondam coacti, omnes acclamarint? Cum enim anno Christi 680. Constantinopoli 289. Episcopi ad perniciosam Monothelitarum damnandam hæresim convenissent, inter alia Patrum testimonia publice lectum est illud Act. X. Concilii VI. sub Agathone, *Item relectum est ex eodem Codice testimonium S. Joannis Episc. C. P. ex sermone facto ad eos, qui ad Missas non occurrerunt, cujus initium est. Iterum Circensia, continens ita: Horum mihi iterum memores estote verborum.* Et post multa, *Quod testimonium similiter collatum est cum libro membranaceo, qui est de Bibliotheca venerabilis Patriarchii hujus a Deo conservandæ regiæ urbis.* Græca subjiciam, quæ nondum sunt edita ex Cod. Ms. Reverendiss. Joan. Tilii Episcopi Meldensis, ἔτι ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ αὐτοῦ κωδικίου χρῆσις τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἐπισκόπου Κων. ἐκ τοῦ πρὸς τοὺς ἀπολειφθέντας τῆς συνάξεως λόγου, οὗ ἡ ἀρχὴ, πάλιν ἱπποδρομίαι· ἔχοντα οὕτως· τούτων μέμνησθε τῶν ῥημάτων. ἥτις χρῆσις ὡσαύτως ἀντεβλήθη πρὸς βιβλίον ἐν σώμασι τῆς βιβλιοθήκης ὑπάρχον τοῦ εὐαγοῦς πατριαρχίου τῆς θεοφυλάκτου ταύτης καὶ βασιλίδος πόλεως. Habetur in hoc volum. p. 508. B. *Atque horum memores estote verborum*, usque ad illa p. 512. *Quod futurum est prædicit, ut Deus, & rursus ut homo recusat.* Et quoniam ex uno Cod. Chartaceo Regis Henrici II. cui titulus μαργαρίται, erutus est hic sermo, non aliunde varias colligere lectiones licuit, quam ex Romana Theodoreti Editione 1547. apud Nicolinum, & ex Codice Tiliano, non illo quidem admodum vetusto, sed admodum raro. Apte autem post Orationes de Incomprehensibili Dei natura istam collocari, quemadmodum & in Regio Cod. disces ex iis quæ pag. 502. D. leguntur, *quærimus an ejusdem virtutis, an ejusdem potentiæ sit* &c.

P. 510. B. 4. *Quæ utcumque avelli.* Omisit hanc vocem ἁπλῶς Interpres Theodoreti, quæ tamen in Romana Edit. fuit Dialogo 3. p. 75. idemque valet ac si diceret non facile potuisse ab hac vita divelli. Citatur autem ab illo cum cæteris diversorum Patrum locus hic, ut probetur Passionem Christi non esse naturæ divinæ tribuendam, quæ impatibilis est, sed ei quæ hac de causa est assumta, hoc est humanæ.

P. 513. E. 1. εἰς τὰ ὑπόλοιπα. Præter illum Regium Cod. τοὺς μαργαρίτας complectentem, in quo sequitur præcedentem hic sermo, Chrysostomi Opusculis illum annumerant Catalogi ex Germania Viennensis Bibliothecæ, ex Italia Mediolanensis, & Romanus, quorum duo postremi titulum hunc illi dabant tantum, κατ' αἱρετικῶν καὶ εἰς τὴν αἴτησιν τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου. Dicitur autem in Regio Codice octavus numero, propterea quod post illos quinque adversus Anomœos sextus collocatur ille cujus initium est, μίαν ὑμῖν διελέχθην, quem offendes infra p. 702. Septimus autem, qui incipit, πάλιν ἱπποδρομίαι p. 360. ex quibus hic intelligis Hæreticorum nomine censeri Anomœos. Quæ non procul ab initio πτώματα vocat, vel cadavera, vel etiam lapsus & clades potes intelligere in prælio acceptas.

NOTÆ HENRICI SAVILII in duas Orationes de Christi precibus, quarum prioris titulus in Laz. quatriduanum.

PAg. 525. Orationem hanc ex Biblioth. Reg. Lutetiæ descriptam, emendavimus ex Ms. in Biblioth. Augustana. Halesio non videtur γνήσια. Stylus certe, inquit ille, non abhorret multum: at tractandi ratio simul & inventionis modus Johannem nostrum non sapiunt. Ratio quam reddit cur Christus Lazarum nominatim compellarit, apostrophe ad infernum & ejusdem prosopopœia νεανικωτέρον olent audaciam alicujus ingenii recentioris monetæ, non autem illam Johannis nostri soliditatem. Referri certe debuit inter ἀμφιβαλλόμενα, aut etiam νοθευόμενα. Sed nescio quomodo factum est, ut nobis aliud agentibus, in numerum irrepserit τῶν γνησίων καὶ ἀκιβδήλων. Hæc Halesius. * *Vide Monitum nostrum p. 523. & 524. ubi probatur hanc Homiliam esse genuinam.*

P. 525. E. 1. Nota Joannis Boisii. ὅθεν μετὰ παῤῥησίας ὡμίλει τῷ θεῷ ὁ Ἀδάμ. Ut locus iste sanitati suæ restituatur, duplici opus est remedio. Primum enim in ipsis verbis mutanda quædam sunt, & deinde in verborum ordine adjicienda etiam nonnulla hoc modo: ποῦ ἐκρύβης; διατί οὐκ οἶδε τὸν τόπον, ὅπου τὸ πρότερον μετὰ παῤῥησίας ὡμίλει τῷ θεῷ ὁ Ἀδάμ· ἀλλὰ λέγει, Ἀδὰμ ποῦ εἶ;

P. 526. ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις. Atqui locus erat in vico Bethania.

P. 527. D. 9. *Ejusdem.* κωλύσας ἐξ ἐκείνης. Nescio an legendum sit: κωλύσας ἦν ὁ κύριος εἰσελθεῖν δι' ἐκείνης τῆς εἰσόδου.

P. 528. C. 9. *Ejusdem.* δέσμιός εἰμι. Forte, δοῦλός εἰμι, vel δεσμοφύλαξ εἰμὶ, vel δήμιός εἰμι.

P. 529. *Savil. in notis* col. 814. Edita ex Ms. Augusta-

no : eſtque γνησία, quamvis in Catalogo illo Auguſtano a me ſæpius commemorato non reperta.

P. 535. B. 2. ἐκέρδανε τοῦ. Forte ἐκέρδανεν ἐκ τοῦ.

P. 539. B. 2. φθεγγόμεθα. Corruptum : quid ſi legamus φλεγμαινόμεθα ? Boiſius, legendum putat, φλεγόμεθα.

HENRICI SAVILII NOTÆ IN UNDECIMAM & duodecimam Hom. 3. contra Anomœos in notis Savil. col. 802.

In undecimam aliquot ſolum affert Montacuti conjecturas exigui precii.

In duodecimam quam T. V. poſuit hæc habet in Notis col. 728.

Hanc Homiliam veram & germanam, Romæ 1581. excuſam, ex Mſ. in Biblioth. Collegii novi emendatam damus. Agnoſcit Catalogus Auguſtanus numero 99. nonnulla habet communia cum Homiliis 35. & 36. in Joannem.

P. 548. A. 5. Haleſ. legit ἐπιτηδὲς vel ἐπιτηδείως. Quid ſi pro ἐργάζεται legamus ἡγεῖται.

P. 550. E. 3. ἐκκρεμάμενον, non videtur huic loco quadrare. Quid ſi ἐκκρουόμενον ;

NOTÆ JOANNIS BOISII IN HOMIL. XII. contra Anomœos in Notis Savil. col. 765.

P. 548. A. 5. ἐπιτήδειον. Malim, ἐπιμελέστερον.

P. 550. E. 3. ἐκκρεμάμενον. Recte ἐκκρουόμενον, ut mihi videtur.

Pag. 554. C. 7. ἐπικείμενος τῷ νόμῳ. Non male fortaſſe tota linea ſic interpoletur : πεπαγμένος ἢ αὐθεντίαν ἐπιδεικνύται, ὡς δεσπότης καὶ ἐξουσίαν ἔχων, καὶ ἐπάνω κείμενος τοῦ νόμου. * *Eſt nimia corrigendi libertas.*

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI IN HOMIL. XI. contra Anomœos, quam ipſe ſextam inſcribit. In Notis ad Tomum I. p. 107.

P. 541. Ὁμιλία ῥηθεῖσα. In Edit. Latina Baſilienſi Gelenii, & in aliis recentioribus poſt quintam de Incomprehenſibili Dei natura ſubjicitur Homilia hujus argumenti, *Quod neque vivi neque mortui anathemate plectendi ſunt*, ac deinde, *adverſus Gentes demonſtratio quod Chriſtus ſit Deus*, tertioque demum loco hic ſermo contra Anomœos, at in Codice Regis Henrici II. Chartaceo, qui inſcribitur μαργαρίται, poſt quintam de Incomprehenſibili collocatur hæc ſexta, τοῦ αὐτοῦ πρὸς ἀνομοίους λόγος ϛʹ. ἐρρήθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, eodemque modo in Catalogo librorum Monaſterii Cryptæ Ferratæ in agro Romano poſt quintam περὶ ἀκαταλήπτου recenſetur ; non tam opinor ratione temporis, utpote quæ alia in urbe longo poſt intervallo ſit habita, quam propter ſimilitudinem argumenti. Titulus autem hic amplior ex eodem eſt Mſ. Cod. nam vetus Interpres hunc tantum addiderat, *contra Anomœos ſermo*. Ut autem hic σύμφωνον τὴν νέαν τῇ παλαιᾷ, ſic Homil. 7. in Epiſt. ad Romanos dixit, τοσαύτη τῆς παλαιᾶς πρὸς τὴν καινὴν ἡ συμφωνία. *Tanta ſane eſt cognatio & concordia Veteris Teſtamenti cum Novo*, in eamdemque ſententiam pluribus diſſerit Homil. 2. in dictum illud Apoſtoli, *Habentes autem eumdem ſpiritum*. 2. Cor. 4.

NOTÆ HENRICI SAVILII in Orationem quod unus ſit Chriſtus.

PAg. 558. Hanc Orationem quam agnoſcit Catalogus Auguſtanus num. 66. deſcriptam ex Bibliotheca Cæſarea damus, ſed miſeris modis truncatam. Explevimus autem in Appendice ad T. 8. p. 101. ex Cod. Mſ. in Biblioth. S. Marci Venetiis : ex quo etiam in reliqua Oratione quædam emendavimus : neque enim maculas omnes ἀποσμῆξαι ἠδυνήθημεν. Codicem Venetum in his Notis litera V. ſignamus. * *Quia vero Notæ Savilii textum reſpiciunt prorſus vitiatum : noſque longe ſinceriorem edidimus, iis afferendis ſuperſedemus. In hanc porro Orationem notas non edidit Fronto Ducæus.*

NOTÆ HENRICI SAVILII IN HOMILIAS contra Judæos in Notis Savil. col. 798.

PAg. 587. In hac Oratione Editionem Hœſchelianam emendavimus ex fide duorum Codd. Mſſ. quorum alter eſt in Collegio Corporis Chriſti Oxonii : alter in Collegio novo. Cur hanc a præcedentibus contra Judæos ſecreverimus cauſa ſuperius dicta. Porro habita eſt, ut ex Prooœmio conſtat, proxime poſt primam περὶ ἀκαταλήπτου.

P. 591. A. 8. προσελθοῦσα. Montacutus legit προσελθόντα.

P. 592. C. 8. Lectionem illam magis probat Montacutus, quam ex unico Codice notat Ducæus : Οὐ γὰρ πρὸς ἐπίδειξιν, οὐδὲ κρότου χάριν λέγομεν ἃ λέγομεν νῦν.

P. 595. D. 3. Ματρῶνα. Locus eſt in Daphne ſuburbano Antiochiæ, Judaïcæ ſuperſtitioni deſtinatus. Vide Hom. 3. Chryſoſt. in Epiſt. ad Titum.

P. 601. (*In Notis Savil. col. 799.*) Deſcripta ex Bavarica, in medio mutilata, quod dolendum. Eſt enim γνησία. C. 5. προλαμβάνοντες. Recte monuit Montacutus deeſſe ἰατρῶν παῖδες. Idem paulopoſt ſic legit ac diſtinguit, περὶ τῆς πίστεως περὶ τῆς ἐξόδου αὐτῶν. Infra poſt διορθοῦσιν deeſt ἐπαγγελία, aut λαμβάνειν, aut tale quid.

P. 606. (*in Notis Savil. col. 798.*) Hanc Orationem debemus Bibliothecæ Collegii novi Oxonienſis, in qua exſtat emendate ſane ſcripta : Eſtque proculdubio γνησία, quamvis in Auguſtano Catalogo non reperiatur.

P. 616 (*Savil. in Notis 796.*) In his quinque Orationibus Editionem Hœſchelianam e tribus conflatam Mſſ. Marguniano, Palatino & Auguſtano, caſtigavimus ex aliis tribus Oxonienſibus : quorum unus eſt in Biblioth. Collegii Corporis Chriſti, alter in Biblioth. Collegii novi ; tertius qui etiam olim fuit, ut ex certis conſtat indiciis, interpretis Eraſmi, & jam in Bibliotheca Univerſitatis Oxon. aſſervatur. Illam contra Judaïzantes, quæ in Edit. Hœſcheliana, & multis Codicibus ſcriptis, etiam duobus e noſtris prima nuncupatur contra Judæos, auctoritate Codicis Eraſmi, & aliorum Mſſ. & argumenti diſſimilitudine e numero Orationum contra Judæos expunximus, ſua tamen ſede ipſi relicta in ſequentibus. De tempore quo ſcriptæ ſunt vel habitæ hæ Orationes ἄπορον. Βιογράφοι omnes primas aut cum primis a Chryſoſtomo editas : ex ipſius Chryſoſtomi verbis, annis poſt Julianum viginti, & alibi præſente Flaviano, & alibi poſt ἀνδριάντας : quæ omnia vix eſt ut ſimul vera eſſe poſſint, niſi demus diverſis temporibus ab ipſo fuiſſe auctore interpolatas. * *Vide Monitum noſtrum.*

P. 636. B. 8. Codex Eraſmi, ἵνα μὴ προσφέρων ἀκούσῃ.

P. 641. B. 8. Poſt ἀνέσεως Codex Mſ. quem ſequutus eſt in vertendo Eraſmus, hæc interponit, μηδέποτε παθόντας οἷα εἰκὸς τοὺς ἀκαρτερήτοις ἐν καιρῷ ἀγώνων καὶ δοκιμασίας καλοῦ τε καὶ κακοῦ πάσχοντας, ἀβεβαίους τοῦ καλοῦ καὶ χρήνου φίλους εὑρίσκεσθαι. Sunt tamen, ut opinor ſpuria, in reliquis Mſſ. noſtris & Hœſchelianis irreperta.

P. 685. B. 6. προσκρούσῃ, in Codice qui fuit Eraſmi ſic legitur : προσκρούσῃ εἰς τὴν ἐμὴν ἀγαθότητα, πάντας τοὺς ὑπηχημένους αὐτὴν θεραπεύειν ἐκείνῳ τῷ τρόπῳ διώκετο, καὶ ἠτίμωσε, καὶ εἵλετο.

NOTÆ JOANNIS BOISII in Homilias contra Judæos in Notis Savil. col. 834.

P. 595. E. 2. μᾶλλον δὲ αὐτῶν &c. Pro αὐτῶν ὄντων δαιμόνων legendum ſuſpicor αὐτῶν ὄντων Ἰουδαίων. δαιμόνων enim depravate legi pro Ἰουδαίων pene extra dubium pono, prioribus nimirum duabus ſyllabis eliſis, & δαιων in δαιμόνων mutato. Sed quid tum poſtea ? Ut ſenſus ſit integer addenda puto hæc poſt χάρις ; ἀλλ' οὐχ Ἕλληνές εἰσιν, ἀλλὰ Ἰουδαῖοι. Excipit enim quiſpiam eo minus hæc improbanda, quia Judæos habent authores, populum ſc. ſanctum Dei. Reſpondet Chryſoſt. plus metuendum eſſe a Judæis, quam ab Ethnicis, quia horum aperta eſt impietas, illorum tecta, & ad fallendos atque ineſcandos homines magis opportuna. Imo vero, inquit Chryſoſtomus, cum & ipſi Judæi ſint, nonne plus hinc damni, plus incommodi ? Tum probat quæ dixit. ἐκεῖ μὲν γὰρ &c. i. apud Gentiles, ἐνταῦθα δὲ, i. Judæi, & poſtremo concludit his verbis, ὥστε τὰ μὲν τῆς ἀσεβείας ἴσα αὐτοῖς καὶ Ἕλλησι. Ex hac con-

clusione apertissime liquet, mentionem aliquam Græcorum & Judæorum præmittendam esse. Ubi autem rectius præmittetur, quam lin. 17. ubi sine tali aliquo supplemento claudicet oratio necesse est?

P. 604. D. 1. σύστιλον. Forte ἀπότελεσιν, vel πλήρωσιν, aut tale quid.

P. 605. C. 8. τὰ μὲ παρθενίσεως μακρότ. Lego τινὰ μὲ παρθενίσεως πρεσβυτέρας χρείαν ἔχουσι, τινὰ δὲ &c. Al. τὰ μὲν ἐσι παρθενίσεως ἠπιοτέρας χρείαν ἔχοντα &c.

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI IN LIBROS contra Judæos.

P. 587. (Morel. 385.) In Edit. Basiliensi jam inde ab anno 1547. quinque fuerant editæ adversus Judæos Orationes Latine tantum Desid. Erasmo Interprete, quarum primæ hoc initium fuit, πάλιν οἱ Ἰουδαῖοι. Sed ante illam certum est alteram habitam fuisse a Chrysostomo, ut in multis Codd. Mss. illis præmittitur hæc in lucem primum cum aliis emissa Græce & Latine Augustæ Vindelicorum anno 1602. studio & opera doctissimi viri Davidis Hœschelii, qui licet nostræ non sit communionis, tamen bona fide textum & varias Lectiones Cyprii Codicis, Palatini & Augustani repræsentavit: nos quatuor etiam Regiorum Codicum suffragiis eorum emendationes aut διορθώσεις confirmabimus, qui quoniam Regis Henrici II. ære coemti Biblioth. Regiam locupletarunt, his notis designabuntur *H. I. II. III. IIII.* vel certe ista *IV.* si quando communis omnium quatuor calculus & consensus indicandus sit; illi vero priores his tribus *C. P. A.* Max. Margunii liber his duabus *M. M.*

P. 589. A. 4. ἀπεγράφη. *P. H. I. II. III.* ἀπεγράφη.

P. 596. C. 9. *P. H. III.* ἀναγραφεῖσι.

P. 599. B. 10. *C. H. I. II. IV.* πλακοῦντας καὶ τηγάνια.

In eam cui titulus, adversus eos qui Judæorum jejunium jejunant, *& in eam, quæ sic inscribitur*: adversus eos qui primo Pascha jejunant, *quas secundam & tertiam contra Judæos posuimus, nullas dedit notas Fronto Ducæus.*

P. 618. A. 3. λέγων. Interpres videtur legisse λέγειν, aptius tamen vertisset, *potestas dicendi, & in quibus volebat, regis confessionem extorqueret.* * *Sic utique corrigenda Interpretatio Latina.*

P. 620. C. 6. P. τὸ τοῦ Ἡλίου.

P. 626. E. 7. *In crastina collecta.* Erasmus in crastina Communione, atqui non ipsa participatio Sacramentorum, σύναξις dicitur, sed totum illud officium divinum, quod & Lectionem Sacrarum Literarum, & Psalmodiam, & Tractatum sive sermonem ad populum, cæteraque complectitur, & a Latinis Patribus Collecta vocatur vel Missa. Hieronymus in Epitaphio Paulæ, *Post alleluia cantatum, quo signo vocabantur ad Collectam.* Augustinus in Breviculo collat. *Qui confitebantur in passionibus suis se Collectam & Dominicum egisse.* Epiphanius Interpr. historiæ tripart. lib. cap. 19. *Esse dicens consuetudinem in Alexandria, ut uno exsistente super omnes Episcopo, Presbyteri seorsum Ecclesias obtinerent, & populus in eis collectas solemniter celebraret*, Quod Sozomenus Græce dixit l. 1. c. 15. ἔθος γὰρ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἔθος, ἑνὸς ὄντος κατὰ πάντων ἐπισκόπου, τοὺς πρεσβυτέρους ἰδίᾳ τὰς ἐκκλησίας κατέχειν, καὶ τὸν ἐν αὐταῖς λαὸν συνάγειν. Concil. Chalc. παρασυνάξεις ποιεῖν μὴ τολμᾶτε, *collectas canonibus contrarias nequaquam facere præsumatis.* Alii Interpretes conventum dicere maluerunt, ut ille Vetus Homil. 6. contra Anomœos.

P. 628. E. 1. *H. I. III. P.* ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ.

P. 635. Βαραχίου τὸν ἱερέα. Ita quoque Regii omnes manifesto errore, collocandum enim est hoc vocabulum post Οὐρίαν, ut habet Interpres, *Uriam Sacerdotem*: licet enim absit ab Edit. Vaticana & Hieronymus in Comm. testetur apud LXX. fuisse tantum τὸν Οὐρίαν, tamen in Plantin. Bibliis, & aliis quibusdam libris additur τὸν ἱερέα, & in antiquiss. Cod. Ill. Card. Rupifucaldii, quem tantopere laudat V. D. Jo. Cutterius, in margine hæc Lectio tribuitur Aquilæ, Symmacho & Theodotioni, quos indicari certum est hac nota οἱ Γ. quæ valet οἱ τρεῖς, non autem tres nomine carentes interpretationes, ut quidam existimant. Docet igitur Hieronymus regnante Achaz, Uriam Sacerdotem præfuisse templo Domini 4. Reg. 16. Zachariam autem Prophetam fuisse. Procopius, ἦσαν γὰρ τότε Οὐρίας μὲν ἱερεύς, ὡς δῆλον ἐκ τῆς ἱστορίας, καὶ Ζαχαρίας δὲ προφήτης.

P. 639. D. 8. *Transferent continuationem.* Verum quidem est ἐνδελεχισμὸν, assiduitatem, continuitatem, vel continuationem significare, ut docet Auctor Thesauri Græci, sed falsum est quod addit ex v. l. Hieronymum apud Danielem θυμίαμα ἐνδελεχισμοῦ, vertisse *juge sacrificium.* Exod. 30. 8. legimus, θυμιάσει ἐπ' αὐτοῦ θυμίαμα ἐνδελεχισμοῦ, *incendet super illud incensum continuationis.* Et Num. 28 6. ὁλοκαύτωμα ἐνδελεχισμοῦ, *holocaustum juge*: sed verius est vocem solam ἐνδελεχισμοῦ verti ab Hieronymo, juge sacrificium: sic enim scribit in cap. 12. 12. Danielis. *A tempore quo ablatum fuerit juge sacrificium.*

P. 641. A. 6. *Quo commutabitur.* Rectius vertisset Erasmus, *quo tolletur.*

P. 644. D. 4. συνδιαφθαρεῖ. Emendandum ex *H. II. IIII.* συνδιαφθαρεῖ. Rectius *H. I. III. A. P.* ut Vatic. Edit. διαφθαρεῖ. * *Sic emendes velim* διαφθαρεῖ.

Pag. 666. A. 4. *Significans ingressum.* Imo, *ingressum Unigeniti in mundum appellans dispensationem per carnem.* ut Homil. 3. in Epist. ad Hebræos, εἰσαγωγὴν ταύτην λέγων τὴν τῆς σαρκὸς ἀνάληψιν. *Introductionem hanc carnis susceptionem appellans.*

NOTÆ HENRICI SAVILII in Homil. de Anathemate.

ORATIONEM hanc cujus Ms. exemplar nusquam invenimus, edidere Erasmus, sequutusque Erasmum Fronto. Chrysostomi sit, annon, haud temere asseruerim. Exordium, in quo sermonum περὶ ἀκαταλήπτου meminit, videtur Chrysostomum arguere auctorem. Si quis tamen singula accuratius examinarit, veri fortasse magis videbitur simile, potuisse alium aliquem, qui de Acatalepto disputarit, Orationem hanc habuisse, quam Chrysostomianis adeo dissimilem Orationem ab ipso Chrysostomo prodire potuisse. Non ignoro Juris Græco-Romani parte prima p. 289. Philotheum Patriarcham e Theodoro Balsamone proferre quædam, inque iis unam aut alteram Orationis hujus particulam, idque sub Chrysostomi nomine. Sed multis ab hinc sæculis cœpere adulterina Patrum Scripta circumferri, quæ res Doctissimis etiam imposuit, dum rei magis sensuique, quam stylo & Auctorum characteribus dignoscendis adverterent animum. Quamobrem παλαντεύομαι τὴν γνώμην, ut inquit Nazianz. eo tamen inclino, ut putem Chrysostomi non esse.

P. 694. A. 1. ἢ διὰ Παυλ. Halesf. ingeniose, ἢ δῆθεν.

NOTA FRONTONIS DUCÆI IN HOMIL. de Anathemate.

Edita primum fuit hæc Homilia Basileæ apud Froben. anno 1529. studio Des. Erasmi, de qua quid sentiat Sixtus Senensis disce ex libr. 6. Annotation. 267. ubi & alia Chrysostomi loca proferuntur, in quibus excommunicationis Ecclesiasticæ auctoritatem tuetur. Nos quidem in nullis Regiis Codicibus sermonem hunc reperire potuimus: quamobrem nec ullas variantes Lectiones adjungemus.

NOTÆ HENRICI SAVILII ad Homil. in Kalendas, in Notis Savil. col. 731.

HANC Orationem melioris notæ, & in Augustano Catalogo memoratam num. 38. bis in Anglia editam Græce: semel ante annos 70. Londini ab Illustrissimo Checo, iterum Oxonii ab Eruditissimo Harmaro; tertium nuper Lutetiæ ex impresso Oxoniensi expressam, ex tribus his, quantum fieri potuit, emendatissimam damus, aditis etiam & inspectis Ms. Cantabrigiensi, & alio Ms. Collegii novi Oxoniensis, ex quibus Checus & Harmarus Editiones suas concinnarunt. Porro sciat Lector, nos in hac Editione fere Checi Codicem, ut cæteris multo accuratiorem sequutos.

NOTA JOANNIS BOISII.

P. 697. A. 7. πλήρωμα. Quid sit in re nautica πλήρωμα omnibus obvium, ut monere non sit necesse.

NOTÆ

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI AD HOMIL. in Kalendas.

P. 700. A. 2. *cultum Dei.* Aut legit, aut legi posse existimavit θρησκεύειν θεόν. Ut ἀρέσκειν θεῷ est *Deo placere*, *Deo acceptum esse.* Sic infra, τί λέγοντας ὅτιν ἀρέσαι θεῷ.

P. 702. A. 11. *Et aureo freno.* Interp. *equum auro exornatum.* At Chrysostomus χρυσοχάλινον dixit, qua voce Xenophon etiam præter Poëtas Græcos usus in Institut. Cyri l. 8. & Dionys. Halicarn. lib. 8. Antiquitatum Romanarum, ἅρματι παρεμβεβηκὼς χρυσοχαλίνων ἵππων, *trahentibus currum equis aureis frenis insignibus*, ut non tantum quemadmodum illi apud Virgilium 7. Æneid. sint *tecti auro*, sed etiam

——— *fulvum mandant sub dentibus aurum.*

Paulopost, *Video certe vos*, dum vertit Interpres, legisse videtur, ὁρῶ γοῦν, quod & verius est. * *Sic utique legendum omnino videtur.*

P. 704. B. 10. ἐρῶντα, emendandum αἱρῶντα. * *Hæc certe Lectio præstat: & sic emendandum haud dubie erit, si vel unius Codicis accedat auctoritas.*

P. 705. A. 8. *Indicant hominem.* Ad verbum esset, ut habet Vulgata, *& risus dentium, & ingressus pedum nuntiat de illo.*

Alias bene multas Frontonis Ducæi notas, consulto mittimus, quia spectant nævos non paucos interpretationis Jo. Checi, qui in hac Editione nostra emendati fuere.

NOTÆ HENRICI SAVILII in Conciones de Lazaro. In Notis col. 727.

HOMILIÆ quatuor hæ in Lazarum, quas agnoscit Catalogus Augustanus num. 22. 23. 24. 25. ex 4. Codicum MSS. fide eduntur, quorum unus fuit Interpretis Erasmi, & jam Oxonii in Biblioth. Universitatis asservatur. Alii duo in Biblioth. Collegii Novi reperiuntur ibidem, & quartus in Biblioth. Universitatis Cantabrigiensis. Habita est autem prima hæc proximo die post illam κατὰ τῶν παροινησάντων τὰς νουμηνίας.

P. 729. E. 3. κιγκλίδων. i. δικαστηρίου θυρῶν, Interp. Aristophanis.

P. 762. B. 1. (*Savil. in Notis col. 734.*) Hanc Orationem Catalogus Augustanus agnoscit num. 26. edidit Londini ante annos 70. Ill. noster Checus, & Oxonii nuper Doctiss. Harmarus. Ex his & duobus MSS. in Bibliotheca Cantabr. & in Biblioth. Collegii novi Oxon. ex quibus duæ illæ Editiones fluxerunt, hanc nos adornavimus Editionem Checi Codicem etiam hic fere sequuti.

P. 772. (*Savil. in notis col. 813.*) Hanc Orationem ex Biblioth. Regia Lutetiæ descriptam damus. Edidit eam quoque inter suas Burdegalenses, sed ex eodem haustam fonte, (nempe Mediceo MS. qui jam est inter Regios,) ut ex communi utrique apographo lacuna liquet; Fronto Ducæus, cujus doctissimas notas adire te lector non pigeat. Nobis tantum animus fuit veram ex Codicibus MSS. quatenus fieri potuerit Lectionem constabilire. Agnoscit Photius in Bibliotheca sua. Vera est ac γνησία, quamvis in Catalogo Augustano minime recenseatur.

P. 790. (*In Notis Savil. col. 725.*) Homiliam hanc ex Biblioth. novi Collegii Oxoniensis emendavimus ex alio MS. in eadem Bibliotheca, & alio Cantabrigiensi: agnoscit eam Catalogus Augustanus num. 21.

NOTA FRONTONIS DUCÆI IN AGAPETAS, ad p. 811. Edit. nostra.

Μετὰ τὴν παγίδα. In Edit. Savil. corrigitur ex conjectura μετὰ τὴν παγίδα, *periculi, neque laqueis*, & rursus post τοσοῦτον ἐμάνης forte inserendum, ὥστε οὐ μόνον ἐμβλέψαι γυναικὶ, ἀλλὰ καὶ συνδιαγαγεῖν, καὶ πλασὰ ὀνόματα, *usque adeo insanis, ut non modo mulierem respicias, sed & cum illa degas, & impositis confictis nominibus.* Nomina vero conficta caritatis appellatione intelligit, Agapetarum & sororum nomina: sic enim subintroductas illas mulieres appellabant; unde Hieronymus Epist. 22. ad Eustochium, *Unde in Ecclesias Agapetarum pestis introiit? Unde sine nuptiis aliud nomen uxorum? Frater sororem virginem deserit, cœlibem spernit virgo germanum, fratrem quærit extraneum.* Justinianus Novella VI. βουλόμεθα δὲ τὰς διακόνους μή τινας συνόντας ἔχειν ἐν τάξει δῆθεν ἀδελφῶν, ἢ συγγενῶν, ἢ τῶν καλουμένων ἀγαπητῶν. Julianus Antecessor Constitut. III. *Nulla autem facultas Diaconissis tributa est habere secum quosdam veluti fratres, sive cognatos, vel, quos dicere solent Agapetos.*

INDEX
LOCORUM SCRIPTURÆ SACRÆ.

GENESIS.

EXODI.

LEVITICI.

NUMERORUM.

DEUTERONOMII.

JOSUE.

REGUM PRIMI.

REGUM SECUNDI.

REGUM TERTII.

REGUM QUARTI.

JOB.

PSALMORUM.

PROVERBIORUM.

ECCLESIASTÆ.

CANTICI CANTICORUM.

SAPIENTIÆ.

ECCLESIASTICI.

HESAIÆ.

JEREMIÆ.

THRENORUM.

BARUCH.

EZECHIELIS.

DANIELIS.

OSEE.

JOEL.

AMOS.

JONÆ.

MICHÆÆ.

MARCI.

LUCÆ.

JOANNIS.

ACTUUM.

EPISTOLARUM PAULI.

Finis Indicis Scripturæ Sacræ.

INDEX RERUM
PRIMI TOMI.

Quæ charactere vario, & ut vocant Italico *exprimuntur, ex Spuriis deſumta ſunt.*

A

inducit

Q

R

S

T

V

X

Z

FINIS.

EXCUDEBAT GUILLELMUS DESPREZ TYPOGRAPHUS REGIUS
M. DCC. XVIII.

Errata Tomi primi.

IN Præf. p. 4. lin. 18. *lege* diuturno
Pag. 59. e. lin. 4. *lege* μόνοι
P. 124. c. lin. 2. *lege* οἶδα
P. 131. a. lin. 5. *lege* οἰκείαν
P. 143. ad marg. *lege* cælos
P. 155. a. lin. 8. *lege* κἂν
P. 164. d. lin. 7. *lege* παρὰ
P. 170. d. lin. 9. *lege* ἰδοὺ
P. 201. e. lin. 5. *lege* παιδίοις ἐν,
P. 208. c. lin. 11. *lege*, Deus enim se non jam illis ducem futurum, sed &c.
P. 401. lin. 4. *lege* modica.
P. 442. lin. 10. *interpretationem sic restitue*, qui licet ascendisset in cælum, & adhuc superius cælum præteriisset, & ad tertium rursus pertigisset, dicebat
P. 472. d. lin. 4. *lege*, τοῦ φυτοῦ ἐκείνου αὐτοῦ
P. 586. lin. 25. *lege* in calculum incidisse
P. 599. b. lin. ult. *lege* plagiarii.

APPROBATIO.

EX mandato illustrissimi Galliarum Cancellarii, Ego infra scriptus Lector & Professor Regius Græcarum Literarum, itemque Gallicæ, necnon Regiæ Inscriptionum ac liberalium Disciplinarum Academiæ socius, legi duo prima Volumina magni illius & pene immensi Operis, quod inscribitur, *Sancti Joannis Chrysostomi, Archiepiscopi Constantinopolitani Opera omnia Græce & Latine... Opera & studio D. Bernardi de Montfaucon Monachi Benedictini e Congregatione sancti Mauri, &c.* Et cum duas hasce primas partes concinnatoris sui indefessa industria, felici sagacitate, accurato ac limato judicio, exquisita reconditaque doctrina dignissimas esse censui; tum universum Opus, & gloriosissimum Galliæ, & Orbi toti, sive literato, sive Christiano, longe utilissimum fore judicavi. Lutet. Paris. Idib. Nov. Anno M. DCC. XVII.

GUILLELMUS MASSIEU.

PRIVILEGE DU ROY.

LOUIS PAR LA GRACE DE DIEU ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE; A nos amez & feaux Conseillers les Gens tenant nos Cours de Parlement, Maîtres des Requêtes ordinaires de notre Hôtel, Grand Conseil, Prevôt de Paris, Baillifs, Senechaux, leurs Lieutenans Civils, & autres nos Justiciers qu'il appartiendra; Salut. Notre bien amé CHARLES ROBUSTEL Libraire à Paris Nous a fait remontrer qu'il a entrepris l'impression des Oeuvres de S. Jean Chry-

ſoſtome en Grec & en Latin, & tout en Latin, revûës, corrigées & augmentées de pluſieurs pieces de ce Pere qui n'ont jamais été imprimées, par le P. DOM BERNARD DE MONTFAUCON Religieux Benedictin de la Congregation de S. Maur ; que cet Ouvrage étant d'une tres-groſſe dépenſe, il Nous a fait tres-humblement ſupplier de vouloir bien pour luy donner le moyen de continuer à imprimer de pareils Ouvrages qui ſont tres-utiles au Public, luy accorder nos Lettres de Privilege pour l'impreſſion & debit deſdites Oeuvres de S. Jean Chryſoſtome en Grec & Latin, & tout Latin, comme auſſi pour les Livres cy-après énoncez, qui ont été cy-devant imprimez, & dont les Privileges ſont prêts à expirer, ou ſont expirez. A CES CAUSES, voulant favorablement traiter ledit Robuſtel & reconnoître ſon zele, & exciter par ſon exemple les autres Libraires & Imprimeurs à entreprendre des éditions dont la lecture puiſſe contribuer à l'avancement des Sciences & au progrés des belles Lettres qui ont toujours fleuri dans notre Royaume, ainſi qu'à ſoutenir l'Imprimerie & la Librairie, qui a été juſqu'à preſent cultivée par nos Sujets avec autant de ſuccés que de reputation ; Nous avons permis & permettons par ces Preſentes audit Robuſtel de faire imprimer *Sancti Joannis Chryſoſtomi Opera omnia græce & latine, ſtudio & opera D.* BERNARDI DE MONTFAUCON *Monachi Benedictini è Congregatione ſancti Mauri ; Eadem Opera ſancti Joannis Chryſoſtomi latinè tantum*, & de réimprimer *Les Eſſais de Morale par le ſieur Nicole, avec les continuations ; Cas de Conſcience par le ſieur de Sainte-Beuve, Penſées Chrétiennes tirées de l'Ecriture ſainte & des Saints Peres ; Dictionnaire ou Treſor du Pere Gaudin françois, latin & grec ; l'Abregé du même ; Virgilius, cum interpretatione, Notis & Tabulis Patris Ruæi, ad uſum Sereniſſimi Delphini ; Horatius, Juvenalis, Martialis, cum interpretatione & Notis Patris Juvencii ; Orationes ejuſdem. Ciceronis Orationum Analyſis à P. du Cigne ; La veritable Sageſſe, traduite de l'Italien du Pere Segnery* ; en tel volume, forme, marge & caracteres, & autant de fois que bon luy ſemblera, conjointement ou ſeparément, & de les vendre, faire vendre & debiter par tout notre Royaume pendant le temps de vingt-cinq années conſecutives, à compter du jour de la datte deſdites Preſentes ; faiſons défenſe à toutes ſortes de perſonnes, de quelque qualité & condition qu'elles ſoient, d'en introduire d'impreſſion étrangere dans aucun lieu de notre obéïſſance, comme auſſi à tous Libraires, Imprimeurs & autres d'imprimer, faire imprimer, vendre, faire vendre, debiter ny contrefaire leſdits Livres cy-deſſus expliquez, en tout ou en partie, ny d'en faire aucuns extraits ſous quelque pretexte que ce ſoit, d'augmentation, correction, changement de titre, traduction en langue françoiſe ou latine, ou autrement, ſans le conſentement par écrit dudit Expoſant, ou de ceux qui auront droit de luy, à peine de confiſcation des Exemplaires contrefaits & autres marchandiſes qui ſe trouveront jointes, de dix mille livres d'amende contre chacun des contrevenans, dont un tiers à Nous, un tiers à l'Hôtel-Dieu de Paris, l'autre tiers audit Expoſant, ou à ceux qui auront droit de luy, & de tous dépens, dommages & interêts ; A la charge que ces Preſentes ſeront enregiſtrées tout au long ſur le Regiſtre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris, & ce dans trois mois de la datte d'icelles ; que l'impreſſion deſdits Livres ſera faite dans notre Royaume, & non ailleurs, en bon papier & en beaux caracteres, conformement aux Reglemens de la Librairie ; & qu'avant de les expoſer en vente il en ſera mis deux Exemplaires de chacun en notre Bibliotheque publique, un dans celle de notre Château du Louvre, & un dans celle de notre tres-cher & feal Chevalier Chancelier de France le Sieur DAGUESSEAU ; le tout à peine de nullité des Preſentes, du contenu deſquelles vous mandons & enjoignons de faire joüir l'Expoſant ou ſes ayans-cauſe pleinement & paiſiblement, ſans ſouffrir qu'il leur ſoit fait aucun trouble ou empêchement. Voulons que la copie deſdites Preſentes, qui ſera imprimée au commencement ou à la fin deſdits Livres ſoit tenuë pour dûëment ſignifiée, & qu'aux copies collationnées par l'un de nos amez & feaux Conſeillers & Secretaires foy ſoit ajoûtée comme à l'original ; Commandons au premier notre Huiſſier ou Sergent de faire pour l'execution d'icelles tous actes requis & neceſſaires, ſans demander autre permiſſion, nonobſtant clameur de Haro, Chartes Normandes, & Lettres à ce contraires ; Car tel eſt notre plaiſir. Donné à Paris le vingt-deuxiéme jour du mois de Decembre, l'an de grace mil ſept cens dix-ſept, & de notre Regne le troiſiéme. Signé par le Roy en ſon Conſeil,

DE SAINT HILAIRE.

Regiſtré ſur le Livre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris, page 260. n°. 294. conformement aux Reglemens, & notamment à l'Arreſt du Conſeil du 13. Aouſt 1703. A Paris ce 28. Decembre 1717. Signé, DE LAULNE, *Syndic.*

JE ſouſſigné Charles Robuſtel, reconnois avoir cedé à M^rs Guerin, Barbou, Deſprez & Deſeſſartz le Privilege des Oeuvres de S. Jean Chryſoſtome de l'édition du R. P. Dom Bernard de Montfaucon, ſuivant la part & portion que leſdits Sieurs ont conjointement avec moy audit Livre, par le Traité fait entre nous. Fait à Paris ce 20. Janvier 1718.

ROBUSTEL.

Regiſtré ſur le Regiſtre IV. de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris, page 272. conformement aux Reglemens, & notamment à l'Arreſt du Conſeil du 13. Aouſt 1703. A Paris ce 20. Janvier 1718.

DE LAULNE, *Syndic.*

I · CHRYSOST
OPERA

TOM I


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm